LITTERAS tuas nuper accepimus deuotione plenas, & dolore non vacuas, quæ quidem & tuam nobis inſinuãt affectuoſiſsimam caritatem, & tui archiepiſcopalis officij, quod fideliter geſsiſſe, & adhuc gerere te gaudemus, contrariam exigebant eccleſiæ vtilitatibus ceſsionem. Noſti enim ſicut vir prudẽs & prouidus, quod tanta eſt cleri malitia, & contra eccleſiam Dei tam grauis, tamque diuturna perſecutionis inſtantia, vt nequaquam ei cedat ad commodum, ſi tuam ſedem talẽ cõtigerit ſubire defectum. Quod ſi tuam, aut ſenectutem, aut inſufficientiã forte cõſiderans, te tamquam emeritum poſtulas relaxari: ſcito nos credere, & pro certo tenere, quod tutius ſit hoc tempore, ſi commiſſa tibi eccleſia ſub vmbra tui nominis gubernetur, quã ſi alteri nouæ, incognitæ que perſonæ in tanto diſcrimine gubernanda committeretur, maxime quia in te vigor deuotionis, & fidei etiam corpore ſeneſcente non deficit, ſed vrgẽte deorſum condicione corporea, feruor ſpiritus in ſublimiora conſcendit. Ne igitur huius doloris aculeus viuidã circa te noſtri pectoris vulneret caritatem, rogandũ te potius duximus, & monẽdum: vt ſuper hoc diebus iſtis, nulla te facias importunitate moleſtum. Quia indecens omnino probatur, prius ſoluere militiæ cingulum, quam cedat victorib. aduerſitas prœliorum. Inſta igitur ſicut bonus miles Chriſti, & in tuæ ſollicitudinis officio perſeuera; ne dũ tuæ quietis deſideria quæris, tu aliquod talẽti tibi crediti detrimentũ patiaris. Illud quoque te oportet attendere, quod ſi pennas habeas, quibus in ſolitudinem volare ſatagis, vt quieſcas; ligatæ ſunt tamen nexibus præceptorum, quæ ita vt noſti, & ſacrorum canonum inſtitutione te vinciũt, vt liberum non habeas abſque noſtra permiſsione volatum. Ceterum ne frater te intollerabiliter nos grauare cauſeris, qui melius tui potes tam animi debilitatem noſſe, quam corporis; hoc tandem tibi, ſi iudicio conſcientiæ tuæ res id prorſus exigit, indulgemus: vt ſi ſuſcepta oportunitate, tam per te, quam per Principẽ terræ, vel etiam per litteras tuas, & idoneos nũtios, ſi corporalem ibi, vel nõ potueris, vel nolueris exhibere præſentiam, alioſq. regni illius religioſos, & induſtrios de ſubſtituenda

De renũ. cap. 1.

ſtituēda ſis perſona ſollicitus;& talem inuenire ſatagas ſucceſſorem, qui nō a fidei claritate degeneret,neq.a tramite rectitudinis,& honeſtatis aberret. De his quoq. quæ tuis duxeris neceſsitatibus reſeruanda,cum eiſdem perſonis tractare, & deliberare conuenit:vt cum nobis hæc omnia tam tua, quā illor. fuerint aſſertione cōperta, ita prouide, ac ſecure poſsimus in facto procedere, quod neq. nos, nec te ipſum oporteat huius operis in poſterum pænitere.

Idem Abbati Daloneñ.& Priori de Artigia. *Cap. 5.*

c. 2. eo. C V M inter P.Gaufredi,& quoſdam alios canonicos.S.Luuiani ſuper ſpirituali beneficio s.ſtallo in choro,& loco in capi. in curia noſtra quæſtio fuiſſet diutius agitata: quia tamen altera pars ſufficienter inſtructa non venerat, negotium non potuit terminari.Ideoq.cauſam ipſam veſtro examini committentes d.v.p.A.s.m.qua. partes ante veſtram præſentiam cōuocetis,& rei veritate plenius inquiſita;ſi præfatum P.Gau.inueneritis de conſenſu maioris, & ſanioris partis capituli fuiſſe de ſpirituali beneficio auctoritate Apoſtolica inueſtitum,eū beneficiū ipſum faciatis ap. re. pacifice poſsidere.non. n. videtur nobis impedimentum afferre etiam iuramentū, quod de eodem non petendo vlterius proponitur præſtitiſſe,ſi conſenſus maioris, & ſanioris partis canonicor. eccleſiæ interceſsit.

Idem Epiſcopo Verulañ. *Cap. 4.*

c. 3. eo. E X tranſmiſſa relatione Abbatis S. Nicolai de Ceperano auribus noſtris eſt intimatum, quod P. Rubeus, dum olim infirmitate laboraret apud monaſterium Sancti Saluatoris de Teleſia, ſibi petijt habitum monaſticum indulgeri. qui poſt modū recuperata ſanitate ad monaſteriū illud gratia complendi ſuum votum acceſsit, & ibidem moram aliquantulum faciens, ea, quæ prædictæ eccleſiæ Sancti Nicolai contulerat,ſibi fecit reſtitui. Nūc autē mutato animo per te, & per amicos tuos laborat, vt in eadem eccleſia reſtituatur. Verum quoniam iam dicta eccleſia ab eo ſoluta dignoſcitur,ex quo illi ea, quæ ſibi contulerat, ad voluntatē, & petitionē ſuam reſignauit. f. t.mo.atq. man. qua. ſi res ita ſe habet, prædictū Abbatē & ſocios eius ad receptionem præfati. P. nulla ratione inuitos cōpellas, nec a Ceperano cōpelli permittas. Hortari tamen eos,& monere poteris, ſi tanti tibi fuerit; vt illum non tamquam vnum de eccleſia, ſed quaſi de nouo deberet intrare, recipiant.

DE TEMPORIBVS ORdinatoris,& qualitate ordinandorum. Tit. vj.

Alexander III. Bathoñ. Epiſcopo. Cap. 1.

S V B D I A C O N O S autē nulli niſi Romano Pont.liceat in diebus dominicis ordinare, quamuis Deo dicatas virgines conſecrādi,& minores ordines his diebus habeāt licentiā celebrandi. Sabbato quidem Pentecoſtes non licet alicui ſacros ordines celebrare; cum in ſequenti ſeptimana, recepta ſpiritus ſancti gratia celebrentur. De tēp. ord. c. 1.

Idem Herfordeñ. Epō. *Cap. 2.*

S A N E ſuper eo, quod moris eſſe dixiſti eccleſijs quibuſdā Scotiæ,& Gualgę in dedicationibus eccleſiarū vel altarium extra ieiunia quattuor tēporum clericos ad ſacros ordines promouere:pru. t. ſignificamus,quod conſuetudo illa,vt pote inſtitutioni eccleſiaſticę inimica, & deteſtabilis eſt, & penitus improbanda, & niſi multitudo, & antiqua conſuetudo terræ eſſet, taliter ordinati nō deberēt permitti in ſuſceptis ordinib.miniſtrare.nam apud nos ſic ordinati deponerētur, & ordinantes priuarentur auctoritate ordinandi. c. 2. eo.

Idem Herfordeñ. *Cap. 3.*

D E eo aūt, quod quæſiſti; an liceat extra ieiunia quattuor tēporum, aliquos in oſtiarios,lectores,exorciſtas, acolythos promouere, aut etiā ſubdiaconos facere: prouidentiæ tuæ taliter reſpondemus; quod licitum eſt Epiſcopis dominicis, & alijs feſtiuis diebus aut vnum,aut duos in minores ordines promouere: ſed ad ſubdiaconatum, niſi in quattuor temporib. aut in ſabbato ſancto, & in ſabbato ante dominicam de paſsione,nulli Epiſcoporū præter quā Rom. licet aliquos ordinare. c. 3. eo.

Lucius III. Turoñ. Archiepiſcopo. c. 4.

A D aures noſtras te ſignificāte peruenit, quod religioſi quidam zelum Dei habentes ad ſuperiores deſiderāt ordines promoueri,putantes maius præmium cumulandum, quo in maiori gradu poſiti ſublimius officiū fuerint aſſecuti;ſed prolati eor. deſiderijs contradicunt. Ideoq. tua c. 4. eo.

tua duxit fraternitas inquirendum: an in inferioribus conſtituti ordinibus iuxta beneplacitum ſuorum prælatorum, quibus promotio diſplicet, a ſuperioribus debeant abſtinere, an valeant prælatis ſuis renitentib. promoueri. Tuæ igitur quæſtioni reſpõdemus, quod honeſtius, & tutius eſt ſubiectus debitam præpoſitus obedientiã impendẽdo in inferiori miniſterio deſeruire, quam cum præpoſitorum ſcandalo graduum appetere dignitatem. nec eſt in hac parte ſubiectorum deſiderium confouendũ: quoniã eſſe poteſt, quod prælati ſecreta eorum commiſſa nouerint, ex quibus conſtat eis, quod ſalua nequeunt conſcientia ſublimari. quia non in ſublimitate graduũ; ſed in amplitudine caritatis acquiritur regnum Dei.

Alexander iij. W. Albañ. Epiſcopo. Cap.5.

c. 4. eo. EX tuarum litterarũ tenore accepimus, quod N. clericus adeo deliquit: quod ſi delictum eius publicum eſſet, ab ordine, quem ſuſcepit, degradaretur, & amplius non poſſet ad ſuperiores ordines promoueri. verum quoniam peccatum ipſum occultum, & priuatum fore dixiſti: f.t.p.A.s.m.q. ei condignam pænitentiam imponas, & ei ſuadeas, vt parte pænitentiæ peracta, ordine ſuſcepto vtatur, & eo contentus exiſtens, ad ſuperiores ordines amplius non aſcendat. Veruntamen, quia peccatum occultum eſt; ſi promoueri voluerit, ei non potes, nec debes ratione aliqua prohibere.

DE ORDINATIS AB EPIſcopo, *qui reſignauerat Epiſcopatum. Tit. vij.*

Alexander iij. Toletano Archiepiſc. Cap. un.

De ord. ab Epo. c. 4. REQVISIVIT a nobis tua fraternitas, vtrũ clerici, qui poſt renuntiationem factam a prædeceſſore tuo ordines ſuſceperunt, in ipſis debeant remanere; aut ad maiores de iure canonũ promoueri. Nos igitur quia nobis non plenarie de veritate conſtat; non poſſumus tibi ſuper hoc breuiter reſpondere. nam diſtinguitur, vtrum renuntiat loco, ſimul & dignitati; nam vbi tantum loco renũtiat; ordines ſicut antea, niſi a ſummo Pont. vel eius Legato prohibitus fuerit, rogatus ab Epiſcopo aliquo de ratione potent conferre. Cum autem loco pontificali cedit, & ordini: ibi diſtinguendum putamus, vtrum ſacros contulerit, an minores. ſi enim a tali ordines vſq. ad ſubdiaconatũ quis acceperit, quia & huiuſmodi ordines quandoq. a nõ Epiſcopis conferũtur, & in illis deſeruire poterit, & ad maiores, ſi idoneus fuerit, promoueri. Sane ſi ab eodem ſacros ordines facta renũtiatione ſcienter quis receperit, quia indignum ſe fecit, executionem officij non habebit. vbi non ſcienter, poterit, niſi craſſa, & ſupina fuerit ignorantia, diſcretus Pontifex diſpenſare.

DE AETATE, ET QVALItate, *& ordine præficiendorum. Tit. viij.*

Ex concilio Pittauiñ. pars 2. Decretus. c. 1.

VT Abbates, & Decani, & præpoſiti, qui presbyteri non ſunt, presbyteri fiãt, aut prælationes amittant. qui Archidiaconatus tenent, diaconi fiant, qui Archipresbyteratus, presbyteri, aut honores amittant. Quod ſi aliqua iuſta cauſa prohibente presbyteri, aut diaconi eſſe non potuerint, prælationes amittant. De æt. & qual. c. 1.

Item Pelagius Papa. Cap. 2.

QVI in viuorum locum ſacerdotum ponuntur, hoc ipſo ſunt ſecundum canones ab eccleſiaſtica communione repellẽdi, quo ſe paſſi ſunt viuis ſacerdotib. adhiberi. De conſecr. præ. c. 1.

Alexander. iij. Cant. Archiepiſc. Cap. 3.

ET ratione commiſſæ tibi dignitatis, & cõſideratione legationis ad vniuerſas eccleſias tuæ legationis aciem tuæ ſollicitudinis debes extendere, & quæ enormiter, ſeu contra iuſtitiã fuerint, paſtorali cura corrigere, & emendare, quatenus de commiſſis oub. coram patreſam. plenam valeas rationem reddere; & tibi pro labore, & ſollicitudine tua merces copioſa cumuletur in cælis. Accepimus autẽ, quod Conuẽtrenſis Epiſcopus non attẽdens, quid ſacror. canonum ſtatuta decernãt, nec modeſtiam Pontificalem cõſeruans, pueris, qui ſunt infra decennium cõſtituti, in Archidiaconatu d. f. noſtri. R. Archidiaconi Ceſtrenſis eccleſias plures cõceſſit, quæ nõ per clericos, ſed per laicos diſpẽſantur, & diſponuntur. Verum quoniã hoc eccleſiaſticæ vtilitati eſt inimicũ, & rationi contrarium, & ideo non debet aliquatenus tollerari. f.t.p.a.s.m. qua. ſi ita res ſe habet, prædictum Epiſcopũ ſuper his viua increpatione corripias, & caſtiges, & clericis idoneis adminiſtrationes, & cuſtodiam præſcriptar. eccleſiar. donec prædicti pueri ad congruam perueniant ætatem, omnijocca. et ap. ces. laicis amotis cõmittas: & eidẽ Epiſcopo artius prohibeas, ne de cetero eccleſias, niſi perſonis, quæ ætatem, & ſcientiam habeant, regendas concedat. qui ſi ſecus egerit, ei debitã pœnã infligas, & inſtitutionẽ, & cõceſſionẽ ipſius omnino virib. carere decernas. De ætate & qual. c. 3.

Idem Cant. Archiepiſc. & ſuffraganeis eius. *Cap. 4.*

c.3.e. INDECORVM eſt admodum, & abſurdũ, vt hi debeãt eccleſias regere, qui ſe ipſos gubernare nõ nouerũt; cũ ad eccleſiarũ regimen tales perſonæ ſint admittendæ, quæ diſcretione præmineant, & morum fulgeãt honeſtate. Nolentes itaque ſuſtinere, vt ad preces, vel inſtantiam aliquorum, ſicut frequenter ſolet, in veſtris partib. fieri, paruulis regimen committatur: f. u. p. A. s. man. qua. nemini infra xiiij. annum conſtituto perſonatum cuiuſlibet eccleſiæ, aliquorũ gratia, vel optentu concedere præſumatis, ſcituri pro certo, quod ſi præcepto noſtro in hac parte contraire præſumpſeritis; quod inde feceritis, auctoritate noſtra penitus irritabimus, & inobedientiam veſtram grauiter puniemus.

Idem. *Cap. 5.*

c.4.eo. et de iure patro c. 22. EAM te decet in ordinãdis eccleſijs tuæ diœceſis curam habere, ne vllus in eis cõtra decreta, quæ in Lateraneñ. cõcilio edidimus, vel etiam contra antiquas ſacrorũ canonum ſanctiones clericus ordinetur, ſed tales in ipſis ſatagas ponere, qui commiſsi ſibi gregis curam commode gerere poſsint, & exemplo boni operis ad virtutes inuitẽt. Inde eſt quod præſentib. litteris tibi artius inhibemus; ne perſonas, quæ in eccleſijs tui epiſcopatus ad curam animarum fuerint ordinãdæ, in ipſis inſtituas, vel aliqua occaſione, vel etiam litterarum noſtrarum obtẽtu inſtitui patiaris, quæ ſcientia, moribus, & ætate concilij non congruant inſtitutis. Sed etiã plures habentes eccleſias, quæ ex vna non pendeant, tibi liceat ap. poſtpoſita cogere ad vnam ipſarũ quam maluerint, dimittendã, niſi ita fuerint tenues in ſubſtantia, quod proprios ſacerdotes non poſsint cõuenienter habere. Illas autem eccleſias, de quarũ patronatu controuerſia fuerit, ſi infra ſex menſes poſtquã vacauerint, non fuerit quæſtio terminata, licitum tibi ſit de perſona idonea, ſublato ap. ob. ordinare.

Idem Exo. Epiſcopo. pars. c. In litteris. c. 6.

c. 5. eo. PRAETEREA licet ad presbyteratum parochialis eccleſiæ non debeat aliquis niſi ſubdiaconus ſit ad minus, recipi, diſpenſatiue tamen in minoribus ordinibus conſtituti conſueuerunt admitti, dum tamen tales ſint, quod infra breue tempus ſubdiaconatum, diaconatum, & presbyteratum poſſint recipere.

Idem Dulmenſi Epiſcopo. *Cap. 7.*

A nobis tua diſcretio requiſiuit, vtrum is, cui ante xxv. annum ætatis ſuæ nondum concilio, quod nuper Lateranis fecimus celebrato, magiſterium eccleſiæ conceſſum fuerit, occaſione decreti, quo in eodem concilio clericis minoris ætatis conferri eccleſias prohibuimus, poſsit eccleſia ſpoliari, quam ante concilium optinuerat, præſertim cum ipſa conceſsio fuerit a diœceſano Epiſcopo poſt concilium approbata: ſuper quo conſulto taliter reſpondemus, quod niſi alia cauſa rationabilis obſtet, occaſione minoris ætatis, aut decreti, quod in concilio promulgauimus, nolumus eum a percepto ante beneficio remoueri. Non ponitur. Poſt cõ. Lat. par. 25. c. 4.

DE FILIIS PRESBYTEROR. *ordinandis, vel non, nec in paternis eccleſijs tollerandis.* *Tit. ix.*

Ex concilio Pictanieñ. pars. c. decreuit. c. 1.

De filijs presb. c. 1. VT filij presbyteror. & ceteri ex fornicatione nati ad ſacros gradus non promoueantur, niſi aut monachi fiant, aut in congregatione canonica regulariter viuentes, prælationem vero nullatenus habeant, ſed neque ſerui, niſi a dominis ſuis libertate donentur.

Alexander iij. G. Linceñ. electo. *Cap. 2.*

e.2.e.t. AD præſentiam noſtram accedens R. presbyter tacita veritate, quod eſſet filius ſacerdotis, per fraudem a nobis impetrauit, vt in eccleſia de Bileshi, in qua pater eius miniſtrauit, capellanus exiſteret. quia vero fraus, ſiue dolus, nulli debet præſtare patrocinium; d. t. per A. s. m. qua. infra xl. dies poſt harum ſuſceptionem litterar. rei veritatem inquiras diligenter; & ſi tibi conſtiterit, quod memoratus R. ſit in ſacerdotio genitus, & quod pater eius in eadem miniſtrauerit, non obſtantibus litteris noſtris, ipſum exinde omni oc. & ap. ces. amoueas.

Idem. pars. c. Inter cetera. *Cap. 3.*

PRAESENTIVM etiã auctoritate tibi iubemus, vt filios ſacerdotũ in paternis eccleſijs miniſtrare, vel eas qualibet occaſione optinere nullatenus patiaris ſed ipſos ab eccleſijs, in quibus patres eorum miniſtraſſe noſcuntur, ceſſante appellationis obſtaculo ſtudeas penitus amouere. c. 3. e. t.

Idem Wigor. Epiſcopo. *Cap. 4.*

CONQVERENTE nobis Milone clerico, auribus noſtris innotuit, quod cum R. presbyter eccleſiam beatæ Mariæ de Vic. e. 4. e.

tanquam

tamquam perſona diutius habuiſſet,& poſt mortem eiuſdem M. a Ricardo Paceſorde domino fundi fuiſſet præſentatus, R. filius eius presbyteri in ſacerdotio genitus inſtitutionem ipſius clerici niſus eſt impedire, & ad habendam eandem eccleſiam modis omnibus,quib.poteſt,aſpirat. Quoniam igitur indignum eſt,& canonicæ obuiat ſanctioni; vt filij debeãt patrib. ſuccedere in eccleſijs; nos ad enormitatem iſtam eradicandam ſollicite volentes,& diligenter intendere:f.t.p. A.s.p̃.m.qua.ſi publicum eſt, & notorium, patrem prædicti R. in præſcripta eccleſia presbyteratum habuiſſe;filium eiuſdem ibidem miniſtrare,aut eiuſdem eccleſiæ presbyteratũ habere nullatenus patiaris.ſed ſi forte iam inſtitutus eſt ibi,eũ ſublato ap.remedio, auctoritate noſtra non differas amouere: & memoratũ M.ſi tibi ad ipſam eccleſiã fuerit præſentatus;ab eo,ad quẽ repræſentatio ſpectare dignoſcitur; ibi dum modo alias idoneus ſit,contra. & ap.ces.non poſtponas recipere,ipſumq. facias prædictam quiete poſsidere eccleſiam.

Idem Dulmeñ. Epiſcopo. *Cap. 5.*

Non ponitur. Poſt c6. Lat.c.1. par.19.

QVOD ſuper his, de quibus dubitas,a nobis deſideras edoceri,& ab animo tuo dubitationem auferri;ſollicitudinem tuam, & diligentiã tuã,ſicut dignũ eſt,cõmendamus. & conſultationi tuæ in hoc,quod poſſumus, libenter reſpondemus. Inde eſt,quod ſuper eo,quod a nobis tua deuotió poſtulauit;vtrũ filij ſacerdotum,ſi idonei inuenti fuerint,ad ſacros ordines poſſint promoueri; vel eis animarum curam committi. Inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus, quod filij ſacerdotum niſi in monaſterio,vel canonica regulari probatæ vitæ fuerint, & conuerſationis habitij ad diaconatum,vel ad ſacerdotium non debent admitti.

Idem Ludoñ. Epiſcopo. *Cap. 6.*

c.5.c.6.

VENIENS ad præſentiam noſtram presbyter lator præſentium ſupplici nobis inſinuatione propoſuit; quód, cum ipſum ad capellam eccleſiæ. S. Laurentij de Nouoburgo,quam ei conceſsiſti, & aſsignaſti, attitulaſſes;& in eadem in presbyterum ordinaſſes,ipſum poſtea a prædicta eccleſia ſpoliaſti,eo quod pater eius in prædicta eccleſia miniſtrauit.quia vero ad noſtrum ſpectat officium,viris eccleſiaſticis paterna prouiſione cõſulere;f.t.m.p̃.qua.ſi tibi innotuerit,quod pater eius presbyter in præſcripta eccleſia miniſtrauit,quãdo eam ſibi aſsignaſti,ipſam ei dilatione,& ap.ceſſ.reſtituas,& in pace dimittas amoto alio,ſi quem in eadẽ inſtituiſti. Verum, ſi te ignorante, quod pater ſuus in eadem miniſtrauerit,ipſam ſibi aſsignaſti,ex quo ad eccleſiam ipſam eum in presbyterũ ordinaſti,eam ſibi reſtituas, & donec in alia eccleſia ei prouideas,vnde honeſte valeat ſuſtentari,eidem nullum ſuper prædicta eccleſia grauamen inferas,vel moleſtiam.

Idem R. *Exoñ. Epiſcopo.* *Cap. 7.* c.6.c.

PROPOSVIT nobis R. præſentiũ lator, quod cũ ipſe ad eccleſiam de Salabera a domino fundi fuerit præſentatus,tu curam animarum noluiſti ſibi committere,vel huic rei aſſenſium tuũ præſtare,pro eo quod eſſet filius ſacerdotis.ſuper quo vtiq. diſcretionẽ tuam,ſicut dignum eſt,in domino commendamus,& in domino prouidentiam tuã gratam gerimus admodum,& acceptam.Ceterum, quia neceſsitatibus eius in laboribus, quos ad nos veniẽdo ſuſtinuit,interna mẽtis affectione conpatimur, & indignum eſt, vt ipſe poſtquam in ſubdiaconatũ, vt aſſerit, eſt ordinatus,omnino debeat eccleſiaſtici beneficij carere perceptione:dis. tuam p. A. s. mo.atq.mandamus,qua.aliquem honeſtum presbyterũ cũ aſſenſu eiuſdem clerici infra xl. dies poſt harum ſuſceptionem litterarũ contra. & ap.ces.inuenire ſtudeas,qui eidem eccleſiæ deſeruiat;ita quod præfatus R. medietatem omnium beneficiorum prædictæ eccleſiæ eidem in ſuo ordine ſeruiẽdo diuino intuitu, quoad vixerit, noſtra & tua auctoritate pacifice debeat optinere.non enim ſolus presbyter miſſarum ſollemnia, vel alia diuina officia, poteſt ſine miniſtri ſuffragio celebrare.

Idem venerabilibus fratribus R. *Cant. Archiepiſc. totius Angliæ Primati,& A.S.L.&* R. *W igorñ. Epiſcopo.* *Cap. 8.*

EX tranſmiſſa nobis conqueſtione W. clerici percepimus, quod ad dilecti filij noſtri Abbatis de Caſtini præſentationem in quoddam eccleſiæ beneficium de Viuerton.ab eo ſibi canonice conceſſum, eum in præſenti recipere diſtuliſti, eo quod quidam E. qui pater eius dicebatur,in præfata miniſtrauit eccleſia. Præterea ex parte ipſius nobis eſt inſinuatũ, quod memorato E. defuncto media interceſsit perſona, cui prædictum collatũ eſt beneficium. Inde eſt, quod.f.t. p.A.s. m. atq. pr. qua.ſi prædicta c.7.c.c.

conſtiterint, prænominatum Walterium in poſſeſsionem ei collati beneficij inducere nõ differatis omni oc. & ap. ces. non ideo minus obſeruato Apoſtolici reſcripti decreto, quod hic hereditariã in eccleſia Dei deſtruit ſucceſsionem, vt canonicam approbet poſſeſsionem.

Idem Wigor. Epiſcopo, & Priori de. Cap. 9.*

c. 8. e. CONSTITVTVS in præſentia noſtra G. clericus præſentium lator ſupplici nobis inſinuatione monſtrauit, quod cum capellã de Stertona canonice adeptus fuiſſet, & eã pluribus annis pacifice poſſediſſet. R. miles ipſum præſcripta eccleſia ſine iudicio, & iuſtitia ſpoliauerit. cumq. memoratus clericus exinde apud te frater coepiſcope querellam depoſuiſſet, obiectum fuerit ei, quod pater ſuus in præfata eccleſia miniſtrauerit, & præfatam capellam nondum potuit rehabere. Quia vero ad noſtrũ ſpectat officium, inſolentiam laicorum contra viros eccleſiaſticos debita ſeueritate conpeſcere: d. u. p. A. s. p̃. m. qua. rei veritate diligenter inquiſita, & cognita, ſi vobis conſtiterit, quod idem clericus a prę dicta capella fuerit per laicalem potentiam eiectus, & quod pater eius pręfatæ capellæ perſona, ſeu perpetuus vicarius non fuerit, licet in eadem nomine eius G. quandoq. miniſtrauerit, ipſam cum redditib. inde perceptis amoto alio, ſi quis eam detinet, di, oc. & ap. ces. reſtituatis, litteris noſtris, ſi quę ſint impetratæ, veritati & iuſtitię non præiudicantibus, & ipſum, ſicut canonice adeptus fuit, faciatis pacifice poſsidere.

Idem Eberaceñ. Archiepiſc. Cap. 10.

c. 9. e. EX tua nobis eſt parte propoſitũ, quod cum olim ad tuam conſultationem ſuper filijs ſacerdotum, tales a nobis litteras recepiſſes, vt eos poſsis in eccleſijs, quas patres eor. nullo mediante poſſederant, ſuſtinere, quos probatæ vitæ, & ſanę conuerſationis cognoſceres, vel quos longo tempore tenuiſſe cõſtaret: quidam ad iudices litteras impetrauerunt; vt ſi conſtaret, eos eſſe filios ſacerdotũ, vel clericorum, qui proximo ante eos eccleſias tenuerũt; ſuper his imponant eis ap. ces. ſilentium, & eccleſias illas ipſis aſsignent, quamuis in eis ſe oſtendere nequeãt per Epiſcopos inſtitutos. ſi autem per priores litteras noſtras cum aliquib. clericis diſpenſaſti, diſpenſationem tuam poſteriorum litterarum noſtrarum intuitu nolumus irritari, ſed eam ſeruari præcipimus illibatam. Alios vero clericos laicæ dominationis intuitu in eccleſijs parochiali iuri ſubiectis, ſine auctoritate Põtificum inſtitui, aut inſtitutos remanere in eis auctoritate Apoſtolica prohibemus.

Idem Cantuar. Archiepiſcopo. Cap. 11.

QVONIAM ſacris canonibus prohibitum eſt, ne qui hereditario iure eccleſiaſtica beneficia poſsidere præſumant, nec ij, qui in ſacerdotio ſunt geniti, niſi probate vixerint in clauſtro monachor. vel regularium canonicorum, ad ſacros ordines debeãt promoueri: vobis præcipimus, qua. ſi manifeſtum, & publicum fuerit, patres eorum eccleſiæ perſonatus geſsiſſe, filios ab eiſdem eccleſijs, ſi eas iã adepti ſunt, ap. ces. penitus excludatis, nec ad eorum gubernationem vlterius aſſumantur. Nolumus enim, vt propterea cauſa in iudiciũ deducatur, vel teſtes admittantur, cum hoc manifeſtum exiſtit. c. 10. e.

DE SERVIS NON ORDINANDIS, & eorum manumiſsione. Tit. x.

Ex concilio Toletano. Cap. 1.

INSTRVENDI ſunt laici pręterea, vt ſciant, quod nullatenus alio loco manu mittere poſſunt ſeruos proprios, quos dominicis caſtris aggregare decreuerunt, niſi in ſacroſancta eccleſia, ordine prænotato. Quomodo enim clerici extra eccleſiam libertatem conſequi poſſunt; qui a lege mũdana extranei ſunt? & quibus interdicitur, ne ad ſæculare iudicium procedant, quomodo ſæculari iudicio a iugo ſeruitutis abſoluuntur? fortaſſe dicet aliquis, clericus fieri non permittitur, niſi ante ſuſceptum clericatus officium, ingenuitatis dignitate potiatur. re uera verum dicit, & ideo, quod infirmari, vel vituperari poteſt, præcaueri debet. non ſolũ autem, qui ad clericatus ordinẽ promouendi ſunt, in eccleſia manumittendi ſunt, verum etiam ij, quos quiſque pro remedio animæ ſuæ emancipari vult, quia ſic ſcriptum eſt in pacto Francorum. De ſeruis non ord. c. 1.

Ex eodem. Cap. 2.

DE ſeruorum ordinatione, qui paſsim ad gradus eccleſiaſticos indiſcrete promouẽtur, placuit omnibus cum ſacris canonibus concordare. ſtatutum eſt, vt nullus Epiſcoporum deinceps aliquos ad ſacros ordines promouere pręſumat, niſi prius a dominis proprijs libertatem conſecuti fuerint. & ſi quilibet ſeruus dominum ſuum fugiens, aut latitans, aut adhibitis teſtibus munere conductus, vel corruptis, aut qualibet calliditate, c. 1. e. 11

vel

vel fraude ad gradus eccleſiaſticos peruenerit; decretum eſt, vt deponatur, & dominus eius eum recipiat. Si vero auus, vel pater ab alia patria in aliam migrans in eadem prouincia filium genuerit, & ipſe filius ibidem educatus, & ad gradus eccleſiaſticos promotus fuerit, & vtrum ſeruus ſit, ignoratum ſit; & poſtea ueniens dominus illius, legib. eum acquiſierit, ſancitum eſt, vt ſi dominus eius libertatem dare voluerit, in gradu ſuo permaneat. Si vero eum cathena ſeruitutis a caſtris dominicis abſtrahere voluerit, gradum amittat. quia iuxta ſacros canones vilis perſona permanens ſacerdotij dignitate fungi non poteſt.

Ex concilio apud Aliberum. *Cap.* 3.

c.4.e. NVLLVS clericus ad gradum presbyterij promoueatur, niſi vt ſcriptum in canonibus habetur. Si enim propter dilectionem Dei quis de ſeruis ſuis quemquam elegerit, & docuerit litteras, & libertatem donauerit, & per interceſsionem erga Epiſcopum presbyterum fecerit; ille autem in ſuperbiam elatus, miſſam dominis, & canonicas horas obſeruare, & pſallere renuerit; & eis iuſte obedire, dicens ſe liberũ eſſe, noluerit, & quaſi libere, cuius vult, homo fiat; hęc ſancta ſynodus anathematizat, & illum a ſancta communione arceri iudicat, donec reſipiſcat, & domino ſuo obediat, ſecundum canonica præcepta. Sin autem obſtinato animo, etiam hæc contempſerit, accuſetur apud Epiſcopum, qui eũ ordinauit, & degradetur, & fiat ſeruus illius, id eſt domini ſui, ſicut natus fuerit. quiſquis vero talem ſecum habuerit, poſtquam rem illius prædictam audierit, & domino ſuo non reddiderit, vel a ſe non proiecerit, ſiue Epiſcopus, ſiue comes, ſiue clericus, ſiue laicus, anathematis illius ſocietate innodatus, pœnam excõmunicationis ducet.

Ex concilio Toletano. *Cap.* 4.

c.5.e. DE familijs eccleſiæ conſtituere presbyteros, & diaconos per parochias liceat, ita tamen, vt antea manumiſsi libertatis ſtatum accipiant. quidquid autem talibus aut per libertatem conceſſum, aut per ſucceſsionem extiterit debitum, aut quolibet modo collatum, non licebit eis quippiam in extraneas perſonas tranſmittere, ſed omnia ad ius eccleſiæ, ad quam manumiſsi ſunt, poſt eorum obitum pertinere. his quoq. ſicut ceteris eccleſiæ libertis accuſandi, vel teſtificandi aduerſus eccleſiam aditus intercluditur. quod ſi aſpirauerint, non ſolum libertatis beneficio careant, ſed etiã honoris gradu, quẽ non dignitate naturæ, ſed tẽporis neceſsitate promeruerint.

Alexander iij. Turoñ. Archiepiſc. *Cap.* 5.

CONSVLVIT nos tua fraternitas, vtrum tibi liceat ſpurios, & ſeruos ad ordines promouere: ſuper quo vtiq. conſultationi tuæ taliter reſpõdemus; quod neq. ſpurios, neq. ſeruos ordinare debes, & ſi memor es, in cõſecratione tibi dictũ eſt: vide, ne quẽlibet ſeruilis conditionis ad ordines promouere præſumas. c.5.e.

DE OBLIGATIS AD RATIOcinia ordinandis, vel non. Tit. xj.

Ex concilio Carthag. *Cap. vn.*

MAGNVS Epiſcopus Auguſtenſis dixit: quid dilectioni veſtrę videtur, procuratores, & actores, & executores, ſeu curatores pupillorum, ſi debeant ordinari? Gratus Epiſcopus dixit, ſi poſt depoſita omnia, & reddita ratiocinia actus vitæ ipſorum fuerint comprobati in omnibus, debent & cum laude clerici †, ſi poſtulati fuerint, honore munerari. ſi enim ante libertatem negotiorum, vel officiorum ab aliquo ſine conſideratione fuerint ordinati; eccleſia infamatur. Vniuerſi dixerunt, recte quoque ſtatuit ſanctitas tua, ideoq. ita eſt noſtra ſententia. De obli c.un. † al. cleri.

DE CORPORE VITIATIS ordinandis, vel non. Tit. xij.

Alexander iij. *pars c. Licet f.* *Cap.* 1.

DE presbytero autem Campanię, qui duellum ſponte optulit, & oblatum ſuſcepit, & in eo digiti partem amiſit, ſicut illi, ita & nũc prudentiæ tuæ reſpondemus; quod, cum ipſe, ſicut etiam nos videmus, non perdiderit totum de digito, quin ipſe ſine ſcandalo poſſit ſollemnia celebrare, ſatis potes poſt peractam pœnitentiam cum eo miſericorditer agere, & permittere ipſum in ſuo ordine miniſtrare, licet eius exceſſus grauis admodum extitiſſet. De corp vit. c. 1. & infra de cler. pugn. c.1.

Idem Ciſtreñ. electo. *c.* 2.

CVM de tua, & aliorum electione, qui ſunt in quibuſdã eccleſijs Anglicanis electi, in præſentia noſtra, & fratrum noſtrorum quæſtio mota fuiſſet, & ſingulis vobis quædã obijcerentur; tibi obiectum eſt, quod in oculo maculam habebas, & quod fueris canonici filius; attendentes itaq. prudentiam, & honeſtatem tuam, & volentes te noſtræ gratiæ, & dilectionis prærogatiua gaudere, venerabili f. n. R. Cant. Archiepiſcopo A.S.L. dedimus c.1.e.t.

in mandatis; vt pro eo, quod canonici filius diceris, in promotione tua ex multa diſpenſatione procedere nõ poſtponat. De macula vero, quã in oculo habere dicens, hoc prædicto Archiepiſcopo mãdamus, vt cõſilio ſuffraganeorũ ſuorũ, & præſertim venerabiliũ fratrum noſtrorũ Exoneñ. & Wigor. Epiſcoporum, qui exinde ſibi, quod viſum fuerit, exequentur. tu itaq. eundem Archiepiſcopũ frater requirere ſuper his ſtudeas humiliter, & deuote; quia nos tibi ex maxima diſpenſatione in hac parte curauimus prouidere; vt pote, qui perſonam tuam ſincera caritate diligimus, & libenter, quantum ſecundum Deum poſſumus, ad tuum intendimus commodum, & honorem.

DE BIGAMIS NON ORDINANDIS. Tit. xiij.

Ex concilio Aurelian. *Cap.* 1.

Nõ ponitur.

DE his, qui ex concubinis filios habent, & vxores legitimas poſt habuerunt, & defunctus vxorib. ſibi concubinas publice ſociant, ad obſeruãdum cenſuimus, vt ſicut eos, qui iam clerici per ignorantiam ordinati ſunt, non remoueamus, ita ſtatuimus, ne vlterius ordinentur.

Ex *eodem.* *Cap.* 2.

De bigam. c. ti

VT bigami, vel pænitentes, vel repudiatarum mariti ad ſacerdotium non promoueantur.

Lucius iij. Spoletano Archiepiſcopo.* *Cap.* 3.

c. 2. e. t.

SVPER eo quod a nobis tua fraternitas requiſiuit, quid faciendum ſit de bigamis. inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus, quod ordinatores eorum poteſtate, & officio ordinandi, & ordinati; ſi ad ſacros ordines fuerint promoti, eis debent ordinibus ideo priuari, quia in bigamis contra Apoſtolum diſpenſari non licet, vt debeant ad ſacros ordines promoueri, vel in eiſdem ſi promoti fuerint, poſsint aliquatenus remanere. In ordinatore autem poteſt diſpenſatio adhiberi, vt ordinãdi poteſtate, & officio nõ priuetur.

DE CLERICIS PEREGRINIS, *& eis ſine litteris non recipiendis.* Tit. xiiij.

Alexander iij. Cenomañ. Epiſcopo. *Cap. vn.*

De cleri. pereg. c. 1.

TVA nos duxit fraternitas conſulendos, quid agendum ſit de clericis, qui in remotis regionib. ordinati, litteras eorum oſtendunt, a quib. ſibi proponunt manus impoſitas, & incertum eſt, vtrum eorum ſigilla ſint, quæ repræſentãt. Tuæ igitur cõſultationi ſignificatione præſentiũ indulgemus, tutius eſſe, vt in his ſtatuta patrum veterum obſeruentur, quam nouum aliquid ſtatuatur. ſtatutũ eſt autem de tranſmarinis, vt ad minus V. Epiſcoporum ſuper ordinatione ſua teſtimonio muniantur. quod in alijs, qui ſimiliter ſunt incogniti, credimus obſeruandum. ita tamen, vt in ſuſpenſione aliquo tempore habeantur, in quo videntes plenius de ipſorũ actibus inſtruantur. ſed de inferioribus ordinibus oportuit inquiri: quia poſſet contingere, vt aliquibus prætermiſsis ſaltum feciſſent. his autem peractis, ſi digni inuenti fuerint, circa eos poterit diſpenſari.

DE OFFICIO ARCHIDIACONI. Tit. xv.

Gregorius Honorato Archiepiſc. Saloñ.* *Cap.* 1.

De offi. Archidiac. c. 3.

EA, quæ nos contra vos, tu, & Epiſcopus tuus direxiſtis ſcripta, doluimus agnoſcentes, quod nihil inter vos caritas recognoſcit; verumtamen in officio ordinis tui, te adminiſtrare præcipimus, & ſi illic poteſt ſuperãte gratia cauſa veſtri ſcandali diffiniri, multum credimus animæ veſtræ acquiſiſſe, ſi vero ita diſcordia inter vos partes ſuas armauit; vt in tumore ſcandali voluntas veſtra debeat remanere; tu ad noſtram audientiam indifferenter occurre, & Epiſcopus tuus pro ſe dirigat, quam elegerit perſonam inſtructã, vt omnia ſubtili ratione perpenſa, quæ viſa fuerint partibus, audire debeamus. Scire te vero volum⁹, quod a te diſtricte quæſituri ſumus, quæ vel propriæ eccleſiæ, vel ea, quæ diuerſis eccleſijs ſimilia ſunt collecta, non ſub omni ſollicitudine, & fide ſeruãtur. Quod ſi quid ex eis, vel negligẽtia, vel cuiuſquam fraude deperijt, tu in hoc reatu aſtringeris, qui per Archidiaconatus ordinem, cuſtodię eiuſdem eccleſiæ artius deputaris.

Ex *lib. Rom. ordinis.* *Cap.* 2.

c. 4. e. t.

VT Archidiaconus poſt Epiſcopũ ſciat ſe vicariũ eius eſſe in omnib. & omnem curam in clero tam in vrbe poſitor. quam eorũ, qui per parochias habitare noſcuntur, ad ſe pertinere, ſiue de eorum conuerſatione, ſiue honore, & reſtauratione eccleſiarum, ſiue doctrina eccleſiaſticorum virorum, vel ceterar. rerum ſtudio, & delinquentium rationem coram Deo redditurus eſt, & vt de tertio in tertium annum, ſi Epiſcopus non poteſt, parochiam vniuerſam circũeat, & cuncta, quæ emendatione indigent, ad vicẽ ſui Epiſcopi corrigat.

Ex concilio Toletano. *Cap.* 3.

Officium

c.1.e. OFFICIVM vero Archidiaconi eſt, euangeliū quando voluerit legere, vel alicui de diaconis præcipere, & quādo Epiſcopus miſſam canit, ad iuſsionē illius induant ſe le uitę veſtimētis ſacris; qualiter cum Pontifice ad miſſam procedant, omnem querimoniā, ſeu cauſam, vel iuſtitiam presbyterorum vel diaconor. vel ſubdiaconorum ipſe debet deliberare, ordinare, & facere. Ideo vero ſtrenuus, prouidus, cautus, vicem ſui Epiſcopi agens, epiſcopij totius curā habeat, & omne eccleſiaſticū officium prouidendo, lectiones, aut reſponſoria in matrice eccleſia dare debet, & auſcultare. & interim, vt nullus euāgelium, aut epiſtolam, aut reſponſorium, vel quamlibet in eccleſia lectionem legat, vel cantet, donec ante ipſum legat, vel cantet, & auſcultetur. acolythos quoq. ipſe ordinet, quis eorum candelabra, quis turibulum deferre, quiſue minorum in eccleſia aliqua officia agere debeat.

Alexander iij. Elien. Archidiacono. c. 4

c.4.e. CVM ſatis ſit abſurdum, & a ſanctorū patrum inſtitutionibus alienum, vt Archidiaconus, auctoritate propria, debeat cuilibet eccleſiarum curam committere: ægre nimis ferimus, quod tu ſine mandato Epiſcopi tui perſonis curam animar. committis. Quoniam igitur obtentu alicuius conſuetudinis non debes contra ſanctorum patrum inſtitutiones, & quod ad tuum non ſpectat officium, tibi vendicare: ideo mandamus, vt nemini de cetero ſine licentia, & mandato Epiſcopi curam animarū cōmittere præſumas.

Alexander iij. Wigor. Epiſcopo. pars c. ca-ſam, que vertitur. Cap. 5.

c.5.e. ARCHIDIACONIS de eccleſiaſtica inſtitutione non videtur licere, niſi auctoritas Epiſcoporū, & conſenſus acceſſerit, in aliquos ſententiam promulgare.

DE OFFICIO ARCHIPRESbyteri. Tit. xvj.

Ex concilio Toletano. Cap. 1.

De off. Archipresb. c.1. VT Archipresbyter ſciat ſe ſub eſſe Archidiacono, & eius præceptis omnib. vel præceptionib. ſicut Epiſcopi ſui obedire debet, & quod ſpecialiter ad eius miniſterium pertinet, ſuper omnes presbyteros in ordine poſitos curam agere, & aſsidue in eccleſia ſtare; & quando Epiſcopi ſui abſentia eſſe contigerit, ipſe ad vicem eius miſſarū ſollemnia celebret, & collectā dicat, aut cui ipſe iniunxerit.

Item Leo Papa. Cap. 2.

MINISTERIVM Archipresbyteri in eo cōſtituitur, vt diligenti cura prouideat myſterium ſacerdotum Cardinaliū, qui per ſollemniſsimum debent agere officiū in cōmunicatione corporis & ſanguinis D. N. I. Chriſti, ita vt viciſsim eos ſibimet ſuccurrere faciat, quatenus a ſacro ſancto die Domini co incipiēdo, per omnes horas canonicas indeclinabiliter perſeuerēt; vt opus Dei digne, & ſancte perficiatur ab eo, cui committitur. Verens ſententiam illius ſapientiſsimi, vbi dicitur. Maledictus homo, qui negligenter facit opera Dei. Prouideat etiā archipresbyter, vitam ſacerdotum Cardinaliū præceptis ſui obtemperando Epiſcopi, ne aliquando cedant, aut ſcurrilitate torpeant, & reminiſcantur; quod labia ſacerdotum cuſtodiant ſcientiam, & legem requirunt ex ore eius, q.a. d. ex. e. ſi Epiſcopus defuerit, exceptis his, quæ prohibita ſunt, Archipresbyter prouideat cūcta, quæ in ſacerdotū miniſterio perfici debeāt, fontes benedicere, infirmos oleo perungere, pænitentē infirmū cōſulto Epiſcopo recōciliare, pænitentiam cunctis alijs ſacerdotibus, quæ ad purgationem animarū pertinent, iniungere, in præcipuis feſtiuitatibus, aut ipſe celebrationē miſſæ ſollemniter adimpleat, aut ad oris ſui iuſsionem, cui cōmittitur, veneranter peragant. — d.2.e.

Idem. Cap. 3.

OFFICIVM Archipresbyteri de vrbe conſtat, quando ibi præſul defuerit, vice eius officium inchoare, benedictiones presbyterales in eccleſia dare, miſſam, quando voluerit, cantare, vel cui de ſacerdotibus iuſſerit. Quando vero Epiſcopus miſſam cātat, debet præcipere ſacerdotibus, vt induāt ſe veſtibus ſacris, qualiter ad miſſam procedant. Debet enim præcipere cuſtodi eccleſiæ, vt in ſacrario Euchariſtia Chriſti propter infirmos non deſit. debet infirmis prouidere, & prouidendo præcipere ſacerdotibus, ne forte ſine confeſsione, vel confirmatione corporis & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti moriantur: cōfeſsiones vero peccatorum eorum, qui a foris veniunt, recipere cum omnibus ſacerdotibus, & ex inde per iuſsionem Pontificis magnam debet illis adhibere curam. Ad Chriſtianos quoq. faciendos, & baptizandos infantes, & ad ſuccurrendum, omnia a ſacerdotib. per iuſsionē illius fiant. — c.3.e.

*Item ex Synodo Rauenne habita a Ioanne Papa xij. & Lamberto * Imperatore. c. 4.*

c. 4. e. t. VT ſingulæ plebes Archipresbyterum habeant. Propter aſsiduam erga populũ Dei curã, ſingulis plebib. Archipresbyteros eſſe volumus, qui non ſolum imperiti vulgi ſollicitudinẽ gerant, verum etiam eorum preſbyteror. qui per minores titulos † habitant, vitã iugi circunſpectione cuſtodiant, & qua vnuſquiſq. induſtria diuinũ opus exerceat, Epiſcopo ſuo renuntient, nec obtẽdat Epiſcopus nõ egere plebem Archipresbytero, quaſi ipſe eam gubernare valeat, quia etſi valde idoneus ſit, decet tamen, vt partiatur onera ſua, & ſicut ipſe matrici præeſt, ita Archipresbyteri præſint plebib. vt in nullo titubet eccleſiaſtica ſollicitudo. cuncta tamen ad Epiſcopum referant, nec aliquid contra decretum eius ordinare præſumant.

† al. vinculos.

DE OFFICIO PRIMICERII. Tit. xvij.

*Item ex concilio * Romani ordinis.* *Cap. un.*

De offi. primic. c. vn.

VT primicerius ſciat ſe eſſe ſub Archidiacono, ſicut et Archipreſbyter. ad eius curam ſpecialiter pertinere: vt præſit in docendo diaconis, vel reliquis gradib. eccleſiaſticis in ordine poſitis, vt ipſe diſciplinæ, & cuſtodiæ inſiſtat, ſicut pro animabus eor. coram Deo rationem eſt redditurus. & vt ipſe diaconib. donet lectiones, quæ ad nocturna officia dicuntur; & de ſingulis ſtudium habeat, vt in quacunque re capacem ſenſum habuerint, abſque vlla vacet negligentia, aut a quo ipſe iuſſerit, inſtruendi ſunt.

DE OFFICIO SACRISTAE. Ti. xviij.

Ex concilio Toletano. *Cap. un.*

De offi. ſacriſtæ c. un.

VT ſciat ſe ſacriſta ſubiectũ Archidiacono, & ad eius curam pertinere cuſtodiam ſacror. vaſorũ, veſtimentor. eccleſiaſticorum, ſeu totius theſauri eccleſiæ, nec non quæ ad luminaria pertinent, ſiue in cera.

DE OFFICIO CVSTODIS. Tit. xix.

*Ex concilio * Rom. ordinis.* *Cap. 1.*

De offi. cuſtod. c. 1.

CVSTOS eccleſiæ, cui ea, quæ eccleſiæ competunt, cuſtodienda committuntur, oportet, vt ſui Archidiaconi iuſsioni in cunctis obediat. In canonibus † horis ſigna tintinabulorum pulſandi, ipſo Archidiacono iubente ab eo pulſentur. Pallia vero, vel linteamina, altaria, † ſeu cuncta vtenſilia eccleſiæ indeſinenter cuſtodiat, lampades, & lanternas in accendendo, ſeu in extinguendo peruigil exiſtat; vt ne ſupra modũ lucendo oleum depereat, aut minus lucendo obſcurior ſit eccleſia; ſed omnia cum diſcretione agantur, quæ noſcitur mater omnium virtutũ eſſe. Si vero is, cui eccleſia cuſtodienda traditur, minus idoneus ad hoc peragendũ extiterit; ab Archidiacono coerceatur, vt ſe emendet. Si autẽ indomitus permanſerit, Archidiaconus Epiſcopo nuntiando prouideat; vt indecente eiecto aptus domui Dei conſtituatur miniſter; vt omnia in laudem, & nomen domini fiant: qualiter poſſit Deus in eccleſia placari ab obſeruientibus ſibi.

† al. canonicis

† al. altariũ.

Ex concilio Toletano. *Cap. 2.*

c. 1. e. t. CVSTOS vero ſollicitus debet eſſe de omni ornamento eccleſiæ, & luminariis, ſiue incenſo. nec non panem & vinum omni tempore ad miſſam præparatum debet habere. debet etiam per ſingulas canonicas horas, ſignũ ex conſenſu Archidiaconi ſonare. vt oblationes, vel decimas, vel eleemoſynas, ſeu decimas cum eiuſdem conſenſu abſente Epiſcopo inter fratres diuidat. In his tribus eccleſię columnis, vt ſancta ſanxit ſynodus, conſiſtere debet alma mater eccleſia; vt ad hoc opus tales ordinentur, quales plus meliores, & ſanctiores eſſe viderint, vt nulla negligẽtia in ſancta Dei eccleſia eſſe videatur. hi tres Archidiaconus, Archipresbyter, cuſtos prouidi ſimul iuncti, vno animo, peragant, & perfecte, & non ſit inuidia, nec zelus inter illos.

DE OFFICIO VICARII, ET eius beneficio. Tit. xx.

Gregorius Maximo Syracuſano. *Cap. 1.*

MANDATA cæleſtia efficacius gerimus, ſi noſtra cũ fratrib. onera partiamur. proinde ſuper cũctas Siciliæ eccleſias te fratrẽ, & coepiſcopum noſtrum vicem ſedis Apoſtolicæ miniſtrare decernimus. quas. s. vices non loco, ſed perſonæ tribuimus, quia in te ex tranſacta vita didicimus, quid de ſubſequenti tua conuerſatione præſumamus. De præ ſum. c. 6.

Alexander iij. No W icen Epiſcopo, & G. Archidiacono. *Cap. 2.*

AD audientiam noſtram peruenit, quod Vg. presbyter monachos de Rameſeia, & Thomam clericum ſuum petendo vicariam ſuam eccleſiæ de Burnelia, a qua xx. annis retro ceſsit, in diuerſis poſtea eccleſiis perſonatũ adeptus multipliciter vexare, ac fatigare præſumit. Quia igitur nõ eſt canonicum, vt qui curam animarum in diuerſis habet eccleſiis, vicarius fiat in alienis: d. u. p. A. s. p. m. qua. rei veritate plenius inquiſita, ſi ita eſſe De offi. vic. c. 1.

eſſe noueritis, prædictum presbyterum a petitione ſupra dictæ vicariæ deſiſtere ap. & oc. re. diſtrictius compellatis, non obſtantib. litteris, ſi quas tacita veritate per nuntium a nobis impetrauit. extirpari etenim debent, quæ de auaritiæ radice procedunt, & canonum cõtraria ſunt rationi vel ſanctioni.

Alexander iij. Elieñ. Epiſcopo. pars c. conueniens. Cap. 3.

c. 2. e. t. PROVIDEAS attentius, ne in epiſcopatu tuo patiaris aliquẽ plures vicarias habere; quia cum vicarij teneantur ecclesijs & perſonis deſeruire: alienum eſt ab ordine vicarij, vt vicariam habeat quis præter vnam.

Idem Wintoñ. Epiſcopo. pars c. quamuis ſimus. Cap. 4.

c. 3. e. t. AD hæc ſi perſona alicuius eccleſiæ vicario, quẽ in eadem eccleſia inſtituit, de aſſenſu, & auctoritate diœceſani Epiſcopi certam aſsignauerit portionẽ, is qui perſona illa defuncta in perſonatum illius ſubſtituitur eccleſiæ, nõ poteſt ab eccleſia eundem vicarium remouere, vel aſsignatã ſibi minuere portionem; niſi aliquid cõmittat, propter quod per iudicem in vicaria, vel beneficio ſit condemnandus.

Idem NorWiceñ. Epiſcopo. pars. c. ſignificauit. Cap. 5.

c. 4. e. t. CLERICOS in presbyteratu, vel in alijs inferioribus ordinib. conſtitutos in vicarijs eccleſiarum quas ãdepti ſunt, ſubſtituere non permittas; cum id ſit ſatis abſonum, & abſurdum, & rationi contrarium.

DE OFFICIO ET POTEſtate iudicis delegati. Tit. xxj.

Alexander iij. Lundoñ. Epiſcopo. Cap. 1.

Non ponitur. Poſt cõ. Later. parte. 7. c. 1. CVM tibi ſit de benignitate ſedis Apoſtolicæ indultum, vt cauſas, quas de mãdato noſtro ſuſcipis terminandas, liceat tibi perſonis alijs vni, vel pluribus delegare; ſed ab his quib. cauſa per te fuerit cõmiſſa, fas ſit litigantib. appellare; & ſi eadem cauſa tibi fuerit a nobis cõmiſſa ap. re. accidit interdũ, ſicut tu aſſeris, quod cauſam, quã tibi commiſimus ap. poſtpoſita terminandam, alior. experientiæ cõmittis audiendam, & appellationem alter litigantium ad tuam, alter ad noſtram audientiam interponat. Conſul. t. t. reſpondemus, quod ei appellationi, quæ ad nos interponitur, eſt omnino deferendũ, licet fuerit ap. remota commiſſa.

Idem. Cap. 2.

QVIA quæſitum eſt a nobis ex parte tua; quid faciẽdum ſit de poteſtatibus, quæ cum præcipimus alicui iuſtitiam exhiberi de his, quos diligunt, aut tueri volunt nimis, aut terroribus ſuis conquerẽtes ſilere cõpellunt, & ſic mandatum noſtrum eluditur. Id tibi reſpõdemus, quod ſicut agentes, & conſentientes pari pœna ſcripturæ teſtimonio puniuntur; ſic tam eos, qui trahũtur in cauſa, quam principales eor. fautores, ſi eos manifeſte cognoueris iuſtitiam impedire, cenſura eccleſiaſtica poteris coercere. De offi. del. c. 1.

Idem Eboraceñ. Epiſcopo. pars. c. inter cetera. Cap. 3.

SANE ſi nobis ſuper aliqua cauſa litteræ prius impetrentur, & aliæ poſtea non facta mentione prior. litterar. litteræ opponũtur, ſi iudicibus innotuerint; donec Rom. Pontificem conſulant, & ſuam exinde plenius cognoſcant veritatẽ, executioni litterar. debent penitus ſuperſedere; ne pro varietate litterar. cauſar. valeant fines impediri. Item cum aliqua cauſa ap. re. cõmittitur, & ſententia fertur iniqua, eã euacuari oportet; nec ei debet ſtari, ſi manifeſtam continet iniquitatem. c. 2. e. t.

Idem Lundoñ. Epiſcopo. Cap. 4.

SI pro debilitate, vel pro aliqua graui neceſsitate tractandis cauſis, quæ tibi ab Apoſtolica ſede committuntur, intereſſe non poteris; liberum tibi ſit perſonis diſcretis, & idoneis vices tuas committere; ita quod ſi res tanti eſt; te cõſulere debeãt; niſi forte cauſæ ita graues ſint, quod ſine præſentia tua non poſsint commode terminari. c. 3. e.

Idem Willelmo. Can. electo. Cap. 5.

DE cauſis, quæ in certum terminum decidendæ committuntur, hoc tuam volumus cognitionẽ tenere; quod niſi dies ab Apoſtolico præfixus, de cõmuni conſenſu partium prorogetur, eo tranſacto mandatũ expirat. Illis etiã, qui pro cauſis tibi cõmiſsis ad citationem tuam venire, aut tuo ſuper his iudicio parere neglexerint; ſi tale fuerit negotium, quod certa ex inde pœna canonibus exprimatur, eam infligas; alioquin ipſos pro delicti qualitate, & cauſæ, ſecundum tuum arbitrium punias. c. 4. e.

Idem

Idem Archiepiſcopo Sen̄. Sicut Romana. & infra. *Cap. 6.*

c. 5. e t PRAETEREA ſuper hoc, quod nos conſulere voluiſti; vtrum liceat iudici delegato non ordinario, ſine litteris commiſſorijs exigere contumacem, vt veniat, vel damnare, ſi non venerit, hoc tibi præſentium auctoritate innoteſcat; quod poſtquam ei cauſa licet ſimpliciter, delegetur; ſatis poteſt noſtra auctoritate partes compellere, & etiam contumaces ſeueritate eccleſiaſtica coërcere; etiā ſi litteræ cōmiſsionis id non cōtineant, aut partes mandatū non habeāt, vt accedāt. quia ex eo quod cauſa ſibi committitur ſuper his omnib. quæ ad cauſam ipſam ſpectare noſcuntur, plenariam recipit poteſtatem.

Idem Winton. Epiſcopo. *Cap. 7.*

QVAMVIS ſimus multiplicitate negotiorum implicitì; & grauibus, diuerſiſq. ſollicitudinib. occupati; nos tamen cogit, præter commune debitum tua fraterna caritas, & dilectio, qua perſonam tuam diligimus, tuis conſultationibus reſpondere: ne videamur indiſcuſſa relinquere, quæ nobis enodanda tua voluit diſcretio præſentare. Innoteſcat autē ſollicitudini tuæ, quod iudex a nobis delegatus cauſam ſibi commiſſam, poteſt alijs delegare, aut totam audiendam, & terminādam; aut etiam, vt allegationes audiāt, & rationes, & atteſtationes recipiant, & ſententias ſibi ſeruent, vel vt horū aliquid tantummodo faciant iuxta voluntatem, & beneplacitum delegantis. quamquam non poſsit eandem cauſam alij ap. poſtpoſita delegare; & ſi ſibi ſit appellatione re. cōmiſſa. Si vero duobus cauſa cōmittitur, etiam ſi non apponatur, vt vnus ſine altero in ea procedat; nihilominus vnus ex ipſis, ſiue ſuo coniudici, ſiue alij vices ſuas in hac parte committere poteſt.

(c. 6. e. t.)

Idem eidem. *Cap. 8.*

Non ponitur. Poſt cō. Lat. parte. 7. c. 10. SENTENTIAM a delegato iudice latam, ſi ad mandatum ipſius iudicis dioeceſanus Epiſcopus executioni mādare neglexerit, is, qui ex delegatione Rom. Pontificis ſententiā tulit, eam executioni mandandi plenam, & liberam habeat facultatem.

Idem Nor Wic. Epiſcopo. *Cap. 9.*

c. 7. e. t. SIGNIFICASTI nobis per litteras tuas, quod interdum a iudice delegato fruſtra ſuper aliqua cauſa fertur ſententia, cum ordinarius iudex eam ad mādatum ipſius nolit executioni mandare, vel alijs reſiſtentib. effectui mācipari non poſsit. Super hoc autem conſul. t. taliter reſpondemus; quod, ſi iudex ordinarius ad mandatum iudicis a nobis delegati, nō vult, aut non poteſt alijs reſiſtentibus ſententiam ab eo latam effectui mancipare; delegatus iudex cauſam, auctoritate ſibi cōmiſſa poteſt executioni mandare, & ſi qui ſibi reſtiterint, eos eccleſiaſtica ſententia coercere.

Idem. *Cap. 10.*

SI quando clerici coram iudice delegato prælatos eccleſiarum ſuper eccleſijs quas tenent, in cauſam traxerint, & coram eodem iudice, tranſactione, vel alio modo eccleſias obtinuerint, in quib. certum ſit, eos inſtitutionem canonicam nullatenus habuiſſe, nec poſſeſsionem etiam corporalem: ordinarius iudex non debet delegati iudicis mandato reſiſtere violenter; ſed apud ipſum inſtare debet, vt differat illos in poſſeſsionem mittere, donec rei veritas nobis innoteſcat. c. 8. e.

Idem Herefordeñ. Epiſcopo. *Cap. 11.*

INTELLEXIMVS ex tuæ fraternitatis relatu quod, quandoq. a nobis impetrantur litteræ certā formā habentes ad te, & alios; aliquādo per ſuggeſtionem falſitatis, aliquādo per ſuppreſsionem veritatis. vnde a nobis conſilium poſtulaſti, vtrum ſecundum formam, aut ſecundum rigorem iuſtitiæ tunc debeas in ipſa cauſa procedere. ſuper quo. f. t. taliter duximus reſpondendū; quod ſi litteræ noſtræ ad te directæ formam expreſſam habuerint; & cognoueris eas per ſuggeſtionem falſitatis, aut per ſuppreſsionem veritatis cum tali forma impetratas fuiſſe, tunc nō ſecundum formam in eis expreſſam, ſed ſecundum rigorem iuſtitiæ in cauſa ipſa ſine perſonarum acceptione procedas. Non ponitur. Poſt cō. Lat. par. 7. c. 13.

Idem. *Cap. 12.*

SI autem lis infra certum terminum præcipiatur decidi; non poterit negotium vltra præfixum diem; niſi de communi conſenſu partium prorogari. Verum ſi iudex delegatus aliter fecerit, & fines mādati exceſſerit, eius iuriſdictionem non eſt dubium expirare. Non ponitur. d. par. 7. c. 14.

Idem G. Londeñ. & R. Wigor. Epiſcopis. *Cap. 13.*

Peruenit

Nō ponitur. Post cō. Lat. parte. 7. c. 15.

PERVENIT ad nos ex parte R. ſenis prsbyteri, quod cum Epiſcopus olim ad vos litteras noſtras attuliſſet, quod ſi vobis conſtaret eum per vim T. clerici metu Regio cooperante eccleſiam de Giledeſia, quam ſe aſſerit per xl. an. pacifice poſſediſſe, pridem iuramento præſtito refutaſſe, eandem eccleſiam ei reſtitueritis. prædictus T. alias litteras poſterius impetratas ad alios iudices ſuper hoc eodem negotio reportauit, & ſic cauſa ipſa ſub veſtro non fuit examine terminata. Mandamus itaq. f. u. atq. p̄. qua. non obſtantibus litteris a memorato T. poſterius impetratis, niſi ibi contineatur expreſſum, quod cauſam ipſam veſtro iudicio ſubtraximus; vtramq. partem apud vos conuocetis, & eidē cauſæ iuxta aliarum litterarum noſtrarum tenorem ſub. appellationis remedio non diſferatis debitum finem imponere.

Idem Brixieñ. Epiſcopo. *Cap. 14.*

c.9.&c. IN litteris, quas tua nobis deſtinauit fraternitas, quæſtiones quaſdā inſeruiſti, ſuper quibus ſolutionem tibi a nobis poſtulaſti exhiberi; quarum ſiquidem vna eſt. s. vſq. ad quod tēpus iudex delegatus ſe poſsit interponere, vt ſtetur iudicatæ rei, vel trāſactioni. ſuper quo conſultationi t. taliter reſpondemus, quod ex quo iudex delegatus per ſe, aut per alium, ſi potuerit, ſententiam executioni mandauit, vel præcepit mandari, eius auctoritas, & iuriſdictio ceſſat, quia ſemel ſuo officio eſt functus.

Idem Abbati Sancti Albani. *Cap. 15.*

CONSVLTATIONIB. ſingulorum ex miniſterio ſuſceptæ ſeruitutis cogimur reſpondere; vt ſi quid dubietatis, vel quæſtionis in mente alicuius emerſerit, ab eccleſia Romana ſoluatur, quæ inter alias domino diſponente meruit optinere principatum. Quæſitū eſt a nobis ſiquidem, vtrum ſi aliquis eccleſia, vel poſſeſsione qualibet, ſe aſſeuerans abſq. iudicio, & cauſa rationabili ſpoliatum, & a nobis ad iudicem litteras optinet, vt infra certum tempus reſtituatur ſibi poſſeſsio, ſi conſtiterit iudici eum eſſe ſpoliatū; qualiter poſſeſsio ei debeat reſtitui; cū is, qui teneat eccleſiam, vel poſſeſsionem, quam ipſe requirit, ante quam de litteris ipſis aliqua mentio fieret, ſtudiorum vel peregrinationis, vel alia huiuſmodi cauſa ſe abſentauerit, nec infra præfixum tēpus iudici poſſit ſuam præſentiam exhibere. Super quo vtiq. conſultationi t. taliter reſpondemus, quod nec poteſt, nec debet reſtitutionem habere, quamuis paratus ſit coram iudice delegato teſtibus idoneis poſſeſsionem, & deiectionem ſuam probare, niſi is, qui poſsidet, ſe per contumaciam abſentaſſet; ſi etiam iudex vſq. ad reditum eius, qui poſsidet, terminum prorogauerit. expirat enim iuriſdictio ſua, quia ſine conſenſu vtriuſq. non licet iudici terminum prorogare aliquatenus præfixum a delegatore.

Idem Carnoteñ. Epiſcopo. *Cap. 16.*

SANE quia nos in primis conſulere voluiſti; qualiter a nobis iudex delegatus Epiſcopum, qui ei non ſubeſt, ad aliquid faciendum, vel dandum compellere debeat; cū cauſam, quę inter Epiſcopum, & laicum, vel clericū vertitur de mādato noſtro ſuſcepit. id tuæ quæſtioni duximus reſpondendum, quod iudex a nobis delegatus vices noſtras gerit. vnde in cauſa illa ſuperior eſt, & maior illis, quorum cauſam ſuſcipit terminandam. ideo ſi Epiſcopus, vel alia perſona, quæ non ſit de iuriſdictione illius, in cauſa, quam ei delegamus, rebellis, ac contumax fuerit, ſecundum qualitatem vel quantitatem facti poterit, vel interdicti, vel ſuſpenſionis ſentencia a iudice delegato compelli. Itaq. iudex ſecundum negotij qualitatem tēperate procedens Epiſcopo, vel ingreſſum eccleſiarū, vel ſacerdotale officium interdicat, aut etiā terram illius, quæ ad iuriſdictionem ſuam pertinet, ſpecialiter interdicto ſupponat. c.11.e.

Idem Eboraceñ. Archiepiſcopo, & Epiſcopo Conuentreñ. *Cap. 17.*

EX parte N, capellani nobis innotuit, quod cum ad te frater Conuentreñ. litteras noſtras impetrauit, vt ei Archidiaconatum, quem in eccleſia primo vacare cōtigerit, aſſignares; R. aduerſarius eius ad te, frater Eboraceñ. litteras, ſicut dicitur, impetrauit, nulla de priorib. habita mentione; vt ſi auunculus ſuus Archidiaconatū, quem habebat in ea eccleſia, vellet omnino dimittere: ipſum ei faceres aſsignari. Quoniam igitur ſi memores fuiſſemus, nos præfato N. litteras noſtras, ſicut prædiximus, direxiſſe, pro aduerſario nullatenus ſcripſiſſemus, nolētes litteras noſtras, quas pro eodē N. miſsimus, occaſione hac effectu carere: f. t. p. A. s. p̄. m. qua. prǽſcriptū Conuentrenſem commoneas, vt præfato N. Archidiaconatum eccleſiæ ſuæ, ſi vacat, iuxta promiſſum ſuum aſsignet, nō obſtantibus litteris, quæ ab aduerſario eius poſtmodum fuerint impetratæ tacita veritate. c.12.e.

Idem Eboraceñ. Archiepiſcopo. Cap. 18.

c.13.e. EX parte tua quæſitum eſt a nobis, vtrũ cum cauſam aliquam ſub certa forma committimus, iudices delegati formam ſibi commiſſam debeant ſequi; quod rationabiles exceptiones non admittant. Super quo taliter reſpondemus, quod & ſi aliquando iudici expediat formam ſibi ſtatutam ſeruare; debet tamen rationabiles exceptiones admittere, & in cauſa iuxta iuris æquitatem procedere, niſi exprimatur in litteris noſtris, quod nullæ debeant exceptiones admitti, quod nec nos, nec anteceſſores noſtros vnquam credimus expreſsiſſe.

Idẽ Abbati, et cõuentui maioris monaſterij. c. 19.

c.14.e. QVONIAM Abbas Leiceſtriæ, qui prius ſuſcepto mandato noſtro partibus diẽ ad agendum præfixit, præhabito conſilio prudentum, Abbatem Leiceſtriæ de nouo ſubſtitutum iudici pręmortuo, porrecto illi mandato noſtro, quia ſub expreſsis nominibus locorum, & nõ perſonarum, commiſsio litterarum a nobis emanauit, ſibi ſocium in cauſæ cognitionem adiunxit, ideo nos ſententiam eorum, ſicut rationabiliter lata eſt, ratam & firmam habemus.

Idem. pars. c. Tua nos. Cap. 20.

c.15.e.t. SVPER eo vero, quod ſubiungere voluiſti, ſi de præſentatione presbyteri inter aliquos quæſtione ſuborta, cauſam contigerit delegari alicui, ſub hac forma; vt ſi conſtiterit ius, de quo agitur, ad alterutram partem pertinere, ad præſentationẽ eius de perſona idonea ordinet eccleſiã appellatione remota; an liceat delegato iudici, inſcio diœceſano Epiſcopo, Archidiacono, vel Archipresbytero reclamante, pręſentatum ſibi clericũ in poſſeſsionem eccleſiæ mittere; pręſertim, ſi ignotus fuerit pręſentatus, aut minus idoneus; aut ſi Archipresbyter, aut Archidiaconus, vel Epiſcopus, ad quem inſtitutio pertinet, appellauerit: vtrum eorum appellationibus ſit deferendum. Hoc tuam volumus diſcretionem tenere; quod licet quęſtionem, quæ de pręſentatione vertitur, ap. re. cõmittimus alicui terminandam; non tamen noſtræ eſt intentionis diœceſano Epiſcopo, Archidiacono, vel Archipresbytero pręiudicium generare. Ideoque pręſentandus eſt illi, qui inſtituendus fuerit, & tenebit eorum appellatio, ſi videntes iuri ſuo detrahi, duxerint appellandum. quia non eſt illis, ſed partibus, inter quas cauſa commiſſa eſt, ap. remedium intercluſum.

Idem. Cap. 21.

CAVSAM matrimonij, quæ inter Bemegardam mulierem, & Blaſium agitari dignoſcitur, venerabilibus fratribus noſtris Formoleñ. & Vapiceñ. Epiſcopis nos meminimus commiſsiſſe, quibus vtique in vnum conuenientibus, & eandem mulierem, ſicut accepimus, viro reſtitui mandantibus, vir mulierem, ſicut accepimus, cruciatibus, & flagellis adeo affecit; quod inuita, & coacta inter ſe, & virum parentellam eſſe confeſſa eſt, ſicq. factum eſt, quod ad iudicium vnius eorũ ipſam dimiſit: quę quinq. filios ex eo dicitur genuiſſe, & xiiij. annis ſine aliqua quæſtione ſecum permanſiſſe. Vnde quoniam matrimonium in eccleſia Dei adeo magnũ ſacramentum comprobatur, quod ſine rationabili, & euidenti cauſa diſſolui nõ debet, pręſertim cũ non ab homine, ſed a Deo ſit inſtitutum: d. u. p. A. s. m. qua. huius rei veritatem inquiratis; & ſi inueneritis, quod prę fatus B. prędictam mulierem ad iudicium ſolummodo alterius prædictorum Epiſcoporum a ſe ſeparauerit; quia cum cauſa duob. committitur, ſententia vnius non tenet, inſtanter commoneatis, & diſtricte conpellatis, vt eãdem mulierem, ſicut vxorem ſuam ap. re. benigne recipiat, & maritali affectione pertractet. Quod ſi facere forte contẽpſerit, eum, & ſuperinductam ces. ap. ob. excommunicationis vinculo aſtringatis. ſi qui tamẽ apparuerint, qui poſtquam ab eo recepta fuerit, matrimonium ipſorum velint, & legitime poſsint inpetere: partibus ante vos conuocatis cauſam audiatis, & eam re. ap. re. fine canonico terminetis, illa maturitate, & circunſpectione adhibita, quæ in tãto negotio conuenit adhiberi.

Lucius iij. Cant. Archiepiſcopo, & eius ſuffraganeis. Cap. 22.

c.19.e. RELATVM eſt &c. & infra. Nos itaque conſultationi veſtræ reſpõdemus, quod ſi lis conteſtata fuerit ante obitum pręde ceſſoris noſtri, mandatum morte mandatoris nullatenus expirauit. Si vero ante litis conteſtationem deceſſerit, non eſt in eo caſu iudicibus, quos delegauerit, ex delegatione huiuſmodi procedendum. poterit ergo in eo caſu ap. ceſſ. procedi, in quo ante mortẽ mãdatoris lis fuerit per narrationem, & reſponſionem conteſtata. Vbi autem mors mandatoris litis conteſtationem præceſsit, penitus ſubſiſtat, ſiuę fuerit, ſiue non fuerit ap. ob. interiectum.

Vrbanus

Vrbanus iij. De Vellebec, & de Olſeſton. Abbatibus. *Cap. 23.*

c. 20. e. GRATVM gerimus, & acceptũ, quod in negotijs veſtræ diſcretioni commiſsis debitam curam impenditis, & in ijs, quæ dubitationem faciũt, pro grauitate officij veſtri cenſuram ſedis Apoſtolicæ poſtulatis. Sane conſuluit nos deuotio veſtra, an ante obitũ delegantis propoſito citationis edicto, lite vero poſt mortem conteſtata delegatus iudex nihilominus debeat in cauſa procedere: & vtrum is intelligatur ap. renuntiaſſe, qui ea interpoſita ad producendos teſtes inducias poſtulauit, & demum productioni, & allegationi renuntians, atteſtationes petit ſollemniter publicari; ſicut hoc totum circa deceſſum bonæ memoriæ prædeceſſoris noſtri Lucij Papæ, qui vos iudices delegauerat, ſub examine veſtro aſſeritis contigiſſe. nos autẽ inquiſitioni veſtræ taliter reſpõdemus, quod in caſu priori, cum citatione facta negotium ſit quaſi cœptum, & maxime, ſi delegatus non ſit certus de obitu delegantis; poteſt, & debet in cauſa procedi, tenebitq. quod iuſtitia fuerit pręuia, iudiciali tramite diffinitum. In ſecundo vero caſu vtrum † ab appellatione receſſum, ſi ſecundum ea, quæ pręmiſſa ſunt, eum, qui appellauerit, conſtitent pro ceſſiſſe. († videtur ſuiſſe.)

DE OFFICIO LEGATI EPIſcopi. Tit. xxij.

Alexander iij. ſuffraganeis vniuerſis Cantuar. eccleſiæ. *Cap. vn.*

De off. leg. c. 1. CVM non ignoretis venerabilem fratrem noſtrum Cãtuar. Archiepiſcopum vobis non ſolum metropolitani, ſed etiam legationis iure præeſſe: mirabile ſatis eſt, quod quidam veſtrum, ſicut audiuimus, aſſeuerare præſumunt, quod idem Archiepiſcopus nullã cauſam de Epiſcopatibus veſtris ſiue metropoleos, ſiue legationis iure audire debeat, niſi per appellationẽ perferatur ad ipſum. ſane licet metropolico iure audire nõ debeat cauſam de Epiſcopatib. veſtris, niſi ad eũ per ap. deferatur, tamen legationis obtentu vniuerſas eccleſiaſticas cauſas de ipſis Epiſcopatib. quæ per ap. vel querimoniam aliquorũ proueniunt ad audientiam ſuam, audire poteſt, & debet; ſicut qui in prouincia ſua vices noſtras gerere conprobatur. mandamus itaq. & præcipimus, vt cauſas, quæ de Epiſcopatibus veſtris ad eundem Archiepiſcopũ perferuntur, eius iudicio relinquatis: nec quem libet clericum, vel laicum veſtræ iuriſdictionis deterrere, vel impedire tentetis, quominus cauſam ad præfatum Archiepiſcopum, ſi voluerit, poſsit transferre.

DE OFFICIO, ET POTESTATE prælati, & iudicis ordinarij. Tit. xxiij.

Ex ſynodo Ioannis Papæ. *Cap. 1.*

PERNICIOSA &c. & infra. Habeant igitur Epiſcopi ſingularũ vrbium ſua in diœceſi liberam poteſtatem, adulterina ſcelera inquirere, vlciſci, & iudicare, ſecundum quod canones cenſent abſq. impedimento alicuius, & cũ opus fuerit, publicum conuocent, non ad pręiudicandum, ſed potius ea, quę Deo placita ſunt, ad cuſtodiendum. De off. iud. ord. c. 1.

Alexander iij. Rotomageñ. Archiepiſc. *c. 2.*

QVAESITVM eſt a nobis ex parte tua; vtrum liceat tibi, eos, qui ab Epiſcopis ſuffraganeis tuis ſunt excõmunicatione innodati, & ad audientiam tuam appellant, abſoluere, ante quam tuo ſtent iudicio. inquiſitioni tuæ præſentib. litteris duximus reſpõdendum, quod ſi poſt appellationem in eos ſit excõmunicatio promulgata, abſolutione non indigent, cum ſentẽtia poſt appellationem lata neminem excõmunicare poſsit. Si vero ante appellationẽ excõmunicati ſunt, ante ingreſſum cauſę, recepto ab eis ſacramẽto ſecundum eccleſiæ conſuetudinem debes ipſos abſoluere, niſi Epiſcopo, a quo excõmunicati ſunt, in hac parte deferre volueris, & eos ad ipſum abſoluẽdos remittere. Cũ autẽ a te, vel ab Epiſcopo fuerint abſoluti, cauſam audire, & fine debito terminare poteris, quia nec excõmunicati ante abſolutionem ſuã in cauſa ſunt audiẽdi, nec ad eos, a quib. appellatum eſt, debent remitti. (Non ponunt.) (refertur c. 40. § tuas. de ſẽ. ex.)

Idem Flor. Epiſcopo. *Cap. 3.*

CVM ab eccleſiarum prælatis eccleſiaſtica ſententia in malefactores aliquos promulgatur, rata debet, & firma conſiſtere, & vſq. ad dignam ſatisfactionem inuiolabiter obſeruari. Quapropter d. u. p. A. s. m. qua. ſi quando dilectus filius noſter Lan. plebanus Sancti Pancratij de Lucar. in clericos vel laicos parochianos ſuos, interdicti, vel excõmunicationis ſententiam rationabiliter tulerit, ipſam faciatis inuiolabiter obſeruari, & eam ſine cõgrua ſatisfactione, & abſq. cõſcientia eiuſdem plebani nullatenus relaxetis. (c. 3. hoc tit.)

Idem Gen. Epiſcopo. *Cap. 4.*

NOS inter alios præminemus ſuperna † licet immeriti dignitate, vt quæ dubia ſunt, († ſuprema.)

Depurg can c.6. et c.r. in fra. c.6.

debeamus declarare,& ſingulor.conſultationibus,quantũ nobis dominus miniſtrauerit; ſollicite reſpondere, vt quæſtiones ſub examine Rom.eccleſiæ terminentur, quæ inter alias eccleſias, diſponente domino obtinet principatum.vnde quia nos tua duxit fraternitas conſulendos, vtrum Epiſcopus parochianum ſuum publica fama eum accuſante ad purgationem cogere poſsit:conſultationi tuæ taliter reſpondemus;quod ſi de hoc crimine publica laborat infamia, accuſatione, & teſtibus deficientib. ad purgationem per diœceſanũ Epiſcopum eſt conpellendus,niſi forte ſuper ipſo ad ſuperiorẽ iudicẽ duxerit appellandum.ſane ſi appellauerit,eius parebit iudicio,ad cuius examẽ cauſam voluerit per appellationem transferre.

Idem Cant. Archiepiſc.& eius ſuffraganeis. c. 5.

De off. iud. ord c.4.

CVM vos plerumq. oporteat ordinationẽ eccleſiarũ differre:pro eo,quod quandoq. perſonæ vobis minus idoneę præſentantur, aut interdum inter vos,& præſentatores perſonarũ alia de cauſa diſſenſio † emerſerit,prouidendũ eſt vobis ne occaſione huius diſſenſionis, & ſcandali, interim fructus illarum eccleſiarum depereant,aut eis in ſpiritualibus grauia proueniãt detrimẽta. Inde eſt, quod t.u.p.A.s.p̃. m. qua, ſi quando in illis vacãtibus eccleſijs, in quib. eccleſiaſtica perſona præſentationem nõ habet, vel quia perſonæ minus idoneę vobis præſentantur, vel alia de cauſa de iure perſonas non poteritis inſtituere,in eccleſijs ap.ces.ponatis œconomos, qui debeant eccleſiarum fructus percipere,& eos aut in perſonarum vtilitatẽ expendere, aut futuris perſonis eos fideliter reſeruare.

† al. radix diſſenſionis.

Eugenius Papa. *Cap. 6.*

e. 2, e.t.

SI ſacerdos ſciat pro certo aliquem eſſe reum alicuius criminis, vel ſi cõfeſſus fuerit, & emendare noluerit, niſi iudiciario ordine quis probare poſsit,non debet eum nominatim arguere,ſed indeterminate,ſicut vnus veſtrũ me traditurus eſt. Sed ſi ille, cui damnũ illatum eſt,petierit iuſtitiam, poteſt excommunicare auctorem damni,licet ei confeſſus ſit,ſed tamen non nominatim poteſt eum remouere a communione; licet ſciat eum eſſe reum,quia non vt iudex ſcit,ſed vt Deus,ſed debet eum admonere,ne ſe ingerat,quia nec Chriſtus Iudam remouit a communione.

Alexander iij. Cant. Archiepiſc. *Cap. 7.*

d. 5. e.

EX parte tua nobis conſtanti aſſertione propoſitum eſt,quod interdum quidam pro certis cauſis excõmunicati,ſedem Apoſtolicam viſitant,& reticentes cauſas,pro quibus ſunt vinculo excommunicationis aſtricti,de abſolutione litteras deferunt,cõtinentes eos ad Apoſtolicam ſedem acceſsiſſe, & auditis confeſsionib.ſuis abſolutionis beneficiũ meruiſſe. Vnde,quia nos cõſulere voluiſti:vtrũ illa abſolutio teneat, ſi occultatis exceſsib. pro quib.excommunicati fuerant,abſolutionis beneficium meruerunt, ſiue excõmunicationis cauſam aliam pretendentes. Cõſultationi tuæ taliter reſpondemus, quod ſi ita tibi conſtiterit,eos cogere debes eccleſiaſtica cenſura, cum litteris tuis rei veritatem continentibus ad Apoſtolicam ſedem redire. Si vero id tibi non conſtiterit, & eos ſuſpectos habueris, quod non fuerint veritatem confeſsi,ipſos conpellere debes; quod exinde coram te rei veritatem confeſsi fuerint, purgationem præſtare.

Idem Exonien. Epiſcopo. *Cap. 8.*

IN litteras & infra. Ad hæc cum aliquis nimis prolixum terminum ſuæ appellationi pręfixerit: iudex poteſtatẽ habet cõpotenti modo abreuiandi,& ſi in termino de tẽpore abreuiando competenter ſtatuto appellationi,non fuerit proſecutus,nec canonicam excuſationem prætenderit, ſententia ſi lata eſt tenet.quod ſi non eſt lata,iudex ap. ces. poteſt compellere infra terminum ſtatutum appellationẽ proſequi,vel corã ſe iudicio ſtare.

Non ponitur. Poſt cõ. Lat. par 7. c. 19.

Idem pars. c. Quod ſedem. *Cap. 9.*

PRAETEREA de Vgone de Calceio,qui filiam Aleloni cognatam ſuam duxit vxorem;& hoc publicum eſt,& manifeſtum:nec apparet aliquis,qui matrimonium ipſum velit inpetere; id tibi reſpondemus, quod non apparentibus accuſatorib. & parentela manifeſta,& publica exiſtente;quod credibile non eſt,niſi eſſent cõſobrini in primo,vel ſecundo gradu, eccleſiaſticæ auctoritatis intereſt matrimonia illa grauitate adhibita diſſoluere, quæ illicite noſcuntur contracta.

Non ponitur. Poſt cõ. Lat. par 50. c. 29.

DE TREVGA ET PACE. Tit. xxiv.

Alexander iij. in conc. Later. *Cap. 1.*

De treu. & pace. c. 1.

TREVGAS a quarta feria poſt occaſum ſolis vſq. ad ſecundam feriã in ortu ſolis,ab aduentu domini,vſq.ad octauam Epiphanię, & a lxx.vſq. ad octauam paſchæ,ab omnib. inuiolabiliter obſeruari præcipimus. Si quis autem treugas frangere temptauerit,poſt tertiã cõmonitionẽ,ſi nõ ſatisfecerit,Epiſcopus ſuus

ſuus excõmunicationis ſententiam dictet,& ſcriptam vicinis Epiſcopis repręſentet. Epiſcoporum autem nullus excommunicatum ſuſcipiat in communione,immo ſcriptã ſententiam quiſq. confirmet. Si quis autem hoc violare præſumpſerit, ordinis ſui periculo ſubiacebit. Et quoniam funiculus triplex difficile rumpitur:præcipimus, vt Epiſcopi ad ſolum Deum, & ad ſalutem populi habentes reſpectum, omni tepiditate ſepoſita, ad pacem firmiter tenendam mutuum ſibi conſilium, & auxilium præbeant, neq. hoc alicuius amore, vel odio prætermittant. Quod ſi quis in hoc opere tepidus inuentus fuerit,damnum propriæ dignitatis incurrat.

Idem. Cap. 2.

c. 2.e.c. & de cẽ. ſib.e.10. INNOVAMVS autem,vt presbyteri, monachi, conuerſi, peregrini, mercatores,ruſtici,euntes, & redeuntes,& in agricultura exiſtentes,& animalia, quibus arãt, & quæ ſemina portant ad agrum, congrua ſecuritate lętentur:nec quiſquam alicubi nouas pedagiorum exactiones,ſine conſenſu & auctoritate Regum, & Principum ſtatuere aliquo modo pręſumat.Si quis autem cõtra hoc fecerit,& commonitus non deſtiterit:donec ſatisfaciat, communione careat Chriſtiana.

DE MAIORITATE, ET OBEDIENTIA. Tit. xxv.

Gregorius Aug. Angler. Epiſcopo. Cap. 1.

De maiorit. c. 1. CVM certum &c.& infra. Sit honoris iſta diſtinctio, vt ipſe prior, & maior habeatur,qui prius fuerit ordinatus,cum vnitatis conſilio,& concordi actione.

Leo Papa. Cap. 2.

e. 3.e. LEGEBATVR in litteris tuis,quod frater Atticus chartulam de obedientiæ ſpõſione ſcripſerat, in cuius chartulæ mentione ſignum prodebatur iniuriæ.non enim neceſſarium fuerat,vt obligaretur ſcripto,qui obedientiam ſuam, ipſo iam voluntarij aduẽtus probat officio.

Gregorius. Cap. 3.

e.2.e. SI quis venerit cõtra decretum Epiſcopi, ab eccleſia abiciatur.

Ex concilio Toletano. Cap. 4.

Ibid. IN libro Regum legitur,qui non obedierit Principi,morte moriatur.in concilio autem Agatheñ.pręcipitur, vt anathematizetur.

Clemens Papa. Cap. 5.

e.4.e. OMNES Principes terræ, & cunctos homines Epiſcopis obedire beatus Petrus præcipiebat.

DE PACTIS. Tit. xxvj.

Ex concilio Africano. Cap. 1.

ANTIGONVS Epiſcopus Matureñ. dixit: grauem iniuriã patior,& credo dolere ſanctitatẽ veſtram, & contumeliam meam computare communem iniuriã. Optantius cum ſe repręſentaret,pactum mecum habuit, ſed diuiſum eſt, vt in ſe illiciat populorum imperitorum animos contra diſciplinam, & contra euangelicam traditionem,contra pacis placita.nam ſi hoc ſibi poſſe contingere arbitraretur,nunquam profecto in fratrem aliquid diliquiſſet. Vnde,aut inita pacta ſuam obtineant firmitatẽ, aut cõuentus ſi ſe non cohibuerit,eccleſiaſticã ſentiat diſciplinam. Vniuerſi dixerunt: Pax ſeruetur:pacta cuſtodiantur. De pactis c.1.

Gregorius. Cap. 2.

QVOTIENS in quibuſdam conuentionibus noſter expectatur aſſenſus, ne in dubium veniant, quę gerũtur,rati eas pro ſecuritate partium debet habitio ſolidare. c.2.e.

Idem P. E. Ioanni a partib. † *Sar.* Cap. 3.

QVALITER in Sar.&c.& infra.Studioſe agendum eſt;vt ea,quę promittuntur, opere compleantur. c.3.e. † a partibus forte.

Alexander iij. Exon.& Wigor. Epiſcopis. c. 4.

CVM pridem Simon clericus procurator prioris,& monachorum de Acra,& Petrus clericus pro cauſa,quæ inter eos monachos,& prædictum P.ac fratrem eius pro cuius parte vicem ſe dicebat gerere,ſuper eccleſia de S. & capella de L. vertebatur,ad noſtram præſentiam pariter acceſsiſſent;ita interim inter ſe, non tamen nobis mediantib. conuenerunt, quod prædictus procurator prioris,& monachorum eidem P.pro expẽſis,quas fecerat,tres marchas argenti perſolueret,& idem P. liti cederet,& a monachor. infeſtatione penitus ceſſaret.Cumq. compoſitionem ipſam ad noſtram pertuliſſent audientiam,eamq. confirmari auctoritate Ap. ſupplicarent,nos eam non duximus admittendam, pro eo quod videbatur prauam ſpeciem illicitę pactionis continere.Monuimus autem prędictum P. vt ipſe tam pro ſe, quã pro fratre ſuo monachos in pace dimitteret, & eidem liti omnino abrenuntiaret.Ille igitur monitis noſtris acquieuit, & eidẽ liti pro ſe,& fratre ſuo penitus abrenũtiauit, authẽtica etiã inſtrumẽta, quæ ſuper eadẽ eccleſia habebat, c.4.e.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

habebat,in noſtris manib. reſignauit; & nos ea priori,& monachis prædictis S. deſtinaui-mus.monentes itaq. & mãdantes;vt ex quo prædictus P. noſtris ſuper hoc monitis ac-quieuit,ipſi quoq. benignius noſtris precib. intenderent,& eidẽ P. ac fratri eius aliquod ſtuderent beneficium prouidere, de quo,in ius ſucrum,valeant Apoſtolica intercesſione percipere,quam eis debuerit ex illa pactione illicita prouenire. Ceterum quia ſæpe dicti prior,& fratres,ſicut accepimus,nec monitis, nec mandatis noſtris acquieſcere voluerunt; nos eorundem clericorum laborib. paterna pietate cõpatientes,vobis per A. s. p. m. qua. priorem, & monachos moneatis; vt præfato P,& fratri eius decens, & competens beneficium conferant,& aſsignent. Qui ſi forte facere noluerint,vos cum exinde requiſiti fueritis, ſi vobis conſtiterit ſæpe dictos clericos, prout ipſi aſſeuerant, a prænominata eccleſia de Sintonia , & capella de Lyntonia iniuſte, & abſq. ordine iudiciario, & laicali violentia electos fuiſſe; ipſas eiſdem reſtitui faciatis, [illegible] antibus litteris noſtræ confirmationis, quas prædicti prior, & monachi a nobis [illegible] noſcuntur.

Idem Eboracẽ. Archiepiſcopo. Cap. 5.

ACCE[illegible]IVS, quod quædam eccleſiæ clericis ſunt tali tenore cõceſſæ, quod poſt eorũ obitum alij nominatim ſuccedãt. Verum quoniam hoc iniquum eſt, & ſacris canonibus inimicum,& ideo non debet aliquatenus tollerari: f. t. p. A. s. p. m. qua. huiuſmodi ſucceſsiones tam deteſtabiles, & iniquas contra. & ap. ces. fieri prohibeas,& omnino friuolas,& vanas eſſe decernas.

Idem Cant. Archiepiſcopo. Cap. 6.

CVM clerici veſtræ iuriſdictionis, ſicut accipimus,decedentibus eccleſiarum perſonis paciſcantur pro ipſis eccleſijs maiores ſolitis ſoluere penſiones, vt facilius eaſdem eccleſias poſsint adipiſci. Nos quidem ad tam deteſtabile vitium extirpandum, attentam volumus curam,& ſollicitudinem adhibere. inde eſt,quod f. u. p. A. s. p. m. qua. clericis veſtris, ne id attemptare præſumant, publice ſub diſtricta pœna prohibeatis; & ſi quidẽ contra prohibitionem veſtram venire præſumpſerint: ap. ces. eos eccleſijs taliter adeptis, quam citius ſpolietis,& alias pro tantæ præſumptionis exceſſu, ſeueritate eccleſiaſtica puniatis. Ad hæc quia ſunt clerici quidam,qui cum religioſis viris colluſione facta citra auctoritatem di. Epiſcopi eccleſias,quas tenent,eis conſtituunt cenſuales; vt poſt deceſſum eorum eccleſiæ per repræſentationẽ eorundem religioſorum virorum ad filios, vel nepotes clericorũ ipſor. poſsint trãsferri; præſentiũ auctoritate vobis præcipimus, vt ſi qui clericorum veſtrorũ inuenti fuerint facere talia, eos a præſcriptis eccleſijs ſub. ap. re. non differatis auctoritate Apoſtolica remouere, ne de ſua fraude, vel dolo fructum videantur reportare.

e.6.e. &.c.11. de cenſibus.

DE TRANSACTIONIB. Tit. xxvij.

Gregorius Ant. Subedani Abbati. Cap. 1.

SIGVT [illegible] & infra. Proinde poſt ſalubrem deciſionem de controuerſia veſtra factam, decernimus; vt omnia inſtrumenta, vel quidquid eſt aliud,quod partibus quoquomodo,vel ex temporis præſcriptione, ſeu aliter opem de lege,aut quocunq. priuilegio ferre poterat; ſit,ſicut vos ponitis, vacuum, & omni virtute caſſatum, & ſola pactorum inter vos nunc habitorum pagina validum, perpetuumq. robur obtineat; cui ſi quid forte incuria, vel imperitia minus firmitatis inſertum eſt, vires plenisſime rationis † ex hac noſtra auctoritate ſuſcipiat. † al. motionis.

Alexander iij. Cap. 2.

STATVIMVS, vt ſi ſuper decimis inter vos,& aliquam perſonam eccleſiaſticã aſſenſu Epiſcopi,vel Archidiaconi ſui compoſitio facta fuerit, rata perpetuis temporib. & inconcuſſa perſiſtat.

Idem Dulmeñ. Epiſcopo. Cap. 3.

CONTIGIT interdum , quod Abbas, vel prior alicuius conuentualis eccleſiæ cum eccleſiaſtica,vel ſæculari perſona ſuper ijs,de quibus inter eos controuerſia vertitur, coram delegato, vel ordinario iudice tranſigat;litteris capituli ſui de rati habitione mõſtratis;ipſum tamen capitulum eãdem tranſactionẽ nititur reuocare. Vnde quia ſuper hoc conſulere voluiſti : conſultationi t. taliter reſpondemus: ſi Abbas, vel Prior a capitulo ſuo de ratihabitione litteras habuerit; tranſactionem, quam fecit, ſi fuerit aliquot annis ſeruata, capitulum, ac ſi non † conſenſerit, eam non poterit reuocare. † al. de eſt nõ.

Idem

Idem Abbati de Stradeford, & Priori de Esebi. *Cap. 4.*

c.4.e. CONSTITVTVS in præſentia noſtra G. clericus ſua nobis aſſertione monſtrauit, quod, cum inter ipſum, & Alanum clericum ſuper capella de Stradeford controuerſia emerſiſſet: tandem per tranſactionem fuit ſopita, & licet tranſactio ipſa hinc inde fide præſtita confirmata fuiſſet: eam præfatus Alanus ſeruare contradicit. Quia igitur huiuſmodi tranſactiones ſpeciem non numquam continent ſimoniæ; & non ſolũ a malo, ſed etiam a ſpecie mali, ſecundum Apoſtolum, nos conuenit abſtinere: d. u. p. A. s. p̃. m. qua. cum propter hoc fueritis requiſiti, partes ante præſentiam veſtram conuocetis, & reuocata tranſactione in irritum, cauſam diligentius audiatis, & fine canonico terminetis.

Idem Carnoteñ. Epiſcopo. *pars. c.* *Nos in eminenti.* *Cap. 5.*

c.5.e. DE cetero noueris, quod cũ aliquis ad extraordinarium iudicem litteris impetratis cũ aduerſario ſuo componit, poſt modum in eccleſia, de qua agitur, ius aliquod habiturus; ſi compoſitio non eſt iuri contraria, non eſt a loci Epiſcopo aliquatenus reprobanda: ſed cenſus abſque Epiſcopali auctoritate, & cui præeſt eccleſiæ, ſuper hoc ſub hoc prætextu ſolutus, vitam eius, qui ſoluerit, non excedit.

Idem venerabilibus fratribus R. Eboraceñ. Archiepiſcopo A. Sedis Legato, & R. Wigor. Epiſcopo. *Cap. 6.*

c.6. e. EX litteris veſtrę f. accepimus, quod, cũ olim inter R. & A. clericos ſuper eccleſia de Miniſtra, & capella de Torhec, ad eandem eccleſiam pertinẽte, corã te frater Epiſcope, qui iudex fueras delegatus, auctoritate G. qui tunc eidem A. patrocinabatur in cauſa, & teſtis inſcriptus fuerat, tranſactio iam pridem facta fuiſſet; poſt tranſactionem idem G. veniens ad præſentiam noſtram, & ſe mẽtiens clericum, cum nondum eſſet tonſuratus in clericum, ad Duellinum Epiſcopũ, & Decanum Eboraceñ, ſi bene meminimus, ſuper eandem eccleſiam, & capellam tacita veritate de tranſactione, ipſe G. litteras noſtras impetrauit. Cum autem idem G. & reſponſales prædicti R. in noſtra deinde pręſentia fuiſſent conſtituti, nos ex litteris veſtris veritatem ſuper his cognoſcentes, & attendentes, etiam quomodo præfatus G. nõ inficiabatur, ſe tranſactioni interfuiſſe; & nõdum fuiſſe tonſuratum, cum litteras ipſas obtinuit; ei ſuper præſcripta eccleſia, & capella auctoritate Apoſtolica ſilentium imponimus, & memoratũ R. ab eius impetitione duximus abſoluendum.

DE POSTVLANDO. Tit. xxviij.

Ex concilio Lateraneñ.

CLERICI in ſubdiaconatu, & ſupra, in minoribus quoque ordinibus, ſi ſtipendijs eccleſiaſticis ſuſtentantur, coram ſæculari iudice aduocati in negotijs ſæcularibus fieri nõ præſumant, niſi propriam cauſam, vel eccleſiæ ſuæ fuerint proſequuti, aut pro miſerabilibus forte perſonis, quæ proprias cauſas adminiſtrare non poſſunt. De poſtul. c.1.

DE PROCVRATORIBVS. Tit. xxix.

Gregorius Ioanni Salonit. Epiſcopo.

FILI ſi quidem &c. Scripſiſſe te Syro ſubdiacono noſtris cõperimus, quod prædictos viros tũc in cauſa non admiſeris, & adeo ea, quæ cum ipſis facta ſunt, non debere ſubſiſtere, ſed & Thomas hoc idem verbum ſibi a te dictum perhibuit, ex qua re nec præſentium portitoribus iam iudicantium eſſe credendum, ne cum ipſis quoq; poſt hoc ſimiliter diceretur. Quia ergo hæc res nos iuſtos eſſe debere præmonuit, ſi cauſam vultis dicere, inſtructam perſonam cum mandato legaliter facto, tuo, & presbyterorũ, ſeu diaconorũ, & teſtiũ ſubſcriptionibus roborato, geſtiſq. ex more indito tranſmittite; vt quidquid cum ea actum fuerit, poſsit cũ ea iure ſubſiſtere. De proc. c.1.

DE SYNDICO.

Gregorius Petro ſub. Siciliæ.

SICVT ſtudij noſtri eſſe conſpicitur decet, a litigijs foralibus monachos ſubmouere: ita neceſſe eſt noſtra prouiſione, quemadmodum negotia eorum diſponi debeant, ordinare. Pro qua re tibi præcipimus, quatenus cum Fauſto loqui debeas, quem ſi hoc velle perſpexeris; monaſterij ipſius generaliter debeas conſtituto ſalario negotia commendare. De Syndic. c. vn.

 expedit

in mandatis; vt pro eo, quod canonici filius diceris, in promotione tua ex multa diſpenſatione procedere nõ poſtponatẽ. De macula vero, quã in oculo habere diceris, hoc prædicto Archiepiſcopo mãdamus, vt cõſilio ſuffraganeorũ ſuorũ, & præſertim venerabiliũ fratrum noſtrorũ Exoneñ. & Wigor. Epiſcoporum, qui exinde ſibi, quod viſum fuerit, exequentur. tu itaq. eundem Archiepiſcopũ frater requirere ſuper his ſtudeas humiliter, & deuote; quia nos tibi ex maxima diſpenſatione in hac parte curauimus prouidere; vt pote, qui perſonam tuam ſincera caritate diligimus, & libenter, quantum ſecundum Deum poſſumus, ad tuum intendimus commodum, & honorem.

DE BIGAMIS NON ORDInandis. Tit. xiij.

Ex concilio Aurelianẽ. *Cap.* 1.

Nõ ponitur.

DE his, qui ex concubinis filios habent, & vxores legitimas poſt habuerunt, & defunctis vxorib. ſibi concubinas publice ſociant, id obſeruãdum cenſuimus, vt ſicut eos, qui iam clerici per ignorantiam ordinati ſunt, non remoueamus, ita ſtatuimus, ne vlterius ordinentur.

Ex eodem. *Cap.* 2.

De bigam. c. ti

VT bigami, vel pænitentes, vel repudiatarum mariti ad ſacerdotium non promoueantur.

Lucius iij. Spoletano Archiepiſcopo.* *Cap.* 3.

c. 2. e. t.

SVPER eo quod a nobis tua fraternitas requiſiuit, quid faciendum ſit de bigamis. inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus, quod ordinatores eorum poteſtate, & officio ordinandi, & ordinati; ſi ad ſacros ordines fuerint promoti, eis debent ordinibus ideo priuari, quia in bigamis contra Apoſtolum diſpenſari non licet, vt debeant ad ſacros ordines promoueri, vel in eiſdem ſi promoti fuerint, poſsint aliquatenus remanere. In ordinatore autem poteſt diſpenſatio adhiberi, vt ordinãdi poteſtate, & officio nõ priuetur.

DE CLERICIS PEREGRINIS, *& eis ſine litteris non recipiendis.* *Tit.* xiiij.

Alexander iij. Cenomanẽ. Epiſcopo. *Cap.* vn.

De cler. pereg. c. 1.

TVA nos duxit fraternitas conſulendos, quid agendum ſit de clericis, qui in remotis regionib. ordinati, litteras eorum oſtendunt, a quib. ſibi proponunt manus impoſitas, & incertum eſt, vtrum eorum ſigilla ſint, quæ repræſentãt. Tuæ igitur cõſultationi ſignificatione præſentiũ indulgemus, tutius eſſe, vt in his ſtatuta patrum veterum obſeruentur, quam nouum aliquid ſtatuatur. ſtatutũ eſt autem de tranſmarinis, vt ad minus V. Epiſcoporum ſuper ordinatione ſua teſtimonio muniantur. quod in alijs, qui ſimiliter ſunt incogniti, credimus obſeruandum. ita tamen, vt in ſuſpenſione aliquo tempore habeantur, in quo videntes plenius de ipſorũ actibus inſtruantur. ſed de inferioribus ordinibus oportuit inquiri: quia poſſet contingere, vt aliquibus prætermiſsis ſaltum feciſſent. his autem peractis, ſi digni inuenti fuerint, circa eos poterit diſpenſari.

DE OFFICIO ARCHIDIAconi. Tit. xv.

Gregorius Honorato Archiepiſc. Saloñ.* *Cap.* 1.

De off. Archidiac. c. 1.

EA, quæ nos contra vos, tu, & Epiſcopus tuus direxiſtis ſcripta, doluimus agnoſcentes, quod nihil inter vos caritas recognoſcit; verumtamen in officio ordinis tui, te adminiſtrare præcipimus, & ſi illic poteſt ſuperãte gratia cauſa veſtri ſcandali diffiniri, multum credimus animæ veſtræ acquiſiſſe, ſi vero ita diſcordia inter vos partes ſuas armauit; vt in tumore ſcandali voluntas veſtra debeat remanere; tu ad noſtram audientiam indifferenter occurre, & Epiſcopus tuus pro ſe dirigat, quam elegerit perſonam inſtructã, vt omnia ſubtili ratione perpenſa, quæ viſa fuerint partibus, audire debeamus. Scire te vero volum⁹, quod a te diſtricte quæſituri ſumus, quæ vel propriæ eccleſiæ, vel ea, quæ diuerſis eccleſijs cimilia ſunt collecta, non ſub omni ſollicitudine, & fide ſeruãtur. Quod ſi quid ex eis, vel negligẽtia, vel cuiuſquam fraude deperijt, tu in hoc reatu aſtringeris, qui per Archidiaconatus ordinem, cuſtodię eiuſdem eccleſiæ artius deputaris.

Ex lib. Rom. ordinis. *Cap.* 2.

VT Archidiaconus poſt Epiſcopũ ſciat ſe vicariũ eius eſſe in omnib. & omnem curam in clero tam in vrbe poſitor. quam eor. qui per parochias habitare noſcuntur, ad ſe pertinere, ſiue de eorum conuerſatione, ſiue honore, & reſtauratione eccleſiarum, ſiue doctrina eccleſiaſticorum virorum, vel ceterar. rerum ſtudio, & delinquentium rationem coram Deo redditurus eſt, & vt de tertio in tertium annum, ſi Epiſcopus non poteſt, parochiam vniuerſam circũeat; & cuncta, quæ emendatione indigent, ad vicẽ ſui Epiſcopi corrigat. c. 2. e. t.

Ex concilio Toletano. *Cap.* 3.

Officium

Digi

c.1.e. OFFICIVM vero Archidiaconi eſt, euangeliū quando voluerit legere, vel alicui de diaconis præcipere, & quādo Epiſcopus miſſam canit, ad iuſsionē illius induant ſe le uitę veſtimētis ſacris; qualiter cum Pontifice ad miſſam procedant, omnem querimoniā, ſeu cauſam, vel iuſtitiam presbyterorum vel diaconor. vel ſubdiaconorum ipſe debet deliberare, ordinare, & facere. Ideo vero ſtrenuus, prouidus, cautus, vicem ſui Epiſcopi agens, epiſcopij totius curā habeat, & omne eccleſiaſticū officium prouidendo, lectiones, aut reſponſoria in matrice eccleſia dare debet, & auſcultare. & interim, vt nullus euāgelium, aut epiſtolam, aut reſponſorium, vel quamlibet in eccleſia lectionem legat, vel cantet, donec ante ipſum legat, vel cantet, & auſcultetur. acolythos quoq. ipſe ordinet, quis eorum candelabra, quis turibulum deferre, quiſue minorum in eccleſia aliqua officia agere debeat.

Alexander iij. Elien. Archidiacono. c. 4

c.4.e. CVM ſatis ſit abſurdum, & a ſanctorū patrum inſtitutionibus alienum, vt Archidiaconus, auctoritate propria, debeat cuilibet eccleſiarum curam committere: ægre nimis ferimus, quod tu ſine mandato Epiſcopi tui perſonis curam animarū committis. Quoniam igitur obtentu alicuius conſuetudinis non debes contra ſanctorum patrum inſtitutiones, & quod ad tuum non ſpectat officium, tibi vendicare: ideo mandamus, vt nemini de cetero ſine licentia, & mandato Epiſcopi curam animarū cōmittere præſumas.

Alexander iij. Wigor. Epiſcopo. ☞ part. c. cauſam, quæ vertitur. Cap. 5.

c.5.e. ARCHIDIACONIS de eccleſiaſtica inſtitutione non videtur licere, niſi auctoritas Epiſcoporū, & conſenſus acceſſerit, in aliquos ſententiam promulgare.

DE OFFICIO ARCHIPRESbyteri. Tit. xvj.

Ex concilio Toletano. Cap. 1.

De off. Archipresb. c.1. VT Archipresbyter ſciat ſe ſubeſſe Archidiacono, & eius præceptis omnib. vel præceptionib. ſicut Epiſcopi ſui obedire debet, & quod ſpecialiter ad eius miniſterium pertinet, ſuper omnes presbyteros in ordine poſitos curam agere, & aſsidue in eccleſia ſtare; & quando Epiſcopi ſui abſentia eſſe contigerit, ipſe ad vicem eius miſſarū ſollemnia celebret, & collectā dicat, aut cui ipſe iniunxerit.

Item Leo Papa. Cap. 2.

MINISTERIVM Archipresbyteri in eo cōſtituitur, vt diligenti cura prouideat myſterium ſacerdotum Cardinaliū, qui per ſollemniſsimum debent agere officiū in cōmunicatione corporis & ſanguinis D. N. I. Chriſti, ita vt vicißim eos ſibimet ſuccurrere faciat, quatenus a ſacro ſancto die Domini co incipiēdo, per omnes horas canonicas indeclinabiliter perſeuerēt; vt opus Dei digne, & ſancte perficiatur ab eo, cui committitur. Verens ſententiam illius ſapientiſsimi, vbi dicitur. Maledictus homo, qui negligenter facit opera Dei. Prouideat etiā archipresbyter, vitam ſacerdotum Cardinaliū præceptis ſui obtemperando Epiſcopi, ne aliquando cedant, aut ſcurrilitate torpeant, & reminiſcantur; quod labia ſacerdotum cuſtodiant ſcientiam, & legem requirunt ex ore eius, q. a. d. ex. e. ſi Epiſcopus defuerit, exceptis his, quæ prohibita ſunt, Archipresbyter prouideat cūcta, quæ in ſacerdotū miniſterio perfici debeāt, fontes benedicere, infirmos oleo perungere, pœnitentē infirmū cōſulto Epiſcopo recōciliare, pœnitentiam cunctis alijs ſacerdotibus, quæ ad purgationem animarū pertinent, iniungere, in præcipuis feſtiuitatibus, aut ipſe celebrationē miſſæ ſollemniter adimpleat, aut ad oris ſui iuſsionem, cui cōmittitur, veneranter peragant. c.2.e.

Idem. Cap. 3.

OFFICIVM Archipresbyteri de vrbe conſtat, quando ibi præſul defuerit, vice eius officium inchoare, benedictiones presbyterales in eccleſia dare, miſſam, quando voluerit, cantare, vel cui de ſacerdotibus iuſſerit. Quando vero Epiſcopus miſſam cātat, debet præcipere ſacerdotibus, vt induāt ſe veſtibus ſacris, qualiter ad miſſam procedant. Debet etiam præcipere cuſtodi eccleſiæ, vt in ſacrario Euchariſtia Chriſti propter infirmos non deſit. debet infirmis prouidere, & prouidendo præcipere ſacerdotibus, ne forte ſine confeſsione, vel confirmatione corporis & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti moriantur: cōfeſsiones vero peccatorum eorum, qui a foris veniunt, recipere cum omnibus ſacerdotibus, & ex inde per iuſsionem Pontificis magnam debet illis adhibere curam. Ad Chriſtianos quoq. faciendos, & baptizandos infantes, & ad ſuccurrendum, omnia a ſacerdotib. per iuſsionē illius fiant. c.3.e.

*Item ex Synodo Rauenna habita a Ioanne Papa xij. & Lamberto * Imperatore. c. 4.*

VT

c.4.e.t. VT ſingulæ plebes Archipresbyterum habeant. Propter aſsiduam erga populū Dei curā, ſingulis plebib. Archipresbyteros eſſe volumus, qui non ſolum imperiti vulgi ſolli citudinē gerant, verum etiam eorum preſbyteror. qui per minores titulos † habitant, vitā iugi circunſpectione cuſtodiant, & qua vnuſquiſq. induſtria diuinū opus exerceat, Epiſcopo ſuo renuntient, nec obtēdat Epiſcopus nō egere plebem Archipresbytero, quaſi ipſe eam gubernare valeat, quia etſi valde idoneus ſit, decet tamen, vt partiatur onera ſua, & ſicut ipſe matrici præeſt, ita Archipresbyteri præſint plebib. vt in nullo titubet eccleſiaſtica ſollicitudo. cuncta tamen ad Epiſcopum referant, nec aliquid contra decretum eius ordinare præſumant.

† al. viculos.

DE OFFICIO PRIMICERII. Tit. xvij.

*Item ex concilio * Romani ordinis.* *Cap. un.*

De offi. primic. c. vn. VT primicerius ſciat ſe eſſe ſub Archidiacono, ſicut et Archipreſbyter. ad eius curam ſpecialiter pertinere: vt præſit in docendo diaconis, vel reliquis gradib. eccleſiaſticis in ordine poſitis, vt ipſe diſciplinæ, & cuſtodiæ inſiſtat, ſicut pro animabus eor. coram Deo rationem eſt redditurus. & vt ipſe diaconib. donet lectiones, quæ ad nocturna officia dicuntur; & de ſingulis ſtudium habeat, vt in quacumque re capacem ſenſum habuerint; abſque vlla vacet negligentia, aut a quo ipſe iuſſerit, inſtruendi ſunt.

DE OFFICIO SACRISTAE. Ti. xviij.

Ex concilio Toletano. *Cap. un.*

De offi. ſacriſtæ c. un. VT ſciat ſe ſacriſta ſubiectū Archidiacono, & ad eius curam pertinere cuſtodiam ſacror. vaſor ū, veſtimentor. eccleſiaſticorum, ſeu totius theſauri eccleſiæ, nec non quæ ad luminaria pertinent, ſiue in cera.

DE OFFICIO CVSTODIS. Tit. xix.

*Ex concilio * Rom. ordinis.* *Cap. 1.*

De offi. cuſtod. c. 1. CVSTOS eccleſiæ, cui ea, quæ eccleſiæ competunt, cuſtodienda committuntur, oportet, vt ſui Archidiaconi iuſsioni in cunctis obediat. In canonibus † horis ſigna tintinabulorum pulſanda, ipſo Archidiacono iubente ab eo pulſentur. Pallia vero, vel linteamina, altaria, † ſeu cuncta vtenſilia eccleſiæ indeſinenter cuſtodiat, lampades, & lanternas in accendendo, ſeu in extinguendo peruigil exiſtat; vt ne ſupra modū lucendo oleum depereat, aut minus lucendo obſcurior ſit eccleſia; ſed omnia cum diſcretione agantur, quæ noſcitur mater omnium virtutū eſſe. Si vero is, cui eccleſia cuſtodienda traditur, minus idoneus ad hoc peragendū extiterit; ab Archidiacono coerceatur, vt ſe emendet. Si autē indomitus permanſerit, Archidiaconus Epiſcopo nuntiando prouideat; vt indecente eiecto aptus domui Dei conſtituatur miniſter; vt omnia in laudem, & nomen domini fiant: qualiter poſsit Deus in eccleſia placari ab obſeruantibus ſibi.

† al. canonicis

† al. altariū.

Ex concilio Toletano. *Cap. 2.*

CVSTOS vero ſollicitus debet eſſe de omni ornamento eccleſiæ, & luminarijs, ſiue incenſo. nec non panem & vinum omni tempore ad miſſam præparatum debet habere. debet etiam per ſingulas canonicas horas, ſignū ex conſenſu Archidiaconi ſonare. vt oblationes, vel decimas, vel eleemoſynas, ſeu decimas cum eiuſdem conſenſu abſente Epiſcopo inter fratres diuidat. In his tribus eccleſię columnis, vt ſancta ſanxit ſynodus, conſiſtere debet alma mater eccleſia; vt ad hoc opus tales ordinentur, quales plus meliores, & ſanctiores eſſe viderint, vt nulla negligētia in ſancta Dei eccleſia eſſe videatur. hi tres Archidiaconus, Archipresbyter, cuſtos prouidi ſimul iuncti, vno animo, peragant, & perfecte, & non ſit inuidia, nec zelus inter illos. c.2.e.t.

DE OFFICIO VICARII, ET eius beneficio. Tit. xx.

Gregorius Maximo Syracuſano. *Cap. 1.*

MANDATA cæleſtia efficacius gerimus, ſi noſtra cū fratrib. onera partiamur. proinde ſuper cūctas Siciliæ eccleſias te fratrē, & coepiſcopum noſtrum vicem ſedis Apoſtolicæ miniſtrare decernimus. quas. s. vices non loco, ſed perſonæ tribuimus, quia in te ex tranſacta vita didicimus, quid de ſubſequenti tua conuerſatione præſumamus. De præſum.c.6.

Alexander iij. No Wicēn Epiſcopo, & G. Archidiacono. *Cap. 2.*

AD audientiam noſtram peruenit, quod Vg. presbyter monachos de Rameſeia, & Thomam clericum ſuum petendo vicariam ſuam eccleſiæ de Burnelia, a qua xx. annis retro ceſsit, in diuerſis poſtea eccleſijs perſonatū adeptus multipliciter vexare, ac fatigare præſumit. Quia igitur nō eſt canonicum, vt qui curam animarum in diuerſis habet eccleſijs, vicarius fiat in alienis: d. u. p. A. s. p. m. qua. rei veritate plenius inquiſita, ſi ita eſſe De offi. vic. c. 1.

eſſe noueritis, prædictum presbyterum a petitione ſupra dictæ vicariæ deſiſtere ap. & oc. re. diſtrictius compellatis, non obſtantib. litteris, ſi quas tacita veritate per nuntium a nobis impetrauit. extirpari etenim debent, quæ de auaritiæ radice procedunt, & canonum cõtraria ſunt rationi vel ſanctioni.

Alexander iij. Elieñ. Epiſcopo. pars c. conueniens. Cap. 3.

c.1.e.t. PROVIDEAS attentius, ne in epiſcopatu tuo patiaris aliquẽ plures vicarias habere; quia cum vicarij teneantur ecclesijs & perſonis deſeruire: alienum eſt ab ordine vicarij, vt vicariam habeat quis præter vnam.

Idem Wintoñ. Epiſcopo. pars c. quamuis ſimus. Cap. 4.

c.3.e.t. AD hæc ſi perſona alicuius eccleſiæ vicario, quẽ in eadem eccleſia inſtituit, de aſſenſu, & auctoritate diœceſani Epiſcopi certam aſsignauerit portionẽ, is qui per ſona illa defuncta in perſonatum illius ſubſtituitur eccleſiæ, nõ poteſt ab eccleſia eundem vicarium remouere, vel aſsignatã ſibi minuere portionem; niſi aliquid cõmittat, propter quod per iudicem in vicaria, vel beneficio ſit condemnandus.

Idem NorWiceñ. Epiſcopo. pars c. ſignificauit. Cap. 5.

c.4.e.t. CLERICOS in presbyteratu, vel in alijs inferioribus ordinib. conſtitutos in vicarijs eccleſiarum quas adepti ſunt, ſubſtituere non permittas; cum id ſit ſatis abſonum, & abſurdum, & rationi contrarium.

DE OFFICIO ET POTEſtate iudicis delegati. Tit. xxj.

Alexander iij. Lundoñ. Epiſcopo. Cap. 1.

Non ponitur. Poſt cõ. Later. parte. 7.c.1. CVM tibi ſit de benignitate ſedis Apoſtolicæ indultum, vt cauſas, quas de mãdato noſtro ſuſcipis terminandas, liceat tibi perſonis alijs vni, vel pluribus delegare; ſed ab his quib. cauſa per te fuerit cõmiſſa, fas ſit litigantib. appellare; & ſi eadem cauſa tibi fuerit a nobis cõmiſſa ap.re. accidit interdũ, ſicut tu aſſeris, quod cauſam, quã tibi commiſimus ap. poſtpoſita terminandam, alior. experientiæ cõmittis audiendam, & appellationem alter litigantium ad tuam, alter ad noſtram audientiam interponat. Conſul. t. t. reſpondemus, quod ei appellationi, quæ ad nos interponitur, eſt omnino deferendũ, licet fuerit ap. remota commiſſa.

Idem. Cap. 2.

QVIA quæſitum eſt a nobis ex parte tua; quid faciẽdum ſit de poteſtatibus, quæ cum præcipimus alicui iuſtitiam exhiberi de his, quos diligunt, aut tueri volunt nimis, aut terroribus ſuis conquerẽtes ſilere cõpellunt, & ſic mandatum noſtrum eluditur. Id tibi reſpõdemus, quod ſicut agentes, & conſentientes pari pœna ſcripturæ teſtimonio puniuntur; ſic tam eos, qui trahũtur in cauſa, quam principales eor. fautores, ſi eos manifeſte cognoueris iuſtitiam impedire, cenſura eccleſiaſtica poteris coercere. De offi. del.c.1.

Idem Eboraceñ. Epiſcopo. pars. c. inter cæteras. Cap. 3.

SANE ſi nobis ſuper aliqua cauſa litteræ prius impetrentur, & aliæ poſtea non facta mentione prior. litterar. litteræ opponũtur, ſi iudicibus innotuerint; donec Rom. Pontificem conſulant, & ſuam exinde plenius cognoſcant veritatẽ, executioni litterar. debent penitus ſuperſedere; ne pro varietate litterar. cauſar. valeant fines impediri. Item cum aliqua cauſa ap.re. cõmittitur, & ſententia fertur iniqua, eã euacuari oportet; nec ei debet ſtari, ſi manifeſtam continet iniquitatem. c.2.e.t.

Idem Lundoñ. Epiſcopo. Cap. 4.

SI pro debilitate, vel pro aliqua graui neceſsitate tractandis cauſis, quæ tibi ab Apoſtolica ſede committuntur, intereſſe non poteris; liberum tibi ſit perſonis diſcretis, & idoneis vices tuas committere; ita quod ſi res tanti eſt; te cõſulere debeãt; niſi forte cauſæ ita graues ſint, quod ſine præſentia tua non poſsint commode terminari. c.3.e.

Idem Willelmo, Can. electo. Cap. 5.

DE cauſis, quæ in certum terminum decidendæ committuntur, hoc tuam volumus cognitionẽ tenere; quod niſi dies ab Apoſtolico præfixus, de cõmuni conſenſu partium prorogetur, eo tranſacto mandatũ expirat. Illis etiã, qui pro cauſis tibi cõmiſsis ad citationem tuam venire, aut tuo ſuper his iudicio parere neglexerint; ſi tale fuerit negotium, quod certa exinde pœna canonibus exprimatur, eam infligas; alioquin ipſos pro delicti qualitate, & cauſæ, ſecundum tuum arbitrium punias. c.4.e.

Idem

Idem Archiepiſcopo Señ. Sicut Romana. & infra. *Cap. 6.*

c. 5. e t PRAETEREA ſuper hoc, quod nos conſulere voluiſti; vtrum liceat iudici delegato non ordinario, ſine litteris commiſſorijs exigere contumacem, vt veniat, vel damnare, ſi non venerit, hoc tibi præſentium auctoritate innoteſcat; quod poſtquam ei cauſa licet ſimpliciter, delegetur; ſatis poteſt noſtra auctoritate partes compellere, & etiam contumaces ſeueritate eccleſiaſtica coërcere; etiã ſi litteræ cõmiſsionis id non cótineant, aut partes mandatũ non habeãt, vt accedãt. quia ex eo quod cauſa ſibi committitur ſuper his omnib. quæ ad cauſam ipſam ſpectare noſcuntur, plenariam recipit poteſtatem.

Idem Winton. Epiſcopo. *Cap. 7.*

c. 6. e. t. QVAMVIS ſimus multiplicitate negotior. impliciti; & grauibus, diuerſisq. ſollicitudinib. occupati; nos tamen cogit, præter commune debitum tua fraterna caritas, & dilectio, qua perſonam tuam diligimus, tuis conſultationibus reſpondere: ne videamur indiſcuſſa relinquere, quæ nobis enodanda tua voluit diſcretio præſentare. Innoteſcat autẽ ſollicitudini tuæ, quod iudex a nobis delegatus cauſam ſibi commiſſam, poteſt alijs delegare, aut totam audiendam, & terminãdam; aut etiam, vt allegationes audiãt, & rationes, & atteſtationes recipiant, & ſententias ſibi ſeruent, vel vt horũ aliquid tantummodo faciant iuxta voluntatem, & beneplacitum delegantis. quamquam non poſsit eandem cauſam alij ap. poſtpoſita delegare; & ſi ſibi ſit appellatione re. cõmiſſa. Si vero duobus cauſa cõmittitur, etiam ſi non apponatur, vt vnus ſine altero in ea procedat; nihilominus vnus ex ipſis, ſiue ſuo coniudici, ſiue alij vices ſuas in hac parte committere poteſt.

Idem eidem. *Cap. 8.*

Non ponitur. Poſt cõ. Lat. parte. 7. c. 10. SENTENTIAM a delegato iudice latam, ſi ad mandatum ipſius iudicis dioeceſanus Epiſcopus executioni mãdare neglexerit, is, qui ex delegatione Rom. Pontificis ſententiã tulit, eam executioni mandandi plenam, & liberam habeat facultatem.

Idem Nor Wic. Epiſcopo. *Cap. 9.*

c. 7. e. t. SIGNIFICASTI nobis per litteras tuas, quod interdum a iudice delegato fruſtra ſuper aliqua cauſa fertur ſententia, cum ordinarius iudex eam ad mãdatum ipſius nolit executioni mandare, vel alijs reſiſtentib. effectui mãcipari non poſsit. Super hoc autem conſul. t. taliter reſpondemus; quod, ſi iudex ordinarius ad mandatum iudicis a nobis delegati, nõ vult, aut non poteſt alijs reſiſtentibus ſententiam ab eo latam effectui mancipare; delegatus iudex cauſam, auctoritate ſibi cõmiſſa poteſt executioni mandare, & ſi qui ſibi reſtiterint, eos eccleſiaſtica ſententia coercere.

Idem. *Cap. 10.*

SI quando clerici coram iudice delegato prælatos eccleſiarum ſuper eccleſijs quas tenent, in cauſam traxerint, & coram eodem iudice, tranſactione, vel alio modo eccleſias obtinuerint, in quib. certum ſit, eos inſtitutionem canonicam nullatenus habuiſſe, nec poſſeſsionem etiam corporalem: ordinarius iudex non debet delegati iudicis mandato reſiſtere violenter; ſed apud ipſum inſtare debet, vt differat illos in poſſeſsionem mittere, donec rei veritas nobis innoteſcat. c. 8. a.

Idem Hereforden. Epiſcopo. *Cap. 11.*

INTELLEXIMVS ex tuæ fraternitatis relatu quod, quandoq. a nobis impetrantur litteræ certã formã habentes ad te, & alios; aliquãdo per ſuggeſtionem falſitatis, aliquãdo per ſuppreſsionem veritatis. vnde a nobis conſilium poſtulaſti, vtrum ſecundum formam, aut ſecundum rigorem iuſtitiæ tunc debeas in ipſa cauſa procedere. ſuper quo. f. t. taliter duximus reſpondendũ; quod ſi litteræ noſtræ ad te directæ formam expreſſam habuerint; & cognoueris eas per ſuggeſtionem falſitatis, aut per ſuppreſsionem veritatis cum tali forma impetratas fuiſſe, tunc nõ ſecundum formam in eis expreſſam, ſed ſecundum rigorem iuſtitiæ in cauſa ipſa ſine perſonarum acceptione procedas. Non ponitur. Poſt cõ. Lat. par. 7. c. 13.

Idem. *Cap. 12.*

SI autem lis infra certum terminum præcipiatur decidi; non poterit negotium vltra præfixum diem; niſi de communi conſenſu partium prorogari. Verum ſi iudex delegatus aliter fecerit, & fines mãdati exceſſerit, eius iuriſdictionem non eſt dubium expirare. Non ponitur. d. par. 7. c. 14.

Idem. G. Lunden. & R. Wigor. Epiſcopis. *Cap. 13.*

Peruenit

NB ponitur. Poſt eſ. Lat. par te. 7. c. 15. PERVENIT ad nos ex parte R. ſenis prsbyteri, quod cum Epiſcopus olim ad vos litteras noſtras attuliſſet, quod ſi vobis conſtaret eum per vim T. clerici metu Regio cooperante eccleſiam de Giledeſia, quam ſe aſſerit per xl. an. pacifice poſſediſſe, pridem iuramento præſtito refutaſſe, eandem eccleſiam ei reſtitueritis. prædictus T. alias litteras poſterius impetratas ad alios iudices ſuper hoc eodem negotio reportauit, & ſic cauſa ipſa ſub veſtro non fuit examine terminata. Mandamus itaq. f. u. atq. p̄. qua. non obſtantibus litteris a memorato T. poſterius impetratis, niſi ibi contineatur expreſſum, quod cauſam ipſam veſtro iudicio ſubtraximus; vtramq. partem apud vos conuocetis, & eidē cauſæ iuxta aliarum litterarum noſtrarum tenorem ſub appellationis remedio non differatis debitum finem imponere.

Idem Brixieñ. Epiſcopo. *Cap. 14.*

c. 9. & t. IN litteris, quas tua nobis deſtinauit fraternitas, quæſtiones quaſdã inſeruiſti, ſuper quibus ſolutionem tibi a nobis poſtulaſti exhiberi; quarum ſiquidem vna eſt. s. vſq. ad quod tēpus iudex delegatus ſe poſſit interponere, vt ſtetur iudicatæ rei, vel trãſactioni. ſuper quo conſultationi t. taliter reſpondemus, quod ex quo iudex delegatus per ſe, aut per alium, ſi potuerit, ſententiam executioni mandauit, vel præcepit mandari, eius auctoritas, & iuriſdictio ceſſat, quia ſemel ſuo officio eſt functus.

Idem Abbati Sancti Albani. *Cap. 15.*

c. 10. e. CONSVLTATIONIB. ſingulorum ex miniſterio ſuſceptæ ſeruitutis cogimur reſpondere; vt ſi quid dubietatis, vel quæſtionis in mente alicuius emerſerit, ab eccleſia Romana ſoluatur, quæ inter alias domino diſponente meruit optinere principatum. Quæſitũ eſt a nobis ſiquidem, vtrum ſi aliquis eccleſia, vel poſſeſſione qualibet, ſe aſſeuerans abſq. iudicio, & cauſa rationabili ſpoliatum, & a nobis ad iudicem litteras optinet, vt infra certum tempus reſtituatur ſibi poſſeſſio, ſi conſtiterit iudici eum eſſe ſpoliatũ; qualiter poſſeſſio ei debeat reſtitui; cũ is, qui teneat eccleſiam, vel poſſeſſionem, quam ipſe requirit, ante quam de litteris ipſis aliqua mentio fieret, ſtudiorum vel peregrinationis, vel alia huiuſmodi cauſa ſe abſentauerit, nec infra præfixum tēpus iudici poſſit ſuam præſentiam exhibere. Super quo vtiq. conſultationi t. taliter reſpondemus, quod nec poteſt, nec debet reſtitutionem habere, quamuis paratus ſit coram iudice delegato teſtibus idoneis poſſeſſionem, & deiectionem ſuam probare, niſi is, qui poſſidet, ſe per contumaciam abſentaſſet; ſi etiam iudex vſq. ad reditum eius, qui poſſidet, terminum prorogauerit. expirat enim iuriſdictio ſua, quia ſine conſenſu vtriuſq. non licet iudici terminum prorogare aliquatenus præfixum a delegatore.

Idem Carnoteñ. Epiſcopo. *Cap. 16.*

SANE quia nos in primis conſulere voluiſti; qualiter a nobis iudex delegatus Epiſcopum, qui ei non ſubeſt, ad aliquid faciendum, vel dandum compellere debeat; cũ cauſam, quę inter Epiſcopum, & laicum, vel clericũ vertitur de mãdato noſtro ſuſcepit. id tuæ quæſtioni duximus reſpondendum, quod iudex a nobis delegatus vices noſtras gerit. vnde in cauſa illa ſuperior eſt, & maior illis, quorum cauſam ſuſcipit terminandam. ideo ſi Epiſcopus, vel alia perſona, quæ non ſit de iuriſdictione illius, in cauſa, quam ei delegamus, rebellis, ac contumax fuerit, ſecundum qualitatem vel quantitatem facti poterit, vel interdicti, vel ſuſpenſionis ſententia a iudice delegato compelli. Itaq. iudex ſecundum negotij qualitatem tēperate procedens Epiſcopo, vel ingreſſum eccleſiarũ, vel ſacerdotale officium interdicat, aut etiã terram illius, quæ ad iuriſdictionem ſuam pertinet, ſpecialiter interdicto ſupponat. c. 11. e.

Idem Eboraceñ. Archiepiſcopo, & Epiſcopo Conuentreñ. *Cap. 17.*

EX parte N. capellani nobis innotuit, quod cum ad te frater Conuentreñ. litteras noſtras impetrauit, vt ei Archidiaconatum, quem in eccleſia primo vacare cõtigerit, aſſignares; R. aduerſarius eius ad te, frater Eboraceñ. litteras, ſicut dicitur, impetrauit, nulla de priorib. habita mentione; vt ſi auunculus ſuus Archidiaconatũ, quem habebat in ea eccleſia, vellet omnino dimittere: ipſum ei faceres aſsignari. Quoniam igitur ſi memores fuiſſemus, nos præfato N. litteras noſtras, ſicut prædiximus, direxiſſe, pro aduerſario nullatenus ſcripſiſſemus, nolētes litteras noſtras, quas pro eodē N. miſsimus, occaſione hac effectu carere: f. t. p. A. s. p̄. m. qua. præſcriptũ Conuentrenſem conmoneas, vt præfato N. Archidiaconatum eccleſiæ ſuæ, ſi vacat, iuxta promiſſum ſuum aſsignet, nō obſtantibus litteris, quæ ab aduerſario eius poſtmodum fuerint impetratæ tacita veritate. c. 12. e.

Idem Eboracen̄. Archiepiſcopo. *Cap.* 18.

c.13.e. EX parte tua quæſitum eſt a nobis, vtrū cum cauſam aliquam ſub certa forma committimus, iudices delegati formam ſibi commiſſam debeant ſequi; quod rationabiles exceptiones non admittant. Super quo taliter reſpondemus, quod & ſi aliquando iudici expediat formam ſibi ſtatutam ſeruare; debet tamen rationabiles exceptiones admittere, & in cauſa iuxta iuris æquitatem procedere, niſi exprimatur in litteris noſtris, quod nullæ debeant exceptiones admitti, quod nec nos, nec anteceſſores noſtros vnquam credimus expreſsiſſe.

Idē Abbati, et cōuentui maioris monaſterij. c.19.

c.14.e. QVONIAM Abbas Leiceſtriæ, qui prius ſuſcepto mandato noſtro partibus diē ad agendum præfixit, præhabito conſilio prudentum, Abbatem Leiceſtriæ de nouo ſubſtitutum iudici pręmortuo, porrecto illi mandato noſtro, quia ſub expreſsis nominibus locorum, & nō perſonarum, commiſsio litterarum a nobis emanauit, ſibi ſocium in cauſæ cognitionem adiunxit, ideo nos ſententiam eorum, ſicut rationabiliter lata eſt, ratam & firmam habemus.

Idem. *pars. c. Tua nos.* *Cap.* 20.

c.15.e.t. SVPER eo vero, quod ſubiungere voluiſti, ſi de præſentatione presbyteri inter aliquos quæſtione ſuborta, cauſam contigerit delegari alicui, ſub hac forma; vt ſi conſtiterit ius, de quo agitur, ad alterutram partem pertinere, ad præſentationē eius de perſona idonea ordinet eccleſiā appellatione remota; an liceat delegato iudici, inſcio diœceſano Epiſcopo, Archidiacono, vel Archipresbytero reclamante, pręſentatum ſibi clericū in poſſeſsionem eccleſiæ mittere; pręſertim, ſi ignotus fuerit pręſentatus, aut minus idoneus; aut ſi Archipresbyter, aut Archidiaconus, vel Epiſcopus, ad quem inſtitutio pertinet, appellauerit: vtrum eorum appellationibus ſit deferendum. Hoc tuam volumus diſcretionem tenere; quod licet quęſtionem, quæ de pręſentatione vertitur, ap.re.cōmittimus alicui terminandam; non tamen noſtræ eſt intentionis diœceſano Epiſcopo, Archidiacono, vel Archipresbytero pręiudicium generare. Ideoque pręſentandus eſt illi, qui inſtituendus fuerit, & tenebit eorum appellatio, ſi videntes iuri ſuo detrahi, duxerint appellandum. quia non eſt illis, ſed partibus, inter quas cauſa commiſſa eſt, ap. remedium intercluſum.

Idem. *Cap.* 21.

CAVSAM matrimonij, quæ inter Bemegardam mulierem, & Blaſium agitari dignoſcitur, venerabilibus fratribus noſtris Formolen̄. & Vapicen̄. Epiſcopis nos meminimus commiſiſſe, quibus vtique in vnum conuenientibus, & eandem mulierem, ſicut accepimus, viro reſtitui mandantibus, vir mulierem, ſicut accepimus, cruciatibus, & flagellis adeo affecit; quod inuita, & coacta inter ſe, & virum parentellam eſſe confeſſa eſt, ſicq. factum eſt, quod ad iudicium vnius eorū ipſam dimiſit, quę quinq. filios ex eo dicitur genuiſſe, & xiij. annis ſine aliqua quæſtione ſecum permanſiſſe. Vnde quoniam matrimonium in eccleſia Dei adeo magnū ſacramentum comprobatur, quod ſine rationabili, & euidenti cauſa diſſolui nō debet, pręſertim cū non ab homine, ſed a Deo ſit inſtitutum: d.u.p.A.ſ.m. qua. huius rei veritatem inquiratis; & ſi inueneritis, quod pręfatus B. pręd ictam mulierem ad iudicium ſolummodo alterius prædictorum Epiſcoporum a ſe ſeparauerit; quia cum cauſa duob. committitur, ſententia vnius non tenet, inſtanter commoneatis, & diſtricte compellatis, vt eādem mulierem, ſicut vxorem ſuam ap. re. benigne recipiat, & maritali affectione pertractet. Quod ſi facere forte contēpſerit, eum, & ſuperinductam ces. ap. ob. excommunicationis vinculo aſtringatis. ſi qui tamē apparuerint, qui poſtquam ab eo recepta fuerit, matrimonium ipſorum velint, & legitime poſsint inpetere: partibus ante vos conuocatis cauſam audiatis, & eam re.ap.re. fine canonico terminetis, illa maturitate, & circunſpectione adhibita, quæ in tāto negotio conuenit adhiberi. c.16.e.

Lucius iij. Cant. Archiepiſcopo, & eius ſuffraganeis. *Cap.* 22.

RELATVM eſt &c. & infra. Nos itaque conſultationi veſtræ reſpōdemus, quod c.19.e. ſi lis conteſtata fuerit ante obitum pręde ceſſoris noſtri, mandatum morte mandatoris nullatenus expirauit. Si vero ante litis conteſtationem deceſſerit, non eſt in eo caſu iudicibus; quos delegauerit, ex delegatione huiuſmodi procedendum. poterit ergo in eo caſu ap. ceſſ. procedi, in quo ante mortē mādatoris lis fuerit per narrationem, & reſponſionem conteſtata. Vbi autem mors mandatoris litis conteſtationem præceſsit, penitus ſubſiſtat, ſiue fuerit, ſiue non fuerit ap. ob. interiectum.

Vrbanus

Vrbanus iij. De Vellebec, & de Olſeſton. Abbatibus. *Cap. 23.*

c. 20. e. GRATVM gerimus, & acceptũ, quod in negotijs veſtræ diſcretioni commiſsis debitam curam impenditis, & in ijs, quæ dubitationem faciũt, pro grauitate officij veſtri cenſuram ſedis Apoſtolicæ poſtulatis. Sane conſuluit nos deuotio veſtra, an ante obitũ delegantis propoſito citationis edicto, lite vero poſt mortem conteſtata delegatus iudex nihilominus debeat in cauſa procedere: & vtrum is intelligatur ap. renuntiaſſe, qui ea interpoſita ad producendos teſtes inducias poſtulauit, & demum productioni, & allegationi renuntians, atteſtationes petit ſollemniter publicari; ſicut hoc totum circa deceſſum bonæ memoriæ prædeceſſoris noſtri Lucij Papæ, qui vos iudices delegauerat, ſub examine veſtro aſſeritis contigiſſe. nos autẽ inquiſitioni veſtræ taliter reſpõdemus, quod in caſu priori, cum citatione facta negotium ſit quaſi cœptum, & maxime, ſi delegatus non ſit certus de obitu delegantis; poteſt, & debet in cauſa procedi, tenebitq. quod iuſtitia fuerit præuia, iudiciali tramite diffinitum. In ſecundo vero caſu vtrum † ab appellatione receſſum, ſi ſecundum ea, quæ præmiſſa ſunt, eum, qui appellauerit, conſtitent proceſsiſſe. (margin: † videtur ſeſſe.)

DE OFFICIO LEGATI EPISCOPI. Tit. xxij.

Alexander iij. ſuffraganeis vniuerſis Cantuar. eccleſiæ. *Cap. vn.*

De offi. leg. c. 1. CVM non ignoretis venerabilem fratrem noſtrum Cãtuar. Archiepiſcopum vobis non ſolum metropolitani, ſed etiam legationis iure præeſſe: mirabile ſatis eſt, quod quidam veſtrum, ſicut audiuimus, aſſeuerare præſumunt, quod idem Archiepiſcopus nullã cauſam de Epiſcopatibus veſtris ſiue metropoleos, ſiue legationis iure audire debeat, niſi per appellationẽ perferatur ad ipſum. ſane licet metropolico iure audire nõ debeat cauſam de Epiſcopatib. veſtris, niſi ad eũ per ap. deferatur, tamen legationis obtentu vniuerſas eccleſiaſticas cauſas de ipſis Epiſcopatib. quæ per ap. vel querimoniam aliquorũ proueniunt ad audientiam ſuam, audire poteſt, & debet; ſicut qui in prouincia ſua vices noſtras gerere conprobatur. mandamus itaq. & præcipimus, vt cauſas, quæ de Epiſcopatibus veſtris ad eundem Archiepiſcopũ perferuntur, eius iudicio relinquatis: nec quemlibet clericum, vel laicum veſtræ iuriſdictionis deterrere, vel impedire tentetis, quominus cauſam ad præfatum Archiepiſcopum, ſi voluerit, poſsit transferre.

DE OFFICIO, ET POTESTATE prælati, & iudicis ordinarij. Tit. xxiij.

Ex ſynodo Ioannis Papæ. *Cap. 1.*

PERNICIOSA &c. & infra. Habeant igitur Epiſcopi ſingularũ vrbium ſua in diœceſi liberam poteſtatem, adulterina ſcelera inquirere, vlciſci, & iudicare, ſecundum quod canones cenſent abſq. impedimento alicuius, & cũ opus fuerit, publicum conuocent, non ad præiudicandum, ſed potius ea, quę Deo placita ſunt, ad cuſtodiendum. (margin: De offi. iud. ord. c. 1.)

Alexander iij. Rotomagen. Archiepiſc. *c. 2.*

QVAESITVM eſt a nobis ex parte tua; vtrum liceat tibi, eos, qui ab Epiſcopis ſuffraganeis tuis ſunt excõmunicatione innodati, & ad audientiam tuam appellant, abſoluere, ante quam tuo ſtent iudicio. inquiſitioni tuæ præſentib. litteris duximus reſpõdendum, quod ſi poſt appellationem in eos ſit excõmunicatio promulgata, abſolutione non indigent, cum ſentẽtia poſt appellationem lata neminem excõmunicare poſsit. Si vero ante appellationẽ excõmunicati ſunt, ante ingreſſum cauſę, recepto ab eis ſacramẽto ſecundum eccleſiæ conſuetudinem debes ipſos abſoluere, niſi Epiſcopo, a quo excõmunicati ſunt, in hac parte deferre volueris, & eos ad ipſum abſoluẽdos remittere. Cũ autẽ a te, vel ab Epiſcopo fuerint abſoluti, cauſam audire, & fine debito terminare poteris, quia nec excõmunicati ante abſolutionem ſuã in cauſa ſunt audiẽdi, nec ad eos, a quib. appellatum eſt, debent remitti. (margin: Non ponitur. — refertur c. 40. §. tuas. de ſẽ. exc.)

Idem Flor. Epiſcopo. *Cap. 3.*

CVM ab eccleſiarum prælatis eccleſiaſtica ſententia in malefactores aliquos promulgatur, rata debet, & firma conſiſtere, & vſq. ad dignam ſatisfactionem inuiolabiter obſeruari. Quapropter d. u. p. A. s. m. qua. ſi quando dilectus filius noſter Lan. plebanus Sancti Pancratij de Lucar. in clericos vel laicos parochianos ſuos, interdicti, vel excõmunicationis ſententiam rationabiliter tulerit, ipſam faciatis inuiolabiter obſeruari, & eam ſine cõgrua ſatisfactione, & abſq. cõſcientia eiuſdem plebani nullatenus relaxetis. (margin: c. 3. hoc tit.)

Idem Geñ. Epiſcopo. *Cap. 4.*

NOS inter alios præminemus ſuperna † licet immeriti dignitate, vt quæ dubia ſunt, (margin: † ſuprema.)

D 2 debea-

De purg. can. c. 6. et c. 1. in fra. c. 6.

debeamus declarare, & ſingulor. conſultationibus, quantũ nobis dominus miniſtrauerit, ſollicite reſpondere, vt quæſtiones ſub examine Rom. eccleſiæ terminentur, quæ inter alias eccleſias, diſponente domino obtinet principatum. vnde quia nos tua duxit fraternitas conſulendos, vtrum Epiſcopus parochianum ſuum publica fama eum accuſante ad purgationem cogere poſsit: conſultationi tuæ taliter reſpondemus; quod ſi de hoc crimine publica laborat infamia, accuſatione, & teſtibus deficientib. ad purgationem per diœceſanũ Epiſcopum eſt conpellendus; niſi forte ſuper ipſo ad ſuperiorẽ iudicẽ duxerit appellandum. ſane ſi appellauerit, eius parebit iudicio, ad cuius examẽ cauſam voluerit per appellationem transferre.

Idem Cant. Archiepiſc. & eius ſuffraganeis. *C. 5.*

De off. iud. ord. c. 4.

† al. radix diſſenſionis.

CVM vos plerumq. oporteat ordinationẽ eccleſiarũ differre: pro eo, quod quandoq. perſonæ vobis minus idoneę præſentantur, aut interdum inter vos, & præſentatores perſonarũ alia de cauſa diſſenſio † emerſerit, prouidendũ eſt vobis ne occaſione huius diſſenſionis, & ſcandali, interim fructus illarum eccleſiarum depereant, aut eis in ſpiritualibus grauia proueniãt detrimẽta. Inde eſt, quod f. u. p. A. s. p. m. qua, ſi quando in illis vacãtibus eccleſijs, in quib. eccleſiaſtica perſona præſentationem nõ habet, vel quia perſonæ minus idoneę vobis præſentantur, vel alia de cauſa de iure perſonas non poteritis inſtituere, in eccleſijs ap. ces. ponatis œconomos, qui debeant eccleſiarum fructus percipere, & eos aut in perſonarum vtilitatẽ expendere, aut futuris perſonis eos fideliter reſeruare.

Eugenius Papa. *Cap. 6.*

c. 2. e. t.

SI ſacerdos ſciat pro certo aliquem eſſe reum alicuius criminis, vel ſi cõfeſſus fuerit, & emendare noluerit, niſi iudiciario ordine quis probare poſsit, non debet eum nominatim arguere, ſed indeterminate, ſicut vnus veſtrũ me traditurus eſt. Sed ſi ille, cui damnũ illatum eſt, petierit iuſtitiam, poteſt excommunicare auctorem damni, licet ei confeſſus ſit, ſed tamen non nominatim poteſt eum remouere a communione; licet ſciat eum eſſe reum, quia non vt iudex ſcit, ſed vt Deus, ſed debet eum admonere, ne ſe ingerat, quia nec Chriſtus Iudam remouit a communione.

Alexander iij. Cant. Archiepiſc. *Cap. 7.*

c. 3. e.

EX parte tua nobis conſtanti aſſertione propoſitum eſt, quod interdum quidam pro certis cauſis excõmunicati, ſedem Apoſtolicam viſitant, & reticentes cauſas, pro quibus ſunt vinculo excommunicationis aſtricti, de abſolutione litteras deferunt, cõtinentes eos ad Apoſtolicam ſedem acceſsiſſe, & auditis confeſsionib. ſuis abſolutionis beneficiũ meruiſſe. Vnde, quia nos cõſulere voluiſti: vtrũ illa abſolutio teneat, ſi occultatis exceſsib. pro quib. excommunicati fuerant, abſolutionis beneficium meruerunt, ſiue excõmunicationis cauſam aliam prętendentes. Cõſultationi tuæ taliter reſpondemus, quod ſi ita tibi conſtiterit, eos cogere debes eccleſiaſtica cenſura, cum litteris tuis rei veritatem continentibus ad Apoſtolicam ſedem redire. Si vero id tibi non conſtiterit, & eos ſuſpectos habueris, quod non fuerint veritatem confeſsi, ipſos conpellere debes, quod exinde coram te rei veritatem confeſsi fuerint, purgationem præſtare.

Idem Exonẽ. Epiſcopo. *Cap. 8.*

Non ponitur. Poſt cõ. Lat. par 7. c. 19.

IN litteras & infra. Ad hæc cum aliquis nimis prolixum terminum ſuæ appellationi prę̃fixerit: iudex poteſtatẽ habet cõpotenti modo abreuiandi, & ſi in termino de tẽpore abreuiando competenter ſtatuto appellationi, non fuerit proſecutus, nec canonicam excuſationem prætenderit, ſententia ſi lata eſt tenet. quod ſi non eſt lata, iudex ap. ces. poteſt compellere infra terminum ſtatutum appellationẽ proſequi, vel corã ſe iudicio ſtare.

Idem pars c. Quod ſedem. *Cap. 9.*

Non ponitur. Poſt cõ. Lat. par 50. c. 29.

PRAETEREA de Vgone de Calceio, qui filiam Aleloni cognatam ſuam duxit vxorem; & hoc publicum eſt, & manifeſtum: nec apparet aliquis, qui matrimonium ipſum velit inpetere; id tibi reſpondemus, quod non apparentibus accuſatorib. & parentela manifeſta, & publica exiſtente; quod credibile non eſt, niſi eſſent cõſobrini in primo, vel ſecundo gradu, eccleſiaſticæ auctoritatis intereſt matrimonia illa grauitate adhibita diſſoluere, quæ illicite noſcuntur contracta.

DE TREVGA ET PACE. Tit. xxiv.

Alexander iij. in conc. Later. *Cap. 1.*

De treu. & pace. c. 1.

TREVGAS a quarta feria poſt occaſum ſolis vſq. ad ſecundam feriã in ortu ſolis, ab aduentu domini, vſq. ad octauam Epiphanię, & a lxx. vſq. ad octauam paſchæ, ab omnib. inuiolabiliter obſeruari præcipimus. Si quis autem treugas frangere temptauerit, poſt tertiã cõmonitionẽ, ſi nõ ſatisfecerit, Epiſcopus ſuus

ſuus excõmunicationis ſententiam dictet, & ſcriptam vicinis Epiſcopis repręſentet. Epiſcoporum autem nullus excommunicatum ſuſcipiat in communione, immo ſcriptã ſententiam quiſq. confirmet. Si quis autem hoc violare præſumpſerit, ordinis ſui periculo ſubiacebit. Et quoniam funiculus triplex difficile rumpitur: præcipimus, vt Epiſcopi ad ſolum Deum, & ad ſalutem populi habentes reſpectum, omni tepiditate ſepoſita, ad pacem firmiter tenendam mutuum ſibi conſilium, & auxilium præbeant, neq. hoc alicuius amore, vel odio prætermittant. Quod ſi quis in hoc opere tepidus inuentus fuerit, damnum propriæ dignitatis incurrat.

Idem. Cap. 2.

c. 2. e. t. & de cõſti. c. 10. INNOVAMVS autem, vt presbyteri, monachi, conuerſi, peregrini, mercatores, ruſtici, euntes, & redeuntes, & in agricultura exiſtentes, & animalia, quibus arãt, & quæ ſemina portant ad agrum, congrua ſecuritate lętentur: nec quiſquam alicubi nouas pedagiorum exactiones, ſine conſenſu & auctoritate Regum, & Principum ſtatuere aliquo modo pręſumat. Si quis autem cõtra hoc fecerit, & conmonitus non deſtiterit: donec ſatisfaciat, communione careat Chriſtiana.

DE MAIORITATE, ET OBEDIENTIA. Tit. xxv.

Gregorius Aug. Anglor. Epiſcopo. Cap. 1.

De maiorit. c. 1. CVM certum &c. & infra. Sit honoris iſta diſtinctio, vt ipſe prior, & maior habeatur, qui prius fuerit ordinatus, cum vnitatis conſilio, & concordi actione.

Leo Papa. Cap. 2.

c. 3. e. LEGEBATVR in litteris tuis, quod frater Atticus chartulam de obedientiæ ſpõſione ſcripſerat, in cuius chartulæ mentione ſignum prodebatur iniuriæ. non enim neceſſarium fuerat, vt obligaretur ſcripto, qui obedientiam ſuam, ipſo iam voluntarij aduẽtus probat officio.

Gregorius. Cap. 3.

c. 1. e. SI quis venerit cõtra decretum Epiſcopi, ab eccleſia abiciatur.

Ex concilio Toletano. Cap. 4.

Ibid. IN libro Regum legitur, qui non obedierit Principi, morte moriatur. in concilio autem Agatheñ. pręcipitur, vt anathematizetur.

Clemens Papa. Cap. 5.

c. 4. e. OMNES Principes terræ, & cunctos homines Epiſcopis obedire beatus Petrus præcipiebat.

DE PACTIS. Tit. xxvj.

Ex concilio Africano. Cap. 1.

De pactis c. 1. ANTIGONVS Epiſcopus Matureñ. dixit: grauem iniuriã patior, & credo dolere ſanctitatẽ veſtram, & contumeliam meam computare communem iniuriã. Optantius cum ſe repręſentaret, pactum me cum habuit, ſed diuiſum eſt, vt in ſe illiciat populorum imperitorum animos contra diſciplinam, & contra euangelicam traditionem, contra pacis placita. nam ſi hoc ſibi poſſe contingere arbitraretur, nunquam profecto in fratrem aliquid diliquiſſet. Vnde, aut inita pacta ſuam obtineant firmitatẽ, aut cõuentus ſi ſe non cohibuerit, eccleſiaſticã ſentiat diſciplinam. Vniuerſi dixerunt: Pax ſeruetur: pacta cuſtodiantur.

Gregorius. Cap. 2.

QVOTIENS in quibuſdam conuentionibus noſter expectatur aſſenſus, ne in dubium veniant, quę gerũtur, rati eas pro ſecuritate partium debet habitio ſolidare. c. 1. e. t.

Idem P. E. Ioanni a partib. † Sar. Cap. 3.

QVALITER in Sar. &c. & infra. Studioſe agendum eſt; vt ea, quę promittuntur, opere compleantur. c. 3. e. t. † a partibus forte.

Alexander iij. Exoñ. & Wigor. Epiſcopis. c. 4.

CVM pridem Simon clericus procurator prioris, & monachorum de Acra, & Petrus clericus pro cauſa, quæ inter eos monachos, & prædictum P. ac fratrem eius pro cuius parte vicem ſe dicebat gerere, ſuper eccleſia de S. & capella de L. vertebatur, ad noſtram præſentiam pariter acceſſiſſent; ita interim inter ſe, non tamen nobis mediantib. conuenerunt, quod prædictus procurator prioris, & monachorum eidem P. pro expẽſis, quas fecerat, tres marchas argenti perſolueret, & idem P. liti cederet, & a monachor. infeſtatione penitus ceſſaret. Cumq. compoſitionem ipſam ad noſtram pertuliſſent audientiam, eamq. confirmari auctoritate Ap. ſupplicarent, nos eam non duximus admittendam, pro eo quod videbatur prauam ſpeciem illicitę pactionis continere. Monuimus autem prędictum P. vt ipſe tam pro ſe, quã pro fratre ſuo monachos in pace dimitteret, & eidem liti omnino abrenuntiaret. Ille igitur monitis noſtris acquieuit, & eidẽ liti pro ſe, & fratre ſuo penitus abrenũtiauit. authẽtica etiã inſtrumẽta, quæ ſuper eadẽ eccleſia c. 4. e.

 habebat,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

habebat, in noſtris manib. reſignauit; & nos ea priori, & monachus prædictis S. deſtinauimus, monentes itaq. & mãdantes; vt ex quo prædictus P. noſtris ſuper hoc monitis acquieuit, ipſi quoq. benignius noſtris precib. intenderent, & eidẽ P. ac fratri eius aliquod ſtuderent beneficium prouidere, de quo maius lucrum, valeant Apoſtolica interceſsionè percipere, quam eis debuerit ex illa pactione illicita prouenire. Ceterum quia ſæpe dicti prior, & fratres, ſicut accepimus, nec monitis, nec mandatis noſtris acquieſcere voluerunt; nos eorundem clericorum laborib. paterna pietate cõpatientes, vobis per A. s. p̃. m. quatenus priorem, & monachos moneatis; vt præfato P. & fratri eius decens, & competens beneficium conferant, & aſsignent. Qui ſi forte facere noluerint; vos cum exinde requiſiti fueritis, ſi vobis conſtiterit ſæpe dictos clericos, prout ipſi aſſeuerant, a prænominata eccleſia de Sintonia, & capella de Lintonia iniuſte, & abſq. ordine iudiciario, & laicali violentia eiectos fuiſſe; ipſas eiſdem reſtitui faciatis, [illegible] antibus litteris noſtræ confirmationis, quas prædicti prior, & monachi [illegible] noſcuntur.

Idem Eboracen. Archiepiſcopo. Cap. 5.

ACCEPIMVS, quod quædam eccleſiæ clericis ſuis tali tenore cõceſſæ; quod poſt eorũ obitum alij nominatim ſuccedãt. Verum quoniam hoc iniquum eſt, & ſacris canonibus inimicum, & ideo non debet aliquatenus tollerari; f. t. p. A. s. p̃. m. qua. huiuſmodi ſucceſsiones tam deteſtabiles, & iniquas contra. & ap. ces. fieri prohibeas, & omnino friuolas, & vanas eſſe decernas.

Idem Cant. Archiepiſcopo. Cap. 6.

c. 6. & c. 11. de cenſibus. CVM clerici veſtræ iuriſdictionis, ſicut accepimus, decedentibus eccleſiarum perſonis paciſcantur pro ipſis eccleſijs maiores ſolitis ſoluere penſiones, vt facilius eaſdem eccleſias poſsint adipiſci. Nos quidem ad tam deteſtabile vitium extirpandum, attentam volumus curam, & ſollicitudinem adhibere; inde eſt, quod f. t. p. A. s. p̃. m. qua. clericis veſtris, ne id attemptare præſumant, publice ſub diſtricta pœna prohibeatis; & ſi quidã contra prohibitionem veſtram venire præſumpſerint: ap. ces. eos eccleſijs taliter adeptis, quam citius ſpolietis; & alias pro tantæ præſumptionis exceſſu, ſeueritate eccleſiaſtica puniatis. Ad hæc quia ſunt clerici quidam; qui cum religioſis viris colluſione facta citra auctoritatem di. Epiſcopi eccleſias, quas tenent, eis conſtituunt cenſuales; vt poſt deceſſum eorum eccleſiæ per repræſentationẽ eorundem religioſorum virorum ad filios, vel nepotes clericorũ ipſor. poſsint trãsferri; præſentiũ auctoritate vobis præcipimus, vt ſi qui clericorum veſtrorũ inuenti fuerint ſacere talia, eos a præſcriptis eccleſijs ſub. ap. re. non differatis auctoritate Apoſtolica remouere, ne de ſua fraude, vel dolo fructum videantur reportare.

DE TRANSACTIONIB. Tit. xxvij.

Gregorius Ant. Subedani Abbati. Cap. 1.

SIGVT ǵ gſaiſt & ċ/ & infra: Proinde poſt ſalubrem deciſionem de controuerſia veſtra factam, decernimus; vt omnia inſtrumenta, vel quidquid eſt aliud, quod partibus quoquo modo, vel ex temporis præſcriptione, ſeu aliter opem de lege, aut quocumq. priuilegio ferre poterat; ſit, ſicut vos ponitis, vacuum, & omni virtute caſſatum, & ſola pactorum inter vos nunc habitorum pagina validum, perpetuumq. robur obtineat; cui ſi quid forte incuria, vel imperitia minus firmitatis inſertum eſt, vires plenisſimæ rationis † ex hac noſtra auctoritate ſuſcipiat. Dé tráſ. c. 1. † al. rationis.

Alexander iij. Cap. 2.

STATVIMVS, vt ſi ſuper decimis inter vos, & aliquam perſonam eccleſiaſticã aſſenſu Epiſcopi, vel Archidiaconi ſui compoſitio facta fuerit, rata perpetuis temporib. & inconcuſſa perſiſtat.

Idem Dulmen. Epiſcopo. Cap. 3.

CONTIGIT interdum, quod Abbas, vel prior alicuius conuentualis eccleſiæ cum eccleſiaſtica, vel ſæculari perſona ſuper ijs, de quibus inter eos controuerſia vertitur, coram delegato, vel ordinario iudice tranſigat; litteris capituli ſui de rati habitione nõ ſtratis; ipſum tamen capitulum eãdem tranſactionẽ nititur reuocare. Vnde quia ſuper hoc conſulere voluiſti: conſultationi t. taliter reſpondemus: ſi Abbas, vel Prior a capitulo ſuo de ratihabitione litteras habuerit; tranſactionem, quam fecit, ſi fuerit aliquot annis ſeruata, capitulum, ac ſi non † conſenſerit, eam non poterit reuocare. † al. deeſt nõ.

Idem

Idem Abbati de Stradeford, & Priori de Esebi. *Cap. 4.*

c.4.e. CONSTITVTVS in præſentia noſtra G. clericus ſua nobis aſſertione monſtrauit, quod, cum inter ipſum, & Alanum clericum ſuper capella de Stradeford controuerſia emeriſſet: tandem per tranſactionem fuit ſopita, & licet tranſactio ipſa hinc inde fide præſtita confirmata fuiſſet: eam præfatus Alanus ſeruare contradicit. Quia igitur huiuſmodi tranſactiones ſpeciem non nunquam continent ſimoniæ; & non ſolũ a malo, ſed etiam a ſpecie mali, ſecundum Apoſtolum, nos conuenit abſtinere: d. u. p. A. s. p. m. qua. cum propter hoc fueritis requiſiti, partes ante præſentiam veſtram conuocetis, & reuocata tranſactione in irritum, cauſam diligentius audiatis, & fine canonico terminetis.

Idem Carnoten. Episcopo. *p. c.*
Nos in eminenti. *Cap. 5.*

c.5.e. DE cetero noueris, quod cũ aliquis ad extraordinarium iudicem litteris impetratis cũ aduerſario ſuo componit, poſt modum in eccleſia, de qua agitur, ius aliquod habiturus; ſi compoſitio non eſt iuri contraria, non eſt a loci Epiſcopo aliquatenus reprobanda: ſed cenſus abſque Epiſcopali auctoritate, & cui præeſt eccleſiæ, ſuper hoc ſub hoc prætextu ſolutus, vitam eius, qui ſoluerit, non excedit.

Idem venerabilibus fratribus R. Eboracen. Archiepiſcopo A. Sedis Legato, & R. Wigor. Epiſcopo. *Cap. 6.*

c.6. e. EX litteris veſtrę f. accepimus; quod, cũ olim inter R. & A. clericos ſuper eccleſia de Miniſtra, & capella de Torhec, ad eandem eccleſiam pertinẽte, corã te frater Epiſcope, qui iudex fueras delegatus, auctoritate G. qui tunc eidem A. patrocinabatur in cauſa, & teſtis inſcriptus fuerat, tranſactio iam pridem facta fuiſſet; poſt tranſactionem idem G. veniens ad præſentiam noſtram, & ſe mẽtiens clericum, cum nondum eſſet tonſuratus in clericum, ad Duellinum Epiſcopũ, & Decanum Eboracẽ, ſi bene meminimus, ſuper eandem eccleſiam, & capellam tacita veritate de tranſactione, ipſe G. litteras noſtras impetrauit. Cum autem idem G. & reſponſales prædicti R. in noſtra deinde præſentia fuiſſent conſtituti, nos ex litteris veſtris veritatem ſuper his cognoſcentes, & attendentes, etiam quomodo præfatus G. nõ infitiabatur, ſe tranſactioni interfuiſſe; & nõdum fuiſſe tonſuratum, cum litteras ipſas obtinuit; ei ſuper præſcripta eccleſia, & capella auctoritate Apoſtolica ſilentium imponimus, & memoratũ R. ab eius impetitione duximus abſoluendum.

DE POSTVLANDO. Tit. xxviij.

Ex concilio Lateranẽ.

CLERICI in ſubdiaconatu, & ſupra, in minoribus quoque ordinibus, ſi ſtipendijs eccleſiaſticis ſuſtentantur, coram ſæculari iudice aduocati in negotijs ſæcularibus fieri non præſumant, niſi propriam cauſam, vel eccleſiæ ſuæ fuerint proſecuti, aut pro miſerabilibus forte perſonis, quæ proprias cauſas adminiſtrare non poſſunt. De poſtul. c.1.

DE PROCVRATORIBVS. Tit. xxix.

Gregorius Fauentino Saluus. Episcopo.

[illegible] ex. Scripſiſti, quod in quibuſdam noſtris cõperimus, non quod prædictos viros tũc in cauſa non admiſeris, & adeo ea, quæ cum ipſis facta ſunt, non debere ſubſiſtere. Sed & Thomas hoc idem verbum ſibi a te dictum perhibuit, ex qua re nec præſentium portitoribus iam iudicauimus eſſe credendum, ne cum ipſis quoq; poſt hoc ſimiliter diceretur. Quia ergo hæc res nos cautos eſſe debere præmonuit, ſi cauſam vultis dicere, inſtructam perſonam cum mandato legaliter facto, tuo, & presbyterorũ, ſeu diaconorũ, & teſtiũ ſubſcriptionibus roborato; geſtiſq; ex more indito tranſmittite; vt quidquid cum ea actum fuerit, poſſit cũ ea iure ſubſiſtere. De proc. c.1.

DE SYNDICO.

Gregorius Petro sub. Siciliæ.

SICVT ſtudij noſtri eſſe conſtat decet, a litigijs forenſibus monachos ſubmouere: ita neceſſe eſt noſtra prouiſione, quemadmodum negotia eorum diſponi debeant, ordinare. Pro qua re tibi præcipimus, quat. cum Fauſto loqui debeas, quem ſi hoc velle perſpexeris, monaſterij ipſius generaliter debeas conſtituto ſalario negotia commendare. De Syndic. c. vn.

expedit enim paruo incommodo a ſtrepitu cauſarum ſeruos Dei quietos exiſtere.

DE IIS, QVAE VI, METVSVE cauſa fiunt. Tit. xxx.

Alexander iij. Oſcẽ. Epiſcopo, & Priori Sanctæ Mariæ Ceſarang. Cap. I.

De iis, quæ vi. f.c.

RELATVM eſt ad audiẽtiam noſtram, quod cum quidam vir nobilis, prudens, & potens A. nomine M. mulierem de Oreia quõdam vxorem ſuam ſuſpectã haberet, fratri, & militib. ſuis præcepit, vt eam longe ad priuata loca deducerent, & gladio occiderent; qui cum ipſi ad quandam ſiluam duxiſſent, & euaginato gladio eam occidere vellent, eadem ad pedes cognati cecidit, & vt ſibi vitam ſeruaret, lacrimoſa ſupplicatione rogauit. cognatus vero miſericordia, & pietate ductus ei ſub tali condicione pepercit, quod in monaſterio de Colobres habitum monaſticum deberet ſuſcipere. Quo audito maritus eius, quia reſeruata erat ad vitam, graue plurimũ tulit; ſed tamen poſtmodum acquieuit. ſicq. factum eſt, quod duos Epiſcopos Cæſaraugustañ. & Triſaſconen.† vt eam benedicerent, & ei velum imponerent, ad monaſteriũ ipſum adduxit. Epiſcopi vero rem ignorantes, & quia iuuenis erat, & filiũ habebat paruulum, mutationem vitę ſuę ſuſpectam habentes, eam ſeorſum conuenerunt, quę vtiq. ipſis rem per ordinem patefaciens, quod mortis timore, & non bono animo monaſterium intrabat, propoſuit: & quod quandocumq. poſſet, inde exiret, nihilominus adiecit. Tunc Epiſcopis de morte ipſius timentibus, & quod ab ea audierant, propalare nolentibus alter eorum Tyraſoñ. ſ. vt viri illius tyrannidi ſatisfacere videretur, mulieri velũ imponere ſimulauit. Tandem autem viro, & fratre de medio ſublatis, prædicta mulier de monaſterio exiuit, & cuidam nobili P. videlicet de Camberijs nupſit. Sorores autem cum reclamarent, & Epiſcopo Calaguritañ. conqueſtæ fuiſſent, & Epiſcopus non poſſet eam videre, nec ſuper his conuenire, ad inſtãtiam ſororum eam, & virum, quem acceperat, excommunicauit, & totam terram eius interdixit, ignorans, quo modo res proceſſiſſet. quam vtiq. ſententiam veñ. f. noſter Tarraconeñ. Archiepiſcopus poſt modum confirmauit. Nos igitur de honeſtate, & prudentia veſtra cõfidentes cauſam ipſam experientiæ veſtræ duximus committendam, & fine canonico terminandam. Ideoq. dis. u. p. A. s. ꝑ. m. qua. prædictam mulierem, & virum recepto iuramento, quod veſtro debeant ſtare mandato, ab excõmunicationis vinculo abſoluatis; deinde tam mulierem, quam Prioriſſam, & moniales pręſcripti monaſterij ante veſtram præſentiam conuocantes, cauſam diligentiſsime audiatis, & fine canonico terminetis. Quod ſi legitime probatum fuerit, non timore mortis prædictã M. religionem intraſſe, aut quod fecit, ratum poſtea habuiſſe; ipſam ad monaſterium redire, & habitũ depoſitũ reſumere, cenſura eccleſiaſtica cõpellatis.

† Tyraſonen.

Alexander iij. Wigor. Epiſcopo. Cap. 2.

ABBAS S. Eadmundi, a quo R. præſentium lator patrimonium ſuum teneri dignoſcitur, milites ſuos, & burgenſes ad domum prædicti R. ſicut accepimus miſit, qui eum a domo, & ab vniuerſa ſua poſſeſſione expellerent, niſi eccleſiam ſuam penitus abiuraret. quod cum idem R. tali modo coactus feciſſet: Abbas præſcriptam eccleſiam alij conceſsit. Vnde quia quæ metu, & vi fiunt, de ratione iuris, & ordine, in irritum debent reuocari: f. t. p. A. s. m. qua. prædicto R. omnia cum integritate reſtituas. e. 1. c. 1.

DE IN INTEGRVM RESTItutione eccleſiæ, vel minorum. Tit. xxxj.

Idem Alphano Epiſcopo. Cap. vn.

REQVISIVIT a nobis f. tua, quid agendum ſit de poſſeſſionibus laicis ſub modico cẽſu conceſsis; nouerit itaque f. tua, quod ſi eccleſia læſa eſt, & manifeſte apparet detrimentum ipſius, cũ Epiſcopo facere deteriorem condicionem ipſius non licuit; & eccleſia iure minoris ſemper debeat illæſa ſeruari: quæ in damnum ipſius data conſtiterint, ad proprietatem conuenit redire ipſius: prouidendum eſt tamen, ne ſi forte coloni poſſeſsiones illas fecerint meliores, expenſis, ac labore ſuo; ſumptibus, quos bono animo fecerunt, debeant defraudari. De in integ. reſt. c. 1.

DE ALIENATIONE IVDICII mittendi † cauſa facta. Tit. xxxij.

† mutãdi forte.

Alexander iij. Dulm. Epiſcopo. Cap. vn.

De aliena. c. 1. EX quorundam certa relatione audiuimus, quod cum aliqui viri eccleſiaſtici de prouincia veſtra de proſequenda ſua iuſtitia litteras commiſsionis a nobis impetrent; aduerſarij eorum, vt mandatum noſtrum eludant, ante quam litteræ noſtræ ad iudices perueniant, vel litteris a iudicibus receptis, prius quam illi a iudicibus citentur, in vocē ap. prorumpunt, aut commutationem facientes, aliquos in poſſeſsionem eorum, de quibus controuerſiæ vertuntur, malitioſe inducunt; quoniā huiuſmodi calliditates, & verſutiæ ſuis non debent in aliquo fraudatoribus ſuffragari; & nos contra prædictam calliditatem, & verſutiam paſtorali volumus ſollicitudine prouidere: d. u. per A. s. p̄. m. qua. ſi aduerſarij eius, inter quos, & ipſum ſuper eccleſiæ cauſa controuerſia eſt agitata, pro euacuando mandato noſtro, ſupradicto modo appellauerint, aut de poſſeſsione qualibet commutationem fecerint, vel malitioſe ſe abſentauerint; eos, qui in prędictā poſſeſsionem ſe ingeſſerint, ap. cẽs. cogatis ſub examine veſtro, iuris æquitati parere.

DE ARBITRIS. Tit. xxxiij.

Gregorius Theo. Duci Sardiniæ. Cap. 1.

Non ponitur. IVSTITIAM, quam mente &c. & infra. Iuliana ſiquidem Abbatiſſa monaſterij Sancti Viti inſinuauit nobis, a Donato officiali veſtro poſſeſsionem prædicti monaſterij detentari; qui dum excellentię veſtrę patrocinijs ſe angi † conſpicit; ad examinandum iudicium venire contemnit. Sed nūc gloria veſtra pręcipiat eundem officialem cum prædicta ancilla Dei arbitrale ſubire iudicium, quatenus quidquid de tali controuerſia arbitrorum iudicio fuerit diffinitum, effectui mancipetur.

† al. cingi.

Idem Ianuario Epiſcopo. Cap. 2.

Non ponitur. LICET fraternitas &c. & infra. Proinde f. t. prędictam feminam in nullo contra æquitatem grauari permittat, nec aliqua inconſulte pati diſpendia; ſed ſi quas cauſas habuerit, in electorum iudicio, altercandi ventiletur contentio, & quæcumq. fuerint diffinita, tranquille ad effectum perducantur.

DE IVRAMENTO CALVMNIÆ. Tit. xxxiv. Cap. 1.

CONSTITVTIO noua D. Henrici Imperatoris Aug. Dat. iiij. die menſis April. ciuitate Arimino.

QVONIAM legibus cautum eſt, vt nemo clericus iurare pręſumat, alibi vero reperitur ſcriptum, vt omnes principales perſonę in primo litis exordio ſubeāt iuramētū calumnię; nonnullis legum peritis res venit in dubium, vtrum clerici iuſiurandum pręſtare debeant, aut alij perſonæ hoc officium liceat delegare; quia illud conſtitutionis edictū, vbi clerici iurare prohibentur a Marco † Aug. Conſtantino. p̄. p̄. de Conſtantinopolitanis clericis promulgatum fuiſſe videtur: idcirco ad alios clericos pertinere non creditur. vt ergo iſta dubietas ab omnibus penitus auferatur, nos illam diui Marci † conſtitutionem, ita interpretari decreuimus, vt ad omnium eccleſiarum clericos generaliter pertinere iudicetur. Nam cum diuus Iuſtinianus iure decreuit, vt canones patrum vim legum habere oporteat, & in nonnullis patrū canonibus reperiatur, vt clerici iurare non audeant; dignum eſt, vt totus clericalis ordo a præſtando iureiurando immunis eſſe proculdubio cenſeatur. Quapropter nos vtriuſque videlicet diuinæ, & humanæ legis intentione ſeruata decernimus: vt non Epiſcopus, non Abbas, non presbyter, non cuiuſcumque ordinis clericus, non aliquis monachus, vel ſanctimonialis in quacumque controuerſia, ſiue criminali, ſiue ciuili iuſiurandum compellatur qualibet ratione ſubire; ſed ſuis idoneis aduocatis hoc officiū liceat delegare.

Non ponitur.

† Marciano forte.

† Marciani.

Honorius Epiſcopus vrbis Romæ omnibus Epiſcopis occidentalibus. Cap. 2.

ADHAERENTES veſtigijs prædeceſſorum noſtrorum dicentium, grauiores quæſtiones per ſummum Pontificem terminari; noſtrorum fratrum conſilio diligenter inquiſito, huius cauſæ ſpeciem irrefragabiliter, Deo opitulante, decidimus. Legibus itaque cautum eſſe comperimus, vt nullus clericus iurare præſumat, alibi vero reperitur reſcriptum, vt omnes principales perſonæ in primo litis exordio ſubeant iuſiurandū calumniæ; nonnullis legiſperitis, ſed & alijs quamplurib. ſapientib. venit in dubiū, vtrum clericus iuſiurandū præſtare debeat, aut alij perſonæ liceat hoc officiū delegare. De iur. cal. c. 1.

Quia

Quia ergo illud conſtitutionis edictum, vbi clerici iurare prohibentur, a Marco † Augu ſto Cōſtantinopolitano † Præfecto Prętorio de Cōſtantinopolitanis clericis promulgatū fuiſſe videtur, idcirco ad alios pertinere non creditur. Vt ergo iſta dubietas ab omnibus penitus auferatur, ſecundum etiam deciſionem filij noſtri quondam Henrici Imperatoris, vt accepimus, Arimino factam tertio nonas Apriles, vel ſicut ibi continetur die, cuius hæc verba ſunt. Nos itaq. eius interpretationem corroboramus, & diui Marci † conſtitutionē ita interpretari debere decernimus, vt ad omnium eccleſiarum clericos generaliter pertinere videatur. nam cum diuus Iuſtinianus iure decreuit, vt canones patrum, vim legum habere oporteat, & in nonnullis patrū canonibus reperiatur, vt clerici iurare omnino nō audeant; dignum eſt, vt totus clericalis ordo a pręſtando iuramento immunis eſſe proculdubio cenſeatur. Pręterea ſtatuti principis tenor penes vos talis eſſe dignoſcitur. Nos itaq. vtriuſq. diuinæ, & humanę legis intentione ſeruata decreuimus, & imperiali auctoritate irrefragabiliter diffinimus, vt non Epiſcopus, non presbyter, non cuiuscumq. ordinis clericus, non Abbas, non aliquis monachus, vel ſanctimonialis in qualicumq. cauſa, vel controuerſia, ſiue criminali, ſiue ciuili iuſiurandum conpellatur qualibet ratione ſubire, ſed alijs defenſoribus idoneis, ſi expedire ſuæ eccleſię nouerint, huiuſmodi officium liceat delegare. Verū cum hac moderatione, vt Epiſcopi inconſulto Romano Pont. vel quiuis clericus inconſulto prælato ſuo minime iurare audeat. omnib. autē Epiſcopis a cūctis generaliter ſacerdotib. aut vniuerſo clero, ita cuſtodiri debere mandamus; vt ſiquis in illa cōmiſerit, veniam ſibi deinceps nouerit denegari. non ſumentes exemplum, ſeu formam a nobis, quod in cauſa noſtrorum fratrum, & coepiſcoporū Aretinæ, & Seneñ. eccleſię nuper fecimus, quando eorum voluntati, & poſtulationi annuimus.

† *Marciano forte.* † *Conſtātino.* †*Marciani.*

Item Eugenius Papa iij. Arditioni Rom. eccleſiæ ſubdiacono, & magiſtro Omnibono. Cap. 3.

c.1.et.

LITTERAS benignitatis veſtræ benigne ſuſcepimus, in quibus vtrum in cauſa, quæ inter venerabilem fratrem noſtrum G. Bonon. Epiſcopum, & dilectum f. noſtrum Aldricum Paduanum Abbatem, ſub veſtro examine agitatur, iuramentum calūniæ pręſtari cōueniat, requiſiſtis. Sane Rom. eccleſia in his cauſis, inquibus de decimis eccleſiæ, & rebus ſpiritualibus tantum agitur, iuramentum calumniæ nunc † dare, vel recipere conſueuit: eo quod huiuſmodi cauſæ non ex legum diſtrictione, ſed ex canonum æquitate finem debitum ſortiuntur. Canones autem iuramentū calumniæ nulli prorſus indicunt. Vnde cōtentione de iuramēto præſtando dimiſſa, ad vlteriora diſcretio veſtra procedat.

† *nō forte.*

Auguſ. * *Seruus Dei.* Cap. 4.

c.3.c.

IN pertractandis cauſis ſacramentū de calumnia non paſſim præcipimus exluberi, ſed cum fieri facimus, & cauſæ, & principalium perſonarum qualitate inſpecta diligenter, quandoq. per principales perſonas, quādoq. per œconomos ſibi indultos, qui cauſam omnino non neſciant, in anima iurantis præſtari mandamus. Vt igitur cauſa, quæ inter Abbatiſſam ſanctæ Trinitatis, & Ripulenſem eccleſiam agitatur, ſine dilatione, finem debitum, auctore Domino ſortiatur: præſentium vobis auctoritate mandamus, quatenus, ſicut ſalubrius, & cōpetentius vobis viſum fuerit, cauſam ipſam appellatione remota, dictante iuſtitia, terminetis. Adicimus etiam, vt propter iniuriam, quam ignorante Abbatiſſa Sanctæ Trinitatis Ripullenſi Abbati audiuimus illatam, ſi aliter ei iuſtitiam fauere dignoſcitur, monaſterium Sanctæ Trinitatis nullatenus ſuo iure priuetur.

Idem R. Megal. Enmaceñ. † *Epiſcopis.* Cap. 5.

† *Nemauſēn forte.*

c.4.c.

IMPERATORVM ſæcularium leges, & ſanctorum patrum eccleſiaſticę cōſtitutiones viros religioſos in omnipotentis Dei ſeruitio protegunt, & defendunt, & nullam eis moleſtiam, vel turbationem, quæ ſacro ordini contradicat, irrogari permittunt. accepimus autem, quod quidam cauſidici de terra veſtra occaſione decidendarum litium, quæ aliquando ſolent exigere ab Abbate, & fratribus iuramentum de calumnia, ſicut ab alijs hominibus exigebant, quod quidem inter fratres huius ordinis inuſitatū eſt, & nos ad id faciendum, eos cogere non poſſumus, nec debemus: ſed ne aliena iura huiuſmodi occaſione videantur illicite detinere, & ipſi a cauſa ſua decidant, ſi ex parte ipſorum

ipſorum prædictum iuramentum, cum res expoſtulauerit, non fuerit præſtitum; eis præcipimus, vt in ſuo monaſterio, ſicut imperiales leges conſentiunt, œconomum ſtatuāt, qui pro eis petere, & excipere, atq. iuramētū de calumnia, cum neceſſe fuerit, valeat exhibere. Ideoq. per præſentia ſcripta f.u.m. qua. eoſdem fratres, qui in iſta cauſa ſunt, ſicut ratio exigit, plenius inſtruatis, vt de cetero ſua iura propter hoc nō poſſint amittere, & alijs, quantum iuſtitia permittit, in talibus cauſis debeant ſatisfacere. Tu vero frater Nemauſenſis Epiſcope perſonam idoneam, quæ in tali officio conueniens videatur, ipſi monaſterio œconomum ſtatuas.

Lucius iij. Epiſcopo, & Archidiacono Norwicē. pars. c. peruenit. *Cap. 6.*

CETERVM quia nouis morbis noua conuenit antidota præparari: volumus, & mandamus, vt in cauſa fideiuſſionis, quæ inter R. clericum de ſancto Albano, & Hoham, & Phy. clericos Lundoñ. vertitur, ad veritatem eliciendam, ap.re. præſtari faciatis ab vtraq. parte calumniæ iuramentum. c.2. de fideius. c.5. hoc tit.

Idem Cantuarieñ. Archiepiſc. pars. c. *Conſtitutus.* *Cap. 7.*

QVIA vero diuerſa experimenta morborum varia nos compellunt remedia inuenire: præſentium ſignificatione iniungimus, vt ſi præfatus P. debitum, vel acceſsiones forte negauerit; conſuetudine, quæ legi contraria eſt, non obſtante, iuramentum calumniæ ſubire cogatur. Ibid. & c. 3. de fideius.

LIBER SECVNDVS
DE IVDICIIS. TIT. I.

Ex concilio Magotienſi. *Cap. 1.*

De iud. c. 1. DE Quoduult deo Epiſcopo Cēturienſi, quē aduerſarius ipſius cū ſe petiſſet introduci ad concilium noſtrum, interrogatus, vtrū cum eo vellet apud Epiſcopos experiri, primo promiſerat, & alia die reſpondit hoc ſibi nō placere, atq. diſceſsit: placuit, omnibus Epiſcopis, vt nullus eidem Quoduult deo communicet, donec cauſa eius, qualem potuerit, terminum ſumat, nam adimi Epiſcopatum ante, quā cauſæ exitus appareret, nulli Chriſtiano iure videri potuiſſet.

Ex ſynodo Eug. Papæ. ap. Rom. *Cap. 2.*

c.2.&. DECERNIMVS, vt laici etiam eccleſiaſtica terminare negotia nō præſumāt, & Epiſcopi, Abbates, Archidiaconi, & alij eccleſiarum prelati de negotijs eccleſiaſticis, vel de illis, quæ ſpiritualia eſſe noſcuntur, laicorum iudicio non diſponant, nec propter eorum prohibitionem, eccleſiaſticam exercere dimittant iuſtitiam.

Alexander. iij. *Cap. 3.*

Non ponitur. infra NOS in eminenti, & infra. Quia vero inimicitia, vel cōtrarietate aliquis parochianus a iudicio diœceſani Epiſcopi eximatur, quia nos conſulere voluiſti, d.t. duximus reſpondendum; quod non ſolum pro inimicitia, ſed & pro manifeſta cauſa ſuſpicionis, poteſt ſui Epiſcopi iudicium euitare, & ad iudicem ſuperiorem recurrere. cum nullus a ſuſpecto iudice debeat iudicari. c.36. de appell.

Idem Conſulibus Papiæ. *Cap. 4.*

RELATVM eſt auribus noſtris, quod vos de decimis, & negotijs, quæ iudicium eccleſiaſticum requirunt, non veremini iudicare; & de his non ſine veſtræ detrimento ſalutis, vos intromittere minime dubitatis, minus recte, quam deceat, cogitātes, quo modo ex hoc, & creatorem veſtrum offenditis, & manifeſte ſanctor. Patrū inſtitutionibus cōtraitis. Quoniam igitur, quę a quolibet Rege, vel Principe non ſuſtineremus, a vobis nolumus, ſicut nec debemus, aliquatenus ſuſtinere, cum præſertim exinde iudicium poſsitis formidare diuinum, & honeſtatē eccleſiaſticam conculcetis. diſcretionem veſtram monemus. m. atq. p̄. qua. de decimis, vel de eccleſiaſticis negotijs de cetero vos intromittere, nullatenus præſumatis; ſed ea vener. fratri noſtro Epiſcopo veſtro, & alijs perſonis eccleſiaſticis tractanda, & iudicanda ſine contradictione Non ponitur.

tradictione qualibet relinquatis.

Alexander iij. Illuſtri Regi Anglor. *Cap.* 5.

c.3.e. QVANTO te diuina gratia &c. & infra. cauſa vero patronor. eccleſiar. ita iŭcta eſt, & connexa eccleſiaſticis cauſis, quod nō niſi eccleſiaſtico iudicio valeat diffiniri, & apud eccleſiaſticum iudicem ſolummodo terminari.

Idem Salernitano Archiepiſcopo. *pars. c.*
Licet prater. *Cap.* 6.

c.4.e. AT ſi clerici coram ſæculari iudice cōuicti fuerint, vel confeſsi de crimine: non ſunt propter hoc ab Epiſcopo ſuo aliqua ſententia condemnandi. ſicut enim ſententia a non ſuo iudice lata non tenet; ita etiam cōfeſsio coram ipſo facta. ſi vero corā Epiſcopo de criminibus in iure confeſsi ſunt, ſeu legitima probatione conuicti; dum modo ſint talia crimina, propter quæ ſuſpendi debeāt, vel deponi; nō immerito a ſuis ſunt ordinib. ſuſpendendi, aut ab altaris miniſterio perpetuo remouendi. De adulterijs, & alijs criminibus, quę ſunt minora; poteſt Epiſcopus cum clericis poſt peractam pænitentiam diſpenſare; vt in ordinibus ſuis deſeruiant, ſed non debet quemlibet depoſitū pro ſuis exceſsibus iudici tradere ſæculari; quia ſuo functus eſt officio; nec debet duplici contritione conterere.

Idem. *pars. c. Eam te.* *Cap.* 7.

c.5.e. CETERVM, quia quandoque, ſicut accepimus, in eos, qui a te terras, vel poſſeſsiones alias tenent in feudum; licet ſuper feudis illis coram te ſtare iuſtitiæ ſint parati, ſine iudicio, & cauſa rationabili, excommunicationis, ſeu interdicti ſententia feratur; volentes in poſterùm ſuper hoc tibi, & eiſdem hominibus prouidere, præſenti ſcripto diſtrictius prohibemus, ne de cetero id permittas, donec fuerint ſuper feudis illis in tua præſentia reſpōdere parati, & in eis ſine malitia, & fruſtratoriæ dilationis obſtaculo, voluerint iuſtitiam exhibere. quod ſi fuerit a quoquam temerario auſu præſumptum, liceat tibi eandem ſententiam ſublato ap. remedio reuocare. Nulli ergo hominum fas ſit hanc paginam noſtræ conceſsionis &c.

Lucius iij. Strigoñ. Archiepiſcopo. *pars. c.*
ad Apoſtolicæ ſedis. *Cap.* 8.

c.8. e.c. CLERICI vero, maxime in criminalibus, in nullo caſu poſſunt ab alio, quā eccleſiaſtico iudice condemnari; & ſi conſuetudo Regia habeat, vt fures a iudicibus ſæcularibus iudicētur. cum Imperator dicat, quod etiā leges eorū non dedignantur ſacros canones imitari, in quibus generaliter traditur, vt de omni crimine clericus debeat coram eccleſiaſtico iudice conueniri, nec debeat in hac parte canonibus ex aliqua cōſuetudine præiudicium generari.

Idem Paduano Epiſcopo. *Cap.* 9.

INTELLEXIMVS ex litteris tuis, c.7.e.
quod cum filia cuiuſdam nobilis viri parochiani tui, cum quodam viro matrimonium contraxiſſet, cōperto poſtea, quod idem vir pro nece bonæ me. Viceō. Epiſcopi vinculo tenebatur excommunicationis aſtrictus, in tua propoſuit præſentia quæſtionem, vnde, quia poſtulaſti a nobis, vtrum præfatus vir vinculo excōmunicationis innodatus ſtare poſsit iudicio, vel ad præſentiā tuam vocari, donec in præfata ſententia detinetur: f. t. duximus reſpondendum, videri nobis, quod poſsit, & debeat conueniri, & per aliū in pręfato iudicio reſpondere, ne videatur de prædicta malitia commodum reportare, ſi ex ea fuerit ab eorum impetitione ſecurus.

DE FORO COMPETENTI. Tit. II.

Ex concilio Chalcedoneñ. *Cap.* 1.

SI quis clericus aduerſus clericū habet negotium, nō deſerat Epiſcopum proprium, & ad ſæcularia percurrat iudicia, ſed prius accuſatio ventiletur apud Epiſcopum proprium, vel certe cōſilio eiuſdem Epiſcopi, apud quos vtræq. partes voluerint, iudicium continebit. Si quis autem præter hæc fecerit, canonicis iudicijs ſubiacebit. De foro cōp. c. 1.

Ex concilio Matiſcoñ. *Cap.* 2.

NVLLVS clericus alium clericū accuſare ad iudicem ſæcularē, aut ad cauſam dicendam trahere, quocumq. modo præſumat, ſed omne negotium clericorum aut in Epiſcopi ſui, aut presbyterorum cum Archidiaconi præſentia finiatur. Quod ſi quicumq. clericus hoc implere diſtulerit, ſi iunior † fuerit, vno minus de xl. ictibus accipiat, ſi vero honoratior, xxx. dierum cōcluſione multetur. Non ponitur. † al. minor.

Ex concilio Pariſieñ. *Cap.* 3.

NVLLVS iudicum neq. presbyterū, neq. diaconum, aut clericum vllum, aut iuniores † eccleſiæ, ſine ſcientia Pont. per ſe diſtringat, aut condemnare præſumat. Qui ſi fecerit, ab eccleſia, cui iniuriam irrogare dignoſcitur, tam diu ſit ſequeſtratus, quouſq. reatum ſuum cognoſcat, & emendet. c. 1. e. t. † al. minores.

Ex concilio Africano. *Cap.* 4.

Sane

c. 1. e. t. & de arb. c. 1.

SANE ſi Epiſcopi, inter quos cauſa verſatur, diuerſarum ſunt prouinciarum; ille primas det iudices, in cuius prouincia eſt locus, de quo contenditur. Si autem ex communi placito vicinos iudices elegerint, aut vnus eligatur, aut tres; vt ſi tres elegerint, aut omniũ ſententiam ſequantur, aut duorum.

Gregorius Bonifacio Defenſori Corſicæ. c. 5.

De foro comp. c 4.

SI quis contra clericorum aliquẽ, cauſam habuerit: Epiſcopũ ipſius adeat. qui ſi forte ſuſpectus fuerit, executor ab ipſo deputetur, aut ſi & hoc actor refugerit, a te eſt deputandus, qui partes ſibi mutuo conſenſu iudices compellat eligere, a quibus quidquid fuerit diffinitum, Epiſcopi ſollicitudine, ſeruata lege, modis omnibus compleatur.

Alexander iij. in concilio Lateraneñ. pars. c. præterea. Cap. 6.

Non ponitur.

SANE quia laici quidam eccleſiaſticas perſonas, & etiam ipſos Epiſcopos, iudicio ſuo ſtare cõpellunt; eos, qui de cetero id præſumpſerint, a communione fidelium decernimus ſegregandos.

Idem. pars. c. Ideo inter alios. Cap. 7.

c. 5. e. t.

SI vero presbyter, vel clericus alius aliquem laicum de rebus ſuis, vel eccleſiæ impetierit; & laicus res ipſas non eſſe eccleſiæ, vel presbyteri, aut clerici, qui eum ex inde impetit, ſed ſuas proprias aſſeuerat; laicus ipſe debet de rigore iuris ſuper hoc ad forenſe iudicium trahi. cum actor ſemper rei forum debeat ſequi, licet in pleriſq. partibus aliter de conſuetudine fiat.

DE LIBELLI OBLATIONE. Tit. iij.

Ex concilio apud ſanctum Medard. Cap. vn.

De libelli oblat. c. 1.

HIGMARVS Epiſcopus dixit. habetis libellum reclamationis, aut poſtulationis, ſicut eccleſiaſtica ſe habet traditio. Illi reſponderunt, ſe præ manibus nullũ habere libellũ. Higmarus Epiſcopus dixit Legum eccleſiaſticarum &c. & infra. Quapropter oportet vos ſecundum eccleſiaſticã auctoritatem, reclamationem veſtram libelli ſerie allegare, eamq. veſtris manibus roboratam ſynodo porrigere, vt tunc conueniẽter, & canonice vobis valeat reſponderi. & tunc ipſi fratres libellum conſcribentes Higmaro porrexerunt.

DE MVTVIS PETITIONIBUS coram eodem iudice. Tit. iiij.

Gregorius Paulino Epiſcopo Taur. Cap. 1.

Non ponitur.

CLERVS eccleſiæ Regitanæ &c. & infra. Et ideo medijs ſacroſanctis euangelijs fraternitas veſtra in cauſa prædicti clerici, & Epiſcopi ſui, ſine cuiuſquam perſonæ reſpectu, tam clericorum querelam, quam habent contra ſuũ Epiſcopum, quã ſiquam forte Epiſcopus contra clericum habuerit, perſcrutetur, & quidquid in veritate cognouerit, nobis ſignificet.

Alexander iij. Volterano Archipreſbytero, & Abbati de Spongia. Cap. 2.

De mut pet. c. 1.

EX litteris veſtris accepimus, quod dilecti noſtri filij Abbas, & fratres Maturenſis mon. ſuper quæſtionibus, quas plebanus, & clerici Maturenſes aduerſus eos proponunt, veſtrum parati ſunt ſubire examen, ſi illi in continenti de ſuis deberent quæſtionibus reſpondere. Vnde quoniam indignum penitus, & abſurdũ videtur; vt memorati plebanus, & clerici Abbati, & fratribus de ijs, quæ aduerſus eos proponunt, reſpondere non debeant, cum ſibi ex ipſis iuſtitiam poſtulant exhiberi. d. u. p. A. s. præ. m. quatenus actione plebani, & clericor. propoſita, & reſponſione facta eos moneatis, & auctoritate noſtra, & veſtra diſtrictius compellatis, memoratis Abbati, & fratribus ſuper quæſtionibus ſuis coram vobis reſpondere; & vos viciſsim poſt modum rationes, & allegationes vtriuſq. partis diligentius audiatis, & cõcordia, vel iudicio terminetis.

Idem Plebano, & clericis Mart. Cap. 3.

Non ponitur. Fuit in cõc. Lat. par xj. c. ij.

MIRAMVR plurimum, & mouemur; quod cum cauſam, quæ inter vos, & dilect. filios noſtros Abbatẽ, & fratres Maturenſis mon. vertitur, dilectis filijs noſtris Archipresbytero Volterano, & Abbati de Spõgia commiſiſſemus fine debito terminandã; & Abbas, & fratres parati eſſent iudicium eorum ſubire; ſi vos eis ſuper quæſtionibus, quas aduerſus vos proponunt, deberetis in cõtinenti reſpondere: vos, ſicut idem iudices nobis litteris ſuis intimauerunt; id efficere noluiſtis. Verum quoniã rationis ordo exigit, vt qui ſibi vult ab alio iuſtitiã exhiberi, ei nõ debeat, quod iuſtum eſt, denegare: f. u. p. A. s. p̄. m. qua actione, quam aduerſus prædictos Abbatem, & fratres intenditis, propoſita, & reſponſione facta, eiſdem Abbati, & fratribus coram prædictis iudicibus in continenti reſpondeatis; vt cauſa veſtra, & ipſorum viciſsim poſtmodum audiri debeat, & terminari. Nos enim eiſdem iudicibus in

mandatis dedimus, vt vos ad id faciendum inſtanter maneant,& auctoritate noſtra cõpellant.

DE ORDINE IVDICIORVM. Tit. v.

Clemens iij. Aletrino Epiſcopo. *Cap. vn.*

De ord. cog c. 1.

INTELLEXIMVS ex literis tuis, quod cum mulier quædam peteret quędam in virum, teſtes ad ſuę intentionis aſſertionem induxit, per quos pars viri futurũ ſibi præiudicium metuens, exceptionẽ conſanguinitatis obiecit, ex qua intendit petitionẽ mulieris prorſus elidi. Quia vero nos conſulere voluiſti, an prius ſit de impedimẽto conſanguinitatis agendum, quam ſuper cauſa matrimonij ſententia proferatur. Inquiſitioni tuæ duximus reſpondendum; quod cum exceptione probata principalis quæſtio perimatur; ante eſt de ipſa cognoſcendum, quã ad diffinitionis articulum procedatur. quo facto virũ ab impetione mulieris, prout poſcit ratio iuris, abſoluas.

DE PLVS PETITIONIBVS. Tit. vj.

Leo Papa in ſermone de natal. Dñi. *Cap. vn.*

Non ponitur.

SOLVITVR leuiferæ pactionis male ſuaſa conſcriptio, & per iniuſtitiam plus petendi totius debiti ſumma vacuatur.

DE FERIIS. Tit. vij.

Ex concilio apud Compendium. *Cap. vn.*

De ferijs c. 1.

OMNES dies dominicos a veſpera in veſperũ cũ omni veneratione obſeruare decernimus, & ab omni illicito opere abſtinere; vt mercatum in eis minime fiat, nec placitum: vbi aliquis ad mortem, vel ad pœnam iudicetur, nec ſacramenta iurentur, niſi pro pace facienda.

DE CAVSA POSSESSIONIS, ET proprietatis in eodem iudicio mota. Tit. viij.

*Gregorius Felici * Siciliæ.* *Cap. 1.*

De cauſa poſſ. c. 1.

SVSCEPTIS &c. & infra. Legali prouiſione decretum eſt; tam momenti, quam proprietatis cauſam in vno, eodemq. iudicio debere cognoſci, nec nos contra inauditã partem aliquid poſſumus diffinire.

Idem Ioanni Epiſcopo Syracuſ. *Cap. 2.*

Non ponitur.

FELIX &c. & infra. Oportet, vt actores eccleſiæ veſtrę deputetis, vt cum eo debeant eligere cognitores, qui tam momenti, quam principalis rei quæſtionem cognoſcere valeant, & finire; ne ſi aliqua occaſione dilatũ fuerit; & ipſe pati præiudicium, & partes eccleſiæ non habere iuſtitiam videantur. nam nos ſic cauſas eccleſiæ finire volumus, vt nec diſpendium contra æquitatem ſuſtineat.

DE RESTITVTIONE SPOLIAtorum. Tit. ix.

Alexander iij Vigor. Epiſcopo. *Cap. 1*

SOLLICITE cures, & diligẽter, quo tẽpore H. renuntiauit eccleſiæ, & ſi tibi cõſtiterit eum eſſe ſpoliatum, quando eidem eccleſię renuntiauit, ſi hac vice tantum, aut ſi plurib. vicibus renũtiauit eccleſiæ præſcriptæ, dum modo ſpoliatus renuntiauit; contra eum teſtes alterius partis de iuramento, & renuntiatione ſpontanee facta nullatenus admittas. quia non eſt veriſimile, quod ſponte iuri ſuo renũtiauerit, qui iam ſpoliatus renũtiat. ſed teſtes H. quib. intendit ſe probare, quod violenter prædicta eccleſia fuerit ſpoliatus, dummodo idonei ſint, recipere minime differas. De reſt. ſpol. c. 1

Idem. *Cap. 2.*

ACCEPTA conqueſtione. P. clerici, quod violenter eccleſia de Procebrant fuiſſet ſpoliatus: d. u. per A. s. ſi bene meminimus, dedimus in mandatis, vt ſi per officiales venerabilis fratris noſtri Eboraceñ. Archiepiſcopi A. S. L. ex conceſsione ipſius in eadẽ eccleſia introductus fuiſſet, & inde per violentiam eiectus, ſibi eam, auctoritate noſtra reſtitui faceretis, quibus cognitis, reſponſum eſt, ſicut nobis dicitur, ab aduerſario, iſta omnia non debere proficere; eo quod ſpontanea voluntate, præſcriptam eccleſiam, in pręſentia pręfati Archiepiſcopi abiuraſſet. quia vero non ſcripſimus idiotis, ſed diſcretis perſonis; & noſtrum eſt diſcernere, quod ratio dictet; diſcretioni veſtræ, præſentium auctoritate iniungimus, vt rei veritatem diligenter, & ſubtiliter inquiratis; & ſi vobis conſtiterit, quod præfatus P. nullo metu, vel vi coactus, ſed ſpontanee prælibatam eccleſiam abiurauerit; ei omni oc. & ap. re. ſuper hoc perpetuum imponatis ſilentium. c. 3. e. t.

Idem Pariſieñ. Epiſcopo, & Abbati Sancti Remigij, & Decano Meldeñ. *Cap. 3.*

Fratres

Non ponitur. Poſt cōc Lat. par 21. c. 3.

FRATRES Aremarenſes grauem ad nos contra Abbatē ſuum tranſmiſere querelam dicentes eum ipſius monaſterij bona dilapidaſſe, ipſumq. inutilem eſſe, & ſortilegum. Nuntius vero Abbatis in pręſentia noſtra conſtitutus, hæc omnia inſtantius denegabat; adiciens pręſcriptum Abbatem ab adminiſtratione abſq. cauſa deſtitutum rationabili. Ideoq. d. u. per A. s. p̄. m. qua. ad locū, in quo facilius poſsitis partes habere præſentes, & de cauſa cognoſcere, venientes, & quæ hinc inde propoſita fuerint, diligentius audientes, negotium ipſum omni gratia, & amore poſtpoſito, terminare curetis. ita quod, ſi vobis conſtiterit legitime prædictum Abbatē irrationabiliter deſtitutum, ipſum reſtituatis. Si vero deſtitutus nō eſt, & eū inueneritis deſtituendū; illū auctoritate noſtra deſtituatis, indemnitati eccleſiæ, ſicut melius noueritis expedire, conſulentes. Verum ſi prælibati fratres ipſum canonice conuicerint de obiectis, depoſitionis ſententiam proferatis. Ceterū ſi pręfati fratres accuſationis libello porrecto in probatione defecerint, Abbati canonica purgatione iniuncta, illos debita animaduerſione puniatis.

Idem Wigor. Epiſcopo, & R. Elien. Archidiacono. *Cap. 4.*

c. 4. c. t.

AVDITA querela dilecti. fil. noſtri T. clerici, Kariſsimi in Chriſto filij noſtri Illuſtris Scotorum Regis, quod H. perſona eccleſiæ de Sandeia ipſum ſuper eccleſia, de Poſitione indebite moleſtare præſumit, quam liberam tunc, & vacantē ad repręſentationē eiuſdem Regis prędictus T. fuerat adeptus: licet idem H. ſponte iuraſſe dicatur, quod ſuper eccleſia de Pōmone præfato T. nullam quæſtionem moueret: venerabili fratri noſtro Lundoñ. Epiſcopo, & tibi fili Archidiac. dedimus in mandatis, vt veritate rei plenius inquiſita, ſi vobis conſtiterit, quod prædictus H. alterius eccleſię perſonatum haberet, vel iuramento ſpontaneo præſtito, firmauerit ſe memorato T. ſuper eadem cauſa quæſtionem de cetero non moturum: ei exinde ap. re. perpetuum imponatis ſilentium, & ab eius inpetitione eundem T. abſoluere minime differatis. Poſtmodum vero nuntius præfati H. ad præſentiam noſtram accedens conſtanti nobis aſſertione monſtrauit, quod per violentiā idem H. eadem eccleſia fuerit ſpoliatus, & ideo ad vos noſtras litteras impetrauit; vt ſi conſtaret vobis veritate cognita ipſum H. ſpoliatū eſſe, cum eidem renuntiauit eccleſiæ; contra eum teſtes alterius partis de iuramento, & renuntiatione ſpontanee facta nullatenus reciperetis: ſed teſtes potius ipſius H. quib. intendebat poſſe probare, quod violenter prædicta eccleſia ſpoliatus fuerit, dū modo eſſent idonei, non differatis recipere; & ſecundum eorum depoſitiones, & rationes, & allegationes hinc inde productas in cauſa ipſa re. ap. ob. quod iuſtum eſſet, iudicaretis: non obſtātibus litteris, ſi quæ aliæ ab alterutra parte impetratæ eſſent, aut forma, quam expreſſimus in alijs litteris ſuper hoc impetratis. Addidimus inſuper, quod ſi in cauſa ipſa eſſet aliquid mutatum, poſtquam nuntius pręd. H. tunc iter arripuit ad noſtram pręſentiam veniēdi; totam cauſam ante ingreſſum cauſę principalis, contra. & ap. ces. in eū ſtatū reduceretis, in quo fuiſſe dignoſcitur, cū nuntius ipſius H. eſt iter ipſum aggreſſus. niſi forte idem H. interim cum altera parte ſpontanea voluntate poſſet ſuper eccleſia ipſa conuenire. Nunc autem ex litteris ipſius Epiſcopi, & tuis fili Archidiacone nobis innotuit: quod vos priorum litterarū tenorem ſecuti, partes debita ſollemnitate citaſtis, & cū poſt plures citationes, die tandem peremptorio conſtituto, de iam pręd. H. contumacia legitima probatione vobis plenius cōſtitiſſet: idonearum perſonarum teſtimonio cognoſcentes ſępe dictum H. alterius eccleſiæ perſonatum habere, & ſpontanea voluntate eccleſiam de Pitoñ. in faciem eccleſiæ in perpetuum abiuraſſe: ei ſuper eadem eccleſia perpetuum impoſuiſtis ſilentium, & ab eius impetitione pręnominatum T. penitus abſoluiſtis. Licet autem nuntius eiuſdem H. alias litteras, ſicut diximus, impetrauit formam aliam continentes; quod reuocari deberet, ſi quid immutatum eſſet in cauſa, poſtquam idem nuntius iter arripuerit ad nos veniendi. quia tamen nō intelleximus, nec intelligi debuit, vt reuocaretur in irritum, ſi quid per iudices delegatos factum eſt auctoritate litterarum noſtrarum, ſed ſi quid præſumptione, vel violentia immutatum eſt: d. u. per A. s. p̄. m. qua. ſi ante receptionē litterarum ipſarum, quas nuntius præfati H. ſuper ipſa cauſa ad vos impetrauit; memoratus Epiſcopus, & tu fili Archidiacone, ſuper iam dicta eccleſia ſententiam protuliſtis; eam contrad. & appellatione remota, ratā habeatis, & firmam; nec eam obtentu poſteriorum

litterarũ reuocare tẽptetis. Ita quidẽ, quod ſi iã contra ſententiã ipſam aliquid ſtatuiſtis, id ſublato ap. re. reuocetis; & præfatum H. contra eandem ſententiam nullatenus venire permittatis; ſed potius ſententiam contra. & ap. poſtpoſita, faciatis auctoritate noſtra inuiolabiliter obſeruari. Si vero poſt ſuſceptionem ſequentium litterarum ſententia lata fuerit, eadem ſententia non obſtãte, in cauſa iuxta tenorem litterarum ipſarum, ap. poſt. procedatis, dummodo præfatus H. per violentiam ſpoliatus fuerit, & ſpoliatus illud præſtiterit iuramentum.

Idem Brixienſi Epiſcopo. Cap. 5.

c.5.e.t. IN litteris & infra. Super illa quæſtione, videlicet, cum quis dicit ſe de poſſeſſione violenter eiectum eſſe, & aduerſarius dicit, eum non fuiſſe canonice inſtitutum: huiuſmodi tibi damus reſponſum, prius de violenta eiectione, quam de canonica inſtitutione agi debere: quia prædo etiam eſt ſecundum rigorem iuris reſtituendus.

Idem Exonieñ. Epiſcopo. *pars. c. in litteris.* Cap. 6.

e.6.e. ITEM, cum quis dicit ſe de poſſeſſione eiectum, vel aduerſariũ clam poſſeſſionem intraſſe, & aduerſarius ei crimen obicit, vt eum ratione criminis a ſua intentione repellat; non occurrit quidem nobis, quod illius obiectio debeat admitti, vel executio principalis cauſę propter hoc retardari, quoniam criminaliter aduerſus eum agere non poteſt, cum ipſum conſtet, eius inimicum exiſtere.

Gregorius Conſtantino Epiſcopo. Cap. 7.

c.1.eo. & c.4. de cenſibus. LICET multum &c. & infra. Queſtus eſt autem Philagrius cæcus campum cum vinea ſua ab eccleſiæ veſtrę hominibus irrationabiliter occupatum, quod ſi ita eſt, quãquam ante iudiciũ poſſeſſio ei debuerat violenter ablata reſtitui, tamen quia Euentus diaconus veſter conſentiente prędicto cæco conſtituit per quinq; teſtes partẽ eccleſię veſtræ ſatisfacere poſſe, eiuſdem eccleſiæ iuris illum eſſe, ideoq; veritatem inquire, & ſi manifeſte, ſicut hic aſſerit, probari potuerit veſtri iuris eſſe, huic dicendum eſt, vt a ſua intentione diſcedat; alioquin ante omnem cõtentionem res ei culta reddatur. & infra. Dixit etiam prædictus cæcus, quod ad collata inter alios ciuitatis Genuenſis habitatores, & ipſe pariter compellatur. quod ſi ita eſt, de mo ab eo per quemlibet exigi non permittas, quia eum, quem cæcitas ſua grauat, inhumanum nimis eſt in collatione affligere, cui ſi eſſet neceſſitas, debuit ex collatione inferri.

Lucius iij. G. Archidiacono I. Archipreſbytero Turoneñ. & Alcapicerio, canonico, c. 8.

EX conqueſtione Burg. mulieris ad noſtram noueritis audiẽtiam perueniſſe; quod, cum Ebbo miles eam ſibi matrimonio copulaſſet, maritali affectione pertractans, ex ea filiam ſuſcepiſſet, eam poſtmodum ſine eccleſię iudicio a ſe remouit, & ad Decanum Aureliañ. & Abbatem Sancti Eutropij, de accuſando ſuper conſanguinitate matrimonio, remoto ap. ob. litteras impetrauit. Cũ autem prius quam a delegatis iudicibus mulier citaretur, per diœceſanum Epiſcopum, virum ſibi reſtitui petiuiſſet, & ob hoc ipſa ad nos proprium nuntium deſtinaſſet; poſtmodum coram prędictis iudicibus cõſtituta, modo per ſe, modo per procuratorem ante ipſius cauſæ ingreſſum, & poſt virum ſibi reſtitui poſtulabat. Iudices vero reſtitutione penitus denegata, quod minime fieri debuit, in principali procedere voluerũt. Vnde ipſa a tali grauamine neceſſarium duxit ad noſtrã audientiam appellare. Quia ergo iniuſtę grauatis Apoſtolicum debemus patrocinium impertiri: d. u. per A. s. p. m. qua. ſi prę miſſa veritate ſubnixa noueritis; memoratę mulieri omni contradictione, & ap. ceſ. virum ſuum reſtitui faciatis, & omnibus, quæ poſt ap. ad nos interpoſitam irrationabiliter facta ſunt, in irritum reuocatis, cauſam ſuper matrimonio audiatis, & fine canonico terminetis. c.10.e t.

DE DOLO, ET CONTVMACIA alterius partis punienda. Tit. x.

Alexander iij. Heſordeñ. Epiſcopo. Cap. 1.

AD hæc, cum contigat actorem multotiens mittendũ eſſe in poſſeſſionem cauſa rei ſeruandę, propter abſentiam alterius partis; & per dolum, ſiue per potentiã actor non poſſit rem cuſtodiendam nanciſci: & inminẽte fine anni reus offerat cautionem, vt poſſeſſionem De dolo & cont. e. 1.

ſionẽ recipiat: cuiuſmodi pœna ſit reus multandus, qui iuſsioni nõ paret iudicis, a nobis tua fraternitas poſtulauit. ad quod dicimus, quod in eccleſiaſticis perſonis, & negotijs rigor, & diſtrictio iuris nõ requiritur, nec exercetur; ſed cũ iuſtitia propter hoc non periclitatur, admitti debet, & patienter tollerari, cũ reus ſe cautione aſtringit ſtandi iudicio.

Idem Abbati de Rameſeñ. & Archidiacono Helieñ. *Cap. 2.*

e.s.e. b. EX litteris veſtris ad nos directis accepimus, quod cũ vobis cauſam, quæ inter dilectos filios noſtros monachos de Troil. & canonicos Linconñ. nec non etiam Geruaſium clericum ſuper eccleſijs de V. & M. agitari dignoſcitur, commiſiſſemus ſub certa forma diffiniendam, & canonici litterar. noſtrarum auctoritate citati, aliquando coram vobis apparuiſſent, & interdum, nec venire, nec reſpõſalem mittere voluiſſent, ſe ſcilicet contumaciter abſentantes, licet monachi ob contumaciam aduerſæ partis eſſent in poſſeſsionem mittẽdi, intuitu tamen religionis ſuæ mitius agere cum eis volentes, poſſeſsionem ſequeſtrari feciſtis; vt ſic ſaltem canonici tædio affecti cogerentur iudicio ſtare. tandem vero partibus in præſentia veſtra cõſtitutis, & memoratis monachis eccleſias ſibi reſtitui poſtulantibus, canonici reſponderunt auctoritatem veſtram penitus ſpiraſſe, eo quod a nobis ad alios iudices litteras impetrauerunt, quæ præiudicare prioribus videbantur. vnde quoniam in poſterioribus litteris non fuit facta mentio priorũ, nec nomina eccleſiarũ continebantur, quæ in prioribus fuerant poſita, ſed indiffinite dicebatur ſuper quibuſdam eccleſijs, nos attendentes malitiam, & dolum nulli debere patrocinari, & nolentes tantam illuſionem inpunitam relinquere: d. u. p. A. s. p̃. m. qua. cum exinde requiſiti fueritis, partes in veſtram conuocetis præſentiã, & præſcriptam cauſam ſecundum formam prior. litterarum omni contrad. & ap. ces. diffiniatis; & canonicos, qui auſi fuerunt mandatum noſtrũ eludere, & per ſubreptionem huiuſmodi litteras impetrare, quod nuntius eorum plenius recognouit, ad metum, & pœnam aliorum, expenſam, quam nunc monachi ad nos mittendo fecerunt, eis remoto ap. ob. reddere compellatis.

Idem Cant. Archiepiſc. & W i. Epiſcopo. *c. 3.*

DILECTI filij noſtri Abbas, & monachi Sancti H. nobis monſtrauerunt, quod cum cauſam, quæ vertitur inter ipſos, & moniales de Leſen. ſuper eccleſia de Altiñ. Decano Linconñ. & Archi. commiſerimus terminandam; prædicti Abbas, & fratres timẽtes ſe a prędictis iudicib. aggrauari, eo quod ad primam citationem diem peremptorium ſibi ſtatuerunt, ad audientiam noſtram appellauerunt; ſed ipſi nihilominus prędictam eccleſiam præfatis monialibus adiudicauerunt. & infra. Quia vero non ſpectat ad iuris ordinem diem peremptorium, & maxime cum de rebus eccleſiaſticis agitur, niſi forte neceſsitate ingruente, ita maturare; nec etiam in eos, qui ſe contumaciter abſentant, ſententiam taliter promulgare, niſi vt pars aduerſa in poſſeſsionem mittatur, vt ſic tędio affecti iudicio ſtare cogantur. f. u. p. A. s. p̃. m. qua. partes conuocetis, & ſi conſtiterit, quod ita ſententia lata fuit, eo quod prædictæ partes venire, aut iudicio ſtare noluerint; aduerſam partem faciatis in ipſius eccleſiæ poſſeſsionẽ induci. Poſtea ſi ſtatim, vel infra annum idẽ Abbas, vel fratres, vobis præſtiterint cautionem, quod veſtro ſuper hoc ſtabunt iudicio; poſſeſsionem ei reſtituatis. De dilat. c. 1.

Vrbanus iij. de Nouo loco, & de Viger. Prioribus. *Cap. 4.*

PROVT veſtris nobis litteris adnotaſtis &c. & infra. Reum quia contumaciter a præſentia veſtra receſsit, iuratoriam coegiſtis exponere cautionem; quod iudicio eccleſiaſtico per omnia iuri pareret, cumq. die præfixa ſe veſtro conſpectui præſentaſſet, actore inſtante, prædictus reus prætextu aduocati, quem nõ habebat, reſpondere ſolita malitia recuſauit. excepto quod interrogatus ab actore, quot annis decimas, de quibus erat cõtentio percepiſſet: reſpondit xl. ſicq. varijs excuſationibus vtens, in vocem appellationis prorupit, & contumaciter iuramento cõtempto receſsit. Ideoq. vobis mandamus p̃. qua. ad conuincendam eius malitiam, ſemel eum ad veſtram præſentiam conuocetis; & ſi venerit, audiatis, quæ fuerint proponenda; & ap. ces. finem imponatis negotio competentẽ. quod ſi vocatus venire contempſerit, vos nihilominus cauſam, vt pote lite, quæ ingeritur, conteſtata, diffinitiua ſententia terminetis; vel ſaltem præſenti adiudicetis poſſeſsionem, ſeruata dumtaxat quæſtione pro- De dolo, & cõt. c. 4.

prietatis abſenti.

DE EO, QVI MITTITVR IN poſſeſsionem cauſa rei ſeruandæ. Tit. xj.

Alexander iij. Priori, & fratribus de Giſeb. *Cap. 1.*

De eo, qui mit c. 1.

CONSTITVTIS in præſentia noſtra dilecto filio noſtro R. canonico veſtro, & reſponſalibus dilecti filij noſtri G. præpoſiti eccleſiæ Belacenſis ſuper poſſeſsione eccleſiæ de Latum, in qua de mandato, & auctoritate noſtra per iudices delegatos, videlicet Exon. Epiſcopum, & priorem de Chinel W. i. cauſa ſeruandę rei fueratis inducti: hinc inde fuit coram nobis aliquamdiu diſputatum. Tandem vero poſt rationes, & allegationes vtrimq. productas, ex vtriuſq. partis aſſertione tenuimus, quod licet, cauſa ſeruandæ rei tantum, in eiuſdem eccleſiæ poſſeſsionem fueratis inducti, infra annum tamen altera pars non præſtitit cautionem ſuper eadem cauſa vobiſcum iudicio ſtandi, licet voluntatem habuerit ipſam cautionem præſtandi, & vos fuiſſetis parati eam recipere. Inde eſt vtiq. quod nos de communi fratrũ noſtrorum conſilio, auctoritate Apoſtolica decernimus, vt vos amodo poſſeſsionem pręſcriptæ eccleſiæ, ſaluo iure, quod idem præpoſitus in petenda eccleſia habere dignoſcitur, libere, & abſq. contradictione qualibet habeatis; nec præfatus præpoſitus ſuper eadem poſſeſsione vos audeat aliquatenus de cetero vexationibus fatigare. Vt autem noſtrę diffinitionis ſententia futuris temporib. inuiolabiliter obſeruetur, eam Apoſtolico duximus patrocinio roborandã; ſtatuentes, vt nulli omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ diffinitionis infringere. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Apoſtolorum Petri, & Pauli ſe nouerit incurſurum.

Idem. *Cap. 2.*

Non ponitur. Poſt eo. Lat. par. 3. c. 3.

CAVSAM, quæ inter dilectos filios noſtros canonicos de Giſebur, & canonicos de Thorin ſuper eccleſia de Leminter, & capella de Iar. & ſuper quadam tranſactione, quæ exinde poſt appellationem facta fuiſſe dicitur, diutius eſt agitata; ad ſuggeſtionem cuiuſdam canonici de Thorin, experientiæ veſtræ ſub certa forma commiſimus terminandam. Verum quidam canonicorum de Gisb. ad noſtram poſtmodum præſentiam accedentes dilectorum filiorum noſtrorum Cardinalium tunc ſe. Ap. legatorum litteras pertulerunt, in quibus continebatur, quod cum de mãdato noſtro cauſam ſuſcepiſſent definiendam, canonicos de Giſebi in poſſeſsionem pręſcriptæ capellæ induxerunt. Vnde quia prædicti Cardinales tantæ honeſtatis, circunſpectionis, & maturitatis habẽtur, quod eis fidem omnimodam adhibemus, & eos credimus rectum, & iuſtum iudiciũ pertuliſſe: d. u. per A. s. p̃. m. qua. ſi infra annum memorati canonici de Thorin cauſam poſſeſsionis ſecundum formam iuris non intrauerunt: canonicos de Giſebi poſſeſsionem ſibi a Cardinalibus adiudicatam, quiete faciatis, pacificeq. poſsidere, non obſtantibus litteris, quas canonicus de Thorin, ſententia Cardinalium tacita, noſcitur reportaſſe. Ita quidem, quod ſi canonici de Thorin de proprietate agere voluerint, cauſam ipſam vſque ad diffinitiuam ſententiam, re. ap. ob. audiatis, & fine debito terminetis. Si qua vero partium duxerit appellandum, depoſitiones iuratorum teſtium, & alias rationes vtriuſque partis, ſub veſtris ſigillis clauſas nobis mittatis, terminum vtrique parti congruum præfigentes, quo debeant cum ipſis atteſtationibus, & rationibus Apoſtolico ſe conſpectui præſentare.

DE PROBATIONIBVS. Tit. xij.

Gregorius Racaredo Regi Wiſigot. *Cap. 1.*

De prob. c. 1.

EX epiſtulæ verbis &c. & infra. Veſtra excellentia mihi mandare curauerat, vt Imperatori ſcriberem, quatinus pacta in carthophylacio requireret, quę dudum inter piæ memoriæ Iuſtinianum Principem, & iura regni veſtri fuerunt emiſſa, vt ex his colligeret, quid vobis ſeruare debuiſſet: ſed ad hoc faciendum, hoc mihi vehementer obſtitit, quia nulli dicendum eſt: ea, quæ contra te ſunt; apud temetipſum debes documenta requirere, atque hæc in medium proferre.

Lucius

Lucius iij. Elien. Epiſcopo. Cap. 2.

c.3.e.t. EX litteris veſtræ diſcretionis intelleximus te, & Archidiaconum confines habere præbendas in villis, quas ſinguli ſingulas poſsidetis, & prætextu terminorum inter vos controuerſiam verti, eo quod dicas eum antiquos fines egreſſum, partem tui fundi occupaſſe. Ille contra aſſerit ſe eandem partem fundi xl. annis inconcuſſe poſsediſſe: tu autē ad tuam quietem per idem tempus præbendam pertinuiſſe affirmas. qua in re quæris, vtrum incumbat probatio petitori, an poſſeſſori. Ad quod ſcire debes, quod iudicium finium regundorum tale eſt, vt in eo vtraque perſona vices duorum habeat, agentis ſcilicet, & eius, cum quo agitur. Vnde hinc inde teſtes recte produci poſsunt ad cognitionem iudicis inſtruendam, quibus examinatis iudex, quos præcellere intellexerit, ad fidem ſibi faciendam admittet. Quod ſi forte ambarum partium teſtes æque idonei ſint, poſſeſſoris recipientur; cum promptiora ſint iura ad abſoluendum, quam ad condemnandum, extra quam in liberali cauſa, in qua ſi vtriuſque partis teſtes forte æquales fuerint, pro libertate tamen ſemper pronuntiabitur. nam poſſeſſori probationem aliquando dari, iuris manifeſti eſt, cum ſacris canonibus ita cautum ſit; quod qui obiecerit præſcriptionem longiſsimi temporis, & eam probauerit, reportet poſſeſsionem, quam nemo recte obicit, niſi qui poſsidet.

DE TESTIBVS, ET ATTESTATIONIBVS. Tit. xiij.

Ex concilio Triburienſi. Cap. 1.

Non ponitur. TESTIMONIVM laici aduerſus clericum, nemo ſuſcipiat.

Hieronymus ſuper Matthæum. Cap. 2.

Non ponitur. IVSTIFICATA eſt ſapientia ab operibus ſuis. Sapientia quippe non vocis, ſed operis teſtimonium quærit.

Gregorius Ioanni defenſori eunti in Hiſpaniam. Cap. 3.

IN nomine domini &c. & infra. Quod autem dicit idem Epiſcopus, quia ſe abſente aliqui viliſsimi ſunt teſtes exhibiti, nullius etiam eſſe momenti, lege noſcendum eſt: conſtitutione nouella, quæ de teſtibus loquitur c. xvj. & ne poſtea obiciatur eis, quia per vnam partem geſta confecta ſunt, oportet, vt illo in ipſa ciuitate conſtituto, teſtimonia dentur, admonitus a iudice, aut defenſore venire, & audire teſtes. Si vero noluerit venire, & non ineuitabili quadam neceſsitate, venire non poſsit: ſancimus huiuſmodi teſtimonia valere, tamquam ſi non ex vna parte conſiſterent, ſed etiam ipſo præſente fuiſſent facta. Ecce admonendus eſt ſemper aduerſarius, vt ad audiendos teſtes adueniat; quia, quod hic obmiſſum eſt, neceſſe eſt, quod contra legem actum eſt, non habeat firmitatem. De teſtib. &c.

Idem Sabino defenſori Sardiniæ. Cap. 4.

QVONIAM aliqua nobis de perſona Epiphanij presbyteri nuntiata ſunt, neceſſe eſt, vt cuncta diligentius perſcruteris, & ſeu mulieres, cum quibus peregiſſe dicitur, ſeu alios, quos de cauſa eadem ſcire aliquid ſenſeris; huc pariter feſtines adducere, quatenus eccleſiaſticæ diſcretioni (ſi liquide poſsint † aperiri, quæ vera ſunt. c.3.e.t.

† al. aliquid de his poſſit.

Paſchalis Papa. Cap. 5.

IN omni negotio, principalis perſona dicens veritatem rei ſibi notæ rectiſsime habenda eſt pro teſte. Cum quidem adhibito vno efficiuntur duo teſtes; adhibitis duobus efficiuntur tres. Quod patenter oſtendit dominus, cum dicit: Si peccauerit in te f. t. c. e. i. t. & i. s. quod ſi te non audierit: adhibe vnum, vel duos: vt in ore d. vel trium t. ſtet. o. u. & alibi affirmat dicens, non vnus ſtet contra alium, ſed in o. d. vel trium t. s. o. u. Item alibi; ego ſum, qui teſtimonium perhibeo de me ipſo, & teſtimonium perhibet de me pater. nam in lege veſtra ſcriptum eſt, quia duorum hominum teſtimonium verum eſt. c.4.e.

Alexander iij. Epiſcopo Papienſi. Cap. 6.

Non ponitur. CVM A. de Plano, & G. de Betolio &c. & infra. Ideoq. f. tuæ per A. ſ. p̄. m. qua. cum exinde requiſitus fueris, vtramque partem ante tuam præſentiam conuoces, & rationibus hinc inde plenius auditis, & cognitis; eandem cauſam ſecundum atteſtationes, quas dilectus f. noſter P. titulo Sanctæ Suſannæ presbyter Cardinalis ſigillo ſuo muniuit, & aliorum teſtium, ſi qui idonei producti fuerint, ſi atteſtationes ipſę non ſunt publicatę, infra xxx. dies poſt harum ſuſceptionem litterarum re. ap. ob. concordia, vel iuſtitia mediante decidas.

Idem Beluac. Epiſcopo. *Cap. 7.*

c. 9. e t. SICVT nobis eſt ex parte tua ſignificatum, quidam parochiani tui accepta pecunia de parentela inter virum, & vxorem exhibent iuramenta, per quæ inter ipſos diuortij ſententia promulgatur. poſtea vero priuatim nullam inter eos conſanguinitatis lineam aſſerentes, ſe corruptos muneribus dicunt, & perhibuiſſe teſtimonium falſitati. Super quo taliter reſpondemus; quod ſi vir, & vxor, aut alter eorum ad ſecũda vota trãſiſſent, nullum aliud remedium ſupereſſe videretur; niſi vt teſtibus de periurio, & adulterio, vno, pluribuſue, quibus cauſam dederunt, pęnitentia indicatur. Si vero ad ſecunda vota idem vir, & vxor non migrauerint; diligenter inquirendi ſunt, coram quibus corruptio interceſsit; & ſi tales exhibeantur, per quos poſsit prædictæ corruptionis veritas comprobari: recepto eorum teſtimonio, debet ſententia reuocari. non enim teſtium † prædictorum cum periuri ſint, aliquatenus in hoc eſt admittendum.

† forte teſtimoniũ.

Idem Papienſi electo. *pars capituli* *Ad audientiam.* *Cap. 8.*

Non ponitur. infra qui mat. acc. poſ. c. 4. AD hæc, quoniam conſuetudo eſt, vt dicitur eccleſiæ Papienſis, vt ſi de propinquitate illorum, qui ſunt matrimonio copulandi, mentio aliqua fiat, presbyteri per eccleſias publice dicant, vt qui nouit aliquid, infra terminum, qui præfigitur, exeat, & dicat: tua duxit diſcretio inquirendum; an illi debeant, qui poſterius veniunt, ad accuſationem, vel teſtificationem admitti. tuæ itaque prudentiæ litteris præſentibus innoteſcat, quod ſi ſuſpicione carent poſterius venientes, ab accuſatione, vel teſtificatione repelli non debent. Ceterum ſi commoniti a presbyteris tacent, & poſt modum accuſare, vel teſtificari voluerint, tamquam ſuſpecti merito repellentur.

Idem Attinenſi Archiepiſcopo. *Cap. 9.*

VENIENS ad nos cum litteris tuis L. presbyter tuus ſupplici nobis relatione monſtrauit, & hoc idem litterę continebant, quod cum in eccleſia de Oueñ. inſtitutus fuiſſet, ei fuit obiectum, quod in eccleſiam ipſam non canonicum habuiſſet ingreſſum: videlicet, quod prius promiſiſſet, quod vnicuique parochianorum bariles vini remitteret; qui ſacerdoti eiuſdem eccleſiæ, qui pro tempore ibi ſeruiret, conſueuerant pro beneficio dari. Verum quia duo apparuiſſent, qui iurati depoſuerunt prædictum presbyterum talem promiſsionem feciſſe, & cum altero illorum pactum illud indecenter factum fuiſſe: tu de presbytero, prout decuit, & ordo rationis exigit, iudicaſti, & nos ſententiam tuam, prout dignum eſt, commendamus; eo quod ille, qui eodem erat infectus crimine, non poſſet inde contra eum teſtificari, & nulli de ſe confeſſo aduerſus aliũ in eodem crimine ſit credendum; & vnius teſtimonium non ſufficiat ad condemnationem. c. 10. de teſti.

*Idem Caprario * Epiſcopo, & Abbati Sanctæ Luciæ, & Priori Sanctæ Crucis.* *Cap. 10.*

CAVSAM, quæ inter N. & O. monachos ſuper electione de vtroque facta in monaſterio diutius eſt agitata; experientiæ veſtræ committimus audiendam, & ap. re. ſine debito terminandam. ideo. d. u. p. A. ſ. p̄. m. qua. partes ante veſtram conuocetis præſentiam, & ſuſceptis atteſtationibus vtriuſque partis, quæ ab alijs iudicibus ſunt receptæ, teſtes alios, ſi qui idonei producti ſunt, admittentes, niſi atteſtationes ipſæ ſint publicatæ, & rationibus hinc inde diligenter auditis, & cognitis, cauſam ipſam ſub: ap. re. fine debito terminetis. c. 11. eo.

Idem R. Cant. Archiepiſcopo, & R. Wi. Epiſcopo. *Cap. 11.*

CVM nun-

c.12.e.t. CVM nuntius canonicorum de Plutino, & nuntius Nicel. militis &c. & infra. Præterea non lateat prudentiā veſtram, quod prędicti canonici non ſunt a ferendo teſtimonio ſuper proprio negotio eccleſiæ ſuæ repellendi; niſi alia rationabilis cauſa impediat.

Idem Terracoñ. Archiepiſc. pars. c. Significaſti. *Cap.* 12.

c.12.e. SVPER eo vero, quod quæſiſti a nobis, vtrum teſtes illi ſint reprobandi in cauſa criminali, vel ciuili; quibus ab aduerſa parte crimina opponuntur; tuæ prudentiæ reſpōdemus, quod ſi etiam ante non ſint conuicti, vel confeſsi de criminibus illis, dúmmodo inde conuincantur, ad teſtimoniū non debent admitti.

Idem Wintoñ. Epiſcopo. *Cap.* 13.

QVAMVIS ſimus & infra. Porro, ſi aliquis crimen obicit teſti, qui contra ipſum producitur; vt eum in ciuilib. cauſis eo modo poſsit a ferendo teſtimonio remouere, audiendus eſt; & ſi crimen ciuiliter probare poterit, quod ſibi obicit, ad teſtimonium ferendū contra ipſum non eſt aliquatenus audiēdus, ſed propter hoc non debet puniri. Quemlibet autem ad perhibendum teſtimonium veritati, Romana eccleſia minime cogere conſueuit.

Non ponitur. Poſt cō. Lat. par 8. c. 6.

Idem Salernitano Archiepiſcopo. pars. c. licet preterſo. *Cap.* 14.

c.14.e. DE cetero laicos in accuſatione vel teſtimonio cōtra clericum in criminali cauſa, non eſſe aliquatenus admittendos, cenſura ſacrorum canonum manifeſtius edocet, niſi forte ſuam, vel ſuorum iniuriam perſequerentur, nec tunc etiā ad teſtimonium, ſed ad accuſationem poſſunt admitti.

Idem eodem in eadem. *Cap.* 15.

c.15.e. IN cauſis eccleſiaſticis, vel ciuilibus vltra tertiam productionem non debent teſtes produci, niſi adhibita quadam ſollemnitate; quæ in legibus inuenitur expreſſa, & ſuper dictis teſtium, cum fuerint publicata, poteſt publice diſputari.

Idem Præpoſito & canonicis Brundeñ. eccleſiæ. *Cap.* 16.

c.16. e.t. CVM tu fili Prępoſite cum quibuſdam canonicis tuis, & venerabilis frater Archiepiſcopus veſter pro cauſa, quæ inter vos, & ipſum vertebatur, eſſetis in noſtra præſentia conſtituti; Archiepiſcopo aſſerēte, quod vos ante appellationem excōmunicaſſet, & poſtulante ſententiā ſuam confirmari; ę contra propoſuiſti, quod poſt appellationē in vos ſententiam excōmunicationis protuliſſet; & ob hoc dixiſti eam nullius momenti fuiſſe. Obieciſti etiam tam tu, quā altera pars: quod teſtes fuerunt hinc inde producti, & atteſtationes eorum receptæ. Nos vero auditis, & cognitis rationibus, & allegationib. vtriuſq. partis, & atteſtationibus inſpectis diligenter, cum conſtet, teſtes veſtros iuraſſe, quod poſt appellationem ſententiā tulerit, & Archiepiſcopi teſtes ſimiliter iuraſſe, quod ante appellationem; dicta teſtium benigne interpretari, ac prouidere volentes, ne de periurij reatu notentur, quia vtrumq. eſſe potuit, & quod poſt primam appellationem ſententiā tulerit, & ante ſecundam ſententia lata fuerit; de cōmuni conſilio fratrum eandem ſententiam denuntiamus, & decernimus non tenere.

Idem Placentino Epiſcopo. *Cap.* 17.

VT autem hæc noſtræ diffinitionis &c. & infra. * Fraternitatis tuæ litteris nos conſuluiſti; vtrum noui teſtes ſuper quæſtione iudicata, in qua teſtibus renuntiatum fore ex vtraque parte conſtat, ſint recipiendi; & vtrū teſtib. in prima cauſa receptis, propter cauſam appellationis, liceat ſuper quæſtionib. iudicatis aliquid noui proponere. Licet igitur nobis ex his non plene innotuit, vtrū teſtes ſuper eiſdem, vel nouis capitulis a partibus deſiderentur induci: quia tamen cum prudentium iuris copiam habeas, nos ſuper hoc conſulere voluiſti, tibi duximus reſpondendum, quod in prædicta cauſa, ſi noua cōtigerit emergere capitula, ſuper quib. aliqua partium noluerit nouos teſtes inducere, vel per iam receptos aliquid comprobare; eos credimus ſuper nouis duntaxat capitulis fraternitatē tuam poſſe recipere, receptis prius ab ipſis ſecundum formam recipiendorum teſtium iuramentis. c.17 e.*

Idem Exoneñ. Epiſcopo, & Abbati Sancti Albani. *Cap.* 18.

INTIMAVIT nobis R. quod W ul. clericus capellanum eius, & alios quāplures de teſtibus ſuis iuramēto aſtrinxit, quod nec teſtimonium, vel conſilium, vel auxilium eidem R. contra ipſum præberent; ideo præſentium auctoritate vobis iniungimus; vt ſi teſtimonium illorum publicatum non eſt, & non eſt abrenuntiatum teſtibus; eos, qui ſunt iuramento aſtricti, & alios, ſi neceſſe fuerit, idoneos, quos ipſe in teſtimonium perduxerit, recipere non poſtponatis. c.18 e.t.

Idem Ab-

Idem Abbati, & fratrib. Sancti Michaelis de Martura. Cap. 19.

c.19.e.t. CAVSAM, quæ vertitur inter vos, & dilectos filios noſtros Plebanum, & clericos Sanctę Mariç de Martura iã pridẽ filijs noſtris Archipresbytero Vulterano, & Abbati de Spongia cõmiſimus ap. re. fine debito terminandã; cumq. vtraq. pars propter hoc in eor. præſentia eſſet cõſtituta; & teſtes eſſent hinc inde recepti, & eis ab vtraq. parte renũtiatum, & atteſtationes vtriuſq. partis publicatæ: quoddam priuilegium nuper a nobis impetratum in medium protuliſtis, aſſerentes vos, quædam alia munimenta a nobis impetraſſe, quæ rationes ſupradictæ plebis obſcuraſſe, & impedire videntur, quare cauſa ipſa non potuit terminari. Quia vero ſollicitudini noſtræ incumbit vtriq. eccleſiæ iura ſua conſeruare integra, ac litibus, & contentionibus finem imponere: iudicib. ipſis præcipiendo mandamus, vt partes ipſas ante ſuã præſentiam conuocent, & ſuper alijs capitulis, ſi qua alia fuerint ab ijs, ſuper quibus teſtes ſunt recepti, & eorum atteſtationes publicatę, rationes hinc inde diligenter audiãt, & teſtes, ſi qui idonei producti fuerint, recipiant, & nullis capitulis per nuntios veſtros a nobis impetratis, quæ continean tur in priuilegijs veſtris, vel in alijs litteris, quas vobis indulſimus, poſtquam cauſam ipſam eiſdem cõmiſimus, prædictæ cauſæ impedimentum præſtantibus, concordia, vel iuſtitia mediãte decidant. & quia venerabilis frater noſter Iulius Florentinus Epiſcopus per ſuas nobis litteras intimauit, quædã capitula priuilegio noſtro, quod monaſterio veſtro nuper indulſimus, eſſe inſerta, quæ obuia rationi videntur: per præſentia ſcripta vobis pręcipiendo mandamus, quatenus priuilegium illud, ſicut gratiam beati Petri, & noſtram caram habetis, cum nuntio veſtro, qui ad nos ſecure cũ eodem veniat, dilatione, & oc. ces. nobis mittatis.

Eugenius iij. Cap. 20.

c.5.e.t. QVOTIENS aliqui ſeparantur propter cognationem propinquitatis, vel conſanguinitatis, duobus, vel tribus adhibitis teſtib. affirmari debet, qui de eadem conſanguinitate ſuperſint, vel a duob. vel a tribus teſtibus ſenioribus, & melioribus eiuſdem loci probari debet. probatio autem teſtiũ debet fieri duplici iuramento. Teſtes autem debẽt iurare ſe neq. priuato odio, neq. amicitia, neq. pro aliquo commodo, quod habuerint, vel habent, vel habituri ſunt, hoc ad iurandum eſſe inductos. poſtea debent iurare, ſicut ipſi dicunt, rei veritatem accepiſſe a maioribus ſuis, & ita eſſe.

Idem Priori, & fratribus Sanctæ Trinitatis. Cap. 21.

INSVPER etiam auctoritate noſtra ſtatuimus; vt liceat vobis in cauſis eccleſię teſtimoniũ ferre: dum modo vnus, vel duo ex vobis ad agendũ, & reſpondendũ inſtituantur; quorum teſtimonium in cauſis, in quib. actores reſponſales ſunt inſtituti; non debẽt admitti. c.6.e.

Idem Exoñ. Wigor. Epiſcopo. Cap. 22.

AD hæc, quia præfati clerici ſcripta authentica non habẽt, quibus muniri poſsint, præſentium vobis ſignificatione mãdamus, vt omnes illos clericos, ſiue laicos, quos iſti clerici nominauerint, moneatis; vt rei veritatem, quam ſuper ipſa cauſa nouerint, coram vobis aperiant; nec eam gratia, vel timore alicuius, vel odio, in ſuæ ſalutis periculum reticere pręſumant. Non ponitur. Poſt c6. Lat. par. 8. c.15.

Idem R. Berfordeñ. Epiſcopo. Bal. Abbati S. Aud. Cap. 23.

EX parte Adę presbyteri ad nos eſt querela perlata; quod cum ipſe eccleſiam de Culmudo canonice fuiſſet adeptus, & eam xxx. annis, & amplius pacifice poſſediſſet, miles quidam H. nomine ipſum exinde grauibus moleſtijs, & iniurijs laceſsit; & tãdem tacito, quod laicus eſſet, ad Berfordeñ. Epiſcopum, & Abbatem de Faucreſerũ. noſtras litteras impetrauit: quod ſi prædictus presbyter filius eſſet illius, qui proximo in eadẽ eccleſia miniſtrauit, & iure hereditario eam tenet, vel quod publice fornicariã haberet; a prędicta eccleſia prorſus amoueretur. Tandem vero, cum idem miles per interpoſitam perſonam prefatum A. presbyterum coram prædictis iudicibus traxiſſet in cauſam; quoſdam laicos infames, & notabiles produxiſſe dicitur ad teſtimonium perhibendum; quod videlicet memoratus presbyter, filius ſacerdotis illius fuiſſet, qui proximo in ipſa eccleſia miniſtrauerat. Licet autem prædictus A. presbyter aſſereret, illos teſtes non eſſe recipiendos, pro eo quod quidam eorum latrones, & raptores manifeſti; quidam vero in cauſa alia fuerant conuicti de periurio, c.7.e.t.

de periurio, & ſe conſtanter diceret hoc probaturum, nihilominus tamen præfati iudices, talib. teſtibus aduerſæ partis receptis, eidē presbytero, etiā poſt ap. quā ſuper hoc ſe interpoſuiſſe proponit, & eo abſente pręſcriptam abiudicauerunt eccleſiam, quam nunc pręſcripti militis dapiferi filius detinet occupatam. Quoniam igitur de vobis ſatis plene confidimus; cauſam ipſam d. u. duximus committendam, præſentium vobis auctoritate præcipiendo mandantes, qua. partibus coram vobis conuocatis, ſuper hoc rei veritatem diligenter inquiratis; & ſi vobis conſtiterit, quod prædictus presbyter non fuerit legitime per teſtes idoneos præſcripta eccleſia ſpoliatus; eorundem ſententia iudicis, litteris etiam confirmationis, ſi quę ſunt, ſuper eadem eccleſia impetratæ, non obſtātibus, eccleſiam illam pręnominato presbytero A. dilationem contra. & ap. ces. reſtituatis; ipſumq. decetero nō permittatis exinde a ſupradicto milite, vel ab eo, qui ipſam tenet, moleſtari. Si vero res aliter ſe habet, nihilominus cauſam audiatis, & ſine debito terminetis. Teſtes autem, ſi quos idem A. in ſuę aſſertionis teſtimoniū inuocauerit, moneie curetis, & diligēter inducere, diuino intuitu, & amore iuſtitiæ; vt coram vobis ſuper his perhibeant teſtimonium veritati; nec quicquam exinde in ſuæ ſalutis periculum reticere præſumant.

Idem Exeneñ. Epiſcopo. *Cap.* 24.

c.8.e.t. SI qui teſtium valitudinarij ſunt, & ſenio, vel debilitate confecti, aut paupertate deprehenſi, & nō poterit eos idem ad veſtrā præſentiam ducere, ad ipſos recipiendos perſonas idoneas, & diſcretas mittatis.

Vrbanus iij. de Ruſort, & de Oſtreñ. Abbatib. & prioribus de Torguañ. *Cap.* 25.

c.25.e. CVM veniſſet ad Apoſtolicam ſedem dilectus filius noſter magiſter Martinus, propoſita nobis cōqueſtione monſtrauit; quod felicis me. Lucius Papa prædeceſſor noſter cauſam, quæ inter ipſum, & dilectū filiū noſtrum Abbatem de Crouand. & Wi. clericū eius diutius dignoſcitur agitata, dilectis fil. noſtris de Vellebec, & Oſeleſton Abbatibus ſine commiſit debito terminandam &c. & infra. d. u. per A. s. m. qua. partibus conuocatis, ſi ſententiam illor. noueritis canonice promulgatā, eā auctoritate noſtra confirmetis, & faciatis executioni mandari. Neq. appellatio illa impediat, quæ interpoſita dicitur occaſione mortis prædeceſſoris noſtri; cū poſtea, & egerit, & reſponderit, & teſtes etiā produxerit. quęſtiones quoq. illę, ſuper quibus atteſtationes fuere productæ, quibus publicatis abrenuntiatum fuit hinc inde, nullis alijs ab alterutra parte receptis, ſecundum tenorem ipſarum, mediante iuſtitia, ſine ap. ob. terminetis. Si qua vero fuerint, ſuper quibus vel teſtes non fuere producti, vel abrenuntiatum atteſtationibus, audiatis, ſi qua hinc inde propoſita fuerint, & ap. ces. finem illis debitum imponatis.

DE TESTIBVS COGENDIS, vel non. Tit. xiiij.

Alexander iij. *pars capituli quamuis ſimus.* *Cap.* 1.

QVEMLIBET autem ad perhibendum teſtimonium veritati Rom. eccleſia minime cogere conſueuit. Non potest. Poſt cō. Lat. par 8. c. 6.

*Idem Papa * electo. ** Cap. 2.

CAVSAM matrimonij, quæ inter neptē Em. de Siderio, & filium R. Canis vertitur, ab examine tuo ad audientiam noſtram appellatione perlatam, venerabilibus fratribus noſtris Terdoneñ. & Aſteñ. Epiſcopis commiſimus terminandam. Ir. de eſt, quod f. t. p. A. m. qua. teſtes ab alterutra partium in ſuæ aſſertionis teſtimonium inuocatos, ne veritatem occultent, moneas diligentius, & inducas. Si autē videris, quod odio, vel amore, aut timore ſe ſubtrahant, ne veritas occultetur, eos ad ferendum teſtimonium coram prędictis Epiſcopis, vel nuntio, quem ad hoc miſerint, eccleſiaſtica diſtrictione compellas. De teſtibus cog e.1.

Idem presbyteris Pontij & Aſilij. *Cap* 3.

CVM ſuper cauſa, quæ vertitur inter venerabilem fratrem noſtrum Pręneſtinum Epiſcopum, & dilectum filium Sublacen. Abbatem, ſit teſtimonium veſtrum neceſſarium; ne contrarium veritati cōntingat, præſentium auctoritate vobis præcipimus, quatenus quarta feria proxime ſequentis hebdomadæ perhibituri teſtimonium veritati, omni oc. & ap. ces. Apoſtolico vos conſpectui præſentetis. Si vero tunc non veneritis, ſciatis ab officio, & beneficio eccleſiaſtico vos Apoſtolica auctoritate ſuſpenſos, & ſi c 2.e.t

nec ſic

nec ſic veneritis, excõmunicationis, & depoſitionis ſententiam poteritis formidare.

Idem Genienſi Epiſcopo. pars. c. nos inter alios. Cap. 4.

e.3.e. SVPER eo vero, quod certificari deſideras, an cum aliquis de aliquo facto manifeſto ante iudicem conuenitur; ij, qui facto interfuerunt, cogendi ſint ad ferendum teſtimonium veritati: pru. t. volumus innoteſcere, quod ſi factum eſt manifeſtum, non eget teſtium depoſitionibus declarari. Cum manifeſta, ſicut tua non ignorat diſcretio, probationem, vel ordinem iudiciarium non requirant. Verum ſi manifeſtum non eſt, & is, qui conuenitur, factum negauerit; teſtes, qui interfuerũt facto, de cõſuetudine Rom. eccleſiæ monendi ſunt, non cogendi ad teſtimonium ferẽdum veritati, niſi forte timore aduerſæ partis conſtaret iudici, a ferendo teſtimonio reuocari, licet de rigore humani iuris, ad hoc forte paſsim poſsint compelli.

Idem Carnotenſi Epiſcopo. Cap. 5.

Non ponitur. Poſt cõc. Lat. par. 7. c. 20. SANE & infra. De teſtibus non habemus in ſacris canonibus, quod cogendi ſint, ſed admonendi: cum celare veritatem, ſicut dicere falſum, mortale reputetur ſæpe delictum.

Idem Exon. & Wigor. Epiſcopis. Cap. 6.

Nõ ponitur. parte 8. c. 16. vbi ſupra. TESTES, quos Radul. clericus clericos vt laicos vobis nominauerit, moneatis, & ſi opus fuerit auctoritate Ap. compellatis ad perhibendum teſtimonium veritati.

DE FIDE INSTRVMENTOrum. Tit. xv.

Gregorius. Cap. 1.

De fide inſt. c. 1. SI authenticam ſcripturam non videmus, ad exemplaria nihil facere poſſumus.

Alexander iij. Cap. 2.

e.2.e. SCRIPTA vero authentica, ſi teſtes inſcripti deceſſerint, niſi forte per manũ publicam facta fuerint, ita quod publica appareat, aut ſigillum authenticũ habuerint, per quæ poſsint probari, non videntur nobis alicuius firmitatis robur habere.

Idem Wigor. Epiſcopo. Cap. 3.

Non ponitur. Poſt cõ. Lat. par. 41. c. 5. SOLLICITE & infra. Sicut ex litteris tuis, frater Epiſcope euidẽter accepimus, H. aduerſarius N. clerici propoſuit eum N. clerico reſpondere non teneri: eo quod filũ erat fractum, quo bulla noſtra dependebat. Verum, licet litteræ ipſæ a nobis fuerint impetratæ, & in cancellaria noſtra compoſitæ: circumſpectionem tamen prudentiæ tuæ frater Epiſcope, nõ immerito commendamus, qui hac occaſione in cauſa procedere diſtuliſti, in qua non decuit aliter, quã feceris proceſsiſſe, cum non fuerit mirum, ſi præfatus H. aſſerebat ſe nõ teneri prædicto N. reſpondere, ex quo filum noſtræ bullæ fractum cernebat.

DE PRAESVMPTIONIBVS. Tit. xvj.

Salomon in parabolis. Cap. 1.

SICVT noxius eſt, qui mittit lanceas, & ſagittas in mortem: ita vir, qui fraudulẽter nocet amico ſuo, & cũ fuerit deprehenſus, dicet Ludens feci. De præſu. c. 1.

Idem in iudicio duarum mulierum. Cap. 2.

AFFERTE mihi gladium. Cumq. attuliſſent, ait. Diuidite infantem viuum, & date dimidiam partem vni, & dimidiam alteri. dixit autem mulier, cuius filius viuus erat, ad Regem; commota ſunt quippe omnia viſcera eius ſuper filio ſuo. Obſecro d. date illi infantem viuum, & nolite interficere eum: e cõtrario illa dicebat; nec mihi, nec tibi ſit, ſed diuidatur. Reſpondit Rex, & ait. Date huic infantem viuum, & non occidatur: hæc eſt enim mater eius. c.2.e.e.

Bonifacius Papa. Cap. 3.

DILECTIONE ſola diſcernitur quis, ex quo genitus approbetur; dicente Iohanne. In hoc manifeſti ſunt filij Dei, & filij diaboli. Non ponitur.

Hieronymus ſuper parabolas. Cap. 4.

EX ſtudijs ſuis intelligitur puer. Quemcumq. enim virtutibus ſtudere cum modeſtia continentiæ auditioni ſapientium, obſeruantiæ mandatorum Dei, & maxime ſimplicitati, & humilitati videris, huius munda, & recta opera intellige; ſi autem his contrarium, corrige, aut ſi hoc non potes, deuita; ne ab eo corrumparis. c.3.e.

Bonifacius Papa Epiſcopis Galliæ. Cap. 5.

NVLLVS dubitat, quod ita iudicium nocens ſubterfugit, quemadmodum, vt abſoluatur, qui eſt innocens quærit: ſed aſtuta cauillatio eorum, qui verſutis agendum credunt eſſe conſilijs, numquã innocentiæ nomen accipiet. Confitetur enim de omnibus, quiſquis ſe ſubterfugere iudicium dilationis putat. c.4.e.

Gregorius in homilia. Cap. 6.

NONNE bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes? Reſpondit Ieſus. ego dæmonium non habeo. c.5.e.

Duo quippe

Duo quippe ei illata fuerant, vnum negauit, & alterum tacendo conceſsit.

Idem Maximo Epiſcopo. Cap. 7.

c. 6. t. e. MANDATA cæleſtia efficacius gerimus, ſi noſtra cum fratribus onera partiamur. deinde, ſuper cunctas Siciliæ eccleſias te fratrem & coepiſcopum meum vicem ſedis Apoſtolicę miniſtrare decernimus, quas s. vices nō loco, ſed perſonæ tribuimus; quia ex trāſacta in te vita didicimus, quid de ſubſequenti tua conuerſatione præſumamus.

Idem Italicæ Patriciæ, & d. Ven. Cap. 8.

c. 7. e. QVOSDAM &c. & infra. Africa vero qualiter mortalibus † langoribus vaſtetur; quanto viciniores eſtis, credo, quod ſubtilius cognouiſtis.

† al. mortalitate, & lāg.

Idem Victori Epiſcopo. Cap. 9.

c. 8. e. QVANTO &c. & infra. Latere te in vicinio non potuit, quod ad nos in longinquo peruenit.

Hieronymus ſuper Oſee. Cap. 10.

c. 9. e. SCRIBAM eis multiplices leges meas. Ex prius datis neglectus apparet, quod has gligent.

Alexander iij. Decano Caſſi. Cap. 11.

c. 10. e. QVIA veri ſimilitudinem non habet, quod prędictus E. perſonatū pręlibatæ eccleſiæ capellano prænominati R. ceſſerit, & ab eo ipſius eccleſiæ vicariam acciperet; prauideas † attentius, ne memorati V. ſuper hoc probationem recipias, niſi hoc communis fama habeat loci, vel tales perſonæ appareant, de quibus veriſimile non ſit, quod debeant deierare. Quoniam ſæpe contingit, quod teſtes corrupti pretio facile inducantur ad falſum teſtimonium proferendum.

† prouideas forte.

DE IVREIVRANDO. Tit. xvij.

Vrbanus PP. Cap. 1.

De iureiur. c. 5. NVLLVS Epiſcopus clericos ſuos, niſi forte quibus eccleſiaſticarum rerum commiſſa fuerit diſpenſatio, ſibi iurare compellat.

Alexander iij. Vigileñ. Epiſcopo. Cap. 2.

c. 6. e. DEBITORES autem ad ſoluendas vſuras, in quibus ſe obligauerant, cogi non debent; niſi eas iuramento ſoluere teneantur. Si vero de ipſorum ſolutione iuramentū fecerint, cogendi ſunt domino reddere iuramentum, vt creditoribus ſoluantur; & cū vſuræ ſolutæ fuerint, creditores ad eas reſtituendas cogendi ſunt eccleſiaſtica, ſi neceſſe fuerit, ſeueritate.

Idem Rotomageñ. Archiepiſcopo, & eius ſuffraganeis. Cap. 3.

AD noſtram noueritis audientiam peruenisse; quod cum Petrus de Neaſdem tempore guerræ, quę fuit inter Kariſsimum filiū noſtrum H. Illuſtrem Regem Anglorum, & filios eius, quibuſdam hominib. pro tutione Regni Francorum certam ſummā pecuniæ mutuaſſet, ab eis quaſdā poſſeſsiones, & redditus cepit in pignus, ipſos etiam ſub iuramenti religione ſibi aſtrinxit, quod ei ſuper poſſeſsionibus, & redditibus illis, donec ſolueret ſibi pecuniam mutuatam, nullam moleſtiam, vel grauamen inferrent. Licet autem de poſſeſsionibus illis, & redditibus præfatis nondum plene ſortem ſuam, ſicut aſſerit, deductis expenſis receperit. quia tamen tu frater Archiepiſcope eum propter hoc vinculo excommunicationis aſtrinxiſti, exinde vobis litteras cogimur noſtras deſtinare, pręſertim cum ipſe, ſicut aſſerit, forte velit eſſe contentus. Inde eſt, quod f. u. per A. s. p. m. qua. recepta a præfato P. ſufficienti cautione, quod ex inde veſtro mandato debeat parere; ipſum contradict. & ap. ceſſ. a ſentētia, qua tenetur, auctoritate noſtra penitus abſoluatis. & deinde debitores eius, qui ſibi prædictas poſſeſsiones, & redditus contra iuramentum ſuum ſubtraxiſſe dicuntur, ſi ita eſt, eccleſiaſtica cenſura cogatis, vt poſſeſsiones ipſas, & redditus eidem P. dilatione, & ap. ces. reſtituant, nec ſibi de cetero contra iuramentum ſuum moleſtias inferant, donec ei pecunia ſoluatur: quia non eſt tutum cuilibet, ſed periculoſum potius religionem infringere iuramenti. Cum autem prædicto P. pecuniam ſuam, ſicut iurauerint, perſoluerint, vos ipſum ad reſtituendum quidquid vobis cum deductis expenſis vltra ſortem recepiſſe conſtiterit, ſtudioſe monere, & diligenter inducere ſtudeatis: & ſi commonitus id non fecerit, ipſum re. ap. ob. in eandem excommunicationis ſententiam reducatis. Quia, ſicut periculoſum eſt debitoribus ſuū iuramentum infringere; ita non minus periculoſum eſt, creditoribus detinere, quod pro vſuris receperint; cum ſit vſurarum crimen deteſtabile, & horrendum plurimum, & vtriuſque teſtamenti pagina condemnatum. c. 5. e.

Idem Senonenſi Archiepiſcopo. pars capituli ſicut Roma. Cap. 4.

c. 8. e. t. SI vero aliquis quemquam grauiſsimo metu ſub religione iuramenti ſuum ius refutare coegerit, ipſum quoq. ſibi retinuit, quia nos conſulere voluiſti, an alter eorum, vel neuter id habere debeat: hoc tibi duximus reſpondendum; quod non eſt tutum quemlibet contra ſuum iuramentum venire, niſi ſit tale, quod conſeruatum vergat in interitũ ſalutis æternæ. nec nos cuilibet ex reſponſione noſtra volumus dare materiam cõtra ſuũ iuramentum veniendi; ne auctores periurij eſſe videamur. verum aliquãdo in Romana eccleſia a pluribus etiam prędeceſſoribus noſtris factum eſſe recolitur; quod clerici, qui coacti eccleſiæ miniſterium abiurauerint, de iuramento abſolutionis beneficium meruerunt, & ad coërcendam iniquitatem eorum, qui eccleſiaſticos viros ad præſtandum illud iuramentum compulerant, permiſsi ſunt in eadem eccleſia miniſtrare.

Idem Decano Ceforeñ. & Archidia. de Bedeo. *Cap. 5.*

Non ponitur. Poſt cõ Lat. par. 17. c. 2. INSINVATVM eſt nobis ex parte W. quod cum ipſe capellam de ill. canonice fuiſſet adeptus; canonici de Lameſtanter ſuper eadem eccleſia huiuſmodi conuentionem fecerũt, quod ipſi eandem eccleſiam tenerent a prędicto W. & exinde annuum canonem deberẽt perſoluere. & infra. Sed, quia eadem compoſitio eorum eccleſię fuit damnoſa, de iuramento violato pęnitentiam recipiant, & præfatam eccleſiam prædicto clerico reſtituant.

Idem Sarcoñ. & Sardeñ. Epiſcopis. *Cap. 6.*

c. 9. e. t. EX reſcripto quodam, quod nobis pręſentatum eſt, manifeſte nobis innotuit R. quondam Tremenſen. Abbatem cum W. ſuper ſumma vij. millium ſolidorum taliter conueniſſe. &c. & infra. Super hoc, quod prędictus Abbas quoſdam ex monachis obſides dedit, qui de obſeruanda conuentione iuramentum præſtiterunt, vt ſi ipſi deficerent, alij monachi loco eorum in obſtagio reuertерentur. Inſuper, ſi dicti monachi fidem nõ ſeruarent, Abbas dedit eidem W. & vxori eius fideiuſſores, qui ſimiliter fidem præſtitiſſe dicuntur. ſi ita eſt: tam Abbatem, & monachos, qui iurauerint, quam W. & vxorem ipſius ſtudioſe monere curetis; vt ſicut iurauerint, eandẽ cõuentionẽ faciãt adimpleri. Si vero ad admonitionẽ veſtrã facere neglexerint, eidem Abbati, & monachis ingreſſum eccleſię interdicatis; & in terram pręfati W. & vxoris eius, vſq. ad dignam ſatisfactionem inhibeatis diuina officia celebrari.

Idem Londoñ. & Wigor. Epiſcopo. *Cap. 7.*

QVERELLAM R. canonici Lincoñ. eccleſiæ accepimus, quod cũ W. Saluagius nomine, clericus ei duos bizantios nomine eccleſię deſtinauerit, quos annis plurimis perſoluiſſet, & ſe illos annuatim ſibi ſoluturũ, interpoſito ſacramento firmaſſet, cõtempta religione iuramenti, iam per biẽnium ab huius penſionis ſolutione ceſſauit. Quoniam igitur non merẽtur eccleſias regere, qui ſunt crimine periurij irretiti: f. u. per A. s. p̃. m. quã partes ante veſtram præſentiam conuocetis, & ſuper his rei veritatem curetis diligenter inquirere; & ſi vobis cõſtiterit memoratum W. contra iuramentum ſuum non neceſsitate, ſed voluntate ab eiuſdem penſionis ſolutione ceſſaſſe; ipſum a prædicta eccleſia auctoritate noſtra contradictione & ap. ceſſ. remouere curetis, & eccleſiam præfato R. reſtituere minime differatis, ipſumque faciatis eam pacifice poſsidere. c. 10. e. t.

Idem Londoñ. Epiſcopo. *Cap. 8.*

SI Stephanum contra compoſitionem fidei interpoſitione firmatam veniſſe conſtiterit; niſi manifeſtam rationem poterit allegare, ipſum a præfata eccleſia, & beneficijs eius ap. ces. non differas ſpoliare, & eam W. cum integritate reſignes. Non põnitur d. par. 17. c. 4.

Ex regiſtro Gregorij. *Cap. 9.*

PERVENIT ad nos Laodicenſem Epiſcopum ab Arfulſo comite rebus ſuis ſpoliatum, & ad nequitiæ ſuæ augmentum gladijs iurare compulſum, quod ablata nunquam peteret: & huius tanti ſceleris veniam ſibi inpartiri rogat. Cognita itaq. contumelia ſibi in beato Petro illata, valde doluimus, aſſerentes eius fraternitatem nullis iuramẽti vinculis poſſe conſtringi; tamen quia nefandiſsima coactione iurauerit, eum Apoſtolica auctoritate abſoluimus. c. 2. e. t.

Idem in regiſtro Regi Francorum. *Cap. 10.*

PERVENIT ad nos, quod, cum iam pridem ad partes Aluerniæ &c. & infra. Nõ n. propoſitum, aut promiſſum infringit; qui in melius illud commutat, nec tu ei, etiam ſi præſcriptum c. 3. e. t.

præſcriptum promiſſum tuum iuramento, vel fidei obligatione interpoſita condicione firmalles, aliquatenus teneris, ſi conſtet eum condicioni minime paruiſſe.

Vrbanus iij. in regiſtro Piſano Archiepiſc. c. 11.

c. 12. & & c. 8. de temp ord. CVM quidam Epiſcopi Sardi, ſicut nobis eſt ex tua parte propoſitum, quibuſdam pecuniam, ſicut iuramento tenebantur aſtricti, nõ ſoluerint; & quidam Epiſcopus ipſius terræ in die dedicationis eccleſiæ ordines, cũ dies ille ad hoc inſtitutus non fuerit, celebrauerit; quidam etiam iurauerint aliquando, quod fratri, vel ſorori, patri, vel matri loqui non debeant, aut quodlibet eis ſubſidium miniſtrare; a nobis, quid de huiuſmodi faciendum ſit, tua fraternitas requiſiuit. Nos itaque denegare nolentes, quod a nobis caritate ſuggerente poſtulare videris; d. t. præſent. literis reſpondemus; quod in Epiſcopos illos, qui ſuum tranſgreſsi ſunt iuramentum, eſt tanto grauius vindicandum, quanto maiori præminent dignitate; & eorum exemplo facilius alij poterunt ad ſimilia prouocari. Epiſcopum autem, qui die, quo non debuit, celebrauit ordines, canonica diſciplina corrigere, & ordinatos a ſuſceptis ordinib. tã diu debes reddere expertes, donec apud nos, vel ſucceſſores noſtros reſtitutionis gratiam cõſequantur. Illi vero, qui iurant non loqui patri, vel matri, vel ſorori, vel fratri, aut eis humanitatis ſubſidium exhibere, abſoluendi ſunt ab illius obſeruantia iuramenti, cum illicitum ſit, & omni contrarium rationi, iniuncta tamen eis de hoc, quod male iurauerunt, pœnitentia competenti.

DE PRAESCRIPTIONIB. Tit. xviij.

Ex concilio Africano. Cap. 1.

De præſcr. c. 1. PLACVIT, vt etiam ſi quis quã* poſt leges* aliquẽ locum ad catholicam vnitatem conuerterit, ſi eum per triennium nemine repetente retinuerit, vlterius ab eo non repetatur; ſi tamen per ipſum triennium fuerit Epiſcopus, qui poſſet repetere, & tacuit. Si autem non fuerit, non præiudicetur matrici eccleſiæ, ſed liceat cum locus acceperit Epiſcopum, qui non habebat, ex ipſo die intra triennium repetere. Idemq. ſi fuerit Epiſcopus ad catholicam fidem ex Donati parte conuerſus, non ei præiudicet præfinitum tempus, ſed ex quo die conuerſus eſt, habeat per triennium poteſtatem repetendi loca, quæ ad ipſam pertinebant cathedram.

Ex concilio Matiſconſi. Cap. 2.

VT de rebus eccleſiarum, quæ ab eis per xxx. annorum ſpatium ſine vlla interpellatione poſſeſſæ ſunt, teſtimonia non recipiantur, ſed eo modo contineantur, ſicut res ad fiſcum dominicum pertinentes contineri ſolent. Non ponitur.

Ex regiſtro Gregorij Italicæ patriciæ. Cap. 3.

NIHIL prodeſt, glorioſiſsima, ſanitas, & pulchritudo in ſuperficie corporis, ſi vulnus latet intrinſecus, atq. illa magis cauenda eſt diſcordia, cui ſatellitium pax præbet exterior. Illud vero, quod in epiſtolis veſtris reuocare in memoriam noſtrã excellentia veſtra ſtudioſe contendit, ſcriptum eſſe vobis, nihil cum ſcandalo, nihil cum forali ſtrepitu vobiſcum nos velle de cauſis pauperum diffinire. Hæc nos, & ſcripſiſſe meminimus, & ſcimus nos adiuuante domino a cauſarum litigijs eccleſiaſtica moderatione compeſcere, atq. ſecundum illum Apoſtolicum ſenſum, rapinam bonorum noſtrorum cum gaudio ſuſtinere, ſed illud vos ſcire credimus, taciturnitatem, atque patientiam noſtram futuris poſt me Pontificibus in rebus pauperũ præiudicium non facturam. c. 2. e. l.

Gregorius. Cap. 4.

SANCTORVM patrum ſanctiones, & humanæ leges irrefragabiliter ſtatuentes confirmauerunt, & nos in præſenti concilio, cum omnibus qui adſunt nobiſcum, irrefragabiliter confirmamus, vt de omnib. poſſeſsionibus ad ſingulas prouincias noſtrorum fratrum pertinentibus a quibus xxx. annis poſſeſſæ ſunt, abſq. ſynodali proclamatione quiete, & ſincere perpetuo detineantur, nullaque vox audiendi alicui aduerſario concedatur. Si vero aliquis præſumpte temerario ore exorbitauerit, quia contra ſanctorũ patrum ſtatuta agit, fit vinculis indiſſolubiliter innodatus, & penitus extorris ab eccleſia, & a communione fratrum alienus. c. 4. e.

Gregorius Syracuſano Epiſcopo. Cap. 5.

NE religioſorum virorum corda eccleſiaſticarũ rerum contentio a mutua, quod abſit, caritate diſiungat, magna ſollicitudine ſtudendum eſt, vt facillime finem res poſsit in altercatione deducta percipere. Hortamur Non ponitur. Poſt c. 8. Lat. par. 38. c. 6.

ergo, vt ad prædicta loca, de quibus contentio eſt, debeatis accedere, & conſtituta loca, quæ in lite ſunt præſentia, iure terminare faciatis, xl. tantum annorum ab vtraque parte præſcriptione ſeruata.

Alexander iij. Salernitano Archiepiſcopo. pars capituli Licet. *Cap. 6.*

c. 4.e. DE quarta vero decimæ, & oblationis defunctorum clericus ab impetitione Epiſcopi quadragenaria temporis præſcriptione poſſe tueri videtur, niſi forte interim paſtoralis ſedes paſtore caruiſſet, qui iura eccleſiæ ſuæ exigere debuit. nam Romana eccleſia tricennalem præſcriptionem contra eccleſiam nõ admittit.

Alexander * *Epiſcopus.* * *Clemens glorioſus martyr in L. ſtemmatum* *. *Cap. 7.*

c. 5.e. † al. officij. VIGILANTI ſtudio cauendum eſt, cum ſumma dimenſio diuini iudicij † ab initio conſueuit propria dimittere, aliena nõ appetere; ne malæ fidei poſſeſſores ſimus in alienis prædijs, atq. reb. eccleſiaſticis: quoniã nulla antiqua dierum poſſeſſio diuino iure iuuat aliquem malę fidei poſſeſſorem, niſi reſipuerit, poſtquã nouerit ſe aliena poſſidere, cum vere, † etiam bonæ fidei poſſeſſor dici non poſſit. (†al. in re.) Epheſinus enim * legiſlator Origenis patruus * ſolũ propter vitãdam miſerorum ſegnitiem, & longi temporis errorẽ, & cõfuſionẽ, primus tricẽnali, vel quadragenali poſſeſſioni vigorẽ legis impoſuit, nobiſq; autẽ tam in reb. cognitis, quã in rebus latentibus non habere vigorem placuit.

Idem. *Cap. 8.*

Non ponitur. Poſt cõ. Lat. par. 38. c. 3. CONTROVERSIAM, quę inter Martinenſem, & Formoſolenſem ſuper decimis de villa Leuinga mota fuerat, nos cum fratribus noſtris pertractauimus; & quidem monachi decimationem ipſius villæ ſuo monaſterio pertinere, tam per Caroli Regis dationem, quam per noſtrum priuilegium allegabant: clerici vero eccleſiæ Formoſolenſis tertiam partem decimæ per xxx. annos, & eo amplius ſine interruptione ſynodali, vel legitima, poſſediſſe aſſerebant. nos vero vtriuſque partis allegationibus diligenter indagatis decreuimus; quod ſi eccleſia de Formos. tertiam partem decimæ per xxx. annos quiete, & inconcuſſe poſſediſſe per idoneas perſonas probare poterit, eam deinceps ſine inquietatione poſſideat.

Idem Mauritano Epiſcopo. *Cap. 9.*

c. 6.e. AD aures noſtras te ſignificante peruenit duas eccleſias ſub examine tuo ſæpius litigare ſuper decimis, quas vna eccleſiarum, in alterius parochia annis xl. poſſedit, ac per hoc eius putat actionem extinctã, altera vero volens eas iure parochiali euincere, præſcriptionem non debere ſibi obeſſe proponit. Ideoque quid iuris ſit in hoc caſu, tua nos duxit fraternitas conſulendos. Tuæ itaque fraternitati litteris præſentib. innoteſcat, quod diuino, & humano iure, melior eſt condicio poſſidentis, quia quadragenalis præſcriptio omnem prorſus actionem ſecludit.

Idem B. Parmenſi. Epiſcopo. *Cap. 10.* c 7.e.

CAVSAM, quæ inter dilectum f. n. I. Regiñ. Archid. & nobilem virum G. de Baiſio ſuper decimis, quas idem G. & homines ſui habere in curte Folianni dignoſcuntur, experientiæ tuæ, de qua plene confidimus, committimus audiendam, & mediante iuſtitia terminandam. Ideoq. f. t. per A. s. p̃. m. qua. partes ante tuam præſentiam conuoces, & rationibus auditis diligenter, & cognitis, contra. & ap. re. cauſam ipſam debito fine decidas, non obſtante præſcriptione temporis, vel conceſſione eccleſiaſticæ, ſæcularis ve perſonę, ſi idem G. eam opponere voluerit; quia cum laici decimas detinere non poſſint, eas nulla valent præſcribere ratione.

DE SENTENTIA, ET RE iudicata, Tit. xix.

Hieronymus ſuper parabolas. *Cap. 1.*

IVDICIVM determinat cauſas, & qui inponit ſtulto ſilentium, mitigat iras. Non ponitur.

Gregorius I. Primæ Iuſtinianæ. *Cap. 2.*

SENTENTIA contra leges, canoneſq. prolata, licet non ſit appellatione ſuſpenſa, ipſo tamen non poteſt iure ſubſiſtere. De ſent. & re iud. c. 1. poſtquam tamen ex habundanti; & appellationem tibi conſtat eſſe porrectam; mirati ſumus, cur nec homines, qui tui iuris potuiſſent rationem reddere, tranſmiſiſti.

Idem. *Cap. 3.*

IVRGANTIVM controuerſias celeri ſententia terminare, & æquitati conuenit, & rigori. c. 2.e.

Idẽ Natali Archiepiſc. Salernitano. *Cap. 4.*

NON poteſt quemquam ſacerdotali gradu, niſi iuſtis ex cauſis concors ſacerdotum ſententia ſubmouere. c. 3.e.

Idem V.

Idem V. Epiſcopo Atrebat. Cap. 5.

Non ponitur. † al. nõ debent firmitatis robore carere.

CVM piæ &c. & infra. Ea, quæ ſemel Apoſtolicæ ſedis auctoritate ſancita ſunt, (nihil de hoc habent firmitatis. †

Leo Epiſcopus vniuerſis per Cæſarienſem Mauritaniam. Cap. 6.

c. 4. e.

EA, quæ iuxta eccleſiaſticũ morem iuſte, & rationabiliter fuerint diffinita, noſtra quoque ſententia roborentur.

Alexander iij. Eborac. Epiſcopo pars C. *in cm.* Cap. 7.

† in emi menti. c. 5. e.

DE cetero noueris, quod ſi ſententiam a nobis latam præcipimus per aliquem executioni mandari, & fraus interuenerit; nõ eſt facultas de toto negotio executori cognoſcendi, ſed referri quæſtiones, quę inciderint, ad ſedem Apoſtolicam oportebit.

Idem Nor Wiceñ. Epiſcopo. Cap. 8.

c. 6. e.

CVM aliquibus adiudicata eſt poſſeſſio, nõ ſufficit eis pignora dari, niſi corporali gaudeant poſſeſsione.

Idem Nor Wiceñ. Epiſcopo, & T. & Wi. Archidiac. Cap. 9.

c. 7. e.

LATOR præſentiũ W. parochianus veſter ſua nobis inſinuatione monſtrauit, quod cum in facie eccleſiæ quandam mulierem viduam A. nomine legitime deſponſaſſet, & carnalis eſſet copula ſubſecuta: inter eos ſcandalum eſt ſubortũ, cuius occaſione prædictus vir ei debitum ſubtraxit. Conſanguinei vero iam dictæ mulieris hoc moleſtũ habentes, corã vobis quæſtionem mouerũt, proponentes, quod mulierem inuitam, & renitentem, nec ætatis aptæ matrimonio exiſtentem duxiſſet vxorẽ. Et quoniam idem vir, ſicut nobis proponitur, vitam cupiebat agere diſſolutam, demum vtriuſq. ſtudio interueniente fuerũt minus rationabiliter ſeparati. Nolẽtes igitur vt matrimonia canonice cõtracta leuitate quadã diſſoluantur; d. u. p. A. s. p. m. quatenus, ſi vobis cõſtiterit, prędictos virum, & mulierẽ per iudiciũ eccleſię nõ fuiſſe legitime ſeparatos, eccleſiamq. deceptã, ipſos quoq. cõtra. & ap. re. faciatis, ſicut virum, & vxorem inſimul permanere.

Idem Theobaldo eccleſia Sanctæ Anaſta. c. 10.

c. 8. e.

CVM cauſa, quæ vertitur inter vos, & Gozonem, & Armanum laicos ſuper domo quadam eis ab Archipresbytero veſtro vendita, ad examen filij n. I. Baſilicæ xij. Apoſtolor. presbyteri Cardinalis, tũc Ap. ſe. Leg. delata fuiſſet, poſt datas inducias, & appellationem ad nos factam, quã infra terminum tibi fili T. ad eam proſequendam pręſcriptũ, iter ad nos veniendi non arripueras, cõtra te ſententiã tulerit, & memoratis G. & A. prętaxatam domũ ſecundum Veronenſis ciuitatis cõſuetudinem, adiudicauit. Demũ vero cum cauſa fuiſſet ad nos per appellationem delata, eam venerabili fratri noſtro R. Brixienſi Epiſcopo ap. remota delegauimus finiendam; qui vtiq. rationib. hinc inde diligẽter auditis, & cognitis ſententiã contra vos ſpreta forma canonum, ſecundum Veronen̄. ciuitatis conſuetudinem, ſicut & præfatus Cardinalis fecerat, promulgauit. Nos autem cũ tandem vtraq. pars noſtro ſe conſpectui pręſentaſſet, diligentius conſiderantes, quod licet vſus, vel conſuetudinis nõ minima ſit auctoritas, numquam tamen veritati, aut legi præiudicat: præſcriptam ſententiam, de cõmuni fratrum noſtrorum conſilio reuocauimus: & nos a prælibator. G. & A. ſuper hac impetitione abſoluentes, vobis, & eccleſiæ veſtræ ſæpedictam domum Apoſtolica auctoritate adiudicamus.

DE APPELLATIONIBVS, ET recuſationibus. Tit. xx.

Alexander iij. Exon̄. Epiſcopo, & Decano Londen̄. Cap. 1.

De appel. c. 1. & de iud. c. 6.

DILECTI filij noſtri prior, & canonici de Giſeburna grauem admodũ, & difficilem nobis quærimoniam tranſmiſerunt; quod venerabilis frater noſter R. Eboracen̄. Archiepiſcopus, & A. S. L. eundẽ priorẽ poſt appellationem ad nos factam ſuſpendit, & eccleſias ſuas interdixit, & canonicos, ſi eidẽ tamquam priori obedirent, excõmunicatos denuntiauit, & infra. Super quibus omnibus rei veritate per idoneas perſonas, & famam loci ſollicite inquiratis, & ſi ita eſſe inueneritis, eccleſiarum conceſsiones taliter factas, niſi prior, & canonici malitioſe diſtulerunt eas, quãtum ad ſe pertinet, ordinare, nullius ap. ob. reuocetis auctoritate noſtra in irritũ: & priori, & canonicis eccleſias ipſas reſtitui faciatis, & tam vicarios, quam iuratos eorum canonicorum iuramentum priſtinum ſeruare cogatis, niſi fuerit a priore inique extortũ, & infra. Prouiſuri attentius, ne ita ſubtiliter, ſicut a multis fieri ſolet, cuiuſmodi actio intendatur, inquiratis. ſed ſimpliciter, & pure factum ipſum, & rei veritatem, ſecũdum formam canonum, & ſanctorum patrum inueſtigetis.

Idem Archiepiſcopo Remenſi. Cap. 2.

INTER ceteras, & infra. Super eo vero, c. 1. e. 2.

quod Abbas Sãcti Apollinaris in clauſtrò a te appellationem interpoſuit generalem ſuper omni cauſa, quæ aliquo tempore aduerſus eum poſſet moueri; ipſum exinde redarguimus, nec huiuſmodi ap. duximus admittendam.

Idem Abbati Sancti Petri. Super dubia. *Cap. 3.*

c.3.e. AD noſtram noueris audientiam perueniſſe; quod ſi quando ſubditos tuos vis pro exceſsib. ſuis, ſecundum regulam S. Benedicti, & inſtitutionem tui ordinis corrigere, & caſtigare; ipſi, vt malitiam liberius ſuam valeant exercere, ad remediũ appellationis cõfugiunt. Quia vero remedium appellationis non ideo fuit inuentũ, vt alicui a religionis, & ordinis obſeruantia exorbitanti debeat in ſua nequitia exhibere patrociniũ: d.t. per A.s.p̃.m. qua. ſi quãdo quilibet ſubditorum ne ipſum pro ſuis exceſsib. corrigas, & caſtiges, ad remedium appellationis conuolauerit, nõ ideo minus eum, iuxta tenorẽ mãdati, quod in prædicta regula cõtinetur, & inſtitutionẽ corrigas, & caſtiges.

Idem Nor Wiceñ. Epiſcopo. *Cap. 4.*

c.4.e.t. PERSONAS eccleſiarum in tua diœceſi conſiſtentiũ, ita tuis, & dominorũ fundi authenticis ſcriptis præmunias, vt cum aliquam perſonam eccleſiarum illarũ decedere forte contigerit, decedentis filius, vel vicarius ſeu alius quilibet perſonatum eccleſiæ vacãtis viro idoneo conferendi tibi viã præcludere aliqua calliditate non poſsit. Quod ſi aliquis talium, fruſtratoriæ dilationis cauſa ad noſtram audientiam appellauerit, & appellationi ſuæ prolixum terminum præfixerit; tu ei diem, infra quem Apoſtolicam ſedem poſsit conuenienter adire, aſsignes; & ſi ad illum venire contempſerit, tu illum extunc iudicio tuo ſuper his, quæ in quæſtione vertuntur, ſine cõtradictione aliqua ſtare, omni excuſatione, & ap.ces. diſtricte compellas. Si autem quiſquam appellationi ſuę congruentem terminum præfigat, nec tamen cauſam ad diẽ appellationis fuerit proſecutus, ipſum nihilominus extunc ſententiæ tuæ, ſicut de alio diximus, ap.re. parere cõſtringas. Verũ, ſi coram te, vel alio quolibet huiuſmodi negotia ventilentur; nolumus, vt aliqui morbo conſimili laborantes, ſi certum ſit, aut legitime poſsint conuinci, ſuper his ſi ab alterutra parte adducti fuerint, in teſtimonium recipiantur.

Idem Henrico Remenſi Archiepiſcopo. *Cap. 5.*

CVM ſit Romana eccleſia caput, & magiſtra omnium eccleſiarum diſponente domino conſtituta; & ad eandem conſultationes, & quæſtiones de diuerſis mundi partib. merito referantur; quod eam ſuper varijs iuris quæſtionibus conſul. gratulamur; & prudentiam tuam non immerito cõmendamus. Inde eſt, quod f.t.p A.s. litteris præſentibus dignum duximus reſpondendum; ſi fruſtratoriæ dilationis cauſa, vel etiã neceſſario ante ſententiam, vel poſtea fuerit appellatum, huiuſmodi appellantibus annus indulgetur, aut ſi neceſſaria, & euidens neceſsitas apparuerit, indulgetur bienniũ, niſi forte iudex, a quo appellatum fuerit, ſecundum locorum, & prouinciarum diſtantiam, & qualitatem temporis, reciſius tempus fuerit moderatus. Ita quod ſi is, qui appellauerit, cauſam appellationis non fuerit proſecutus, tenebit ſententia. Si poſt ſententiam appellauerit, & a cauſa ſua cecidiſſe videtur, nec amplius ſuper eodem negotio audietur appellans. Si vero a grauamine, & ante litis ingreſſum fuerit appellatum, huiuſmodi audietur appellans; quoniam ſacri canones paſsim appellare permittunt. Si vero ante ſententiam appellauerit, cogitur illius ſtare iudicio, ad quem noſcitur appellaſſe. Si autem in agro, vel alias ante ingreſſum cauſæ fuerit appellatum, non ſolent huiuſmodi dici appellationes, ſed ad cauſam prouocationes. Præterea ſi raptor ſit, vel alias violentus detentor alienæ rei is, qui appellat, huiuſmodi appellatio facta in iudicio apud eccleſiaſticas perſonas audiri ſolet, niſi forte manifeſtus raptor, vel fornicator exiſtat; ſicut ille, quem abſentem, & inrequiſitum Apoſtolus excõmunicauit. c.5.e.

Idem in eadem. *Cap. 6.*

AD hæc ſi in vna cauſa aliquis appellauerit, & pendente appellatione aliquod crimen committat, vel prius commiſiſſe dicatur, vel modo etiam accuſetur, vel conueniatur de alia re, de qua non ſit appellatum; & illam perferri contingat ad audientiam iudicis, a quo etiam in alio negotio appellauerit; eum poteſt, ſi voluerit, tãquam ſuſpectum vitare, alioquin debebit eius ſtare iudicio, a quo fuerat appellatum, maxime ſi iudex ſuus ordinarius exiſtat. c.6.e.

Idem in eadem. *Cap. 7.*

Si duob.

c. 7. e. SI duobus coram ſuo iudice litigantibus, alter ad noſtram, alter ad ſui iudicis audientiam ſuper eodem negotio appellauit; & ille, qui ad ſuum iudicem appellauit, & ad diem appellationis veniens, appellaſſe ſe ad eum proponit, eo tacito, quod aduerſarius eius ad audientiam Romani Pontificis appellaſſet; ſi legitime citatus nec venit, nec aliquem miſerit reſponſalem, aut etiam alias parere contemnit, & in eum ſententiã excõmunicationis tulerit, tenebit excommunicationis ſententia pro contumacia, niſi cognouerit iudex eum ad audientiam Romani Pontificis appellaſſe. Denique quod in fine quæſtionum tuarum quęris, ſi a ciuili iudice ante iudicium, vel poſt ad noſtram audientiam fuerit appellatum: an huiuſmodi appellatio teneat? tenet quidem in ijs, quæ noſtræ ſunt temporali iuriſdictioni ſubiecta. In alijs vero ſi de conſuetudine eccleſiæ teneat, ſecundum tamen iuris rigorem tenere non credimus.

Idem Plebano, & clericis Sancti Nazari de Albareto. *Cap.* 8.

c. 8. e. EX ratione &c. & infra. Verum poſt appellationem, poſtquam biennium eſt elapſum, factam a ſententia, quæ fuerat contra vos prolata, de controuerſia, quam habuiſtis in eccleſia Solariæ, proſecuti non eſtis, dum modo proſecutionem ipſius appellationis per inpotentiam vos conſtiterit omiſiſſe, nolumus, quod iuſtitiæ veſtræ debeat aliquatenus præiudicare.

Idem Wigor. Epiſcopo, & cet. *Cap.* 9.

c. 9. e. MEMINIMVS &c. & infra. Ceterum, cum aliquam cauſam tibi contigerit ap. re. commiſſam fuiſſe, & aduerſa pars poſt citationem factam iter arripuerit ad ſedem Apoſtolicam veniendi, non minus poteris in cognitione negotij ſecundum formam iuris procedere, quod vtique ſi ante citationem factam iter inceperit, non eſt aliquatenus procedendum.

Idem. *pars. c. Meminimus.* *Cap.* 10.

c. 10. e. SVPEP eo vero, quod a nobis ſollicitudo tua requiſiuit; vtrum ſententia per appellationem, quam ex incidenti quæſtione ſæpe cõtingit, ſi fuerit ſuſpendenda, licet cauſa fuerit ap. re. commiſſa; tuæ prudentiæ duximus reſpondendum, quod ſi de aliqua exceptione quæſtio ſuboriatur, & exinde appellationem fieri contingat, eidem exceptioni erit merito ſuperſedendum, & ſi principalis cauſa ſine illa terminari non poterit; ei nihilominus ſuperſedeatur. Si autem aduerſa pars de falſi ſuggeſtione in appellationem prorumpit, non eſt ſententia ſuper hoc differenda, ſi litteris commiſſorijs appellationis obſtaculum inhibeatur.

Idem in eadem. *Cap.* 11.

DE appellationibus vero, quæ pro cauſis minimis fiunt, tuam volumus cognitionem tenere, quod eis pro qualicumque, & quantacumque leui cauſa fiant, non eſt minus, quam illis, quas pro maioribus fieri contingit negotijs, deferendum. Vnde ſi appellãtes appellationem ſuam contẽpſerint proſequi, tu illos aut appellationem proſequi, vel tuo iudicio ſtare ap. re. diſtricte cõpellas. c. 11. e.

Idem Senoñ. Archiepiſcopo. *Cap.* 12.

SICVT Romana eccleſia omnium eccleſiarum, diſponente domino mater eſt & magiſtra; ita etiam nos, qui eidem eccleſiæ, licet immeriti ſupernæ diſpoſitionis prouidentia præſidemus, pro vt nobis dominus miniſtrauerit, cõſultationib. reſpõdere cogimur ſingulor. & quæ videtur dubia, Apoſtolicæ circumſpectionis prouidentia declarare. Sane quęſitum eſt a nobis ex parte tua, vtrũ ſi aliquando cauſa inter aliquos delegatis iudicibus abſque remedio appellationis committitur, & altera pars litteris Apoſtolicis protectionis munita, quibus eſt ei generaliter indultum, vt libere ſibi liceat appellare, ſi in vocem appellationis proruperit, ei in eadem cauſa ſit deferendum. Hoc igitur p̃. litteris tuæ inquiſitioni reſpondemus, quod eius in hac parte non eſt aliquatenus deferendum appellationi, poſt quam iudicibus ap. re. eſt cauſa commiſſa, quia ſpeciale mandatum derogat generali. De reſcr. c. 1.

Idem. *Cap.* 13.

SVPER eo vero, quod interdum iudices delegati ab altera partium, tamquam ſuſpecti recuſantur, hoc tuæ prudentiæ præſentibus litteris innoteſcat, quod cum ſacri canones, & ante, & poſt litem cont. & in prolatione ſententiæ, & poſt ſententiam ſingulis appellandi facultatem tribuunt; non admittunt aliud remedium, præter ſolam appellationem, ſicut leges faciũt ſæculares: quę appellationem, niſi in caſu ante ſententiam non admittunt. Vnde in cauſis eccleſiaſticis vbi appellationis remediũ tollitur, vtrumque remedium denegatur; & ideo ſicut appellationi, ita recuſationi non eſt aliquatenus deferendum. Si autem infra certum De appi. c. 11.

 temporis

temporis ſpatium perſonis aliquibus committitur lis aliqua decidenda, infra quod cõtineatur in litteris cauſam poſt ſuſceptionẽ litterarum infra certum terminum terminari debere, extunc terminus incipiat; cum eos, quibus litteræ delegantur, eaſdem contigerit litteras recepiſſe.

Idem Dulmenſi Epiſcopo. Cap. 14.

Non ponitur. EX quorundã relatione audiuimus, quod cum aliqui viri eccleſiaſtici de prouincia veſtra pro iuſtitia ſua proſequenda litteras cõmiſsionis a nobis impetrent, aduerſarij eorũ, vt mandatum noſtrum eludant, antequam litteræ noſtræ ad iudicem perueniant, vel litteris a iudicibus perceptis, priuſquam illi ab eis citentur, in vocem appellationis prorumpunt, aut commutationem facientes, aliquos in poſſeſsionem eorum, de quibus controuerſiæ vertuntur, malitioſe inducunt. quoniam huiuſmodi calliditates, & verſutiæ ſuis non debent in aliquo fraudatoribus ſuffragari; & nos contra prædictas calliditates, & verſutias paſtorali ſollicitudine volumus prouidere: d. u. per A. s. m. qua. ſi aduerſarij eius, inter quos, & ipſum ſuper eccleſia controuerſia eſt agitata, pro mãdato noſtro euacuãdo, ſupradicto modo appellauerint, aut de poſſeſsione qualibet commutationem fecerint, vel malitioſe ſe abſentauerint, & eos, qui in prædictæ eccleſiæ poſſeſsione ingreſsi fuerint, ap. ces. cogatis, ſub examine veſtro, iuris æquitati parere.

Idem. Cap. 15.

c. 15. e. PERVENIT ad nos, quod cum preſbyteri, & alij clerici, ſe conquerantur ab aliquibus vulneratos, vel alias grauiter læſos; & ad probandum, quod aſſerunt, plerumq. teſtes producũt: ij, qui impetuntur, Ap. ſedem appellant, ſed appellationẽ interpoſitã proſequi, vel conſortia hominum deuitare contemnunt. Vnde quia, quid tibi ſit faciendum ex inde, noſtris litteris certiorari deſideras: f. t. præſentium auctoritate mandamus, qua. illos, qui pro tali cauſa appellãt, ſi eorũ exceſſus publicus nõ ſit, & notorius, cõtrad. & ap pellatione ceſſãte, eccleſiaſtica cenſura compellas, vt infra conueniens tempus ipſam appellationem interpoſitam proſequantur. Si vero eorũ exceſſus publicus, & notorius eſt; appellationis obtentu, ſi quam ad ſuam iniquitatem fouendam interpoſuerint, nullatenus prætermittas, quin eos excõmunicatos denunties, ſicut ipſa iniectione manuum in clericos excommunicationis ſententiam incurrerunt, ipſoſq. facias, ſicut excommunicatos, cautius euitari; donec paſsis iniuriam ſatisfaciant, & cum litteris tuis Apoſtolico ſe conſpectui repręſentent.

Idem Toletano Archiepiſcopo. Cap. 16.

CONSVLVIT nos tua fraternitas, vtrũ deferendum ſit appellationibus, quãdo cauſa fruſtratoriæ dilationis appellatur, nec appellationẽ interpoſitam proſecũtur. ſuper quo vtiq. conſultationi tuæ taliter duximus reſpondendũ, quod ſi aliquando aliqui, quos manifeſtum ſit, & notorium, vxorẽ alterius detinere, aut iniecisſe manus violentas in clericum, appellauerit, eorum appellationi non eſt aliquatenus deferendum. ſed cum multa dicantur notoria, quæ non ſunt, prouidere debes; ne quod dubium eſt, pro notorio videaris habere. eos autem, qui appellant a pręſentia tua, cogere debes infra tempus conueniens, appellationẽ interpoſitam proſequi, aut iudicio tuo ap. ceſſante parere. c. 14. e.

Idem Eboraceñ. Archiepiſcopo. Cap. 17.

INTER ceteras conſultationes. &c. & infra. Item cum aliqua cauſa ap. ces. committitur, & ſentẽtia fertur iniqua, eam euacuari oportet, nec ei debet ſtari, ſi manifeſtam cõtinet iniquitatem. De ſent. & re iud. c. 9.

Idem Rauennati Archiepiſcopo. Cap. 18.

CONSVLVIT nos tua fraternitas, vtrum recuſationes admittere debeas in cauſis, quas abſq. remedio appellationis tibi cõmittimus terminandas. ſuper quo f. t. taliter duximus reſpondendum; quod licet ſacræ leges remedium illud admittant; tamen cenſura ſacrorum canonum aliud remedium, pręter remediũ appellationis non admittit, cum licitum ſit ſecundum ſtatuta canonum, ante litis conteſtationem, & in ipſa litis conteſtatione, & poſt deciſionem cauſæ ad appellationis remedium conuolare. Ideoq. remediũ recuſationis non debes admittere, ſi quando cauſas aliquas tibi commiſerimus ap. re. terminandas. Verum tamen cognitioni cauſæ, quæ vertitur inter B. & nepotẽ B. volumus, vt in præſentiarum ſuperſedeas, quia vtraq. pars noſtro conſpectui ſe repræſentauit. Non ponitur. Poſt eũ. Lat. par 10. c. 16.

Idem Dulm. Epiſcopo. Cap. 19.

APPELLATIONI autem, ſi qua ſub aliquo caſu ab alterutra partium fuerit interpoſita, niſi appelletur ab ipſo, cui cauſa ſit remota appellatione commiſſa, debita deuotione eſt deferendum. Non ponitur. d. par. 10. c. 17.

Idem eidem. Cap. 20.

SVGGESTVM eſt auribus noſtris, quod De app. c. 15.

quod cum oppreſsi, & grauati ad præſidium Ap. ſe. recurrunt, & appellatione facta iter arripiunt; aduerſarij eorum appellationem interpoſitam cognoſcentes, nec ad præſentiam noſtram accedunt, nec pro ſe reſponſalem tranſmittunt. cum autem perſenſerint illos rediſſe, & litteras noſtras reportaſſe, in vocem appellationis prorumpunt; & iter ad nos arripiunt, vt ſic eorum ſollicitudinem, a quibus impetuntur, eludant. Verum quoniam nemini fraus ſua patrocinari debet, & falce Apoſtolici moderaminis ſunt reſecanda, quę in ſe vitium noſcuntur calliditatis, & fraudis continere: f. t. nos ſuper hoc conſulenti taliter reſpondemus, ſi quis deprehenſus fuerit, hoc ex fraude, vel malitia facere, eius appellationi non deferas, nec ob id tibi cauſam commiſſam fine congruo terminare poſtponas; quia decretalem epiſtolam, qua tales videntur muniri, non ad deprimendam cuiuſq. iuſtitiam, ſed ad remouẽdum iniuſtũ grauamen nos feciſſe cognoſcas.

Idem Cant. Archiepiſcopo, & eius ſuffraganeis. *Cap. 21.*

Non ponitur. d. parte 10. c. 20. RELATVM eſt auribus noſtris, quod cũ ſint quidam in prouincia veſtra, qui vxoribus ſuis propria auctoritate relictis, concubinis adhærere non dubitant; errorem ſuũ, ac temeritatem ſuam per obſtaculum appellationis tueri, ac fouere nituntur. Quoniam igitur officio noſtræ ſollicitudinis imminet prouidendũ, ne appellationis obtentu, in ſua malitia perſeuerent: f. u. per Ap. s. p̃. m. qua. ſi manifeſtum ſit aliquos de prouincia veſtra vxores ſuas, ſine rationabili cauſa dimiſiſſe, & adhæſiſſe alijs; ſi commoniti vxores ſuas concubinis abiectis non receperint, pro appellatione, ſi quam ad ſuum errorem fouendum interpoſuerint, non prætermittatis, quin eos ad abiciendas concubinas, & ad recipiendas vxores ſuas, & maritali affectione tractandas, per excõmunicationis ſententiam compellatis.

Idem Eboracen. Epiſcopo. *Cap. 22.*

c. 16. e. A D. præſentiam noſtram T. & R. presbyteris conuenientibus Epiſcopo Tuſculano, & P. Sanctæ Suſannæ Cardinali tuam, & ipſius cauſam cõmiſimus audiendam, qui ad obiectionem tuam licet non eſſet excommunicatus de iure, de facto fecerunt abſolui. Quia vero quod a fratribus noſtris noſcitur in hac parte ſtatutum, nolumus aliqua ratione mutare: f. t. p̃. m. quatenus prędictum presbyterum, vel alium pro eo, quia poſt excommunicationem, contra ap. factam cantauit diuina, nullo modo inquietare attemptes, ſed ad eum ſtatum omnia reducas ceſſante ap. in quo erant tẽpore appellationis ad ſedem Ap. factæ.

Idem Cant. Archiepiſcopo. *Cap. 23.*

CVM teneamur cõſultationibus ſingulorum, quantum dominus miniſtrauerit, reſpõdere; tanto gratius tibi volumus reſponſum impendere, quanto perſonã tuã abundatiori diligimus caritate. Quoniam igitur nos conſulere voluiſti, vtrum ſi eorum, qui ad audientiam noſtram appellant, poſſeſsio turbata fuerit; tibi liceat, quæ ipſis turbata fuerint, reformare, eo prętermiſſo, de quo eſt appellatio interpoſita. prudentiæ tuæ taliter reſpondemus, ſi exinde ad te querela peruenerit, id ordine iudiciario tibi licebit. c. 17. e.

Idem vniuerſis ſuffraganeis Cant. Archiepiſcopi. *Cap. 24.*

SIGNIFICAVIT nobis venerabilis frater noſter Cant. Archiepiſcopus, quod ſi quando vos appellatis ad præſentiam noſtram, vel Archid. veſtri ſuper aliquo certo negotio; Epiſcopatus, & Archidiaconatus veſtros ſub protectione Apoſtolica ponitis, & appellatis ad annum, & interim nec de præteritis commiſsis, nec de nouis exceſsib. veſtris, ſiue de ſubiectorum veſtrorum delictis permittitis ipſum cognoſcere, ſed omnẽ iuſtitiam ei ſuſpenditis, & prorſus euacuatis. Quoniam igitur prouidendum eſt, ne appellationis obtentu, aut manifeſta delicta remaneant inpunita, aut ſubditi veſtri de ſuorum exceſſuum inpunitate lætentur: f. u. per A. s. p̃. m. qua. ſi vos Epiſcopi veſtros Epiſcopatus, aut Archidiaconi ſuos Archidiaconatus Apoſtolicæ protectioni ſubiciunt, & ad audientiam noſtram appellant: propter hoc, memoratum Archiepiſcopum nullatenus impedire tẽptetis, quominus de cauſa, vel de exceſsibus ſubditor. veſtror. cognoſcere valeat, & iuxta meritorũ qualitatem, eos debita animaduerſione punire, aut etiam exceſſus veſtros, ſi qui manifeſti ſunt, & notorij, his dumtaxat exceptis, ſuper quibus appellatio eſt interpoſita, poſsit digne corrigere, & quod iniuſte actum eſt, ad rectitudinis tramitem reuocare. Non ponitur. d. par. 10. c. 24.

Idem R. Cant. Archiepiſcopo. *Cap. 25.*

Relatum

Non ponitur. d. par. 10. c. 30.

RELATVM eſt aurib. noſtris, quod ſi Epiſcopi ſuffraganei, vel Archid. tuæ prouinciæ ſuper aliquo certo negotio ad audientiam noſtram appellant; Epiſcopatus, & Archidiaconatus ſuos, noſtræ, & Romanæ eccleſiæ protectioni ſubiciunt, & cum appellant ad annum; interim de ſuis, vel ſuorum ſubditorum exceſsibus cognoſcere non permittunt; ſed omnem iuſtitiam euacuant, & ſuſpendunt. Volentes igitur paſtorali ſollicitudine prouidere, ne appellationis obtētu; detur eis audacia grauia committendi, auctoritate Apoſtolica tibi duximus indulgendū; quod ſi præfati Epiſcopi, vel Archidiaconi; appellauerint ad audientiā noſtram, & Epiſcopatus, & Archidiaconatus ſuos ſub Apoſtolica protectione poſuerint, pro eorum appellatione nullatenus prætermittas, quin de cauſis, & exceſsibus ſubditorum ſuorum, & de ſuis proprijs exceſsibus, ſi qui manifeſti ſunt, & notorij, ijs duntaxat exceptis, ſuper quibus appellatū eſt, cognoſcere poteris, & ſuper his ſtatuere, quod ſecundum iuſtitiam videris ſtatuendum.

Idem Crapulano Epiſcopo. *Cap.* 26.

Non ponitur.

QVAESIVISTI ab Apoſtolatu noſtro: cum ſublato appellationis remedio litterarum, ſicut in iſtis ponitur, ſi totam litterarum ſeriem comprehendat, nec ne? Inquiſitioni tuę reſpondemus, quoties ſic ſublatio appellationis ponitur, non niſi ea, quæ prædicta ſunt, complectitur. ad ea vero, quæ in fine litterarum ponuntur, minime extenditur; niſi forte ipſa appellationis ſublatio referetur.

Idem Bon. Epiſcopo, & Archipreſbytero. c. 27.

c. 18. e. t.

CONSVLVIT nos veſtra deuotio, vt ſi appellatio, quę ab omni aggrauamine interponitur, teneat; prudentiam veſtram redderemus certiorem; & ideo conſultationi veſtræ taliter reſpondemus; quod ſi forte generaliter appellationem interponeret ab omni grauamine, quod ſibi contingere poſset, huiuſmodi ap. tenere non debet. Si vero aliquis, ſub aliquo iudice ſuper omni grauamine, quod in vna cauſa ſibi contingere poſſet, appellationis obſtaculum interponeret; quamquam generalis appellatio ſit interpoſita, appellationi tamen huiuſmodi ab eodem iudice eſt deferēdum. Super eo vero, quod quoſdam dicitis fruſtratorie, vt pœnam poſsint vitare canonicam, appellare, nec appellationem interpoſitam proſequi; hoc vobis volumus innoteſcere, quod, ſi qui a vobis appellauerint, eos debetis cogere, vt infra tempus congruum, & cōpetens appellationem proſequantur, aut ſuper ijs, de quibus appellatū fuerit, ap. re. iudicio veſtro pareant.

Idem Rauennati Archiepiſcopo. *Cap.* 28.

Non ponitur.

INTER cetera, quod nos conſuluiſti, quid facere debeas de ijs, qui appellant a te, nec appellationem proſecuntur: taliter reſpōdemus, quod debes eos compellere, infra congruum terminum ap. interpoſitam proſequi, aut coram te iuſtitiæ parere. Super eo vero, quod Abbas ſancti Apollinaris a te ap. generalem interpoſuit ſuper omni cauſa, quę aliquo tēpore aduerſus eum poſſet moueri, ipſum exinde redarguimus, nec huiuſmodi appellationem duximus admittendam. Verum ſi aliquis ſpecialiter ad nos appellauerit; ad examen tuum eum remittere non valemus.

Idem Genuenſi Epiſcopo. *Cap.* 29.

c. 19. e.

CVM parati eſſemus petitiones, quas nobis per nūtium tuum porrexiſti benigne admittere, & efficaciter exaudire: dilectus filius noſter Hyacinthus Sanctę Marię in Coſmedin diaconus Cardinalis conſtanti nobis aſſertione propoſuit, quod cū te ad ſynodū ſuam vocaſſet, & ad eius vocationem cōtempſiſſes accedere, in perſonam tuam excommunicationis ſententiam promulgauit, poſt cuius excommunicationem, qui vice noſtra fungebatur, te feciſti in Epiſcopū conſecrari. Cum dilectus filius noſter Martinus canonicus beati Iacobi firmiter aſſeueraret, quod in legatione Regis eſſes, & ideo non potuiſſes ad vocationem prædicti Cardinalis accedere, Cardinalis e contra aſſeruit, quod non in legatione Regis, ſed in Salamantina eccleſia, te ſuus nuntius inueniſſet, tibiq. dixiſſet, quod in alia eccleſia te nō eſſet requiſiturus. & cū iterum ex parte tua fuiſſet propoſitū, quod quando venerabilis frater noſter Archiepiſcopus Compoſtellanus appellauerit, tuā etiam appellationem interpoſuiſſes: Cardinalis adiecit, quod appellatio illa, te tueri illa in parte non potuit, quin ad ipſius vocationem accedere tenereris. Nos vero attendentes, quomodo te non decuerit contemnere optentu appellationis ad vocationem Cardinalis veniſſe: f. tuam monemus, atque p. quatenus vel in propria perſona, vel per idoneos nuntios Apoſtolico conſpectui te repręſentes, innocentiam, & immunitatem tuam, ſi poteris, oſtenſurus.

Idem Cant. Archiepiſcopo. *Cap. 30.*

c. 20. e. AD hæc & infra. Præterea de ijs, qui iuramentum præſtant, quod ſtabunt iudicio eccleſiæ, & poſtea præſtito ſacramento appellant; id tua ſollicitudo prouideat, vt eos ſeruare, quod iurant, vel infra xl. dies poſt appellationem interpoſitam iter arripere ad ipſam proſequendam compellas.

Idem Carnoteñ. Epiſcopo. *Cap. 31.*

c. 21. e. QVAESTIONI, quam facis, vtrũ appellationi illius ſit deferendum, qui ſicut moris eſt, prædicto iuramento abſolui meretur, ſi ante quam aliquid ei mandetur, appellaſset, vel ſi mandato recepto, cauſa ſubterfugij appellauerit; taliter reſpondemus, quod poſtquam iurauit, appellationi eius, quæ iuramento eius debeat derogare, nõ eſt in aliquo deferendũ; ſed ſtatim erit in eadem ſententia reducendus. quæ donec mãdatum ſuſceperit, & ſuſceptum pro poſſe fuerit proſecutus, debet firmiter obſeruari.

Idem Wintoñ. Epiſcopo. *Cap. 32.*

c. 22. e. PRAETEREA, qui ad Apoſtolicã ſedem de clericis appellant, & poſtea grauia, & enormia committentes, ſe dum conueniuntur, tuentur appellatione: hoc duximus reſpondendum; quod ſi poſt appellationem grauia committunt, & ita publice, & manifeſte, quod alij grauiter ſcandalizentur, & decor eccleſiaſticæ honeſtatis deformetur; eos appellatio non debet in tanta nequitia, & iniquitate tueri, quominus eorum exceſſus canonica cenſura puniatur. Porro de ijs, qui ſententia excommunicationis innodati, iurãt eccleſiaſtico iudicio ſtare, & mox obliti in vocem appellationis prorumpunt: d. t. ſignificamus, quod eos per excommunicationem cõpellere debes, appellationem factam congruo tempore proſequi, vel iudicio eccleſiæ ſtare.

Idem Cantuar. Archiepiſcopo, & eius ſuffraganeis. *Cap. 33.*

Non ponitur. Poſt cõ. Lat. par. 28. c. 14. EX querimonijs clericorum, qui de partibus veſtris ad præſentiam noſtram accedunt, ſatis euidenter nobis innotuit, quod interdum decedentibus eccleſiarum perſonis, quandoq. filij, quandoq. alij abſque conſcientia, & conſenſu Epiſcopi dioeceſani, ſe in prædictas eccleſias intrudere non verentur; & earundem eccleſiarũ claues accipiunt, & vt eccleſias, & earũ bona teneant occupata, in vocem appellationis prorumpunt. Quoniam igitur id iniquum eſt penitus, & abſurdum; nos tantæ iniquitati, & enormitati, paſtorali volentes conſideratione occurrere; & radicem huius cupiditatis de clero penitus extirpare: f. u. p A. s. p̃. m. quatenus, ſi qui ſunt, vel fuerunt in partibus veſtris, qui tali modo ad detinendas eccleſias inhiare præſumant; ipſos ad eas eccleſias, quanto citius relinquendas, ſtudioſe monere curetis; & eccleſiaſtica diſtrictione cõpellere. Ita quod, ſi manifeſtum eſt, ipſos ita temere, & præſumptuoſe eccleſias detinere; optentu appellationis, ſi quam interpoſuerint, non omittatis, quin eos ad eaſdem eccleſias dimittẽdas, ap. r. ces. eccleſiaſtica cenſura compellatis.

Idem Wintoñ. Epiſcopo. *Cap. 34.*

SVPER eo vero, quod a nobis quærendum duxit t. diſcretio, vtrum videlicet per incidentem quæſtionem, ſuper quam fuerit appellatum, tota principalis cauſa, quæ commiſſa eſt iudici appellatione poſtpoſita terminãda, debeat indeciſa relinqui. Inquiſitioni t. duximus reſpondendum, quod ſi quæſtio incidens talis fuerit, quod ſine ea principalis cauſa non poſsit terminari, per interpoſitum ap. obſtaculum, totius cauſę cognitio debet de iure differri, donec ſuperior iudex, ad quem ſuper iam dicta quæſtione appellatum eſt, aliter de tota cauſa diſponat. Non ponitur d. par. 10. c. 31.

Idem Cant. Archiepiſcopo. *Cap. 35.*

SIGNIFICAVERVNT nobis dilecti filij noſtri prior, & canonici ſanctæ Frid. quod cum ſuper cauſa, quæ inter eos, & canonicos de Oſeneia de eccleſia S. Marię Magdalenæ vertitur, de mandato noſtro coram venerabilibus fratribus noſtris Exoñ. & Ciſtrenſi Epiſcopis tractaretur; ad audientiam noſtram appellaſſent, idem Epiſcopi canonicos de Oſeneia in poſſeſsionem eccleſiæ ipſius, cauſa rei ſeruandæ iudicauerunt induci; & poſtmodum idem Epiſcopi litteras commiſsionis noſtræ; quas ſuper cauſa ipſa receperant, diligentius intuentes, & videntes appellationem alterutri partium in eiſdem litteris inhibitam non fuiſſe: Exoñ. Archid. mandauerunt, vt omnia in eodem ſtatu ſeruaret, in quo tempore factæ appellationis fuiſſe dignoſcuntur. interim vero canonici de Oſeneia in præſcriptam eccleſiam irruerunt, & ibi manere volentes, a miniſtris S. Fridę reiecti fuerũt. Deinde autẽ canonici de Oſeneia, ad Lundoñ. & Wigor. Epiſcopos litteras noſtras impetrauerũt cõtinentes, quod ſi a poſſeſsione ipſius eccleſię fuiſſent Non ponitur d. par. 10. c. 32.

fuiſſent violenter eiecti, eis poſſeſsio redderetur. & ſic cum pars vtraque propter hoc eorum ſe conſpectui præſentaſſet, præfatus prior Sanctæ Fridæ, quoniam litteræ ante terminum appellationi præfixum, ſicut aiebat, per ſubreptionem fuerunt impetratæ, ad noſtram iterum audientiam appellauit: ſed Lundon. Epiſcopus ap. non deferens, canonicos de Oſenea in poſſeſsionem eius eccleſiæ fecit induci. Inde eſt, quod f. t. p. A. s. p. m. quatenus, ſiue ex litteris noſtræ commiſsionis prædictis Exon. & Ciſtrenſi Epiſcopis factis, ſiue ex aſſertione ipſorum Epiſcoporum, aut etiam alias tibi legitimè conſtiterit, in prædictis litteris ap. inhibitam nō fuiſſe; quidquid poſt eius appellationem ab eiſdem Epiſcopis ad nos interpoſitā, in cauſa ipſa innouatum eſt, vel mutatum; in eum ſtatum facias ap. ceſ. reduci, in quo tempore factæ appellationis noſcitur extitiſſe, non obſtantibus litteris noſtris ad Lundon. & Wigor. Epiſcopos poſterius directis, ſi ante terminum ap. præfixum, aut etiam in termino fuerint tacita impetratæ veritate. Non. n. a poſſeſsione fuerunt eiecti violenter, ſi volentes poſſeſsionē intrare, ſunt in continenti reiecti; cū liceat omnibus vim in continenti, vi repellere, & ab aliorum violentia iura ſua tueri. deinde vero vtraque parte ante te conuocata, cauſam diligentius audias, & eam ſublato ap. remedio ſtudeas terminare.

Non ponitur. ſe pra. c. 3. de iudicijs.

Alexander iij. Cantuar. Archiepiſc. *Cap. 36.*

NOS in eminenti ſpecula eccleſiæ, licet immeriti, diſponente domino conſtituti fratrum, & coepiſcoporum noſtrorū tenemur conſultat. reſpōdere; & quod a nobis in quæſtione propoſita melius viſum fuerit, aperire. Inde eſt, quod prud. tuæ litteris præſentibus reſpondemus; quod cauſa aliquibus ſublato ap. re. delegata, ſi alter iudicum coniudices, aut alij vices ſuas commiſerit, a ſecundo delegato iudice poterit appellari. quia delegatus non poterit ap. poſtpoſita delegare. cauſa vero per appellationē ad primos delegatos, aut ad eum, qui delegauit, ſecundum appellantis arbitrium, referetur.

Idem Gradenſi Patriarchæ. & E. tt. Sancti Vitalis presbytero Cardinali, & priori Sanctæ Crucis. *Cap. 37.*

c. 23. c.

CONSTITVTIS in præſentia noſtra dilectis filijs noſtris M. Abbate Sancti Felicis, & presbytero R. atque canonico Sancti Marci pro controuerſia, quæ de electione Toletanæ † eccleſiæ faciente maligni hoſtis inuidia, ſuborta eſt, &c. & infra. Ideoque vobis per A. s. p. m. qua. in vnum pariter conuenientes, vtramq. partem ante pręſentiam veſtram conuocetis, & inquiſita rei veritate diligenter, & cognita; ſi vobis conſtiterit, quod pręfatus Archidiaconus poſt appellationem ad nos factam, poſt denuntiationem etiam excōmunicationis, ad denominationem ſæpe dicti C. proceſſerit, & primicerius cum canonicis, & plebanus cum aſſenſu cleri Epiſcopatus, vel maioris, & ſanioris partis prænominatum I. in Epiſcopum, & paſtorē elegerit, nō ob. ap. vel prohibitione præſtita ab Archidiacono, ſi ipſe appellationi prius factæ non detulit, electionem de præfato C. factam appellatione, & ex. re. Apoſtolica auctoritate confirmetis, & tu frater Patriarcha ei conſecrationis munus impendas. ſi autem res aliter ſe habuerit, conuocatis ſuffraganeis Gradenſis patriarchatus, alijſque viris diſcretis, & honeſtis vobis aſcitis, cauſam audiatis, & eam re. ap. ob. fine debito terminetis.

† Torcellanæ malo.

Idem Eboracen. Archiepiſcopo. *Cap. 38.*

PROPOSVIT nobis M. clericus tuus, quod ſæpe contingit, vt, cum aliquis ſuper aliqua cauſa appellat, in alijs cauſis, in quibus non eſt appellatum, reſpondere penitus renuat, & recuſet: ſuper quo conſul. t. taliter reſpondemus; quod licet pro illa appellatione * tuam * nō minus teneatur in alijs cauſis, ſuper quibus appellatum eſt, † reſpondere: iudex tamen, a quo appellatur, quia illi omnino ſuſpectus eſt, cū in cauſa procedere non deberet, ad reſpondendum ſuper alijs cauſis cōpellere, niſi pro crimine adeo graui, & manifeſto, quod ipſo actu haberetur reus, & merito foret damnandus. c. 24. c.

† non eſt in malo.

Idem eidem. *Cap. 39.*

RELATVM eſt aurib. noſtris, quod cum quidā clerici in beneficijs eccleſiaſticis c. vel cc. marcharum redditus poſſidentes, & proponentes primas vacantes eccleſias a monachis, vel canonicis, aut alijs ius patronatus habentib. ſibi fuiſſe promiſſas; ne in illis, cum vacāt, inſtituantur alij, vocē appellationis emittunt, vt interim arte aliqua valeāt propoſitum ſuum adimplere; quia igitur conſulis, an a diœceſano Epiſcopo huiuſmodi appellationi ſit deferendum, præſentibus litteris reſpondemus; quod cū in Lateranenſi concilio promiſsiones factæ de eccleſijs non vacantibus ſint caſſatæ, prętextu appellationis eorū, qui iam dictis promiſsionibus nituntur, omitti nō debet, quin eccleſiæ

De elec. præb. c. 3.

eccleſię cum vacauerint, perſonis idoneis ordinentur.

Idem Eboracen̄. Archiepiſcopo. *Cap. 40.*

Non ponitur. Poſt cõ. Lit. par. 49.c.13.

IN eminenti ſpecula eccleſię licet immeriti diſponente domino conſtituti, intendere debemus conſultationibus ſingulorum: & prout nobis dominus reuelauerit, propoſita denodare. Conſuluiſti autem, ſi cauſa appellatione re. cõmiſſa altera partium ante citationem, vel poſt, ante ſententiam, vel poſt ad ſedem Apoſtolicam appellauerit, an appellationi ſit in his articulis deferendum. Prӕterea ſi cui cauſa fuerit ap. re. cõmiſſa, & alter aduerſariorum appellaſſet, quia delegatus iudex nõ vult probationes ſuper ſuggeſtione falſi admittere, qua cauſatur litteras impetratas; an in hoc caſu appellatio teneat, quӕſiuiſti. Dubitas autem, ſi duobus fuerit cauſa ap. re. commiſſa, & alter ſuo coniudici vices ſuas cõmiſerit, an ille ſolus poſsit procedere, ap. re. vel ab eo liceat appellare. Cum in fine litterarum non ſit appoſitum, vt ſi vterque nequiuerit intereſſe, vnus procedat. Primӕ igitur quӕſtioni taliter reſpondemus, quod cauſa ap. re. commiſſa appellationi deferri nõ debet, ſiue ante citationem, ſiue poſt, ſiue ante ſententiam, ſiue poſtea fuerit appellatũ, niſi appellans prius, quam citaretur, iter arripuiſſet ad ſedem Apoſtolicã veniendi. Quod autem quӕſiſti, ſi aliquis appellauerit, quia delegatus iudex audire ſuper falſi ſuggeſtione probationes recuſat, an ap. teneat, hoc tuã volumus diſcretionem tenere, quod in eo caſu debet ap. deferri. Ab vno vero iudicum ap. remota in cauſa procedi non poteſt, niſi hoc ſpecialiter in commiſsionis litteris exprimatur. De cetero noueris, quod ſi ſentẽtiam a nobis latã prӕcepimus per aliquem executioni mandandam; & fraus interuenerit; non eſt facultas executori de toto negotio cognoſcendi, ſed referri quӕſtiones, quӕ inciderent, ad ſedem Apoſtolicam oportebit.

Idem R. Cantuar. Archiepiſcopo. *Cap. 41.*

c.15.e.1. QVA fronte nos ſuper articulis iuris conſulere valeas, non videmus; cũ in ijs, quę tibi nota ſunt, & liquido manifeſta, dicaris ordinẽ iuris peruertere, & euidenter libertati eccleſiaſticę contraire, pro qua ille glorioſus, inclitus martyr Thomas prӕdeceſſor tuus ſubire martyrium non expauit. Iam n. non in eccleſia, ſicut canonicum eſt, & honeſtum, non in palatio, non in camera tua, ſed in propria camera Regis, cõtra debitum iuris, & cõtra Pontificalis officium dignitatis, Epiſcoporum electiones diceris confirmare. Verũ, ne petitionibus tuis noſtrum denegare videamur aſſenſum ſuper ijs, de quib. nos cõſulere voluiſti; tibi, prout nobis dominus dedit, reſpondemus. ſane, ſi quis pro contumacia, vel alia qualibet cauſa, interdicto, vel excommunicatione tenetur aſtrictus, & offert ſe ad iuſtitiam de ijs, pro quibus ſententiam ipſam excepit, iudex eum, vt non in excommunicatione decedat, abſoluere poterit, etiam ſi pars aduerſa, ne abſoluatur, ap. obſtaculum interponat; ab ipſo tamen ante abſolutionẽ, ſufficienti cautione recepta, quod vel in pręſentia Romani Pontificis, ad cuius appellatur audientiam, ſi maluerit aduerſarius, vel coram iudice, cui cauſam Romanus Pontifex delegauerit, iuris pareat ӕquitati. De ijs etiam, qui ſe conqueruntur irrationabiliter excommunicationi, vel interdicto ſuppoſitos, illud idem dicimus, & ſi ij, qui huiuſmodi protulerint ſententiam, ad ſedem Apoſtolicam duxerint appellãdum. Super eo vero, quod defuncto aliquo, interdum religioſӕ perſonę, interdum eccleſiaſticę, interdum ſęculares poſtulãt ſibi debita ſolui, quę defunctus ipſis debebat, & niſi ſoluãtur, ne corpus defuncti ſepulturę tradatur, vocẽ appellationis emittunt; hoc tuӕ fraternitati duximus reſpondendum; quod niſi eis de ſolutione debitorum, dum modo ſit ſoluendo, ab herede, vel conſanguineis defuncti ſufficiens cautio detur, corpus eius poſt appellationem non eſt tradendum ſepulturӕ.

Idem in concilio Lateranen̄. *Cap. 42.*

REPREHENSIBILIS valde conſuetudo in quibuſdam partibus inoleuit; vt cum fratres, & coëpiſcopi noſtri, ſeu etiã Archidiaconi appellaturos quoſdam in cauſis ſuis exiſtimant, nulla penitus cõmonitione prӕmiſſa, ſuſpenſionis, ſiue excõmunicationis in eos ſententiam ferant; alij etiam, dum ſuperioris ſententiam, & diſciplinam canonicam reformidant, ſine vllo grauamine appellationem obiciunt, & defenſionem iniquitatis vſurpant; quod ad prӕſidium innocentium dignoſcitur inſtitutum. Quo circa, ne prӕlati ſine cauſa valeant grauare ſubiectos, vel ſubiecti pro ſola voluntate ſub appellationis obtentu correctionem valeãt eludere pręlatorum, pręſenti decreto ſtatuimus; vt nec prӕlati, niſi canonica commonitione prӕmiſſa ſuſpenſionis, vel excommunicationis ſentẽtiam proferant in ſubiectos; niſi forte talis ſit culpa, quӕ ipſo ſuo genere ſuſpenſionis, c.16.e.

ſpenſionis, vel excommunicationis pœnam inducat, nec ſubiecti contra diſciplinam eccleſiaſticam ante ingreſſum cantæ in vocem appellationis prorũpant. Si vero quiſquam pro ſui neceſsitate crediderit appellandum; cõpetens ad proſequendam appellationem terminus præfigatur, infra quem ſi forte proſequi neglexerit, tunc Epiſcopus libere ſua auctoritate vtatur. Si autem in quocumque negotio aliquis appellauerit, & eo qui appellatus fuerit, veniente, qui appellauerit, venire neglexerit: ſi quidem proprium habuerit, cõpetentem illi recompenſationem faciat expenſarum; vt hoc ſaltem timore deterritus, in grauamen alterius non facile quis appellet. Præcipue vero hoc in locis religioſis volumus obſeruari, ne monachi, ſiue quicumq. religioſi viri, cum pro aliquo exceſſu fuerint corrigendi, contra regularem prælati ſui, & capituli diſciplinam, appellare præſumant: ſed humiliter, ac deuote ſuſcipiant, quod pro ſalute ſua eis fuerit iniunctum.

Idem. pars c. cum te. Cap. 43.

c. 27. e. AD hæc præſentibus tibi litteris duximus indulgendum: vt cum a te ſuper aliqua cauſa fuerit appellatũ, fas tibi ſit appellantes appellatione ceſ. compellere, vt vel ap. interpoſitam proſequantur, vel coram te iuris pareant æquitati, aut ſi alterutra partium te ſuſpectum habuerit, te inſiſtente iudicem eligant, qui propoſitam inter eos valeat dirimere quæſtionem.

Idem Saleſberienſi Epiſcopo. Cap. 44.

c. 28. e. PERVENIT ad nos, quod cum Rogerium filium Wilhelmi eccleſię tuæ canonicum, vt debitam in eadem eccleſia reſidentiam faceret, monuiſſes, ad audiẽtiam noſtrã in appellationem proruperit, & appellationi ſuę terminum proximum feſtum beati Lucę præfixit. Quoniam igitur indignum eſt per eius, vel per aliorum ſubterfugia præſcriptã eccleſiam debitis obſequijs defraudari, cum ipſe fruſtratoriæ dilationis cauſa videatur appellaſſe: per A. ſ. p̃. m. qua. præfatum Rog. diligẽter, & ſtudioſe cõmoneas, vt in eadem eccleſia debitam omni mora poſtpoſita reſidentiam faciat, vel infra proximum feſtum beati Lucæ appellationem ſuam proſecuturus, iter ad nos veniẽdi arripiat. Interim vero alicui honeſtæ perſonæ vices eius in eccleſia prætaxata exequẽdas cõmittas, & ei de beneficijs illius ap. ceſ. aſsignes, vnde poſsit congrue ſuſtentari. Quod ſi prælibatus Rog. alterum iſtorum neglexerit adimplere, tu eũ tũc prębenda ſua omni cont. & ap. poſtp. priues, & eam alicui diſcreto & honeſto viro multũ ap. adiuiſſa cõcedas pariter, & aſsignes.

Lucius iij. Wallincen. Epiſcopo. pars c. ad aures. Cap. 45.

POSTREMO fraternitati tuæ litteris præſentibus intimamus, quod ſi cauſa aliqua alicui fuerit delegata, qui conſanguineus ſit illius, qui litteras impetrauit, aut in eodem negotio aduocati officio functus, aut ex alia quacumque iuſta cauſa ſuſpectus; huiuſmodi delegatus non immerito poterit recuſari, quamuis ap. re. fuerit ei negotium delegatum. c. 36. e.

Idem Nor Wicen. Epiſcopo. pars ex quæſitum. Cap. 46.

AD hæc quoniam ſub interdicto aliqui conſtituti appellant, & deinde interdictum ſeruare contemnunt, quid in hoc caſu ſeruandum ſit, conſulere voluiſti: noueris, quod ſicut poſt ap. excommunicari non poſſunt, ſic interdictum nequeunt, cui ante appellationem eos conſtat ſuppoſitos, declinare. c. 37. e.

Gregorius viij. Vniuerſis Archiepiſc. Cap. 47.

VEL ex malitia litigantium, vel ex defectu noſtro credimus prouenire, quod tanta negotiorum frequentia diebus ſingulis perurguemur; vt inbecillitate proprij corporis laborantes, minori etiam intelligentia præpediti, omnibus non poſſumus commode ſupereſſe; aut vndique concurrentium clamores, & murmura ſuſtinere. Hinc etiã euenit, quod negotijs mediocribus occupati, maioribus intendere non valemus; prout neceſſitas eccleſiaſtica poſtularet; & quæ diffiniri, vel diſponi per nos breui tẽpore potuiſſent, expectatione diutina plus, quam oporteat, multis pariter irruentibus producũtur. Quo circa per generalem epiſtolam remediũ huic rei duximus prouidendum; ne vel multitudinis impediamur incurſu, vel ſuam iniuriã patientibus poſsit iuſtitia deperire. Ea propter ſ. u. per A. s. m. quaſi forte ſuper rebus modicis, quæ infra ſummam marcarum xx. ſubſiſtunt, in auditorijs veſtris quæſtio ventiletur, & alteruter litigantium deluſorie putauerit prouocandum: eius ap. contempta, infra fines vero veſtror. Epiſcopatuũ eligere compellatis, qui ſuſpicione careant iudices; ſi tamen ibidem idonei poterunt inueniri, in quorum præſentia iurgium ſopiatur, a quib. ſi qua partium crediderit appellandum; ad Archiepiſcopum, ſeu Primatem vocem prouocationis emittat. Si vero negotium tale fuerit, Non ponitur. Poſt c8. Lat. par. 49. e. i.

fuerit, quod ſubſtantiam aliquatenus teneat ampliorẽ, infra fines veſtrarũ dioeceſum cognitores eligere, ſi ſponte noluerint, non cogantur inuiti, tamen de vicinis Epiſcopatib. aliquos aſſumere cõpellantur, iuxta formã, quam pręmiſimus, negotium tractaturos, in maioribus cauſis, & obſcurioribus articulis appellandi ſedem Ap. copia reſeruata. Non n. videtur malitiæ ſuſpicione carere, quod plerique ſuos in præſentiam noſtram aduerſarios laborare compellant: cum a nobis fere nihil aliud, quam commiſsionis poſſit litteras obtinere. Ceterum, ſi qui litigantium a proximo feſto Purificationis ſuper aliquibus cauſis, de quibus Epiſcopus, cuius iuriſdictioni, ſaltem is, qui conuenitur, ſubiacet, non fuerit requiſitus, vel iudices electi ſupradicto modo non fuerint, litteras a nobis duxerint impetrandas, per quas examinatio iurgiorum vel diffinitio iudicibus nõ ordinarijs committatur, careant impetratis, & ad ſuorum audientiam iudicum, ordine debito iudicia reuertãtur. Sic. n. ſubterfugijs diſceptantium occurrere volumus; vt dum eorum calliditatibus obuiamus, eis aliam ad iuſtitiam aditum reſeruemus. Cũ tamen aliqui iuſtam cauſam habuerint noſtram præſentiam adeundi, litteras eis dimiſſorias non negetis, ſeriem negotij continentes. hoc autẽ de tactis ad nos appellationibus diſponẽtes, ſuper illis, quæ ad Archiepiſcopos fieri contigerit, & primates; antiquorum ordinem canonum non mutamus.

DE CONFIRMATIONE VTILI, vel inutili. Tit. xxj.

Alexander iij. Exon. Epiſcopo. *Cap. 1.*

SI quis rei litigioſæ confirmationẽ impetrauerit Apoſtolicę ſedis; non minus iudex poteſt de cauſa cognoſcere, & eã fine debito terminare, ſed ſi rem pacifice tunc poſsidebat, cũ in † confirmationẽ optinuit, nõ eſt tutũ, aut licitum iudici de quæſtione ſuborta ſine mandato Romani Pontificis decernere, aut eam diffinire. — De cõf. c. 1. — † al. in de.

Idẽ Wigor. Epiſcopo. pars c. Ex parte tua. c. 2.

DE confirmationib. autem Romanorum Pontificũ tuã volumus cognitionem tenere, quod nullas, niſi nouũ Apoſtolicę ſedis procedit mandatum, aut certum ſit, quod ipſæ confirmationes per falſam ſuggeſtionem elicitę ſint, non eſt aliquatenus iudicandum. — c. 2. e. t.

LIBER TERTIVS.

DE VITA, ET HONESTATE CLERICORVM. TIT. I.

Ex concilio African. *Cap. 1.*

De vita, & hon. cle. c. 1. — VT laici ſecus altare, quando ſancta myſteria celebrantur, inter clericos, tã ad vigilias, quã ad miſſas ſtare penitus, vel ſedere non præſumãt; ſed pars illa, quę cancellis ab altari diuiditur, tantum pſallentib. pateat clericis; ad orandum vero, & communicandum laicis, & feminis, ſicut mos eſt, pateant ſancta ſanctorum.

Ex concilio Pictauienſi. pars c. Decreuit. c. 2.

c. 2. e. t. — CLERICI arma portantes, & vſurarij, excommunicentur.

Gregorius. *Cap. 3.*

c. 4. e. — SI quis ex clericis comam relaxauerit; anathema ſit.

Ex concilio Carthaginenſi. *Cap. 4.*

CLERICVS nec comã nutriat, nec barbã. — c. 5. e.

Ex concilio Triburienſi. *Cap. 5.*

VT laicalibus veſtimentis clerici nõ vtantur, niſi mãtello vel cotta, ſiue cappa, nec pretioſis, & ineptis calciamẽtis, & alijs nouitatũ vanitatib. ſed religioſo, & decenti habitu induti incedant. — Non ponitur.

Ex eodem. *Cap. 6.*

CLERICVS ſi tonſura dimiſſa vxorem acceperit; qui quidem ſit ſine gradu, nec ad monaſteriũ a parentib. traditus; vxorem habere permittatur, & iterum tondeatur, nec in vita ſua vxorem dimittere audeat. — c. 6. e.

Ex concilio Nannetenſi. *Cap. 7.*

VT quiſq. presbyter, qui plebem regit, clericum habeat, qui ſecum cãtet epiſtolam, & lectionẽ legat, & qui ſcholas poſsit tenere, & admonere ſuos parochianos, vt filios ſuos ad fidem diſcendam mittant ad eccleſiam, quos ipſe cum omni caſtitate erudiat. — c. 7. e. t.

Alexander iij. in conc. Lateranẽ. pars c.
Clerici in ſacris. *Cap. 8.*

c 8 e. t. MONASTERIA ſanctimonialiũ, ſi quiſquam clericus, ſine manifeſta, & rationabili cauſa, frequentare præſumpſerit, per Epiſcopum arceatur, & ſi non deſtiterit, ab officio eccleſiaſtico reddatur immunis; ſi laici excommunicationi ſubdantur, & a cœtu fidelium fiant penitus alieni.

Gregorius viij. vniuerſis Epiſcopis. *Cap. 9.*

Non ponitur. STATVIMVS, vt clerici clauſa deferant indumenta: cappis, ſiue mantellis rubeis, aut viridibus non vtantur; nec zendatũ, vel aliud ſericum pannum eis apponant: anulos non portent in manibus, niſi Epiſcopus fuerit, qui habeat hoc ex officio. Coronam, & tonſuram habeant congruentem; ludos alearum, & taxillorum prorſus, & venatoriã occupationem euitent; & ſe in officijs eccleſiaſticis, & alijs hominis † ſtudijs exerceant cõpetenter. Si quis autem contra hoc venire præſumpſerit, per Epiſcopum ſuum remoto app. obſtaculo corrigatur; & immunitatis illius interim fiat extorris, quę pro tutela clericorum, & coercenda violentia laicorũ noſcitur inſtituta. Viri quoq. inciſas veſtes ab inferiori non habeant parte, & mulieres veſtibus ſumptuoſis, & proprij corporis longitudinem excedentibus amodo non vtantur; ſed in habitu honeſto, & moderato incedãt, qui nec laſciuiam notet, nec iactantiam vanitatis oſtendat. Quiſquis vero vir, ſiue mulier talia fecerit amodo indumenta; & a communione Dominici corporis, donec ſe corrigat, reddatur extraneus, & eccleſiaſticis non ſinatur officijs intereſſe. grauiorem quoq pœnã per ſacerdotis officium ſubiturus, ſi nec ſic leuitatem ſuam curauerit emendare.

† *humanis forte.*

Idem. *Cap. 10.*

c.9.e. QVONIAM, vt ait ſcriptura, proni ſunt ſenſus hominis ab malũ ad adoleſcentia ſua: ſicut ex ſenſualitate caro vergit in culpam, ita vigore ſpiritus procedente, & ſubſequente diuina gratia animus niti debet ad veniam; & remedia ſemper inquirere, quibus irruentes occaſiones mortis valeat declinare. Inde ſiquidem eſt, quod intelligẽtes multa ex defectu proprio, multa ex aliena malitia in veſtris eccleſijs peruenisse, quę aut delictum in ſe, aut occaſionem habeant delinquendi, per auctoritatem Apoſtolicæ ſedis, cui ex diſpoſitione domini deſeruimus, prout datur ab eo, decernimus obuiandum, & auctoritatem in vobis Epiſcopalis officij ad reſecanda nociua in ſubditis veſtris, & inſerenda vtilia ſcriptis Apoſtolicis muniẽdam, recolentes, quod in veteri lege præcepit dominus dicens. Ignis in altari ſemper ardebit, quem nutriet ſacerdos, ſubiciens mane ligna per ſingulos dies. ſtatuimus, vt facultatib. eccleſiarum veſtrarum atq. prouentibus, & expenſis etiam diligenter inſpectis, certum in eis valeatis inponere numerum clericorum, & ſtatuere; vt bona eorum veniant in communione, & in vna domo veſcantur, atq. ſub vno tecto dormiant, & quieſcant. Si vero cõtradictores extiterint, licitum vobis ſit per ſuſpenſionem officij, & beneficij, aut grauiori etiam pœna, ſi opus fuerit, ad hanc obſeruantiam eos appellatione cõpellere non obſtante. Indulgemus etiam, vt ſi quiſquam eorum, qui ſimul viuũt, pro manus iniectione in ſociũ, a cõmunione meruerit fieri alienus, recõciliandi eũ, & pœnitentiã imponendi poteſtatem plenariam habeatis, niſi forte atrocitas facti pœnam grauiorẽ expectet. Quod etiam de mulieribus, & ijs, qui prę ſenectute, vel infirmitate pręſentiam noſtrã adire non poſſunt, volumus obſeruari, nullum præiudicium conſtitutioni eccleſiaſticę, aut ſucceſſoribus noſtris aſſerentes, quo minus ſuper his, qui † rectius viderint, valeant ordinare.

† *qua forte.*

DE COHABITATIONE CLEricorum, & mulierum, & clericis concubinarijs. Tit. ij.

Ex concilio Nannetenſi. *Cap. 1.*

De cohab. cle. INHIBENDVM eſt, & modis omnibus interminãdum eſt, vt nullus ſacerdos eas perſonas feminarũ, ſicut in canone inſertum continetur, de quibus ſuſpicio eſſe poteſt, in domo ſua retineat, ſed neque illas, quas canones concedunt, matrem, amitam, ſororem, quia inſtigante diabolo etiam in illis ſcelus frequenter perpetratum reperitur, aut etiam in pediſſequas illarum. Sed ſi qua de his habuerit talem neceſſitatem patientem, cui ſit neceſſitas ſuſtentationis preſbyteri, habeat in vico, aut in villa domum longe a preſbyteri conuerſatione, & ibi ei ſubminiſtret, quæ neceſſaria ſunt, ſed ſecundum auctoritatem canonum modis omnib. prohibendum

prohibendum eſt, vt nulla femina ad altare accedere præſumat, aut presbytero miniſtrare, aut in cancello ſtare, aut ſedere.

*Idem * in concilio Tiſtanien.* *pars c.*

Decreuit. *Cap. 2.*

Non ponitur. VT nullus presbyter, diaconus, ſubdiaconus concubinam habeat, ſed nec aliam feminam, vnde mala ſuſpicio habeatur, in vna domo ſecum teneat: & quicumque ſacerdotum, ſiue per pecuniam ordinatorũ miſſam ſcienter audierint, excommunicationi ſubiacere debent.

Ex decreto Eugenij Papæ. *Cap. 3.*

a. 1. c. 1. SI quiſpiam ſacerdotum, ideſt presbyter, diaconus, ſubdiaconus de quacumque femina crimine fornicationis ſuſpicatus poſt primam, & ſecundam, & tertiã admonitionem inueniatur fabulari cum ea, & aliquo modo conuerſari, excommunicetur, femina vero canonice iudicetur.

Alexander iij. Salernitano Archiepiſcopo. pars capituli Cunctos ſicut. *Cap. 4.*

a. 3. e. 6. CLERICOS autẽ in ſacris ordinibus conſtitutos, qui in domibus proprijs publice detinent concubinas, ad eas abiurandas nolumus a tua fraternitate cõpelli; ne in eadem fornicatione inſtinctu fraudis diabolicæ redeant, & inſuper reatum periurij incurrant. Verum ipſos per ſuſpenſionis, & interdicti ſententiam debes artius cogere; vt mulieres ipſas a ſe ita remoueant; vt de ipſis ſiniſtra ſuſpicio non poſſit haberi. & ſi qui eorum ad ipſas redire, vel alteras accipere forte prçſumpſerint, in aliquos illorum debes perpetuo ſententiam excommunicationis vindicare, vt alij eorum exemplo a ſimilibus arceantur.

Alexander iij. Cant. Archiepiſcopo, & eius ſuffraganeis. *Cap. 5.*

a. 4. c. SICVT ad extirpanda vitia, quæ periculum pariunt animarum ſummopere nos decet intendere, ita etiam nos conuenit germina propagare virtutum; ex quibus fidelibus ſalutis augmentum, & ſacris eccleſijs decor proueniat honeſtatis. Vnde cum in Anglia praua, & deteſtabili cõſuetudine, & lõgo tempore ſit obtentum, vt clerici fornicarias in ſuis domibus habeant; nos volentes tam graue ſcandalũ de populo remouere, & prçdictos clericos ad honeſtatẽ eccleſiaſticam inducere: f. t. per A. s. m. qua. clericos veſtræ iuriſdictionis, qui in ſubdiaconatu, & ſupra in domibus ſuis fornicarias habuerint, ſtudioſe monere curetis, vt a ſe fornicarias di. & ap. ces. remoueant, eas vlterius non admiſſuri. Si vero infra xl. dies poſt commonitionem veſtram, vobis in his forte acquieſcere contempſerint, eos ſub. ap. re. ab eccleſiaſticis beneficijs, vſq. ad dignam ſatisfactionem ſuſpendatis, & ſi eas ſuſpenſi præſumpſerint detinere, ipſos ab eiſdem beneficijs perpetuo remouere curetis.

Idem in eadem. *Cap. 6.*

DE ſacerdotibus publice fornicarias habentibus di. tuæ nihilominus p̃. m. vt eos diligentius conueniãs, & attentius cõmoneas, quatenus fornicarias ſuas dimittant, & a ſe prorſus expellant. Quod ſi forte admonitionem tuam contempſerint, & in ſua inmũditia duxerint perſiſtendum, tu eos abſq. ap. re. ab omni officio, & beneficio eccleſiaſtico non differas ſpoliare. Non ponitur. Poſt eõ. Lat. par. 18. c. 7.

Idem Lundon. Epiſcopo. *pars c.*

Ad aures. *Cap. 7.*

SI autem clerici tuæ iuriſdictionis ſiue in ſacris ordinibus, ſiue in inferioribus conſtituti fornicarias detinent, niſi eas ad ſecundã, vel tertiam commonitionem a ſe dimiſerint, eas contempturi de cetero, liceat tibi eos eccleſijs, vel eorum portionibus, ſi quas habẽt, ap. poſt. ſpoliare, & ipſis officia interdicere. c. 6. e.

Idem Bidiceno Epiſcopo. *Cap. 8.*

SVPER eo vero, quod aſſeris A. preſbyterum detinere fornicariam, & eam ad crebram admonitionem tuam dimittere nolentem, ab officio ſuſpenſum: ſpru. t. taliter reſpõdemus, quod ſi ſuper hoc ad præſentiam noſtram appellatum ſit, ſi contigerit ipſum ad nos accedere, prout expedire viderimus, pertinaciam eius, & audaciam corrigemus. Si vero non venerit ad præſentiam noſtram, ſuſpenſionis ſententiam in eum propter hoc latam, tamdiu volumus obſeruari, donec fornicariam ſuam a ſe prorſus abiciat, & viuat, ſicut decet presbyterum continenter. Porro ſi litteras a nobis obtinuerit, quę facti ſeriem non contineant, nolumus litteras ipſas ſibi prodeſſe. c. 5. e.

Idem Cantuar. Archiepiſcopo. *Cap. 9.*

CVM in Cantuarienſi prouincia, vbi legationis officio fungeris, quod tibi commiſimus, multi clerici ſint, qui in domibus fornicarias habere dicantur, mirabile ſatis gerimus, quod eos in ſpurcitia vitiorum manere permittis, qui ad reſecanda vitia, & prçparandas virtutes diligens omnimodo, & ſollicitus eſſe deberes. Vnde f. t. per A. s. p. m. qua. ſi qui clerici prouinciæ Non ponitur. 1. par. 18 c. 10.

tuæ concubinas, vel fornicarias habent, eos conſtanter admoneas, & ſi opus fuerit, eccleſiaſtica diſtrictione cōpellas; vt fornicarias, & cōcubinas a ſe dilatione, & ap. poſt. prorſus amoueant, & eas, vel alias nequaquam vlterius admiſſuri. ſi qui autem eorum ita fuerint pertinaces, quod noluerint in hac parte tuis mandatis parere, ipſos ab eccleſijs, quas habent, ap. re. non differas ſpoliare.

Idem. *Cap. 10.*

Non ponitur. d. par. 18 c. 11.

DE cetero, quia Stephanus clericus de Vallentoñ. in Archidiaconatū prædicti Archidiaconi adulteram, & conmatrem in domo ſua dicitur detinere: ſi hoc publicū eſt, & manifeſtum; tantum, & tā grauem exceſſum, animaduerſione debita, nullius contradictionis, vel ap. ob. corrigas.

Idem Wigor. Epiſcopo. *Cap. 11.*

Non ponitur d. par. 18 c. 15.

EX parte prioris, & fratrum de Vañ. nobis innotuit, quod C. presbyter, qui habet vicariam in eccleſia ipſorum de Eſtona publice concubinam tenet, ac ſicut laicus quilibet tabernas frequentare non erubeſcit: ſed quia indecens, & rationi contrarium eſt, vt ij, qui altario ſeruiunt, feminarum cōplexibus maculentur, aut per tabernas diſcurrant, cum eos ſobrios, & caſtos eſſe oporteat: f. t. per A. s. p̄. m. qua. rei veritate diligenter inquiſita, & cognita; ſi eum talem inueneris, qualis deſcribitur, ipſum ab eadem eccleſia, di. & ap. ces. amoueas.

Idem in concilio Lateraneñ. *Cap. 12.*

De exceſ. prel. c. 4.

CLERICI in ſacris ordinibus conſtituti, qui mulierculas in domibus ſuis ſub incontinentię nota tenuerint, aut abiciant eas, & continenter viuant, aut ab officio, & beneficio eccleſiaſtico fiant alieni. Quicumq; autem illa incontinentia, quæ contra naturā eſt, propter quam ira Dei venit in filios diffidentiæ, & v. ciuitates igne conſumpſit, deprehenſi fuerint laborare: ſi clerici fuerint, deiciantur a clero, vel ad agendam pœnitentiam in monaſterijs retrudantur.

DE CLERICIS CONIVGATIS. Tit. iij.

Idem. pars c. ſicut ad extir. *Cap. 1.*

De cler. coniu. c. 1.

SI qui autem clericorū ipſorum infra ſubdiaconatum acceperint vxores, ipſos ad relinquenda beneficia eccleſiaſtica, ſi qua habēt, & retinendas vxores ſuas, eccleſiaſtica diſtrictione compellatis. Sed ſi forte in ſubdiaconatu, & alijs ſuperioribus ordinibus vxores accepiſſe noſcuntur, eos vxores dimittere, & pœnitentiam agere de commiſſo, auctoritate noſtra per ſuſpenſionis, & excommunicationis ſententiam, appellatione poſtpoſita, compellatis.

Idem Lundoñ. Epiſcopo. *Cap. 2.*

Non ponitur. Poſt cõ. Lat. par. 18. c. 3.

VNIVERSALIS eccleſiæ ſollicitudo, quā prouidente domino gerimus, pro eccleſiarum ſtatu nos compellit propenſiori cura ſatagere, & vt ſecundum Deum, & iuſtitiam diſponamus, vigilem curam, & ſtudium adhibere. Accepimus autem, quod pleriq; in tuo Epiſcopatu degētes, cū eſſent in acolythi officio, & infra conſtituti, vxores duxerunt, & nihilominus eccleſias, quas prius habebant, detinere præſumunt. Vnde quoniam vxorati, cum diuiſi ſint, & eos cogitare oporteat, quo modo vxoribus placere valeant, & ſeruire; obſequijs non ſolummodo poſſunt intendere diuinis: f. t. per A. s. p̄. m. qua. prædictos viros eccleſias libere, & abſolute dimittere, ap. ces. compellas, & eas alijs perſonis idoneis in ſacris ordinibus conſtitutis cōcedas. Verū ſi qui eorum aliquod in eiſdem eccleſijs ſimplex prius beneficium habuerunt, ipſum eis, excepto magiſterio eccleſiar. ſub diſſimulatione dimittere poteris.

Idem Herfordeñ. Epiſcopo. *Cap. 3.*

c. 2. e. t.

SANE de clericis inferiorum ordinum, qui in coniugio conſtituti diu eccleſiaſtica beneficia ex conceſſione prędeceſſorū tuorū habuerunt, a quibus ſine magno diſcrimine, ac effuſione ſanguinis non poſſunt priuari: f. t. id duximus reſpondendum, vt quia ibi natio, & gens barbara, & multitudo in cauſa eſt, eos ſub diſſimulatione ſuſtineas eccleſiaſtica beneficia tam diu habita poſsidere. prouiſurus attentius, ne deinceps clericis coniugatis eccleſiaſtica beneficia conferantur, ſed illorum aliqui ad ſacros ordines, vel eccleſiarum adminiſtrationes non admittantur, niſi caſtitatem forte vouerent, & perpetuo ſeruarēt, qui vnicam & virginem habuerint vxorem.

Idem Wigor. Epiſcopo. *Cap. 4.*

Non ponitur d. par. 18. c. 6.

INTER cetera ſollicitudini tuę conuenit ſtudioſe, ac diligenter attendere, vt tales in eccleſijs tuę gubernationi commiſſis miniſtros ordines, & præponas, qui & domum domini ſciant decenter diſponere, & populo Dei pręeſſe poſſint, & prodeſſe. Peruenit autem ad audientiam noſtram, quod quidam in tua diœceſi commorentur, qui ſe eccleſiaſticæ profeſſionis eſſe fingentes, cum tamen eccleſiaſtica beneficia habeant, matrimonia contrahant, & adepta beneficia nihilominus optinere

optinere contendunt. Alij autem, licet filij ſacerdotum exiſtant, patribus ſuis, quaſi hereditario iure ſuccedunt, & in his poſtmodum inſtituti, ad ſacros ordines, etiam minus licite promouentur. Quod quia indignũ eſt, & ſacrorum canonum inſtitutionibus noſcitur penitus obuiare: f.t.p. A.s.m. qua. illos, qui infra ſubdiaconatum matrimonia contraxerũt, ſuis ab vxoribus nulla ratione permittas diuertere, niſi de communi conſenſu illi ad religionem tranſire voluerint, & ibi in Dei ſeruitio iugiter commorari. Si autem cũ vxoribus vixerint, eccleſiaſtica beneficia, quæ ad illos tantum, qui aſsidue in ſeruitio Dei perſiſtunt, ſpectare noſcuntur, nõ debẽt vllatenus optinere. Illi vero, qui in ſubdiaconatu, vel ſupra ad matrimonia conuolauerint, mulieres poſſunt, & debent inuitas, & renitentes relinquere, nec huiuſmodi coniunctio, matrimonium, ſed contubernium eſt potius nuncupandum.

Idem Verulano Epiſcopo. *Cap. 5.*

E.3.C.5. QVOD te cum inimicis tuis &c. De cetero, quia fraternitatis tuæ quærit induſtria, vtrum clerici infra ſubdiaconatus ordinem conſtituti, qui cũ continere carnis vitio deuicti non valent, vxores accipiunt, eccleſiaſtico beneficio canonice debeãt ſpoliari. Id tuam volumus experientiam indubitata veritate tenere, quod cum ſimul voluptatib. & carnalibus deſiderijs, ac diuinis, & eccleſiaſticis obſequijs vacare non valeant; ob inmũditiam ſuam eccleſiaſticis ſacramentis indigni contractandis, & eccleſiaſticis proculdubio beneficijs ſint priuandi. Sane ſi eccleſijs, quibus attitulati fuerant, de poſſeſsionibus, aut alijs bonis ſuis, aliqua contuliſſe noſcuntur, cum ab earundem eccleſiarum miniſterio fuerint, & beneficio ſequeſtrati, ad ipſos recta via dominium, ac proprietas libere debet, & abſq. vlla contradictione redire.

Gregorius viij. Abbati, & Archipreſbytero Nõnatulañ. *Cap. 6.*

Non ponitur. MEMINIMVS vobis olim pro Pagano clerico veſtro litteris Apoſtolicis mandauiſſe, vt præbendam, quam ei ſubtraxeratis, ex occaſione matrimonij, quod cum quadam muliere contraxiſſe dicebatur, reſtituere deberetis; vos pro litteris noſtris illud facere non curaſtis, aſſerentes inde ſcandalum inter alios generari. Attendentes itaq. ne prędictus clericus beneficij eccleſiaſtici auxilio deſtitutus ad turpia, & ſæcularia lucra ſectãda redire cogatur; cum multi concubinarij, & adulteri de bonis eccleſiæ ſuſtententur, & in talib. ſit ordinibus conſtitutus, in quibus legitime coniugatũ a beneficio eccleſiaſtico ſacri canones non repellũt, diſcretionem veſtrã rogamus attentius, ac per Ap.s.m. qua. ei beneficium percipiendũ, vnde ſuſtentari valeat, extra fratrum conſortia conferatis.

Item Clemens iij. *Cap. 7.*

QVERELAM Gand. acolythi nos accepiſſe noſcatis, ſicut prædeceſſor noſter Gregorius, qui ad vos propter eum bis ſcripſiſſe noſcitur, qui cum a G. muliere peteretur in virum, inde ſumpta occaſione ipſum beneficio, quod a nobis habebat, poſt appellationem ad ſedem Apoſtolicam factam minus rationabiliter ſpoliaſtis. Vnde, quia omnibus iniuſte grauatis patrocinium tenemur Apoſtolicũ impertiri: d.u. ro. attentius, & p A.s.p.m. qua. ſi rem ſic ſe habere conſtiterit, memorato clerico beneficium illud taliter ſubtractum abſq. dilatione reddentes, ap. re. pacifice dimittatis, ita quod querelã ad nos non debeat iterare, memorati Abbatis ſententia non obſtante, ſuper matrimonio lata, quominus beneficium debeat optinere, niſi curam habeat animarum annexam. Non ponitur.

DE CLERICIS NON RESIDENtibus in eccleſia præbendata. Tit. iiij.

Ex concilio Sardicenſi. *Cap. 1.*

NON liceat Epiſcopo de ſua ciuitate ad aliam tranſire; manifeſta eſt n. cauſa, pro qua re hoc facere temptat, cũ nullus in hac re inuentus eſt Epiſcopus, qui de maiori ciuitate ad minorem tranſiret. De cler. non res. c. 1.

** Ex geſtis Romanor. Pontificum.* *Cap. 2.*

LEO III. natione Romanus conſilio Lotharij, & Lodoyci Imperatorum ſanctam, & venerandam lxvij. Epiſcoporũ in eccleſia beati Petri ſynodũ congregauit. In hac ſynodo Anaſtaſius presbyter Cardinalis tituli beati Marcelli ab omnibus canonice eſt depoſitus, eo quod parochiam ſuam per annos quinq. contra canonum inſtituta deſeruit, & in alienis vſq. hodie demoratur. C.1.e.t.

Ex concilio Lateran. *Cap. 3.*

QVIA nonnulli modum auaritiæ nõ ponentes, & diuerſas dignitates eccleſiaſticas, & plures eccleſias parochiales contra ſacrorum canonum inſtituta accipere nituntur; vt cum vnum officium vix implere ſufficiant, ſtipendia ſibi vindicent plurimorũ; ne id de cetero fiat, diſtrictius inhibem⁹. Cũ igitur, vel eccleſia, vel eccleſiaſticũ miniſteriũ

committi debuerit, talis ad hoc quæratur perſona, quæ reſidere in loco, & curã eius per ſe ipſam valeat exercere. quod ſi aliter actũ fuerit, & qui receperit, quod contra ſacros canones acceperit, amittat, & qui dederit, largiendi poteſtate priuetur.

Alexander iij. Eboraceñ. Archiepiſcopo. pars capituli In emi. *Cap. 4.*

c.4.e.t. RELATVM eſt nobis ex parte tua, quod cum in Lateraneñ. concilio ſit conſtitutum, vt perſonæ tali eccleſia, vel beneficiũ eccleſiaſticũ conferatur, quę reſidere in loco, & curam eius per ſe valeat exercere; nõnulli ad eccleſias præſentati ſe poſſe reſidere affirmant, & curam habere eccleſiæ, vel eccleſiaſtici beneficij profitentur, id tamen efficere contradicunt: ideo conſulere voluiſti, an propter hoc tales poſsis præſentatos repellere, vel inſtitutos ſub. ap. ob. remouere. Tuæ igitur prudentiæ innoteſcat, quod cum verba accipienda ſint cum effectu, tales ſi præſentati fuerint, nõ admitti, & admiſsi ſi inſtituti fuerint, ſecure poterunt amoueri, niſi forte de licẽtia prælatorum ſuorum vel ſtudio litterarum vel pro alijs honeſtis cauſis contigerit eos abeſſe. nec patrocinari debet eis ap. diffũ. ſi contrarius, & intentionẽ decreti fuerit interiectum.

DE PRAEBENDIS. Tit. v.

Ex conc. Pictauienſi. *pars c.*
Decreuit. *Cap. 1.*

De preb. c.1. VT nullus de clero, ſiue de populo eccleſiaſtica bona iure conſanguinitatis requirat ſibi habenda.

In corpore canonum p. ii. ex nouellis. *Cap. 2.*

c.2.e.t. NON liceat vlli Epiſcopo clericos ordinare, & nullas eis alimonias præſtare; ſed horum alterum eligat, vel nõ faciat clericos, vel ſi fecerit, det eis, vnde viuere poſsint.

Gregorius Anthemio ſubdiacono. *Cap. 3.*

c.3.e.t. RATIO nulla permittit, vt proprijs cuiuſquam vſibus applicetur, quod pro communi vtilitate datum eſſe cognoſcitur.

Alexander iij. *Cap. 4.*

De cler. non res. c.7. DE cetero, quia dignũ eſt, & conueniens, vt eccleſię tuę canonici, donec circa te in tuo ſeruitio morantur, communitatis portionem recipiant; præſenti ſcripto ſtatuimus, ne canonicis tuis, donec in ſeruitio tuo fuerint, quidquam ſubtrahi, vel auferri debeat, quod ſibi de beneficio communitatis debetur, niſi forte victualia ſint, quæ non conſueuerunt abſentibus exhiberi.

Ex concilio Lateraneñ. *Cap. 5.*

EPISCOPVS ſi aliquem ſine certo titulo, de quo neceſſaria vitę percipiat, in diaconem, vel presbyterum ordinauit, tamdiu ei neceſſaria ſubminiſtret; donec in aliqua eccleſia, ei conuenientia ſtipendia militię clericalis aſsignet; niſi talis forte, qui ordinatur, extiterit, qui de ſua, vel paterna hereditate, ſubſidium vitæ poſsit habere. De preb. c.4.

Ex eodem. *Cap. 6.*

QVIA in tantum iam quorumdam proceſsit ambitio; vt non duas, vel tres, ſed vj. aut plures eccleſias perhibeantur habere, cũ nec duabus poſsint debitam prouiſionem impẽdere: per fratres, & per coëpiſcopos noſtros hæc emẽdari præcipimus, & de multitudine canonibus inimica, quæ diſſolutionis materiam, & vagationis inducit, & certum continet periculum animarum, eorum, qui eccleſijs deſeruire valeant, indigentiam ſubleuari. c.5.e.t.

Idem Eboraceñ. Archiepiſcopo. *Cap. 7.*

RELATVM eſt aurib. noſtris, quod Nicolaus Archidiaconus de Bedeford. canonicus Beluacenſis eccleſiæ, ita integre, & plenarie canonicam iam dictæ eccleſiæ requirit prębendam, ſicut & illi, qui die, noctuque laborant eidem eccleſiæ deſeruire. ſuper hoc etiã litteras noſtras ſe habere proponit. quia tamen hoc indignum, & abſurdum eſt, niſi de conſuetudine prędictæ eccleſiæ hoc poſſit requirere: f. t. per A. s. p̃. m. qua. eundem Archidiaconum diligenter cõmoneas; quod occaſione litterarum noſtrarum communia prælibatæ eccleſiæ, nulla ratione contra conſuetudinem ipſius eccleſiæ, & inſtitutionem requirere audeat, niſi eidem eccleſiæ in propria perſona aſsidue, vel per medietatẽ anni voluerit deſeruire. Non ponitur. Poſt ca. Lat. par. 30. c.10.

Idem. *Cap. 8.*

CVM teneamur ex debito ſuſcepti regiminis prouiſioni clericorum intendere, tibi, & alijs eccleſiarũ prælatis, pro eis ſcripta noſtra dirigimus, & interdum etiam ſuper illorum prouiſione, qui aliud ſufficiens beneficium habere noſcuntur; verum etiã aliquando ignoramus eos habere aliud beneficium, pro quibus tibi, & alijs eccleſiarum prælatis ſcribimus. ſi preces, & mandatum noſtrum pro aliquo recepiſti, vel aliquando recipies, qui aliud beneficium habeat, de quo valeat commode ſuſtentari; niſi forte in litteris ipſis de alio beneficio, quod habeat, mentio habeatur: aut ſi non poteſt ſine ſcandalo ei prouideri, c.6.e.t.

prouideri, æquanimiter ſuſtinebimus, ſi pro eo preces, & mandatum noſtrum non duxeris exequendum.

Idem. *Cap. 9.*

c.7.e. REFERENTE nobis I. presbytero latore præſentium accepimus, quod cũ duas eccleſias haberet, Archidiaconus tuus ipſum altera illarũ ſpoliauerit, & eam cuidam preſbytero G. nomine aſsignauit; prædictus autem I. ſentiens ſe in hac parte grauari; ad fratrem noſtrum Kariſsimum Rem. Archiepiſcopum appellauit. Cumque idem I. de mandato eiuſdem Archiepiſcopi in præſcripta eccleſia reſtitutus fuiſſet, memoratus G. ad noſtrã audientiam appellauit. poſtea vero præfatus Archidiaconus eundem I. eo quod ad præſentiam ſuam vocatus, vt alteram de prædictis eccleſijs prænominato G. concederet, venire contempſit, vinculo excõmunicationis aſtrinxit. nos autem a ſententia, qua tenebatur, facientes abſolui, eundem ad te duximus remittendum. Quo circa mandamus, quatenus partibus ante præſentiam tuam conuocatis, præſcripto I. vna de præfatis eccleſijs, quam voluerit, cum pertinentijs ſuis relicta, alteram præfato Waltero, ſi eccleſiam non habeat, non differas aſsignare. ſi vero aliam habet eccleſiam, ipſam alteri perſonæ idoneæ beneficio eccleſiaſtico carenti incunctanter aſsignes.

Idem in concilio Turoneñ. *Cap. 10.*

c.8.p. MAIORIBVS eccleſiæ beneficijs in ſua integritate permanentibus, indecorũ nimis videtur, ſi minores clericorũ præbẽdæ patiantur ſectionem. Idcirco, vt ſicut in maximis, ita quoq. in minimis membris ſuis, firmam eccleſia habeat vnitatem, diuiſionem præbendarum, aut dignitatum permutationem fieri prohibemus.

Idem Cant. Archiepiſcopo. *Cap. 11.*

c.9.e. RELATVM eſt aurib. noſtris, quod cũ dilectus filius noſter magiſter Ia. in eccleſia tua per te canonice ſit inſtitutus; & in choro, capitulo, & alijs, quorũ cõmunis eſt vſus, plenam ſicut canonicus habeat poteſtatem, nondum præbendam ſibi iuxta promiſsionem tuã aſsignare curaſti; licet poſt promiſſum tuum plures præbendæ in ipſa eccleſia vacaſſe dicantur. Quoniam igitur dignum eſt, & omnimodis conſentaneum rationi; vt poſtquam canonicus eſt inſtitutus, & a te habuerit in promiſsis, de cõferenda ſibi prima præbenda, cum in eccleſia tua vacaret; vt debeat prębẽdę integritate gaudere, pręſertim, cum, ſicut nobis proponitur, litteratus ſit, & diſcretus: f. t. per A. s. p̃. m. qua. ſi idẽ Ia. in eccleſia tua eſt canonicus inſtitutus, & in choro, capitulo, & in alijs, quorum cõmunis eſt vſus, poteſtatẽ ſicut canonicus habet, ei pręrbendam, ſi qua de antiquis in eccleſia ipſa nunc vacat, vel cum ibi primo vacauerit, omni oc. & contra. ceſſante ſecundum promiſſionem tuam, cõcedas liberaliter, & aſsignes: ita quod de cõſtantia, & grauitate poſsis merito commendari, & nos propter hoc iterato ſcribere tibi non compellamur. quia non eſt congruum, vt præbenda careat, qui in canonicum noſcitur eſſe receptus.

Idem Canonicis regularibus, & monachis Eboraceñ. Archiepiſcopo. † *Cap. 12.* † *forte Archiepiſcopatus.*

AVARITIAE, quæ eſt idolorum ſeruitus, ij debent radicem ſtudioſius extirpare, qui ſęculi vanitatibus renuntiantes, domino elegerint in religionis habitu militare. c.10.e. Intelleximus autẽ, quod in eccleſijs veſtris, de quibus certas penſiones conſueuiſtis percipere, portiones, vel antiquos redditus minoraſtis; quos nulli ante tempora venerabilis fratris noſtri R. Eboraceñ. Archiepiſcopi A. S. L. & etiam poſtquam eſt Archiepiſcopatum adeptus, clerici habuerunt. Vnde quoniam hoc ex radice auaritiæ, & cupiditatis procedit, quam debetis modis omnibus euitare: veſtræ f. per A. s. p̃. m. qua. ſi quas portiones, vel antiquos redditus clericorũ indebite ſine conſenſu, vel conſilio præfati Archiepiſcopi, poſtquam ipſe Archiepiſcopatũ habuerit, minuiſtis, vel parochias diuiſiſtis, eas ad integritatem priſtinam reuocetis, & rationabiles, & antiquas penſiones clericorũ, qui debent altaribus deſeruire, integras eas, & illibatas ſeruetis, & in eccleſijs, de quibus certas penſiones ſoliti eſtis percipere, portiones, vel antiquos redditus, quos nulli clerici ante tempora ipſius Archiepiſcopi, & poſt quam adeptus eſt Archiepiſcopatum, habuerant, nullatenus pręſumptione temeraria minuatis, nec parochias eccleſiarum auctoritate veſtra diuidere aliquatenus præſumatis.

Idem Præpoſito, & canonicis Inſilenſis. *Cap. 13.*

SIGNIFICATVM eſt nobis, quod cuidam ſacerdoti præbendam vnam in eccleſia veſtra communi volun tate dediſtis, ita quidem, quod miſſam de Sancta Maria, niſi corporis ſit grauatus infirmitate, debeat cotidie celebrare; qui eccleſiam veſtrã, non niſi tam communi præpoſiti, quam capituli conſenſu poteſt dimittere, nec cuiquã c.11.e.

præbendæ

prębendę illius anniuerſarium delegare; quã ſiquidem inſtitutionē eatenus cõfirmamus; vt prędictus ſacerdos eccleſiæ memoratæ, niſi infirmitate corporis fuerit impeditus, aſſidue debeat obſequium ſuum impendere,& quanto frequentius poteſt, ſalua honeſtate ſua,& debita deuotione miſſarum ſollemnia celebrare; nec liceat ſibi hoc illi, ſe ad aliã eccleſiam transferendo, aut voluptatis cauſa, ſubtrahere.

Idem Wigor. Epiſcopo. pars c. Meminimus. *Cap.* 14.

c.11.&. DE monachis autẽ, qui vicarios parochialium eccleſiarum in tãtum grauant, vt hoſpitalitatem tenere non poſsint, nec honeſtã ſuſtentationem habere, eam curam, & prouidentiã habeas, quod ad præſentationẽ monachorum nullum recipias, niſi ei tantum de beneficijs eccleſiaſticis coram te fuerit aſsignatũ, vnde iura Epiſcopalia poſsit perſoluere,& congruam, atq. ſufficientem ſuſtentationem habere. Illis autem ſacerdotibus, quibus a te, vel prædeceſſoribus tuis in eccleſijs monachorum cura eſt animarum commiſſa, eam ſubtrahere poteris, niſi ipſis a monachis honeſta,& ſufficiens ſuſtentatio fuerit aſsignata.

DE CLERICO AEGROTANTE, & debilitato. Tit. vj.

Gregorius ad Candidum Epiſcopum de vrbe viteri. *Cap.* 1.

De cler. ægr. c. 1. CVM percuſsio corporalis &c. & infra. vſque quod abſit, offenſa reſpiciat. Et quia cum præſentium lator calumnioſus pro hac percuſſione, quam ſuſtinet, cõſueta ſibi commoda ab eccleſia veſtra aſſerit negari: idcirco fraternitatem tuam præſentib. hortamur epiſtolis, quatenus nihil † eum ad percipienda beneficia, quæ conſueta ſunt, hęc ægritudo debeat impedire, quia diuerſis in eccleſia militantibus varia ſicut noſtis, ſæpe contingit infirmitas; & ſi hoc fuerint exemplo deterriti, de cetero nullus, qui eccleſiæ militet, poterit inueniri. Sed ſecundum loci eius ordinem, quæcumq. ei, ſi ſanus eſſet, poterant miniſtrari, de ipſa exiguitate, quæ eccleſiæ poteſt accedere, f. tua diuini contemplatione iudicij ægrotanti præbere non deſinat.

† al. niſi.

Eugenius Papa locell. Archiepiſcopo. *Cap.* 2.

PRESBYTERVM, cuius duos digitos cum medietate palmæ a prædone abſciſſos eſſe ſignificaſti, miſſam celebrare non permittimus, quia nec ſecure propter debilitatem, nec ſine ſcandalo propter membri deformitatem hoc fieri poſſe cõfidimus. ipſum autem ceteris officijs ſacerdotalibus fungi minime prohibemus.

Lucius iij. pars c. ad aures. *Cap.* 3.

DE rectoribus eccleſiarum lepræ macula vſque adeo infectis, quod altario nulla poſſunt ratione ſeruire, nec ſine magno ſcandalo illorum, qui ſani ſunt, eccleſias ingredi, hæc tuã volumus fraternitatem tenere, quod eis dandus eſt coadiutor, qui curã habeat animarum, & de facultatibus eccleſiæ ad ſuſtentationem ſuam congruam recipiant portionem. c. 3 &.

DE INSTITVTIONIBVS. Tit. vij.

Alexander iij. Cantuar. Archiepiſc. & eius ſuffraganeis. *Cap.* 1.

EX frequentibus querelis perſonarũ ſatis manifeſte didicimus, in partibus veſtris conſuetudinem prauam admodum,& enormem, etiam ſanctorum patrum conſtitutionibus omnimodo contrariam, a multis retro temporibus inualuiſſe; quod videlicet clerici cæca cupiditate ducti eccleſias, & eccleſiaſtica beneficia ſine aſſenſu dioeceſani Epiſcopi, vel officialium ſuorũ, qui hoc de iure poſſunt facere, recipiũt minus, quam deceat, ſollicite cogitãtes, quomodo id a ſanctorum patrum inſtitutionibus eſt alienum, & eccleſiaſticæ contrarium honeſtati. Vnde, cum tu frater Archiepiſcope, ex officio commiſſę tibi ſollicitudinis, tam iniquam cõſuetudinem de prouincia tua velis, ſicut debes, extirpare radicitus, tam in clericos illos, qui eccleſias, vel eccleſiaſtica beneficia de cetero taliter occupata ſcienter detinent, quam in ipſos, qui eccleſias, vel eccleſiaſtica beneficia de cetero taliter occupata ſciẽter detinẽt, quam in ipſos, qui eccleſias, vel eccleſiaſtica beneficia decetero taliter occupare pręſumpſerint, ſicut ex litteris tuis intelleximus, excõmunicationis ſententiam protuliſti. Nos itaq. eandem ſententiam firmam, & ratam habentes, eamque Apoſtolica auctoritate cõfirmantes, per A. s. m. qua. ſinguli veſtrum ſententiam in ſuis Epiſcopatib. ſaltem quater in anno innouantes, eam contrad. & ap. ces. faciatis inuiolabiliter obſeruari, nec clericos ipſos, qui ſententiam ipſam incurrerunt, † niſi congrue ſatisfecerint, & a præſumptione ſua omnino deſtiterint, abſoluere præſumatis. De inſti tut. c. 1.

† al. meruerũ.

Idem Londoñ. Epiſcopo. *Cap.* 2.

AD

Non ponitur. Poſt cõ. Lat. par. 24. c. 11. AD aures noſtras noueris perueniſſe, quod quidam Archidiaconi, te inconſulto contra conſuetudinem eccleſię tibi commiſſæ perſonas inſtituunt in eccleſijs, & ſic in eccleſijs, vel earum portionibus nunc filios, nunc alias perſonas, & vicarios inſtituere nõ verentur. Volentes itaq. pro noſtri officij debito in irritum deducere, quod contra iuris ordinem attemptatur; auctoritate Apoſtolica tibi duximus indulgẽdum, vt ſi idem Archidiaconi poſt prohibitionem tuá ipſis inde factam, inſtituerunt ſine mandato, & auctoritate tua aliquos in eccleſijs, in quibus patres eorum proximo miniſtrare noſcuntur, aut perſonas alias, vel vicarios, cum idem ſit canonicæ ſanctioni contrarium, liberum tibi ſit, nullius contrad. vel ap. obſt. inſtitutiones huiuſmodi penitus irritare, & taliter inſtitutos ab eccleſijs remouere.

Idem Helieñ. Archidiacono. *Cap.* 3.

Non ponitur. CVM ſatis ſit abſurdum, & ſanctorum patrum inſtitutionibus alienum, vt Archidiaconi auctoritate propria debeant cuilibet curam eccleſiarum committere; ægre nimis ferimus, quod tu ſine mandato Epiſcopi tui perſonis curam animarum committis. Quoniam igitur obtentu alicuius cõſuetudinis nõ debes ſanctorum patrum inſtitutiones trãſgredi; &, quod ad tuum non ſpectat officiũ, vendicare: ideo mandamus, vt nemini de cetero ſine licentia, & mandato Epiſcopi tui, curam animarum committere præſumas.

DE CONCESSIONE PRAEBENdæ eccleſiæ non vacantis. Tit. viij.

Gelaſius Papa ad Romanos. *Cap.* 1.

De cõc. præb. &c. QVI in viuorum locum sacerdotum ponuntur, hoc ipſo ſecundũ canones ſunt ab eccleſiaſtica cõmunione pellendi, quo ſe paſſi ſunt ſucceſſores viuis ſacerdotib. adhiberi.

Ex concilio Lateranen. *Cap.* 2.

c. 2. &. NVLLA eccleſiaſtica miniſteria, ſeu etiã beneficia, vel eccleſiæ alicui tribuantur, ſeu permittantur, ante quam vacent; ne deſiderare quis mortem proximi videatur, in cuius locum, & beneficium ſe crediderit ſucceſſurum. Cum n. ipſis etiam gentilium legibus inueniatur inhibitum; turpe eſt, & diuini plenum animaduerſione iudicij, vt locum in eccleſia Dei futuræ ſucceſſionis expectatio habeat; quam ipſi etiam gentiles homines condemnare curauerunt. Cũ vero prębẽdas eccleſiaſticas, ſeu quęlibet officia in aliqua eccleſia vacare cõtigerit, vel ſi etiá modo vacant, non diu maneant in ſuſpenſione, ſed infra vj. menſes perſonis, quæ digne miniſtrare valeant, conferantur. ſi autem Epiſcopus, vbi ad eum ſpectat, conferre diſtulerit; per capitulum ordinetur. quod ſi ad capitulum pertinuerit, & infra pręſcriptum terminum hoc nõ fecerit, Epiſcopus ſecũdum Deum hoc, & cum religioſorum virorum conſilio exequatur; aut ſi omnes forte neglexirint, metropolitanus de ipſis ſecũdum Deum abſq. illorum contradictione diſponere.* Et quę † honeſtatis decorem deformant, & canonũ probantur ſanctionibus obuiare, penitus ſunt euellenda, & falce Apoſtolicæ moderaminis reſecanda. Vnde quia eccleſiæ viuentibus perſonis alijs conferri non debent: conſul. t. taliter reſpondemus, vt ſi quas conceſſiones eccleſiarum tui Epiſcopatus viuentibus perſonis factas eſſe conſtiterit, & ſuper hoc ventum fuerit ad iudicium, eas auctoritate noſtra in irritum reuoces, & friuolas, & vanas eſſe decernas. * diſponat ſcribendũ. † Ea, quæ. &c. Poſt cõ. Lat. par. 15. c. 11.

DE IIS, QVAE CONCEDVNtur ab Epiſcopo ſine conſenſu clericorum. Tit. ix.

Ex concilio apud Valentiam. *Cap.* 1.

IRRITA erit Epiſcoporum donatio, vel venditio, vel cõmutatio rei eccleſiaſticę abſq. collaudatione, & ſubſcriptione clericorum. De iis, quę ſi. a pręl. c. 1.

Alexander iij. NorWiceñ. Epiſcopo. *Cap.* 2.

CONTINEBATVR &c. & infra. Conſul. t. taliter reſpondemus, quod conceſſio decimæ ab Abbatiſſa prius facta, ſi conuentu ſciente, & non contradicente facta eſt, robur firmum debet habere. Verum, ſi pręfata Abbatiſſa, ignorante conuentu, aut cõtradicente prius prędicto H. decimam ſuam cõceſſit, & non poſt multum tempus de aſſenſu conuentus eandem decimam memorato H. dedit; ſecunda conceſſio debet præiudicare priori. c. 1. &. c.

Alexander iij. Vigor. Epiſcopo. *Cap.* 3.

c. 3. &. CVM nos iam pridem, ſi bene meminimus, tibi per litteras noſtras indulſerimus, vt, ſi Io. prædeceſſor tuus reclamante capitulo eccleſiæ tuę Abbati, & fratrib. de Oſeneia, eccleſiam de Braia contulit, eã tibi reuocare liceret; iam dictis fratribus, ſicut aſſeris, litteras noſtras indulſimus, vt ipſis eccleſiam iam dictam dimitteres pacifice poſſidendam, immemores exiſtentes illius ſcripti, quod ſuper hoc tibi fuerat indultum. licet autem hoc tibi indulſerimus: prudentiam tuá mo. & hor. attentius,

attẽtius, quæ diuino intuitu, & pro reuerẽtia beati Petri, & noſtra, eccleſiam ipſam, ſi quo quo modo ſine graui detrimento eccleſiæ tuę fieri poteſt, iam dictis fratrib. in pace, & quiete dimittas, quia decet prouidentiam tuã ad commodum, & profectum religioſorum locorum intendere; & quod idem prædeceſſor tuus pietatis ſtudio fecit, ratum, & firmũ habere. Si autem eandem ipſis eccleſiam dimittere forte non poteris, non obſtantib. litteris, quas prædicti fratres ſuper hoc impetrauerũt, ſcriptum tibi exinde indultum in ſua volumus ſtabilitate conſiſtere; quoniam certum eſt de rigore iuris conceſsionem illam non tenere, ſi reclamante capitulo per eundẽ prædeceſſorem tuum, ipſam conſtat factam fuiſſe, niſi idem capitulum conceſsionem ipſam ratam poſtmodum habuiſſet.

Idem Hieroſolym. Patriarchæ. *Cap. 4.*

c. 4. e. NOVIT plenius, ſicut credimus, tuæ diſcretionis prudentia, qualiter tu, & fratres tui vnum corpus ſitis, ita quidem, quod tu caput, & fratres tui membra eſſe probentur. Vnde non decet, te omiſsis membris, aliorũ conſilio in eccleſiæ tuæ negotijs vti; cum id non ſit dubium, & honeſtati tuæ, & ſanctorum patrum inſtitutionibus contraire. Innotuit ſiquidem auribus noſtris, quod tu ſine conſilio fratrum tuorum Abbates, & Abbatiſſas, & alias eccleſiaſticas perſonas inſtituis, & deſtituis, non conſiderans, nec attendens, quomodo te non ſit dubium ſtatuta ſacrorũ canonum tranſgredi, cum in huiuſmodi cauſis clericorum, & laicorum circa te commorantium, qui de corpore ipſius eccleſiæ non ſunt, potius quam fratrum tuorum conſilio inducaris. Inde eſt, quod diſcretioni tuæ auctoritate Apoſtolica prohibemus, ne Abbates, Abbatiſſas, vel alias eccleſiaſticas perſonas ſine cõſilio, & aſſenſu prioris, & fratrum tuorũ canonicorũ ſancti ſepulchri, inſtituere vel deſtituere aliqua ratione de cetero præſumas. Quod ſi forte, quod nõ credimus, cõtra prohibitionẽ noſtrã attẽptare præſumpſeris, nos tales inſtitutiones, & deſtitutiones, ſi quas amodo feceris, auctoritate Apoſtolica caſſamus, & omni robore, & ſtabilitate carere decernimus.

Idem eidem. *Cap. 5.*

c. 5. e. QVANTO maiori dignitate dante domino præmines, tanto decet amplius, & oportet, te in omnibus eam diligentiam, & grauitatem habere, qua omnia videaris ſine nota, & reprehenſione peragere, & laudabiliter iniunctæ tibi ſollicitudinis officiũ diſpenſare. Audiuimus autem, vnde mirati ſumus, ſicut mirari merito poteramus, quod in conceſsionibus, & confirmationibus omiſsis canonicis eccleſiæ tuę, conſilium clericorum, & laicorum circa te commorantium, qui nõ ſunt de corpore ipſius eccleſiæ, interdum, immo ſæpe requiris; & in eiſdem conceſsionibus, & confirmationibus iuxta eorum conſilium, & voluntatem procedis. & in priuilegijs etiam, quod tuam prorſus dedecet honeſtatem, ad maiorem auctoritatem, & certitudinem, nomina fratrum tuorum, qui abſentes fuerint, tãquam ſi præſentes fuiſſent, facis ſubſcribi. Quia igitur non decet prudentiam tuam, in negotijs tibi commiſſæ eccleſiæ conſilium fratrum tuorum poſtponere, cum quib. vnũ exiſtere comprobaris; f. t. per A. s. p̃. m. quatenus in conceſsionibus, confirmationibus, & alijs euiſdem eccleſiæ negotijs, fratres tuos requiras, & cum eorum conſilio, vel ſanioris partis negotia eadem peragas, & pertractes, & quæ ſtatuenda fuerint, ſtatuas, & errata corrigas, & euellenda diſsipes, & euelles. Nec abſentium fratrum nomina inſcribi aliquatenus facias, quia talia monimenta irrita ſunt, & falſa, & tu exinde quæſtionem falſi poteris non immerito formidare. Nos n. vniuerſa priuilegia, in quibus abſentium fratrum nomina, ipſis ignorantibus, vel abſentibus ſubſcripta ſunt, vel amodo deſcribentur, irrita eſſe decernimus, & nullius firmitatis robur habere cenſemus.

DE IIS, QVAE FIVNT A MAIORI PARTE CAPITVLI. Tit. X.

Ex concilio Lateranẽ. *Cap. vn.*

CVM in cunctis eccleſijs, quod pluribus, & ſanioribus fratribus viſum fuerit, incũctanter debeat obſeruari: graue nimis eſt, & reprehenſione digniſsimum, quod per quaſdam eccleſias pauci quandoq; non tam de ratione, quam de propria voluntate ordinationem multorum impediunt, & ordinationem eccleſiaſticam procedere nõ permittũt. Quo circa præſenti decreto ſtatuim⁹, vt niſi a paucioribus. & inferiorib. aliquid rationabiliter obiectũ fuerit, & oſtenſum; ap. re. præualeat ſemper, & ſuũ cõſequatur effectũ, quod a maioris, & ſanioris parte conſilij fuerit conſtitutum. nec cõſtitutionem noſtram impediat, ſi forte aliquis ad ſeruandam eccleſiæ conſuetudinem, ſe iuramento dicit eſſe aſtrictum; non n. dicenda ſunt iuramenta, ſed

De iis, quę fiũt a ma. p. ca. c. 1.

ſed potius periuria, quæ contra eccleſiaſticã vtilitatem, & ſanctorum patrum inſtituta veniunt. Si quis autem huiuſmodi conſuetudines, quæ nec ratione iuuantur, nec ſacris cõgruunt inſtitutis, iurare præſumpſerit, donec condignam egerit pœnitentiam, a perceptione dominici corporis exiſtat alienus.

DE REB. ECCLESIAE ALIENANDIS, vel non alienandis. Tit. xj.

Ex conc. Lugdun. Cap. 1.

De reb. eccl. c. 1. NON liceat Epiſcopo, nec Abbati terram eccleſiæ vertere ad aliam; quamuis ambæ ſint in eius poteſtate: tamen ſi cõmutare voluerint terras eorũ cum conſenſu amborum faciant.

Ex eodem. Cap. 2.

c. 2. e. QVI res eccleſiæ petunt a Regibus, & horrendę cupiditatis impulſu egentium ſubſtantiam rapiũt; irrita habeantur, quæ optinent, & a cõmunione eccleſiæ, cuius facultatem auferri cupiunt, excludantur.

Ex concilio Toletano. Cap. 3.

c. 3. e. CONSENSVS totius concilij diffiniunt; vt ſacerdotes, qui aut res ſuas eccleſię relinquunt, aut nil habentes, aliqua tamen prædia, aut familias eccleſijs ſuis conquirũt, liceat illis aliquos de familijs eccleſiæ euiſdẽ manumittere, iuxta rei collatæ modũ, quem antiqui canones decreuerunt, ita vt cum peculio, & poſteritate ſua, ſi ingenui ſunt, ſub patrocinio eccleſiæ maneant, vtilitates iniunctas ſibi, iuxta quod potuerint, proſequẽtes.

Ex concilio apud Siluan. Cap. 4.

c. 5. e. NVLLI liceat alienare rem immobilem eccleſię, ſiue agrum, ſiue ruſticũ mancipium, ſiue domum, ſiue ortum; nec creditorib. ſpecialis hypothecæ titulo obligare. Alienationis autem verbum contineat condicionem, donationem, permutationem, & emphyteuſis perpetuum contractum, ſed omnes ſacerdotes ab huiuſmodi alienatione abſtineant, pœnas timentes, quas Leonina conſtitutio minatur.

Ex concilio Toletano. Cap. 5.

c. 4. e. EPISCOPI, qui nihil ex proprio ſuo eccleſiæ conferunt, liberos ex familijs eccleſiæ ad condemnationem ſuam facere non præſumant. Impium n. eſt, vt qui res ſuas eccleſiæ Chriſti non contulerit, damnum eccleſię inferat. Tales igitur liberos ſucceſſor Epiſcopus abſq. aliqua oppoſitione ad ius eccleſiæ reuocabit.

Symmachus Papa. Cap. 6.

SI quis presbyterorum, diaconorum, ſeu defenſorum alienanti prædium eccleſiæ ſubſcripſerit, quo iratus Deus animas percutit, anathemate feriatur, ſeruata, quam præmiſimus, in alienatorẽ vindicta; niſi forte & alienator ſibi, dum repetit, & qui acceperit, celeri reſtitutione proſpexit. quod ſi minorem animæ ſuæ curam quiſquam remedium oblatũ forte neglexerit, ſuper ea pœnarũ genera, quę ſuperius tenentur adſcripta, cõtra fas, ſi quod præceptum † fuerit documentum, vniuerſis viribus ſuis, quãuis ab initio nullas vires habuerit, efferetur. Sed etiã liceat quibuſcumq. eccleſiaſticis perſonis vocem cõtradictionis offerre, & eccleſiaſtica auctoritate fulciri, ita vt cum fructibus poſsint alienata repoſcere. Huius autem cõſtituti legem in Apoſtolica tantum volumus ſede ſeruari, vniuerſis eccleſijs per prouincias, quæ propoſito religionis conuenire rectores earum viderint, more ſeruato. c. 6. e. † al. cõceptũ.

Alexander iij. Wigor. Epiſcopo. Cap. 7.

c. 7. e. AD aures & intra illas vero terras, quæ de ſiluis extirpatæ ſunt, arabiles factæ, eas hereditario iure ſub annuo cenſu poteris cõcedere tenendas, a quibus ipſas, ſuo, vel parentum ſuorum labore conſtiterit fuiſſe extirpatas, niſi forte alijs poſſent ad maiorem tuæ eccleſiæ vtilitatem, cum eodem onere, & labore conferri.

Idem. Cap. 8.

DE poſſeſsionibus autem laicis ſub modico cenſu conceſsis, nouerit tua fraternitas; quod ſi eccleſia tua læſa eſt, & manifeſte appareat detrimentum, cum Epiſcopo deteriorem ipſius eccleſiæ condicionem facere non licuerit, & eccleſia iure minorum ſemper debeat illæſa ſeruari, quæ in damnum ipſius data conſtiterit, ad ius ipſius conuenit, proprietatemque redire. prouidendum eſt tamen, ne ſi forte colonus poſſeſsiones illas expenſis, ac labore ſuo reddiderit meliores, ſumptib. quos bono animo fecit, debeat defraudari. Non ponitur. Poſt cõ. Lat. par. 29. c. 7.

DE PRECARIIS. Tit. xij.

Ex concilio apud Beluacum. Cap. 1.

De prec. c. 1. PRECARIAE de quinquennio in quinquẽniũ ſecundũ antiquam conſuetudinem, & auctoritatem renouentur.

Ex concilio Carthaginenſi. Cap. 2.

c. 2. e. DE precarijs quoq. quæ a rectoribus eccleſiarum irrationabiliter fiebãt, & ſe, ſuoſq. ſucceſſores pœna graui obligabant, vt facta ipſorũ nequiuiſſent abſoluere, præcipimus;

vt nemo ſucceſſor in anteceſſoris ſui pœnam ſit obligatus, ſed ſuę prudentię ſit cōceſſum, vt ſi anteceſſor eius res eccleſiæ irrationabiliter diſtribuerit, ab eo ad ius eiuſdem eccleſiæ reuocentur.

COMMODATI. Tit. xiij.

In exodo. Cap. 1.

Non ponitur.

SI quis commodauerit proximo ſuo bouem, aſinum, & ouem, & omne iumentum ad cuſtodiam; & mortuum fuerit, aut debilitatum, vel captum ab hoſtibus, nulluſque hoc viderit; iuſiurandum erit in medio, quod nō extenderit manum ad rem proximi ſui; ſuſcipietq. dominus iuramentum, & ille reddere non cogetur. Quod ſi furto ablatum fuerit, reſtituet damnum domino; ſi comeſtū a beſtia, deferat ad eum, quod occiſum eſt, & nō reſtituet. qui a proximo ſuo quidquā poſtulauerit horum mutuū, & debilitatum, aut mortuum fuerit domino non præſente, reddere conpelletur, quod ſi in præſentia fuerit dominus, non reſtituet, maxime ſi conductū fuerit pro mercede operis ſui.

In exodo. Cap. 2.

Non ponitur.

SI quis commodauerit amico ſuo pecuniā, aut vas in cuſtodiam; & ab eo, qui ſuſceperat, furto ablata fuerint: ſi inuenitur fur, duplum reddet, ſi latet, dominus domus applicabitur ad Deos, & iurabit, quod non extenderit manum ſuam in rem proximi ſui ad perpetrandam fraudem, tam in boue, quam in aſino, & oue, ac veſtimento, & quidquid damni inferri poteſt, ad Deos vtriuſq. cauſa perueniet, & ſi illi iudicauerint, † duplum reſtituet proximo ſuo.

† al. vicerint. al iudic.

DEPOSITI. Tit. xiiij.

Greg Sereno Epiſcopo Anconitano. Cap. 1.

Non ponitur.

VIR Reuerentiſsimus Paſsius Epiſcopus indicauit nobis argentum a deceſſore eccleſiæ tuæ Fabiano apud Serenū diaconū tuum pro tēporis qualitate eſſe depoſitum; cuius parte reſtituta partem aliquam apud eum aſſerit retinere, & reſtituere quadā excuſatione differre. proinde te hortamur, vt eum admoneas, quatenus, quod accepit, ſine cūctatione reſtituat; aut ſi qua excuſatione excuſare ſe confidit, inter eum, & actores Firmanę eccleſię cognoſcere debeas, & finire; ne ipſe diaconus pati præiudicium, nec præfata eccleſia iniuſte damnum valeat ſuſtinere.

Alexander iij. Lugdun. Epiſcopo. Cap. 2.

De depoſ. c. 1.

GRAVIS illa, & odibilis querimonia, quę vſque ad nos ſuper depoſito tuo, tibi hactenus denegato peruenit, duplici nos anxietate præſtringit, eo quod tibi in hoc, & deeſſe non poſſumus, & adeſſe, prout velles, efficaciter nō valemus. Cum n. nō conſtet nobis pecuniam tuam, quam ille vir Beliial impia, & deteſtabili ſurreptione furatus eſt, in vtilitates eccleſiæ conuerſam, non debemus de iure, nec poſſumus contra canones † eiuſdem eccleſię præciſe intemptare miſsionis inſtantiam, vt tibi eandem reddant, perſonę, vt dicunt, non eccleſiæ cōmendatam. Quo circa diſcretioni tuæ conſulimus, & in æternæ caritatis diligētia ſuademus, vt in raptore in illum, & furem, tuam interim dirigas actionem, eo quod, vt audiuimus, loculos habet; & ea, quæ tibi ſunt ſubrepta, portauit. nam & nos ipſi venerabilib. fratrib. noſtris Senoñ. Archiepiſc. A. S. L. & Pariſienſi Epiſcopo dedimus in mandatis, vt iniquū ſub dariis quæſtionibus ad rationem ponant, & etiam ſi oportuerit, vinculis macerent alligatum, & affligāt; vt cogatur bene ligatus reddere, quod male diſſolutus auſus eſt aſportare. Ceterum circa eccleſiam illam affectum te habere volumus, vt nil ab ea requiras indebitum, ſi autem cum eis amicabiliter poteris, redditauum perceptione paciſci, noueris id nobis acceptū.

† canonicos. Greg. 9.

DE EMPTIONE, ET VENDItione. Tit. xv.

In Leuitico. Cap. 1.

Non ponitur.

SI attenuatus frater tuus vendiderit poſſeſsiunculam ſuam, & voluerit propinquus eius poſt redimere, quod ille vendiderat, ſi autē non habuerit proximum, & ipſe pretium ad redimendum poterit inuenire, conputabuntur fructus ex eo tempore, quo vendidit, & quod reliquum eſt, reddet emptori, ſicque recipiet poſſeſsionem ſuam.

Ex concilio apud Alumnas. Cap. 2.

De emp. & vēd. c. 1.

PLACVIT, vt presbyteri ſuas plebes admoneant, vt ipſi hoſpitales ſint, & nihil carius vendant tranſeuntibus, niſi quantum in mercato vēdere poſsint, quod ſi carius vēdere voluerint, ad presbyterum tranſeuntes hoc referant, vt illius iuſſu cum humanitate eis vendant.

Ex concilio Magont. Cap. 3.

c. 1. a.

VT mēſuræ, & pondera iuſta fiant, ſicut in diuinis legibus cenſitum † eſt, & in capitulari domini * continetur, & iſte ſacer cōuentus ſtatuit ſic, omnib. nobis obſeruare placet, & ſi

† ſancitum. * Karoli dueſ.

& ſi quis iuſtas menſuras, & iuſta pondera lucri cauſa mutare præſumpſerit, xx. dies in pane & aqua pæniteat.

Alexander iij. Atrebaten. Epiſcopo. Cap. 4.

Cum qui c. 3. e. CVM dilecti filij noſtri Beluacenſes canonici contra religioſos viros Abbatem, & fratres Caroli loci proponerent, quod ſiluã, quę nigra vallis dicitur, a quibuſdam eorum ignorante capitulo x. libris, xl. marchas tunc valentẽ cõparaſſet, poſt multas cõmiſsiones, tãdem cauſam ipſam venerabili fratri noſtro Morienſi Epiſcopo, & dilecto filio Decano Remenſi ſub certa forma cõmiſimus terminandam, adijcientes in litteris, quod ſi vterq. eiuſdem cauſę cognitioni intereſſe nequiret, alter adhibitis ſibi viris prudentib. & honeſtis in eodem negotio procedere non differret. Cum itaq. Decanus partes ad ſuam propter hoc præſentiam conuocaſſet; Abbas, & monachi non ad agẽdum, vel reſpondendũ, ſed ad quærendum dilationes, nuntios deſtinarunt, aſſerentes, quod ad nos miſerant, & ad audientiam noſtram appellarunt. Verum quia in litteris appellatio remota fuerat, Decanus in illius cauſæ cognitione proceſsit, & cum ei per teſtes canonicorum Beluacen. conſtitiſſet, quod prædicti fratres ſiluam minus dimidiã iuſti pretij conparaſſent, venditionem non tenere, & ſiluam ipſam Beluacenſi adiudicauit eccleſiæ, & canonicos in poſſeſsionem induxit. Nũtijs igitur vtriuſq. partis in noſtra propter hoc pręſentia conſtitutis, dum ex parte canonicorum inſtanter, & ſollicite ſententia peteretur auctoritate Apoſtolica confirmari, habita deliberatione cum fratribus noſtris, & alijs ſapientibus viris, qui legibus iurati iudicant, eandem ſentẽtiam iuri contrariam intelleximus, quia in arbitrio emptoris eſt, ſi velit, ſupplere, aut vẽditionem reſcindere, cum res minus dimidia iuſti pretij comparatur. Ea propter ſententiã de communi conſilio fratrum, & prædictorum ſapientium irritantes, poſſeſsionem monachis iudicauimus eſſe reddendã, ſalua omni quæſtione ſuper deceptione pretij, vel cõſenſu capituli in venditione non habito, & alia * rationabili, quam canonici contra monachos duxerint proponendam.

* cauſa Greg. 9

DE RER. PERMVTATIONE. tit. xvj.

Ex concilio apud Siluan.

De rer. perm. c. 1. SI princeps voluerit rem immobilem ſanctis locis præſtare, & accipere ab eo aliam immobilem rẽ, & eo modo permutationem cõtrahere: liceat ei hoc facere diuina pragmatica ſanctione ab eo promulgata.

Ex concilio Beluacen. Cap. 2.

c. 2. e. VT commutationes rerum eccleſiaſticarum caueantur, & ſubtiliſsime inſpiciantur, ſi aliquo modo fieri debent. quæ autem inconſulte factæ ſunt, iuxta decretum canonis Hilarij Papæ, quas illicite deceſſor Epiſcopus admiſerit, vel ab alijs illicite commiſſæ ſunt, ab eo, qui ſucceſſor eſt, emendentur.

Ex concilio apud Siluan. Cap. 3.

MANCIPIA eccleſiaſtica cõmutari, niſi ad libertatem, non poſſunt; videlicet vt mancipia, quæ pro eccleſiaſtico homine dabuntur, in eccleſiæ ſeruitute permaneant, & eccleſiaſticus homo, qui commutatur, perpetua libertate fruatur. quod n. ſemel domino conſecratum eſt, ad humanos vſus iam transferri non poteſt. c. 3. e.

Ex eodem. Cap. 4.

INIVSTVM videtur, & impium; vt mancipia, quæ fideles viri, ſeu feminę pro remedio animæ ſuę Deo, & ſanctis eius conſecrarunt, cuiuſcumq. muneris mancipio, vel commutationis cõmercio, iterum ſæcularium in ſeruitutem redigantur. cum canonica auctoritas ſeruos fugitiuos tantummodo diſtrahi permittat, & ideo rectores eccleſiarum ſummopere caueant, ne vnius eleemoſyna alterius peccatum fiat, & eſt abſurdum, vt eccleſiaſtica dignitate ſeruus diſcedens humanæ ſit obnoxius ſeruituti. c. 4. e.

DE PIGNORIBVS. Tit. xvij.

Ex concilio Remenſi. Cap. 1.

NVLLVS presbyter præſumat calicem, vel patenã, vel pallium altaris, vel veſtimentum ſacerdotale, aut librum eccleſiaſti cum tabernario, vel negotiatori, aut cuilibet laico, vel feminę in vadiũ dare, niſi iuſtiſsima neceſsitate vrgẽte; ſicut Stephanus Papa, & martyr ſanctum Hilarium in ſuis decretalibus docuit. De pign. c. 1.

Gregorius Sacratio defenſori. Cap. 2.

LATOR præſentiũ &c. & infra. Quoniam & lex habet, vt homo liber pro debito non teneatur, ſi res defuerint, quæ poſſint (ei de † debito addici. c. 2. e.

† al. eidem.

Alexander iij. Exon. Epiſcopo. Cap. 3.

EX præſentium latoris inſinuatione accepimus, quod Alex. quondã ſacerdos de Oſcolon calicem argenteum, & medietatẽ vnius breuiarij eiuſdem eccleſiæ pro ſua neceſsitate pignori obligauit; & ea morte pręuẽtus c. 3. e.

 minime

minime recollegit. Vnde quoniam indignũ eſt, vt eidem eccleſiæ res ſuæ, & præſertim quæ ſacris myſterijs deputatæ ſunt, taliter debeant deperire: f.t. per A.s.p.m.qua.ſi verum eſt, quod aſſerit, filium eius Walterium, qui ex ſucceſsione ipſius patrimonij ius dicitur [illegible]inere, moneas diligenter, & cõpellas, vt res ipſas pignoratas recolligat, & eas eccleſiæ reſtituat. quod ſi facere noluerit, eum vinculo anathematis non differas coërcere.

DE FIDEIVSSORIBVS. Tit. xviij.

Hieronymus in parabolis. Cap. 1.

Non ponitur. FILI mi ſi ſpoponderis pro amico tuo, defixiſti animã tuã apud extraneum, illaqueatus es verbis oris tui, & captus proprijs ſermonibus. Littera patet, quia ſuadet ei, qui ſpopondent proximo ſuo, vt eũ ſollicitus admoneat, quaten⁹ reddita pecunia, quã debet creditori, ipſum, & ſe liberet.

Salomon in parabolis. Cap. 2.

Non ponitur. TOLLE veſtimentum eius, qui fideiuſſor extiterit alieni, & pro extraneis aufer ab eo pignus, & infra. Noli eſſe cum eis, qui defigunt manus ſuas, & qui vades ſe offerũt pro debitis. Si enim nõ habes, vnde reſtituas, quid cauſę eſt, niſi vt tollat operimentum de cubili tuo?

Ex concilio Carthaginen̄. Cap. 3.

De fideius. c. 1. CLERICVS fideiuſsionibus interueniens abiciatur.

Lucius iij. Helien̄. Epiſcopo, & Archidiacono NorWicen̄. Cap. 4.

PERVENIT ad nos ex tranſmiſſa nobis conqueſtione R. clerici de S. Albano, quod cum ipſe pro Helia, & Philippo clericis Lundon̄. ad eorum inſtantiam pro altero Helia videlicet in vj. & pro altero in vij. marchis argẽti mercatoribus Bon. fideiuſsit eis, ſicut vnus fide, & alter iuramento promiſerant; præſcriptam pecuniam non ſoluentib. coactus eſt creditoribus pro ipſis pecuniam, ſicut inter eos cõuenerat, exhibere. ✝ Ne igitur ſupradictus R. diſpẽdium patiatur, vnde videtur prę̃mium meruiſſe, vener. f. noſtro Bonon̄. Epiſcopo dedimus in mandatis, vt ſuper debitis illis inſtrumẽta, quæ ſunt apud creditores, inſpiciat, & eorum reſcripta ſuo ſigillo ſignata vobis mittere non poſtponat. Mandamus itaq. diſcretioni veſtræ, atque p̃. qua. ſi ex confeſsione prædictorum clericorũ, vel alias legitime vobis rem ita ſe habere conſtiterit, prædictos clericos moneatis, vt procuratori memorati R. pecuniam, quam pro eis ſoluit, dil. & ap. [illegible] reſtituant, ipſumq. ſeruent indemnẽ. Si vero ad veſtram cõmonitionem non egerint, vos auctoritate Apoſtolica freti, de eorum redditib. præſcripta debita faciatis ap. remota [illegible] ✝ ſolui, & damna, quæ idem R. propter hoc pertulerit, reſarciri, aut procuratori eius prædictos redditus aſsignetis, tamdiu ſine moleſtia detinendos, donec ipſa damna reſarcita fuerint, & debita ſine diminutione ſoluta. præfatos vero clericos, ſi religionem fidei, & iuramenti ſui eos violaſſe conſtiterit, ſub ap. ob. ab officio, & beneficio ſuſpẽdatis. Ceterum, quia nouis morbis noua conuenit antidota præparari: volumus, & mãdamus, vt ad veritatẽ eliciendam ap. re. præſtari faciatis ab vtraq. parte calumniæ iuramentum.

✝ al. ſoluere. — ✝ al. [illegible] rato ſorte.

Idem Cantuar. Archiepiſcopo. Cap. 5.

CONSTITVTVS in pręſentia noſtra dilectus filius noſter magiſter Stephan⁹, ſua nobis aſſertione monſtrauit, quod pro magiſtro P. Bleſenſi cãcellario tuo tempore Lateranen̄. concilij ad preces ipſius in xv. marchas ſterlingorum legalium, & communium interceſsit, quas quoniam vſq. modo debitor non perſoluit, iſte plurimas aſſerit a creditoribus moleſtias pertuliſſe, & antiquũ debitum plurimum augmentari. Vnde quia pro noſtro volumus officio prouidere, ne qui gratiam meruit, pœnam ſuſtineat: f.t.p A.s. p̃.m.qua. ſi legitime de huiuſmodi tibi aſſertione conſtiterit, præfatum P. vt eum a præſcripta interceſsione ſine dilatione prorſus abſoluas omni gratia, & timore poſtpoſito, nullius ap. ob. eccleſiaſtica diſtrictione cõpellas. Quia vero diuerſa experimenta morbor. varia nos compellunt remedia inuenire, pręſentium ſignificatione iniungimus, vt ſi pręfatus P. debitum, vel acceſsiones forte negauerit, cõſuetudine, quæ legi contraria eſt, nõ obſtante, iuramentum calumnię ſubire cogatur. Præterea quia difficile foret interceſſori teſtes in Angliam ducere; iudicib. Bon̄. ſatiſdatione idonea a P. accepta, quod ad teſtes audiendos vadat, vel mittat, infra terminum competentẽ, litteris tuis ſignifices, vt eos vice tua recipiant, examinent, & interrogent diligenter; & depoſitiones eorum tranſmittant incluſas; & ſignificent, quanta fides teſtib. vel inſtrumentis poſsit haberi. Ceterum ſi iã dictus P. citatus præſentiam tuam adire, vel iudicio ſtare cõtempſit: eũ infra triginta dies poſt harũ ſuſceptionem reddas beneficio alienum, & redditus eius in debitorũ ſolutionem

conuertas,

conuertas, quouſque fuerit debitoribus ſatis factum.

DE SOLVTIONIBVS. Tit. xix.

† Morin. Greg. 9 De ſolu. c. 1.

Alexander iij. Decano, & capitulo Moren. † c. 1.

AD hoc in Apoſtolicæ &c. & infra. Sicut filius debita patris, ita prælatus ſui prędeceſſoris pro eccleſiæ neceſsitate certa perſoluere tenetur.

DE DONATIONIBVS. Tit. xx.

Gregorius Aſclepiodoto Patricio Gallorum. c. 1.

De don. c. 1.

PRVDENTES &c. & infra. Hanc ſibi quodammodo nobilitas legem ponit, vt debere ſe, quod ſpōte tribuit, ęſtimet; & niſi in beneficijs ſuis creuerit, nil præſtitiſſe putet, & apud nobilium mentes ſemiplenum bonum videtur, quod ſine adiectione relinquitur.

Alexander iij. Epiſcopo Papienſi. Cap. 2.

c. 2. e.

FRATERNITATEM tuam credimus non latere, quod cum Epiſcopus, & quilibet pręlatus alius eccleſiaſticus eccleſiaſticarum rerum ſit procurator, nō dominus; condicionem eccleſiæ meliorare poteſt, facere vero deteriorem non debet; accepimus autem, quod bonæ memoriæ P. prædeceſſor tuus graues donationes, & oneroſas eccleſiæ in rebus Epiſcopatus ad quorundam inſtantiam fecit, in detrimentum eccleſiæ canonicis ſuis catholicis * incōſultis. Vnde quoniā donationes huiuſmodi de iure nō tenent, f. t. auctoritate Ap. indulgemus, vt donationes huiuſmodi, tam a clericis, quam a laicis tibi liceat legitime reuocare.

Idem. Cap. 3.

c. 3. e.

CETERVM, ſi Abbatem tuæ diœceſis donationem cum priore, & quibuſdam de conuentu ſuo, vel ſolum Abbatem facere contigerit; & pars conuentus poſtea reclamauerit, dat ę rei quantitas, & illius terræ conſuetudo, quæ tamen ſacris canonibus non manifeſte obuiet, eſt diligentius attendenda; & ſecundum hoc donum ratum, vel irritum iudicandum. Verum ſi alicui eccleſiæ poſſeſsio quęlibet interpoſita condicione donetur, nō poteſt a donatore poſtea reuocari, niſi forte tali ſit condicione collata, quod ea ceſſante poſſeſsio reuocari debeat.

DE PECVLIO CLERICOR. Tit. xxj.

Ex concilio Lateranē. Cap. 1.

De pec. cle. c. 1.

INVESTIGANDVM eſt, ſi nil patrimonij habēs presbyter, quādo promotus eſt ad eccleſiaſticū ordinem, & poſtea emerit prędia cuius iuris ſint, quoniam eccleſiæ, ad quam nil habens promotus eſt, eſſe debet, iuxta canonicam auctoritatem.

Ex concilio Arauſico. Cap. 2.

PRESBYTER cum diœceſim tenet, de ijs, quæ ſuperemerit, ad eccleſiæ nomen ſcripturam faciat, aut ab eius, quam tenet, eccleſiæ ordinatione diſcedat. c. 2. e.

Ex epiſtola Pij Papæ. Cap. 3.

VT vnuſquiſq. presbyter res, quas poſt dies conſecrationis acquiſierit, propriæ eccleſiæ relinquat. c. 3. e.

Ex dictis Auguſtini. Cap. 4.

EGO, qui in primis conceſsi clericis habere proprium, nūc dico: quiſquis clericus inuentus fuerit habēs proprium, non illi permitto, vt inde faciat teſtamētum, ſed delebo eum de tabula clericorum. Non ponitur.

Ex concilio Toletano. Cap. 5.

CETERVM presbyteri ſi poſt ordinationem ſuam aliquid acquiſierint, illud obſeruandum eſt, quod in canonibus de conſecratis, & nil habentibus conſtitutum eſt. Non ponitur.

Ex concilio Remenſi. Cap. 6.

INQVIRENDVM eſt, ſi aliquis presbyterorum de redditibus eccleſiæ, vel oblationibus, ac votis fidelium, alieno nomine res comparauerit, & ibi ſtructuras fecerit, vel quæ ad eccleſiam pertinent, ibidem collocauerit; quia ſicut nec ſuo, ita nec alieno nomine, presbyter fenus exercere debet, multo minus fraudem facere de facultatibus eccleſiaſticis: quoniam hoc ſacrilegium eſt, & par crimen Iudæ furis, qui ſacras oblationes aſportabat, & furabatur. c. 4. e.

Ex concilio Toletano. Cap. 7.

SI quis ſane clericorum agella, vel vineolas in terra eccleſię ſibi feciſſe probabitur ſuſtentādæ vitæ cauſa; vſq. ad diem obitus ſui poſsideat. Verum poſt ſuum de hac luce deceſſum, iuxta priorū canonum inſtitutiones, ius ſuum eccleſiæ reſtituat, nec teſtamentario, aut ſucceſſorio iure cuiquam heredū, pro heredumue relinquat, niſi forſitan cui Epiſcopus (ſeruitijs, ac præteſtatione † eccleſiæ largiri voluerit. c. 5. e.

† pro ſeruitijs, ac preſtatiōe.

DE TESTAMENTIS, ET VLTImis voluntatibus. Tit. xxij.

Gregorius in regiſtro. Cap. 1.

Greg. 9 Non ponitur.

TESTAMENTVM Baucadi quondam xenodochi, nunc vero Foreñ. Epiſcopi in ea, qua cōditū eſt, volumus firmitate perſiſtere.

Idem Anthemio ſubdiacono. Cap. 2.

 Quorum-

De teſt. c. 1. QVORVNDAM ad nos relatione peruenit; quod Inportunus Atelanæ ciuitatis Epiſcopus, dum de hac luce migraret, condito teſtamento in octo vncijs totius ſubſtantiæ ſuæ nurum ſuam inſtituit heredem, eccleſiam ſuam in reſiduis quattuor: hortamur ergo experientiam tuam, vt ſollicita inquiſitione diſcutias, & quidquid eccleſiæ ipſius eſſe patuerit, a qualibet perſona detineri nullatenus patiaris, niſi hoc ſolum, quod eũ ante Epiſcopatus ordinem propriũ habuiſſe conſtiterit. Quidquid vero, vel ante† eccleſiæ ipſius eſſe cognoueris, vel in Epiſcopatus ordine prædictũ Epiſcopũ acquiſiuiſſe, in eiuſdem eccleſiæ dominio conſeruetur. († al. Add. vel poſt.)

Gregorius. Cap. 3.

c. 2. c. QVIA ingredientibus, &c. & infra. Gabimana Abbatiſſa queſta eſt Syricam monaſterij ſui Abbatiſſam, poſtquã ſuſcepit officiũ regendi, condito teſtamento legata quibuſdam reliquiſſe, dicens eam vſq. in diẽ obitus ſui monaſticam veſtem non induiſſe, ſed in veſtib. quib. vtuntur loci illius presbyteri permanſiſſe, ſicut & illa, quę ante ipſam fuerat Abbatiſſa, & hoc pene ex conſuetudine licuiſſe. & infra. Neceſſarium ergo viſum eſt, tam cum conſiliarijs noſtris, quam cum alijs huius ciuitatis doctis viris, ſi quid eſſet de lege, tractaret, qui tractantes dixerũt, poſtquã Abbatiſſa ab Epiſcopo ordinata eſt, & monaſterio per annos plurimos vſq. ad obitum pręfuit, veſtis qualitatem ad culpã forte Epiſcopi pertinere, qui eam ſic eſſe permiſit, nõ tamen potuiſſe monaſterio præiudicium irrogare, ſed res ipſius eidẽ loco ex quo illuc ingreſſa Abbatiſſa conſtituta eſt, de iure cõpetere, & adeo ſi litigium oritur inter monaſteriũ, & xenodochium, cui reliquit, pręcipimus, vt quod legalis ſuaſerit ordo, diffiniatur.

Ex concilio Lateran. Cap. 4.

c. 7. c. CVM in officijs caritatis primo loco illi teneamur obnoxij, a quibus beneficium nos cognouimus recepiſſe; ecõtra quidam clerici, cum ab eccleſijs ſuis multa beneficia perceperint, bona tamen per eccleſiam acquiſita, in alios transferre pręſumũt. hoc igitur quia & antiquis canonibus cõſtat inhibitum; nos etiam inhibemus. Indemnitati igitur eccleſiarum prouidere volentes, ſiue inteſtati deceſſerint, ſiue alij cõferre voluerint, penes eccleſias eadem bona præcipimus remanere.

Alexander iij. pars c. Tua nos. Cap. 5.

c. 8. c. AD hæc præſentibus litteris tibi innoteſcat, quod clerici de mobilibus, quę per eccleſias ſunt adepti, de iure teſtari non poſſunt, viuentes tamen, & ſui cõpotes, moderate valent aliqua de bonis ipſis, non ratione teſtamẽti, ſed eleemoſynę intuitu erogare in ęgritudine conſtituti.

Idem Vigilenſi Epiſcopo. Cap. 6.

QVIA nos tua duxit prudentia conſulendos, vtrum clerici de mobilib. vel immobilibus poſſint condere teſtamentum: conſul. t. taliter reſpondemus: quod licet de ijs, quæ paternę ſucceſſionis, vel cognationis intuitu, aut de artificio ſunt adepti, ſeu dono conſanguineorum, aut amicorum ſuorum non habito reſpectu ad eccleſiam peruenerit ad ipſos, libere diſponere valeant, de ijs tamẽ, quę conſideratione eccleſiæ ſuæ perceperũt, nullum de iure poſſunt facere teſtamentum. c. 9. c.

Idem Salernitano Archiepiſcopo. pars c. Tua nos. & infra. Cap. 7.

AD hæc licet conſuetudo illa non ſit cõſona rationi, ſecundũ quam ſi clericus ſit a kal. Mar. vſq. ad kal. Nouembris deceſſerit, totũ fructum beneficij, quod debet annu illo percipere, ſecundum ſuam voluntatem largiatur: quia tamen in multis eccleſijs obſeruatur, eã ſatis in Epiſcopatu tuo poteris tolerare, pręſertim ſi clericus in deceſſu ſuo grauetur onere debitorum: illud eſt omnino rationi contrarium, vt vnus clericus in vna eccleſia, vel in diuerſis eccleſijs Archid. & alia dignitates obtineat, cum ſingula officia in eccleſijs aſſiduitatem exigant perſonarum. De preb. c. 13.

Idem Carnoten. Epiſcopo. Cap. 8.

ADMONET nos cura ſuſcepti regiminis, & auctoritas Pontificalis inducit, vt pro ſtatu eccleſiarum ſimus ſolliciti, & earũ profectib. & incrementis, integro ſtudio intendamus. Qua propter f. t. p A. s. p. m. quatenus auctoritate noſtra, & tua ſtatuas, & ordines; vt eccleſiaſticę perſonę tui Epiſcopat⁹ de ijs, quæ ſibi de earum bonis proueniunt, aut ratione ipſarum acceſſerint, nullum audeant condere teſtamentũ, ſed bona ipſis eccleſijs, prout iuſtum eſt, & canonicum cedãt. Si n. aliquæ de perſonis ipſis inteſtatę deceſſerint, bona, quæ ipſis pro eccleſijs aut ratione ipſarum acceſſerũt, nihilominus eccleſijs eiſdẽ cedere decernas. Sane de bonis illis, quę iure patrimonij, aut aliunde fauore perſonæ acquiſita ſunt, teſtandi liberam habeãt facultatẽ, nihilominus etiã ex parte noſtra, & tua vniuerſis eccleſiaſticis pſonis tui Epiſcopat⁹ ſub diſtrictione prohibeas, ne eccleſias tuæ diœceſis, ad ordinationẽ tuã pertinẽtes, abſq. tuo aſſenſu intrare audeant, aut detinere, aut te inconſulto dimittere. Quod ſi quis contra prohibitionem De reg. c. 14.

prohibitionē tuā venire præſumpſerit, in eū auctoritate noſtra, & tua fretus canonicam exerceas vltionem.

Idem Vbaldo Oſtienſi Epiſcopo, & Archiepiſc. & canonicis Velletren. Cap. 9.

De teſt. c.10. CVM eſſes frater Epiſcope in noſtra præſentia conſtitutus, diligenti nobis narratione propoſuiſti, talem in tuo Epiſcopatu conſuetudinē inoleuiſſe, quod teſtamenta, quæ fiūt in vltima volūtate ab ijs, qui poteſtatem habent ſuper alios, penitus reſcindūtur, niſi cū ſubſcriptione vij. aut v. teſtium fiāt; ſecundū quod humanæ leges decernunt. Quia vero a diuina lege, & ſanctorum patrum ſtatutis, & a generali eccleſię conſuetudine id eſſe noſcitur alienum; cum ſcriptum ſit: in ore duorū vel triū teſtium ſtet omne verbum, præſcriptam conſuetudinem penitus improbamus; & teſtamenta, quæ parochiani veſtri, coram presbytero ſuo, & trib. vel duobus alijs idoneis perſonis in extrema volūtate de cetero fecerint, firma decernimus permanere, & robur optinere perpetuæ firmitatis; ſub interminatione anathematis prohibentes, ne quis præſumptione qualibet, huiuſmodi audeat reſcindere teſtamēta. *Idē iudicib. Velletr. c.10*

c.11.e. RELATVM eſt aurib. noſtris, quod cum ad veſtræ diſcuſſionis examē aliqua ſuper teſtamentis relictis eccleſiæ cauſa deducitur, vos ſecundum humanā, & non ſecundū diuinam legem in ea vultis procedere, & niſi vij. aut v. idonei teſtes producti fuerint, omnino poſtponitis exinde iudicare. Vnde quia huiuſmodi cauſa de iudicijs eccleſię nō ſecūdum leges, ſed ſecundum canones debet tractari, & his diuina ſcriptura teſtante duo, aut tres idonei teſtes ſufficiunt; d.u. p A.s. p. m. quatenus cum aliqua cauſa ſuper teſtamētis eccleſiæ relictis ad veſtrū fuerit examen deducta, ea non ſecundū leges, ſed ſecundū decretorū ſtatuta tractetis, & tribus aut duob. legitimis teſtibus, quoniam ſcriptum eſt in ore d. vel. t. teſ. s. omne verbum.

Ex concilio Moguntiñ. Cap. 11.

c.6.e. SI heredes iuſſa teſtatoris non ad impleuerint, ab Epiſcopo loci illius omnis res, quę his relicta eſt, canonice interdicatur, cum fructib. & ceteris emolumētis, vt vota defuncti impleantur.

Gregorius. Cap. 12.

c.1.e. tat.Eet NOS ✝ quidem &c. & infra. Peruenit ad nos Stephanū de hac luce migrantē elogio ſupremæ voluntatis monaſteriū præcepiſſe fūdari, cuius deſideriū Theodoſia religioſa femina abreus dilatione protrahitur. Quāobrē experientiæ tuæ, vt prædictā feminā commoneas, quatenus infra annū monaſteriū, quod iuſſū eſt, debeat ordinare, & cūcta ſecundū volūtatē defūcti ſine altercatione cōſtruere. quod ſi infra prędictū tēpus, ſiue in loco, quo conſtitutū fuerat, ſeu certe ſi ibi non poteſt, & vbi placet ordinari, ſecū implere neglexerit; tunc per te ædificetur, & omnia per te loco ipſi venerabili ſine minutione aliqua ſocientur. ſic n. ſecundū pijſſimas leges dilatas defunctorū pias volūtates Epali ſupplere ſtudio decēs eſt.

Idem Petro ſubdiacono Siciliæ. Cap. 13.

IVDICARE &c. & infra, Cognoui autē Romano reſcripto, quia moriens vxor redēpti vnā conchulā argenteā nudis verbis iuſſit eccleſiæ dari, & diſcretis ſuis dixit; Scutellam quoq; argenteā monaſterio cuidā reliquit, in quibus vtriuſq; voluntatē eius per omnia volumus impleri. c.4.e.

Idem Dono Epiſcopo. c. 14.

FILIVS noſter Fauſtinus cōqueſtus eſt nobis, quod Pel. quondā pater ſuus aliqua eccleſię veſtræ deputatū fuit gratia iuris alieni reliquerit, & quia ſecundū leges ſæculi hoc habent, vt heres ad ſoluendum cogatur, ſi auctor eius aliena legauerit; ſed quia fraternitas veſtra lege temporum ante lege viuit ſæculi, valde iniquū nobis videtur, vt calix, de quo diximus, & puer, qui cuiuſdam eccleſiæ eſſe perhibetur, a te teneantur. cū n. vir reuerēdiſſimus Paulus Archid. ita fuiſſe teſtatus eſt, vos eius fidei credere, & reſtituere omnia aliena debuiſtis. c.5.e.r.

DE SVCCESSIONIB. ab inteſtato. T. 23.

Ex concilio apud Altheum habito. Cap. 1.

ET hoc ibidē inceptū eſt de Epiſcopis, presbyteris, & clericis, ſi hereditatem a Dño Rege, vel ab alio Principe, vel amico ſuo, ſeu per hereditariā ſortē ſibi deuenerint, acquiſierint, donare eis liceat hanc, cui voluerint, dum viuunt, pro remedio animæ ſuæ ad eccleſiam quācumq. elegerint, vel cōſanguineis ſuis, vel amicis. ſin autē ante obierint, quā firmiter perfecerint, illi, cui ſeruiunt, omnia perpetuo ſanctificentur, & in ius tradantur. De ſucc. ab int. c. 1.

Ex concilio Triburienſi. Cap. 2.

CONCILIO allatum eſt, quod quidam laici improbe agant contra presbyteros ſuos, ita vt de morientiū presbyterorū ſubſtātia partē ſibi vindicēt, ſicuti de proprijs ſeruis. Interdicimus itaq. canonica auctoritate, ne hoc vlterius fiat; ſed ſicut liberi facti ſunt ad ſuſcipiēdū gradū, & agēdū diuinū officiū, ita nil ab eis exigatur, præter diuinū officiū. c.2.e.

De peculio vero ſacerdotum nihil ſibi vſurpēt, ſed totum in quattuor diuidatur partes, vna Epiſcopo, altera altari, tertia pauperib. quarta parentibus, & ſi non ſunt idonei parentes, Epiſcopus eam recipiat, & in vſum eccleſiæ diligenter diſtribuat, & ſi quis contra hoc facere præſumpſerit, anathematizetur.

Gregorius Maximiano Epiſcopo. Cap. 3.

Non ponitur. EVPOLVS præſentium portitor Euſenum Agrigentinæ ciuitatis Epiſcopū, ſuū fuiſſe aſſerit genitorem, quem quoniam inteſtatum aſſerit eſſe defunctum, ideo iā dicti Epiſcopi patris ſui ſe promit ſubſtantiā adipiſci: proinde de rebus paternis, quas ante Epiſcopatum noſcitur habuiſſe iam dictus Epiſcopus; ſi eas in iure eccleſiæ ſuę quolibet modo non tranſtulit, ei, quantum portioni eius legaliter ſit competēs, vt ſatisfieri poſſit, fraternitati tuæ immineat.

Idem Sergio defenſori. Cap. 4.

Non ponitur. QVIA Pantaleon notarius eccleſiaſticis ſit vtilitatib. occupatus, nouiſti, & ideo quoniam Ioannes auūculus Megalis ſocrus ipſius nullo alio proximiore obiiſſe inteſtatus, & ſine filijs memoratur; ne per abſentiā generi ſui illa damnū poſſit incurrere; quia ſi ita eſt, lex prædictam mulierem ad inteſtati auunculi vocat ſucceſſionē; tibi præcipimus, vt quaſcumq. res ille, qui defunctus eſt, reliquit ſub breui, quouſq. Pantaleon prędictus veniat, debes facere, & infra etiā † prędictus Ioannes ſacra vaſa habuiſſe dicitur, & ea inquire, nobiſque quidquid inuentum fuerit indica. († *&c. forte.*)

DE SEPVLTVRIS. Tit. xxiiij.

Gregorius Anglorum Epiſcopo. Cap. 1.

Non ponitur. Poſt cō. Lat. par. 43. c. 4. MONACHI corpora tā viuorum, quam mortuorum deferre ad eccleſiam ſuam nequaquā audeant, niſi aſſenſu, & petitione eccleſiæ, quę eis, dum viuerent, conſuluit, & cōſulendo ſeruiuit, ac miniſtrauit. quod ſi fecerint, vt inuaſores ſanctæ eccleſię ſub diſtricti anathematis interpoſitione, quouſq. ſatisfaciant eccleſię, fieri pręcipimus. Omni itaq. ſemota fraternitatis occaſione, ſimili modo vnaquæq. eccleſia totius ordinis, aliam quālibet inuadere pertimeſcat. Si autem; eodem anathematis vinculo, ſciat ſe a nobis procul dubio ſubigi.

Paſchalis Papa ij. Cap. 2.

Non ponitur. Poſt cō. Lat. par. 43. c. 2. VOLVMVS, & iuxta canonū ſtatuta, probabile nobis videtur, vt ſicut morienti conceditur iudicium rerum ſuarum facere, cuicūq. loco ſibi placuerit, ſic nimirū iuſtū eſt, ſui corporis habere licentiā, illud iudicandi in quocumque loco voluntas eius extiterit, ſiuè in monaſterijs, ſiue in alijs religioſis locis. *Leo iij.* Cap. 3.

NOS inſtituta maiorum patrum conſiderantes, illorū decreta firmando ſtatuimus; quod ſanctiſsimum eſt, vnumquēq. videlicet in maiorum ſepulchris iacere, vt patriarcharū exitus docet, nulli tamen denegamus propriam eligere ſepulturam, & alienam. Dominus .n. & magiſter alienā elegit, vt propriā, qui ſine peccato erat, ſed quia dignus eſt operarius mercede ſua, tertiam partem ſui iudicij illi eccleſiæ cenſemus iure dari, in qua cęleſti pabulo a principio ſui exordij cotidie refectus cognoſcitur; vt iuxta Apoſtolū ſint ſocij conſolationum, qui † fuerunt etiā paſſionum, & ſic demum vbicumq. libitum fuerit, eundi habeat licentiam; aliter ne fiat, auctoritate D. N. I. Chriſti, qui per prophetam locutus eſt, dicens, ne trāſgrediaris terminos antiquos, quos poſuerunt patres tui, & Apoſtolorum P. & P. omniumq. ſanctorum ſub vinculo anathematis prohibemus, deteſtamur, & cōtradicimus, quia neç noſtrum eſt, nec alicui vnquam ſacerdoti, nec fideli laico licuit, qualicumq. ratione, ſine manifeſta delicti culpa in talibus inferre pręiudicium. (De ſepul. c. 1. — † *al. ſi-cut.*)

Leo Papa omnibus fidelibus per Dardaniam cōſtitutis. Cap. 4.

RELATVM eſt auribus noſtris eſſe quoſdam peruerſe agentes, qui ſubuertere nituntur, atq. diuidere conantur eccleſię vnitatem, videlicet Abbates, monachos, qui nō ſtudio caritatis, ſed zelo rapacitatis inuigilāt, atque ſeducere conantur ſæculares, quos illaqueare poſſunt, vt res ſuas, atq. poſſeſsiones, ſiue in morte, ſiue in vita, monaſterijs ſuis tradant, & eccleſijs, quibus ſubiectę eſſe videntur, & a quib. baptiſmum, pœnitentiam, euchariſtiam, nec non pabulum vitę, cum lacte carnis acceperint, vel accipiūt, nihil de bonis relinquunt. Hunc deniq. fomitem diſcordiæ nos animaduertēdo, modis omnib. inhibere volumus; & ne amplius fiant, omnino prohibemus, conſiderantes non eſſe bonum, ſi illi qui olim ſocij fuerāt paſsionis, ſecundū Apoſtolum, ſint immunes a ſocietate conſolationum. Et quia dignus eſt operarius mercede ſua, ideo pręcipimus, atq. mandamus, vt quicumq. amodo monaſterio conuerti voluerit, ſiue in morte, ſiue in vita, omnium rer. & poſſeſsionum, quas pro ſalute animæ ſuæ decreuit, (c. 2.)

decrevit, medietatem eccleſię, cui ipſe dignoſcitur pertinere, relinquat; & ſic in monaſterio, prout libitum fuerit, eundi, côuertendiq; habeat licentiam. Quicumque autem huius edicti violator extiterit gladio anathematis ſubiaceat.

Innocentius ſecundus Lanuenſi Epiſcopo. Cap. 5.

c.3.e. FRATERNITATEM tuam ignorare non credimus mortuorum ſepulturas, & cœmeteria apud illas eccleſias, & monaſteria ex antiquo eſſe diſpoſita, in quib. religioſorum fratrum conuentus ſunt conſtituti, & orationes, atq. miſſarum ſollemnia, tam pro viuis, quam pro defunctis frequentius celebrantur; vnde ipſorum deuotioni, & extremæ voluntati, qui apud huiuſmodi eccleſias ſepeliri deſiderant, minime contradicendum eſt. qui vero relictis antiquis eccleſijs, & patrum, aliorumq. parentũ ſuorum ſepulchris, contra conſuetudinem patrum veteris teſtamenti, qui cum patrib. ſuis ſepulti eſſe leguntur, ad noua, & minus religioſa loca ſe transferunt; irrationabiliter, & contra antiquam inſtitutionem facere videntur. Vnde ſi forte P. de Caſtello contra tam antiquam, & rationabilem conſuetudinem aliquid de corpore ſuo ſepeliendo mandaſſe dicitur, hoc nõ præiudicat rationi, & viribus carere debet. Quocirca per præſentia ſcripta mandamus, & præcipiẽdo mãdando, quatenus corpus ipſius P. dilectis filijs noſtris monachis ſancti Stephani reddi faciatis, & cum ſuis fratribus ſepeliri.

Alexander iij. Spalẽ. Epiſcopo pars c. Continebatur. Cap. 6.

c.4.e. DE ijs, qui in infirmitate, vel ſanitate cũ bonis ſuis ad religioſa loca ſe tranſtulerunt, nihil tibi, vel eccleſijs, a quibus receperunt ſalutis pabula, relinquentes; hoc tuæ prudẽtiæ volumus innoteſcere, quod ſi in ægritudine ipſa ad religionem tranſeunt, dum modo de ægritudine decedant; de bonis ipſis eccleſijs, a quib. aſſumpti fuerint, canonica debet portio exhiberi. Si vero ad religioſa loca ſe in ſanitate tranſtulerunt, de ijs, quæ locis ipſis conferent, cogi non poſſunt aliquid præſcriptis eccleſijs impartiri, quia liberum eſt eis tunc bona ſua non ſolum religioſis locis, ſed etiam quibuſlibet perſonis priuatis conferre.

Lucius iij. Epiſcopo Florẽ. pars c. Litteras. c. 7.

c.7.e. DE vxore vero, vtrum, quemadmodum & vir, liberam habere debeat ſepulturam, videtur nobis, quod nulla ſuper hoc inter virum, & mulierem ſit facienda diſtinctio, & in vtroque caſu iſto, æqualem eſſe credimus facultatem, cum electio iſta ad eũ potius ſtatum pertineat, in quo mulier ſoluitur a lege viri. Vtrũ autem pater, quo magis voluerit, minores filios valeat ſepelire; nõ inuenimus a ſanctis patribus diffinitum, & propterea terræ conſuetudini decernimus relinquendum.

Idem Præpoſito, & Canonicis Fauentinis. Cap. 8. c.1.e.

CVM ſuper quodam capitulo, quod religionis fauore &c. Inde ſiquidem eſt, quod præſentiũ auctoritate ſtatuimus, vt ſi aliquẽ parochianorum veſtrorum alibi contigerit eligere ſepulturam, ſecundum ſtatuta beati Gregorij, quarta vobis in teſtamentis portio reſeruetur.

DE PAROCHIIS, ET ALIENIS parochianis. Tit. xxv.

Ex concilio Africano. Cap. 1.

SI Epiſcopus ex Donatiſtis ad catholicam vnitatem conuerſus eſt, æqualiter inter ſe diuidãt eas, quæ ſic fuerint inuentæ, niſi † ambæ partes fuerunt. idest vt alia loca ad illum, alia ad illum pertineãt, ita vt ille diuidat, qui amplius tẽporis in Epiſcopatu habet, & minor eligat. Quod ſi forte vnus fuerit locus, ad eũ pertineat, quem plures elegerint, quod ſi forte catholici antiqui ſuum voluerint, & illi ſuum, qui ex Donati parte conuerſi ſunt, plurimorum voluntas paucioribus præferatur. Si autem partes æquales ſunt, maioris temporis Epiſcopo deputentur. Si autem ita plurima loca inueniuntur, in quibus ambæ partes fuerunt, vt non poſſint æqualiter diuidi, velut ſi in pari numero fuerint, diſtributis eis locis, qui parem habent numerũ; quicũq. locus permanſerit, hoc in eo ſeruetur, quod ſuperius dictum eſt, cum de vno tractaretur loco. De parochiis; † al. vbi

Ex concilio Nannetẽ. Cap. 2.

c.1.e. IN dominicis diebus, vel feſtis presbyteri, ante quam miſſam celebrent, plebem interrogent, ſi alterius parochianus in eccleſia ſit, qui proprio contempto presbytero, ibi miſſam velit audire, quem ſi inuenerint, ſtatim ab eccleſia eiciant.

Hadrianus Papa. Cap. 3.

c.1.e. NVLLVS Epiſcopus alterius parochianum

rochianum iudicare præſumat, & infra. Nã qui eum ordinare non potuit, nec iudicare vllatenus potuit.

Alexander iij. Archiepiſ. Epiſ. & alijs prælatis per Angliam conſtitutis. Cap. 4.

Non ponitur. LICET vniuerſa loca &c. vſq. ſeruare. Vniuerſitati veſtræ per A. s. p̃. m. qua nullus veſtrum in monachos prætaxati monaſterij, vel cuiuſlibet obedientiarum eius excõmunicationis, vel interdicti ſententiam audeat de cetero promulgare. Cum autem ſentẽtia in parochianos alterius ab aliquo veſtrũ prolata fuerit, de iure non teneat; multo minus illa, quæ in ſpeciales Romanæ eccleſiæ filios, qui ſcilicet nullum Epiſcopum præter Romanum Põtificem habent, profertur, debet ab alijs obſeruari. Quod ſi quis veſtrum attemptare præſumpſerit, eius in hac parte factum nullas vires optineat, ſed irritũ potius habeatur, & vacuum.

Vrbanus iij. de Nouo loco, & de Viget Priorib. pars c. prout. Cap. 5.

c. 4. &. SVPER eo vero, quod apud vos intelleximus dubitatum; an quod de finibus, & ijs, quæ finibus cohærent, non præſcribendis, ſtatutum per canones eſſe dignoſcitur; ſit in parochialium limitibus, ſicut in prouincialibus admittendum. Illud vobis duximus reſpondendum, quod bene videtur in vtroq. ſeruãdum, ſi prouinciarum fines, legitima probatione, vel alias indubitata fide conſtitent eccleſiaſtica ordinatione ſtatutos.

DE DECIMIS, ET PRIMITIIS, ET oblationibus. Tit. xxvj.

Alexander iij. Mediolanẽ. Archiepiſc. c. 1.

Non ponitur. QVERELA venerabilis fratris noſtri Vercelleñ. Epiſcopi ad nos trãſmiſſa peruenit, quod quidam clerici in eius diœceſi conſtituti decimas noualium, quæ ad iam dictum Epiſcopum pertinent, tenere pro ſua voluntate præſumunt: laici vero parochiani ipſius, cum decimas quaſdam non ſine creatoris offenſa percipiant, contendunt ſibi decimas noualium vindicare, in quo tanto offendunt grauius, quanto ſpecialius decimæ ipſæ ad Epiſcopalem diſpoſitionẽ reſpiciunt; ſuper quib. conſtat, nil laicis fuiſſe cõceſſum. Quocirca f. t. p. A. s. m. qua, laicos ad decimas, noualium occaſione, & excuſatione poſtpoſita reſignandas per excõmunicationis ſententiam apo. re. cõpellas; clericos autem moneas, & eccleſiaſtica diſtrictione compellas, vt eas, quas detinent, memorato Epiſcopo ſine illo re, & difficultate in pace dimittãt, vt ſub examine tuo iuſtitiæ nõ differant plenitudinem exhibere.

Idem Cant. Archiepiſc. & eius ſuffraganeis. c. 2.

PERVENIT ad nos, quod cum parochiani veſtri decimas bonorum ſuorũ conſueuerunt eccleſijs, quibus debentur, cum integritate perſoluere: nunc tamen laudabili conſuetudine prætermiſſa, quidam ex ipſis de lana, de feno, de prouentib. molendinorũ, & piſcariorum ipſis eccleſijs ſubtrahere non verentur. Sed quoniam inſtitutioni diuinæ manifeſtius obuiant, qui decimas ipſis eccleſijs non perſoluunt: f. u. p. A. s. p̃. m. qua parochianos veſtros monere curetis, & ſi opus fuerit, ſub excommunicationis diſtrictione compellere, vt de prouentibus molendinorũ, & piſcariorum, & feno, & lana, decimas eccleſijs, quibus debentur, omni cõtradictione ceſſante cum integritate perſoluant. De dec. c. 5.

Idem Wintoñ. Epiſcopo. Cap. 3.

NVNTIOS, & litteras tuæ fraternitatis ea, qua decuit, benignitate recepimus, & petitiones tuas, quoad licuit, curauimus exaudire, ſicut illius perſonæ, quam pura in domino, & feruenti caritate diligimus, & cuius commodis, & profectib. intendere volumus diligenter. Cum igitur ad officium tuũ ſpectent ea, in quibus præcepti noſtri deſideras noſtra auctoritate muniri; tanto in his debuiſti facilius exaudiri; quanto ipſam eorum ſpecialius ſalutem reſpiciunt, de quib. in extremo iudicio redditurus es rationem. Inde eſt, quod f. t. per A. s. p̃. m. qua tam Comites, quam Barones, nec nõ & milites, & oẽs alios de parochia tua moneas propẽſius, & inducas, & ap. ces. eccleſiaſtica diſtrictione cõpellas, vt decimas ecleſijs matricib. de ſuis bonis omnib. cõmuni integritate perſoluant. Præterea parochianis tuis de feno, equitio, pomis piris, apib. & de omni fructu decimas ſoluere eccleſiaſtica diſtrictione ap. oes. conſtringas. c. 6. et

Idem Exoneñ. & Wigor. Epiſcopis. Cap. 4.

CVM homines de Ortona, ſecundum generalem Anglicanę eccleſię inſtitutionem de frugibus ſuis in autumno ix. partibus ſibi retentis decimas eccleſiæ Sancti Michaelis, cuius parochiani ſunt, ſine deminutione ſoluere teneantur; antequam eccleſiæ decimas ad eam ſpectantes perſoluant, ſeruientibus, & mercenarijs ſuis, de frugibus non decimatis debita totius anni pro ſeruitio ſuo impendunt; tunc demum de reſiduo decimam perſoluentes. Vnde diſcretioni c. 7. &

veſtræ p A.s.p.m. qua. ſub anathematis diſtrictione illos cogatis, vt decimas tam de frugibus, quam de nutrimentis animalium ſuorũ ſine fraude, & deminutione aliqua, in autumno, ſicut moris eſt, ſtatim collectis frugibus, & alijs temporibus, prout debent, perſoluant, atque de ſubtractis, & retentis dignam ſatisfactionem exhibeant.

Idem Conſano Epiſcopo. Cap. 5.

Non ponitur. Poſt cõ. Lat. par. 4. c. 1. INTELLEXIMVS ex litteris tuis, quod R. de lu. S. ſex annis decimã capellæ ſuæ tibi detinuit, aſſerens, quod in mutatione ipſius decimæ prædeceſſori tuo redditus quorundam dederit villanorum, quos etiam tibi ipſi vult aſsignare. quia decimæ cum temporalib. non ſunt commutandæ, auctoritate tibi præſentium inhibemus, ne præſcriptos redditus in cõmutatione ipſius decimæ preſumas recipere, ſed prędictum R. ad reſtituendas tibi ſubtractas decimas, & ad eas ſoluẽdas in poſterum, eccleſiaſtica diſtrictione cõpellas.

Idem Monachis de Neub. Cap. 6.

c. 1. c. DILECTI filij noſtri Abbas, & fratres Sanctæ Crucis transmiſſa nobis quęſtione demonſtrauerunt, quod prędia, vnde decimas, & in magna parte ſuſtentationem habere conſueuerunt, conduxiſtis, & recipiſtis ad firmam. Vnde quoniam ijdem fratres ex hoc immoderate, & enormiter grauantur; nec fuit intentionis noſtræ, aut anteceſſorũ noſtrorum, vt de poſſeſsionibus, quas cõducitis, decimas non debeatis perſoluere: vniuerſitati veſtræ m. p. vt eis de fructib. de prędijs, quæ conduxiſtis in parochijs ſuis, de quibus conſueuerunt decimas percipere, plenarie perſoluatis, vel cum ipſis, tam pacifice, & amicabiliter cõueniatis, quod nulla inter vos debeat ſcandali malitia ſuſcitari, & vos videamini vltra, quam vobis indultum eſt, manus extendere.

Paſchalis ij. Cap. 7.

c. 1. c. NOVVM genus exactionis eſt, vt clerici a clericis frugũ decimas, vel animalium exigãt; nuſquam in lege domini hoc pręcipi legimus. aut permitti, non n. leuitæ a leuitis decimas accepiſſe, vel extorſiſſe leguntur. Illi profecto clerici, qui a clericis ſpiritualiũ miniſteriorum labores accipiunt, decimas eis debent.

Alexander iij. Eboracẽ. Archiepiſc. Cap. 8.

Non ponitur. FRATERNITATEM tuam ſcire volumus, & firmiter tenere, quod te ex caritatis feruore ob multiplicia tuæ deuotionis gratiſsimæ obſequia nobis frequenter impenſa diligimus, vt aliquando tibi negare nolumus, quod cuilibet fratrum noſtrorum cõcedere deberemus. In eo autem, quod de cõpellendis monachis albis, vel nigris, vel canonicis ſæcularibus, vel regularibus ad ſoluendas decimas de terris conductis, quas habent ad terminum, vel ad firmam a nobis, tuæ diſcretionis prudentia poſtulauit; te, vel quemlibet alium audire, vel exaudire nulla ratione poſſumus, niſi manifeſte velimus obuiare iuſtitiæ, & prædeceſſorum noſtrorum inſtitutis contraire, ne videamur religionem perſequi, quam ſi forte in nobis non habemus, in alijs diligere, & fouere tenemur. Cautum ſiquidem in ſcriptis habetur prædeceſſorũ noſtrorum Rom. Pontificum, quod religioſi viri ab exactione decimarum de laboribus, quos proprijs ſuis manibus, vel ſumptibus colerent, & de nutrimentis animalium ſuor. prorſus eſſent inmunes; ſed piæ recordationis Hadrianus Papa prędeceſſor noſter labores in noualia pro ſua voluntate conuertit. Illud etiam nos a tuæ petitionis effectu retrahere videtur; quod in veteri teſtamento non recolimus nos vnquam legiſſe, vt leuitę leuitis decimas ſoluerent. In nouo, ſicut tua diſcretio non ignorat, non ambigimus eſſe ſtatutum, vt populus eccleſijs illis decimas ſoluat, vbi eccleſiaſtica recipiunt ſacramenta. Vnde Apoſtolus ait, non eſt magnũ, ſi temporalia metamus, vbi ſpiritualia ſeminamus. Non graue tibi ſit, ſicut eſſe non debet, ſi ratione diuinæ ſcripturæ, & noſtra honeſtate penſata, petitionem illam, quantumcumq. te diligamus, & ſicut Kariſsimo fratri noſtro deferentes, non duximus admittendam. In nullo ri. patieris repulſam, quod ſecundum iuſtitiam a nobis fieri poſtulares. Poſt cõ. Lat. par 13. c. p.

Idem Abbati, & fratribus de Lorengio. Cap. 9.

SVGGESTVM eſt nobis ex parte veſtra, quod Abbas, & fratres monaſterij de Vrſino decimas a vobis auferre conantur, & alia damna, & grauamina vobis irrogare nõ ceſſant. quia vero non decet honeſtatem veſtram, ſiue religionem monaſticam litibus, & contentionibus intendere: di. u. p A. s. m. cõſulimus, & hortamur, quatenus cum prædicto Abbate, & fratribus ſuper decimis ipſis, & alijs, vnde inter vos eſt controuerſia, pacifice c. 9. c.

pacifice conueniatis:ne pro huiuſmodi contentionib. fama veſtræ religionis valeat denigrari. nam quando Romana eccleſia ordini veſtro priuilegia dederat de decimis, ita erant raræ, quod exinde nulli poterat de iure ſcandalum ſuboriri, ſed nunc per gratiã Dei in tantum ſunt augmentatę, ac poſſeſsionib. ditatæ, quod multi viri eccleſiaſtici de fratribus veſtris apud nos querelam ſæpe proponunt.

† Archiepi. Greg. 9 c. 10. e. Idem Taraconñ. Epiſcopo. † Cap. 10.

Ex parte tuæ fraternitatis noueris peruenisse ad noſtram audientiam, quod albi monachi, & nigri, & quidam alij religioſi viri eccleſias tuæ iuriſdictionis redditibus decimarum ſpoliare præſumunt, occaſione priuilegiorum, quæ ſibi Romana indulſerit eccleſia. Sane tuam nolumus latere prudentiam, quod ſanctæ memoriæ prædeceſſores noſtri ſere omnib. religioſis decimas laborum ſuorum conceſſerant, ſed bonæ memoriæ prædeceſſor noſter Hadrianus ſolis fratribus Ciſtreñ. ordinis, & templarijs, & hoſpitalarijs decimas laborum ſuorum indulſit; ceteris autem tantum, vt de noualib. ſuis, quæ proprijs manibus, & ſumptibus excolunt, & de nutrimentis animalium ſuorum, & de ortis ſuis decimas non perſoluant, conceſsit. Quẽ ſuper his imitati ſumus; quia ij, quibus indultæ ſunt decimæ de noualibus ſuis, & de nutrimentis animalium ſuorũ, & de hortis ſuis, hac occaſione decimas de alijs rebus eccleſię ſuæ non debent, nec poſſunt ſubtrahere, vel ſibi aliquid vlterius vendicare.

Idem. Cap. 11.

c. 11. e. t. LICET de benignitate ſedis Apoſtolicæ ſit vobis indultum, vt de laborib. veſtris, quos proprijs manibus, vel ſumptib. colitis, nemini decimas ſoluere teneamini: propter hoc tamen non eſt vobis licitum cuilibet de terris veſtris decimas ſubtrahere, quas traditis alijs excolendas. Relatum eſt ſiquidem aurib. noſtris, quod cum terras quaſdam, quas in decimatione dilecti filij noſtri Theſaurarij Senoneñ. habetis, dedetis ruſticis veſtris excolendas; & exinde decimas, ſicut debetis, nõ ſoluitis, nec facitis à ruſticis ipſis exſolui. Quoniam igitur quanto artius vos, & ordinem veſtrum diligimus, tanto minus vos, & ordinem veſtrũ volumus efficere, quæ ſunt honeſtati contraria, vel obuia rationi, aut ex quibus priuilegiorum noſtrorum tenorem tranſgredi videamini; cũ priuilegium videatur amittere, qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate: f. u. m. qua. de terris illis, quas in decimatione prædicti Theſaurarij, proprijs manibus non excolitis, ſed ruſticis traditis excolendas, decimas vobis vſurpare nullatenus præſumatis; ſed eas in primis eidem Theſaurario faciatis cum integritate perſolui. ſcituri pro certo, quod ſi præceptum noſtrum cõtempſeritis, nos ve. f. noſtro Archiepiſcopo Senoñ. dedimus in mandatis, vt ruſticos, quibus in decimatione præfati Theſaurarij terras dederitis excolendas, ad ſoluendum decimas ei Theſaurario ap. ceſ. diſtrictè compellat.

Idem. Cap. 12.

Non ponitur. d. par. 13. c. 7. SANE laborum veſtrorum, quos proprijs manibus, aut ſumptibus colitis, ſiue de nutrimentis veſtrorum animalium nullus omnino clericus, ſiue laicus a vobis decimas exigere præſumat; hoc etiam idem ex priuilegijs alijs aliorum Romanorũ habetur Pontificum.

Idem. Cap. 13.

c. 12. e. AD audientiam noſtram noueritis perueniſſe, quod quidam veſtrum dilecti filijs noſtris fratribus Ciſtrenſis ordinis de laborib. quos proprijs manibus, aut ſumptib. excolunt, decimas exigere, & extorquere conantur. illud (priuilegium cap.) † Apoſtolicæ ſedis praua interpretatione, ac malitioſe peruertentes, quo eiſdem fratribus indulgetur, ne de laboribus, aut ſumptib. quos proprijs manibus excolunt, aliquis ab eis decimas exigere audeat. aſſerunt n. quod pro laboribus noualia intelligi debent. Vnde quoniam fratres præſcripti ordinis benignitate eccleſiaſtica fouere volumus, & ne vllus cõtra eos materiam habeat malignandi, vel ipſos contra iuſtitiam moleſtandi quemlibet, attentius prouidere, veſtræ f. p A. s. p̃. m. qua. a prædictis fratribus de laboribus ſuis, quos proprijs manibus, aut ſumptibus excolunt, nullatenus decimas exigatis, nec a parochialibus veſtris exigi permittatis, vel quolibet modo extorqueri. Nam ſi de nouallibus tantum intelligeremus, vbi poſuimus de laboribus, de nouallibus poneremus, ſicut in priuilegijs aliorum quorundam ponimus.

† priuilegij capitulo. Greg. 9

Gregorius Papa. Cap. 14.

Non ponitur. d. par. 13 c. 9. STATVIMVS, vt monaſteria ex ſuis prædijs nullo modo cogantur ſoluere decimas; quia ſi legitime dandæ ſunt orphanis, & peregrinis; indignum eſt, vt ab eis exigantur, qui propter eum, cuius ſunt decimæ, pauperes efficiuntur. Nam ſi pauperes domini ſunt hereditas eius; pauperũ hereditas pauperibus

pauperib. eſt eroganda, illis videlicet, qui pro timore illius, quæ poſsidere poterant, dimittunt; eumq. nudi ſequentes, poteſtati alterius ſe ſubdunt.

Hadrianus. Cap. 15.

Non ponitur. d parte 13 c. 10.

NOBIS in eminenti ſpecula, diſponẽte domino, conſtitutis, ſi cunctarum iura eccleſiarũ integra nõ debeant illibata ſeruari, locum beati Petri Apoſtolorũ Principis inutiliter optinere, & iuxta nobis commiſſæ diſpenſationis officium negligenter agere videmur. Sic enim eccleſia Dei nobis eam diuina gratia prouidente gubernantib. recto ſuo curſu dirigitur, dum nos & errata quæq. vigili prouiſione corrigere, & vnicuiq. ſtudem' ius proprium ſeruare. Dilecti filij noſtri Preregalenſis eccleſiæ canonici aduerſum vos, quæſtione depoſita, nobis relatione ſua demõſtrauerũt, vos quaſdam decimationes ad ſuũ ius pertinentes violenter auferre, & ipſos fratres eiſdem decimationibus auſu temerario infeſtare. Quod ſi beati Benedicti regulam, iuxta quam viuitis, & monachalem habitũ, quem geſtatis, attenta ſollicitudine penſaretis, ad proximorum bona diripienda nõ præſumeretis manum extẽdere, vel quæ alterius iuris ſunt, vobis illicite vſurpare. Ne igitur vos de cetero, aut auaritiæ malum, aut vitiũ, quod abſit, rapacitatis accuſet, p. A. ſ. p. m. quatenus nullam eorũ antiquã poſſeſsionem, vel decimationem, & eam præſertim, quam eo loco, qui Inatien † nuncupatur, exiſtit, auferre, ſeu perturbare præſumatis, & ſi quid eis præter ſolitum, hoc anno de ipſis decimis negaſtis, quaſcũq. etiã poſſeſsiones per violentiam detinetis, ſecundũ quod antiquitus præfata eccleſia noſcitur poſſediſſe, eiſdem canonicis in integrum omni occaſione ceſſante, nullatenus reſtituere differatis. Nos ſiquidẽ religioſis viris, non alias decimas, niſi eas, quæ de noualibus prouenire noſcuntur, duximus indulgendas. Si vero huius mandati auſi fueritis exiſtere contemptores, & ad Apoſtolicæ ſedis audientiam querimonia peruenerit iterata, timẽdum vobis erit, ne ſentire debeatis ſeueritatis eccleſiaſticæ vltionem.

†Mati eq. cen.

Idem monachis de Aſtino. Cap. 16.

Non ponitur.

PRESBYTERI de Lauare tranſmiſſa nuper ad nos conqueſtione peruenit, vos partem cuiuſdam decimæ, quæ ipſum iuſte contingit, occaſione conſtitutionis Apoſtolicæ detinere, cum religioſis viris decimas noualium tãtũ ſedes Apoſtolica ſtatuerit indulgendas. Vnde quoniã non occaſione hac nolumus eccleſias veterum decimarũ ſuſtinere diſpendium, per præſentia vobis ſcripta m. quatenus ſi querela eius nititur veritate, partẽ eiuſdem decimationis, quæ ſibi debetur, eidem integre perſoluatis, & non præſumatis eam ſub obtentu conſtitutionis Apoſtolicæ detinere.

Idem Wigor. Epiſcopo, & Herfor. Epiſcopo. c. 17.

EX multiplici quæſtione Willelmi presbyteri de Cretona accepimus, quod cũ eccleſiã de Cretona xxx. annis, & eo amplius pacifice poſſediſſet, monachi de Brueria decimas vniuerſas, quas de terris cultis eadem eccleſia a prima fundatione ſui ſemper percipere cõſueuit in hoc quadriennio ſibi, & eccleſiæ penitus ſubtraxerunt; cum inter Abbatem de Brueria W. nomine de conſenſu totius conuentus, & prædictum presbyterum xx. annis, & eo amplius elapſis, talis interceſsiſſe dicatur conuentio, ſcripto monachorum authentico roborata; quod monachi prædicto presbytero, & eccleſiæ ſuæ in integrum de blado, & vniuerſis leguminibus, quamdiu viueret, deberent perſoluere decimas, exceptis minutis decimis, quas idem presbyter ob exaltationem eccleſiæ monachorum quietas clamauit. Cumque conuentio temporibus trium Abbatum præſcripti loci ſeruata fuiſſet, Abbas illius loci ad præſentiam noſtram accedẽs, a nobis priuilegium optinuit, in quo monaſterio ſuo indultum eſt, vt de laborib. quos proprijs manibus, aut ſumptibus excolit, nulli decimas ſoluere teneretur. Qui ſiquidem reuerſus ad propria, tantam apud H. Regem Illuſtrem Angliæ gratiam, & fauorẽ inuenit, quod Rex totam terram illius villæ, in qua eccleſia præfati presbyteri ſita eſt, monaſterio ipſius in perpetuam eleemoſynam contulit. Quo facto prædictus Abbas vniuerſis ipſius villæ colonis expulſis, totam terram prædictæ parochiæ excolens proprijs ſumptibus eccleſiæ debitas decimas ſubtrahit. Vnde quia non fuit noſtræ intentionis per priuilegium noſtrum prædictæ conuentioni derogare, f. u. p. a. ſ. m. atq. p. quatenus vtraque parte apud vos conuocata, rei veritatẽ plenius inquiratis, & ſi ſtatuerit prædecessorum memorati Abbatis, & prænominati presbyterum conſenſu monachorum talis conuentio facta fuerit, & per annos ſeruata, eundẽ Abbatẽ, & monachos auctoritate noſtra moneatis, & diſtrictius cõpellatis, vt eandẽ cõuentionẽ, vel cõpoſitionẽ nõ obſtãte priuilegio, niſi, quod non credimus, de tranſactione

Non ponitur. d. parte 13. c. 10.

ipſa in eodē priuilegio cōtineatur, oc. & ap. ces. inuiolabiliter teneant, & obſeruēt, vel ex inde pacifice cōueniant, & ſecundum formā compoſitionis redditus ipſi ſoluant.

Idem B. Cant. Archiepiſcopo. *Cap. 18.*

c.4.e. COMMISSVM nobis à Deo diſpēſationis officium admonet multipliciter, & hortatur, vt vniuerſis Chriſti fidelib. vel eccleſijs debeamus vtiliter prouidere; atq. integra illis iura ſua nos oportet, atq. illibata ſeruare. Peruenit ad nos, quod monachi de Boxle Sanctæ Mariæ in parochia, cuius commorantur, decimas ex integro non perſoluunt, & eas reddere contradicunt. Ea propter f. t. per A. s. p. m. qua. prædictos monachos, vt ipſas decimas etiam de ipſis cultis, in quibus olim domus conſtructæ fuerant, præfatę eccleſię cū ea integritate perſoluant, qua prius quam in eadem eccleſia morarentur, ſolebāt perſolui; ſine ap. ob. noſtra auctoritate cum omni diſtrictione, ſicut olim etiam de paſcuis ſoluebantur decimæ, ita nunc de eiſdem ad frugum fertilitatem tranſlatis, decimas volumus abſq. deminutione perſolui.

Idem monachis de Sancto Lau. *Cap. 19.*

Non ponitur. d. parte 13. c.13. SICVT vobis veſtra iura integra vultis, illibataq. ſeruari: ſic & alijs iuſtitiam ſuam ſubtrahere nequaquam debetis. Audiuimus autem, quod decimas eccleſiæ de Colligrau cum ea, in qua ſolui debebant, integritate, antequam fundus ad veſtrum dominium perueniret, non ſoluitis. Vnde quoniā indecens, & inhoneſtū vobis valde exiſtit, vt alijs damna præſumatis inferre, quæ vobis nullatenus irrogari velletis: vniuerſitati veſtræ per A. ſ. ſcrip. & m. p. qua. prędictas decimas memoratę eccleſiæ ſine deminutione aliqua, & cū ea integritate, in qua antiquitus ſolui ſolebāt ſoluere non differatis; quia nobis graue plurimum exiſteret, ſi ſuper hoc vlterius ad nos querimonia deferretur. Verum tamē, ſi quid iuris ibi vos habere confiditis, in præſentia ven. fr. W. Epiſcopi, & dilecti filij noſtri Decani Cōſtreñ. oc. & ap. remota, ordine iudiciario experiamini, quod ipſi inter vos, & partem alteram duxerint ſtatuendum, firmiter ſuſcepturi, & inuiolabiliter ſeruaturi.

Idem. *Cap. 20.*

Non ponitur. d. parte 13. c.14. VT nullus Abbas decimas, & primitias, & reliqua, quæ ſecundum ſtatuta canonum ad Epiſcopos pertinent, detineat ſine auctoritate Rom. Pont. ſeu Epiſcopi, in cuius diœceſi habitat, Apoſtolica auctoritate firmam⁹.

Ioannes Papa. *Cap. 21.*

CERTAM habentiū prędeceſſorum cōſtitutionem, & rationem, nihil in hoc mūdo habentib. decimas, & oblationes viuorū, & mortuorum conuenire; qui ſpontaneam eligentes paupertatem, in monaſterio ſuo degere volunt ſub imperio, in quibus Chriſtus alitur, & nutritur. Non ponitur. d parte. 13. c.15.

Alexander iij. Lundoñ. & Wig. Epiſ. *Cap. 22.*

DEFERENTE magiſtro N. latore pręſentiū nobis innotuit, quod hoſpitalarij de A. decimas de nutrimentis animaliū ſuorum, & decimas quarūdam terrarū, quæ ad ius eiuſdem eccleſiæ ſpectare noſcuntur, ſoluere contradicunt, & iniuſte detinere pręſumūt. Inde eſt, quod pręcipiendo m. qua. prędictos hoſpitalarios inducatis, vt pręſcriptas decimas tam maiores, quam minores, aut earum ęſtimationem, memorato N. ſine deminutione reſtituant, & de ſoluendis nullam inferant moleſtiam, aut in pręſentia veſtra ap. re. exhibeant iuſtitiæ complementum, nullo munimēto iuri N. pręiudiciū faciente. Quod ſi ad admonitionem veſtram neutrum horum adimplere voluerint, ipſos ad alterum efficiēdū eccleſiaſtica diſtrictione cōpellatis. Non ponitur.

Ex concilio Lateran. *pars c. preterea.* *Cap. 23.*

PROHIBEMVS inſuper, ne laici decimas cum animarū ſuarum periculo detinentes, in alios laicos poſsint aliquomodo transferre. Si quis vero receperit, & eccleſiæ nō reddiderit Chriſtiana ſepultura priuetur. c. 19. in

Alex. iij. Toletano Archiepiſc. & eius ſuffra. c. 24

VOTA, quæ ad honeſtatem reſpiciūt, & ad ſalutem pertinent animarum, quadam mahu ſollicitudinis aduocare tenemur, & efficaciter promouere; ad nos ſiquidem peruenit, quod per parochias veſtras laici minorū villarum, quę aldeę vocantur, iuſtas, & laudabiles antiquorum patrum cōſuetudines prę ſumptuoſe dantes, in deſuetudinem poſtpoſitis eccleſijs, inquib. eccleſiaſtica ſacramēta ex integro percipiunt, ad eccleſias maiorum villarum quidam ſpontanei, quidam a laicis maiorum villarum coacti, dimidiam partem decimarum ſuarum perſoluere conſueuerūt. Vnde quoniā tantæ iniquitatis exceſſum nō debemus relinquere incorrectum: f. u. p A. s. p. m. qua. prefatos laicos omni ſtudio moneatis, & inducatis, vt eccleſijs ſuis, in quib. miſſas audiūt, & baptiſmū & cetera eccleſiaſtica frequētius ſacramēta percipiūt, decimas ſuas ex integro perſoluāt, vt iuxta cōſiderationē veſtram perſoluta diſtribuantur. Si autem ad hoc diſcordes extiterint, & contumaciter inſtituta Non ponitur.

inſtituta veſtra neglexerint, auctoritate noſtra, eccleſiaſtica cenſura re. ap. ob. eos percellatis, quatenus ſententia diuina maneant innodati; quouſq. conſentiant, & ſtatuta noſtra firmiter obſeruent. Quæ vero de decimis a laicis ipſis eccleſijs perſolutis, & contradictoribus puniendis a nobis ſtatuta ſunt: f. u. p. man. vt per parochias veſtras irrefragabiliter faciatis obſeruari.

Idem Brixieñ. Epiſcopo. *Cap. 25.*

c. 13. e. QVONIAM a nobis tua ſollicitudo requirit, quid de decimis noualium tuę dioeceſis tibi ſit ſtatuendum: t. f. ſignificatione pręſentium reſpondemus: vt ſi terrę illę, quæ arabiles ſunt, intra certam alicuius eccleſiæ parochiam fuerint, vt decimas earũ tua parte retenta, eidem eccleſiæ facias aſsignari. Alioquin ipſas alij eccleſiæ ſecundum diſcretionem a Deo tibi datam poteris deputare, vel ad opus tuũ tenere: ita quidem, quod ſi quis in his contraire præſumpſerit, tu eum eccleſiaſtica cenſura vſq. ad dignam ſatisfactionẽ percellas. Sententias vero ſuper decimiſ a Cõſulibus datas, præſertim cum ſanctorum patrum inſtitutionibus obuient, irritas eſſe decernas, & eas omni contr. & cap. poſtp. reuoces. Quod ſi laicus aliquis a ſacerdotibus, vel clericis decimas de laboribus ſuis in tuæ dioeceſi requiſiuerit, eum ab exactione huiuſmodi prorſus ceſſare cõpellas, & laicos illos, qui a colonis tertiam, vel quartam partem laborum ſuorum ante ſolutionem decimarum recipiunt; decimam de portione ſua, ſecũdum quod colonus de parte, quę illum contingit, exſoluere conſueuerit, abſque deminutione aliqua, ijs, quibus iure debentur, facias exhibere.

Idẽ Remenſi Epiſcopo. pars c. de diaconis c. 16.

c. 14. e. PAROCHIANOS vero tuos ad ſoluendas decimas eccleſijs, quib. eas debẽt, eccleſiaſtica debes ſeueritate compellere; quia cum decimæ non ab homine, ſed ab ipſo domino ſint inſtitutę, quaſi debitum exigi poſſunt.

Idem Ambionẽ. Epiſcopo. pars c. quod ſedem. *Cap. 27.*

c. 15 e. AD hæc donationem decimæ, quam Abbas Sancti Saluij de Moſtracom. cõceſsit per ſucceſsionem tenenda, quoniam ſanctuarium Dei iure hereditario poſsideri non debet, in irritum penitus reuoces, & viribus carere decernas, & laicum, niſi decimam ipſam eccleſię ſancti Saluij libere, & abſolute reſignauerit, vinculo excommunicationis aſtringas.

Idem Maſſilieñ. Epiſcopo. pars c. quia ſuper his. *Cap. 28.*

DE terris vero, quas Iudæi colunt, tuæ prudentiæ duximus reſpondendum, vt eos ad decimas perſoluendas, vel ad poſſeſsiones penitus renuntiandas cum omni diſtrictione conpellas, ne forte occaſione illa eccleſiæ valeant ſuo iure fraudari. c. 16. e.

Lucius iij. Strigoñ. Epiſcopo. *Cap. 29.*

AD Apoſtolicæ ſedis regimen, licet inmeriti dignatione diuina vocati omnibus, ſumus eccleſiæ filijs debitores, & pro ſcientiæ noſtrę modo reſpondere cogimur conſultationib. ſingulorum. Intelleximus autem ex litteris tuis, quod quædam conſuetudo in Vngaria inoleuit, vt multitudo populi plerumq. de parochia vnius Epiſcopi in dioeceſim alterius trãsferatur; in qua licet permulta tempora moram habuerit, vterq. tamen Epiſcoporum tam is, cuius parochia relinquitur, quam is, cuius parochiani ſint facti, decimationem requirit: vnde & inuidiæ, & contentiones oriuntur. Ideoq. nos tua duxit fraternitas conſulendos, cui potius decimæ ſint reddendæ. Noueris igitur, quod ſi de artificio, vel negotiatione aliqua, & agricultura, quam infra terminos parochię, in qua moratur exercet, vel alijs huiuſmodi decimę ſoluantur, æquum eſt, vt illi eccleſię reddantur, in qua ille, qui reddit, per totum anni circulũ audit diuina, & eccleſiaſtica percipit ſacramenta. Apoſtolus .n. dicit, ſi vobis ſeminaui ſpiritualia &c. Super decimis vero meſsiũ, vel fructibus arborum, ſi coluerint in alia parochia, quam in ea, in qua habitant, quoniã a diuerſis diuerſa cõſuetudo tenetur, certum aliquid non duximus reſpõdendum. tu vero eligas in hoc caſu, ex quo, vel nullum, vel minus noueris ſcandalum generari. c. 10. e.

Alexander iij. Atrebateñ. Epiſcopo. *Cap. 30.*

PLENE nobis innotuit ex tuarum cõtinentia litterarum, quod cum hoſtia quædã ſacrata in arca cuiuſdã mulieris parochianæ tuæ conclũſa fuiſſet, virtute Domini faciẽte, pars fere media in corpus Chriſti manifeſte conuerſa eſt, ita vt caro videretur. Cum vero hoſtia ipſa a parochiali eccleſia, quã S. tuæ eccleſiæ canonicus poſsidet, a te, & a canonicis eccleſiæ tuę, ad eccleſiam ipſam tranſlata ſit; idem canonicus oblationes, quę obtentu illius corporis Chriſti eidem eccleſiæ proueniunt, inſtanter requirit, quas in reparatione eccleſiæ fideliter, ſicut aſſeris, erogaſti. Licet Non ponitur.

 autem

autem eidem canonico petas ſuper hoc ſilentium inponi, & nos libenter in eo, quod ſecundum Deum poſſumus, petitiones tuas velimus attendere, & admittere; petitioni tuæ ſuper hoc non poſſumus exhibere fauorem: ſed venerabilibus fratribus noſtris Albañ. & Siluañ. Epiſcopis, quibus cauſam ipſam commiſimus, dedimus in mandatis, vt præfatum canonicum commoneant a petitione ipſarum oblationum deſiſtere, vt eas in reparatione præſcriptæ eccleſiæ erogari permittat. Si vero ad hoc induci non poterit, eidem cauſę debitum finem inponant. credimus enim firmiter, & ſperamus, quod ſub examine Epiſcoporum eadem cauſa effectum ſit debitũ ſortitura.

DE REGVLARIBVS TRANSEVNTIBUS AD RELIGIONEM. Tit. xxvij.

Alexander iij. cruciatis. *Cap. 1.*

Non ponitur. Pen. 6. Lat. par. 17. c. 5. AD petitionem veſtram regulam, ſecũdum quam viuere debeatis, & omnipotenti Deo ſeruire, duximus conſtituendam. In primis id ſtatuẽtes, vt profeſſionem maiori priori faciant omnes laici in manu eius, ſe abſq. proprio victuros promittentes, & cõtinentiam, in quantum permiſerit diuina gratia, ſeruare. Cũ quidem, tam clerici, quã laici, proprio magiſtro, & animarum ſuarum rectori, debitam in omnib. reuerentiã promittant, nec alicui inter vos profeſſo liceat ad alium ordinem abſq. prioris licentia vllo modo tranſire, niſi forte ad religionem migrauerit arctiorem. Nullus abſque maioris prioris licentia hoſpitale audeat facere: nullus proprium habeat, ſi quid acquiſierit, ſuo rectori aſsignet; nullus veſtrum alij vobiſcum eſſe volenti crucem tribuat, ſed per medium annum integrum vobiſcum in probatione permaneat, & tunc maiori priori pręſentetur, vt ab ipſo, non ab alio crucem ſuſcipiat.

Idem Archiepiſcopis, Epiſcopis, & alijs eccleſiarum prælatis per Galliam conſtitutis. *Cap. 2.*

De regul. c. 7. NON eſt vobis dubium, aut incertum, quomodo fratres religioſi Ciſtrenſis ordinis ea religione permaneant, & virtute; quod ex inſtitutione patrum, & prædeceſſorum noſtrorum ij, qui in eorum monaſterijs profeſſionem faciunt, ſine Abbatis ſui licentia prohibentur de clauſtro diſcedere, & diſcedentes in alijs monaſterijs recipi. Inde eſt, quod eandem inſtitutionem, nos non ſolũ amicam religioni, ſed etiam rationi cõſonam ſollicite conſeruare volentes, vniuerſitati veſtrę p A. s. p̃. m. qua. monachos, vel conuerſos conſcripti ordinis poſt factam monaſterijs profeſſionem, ſine licentia Abbatum ſuorum per Epiſcopatus veſtros recipi nullatenus permittatis; & ſi qui ex eis fuerint, qui ſine licentia Abbatum ſuorum de monaſterio, in quo profeſſionem fecerint, exire preſumpſerint, & commoniti ad ſua monaſteria celeriter nõ redierint, eos tamdiu ap. re. cenſura eccleſiaſtica percellatis, donec ad monaſteria, vnde exierint, regredi conpellantur.

Ex concilio Magũc. *Cap. 3.*

NVLLVS tondeatur, niſi legitima ætate, & ſpontanea voluntate. c. 1. c. 1.

Ex eodem. *Cap. 4.*

SI quis ante annos legitimos tonſuratus eſt ſine conſenſu parentum ſuorum, ſi parentes ipſi infra annum non ſe reclamauerint ad Principem, aut ad proprium Epiſcopum, aut ad miſſum dominicum, in ipſo clericatu permaneat. Si verò poſt legitimos annos per vim clericus factus eſt, & parentes eius infra annum ad memoratas perſonas minime ſe reclamauerint, in clericatu permaneat, ita ſicut is, de quo ſuperius dictum eſt. c. 2. 6.

Ex concilio Toletano. *Cap. 5.*

VT clerici, qui ſe fingunt habitu, & nomine monachos eſſe, & non ſunt; omnimodis corrigantur, atq. emendentur, vel vt veri monachi ſint, vel veri canonici. c. 3.

Ex concilio Aurelian. *Cap. 6.*

VIDVA ſi ſponte velamen, quamuis non ſanctum ſibi inpoſuerit, & in eccleſia inter velatas oblationem Deo obtulerit, velit nolit, ſanctimonialem habitum vlterius habere debet, licèt ſacramento confirmare velit, eo tenore, & ratione velamen ſibi inpoſuiſſe, vt iterum poſſet deponere. c. 4.

Gregorius Ambroſio Subdiacono. *Cap. 7.*

IOANNES frater, & coẽpiſcopus noſter per Iuſtum clericum &c. & infra. c. 5.

Præterea

Pręterea præſenti iuſsione tibi mãdamus, vt neque monachum alterius de monaſterio in monaſterium migrare liceat, nec eorum aliquem peculiare quidquam habere permittas; ſed ſi hoc præſumpſerit, in monaſterio, in quo ab initio conuerſatus eſt, & ſub Abbatis ſui regula, de qua fuerat, conpetenti coertione reddatur.

Alexã. iij. Magiſtro Fidãtia Canonico Ciuit. c. 8.

c. 8. a. AD noſtram noueris audientiam perueniſſe, quod eremitæ de monte Foliano, quoſdam pueros intra biennium in tantum ſeduxerunt, quod quidam illorum ſuaſionibus, eorum aſſenſum præbentes, ad eccleſias ipſorum acceſſerunt. Quos cum ſtatim religionis habitum induiſſent, vnus prædictorũ puerorum T. nomine ſtatim pęnitens, quod habitum ſuſcepiſſet, id, quod fecerat, ſuis parentib. intimauit, qui ad locum ipſum mora poſtpoſita accedentes, eum exinde traxerũt, & cum non ſtetiſſet ibi, niſi per vnam noctẽ, vt accepimus, pręfati eremitæ, & quidam alij eum non permittunt quandam puellam ducere in vxorem, quã ipſe iurauit in vxorẽ accipere; ac ſicut dicitur deſponſauit. Quo circa d.t. per A.s.p̃.m. qua. rei veritate inquiſita diligenter, ac cognita, ſi tibi conſtiterit, quod pręfatus T. ante conſumationem xiiij. anni, habitum ipſum ſine probatione ſuſceperit, & ſuſceptum habitum depoſuit; aut ſi poſt xiiij. annum habitum ipſum ſine probatione ſuſceperit, & infra triduum depoſuit; eum ab inpetitione prędictorum eremitarũ, vel aliorum in hac parte oc. & ex ap. ces. penitus abſolutum, & eam, quam iurauit accipere in vxorem, libere poſſe traducere in vxorem, ſi alia rationabilis cauſa non impedit, denunties.

Idem Lierñ. † *Epiſcopo.* *Cap.* 9.

† Hebē Greg. 9 c. 9. e. SVPER eo, quod quæſitum fuit a nobis ex parte tua; vtrũ ſacerdotes, qui religionis habitũ ſuſceperint, & ante quam eſſent vinculo profeſsionis aſtricti, ad priorem ſtatum ſint reuerſi, permittendi ſint eccleſias, & curam animarum habere; & an alij clerici, ſi monaſticum habitum ante oblatum profeſsionis libellum deſeruerint, ad ſacros ordines promoueri, & ad gubernationem eccleſiarum poſsint aſſumi. f.t. taliter reſpondemus, quod ſi auſteritatẽ religionis, ad quam migraſſe noſcuntur, ſeruare noluerint, ad minorem religionem cogendi ſunt pertranſire, nec amplius in eccleſijs ſæcularibus debent aſſumi, ne contra votum ſuum, quod domino fecerunt, in animarum ſuarum periculũ conprobentur venire. Verum ſi ante ſuſceptum habitum poſiti in probatione, recedere voluerint, ſecundum regulam beati Benedicti, non videntur prohiberi, ad priorem ſtatum redire, ſed videtur regula veſtra præcipere, vt in eadem veſte redeãt, in qua venũt.

Idẽ Abrातino Epiſco. parte. quod ſedem. c. 10.

SANE de canonico, q in eccleſia Aromãc. profeſsionem fecerat, & ab ea fugerat a quodam Abbate recepto in monachum ad tuę f. ſignificamus, quod ſi locus, vbi nunc permanet, maioris eſt religionis, quam eccleſia Aromanc. ipſum in eodem loco cum pura conſcientia remanere permittas, alioquin eum ad priorem eccleſiam redire conpellas. c. 10. e.

Idem Bellnacẽ. Epiſcopo. *Cap.* 11.

SIGNIFICATVM eſt nobis, & pro certo monſtratum, quod Guiboldus nõ dum incipiens eſſe xiiij. annorũ timore magiſtri, qui eum litteras erudiebat, habitum religionis apud eccleſiã de Reſone ſuſcepit, & inde ſicut puer infra annũ exiuit, & p ſęculi vanitates, iã ſex annis, & eo amplius vagabũdus diſcurrit. Vnde quoniã huius rei veritas nobis nõ cõſtat: f.t. p A.s.m. qua. rem ipſam diligenter inquiras, & ſi inueneris, quod non fuiſſet aparentibus oblatus, nec inceperit eſſe xiiij. annorum, quando ad religionem acceſſit, & eum infra annum xiiij. facti voti pænituerit, & ab eccleſia ipſa receſſerit, ſi in ſæculo voluerit remanere, eum ab illo voto profeſsionis, quod fecit, auctoritate Pontificali abſoluas, & abſolutionem eius tam eccleſiæ de Reſone, quã populo tuæ ciuitatis ſtudeas publicare. Si autem aparentibus forte fuerit oblatus, ſeu xiiij. annum cõpleuerit, cum religionem intrauit, ſiue poſt xiiij. annum profeſsionem a ſe factam ratam habuerit, eum ad eandem, vel ad aliam religionem, omni cũ diſtrictione compellas. c. 11. e. t.

DE CONVERSIONE CONIVGAtorum. Tit. xxviij.

Alexander iij. Nerrñ. Epiſcopo. pars c. ... ſuper eo quod. *Cap.* 1.

PRAETEREA, vtrũ laicus vxoratus, qui pręſentib. ſacerdotibus, & monachis ignorante Epiſcopo de licentia; & permiſsione vxoris ſuę monaſteriũ ingreſſus, & ſorte profeſsionem fecit, vxore in ſæculari habitu remanente, nec ad religionẽ tráſeunte, aut perpetuã continentiã vouẽte, ab Epiſcopo ſuo poſsit ad torũ vxoris reuocari, an illa cõpellẽda ſit ad obſeruationẽ De co[n]ue. coniu. c. 1.

continentiæ pertranſire. Dicimus, quod, niſi vxor ad religionem tranſierit, aut caſtitatẽ perpetuo ſeruare promiſerit; vir debet, & poteſt ab Epiſcopo de monaſterio reuocari; quia cum vna caro ſint effecti, nõ debet vna pars in ſæculo manere, & altera ad religionem, & caſtitatem tranſire. verũtamen vxor monenda eſt, & propenſius exhortanda, vt ad religionem tranſeat, & caſtitatem ſeruare promittat.

Idem Salernitano Archiepiſcopo. *pars c.*

Licet prater. Cap. 2.

c.2.e. VERVM poſt conſenſum legitimum de præſenti licitum eſt alteri altero ita repugnãte eligere monaſterium, ſicut quidã etiã ſancti de nuptijs vocati fuerunt, dummodo inter eos carnalis commixtio non interuenerit, & alteri remanenti, ſi commonitus cõtinentiam ſeruare noluerit, licitum eſſe videtur, vt ad ſecunda vota poſsit tranſire; qui cũ non fuiſſent vna caro ſimul effecti, ſatis poteſt vnus ad Deum tráſire, & alter in ſæculo remanere.

Idem Piſano Archiepiſcopo. Cap. 3.

c.3.e. QVIDAM intrauit monaſterium inuita vxore eadem ipſum repetente, coactus eſt ad eam redire, ea mortua quæris, an ipſe cogatur ad monaſteriũ redire, an aliam poſſit ducere vxorem. quæſtioni tuæ taliter reſpondemus: votum nõ tenuit, vnde ratione voti non tenetur ad monaſterium redire; vlterius vero non poteſt vxorem accipere; promiſit n. ſe nõ exigere, quod in poteſtate eius erat, & ideo tenuit votum, non reddere non erat in eius poteſtate, ſed in poteſtate mulieris. Vnde Apoſtolus, vir non habet poteſtatem ſui corporis, ſed mulier.

Idem Exoñ. Epiſcopo. Cap. 4.

c.4.e. CVM ſis præditus ſcientia litterarum, ignorare non potes, nec debes ſanctorum patrum inſtitutioni obuiare, vt vir vxore ſua in ſæculo remanente, aut vxor viro ſuo non aſſumente religionis habitum, debeat ad religionẽ tranſire. Quia cũ vir & vxor vna caro ſint, ſicut docet Apoſtolus, non poteſt vnus ad Deum conuerti, & alter in ſæculo remanere. Inde eſt, quod auctoritate Apoſtolicã prohibemus tibi, ne in Epiſcopatu tuo, virũ, vel vxorem, niſi vterque ad religionem migrauerit, tranſire permittas; ſed ſi voluerint ad Deum cõuerti, vterq. ad frugem melioris vitæ tranſeat. Verum ſi vxor ita ſenex eſt, & ſterilis, quod ſine ſuſpicione poſsit eſſe in ſęculo, diſsimulare poteris, vt vir ea in ſęculo remanente, & caſtitatem promittente ad religionem tranſeat.

Idem Strigoñ. & Colon. Archiepiſcopis. c. 5.

CONIVGATVS ad monaſterium conuerti deſiderans, prohibetur ſuſcipi, niſi vxor eius cõuertatur; nam dum vnum vtrorumq. corpus coniugij copulatione ſit factũ, incongruum eſt partem conuerti, & partem in ſæculo remanere, nec recipitur apud Deũ illius viri conuerſio, cuius ſequitur coniugalis fœderis proſtitutio. Cum igitur cœtus clericorum longe pręminet cœtui monachorũ, vt ita aliquando bonus monachus, vix bonũ clericum faciat, nullus coniugatorum eſt ad ordines ſacros promouendus, niſi ab vxore continentiam profitente fuerit abſolutus, vt fiat deinceps de carnali copula ſpirituale cõiugium. c.5.e.

Idem eidem. Cap. 6.

SANE ſi coniugati conſenſerint ordinari, etiã vxoris volũtas prius requirẽda eſt, vt ſequeſtrato manſionis cubiculo, religione promiſſa, poſtquam pariter conuerſi fuerint ordinentur. Quod ſi in quibuſlibet eccleſiaſticis gradibus prouidenter, ſollerteq. curandũ eſt, vt in domo Dei nihil ſit inordinatũ, nilq. præpoſterum, multo magis laborandũ eſt, vt in eius promotione, qui ſupra omnes gradus continetur, nõ erretur. Inde eſt, quod f. u. auctoritate Apoſtolica prohibemus, ne vxoratum in Epiſcopum pręſumatis ordinare, niſi vxor prius profeſſa continentiã ſacrum velamen ſibi inponat, & religioſam veſtem aſſumat. nolumus n. vt viri promotio vxori relictę in ſęculo fieri perditionis poſsit occaſio. c.6. et

Idem Brixieñ. Epiſcopo. Cap. 7.

EX publico inſtrumento, quod nobis eſt præſentatum, & ex tenore litterarum tuarũ, nobis innotuit, quod cum u. frater noſter Veroneñ. Epiſcopus de mãdato noſtro cauſam matrimonij, quę inter Agelatem virum, & Mathemiam mulierem vertebatur, ſuſcepiſſet fine canonico terminandam, auditis vtriuſque partis allegationibus, & rationib. inter eos iudiciali ſententia, matrimoniũ approbauit, & eidem mulieri pręcepit, vt ad virum ſuum rediret, & exhiberet coniugalem affectum. Verum, cum eadem mulier ad eũ iuxta ſententiam prædicti Epiſcopi regredi nollet, de mandato noſtro, ſicut accepimus, fuit vinculo excõmunicationis aſtricta. Ceterum, quia præfata mulier, licet a pręfato viro deſpõſata fuerit, ad huc tamẽ, ſicut aſſerit, c.7.e.

ab ipſo

ab ipſo eſt incognita: ſ. t. p A. ſ. p̃. m. qua. ſi prædictus vir mulierem ipſam non cognouit carnaliter, & eadem mulier, ſicut ex parte tua nobis proponitur, ad religionem tranſire voluerit, recepta ab ea ſufficienti cautione, quod vel ad religionem tranſire, vel ad virum ſuum redire infra duorum menſium ſpatium debeat, ipſam contrad. & ap. ceſ. a ſententia, qua tenetur, abſoluas. ita quod ſi ad religionem tranſire maluerit, vterq. reſtituat alteri, ſi qua alter ab altero habuerit; & vir ipſe ea religionis habitum aſſumente, ad alia vota licentiam habeat tranſeundi. Sane quod dominus in euangelio dicit, non licet viro vxorẽ ſuã, niſi ob cauſam fornicationis dimittere; intelligendum eſt, ſecũdum interpretationẽs ſacri eloquij, de ijs, quorum matrimonium eſt carnali copula conſumatum, ſine qua matrimonium conſumari non poteſt, & ideo ſi prędicta mulier non fuit a viro ſuo cognita, licitũ eſt ei ad religionem trãſire.

Idem G. Priori, & fratribus S. Ioannis. pars c. ad petitionem. *Cap.* 8.

6. 1. e. VXORATVM autem ſine licentia proprię vxoris inter vos nullatenus recipiatis, quæ ſi integræ famæ, & opinionis ita exiſtat, quod nulla marito ſuſpicio habeatur, eã ad ſecunda vota velle migrare, vel quod minus continenter debeat viuere; quæ ſi, prout dictum eſt, talis extiterit, marito eius in conſortio veſtro recepto, ipſa publice in conſpectu eccleſiæ continentiam profeſſa, in domo propria cum filijs ſuis, familiaq. poterit permanere. Si autem talis fuerit, quæ ſuſpicione non careat, voto continentiæ celebrato, a ſæcularium hominum conuerſatione ſe remoueat, & in loco religioſo, vbi Deo ſeruiat, perpetuo commoretur. Nullus veſtrum audeat aliquam mulierem tonſurare, vel eam ad habitandum ſecum aſſumat.

Idem Epiſcopo Sanctæ Agathæ. pars c. de muliere. *Cap.* 9.

Non ponitur. Poſt c8. Lat. par 30. c. 30. SANE ſuper eo, quod quædam viro fidem dederit, & ipſe illi, quod matrimonium inter ſe contraherent, & viro volente ſacramentum ſeruare, mulier caſtam diſponit ducere vitam: d. t. taliter reſpondemus, quod ſi commiſti nõ fuerint, mulier permittatur ad religionem trãſire, & domino relicto ſæculo militare. Quod ſi facere noluerit, & in ſęculo caſte viuere diſpoſuerit, quia hoc ſuſpectum eſſet, & ſe ad vtrumlibet, ad bonum videlicet, & malum poſſet habere, ipſam matrimonium conſumare conſtringas, beatum n. Ioannem, & plures alios ab ipſis etiam ſponſalicijs ad vitam contemplatiuam legimus euocatos, & ideo eidem mulieri confidenter permittere poteris, vt tranſeat ad religionem, caſtitatis votum ſeruatura.

DE VOTO, ET VOTI REdemptione. Tit. xxix.

Alexander iij. Exoñ. Epiſcopo. *Cap.* 1.

DE peregrinationis quoq. votis, an eleemoſynis redimi poſſint, vel aliud pro neceſſitate impleri; tibi reſpondemus, quod ab eius, qui poſſidet, dependet arbitrio, vt conſideret diligentius, & attendat qualitatẽ perſonæ, & cauſam conmutationis. ſ. an id ex infirmitate, ſeu affluentia diuitiarum cõtingat, vtrũ peregrinatio, an recõpenſatio melior fuerit, & Deo magis accepta, & ſecundum hoc debet inde diſpenſare. De voto c. 1.

Idem Norwiceñ. Epiſcopo. *Cap.* 2.

VENIENTIS ad nos R. clerici narratione audiuimus, quod cum in puerilitate conſtitutus fuiſſet, Hieroſolymam ſe diſpoſuit profecturum, cuidam quoque conſocio, qui nihilominus ſepulchrum dominicũ propoſuerat viſitare, fidem dedit, & ſuam ab eo recepit, quod ſibi inuicem in via ſocij fideles exiſterent, & bonam ſocietatem ſeruarent. qui vtiq. ſollicita mente reuoluens ad nos acceſſit, vt ſibi ſuper hoc noſtrum auxilium aperiremus; nos autem ipſum graui infirmitate laborare, ſicut aſſerit intelligentes, & quod in partibus orientis eius aduentus parum vtilitatis conferret, diligentius attendentes, pręſertim cum non ſit licitum, clericum infra ſacros ordines conſtitutũ arma ſumere, vel ſanguinis effuſioni vacare, ipſum a voto, quod in ætate tenera, facilitate potius, quam ex arbitrio diſcretionis promiſit, abſoluim9. & ad propria remittimus abſolutum; ita tamen, quod idem votũ eleemoſynis redimere debeat, & iuxta conſilium noſtrum † toto vitæ ſuæ tempore vni pauperũ Chriſti tam in victu, quam in veſtitu, dummodo ad hoc ſuæ facultates ſufficiant, debeat prouidere. c. 2. e. † ap. veſtrũ.

DE STATV MONACHORVM, & cęllis eorum. Tit. xxx.

Gregorius F. Epiſcopo Neapolis. *Cap.* 1.

THEODOSIVS &c. & infra. In aliquo monaſterio nec tu, nec presbyteri tui, pręter diligentiam diſciplinæ, aliquid moleſtiarũ inferant; aut ſi quid illis pro diuerſorũ deuotione acceſſerit, ſibi De ſtatu mo. c. 1.

extiment vendicari,cum monachis in eodem loco ſeruientib. debeat proficere, quidquid a fidelibus contigerit.

Ex concilio Lateranẽ. *Cap. 2.*

c.2.e.t. MONACHI non pretio recipiantur in monaſterio, nec peculium permittantur habere,non ſinguli per villas,& oppida,ſiue per quaſcumque parochiales ponantur eccleſias,ſed in maiori conuentu,aut cum aliquibus fratribus maneant,nec ſoli inter ſæculares homines ſpiritualium hoſtium conflictũ expectent; Salomone dicente. Ve ſoli,quia ſi ceciderit,non eſt, qui ſubleuet eum. Si quis autem exactus pro ſua receptione aliquid dederit,ad ſacros ordines non aſcendat. Is vero,qui cum receperit,officij ſui ſuſpenſione mulctetur. Qui vero peculium habuerit,niſi ab Abbate fuerit ei pro iniuncta adminiſtratione permiſſum, a cõmunione remoueatur altaris,& qui in extremis cũ peculio inuentus fuerit,& digne non pœnituerit, nec oblatio pro eo fiat,nec inter fratres accipiat ſepulturam; quod etiã de vniuerſis religioſis præcipimus obſeruari. Abbas autem,qui diligenter iſta non cauerit, officij ſui iacturam ſe nouerit incurſurum. Prioratus quoq. ſeu obedientiæ pretij datione nulli tradantur; alioquin dantes,& accipientes a miniſterio fiant eccleſiaſtico alieni. Priores autem cum in eccleſijs conuentualibus fuerint conſtituti,niſi pro manifeſta cauſa,& rationabili, non mutentur, videlicet ſi lapidatores fuerint, ſi incõtinenter vixerint,aut tale aliquid egerint, proquo amouendi merito videantur, aut ſi etiam pro neceſſitate maioris officij,de conſilio fratrum fuerint transferendi.

DE RELIGIOSIS DOMIBVS, VT Epiſcopis ſint ſubiectæ. Tit. xxxj.

Gregorius Victori Neapolis Epiſcopo. *Cap. 1.*

de relig. dom. c.1. NVNC ad hanc baſilicã, quæ dedicãda eſt,illud debet diſquiri;quis,ideſt cuius ciuitatis,ante quam baſilica,quæ nuper fabricata eſt,fundaretur, baptizauerit incolas; ad cuius cõſignationem ſubannixa deuotione concurrerunt. non n. terminis,aut locis conuenit diffiniri,ſed illius facere diœceſim, qui ſuperius continetur, vt conſtet cõmanentes,a quo fuerint lauacri regeneratione purgati, & ideo fratres Kariſſimi, amotis ambagibus, & omni circuitione remota,hæc vos modis omnibus conuenit inueſtigare,vt ille maxime ad conſecrationem vocetur,cui per hunc modum,quem ſcripſimus,conſtat debere permitti.

Ex decretis Eugenij Papæ. *Cap. 2.*

DE xenodochijs, & alijs ſimilibus locis per ſollicitudinem Epiſcoporũ, in quorum diœceſi exiſtunt,ad eaſdem vtilitates,quibus conſtituta ſunt,ordinentur. c.3.e.

Gregorius Agapeto Epiſcopo. *Cap. 3.*

QVIA monaſterium, quod in fundo Marciano prouinciæ Campaniæ ſitum eſt, c.2.e. hoſtilitate faciente penitus dicitur deſolatũ, tuo illud monaſterio cum omnib. rebus ſuis, vel quæ ei competunt,actionibus, vtile proſpeximus vniendum.& infra. Ipſum autem monaſterium, ſic tuæ ordinationi cõmiſiſſe cognoſcas,vt tamen iuriſdictionem illic non Epiſcopus Surretinus, in cuius ciuitate monaſteriũ tuũ eſt,ſed Micenus,† cuius eſt diœceſis,habeat, nam ſic huius loci ordinationẽ diſponimus, vt tamen iura ſua ſingulis Epiſcopis inuiolata ſeruemus. † al. Vicẽtinus Nucerinus.

Vrbanus iij. Annuñ. † Epiſcopo. *Cap. 4.* Greg. 9 † Ariminen.

LICET ad ea, & infra. Ad hæc ſuper eo,quod quæſitum eſt, vtrum hoſpitalis domus poſſit in ſæculare habitaculum conmutari,duximus reſpondendum; quod ſi locus ille ad hoſpitalitatis vſum,& pauperum prouiſionem fuerit, ſicut moris eſt, auctoritate Pontificis deſtinatus,cum ſit religioſus, non debet mundanis vſibus deputari;ſicut de veſtibus, & ligneis vaſis, & alijs vtenſilibus ad cultum religionis per Pontificem deputatis, antiqua cõſuetudo indubitanter obſeruare, & venerabilium patrũ edocent ſanctiones. Greg. 9 c.4. e.

DE CAPELLIS MONACHORVM, & aliorum religioſorum. Tit. xxxij.

Vrbanus ij. in concilio Claromontenſi. *Cap. 1.*

CONGREGATO apud Claromontenſem vrbem multorum Epiſcoporum ſynodali conuentu, propoſita eſt nobis a quibuſdam eorum quæſtio de eccleſijs,vel de eccleſiaſticis poſſeſſionib. a clericis,vel monachis, vſq. in præſentiarum,incõſultis Epiſcopis acquiſitis,nos autem vſi ſaniori cõſilio eorundem Epiſcoporum condeſcendentes pro tẽpore, prouidẽteſque eccleſiaſticæ paci; vel quia aliter,abſq. ineuitabili ſcandali periculo,huiuſmodi quæſtio non poterat procedere, Apoſtolica auctoritate decernimus; vt ea, quæ a clericis,vel monachis,vel a quibuſcumq. perſonis,prout potuerunt, vſq. hodie fuerunt acquiſita,rata perenniter,& inconcuſſa permaneant:hoc tamen tenore, ne inpoſterum in cõſultis Epiſcopis talia præſumãt. In eccleſijs de capell mon. c.1

vbi

vbi monachi habitant, populus per monachum non regatur, ſed capellanus, qui populum regat, ab Epiſcopo per conſilium monachorum inſtituatur, ita tamẽ, vt ex ſolius Epiſcopi arbitrio, tam ordinatio, quã depoſitio, & totius vitæ pendeat conuerſatio.

Ex concilio Lateranẽ. parte. cum & plantare. Cap. 2.

De pri- uil. c. 3. IN eccleſijs religioſorum, quæ ad eos pleno iure non pertinent, inſtituendos presbyteros Epiſcopis repręſentent; vt eis quidem de plebis cura reſpondeant, ipſis vero pro rebus temporalibus rationem exhibeant cõpetentem; inſtitutos autem incõſultis Epiſcopis non audeant remouere.

Alexander iij. dilectis filijs vniuerſis monachis per Cantuarieñ. prouinciam conſtitutis. Cap. 3.

Non ponitur. Poſt cõ. Lat. par. 15. c. 24. CVM deceat nos commodis, & profectibus eccleſiarum feruenter intendere, nobis ſummopere congruere dignoſcitur, vt earum ordinationibus tanto ſtudioſius intendamus, & ne inordinatæ remaneant, vigilem curam, & ſollicitudinem adhibeamus. Inde eſt, quod vniuerſitati veſtræ p A. s. p. m. vt eccleſijs, in quib. repræſentationem habetis, cum vacauerint, diœceſanis Epiſcopis clericos idoneos pręſentetis, qui illis de ſpiritualibus, vobis autem de temporalibus debeant reſpondere.

DE IVRE PATRONATVS, ET eccleſijs a laicis conceſsis. Tit. xxxiij.

Ex concilio Medioꝰmatricis. Cap. 1.

De iure p. c. 1. RELATVM eſt ad ſanctam ſynodum, quod inter heredes etiam eccleſiæ in rebus proprijs conſtitutæ diuidantur, & tanta per eandem diuiſionẽ ſimultas oriatur; vt de vno altari tres partes fiant, & ſingulę partes ſingulos habeãt presbyteros, quod ſine diſcordia, & ſimultate, nullo modo fieri poteſt. Vnde nobis viſum eſt, quod huiuſmodi eccleſiæ inter heredes diuidi non debeant, & ſi in contentionem venerint, & ſimultates inter eos ſurrexerint, per quas ſacerdos ſuo ibi officio canonice fungi nõ poſſit; pręcipiatur ab Epiſcopo ciuitatis, vt nullo modo ibi miſſarum ſollemnia celebrentur, donec illi ad concordiam redeant, & pari modo, & pari conſilio eccleſia illa ſacerdotẽ canonice habeat, qui libere ſuum miniſteriũ agere poſsit.

Ex concilio Triburieñ. Cap. 2.

c. 2. e. t. QVAECVMQVE eccleſia plurib. coheredib. ſit obſeſſa, concordi vnanimitate vndiq. procuretur: ne propter aliquas diſcrepationes ſeruitium Dei minuatur, & cura populi irreligioſe agatur. Si vero contingat pro ea cõparticipes diſsidere, & ſub vno presbytero nolle eã procurare, & propterea iurgia, & cõtẽtiones, tã inter ipſos, quã inter clericos incipiãt frequẽtari, quia iuxta Apoſtolũ, ſeruos Dei non oportet litigare: Epiſcopus tollat inde reliquias, & ſub magna cura honorifice collocet eas, atq. eiuſdem eccleſiæ claudat oſtia, & ſub ſigillo ſignet ea, & vt ſacrum miniſteriũ nullus celebret in ea, antequã concordi vnanimitate vnum omnes eligant presbyterũ, qui idoneus ſit ſacroſanctum procurare, & populo Dei vtiliter pręeſſe.

Ex concilio apud Confluentiam. Cap. 3.

SI laici proprias eccleſias habuerint, ratione, & auctoritate alienũ habeatur, vt ipſi decimas accipiãt, & inde canes, aut gynęciarias ſuas paſcant, ſed potius presbyteri eccleſię eas accipiant, & inde reſtaurationes eccleſiarum, & luminaria, & hoſpitum, pauperũq. receptionem exhibeant, & pro ſancta eccleſia, ac pro ſtatu regni Dei miſericordiam ſtudioſe inplorent. Non ponitur.

Ex concilio Lateraneñ. Cap. 4.

QVONIAM in quibuſdam locis fundatores eccleſiarum, aut heredes eorum poteſtate, in qua eos eccleſia vſq. huc ſuſtinuit, abutuntur, & cũ in Dei eccleſia vnus debeat eſſe, qui pręſit, ipſi plures ſine reſpectu ſubiectionis eligere moliuntur, & cum vna eccleſia vnius eſſe debet rectoris, pro ſua defenſione plurimos repręſentãt: Quo circa pręſenti decreto ſtatuimus, vt ſi forte in plures partes fundatorũ ſe vota diuiſerint, ille præficiatur eccleſiæ, qui maiorib. iuuatur meritis, & plurimorum eligitur, & probatur aſſenſu. Si autem hoc ſine ſcandalo eſſe nequiuerit; ordinet antiſtes eccleſiam, ſicut melius eam ſecũdum Deum viderit ordinandam, & id ipſum etiam faciat, ſi de iure patronatus quæſtio emerſerit inter aliquos, & cui competat, infra tres menſes non fuerit diffinitum. c. 3. e.

Ex eodem. Cap. 5.

PRAETEREA in tantum quorundam laicorum proceſsit audacia, vt Epiſcoporũ auctoritate neglecta clericos inſtituant in eccleſijs, & remoueãt, cũ voluerint, poſſeſſionem quoq. atq. eccleſiaſtica bona pro ſua voluntate plerumq. diſtribuant, & tam eccleſias ipſas, quam homines eorum tallijs, & exactionib. grauare pręſumant: eos, qui amodo iſta præſumpſerint, anathemate decernimus eſſe c. 4. e.

eſſe feriendos. presbyter autem, ſiue clericus, qui eccleſiam per laicos, ſine propria auctoritate Epiſcopi receperit, cōmunione priuetur, & ſi perſiſterit, a miniſterio eccleſiaſtico & ordine deponatur.

Alexander iij. Decano, & Pracentori, & capitulo Velleñ. *Cap. 6.*

Non remittitur. EX diligenti relatione magiſtri E. accepimus, quod cum bonæ memoriæ R. quondã Epiſcopus veſter, de aſſenſu, & voluntate veſtra † ipſum in canonicum eccleſiæ veſtræ recepiſſet, aſsignans ei xl. ſol. ſub annua penſione nomine præbendę percipiendos, quouſq. præbenda vacaret in eadem eccleſia, ad quam ipſum intitulauit, cum eum ad diaconatus ordinẽ promouerit, prædicto Epiſcopo de medio ſublato, & redditib. Epiſcopatꝰ ad fiſcum deuolutis; cum quędam prębenda in iam dicta eccleſia vacaret, Kariſsimus in Chriſto filius noſter H. illuſtris Rex Anglorum, eam Thomæ clerico ſuo contulit, cui etiam aliam poſtmodum in eadem eccleſia vacantem cũ Archidiaconatu, ad quem dicitur pertinere, conceſsit, quas inſimul non debet habere, cum nulli ſit licitum in vna, & eadem eccleſia duas prębẽdas optinere. Quo facto idem Tho. fructum prębẽdę ſibi prioris taliter collatæ Stephano fratri ſuo de Regia auctoritate confiſus cõferre pręſumpſit. Quia igitur intereſt noſtra, quæ in eccleſijs Dei ita inordinata fuerint, ſtudioſius emendare: d. u. p A. s. m. qua. ſi prælibatus E. a commemorato Epiſcopo de aſſenſu, & voluntate veſtra in canonicum eccleſiæ fuerit aſſumptus; ita quod cum præbenda vacaret, ſibi deberet ibidem aſsignari. Præbendã illã cum fructibus, quos prędictus Thomas Stephano fratri ſuo poſt ſuſceptum Archidiaconatum cum præbenda dicitur contuliſſe, memorato E. omni oc. & ap. re. auctoritate noſtra quãcitius aſsignetis, & eam ſibi faciatis in pace, & quiete dimitti, quia pro non dato habetur, quod ab illo datur, qui non poteſt de iure donare.

† noſtra al.

Idem Eborac. Archiepiſcopo. *pars c.*
Relatum eſt. *Cap. 7.*

c. 5. c. QVOD autem conſulis, ſi clericus idoneus ad vacantem eccleſiam præſentatus, nõ fuerit ab Epiſcopo diœceſano admiſſus, & poſtmodum alius idoneus præſentatus, & inſtitutus ab Epiſcopo, poſſeſsionem tenuerit corporalem; an priore clerico eccleſiam petẽte debeat poſterior remoueri, vel poſterior priori pręferri. dubium non eſt, quin in caſu iſto melior ſit cõdicio poſsidentis; quoniam ante quam pręſentatio per diœceſanum Epiſcopum approbetur, ratum non eſt, quod a patrono fuerit inchoatum. De cetero prudẽtiæ tuæ litteris pręſentibus intimamus, quod ſi laici clericis, vel collegijs de conceſsionib. vel donationibus inſtrumenta conceſſerunt in hæc verba, vel ſimilia: Cõceſsi, vel dedi eccleſiam, & pręſenti charta firmaui: ſi conſenſus Epiſcopi nõ acceſſerit, nihil agi videtur; a laico.n. eccleſia donari non poteſt. Patronatum autem de auctoritate, & aſſenſu Epiſcopi certum eſt a laico in eadẽ de iure conferri.

Idem Exoñ. Epiſcopo. *Cap. 8.*

QVIA clerici quidam veſtrę iuriſdictionis aduocationes eccleſiarum, ſicut accepimus, conparant, vel quocumque modo poſſint, acquirũt, vt poſt modum filij, vel nepotes ad eaſdem præſententur eccleſias; nos tamen prauam conſuetudinem penitus eradicare volẽtes, nihilominus præſentium vobis auctoritate m. atque p̃. ne id attemptare pręſumant: vniuerſis eccleſijs iuriſdictionis veſtræ vlterius artius inhibere curetis; & ſi preſbyteri eccleſiarum veſtrarũ aduocationes ad quiſierint, eos aduocationibus taliter adquiſitis ap. re. auctoritate Apoſtolica ſpolietis. c. 6.

Idem H. Eſſeteñ. Epo, & Abbati de Ford. c. 9.

EX litteris I. Salesbericñ. Epiſcopi accepimus, quod defuncta perſona eccleſiæ de Launtoñ. G. miles, qui villam, in qua eccleſia ſita eſt, a monaſterio de Wintoñ. ad firmam tenebat, ad eandem vacantem Willelmũ de Leiceſtre clericum prædicto Epiſcopo præſentauit. Poſt aliquantum temporis Abbatiſſa prædicti monaſterij ad Epiſcopum veniens, ei Willelmũ de Norale ad præſcriptã eccleſiam præſentauit. Epiſcopo autem nolente perſonam præſentatam ab ea recipere, tandẽ ad venerabilẽ fratrẽ noſtrũ Cant. Archiepiſcopum Abbatiſſa acceſsit, & apud eũ grauem querimoniã de Epiſcopo depoſuit; Archiepiſcopus, quia ſibi viſum erat, quod factum militis ſuper præſentatione præfata nullius eſſet momenti, prædicto Epiſcopo in virtute obedientiæ iniunxit, quod perſonam illam reciperet, & in poſſeſsionem induceret, quam Abbatiſſa decreuerat ſibi præſentandam, & infra. Reſtitutione autem facta cauſam audiatis, ita quidem, quod ſi vobis cõſtiterit, quod pręfato militi pręſcripta villa fuerit, non excepto iure patronatus, ad firmam conceſſa, vel antequam de iure patronatus inter Abbatiſſam, & militem controuerſia c. 7. 8.]

eſſet

eſſet ſuborta, pręfatus W. de Leiceſtra in prę ſcripta eccleſia per inſtitutionem Epiſcopi ad præſentationem militis fuiſſet inſtitutus, ei dummodo alias idoneus ſit, eccleſiam ipſam adiudicetis, ita quod ſi Abbatiſſa obtineat aduerſus militem, illi de temporalibus debeat reſpondere.

Idem Wintoñ. Epiſcopo. *Cap. 10.*

c. 8. e. QVAMVIS ſimus, & infra. Illud prętereundum non duximus, ſuper quo te intellexımus dubitare: quod ſi aliquis laicus Epiſcopo inconſulto eccleſiam non vacantem concedit alicui religioſæ domui; & poſtea cũ vacauerit, ad præſentationem eiuſdem laici aliquis clericus ibi fuerit per diœceſanũ Epiſcopum inſtitutus: prior cõceſsio ſecundam inſtitutionẽ, quominus habeatur rata, & firma, non poteſt, nec debet aliquatenus impedire. Cum illa cõceſsio de iure nullius poſsit eſſe momenti: tum quia de re non vacante facta eſt, tum quia laicus ſine auctoritate Epiſcopi nemini poteſt eccleſias dare, licet religioſo loco patronatus ius conferendi liberã habeat facultatem. Si vero ius patronatus eccleſia vacante religioſo loco contulerit, & aliquis ſine præſentatione fratrũ eiuſdem loci fuerit in ipſa eccleſia inſtitutus; eius inſtitutio ſecundũm rigorem iuris eſt irritanda.

Idem Wintoñ. Epiſcopo. *Cap. 11.*

c. 9. e. QVERIMONIA Prioris, & fratrũ de Lauth. nobis litteris deſtinata, audiuimus, quod R. quõdam Herford. Comes ius, quod idem Prior, & fratres in eccleſia de W. ic. ex donatione H. delati † fundatoris eccleſię ſuę, † al. laici. & ipſius R. ſoceri habere debeant, coram bonæ memoriæ I. quondam Wigor. Epiſcopo recognouit. Vnde Epiſcopus poſtea iam dictus Priorem, & fratres nullo reclamante, aut contradicente exinde inueſtiuit, quam illi deinde quiete, & pacifice poſſederunt. Demum cum inter Comitem præfatum, & C. vxorẽ ſuam, in cuius patrimonio eccleſia illa conſiſtit, diuortium per eccleſiaſticum iudicium celebratum fuiſſet; eadem C. W. Pictauienſi nupſit, qui eccleſiæ præſcriptæ fructus memorato Priori, & fratrib. ſubtraxit omnino; & eos in vſus R. ſacerdotis eiuſdem loci ſine Epiſcopali auctoritate cõuertit. Cumq. poſt modum W de medio ſublato, præfata C. tertio viro W. de Mediran. eſſet matrimonio copulata, idem W. in ea, qua & W. temeritate perſiſtens, iam dictum R. in eccleſia præfata contra Priorem ſupradictum manu tenere, & fouere incepit dicens; quod prænominatus Epiſcopus I. fecit ſuper eccleſia, quę de vxoris ſuæ aduocatione exiſtit, dum erat in poteſtate illius viri, a quo poſt modum ſeparata fuiſſe dignoſcitur, nullam debere firmitatem habere. præſertim cum patrimonium vxoris ſuæ, ſicut aſſerit, integre ſibi reſtitutũ non eſſet, niſi de eccleſia illa ſuam poſsit adimplere voluntatem. Vnde quoniam abſurdum videtur omnino, & ab eccleſia Dei penitus eliminandum; vt ad ſingulas patronorũ, ſecundum humanam cõditionem, mutationes, eccleſiarũ debeãt ordinationes mutari. nec quod a ſupradicto H. taliter factum fuerit, alicui ſucceſſorum licuit reuocare. f. t. per A. s. præ. m. qua. rei veritatem diligenter, & ſtudioſe inquiras; & ſi ita inueneris eſſe, prout ſuperius eſt narratum, ſæpe dictis Priori, & fratribus eccleſiam prælibatam omni oc. & ap. ceſ. reſtitui, & in pace facias poſsidere. Viciſsitudines etiam huiuſmodi eccleſiarum ab aduocatis, vel alijs quibuſlibet in tua diœceſi fieri decetero nulla ratione permittas: ſed eorum præſumptiones vſque ad dignam ſatisfactionem dilatione ſublata vinculo excõmunicationis percellas.

Idem Eboracenſi Archiepiſcopo. *Cap. 12.*

c. 10. e. INTER ceteras, & infra. Cũ laici Epiſcopis neſcientib. aut nõ cõſentib. clericis eccleſias cõcedunt, in quib. habent ius patronatus, & poſtea pęnitentia ducti, alios ad eas eccleſias Epiſcopis repręſentant, & illi ad eorum repræſentationem in eiſdem eccleſijs ab Epiſcopis inſtituũtur; & eorum debet inſtitutio ſtare, & firmiter obſeruari, qui auctoritate Epiſcopi ſunt inſtituti, cõceſsione priori, quę nulla eſt, omnino euacuata. Non .n. licet laicis clericos in eccleſijs propria pręſumptione ordinare.

Idem Abbatib. Priorib. & clericis per Archiepiſcopatum Eboraceñ. conſtitutis. *Cap. 13.*

c. 11. e. CVRA paſtorali neceſsitate conſtringimur, & auctoritate iniuncti nobis officij prouocamur pro ſtatu eccleſiarum vigili ſtudio ſatagere, & ne vltra iuris ordinem alicui cõferri valeãt eccleſiæ, attentiori † ſollicitudine † al. attentiori. prouidere. Inde eſt, quod vniuerſitati veſtræ per A. s. m. qua. ex donatione laicorum, niſi auctoritas diœceſani Epiſcopi, & conſenſus adſit, nullus veſtrum aliquas eccleſias vendicare pręſumat, vel retinere taliter acquiſitas, niſi longa fuerit pręſcriptione munitus, aut poſtea diœceſani Epiſcopi habuerit fõrte cõſenſum. Nos. n. cũ laici nõ poſſunt in alios, niſi ius, quod habent, transferre; huiuſmodi

conceſsiones

conceſsiones virib. carere decernimus, & irritas penitus eſſe cenſemus.

Idem Abbatib. & fratrib. Ciſtreñ. ordinis. c. 14.

Poſt c6. Lat. par. 15. c. 10. RELATVM eſt aurib. noſtris, quod vos ius repręſentandi clericos ad eccleſias cõtra inſtitutionem antiquã ordinis veſtri emptionis titulo, & modis omnibus ſatagitis adipiſci, vt ſub tali pręrextu vobis liceat habere eccleſias, & per vos, & per alios detinere. Quoniã igitur non decet vos occaſione qualibet, vel optentu ab antiquis inſtitutionibus patrum veſtrorum recedere, aut quidquam efficere, in quo poſsitis de vitio cupiditatis reprehendi: d. u. p. A. s. p̃. m. qua. iura patronatuum in eccleſijs; aut eccleſias de cetero acquirere deſiſtatis, quia nõ expedit vobis, nec nos volumus ſuſtinere, vt ſub tali prætextu vobis, vel ordini veſtro derogetur. Sane vſq. adeo vos, & ordinem veſtrum diligimus, vt vos in ijs, quæ honeſtati & religioni contraria ſunt, nullatenus confouere velimus, quod de vobis nihil incommodi, nilq. volumus audire ſiniſtri.

Idem Lundeñ. Epiſcopo. Cap. 15.

De iure par. c. 12. SI vero aliquando ordinatio alicuius eccleſiæ ad tuam inſtitutionem ſpectat, & pro controuerſia laicorum de iure patronatus inter ſe diſceptantium, malitioſe differtur: fas tibi ſit, de auctoritate noſtra nullius ap. vel cõtr. ob. in eadem eccleſia perſonã idoneam inſtituere, ita quod ipſa eadem repręſentetur ab eo, qui ius patronatus euicit.

Idem Dil. filijs Hos. & Templ. Cap. 16.

c. 13. e. CVM ſæculum reliqueritis, vt creatori veſtro poſsitis in arte contẽplationis placere; decet vos, ab his, quæ ſunt obuia rationi, abſtinere, vel quæ reprehenſioni ſubiaceant, aut veſtram opinionem, & famam valeant denigrare. Inde eſt, quod vniuerſitati veſtræ diſtrictius per A. s. prohibemus, ne cum ratione feudorum emptorum, aliterue acquiſitorum, vel etiam alio modo ius patronatus in eccleſijs parochialib. acquiſieritis, in eis presbyteros, niſi per Epiſcopos inſtituatis, nec Epiſcopo ius parochiale minuere, aut auferre aliquatenus præſumatis: excõmunicatos quoq. ipſius Epiſcopi, vel Archidiaconorũ ſuorum contra authentica ſcripta Romanæ eccleſiæ ad diuina officia in capellis veſtris recipere non audeatis.

Idem. Cap. 17.

c. 14. e. EX inſinuatione dilecti filij noſtri O. clerici accepimus, quod cum frater ſuus ei ius patronatus, quod in quibuſdam eccleſijs in Lincoñ. & Salesbereñ. Epiſcopatib. conſtitutis habebat, liberaliter contuliſſet, eaſdem eccleſias quidã presbyteri, & alij occaſione fratris prædicti O. ſine ipſius voluntate, & aſſenſu occupauerunt per violentiam, & eas iniuſte detinẽt occupatas. Quia igitur noſtra intereſt, eã, quę minus ordinate ab aliquibus ſubiectis attentantur, ad rectitudinis tramitẽ reuocare; f. t. p A. s. p̃. m. qua. rei veritate diligẽter inquiſita, & cognita, ſi ita, ſicut dictũ eſt, eſſe inueneritis, memoratos presbyteros eccleſiarum earũdem detentatores moneas, modiſq. omnib. inducas, vt eaſdem eccleſias prædicto clerico ſine mora, & difficultate reſtituant, libere, & pacifice ordinandas, & nullam ei exinde moleſtiam ferant, vel grauamen. Quod ſi prædicti presbyteri commonitioni tuę acquieſcere forte noluerint, tu ipſos excõmunicationi, & terras, ſi quas habẽt, omni oc. & ap. ces. interdicto ſubicias, & in memoratis eccleſijs diuina facias ceſſare officia, quamdiu ab aliquibus prædictorum auctoritate militum occupatæ detinebuntur. quod ſi nec ſic earundem eccleſiarum detentores reſipuerint, ipſos ap. ces. eccleſiaſtica cenſura percellas.

Idem Andrenſi Epiſcopo. Cap. 18.

CONSVLVIT nos tua fraternitas, quid tibi faciendum ſit de clericis, qui eccleſias cõſtructas hereditario iure ſibi vindicant, nec tibi volunt exinde reſpondere; & de laicis, qui pręſcriptas eccleſias filijs, vel nepotibus ſuis dare nituntur. Cum autem ſanctuarium Dei iure hereditario teneri non poſsit, & indignum ſit penitus, & abſurdum, vt quilibet auctoritate propria eccleſias occupet, vel taliter occupatas detineat, non decet aliquatenus ſubſtinere, vt in Epiſcopatu tuo, vel clerici eccleſias a parentib. ſuis fundatas auctoritate propria detineant, aut laici filijs, vel aliquibus alijs eccleſias ipſas concedant. c. 15. e.

Idem. Cap. 19.

AD aures noſtras peruenit, quod Robertus, & W. de Crotona ius patronatus eccleſiæ eiuſdem loci, ab eo, ad quem præſentatio ſpectabat, emerunt, quibus decedentibus R. filius W. iam dicti exemplo patris ius patronatus eccleſiæ emere non dubitauit; & canonicis de Stodeleia tantas moleſtias intulit, perſecutiones, & grauamina; quod metu, & dolo illius ſeducti, iuri ſuo penitus renuntiauerunt. Vnde, quoniam cum ius patronatus nexum ſit ſpirituali: nemini licitum eſt vendere illud; d. t. p A. ſ. m. qua. vtraq. parte ante- Non ponitur. d. parte 15 c. 16.

re

te conuocatis, rei veritatem diligentius inquiras, & ſi ita eſſe inueneris, prædicto R. ſuper patronatu eccleſiæ oc. & ap. ſe perpetuum ſilentium imponas; & prædictis canonicis ius, quod ibi habebant, ſi prior eorum metu capitis, quod idem R. ſe abſciſſurum, fide, vt fertur, firmauerit, eidem renuntiauerit: integre facias reſtitui, non obſtantib. litteris noſtris, ſi quæ ſunt tacita veritate impetratæ.

Idem. *Cap. 20.*

g. 16. c. DE iure vero patronatus in præſcripta capella hoc tuæ diſcretioni mandamus, vt ſi prædictus R. ipſum comparauit, cum inconueniens ſit, & penitus inhoneſtum vendi ius patronatus, contractum illum ſub. ap. re. irritum denſuies manere, ipſumq; Apoſtolica auctoritate fretus non differas reuocare.

Idem. *Cap. 21.*

c. 17. c. NVLLVS laicus decimas, aut eccleſias, aut quidquid eccleſiaſtici iuris eſt, ſine conceſſione ſui Pont. nec monaſterijs, nec canonicis offerat: & ſi quis Epiſcopus inprobitatis, & auaritiæ cauſa conſentire noluit, Romano Pontifici nuntietur, & quod offerendum eſt, tunc licentia eius offeratur.

Idem. *Cap. 22.*

c. 18. c. SIGNIFICASTI & infra. Ceterum ſi Epiſcopi poſt promotionem ſuam repræſentationes perſonarum ad eccleſias a patronis eccleſiarum pro eccleſijs ſibi commiſſis adepti fuerint, perſonæ idoneæ, quas ad eas vacantes repræſentauerint, ſunt admittendæ.

Idem Abbati S. Albani. *Cap. 23.*

c 19. c. & c. 4. de donation. CONSVLTATIONIB. & infra. De cetero ſi aliquis clericus ab ordinario iudice in eccleſia aliqua inſtitutus fuerit, ad repræſentationem illius, qui eiuſdem eccleſiæ credebatur eſſe patronus, & poſtea ius patronatus alius euicerit in iudicio; clericus, qui inſtitutus eſt, non deberet ab eccleſia ipſa propter hoc remoueri, ſi tempore præſentationis ſuæ, ille, qui eum præſentauit, ius patronatus eccleſiæ poſsidebat. Si vero non poſsidebat ius patronatus, ſed tantum credebatur eſſe patronus, cum non eſſet, nec poſſeſſionem patronatus haberet, ſecundum conſuetudinem Anglicanam poterit ab eadem eccleſia remoueri. Donationes vero vel conceſsiones eccleſiarum, ſi quæ fiant priuatis perſonis, viuentibus illis, qui ipſas eccleſias poſsident, nullius debent eſſe momenti, ſi religioſis fiant locis, ratæ debent haberi; ita quidem, quod perſonæ, quæ iam dictas eccleſias poſsident, ſine ipſarum aſſenſu, eis in vita ſua non debeant ſpoliari.

Idem. *Cap. 24.*

DILECTI filij noſtri Decanus Eborac. & Prior de Nouoburgo; quib. cauſam, quæ inter canonicos de Giſeburn. & R. clericum ſuper eccleſia de Certon. vertitur, commiſimus terminandã, tranſmiſſa nobis relatione monſtrauerunt, quod canonici cõceſsionem domini fundi habeant, R. vero donationem venerabil. fratris noſtri Eboracen. Archiepiſcopi A. S. L. & nõ domini fundi ſe habuiſſe probauit. Vnde quoniam donationes eccleſiarum ad Epiſcopos pertinent, & ad laicos aſſenſum ſpectat præbere, eiſdem ſignificauimus, quod ſi res ita ſe haberet; videbatur nobis conceſsionem Archiepiſcopi donationi laicali debere præiudicare. Quia ſicut diximus, Epiſcoporum eſt eccleſiaſtica beneficia conferre, laicorum vero qui habent in eccleſia ius patronatus, aſſenſum præbere, quibus in conceſsionib. eccleſiarum illud obſeruãdũ eſt, quod ſancti patres reſeruare noluerunt. — Non ponitur. d. parte 15 c. 22. — a. 9. 12.

Idem Eboracen. Archiepiſcopo. *Cap. 25.*

c. 20 de iure pat. SVGGESTVM eſt auribus noſtris, quod cum eccleſię de Ochona, ac de Boraies, Satter, & de Land. de aſſenſu domini fũdi, & auctoritate Eboracen. Archiepiſcopi, eccleſię beati Petri Eborac. conceſſæ, & aſsignatę ſint in præbenda: canonici de Nouoburgo conceſsionem illam attenuare, & irritare nituntur, occaſione donationis, quam ſibi aſſerunt prius factam fuiſſe. Vnde quoniã licet in donationib. eccleſiæ, requirendus ſit, & expectandus patronorum conſenſus, eccleſiæ tamen ipſæ, niſi auctoritas interuenerit pontificalis canonice concedi non poſſunt. Vniuerſitati veſtrę ſignificamus, quod prior conceſsio, ſi cum aſſenſu patroni, & auctoritate dioeceſani Epiſcopi facta eſt, aut eius fuerit aſſenſus poſtea ſubſecutus; poſteriori conceſsioni præfertur: alioquin illa debet præferri, quamuis poſterius facta ſit, quę conſenſu domini fundi, & Epiſcopi auctoritatẽ fulcitur.

Idem Illuſtri Regi Anglorum. *Cap. 26.*

MAGNIFICENTIAE tuæ litteras, quas pro R. milite ſuper iure patronatus eccleſiæ de Bligurd Apoſtolatui noſtro ſerenitas Regia deſtinauit, ea qua decuit, benignitate recepimus, promptum animũ, plenamq; voluntatem habentes, excellentiæ tuæ preces, in quib. cum Deo, & honeſte poterimus exaudire. Verum, quoniam ſanctorum patrum ſtatutis contrarium videtur; ſi clericos ab eccleſijs, quas canonice ſunt adepti, tam — Non ponitur. parte. Poſt cõ. Lat. 50. c. 33.

patronatus obtentu ſuſtineremus amoueri; ſalua conſcientia, prænominato militi non potuimus noſtrum in parte illa impartiri fauorem, cũ ex hoc ei, ſi de iure debet habere, præiudicium in poſterum non generetur.

Idem Archiepiſcopis, Epiſcopis per Angliam conſtitutis. Cap. 27.

c.21.e.t. RELATVM eſt aurib. noſtris, quod nonnulli ambitione nimia tracti, occaſione laicæ recognitionis, & potentiæ ſæcularis, in ſæculari foro non requiſita Epiſcopi audientia patronatus eccleſiarum, & beneficia eccleſiaſtica ſibi præſumunt in veſtris parochijs vindicare. Quoniam igitur huiuſmodi perſonæ non intrant per oſtium, ſed aliunde cõſcendũt, ac per hoc indigni ſunt paſtoris nomine, vel prærogatiua gaudere: f. u. per A. ſ. m. atq. p. qua. eos, quos patronat' eccleſiarũ, & eccleſiaſtica beneficia prædicto modo adeptos, ſi commoniti minime reſignauerint, niſi præſcriptione, aut Epiſcopali conceſſione muniti fuerint, ſublato ap. diffugio, ab officio reddatis, & beneficijs alienos, & ſi nec ſic deſtiterint, vinculo anathematis innodetis, & vſq. ad dignam ſatisfactionẽ teneatis, & teneri faciatis aſtrictos. Ad hæc quoniam quidam laici eccleſias terris, & alijs poſſeſſionib. ſpoliãt, vt ſic viros eccleſiaſticos faciant corã ſæculari iudice litigare: præſentiũ vobis auctoritate iniũgim', vt id publice ſub interminatione cuncti anathematis prohibere. ſi quis autem prohibitionis veſtræ cõtemptor extiterit, eum, ſi manifeſtum fuerit, ap ceſ. excommunicationi ſubdatis, & vſque ad dignam ſatisfactionem ſicut excommunicatos faciatis attentius euitari.

Idem. Cap. 28.

Non ponitur. SVPER eo vero, quod clerici, & religioſæ, ſicut aſſeris, perſonæ litterarum intuitu, quas habent a laicis, ſibi ius in eccleſijs vindicãt, hoc tibi volumus innoteſcere, quod vbi Epiſcopalis auctoritas non acceſſerit, per litteras illas non poſſunt eccleſias optinere.

Lucius iij. *pars c. Ad abolenda.* Cap. 29.

c.25.e. PRAETEREA quoniam aduocati eccleſiarum in tantam noſcuntur inſolentiã prorupiſſe, vt ſacerdotes, & alios eccleſiaſticos viros pro ſuę voluntatis arbitrio eccleſijs ipſis inſtituant, atq. deſtituant, & ius aduocationis, donationis, vel emptionis titulo, alijsque pro ſua voluntate contractibus etiam in alios transferre præſumant: fodrum, albergarias, regium, & ſimilia, tãquam a proprijs ruſticis ab ipſis eccleſijs extorquentes, & quod miniſtris eccleſiarũ inconſultis faciũt, iuxta proprium arbitrium, in uſum deducentes, præſenti decreto ſubnectimus, & auctoritate Apoſtolica firmamus, eos ſiue aduocati, ſiue patroni, vel vicedomini, ſiue cuſtodes, vel guardias habentes, ſeu alio quolibet nomine cenſeantur, a prædictorum grauaminũ importunitate ceſſare, nihilq. in eccleſijs, in quibus ſibi aliquam de prædictis vindicant poteſtatem, præter antiquos, & moderatos redditus a locorum Epiſcopis inſtitutos exigere, aut ſi aliud exegerint, excõmunicationis ſententię ſubiacere. contractus etiã, quos de alienatione aduocationis, ſeu patronatus, vel fecerint hactenus, vel facere in futuro pręſumpſerint, pręſenti conſtitutione caſſamus, & eos vim aliquam decernimus non habere. ne autẽ per ap. obſtaculũ, aut in ijs, quę de hęreticis dicta ſunt, aut in aduocatorum coertionem, quam diximus, præſentium deludatur auctoritas decretorum, totius appellationis remedium in pręſcriptis capitulis denegamus, nullam penitus audientiam cuilibet cõtra hæc appellantibus præbituri.

Idem Nor Wic. Epiſcopo. *pars c. Tua nos.* c. 30.

CVM autem aduocatus clericum vnũ idoneum Epiſcopo præſentauit, & poſtulauerit poſtmodum, eo non refutato alium æque idoneum in eadem eccleſia admitti, quis eorum alteri pręferatur, in iudicio Epiſcopi credimus relinquendum, ſi laicus fuerit, cui ius conpetit præſentandi. Verum ſi collegiũ, vel religioſa perſona pręſentationem haberet, qui prior eſt tempore, potior iure merito videretur. c.24.e.

DE CENSIBVS, ET EXACTIOnibus, & procuratoribus. † Tit. xxxiiij.

† procurationibus Greg. 9 De cenſib. c.

Ex concilio apud Guarmac. Cap. 1.

SANCITVM eſt, vt vnicuiq. eccleſię vnus mãſus integer abſq. vllo ſeruitio tribuatur, & presbyteri in eis conſtituti non de decimis, nec de oblationibus fidelium, non de domibus, nec de atrijs, vel de hortis iuxta eccleſiam poſitis, nec de prædicto manſo aliquod ſeruitium faciant præter eccleſiaſticum, & ſi quid amplius habuerint, inde ſenioribus ſuis debitum ſeruitium inpendant.

Auguſtinus ſuper epiſtola ad Rom. Cap. 2.

OMNIS anima ſublimioribus poteſtatibus ſubdita ſit &c. Et vos ſubditi eſſe debetis, ideo n. tributa præſtatis; quia hęc eſt probatio ſubiectionis. c. 21.

Gregorius

Gregorius Lucillo Epiſcopo de Melita. *Cap. 3.*

Non potiur. OFFICII noſtri decet propoſitũ tuadere ſubiectis, vt rebus ſeruare debeãt fidem in placitis, ne dum lucri rapiuntur ſtudio, pacificam vertant communionem in partem. Peruenit itaque ad nos fraternitatis tuæ clericos terras Africanæ tenentes eccleſię, quod penſionem earundẽ dare contemnunt. quod ſi verum eſt, & ad tuam venit notitiam, tua in hoc deſidia eorum culpa nutrita eſt, ob quam rem te admonemus, vt ad ſoluendam penſionem eos nulla mora vti permittas. nã ſi huius rei denuo ad nos querela recurrerit, & de te aliam æſtimationem habere incipimus, & in illo, vt dictum eſt, vindicamus.

Idem ad Stephanum Caſtrium. *Cap. 4.*

c.3.c. SCIENTES &c. & infra. Aſſeruit etiã prædictus Abbas presbyterum ſupradictæ maſſæ, nouas monaſterio illi conſuetudines velle imponere, quæ ex tẽpore conditi monaſterij per tricennale tẽpus haſtenus non fuerunt, quod diligenter agnoſcas, & ſi hoc ab initio non fuit, etiam labentib. temporibus, aliquid nouiter imponi non permittas.

Paſchalis ij. Comitiſſæ Mauldæ. *Cap. 5.*

c.5.c. PERVENIT ad nos, quod Fraxinorenſis Abbas Carpenſem eccleſiam fuerit depradatus, occaſione videlicet cuiuſdam cenſus, qui ad quid ſolui debeat, ignoratur; de quo nimirum, cũ nos Archipresbyter interrogaret, quod rationabile videbatur reſpondimus. Cenſus enim ignorantię, nec diuinis, nec humanis legib. inuenitur. Oportet quippe, vt cẽſus omnis, ad quid, & quo modo perſolui debeat præſciatur. Mandamus ergo dilectioni tuæ, vt prædam ipſam Carpenſi eccleſiæ reſtitui facias, nec de inceps Fraxinorenſem Abbatem, aut quemlibet alium, eam inquietare permittas.

Ex concilio Lateranenſi. *Cap. 6.*

c.6.c. CVM Apoſtolus ſe, ac ſuos proprijs manibus decreuerit exhibendos, vt locum prędicandi auferret pſeudo apoſtolis, & illis, quibus prædicabat, non exiſteret oneroſus: graue nimis, & emendatione dignum eſſe dignoſcitur, quod quidã fratrũ, & coepiſcopor. noſtrorum ita graues in procurationib. ſuis ſubditis exiſtant, vt pro huiuſmodi cauſa ipſa interdũ eccleſiaſtica ornamẽtã ſubditi exponere cõpellãtur, & lõgi tẽporis victũ breuis hora conſumat. Quo circa ſtatuimus, quod Archiepiſcopi parochias viſitãtes pro diuerſitate prouinciarũ, & facultatibus eccleſiarum xl. vel l. euectionis numerum; Epiſcopi autem xx. vel xxx. Cardinales autem xxv. nuſquam excedant, Archidiaconi vero v. aut vij. Decani conſtituti ſub ipſis duob. equis contenti exiſtant, nec cum canibus venatorijs proficiſcantur, & auib. ſed ita procedant, vt non quæ ſua ſunt, quærant, ſed quæ Ieſu Chriſti quærere videantur; nec ſumptuoſas epulas quærant, ſed cum gratiarum actione recipiant, quod honeſte, ac competenter illis fuerit miniſtratum. Prohibemus etiam, ne ſubditos ſuos tallijs, & exactionibus Epiſcopi grauare præſumant, ſuſtinemus autem pro multis neceſsitatibus, quæ aliquoties ſuperueniunt, vt ſi manifeſta, & rationabilis cauſa extiterit, cum caritate, moderatum ab eis valeant auxilium poſtulare. Cum. n. dicat Apoſtolus; non debent filij theſaurizare parentibus, ſed parentes filijs: multum longe a paterna pietate videtur, ſi præpoſiti ſubditis ſuis graues exiſtant, quos in cunctis neceſsitatibus paſtoris debent more fouere. Archidiaconi vero, ſiue Decani, nullas exactiones, vel tallias in presbyteros, ſeu clericos exercere præſumant. Sane quod de prædicto numero euectionis, ſecundum tolerantiã dictũ eſt, in illis locis poterit obſeruari, in quibus ampliores ſunt redditus, & eccleſiaſticæ facultates. In pauperioribus autem locis tantã volumus teneri menſuram, vt ex acceſſu maiorum minores merito non doleant ſe grauari, nec ſub tali indulgentia illi, qui paucioribus equis haſtenus vti ſolebant, plurĩũ ſibi credant poteſtatem indultam.

Idem. pars c. cum in eccleſia. *Cap. 7.*

PROHIBEMVS inſuper, ne ab Abbatib. vel Epiſcopis, alijs ve pręlatis noui cenſus inponantur eccleſijs, nec veteres augeantur, nec partem redditũ ſuis vſibus appropriare præſumant, ſed libertatem, quam ſibi maiores conſeruare deſiderant, minorib. quoq. ſuis bona voluntate cõſeruent. Si quis vero aliter fecerit; irritum, quod egerit, habeatur. c.7.c.

Alexander iij. Wigor. Epiſcopo. *pars c. meminimus.* *Cap. 8.*

PRAETEREA illi, qui Epiſcopo ignorante auctoritate ſua penſionem annuã de eccleſijs quadam illuſione ſoluerint, ſiue receperint eis defunctis, niſi ab ijs, qui per Epiſcopum, vel miniſteriales eius, auctoritatem inſtituendi perſonas habentes, ius recipiendi canonẽ receperint, in receptione penſionis non ſunt aliquatenus audiendi, præſertim ſi Pontificalem, aut alterius, quod de c.8.c.

K 2 iure

iure id facere potuit, auctoritatem,& aſſenſum non interueniſſe conſtiterit. non enim ſimplices ſacerdotes,vel clerici poſſunt eccleſias,quib.pręſunt, auctoritate ſua pręſertim poſt deceſſum ſuum cenſuales efficere.

Idem Carnot. Epiſcopo pars c. In eminēti.c.9.

Non po nitur. DE cetero noueris, quod cum aliquis ad extraordinarium iudicem litteris inpetratis cum aduerſario ſuo conponit; poſt modum in eccleſia,de qua agitur,ius aliquod habiturus; ſi conpoſitio non eſt iuri cōtraria,nō eſt a loci Epiſcopo aliquatenus reprobanda;ſed cenſus abſq. Epiſcopali auctoritate, & eccleſiæ ſub hoc,cui præeſt, prętextu non eſt inponendus,& ſi fuerit ſolutus,vitam eius,qui ſoluerit,non excedit. ✝

✝ *exce dat forte.*

Idem Carnoteñ. Epiſc. pars c. Tua nos. c.10.

c.9.e. *al. de nouo.* ECCLESIIS autem,quas de nouo ✝ Epiſcopi de manibus laicorum eripiunt, præter cathedraticū,& iura omnia,quæ alijs eccleſijs inponuntur, non videmus exactionem inponēdam. quin nouis exactionib. decreto noſtro prohibemus generaliter amodo eccleſias pręgrauare.

DE ECCLESIIS REAEDIFICANdis,& reparandis. Tit. xxxv.

Ex concilio Lateraneñ. Cap. 1.

De eccl. ædif c.1. CVM dicat Apoſtolus abundantiorem honorem membris infirmioribus deferendū: e contra quidam, quæ ſua ſunt, non quæ Ieſu Chriſti,quærentes,leproſis, & qui cum ſanis habitare non poſſunt, vel ad eccleſiam cum alijs cōuenire,eccleſias, & cœmeteria nō permittunt habere; nec proprij iuuari miniſterio ſacerdotis;quod quia procul a Chriſtiana pietate eſſe dignoſcitur, de benignitate ſedis Apoſtolicę conſtituimus, vt vbicumque tot ſimul ſub communi vita fuerint congregati, qui eccleſiam cū cœmeterio ſibi conſtituere, & proprio valent gaudere presbytero, ſine contradictione aliqua permittantur habere. Caueant tamen, vt iniurioſi veteribus eccleſijs de iure parochiali nequaquam exiſtant; quod.n. pro pietate conceditur, ad aliorum iniuriam nolumus redūdare. ſtatuimus etiā, vt de hortis,& de nutrimentis animaliū ſuorum decimas tribuere non cogantur.

Idem Ebor. Archiepiſcopo. Cap. 2.

c.1.e. AD audientiam noſtram noueris perueniſſe,quod villa,quæ dicitur H.tantum perhibetur diſtare ab eccleſia parochiali, vt in tempore hiemali,cum pluuiæ inundauerint, non poſsūt parochiani ſine magna eam difficultate adire, vnde non valent eccleſiaſticis officijs congruo tempore intereſſe. Quia igitur parochialis eccleſia ita dicitur in redditib.habundare,quod pręter illius villę prouentus,miniſter illius conuenienter valeat ſuſtentationem habere:f.t.p A.s.m. quæ. ſi res ita ſe habet, eccleſiam ibi ædifices, & in ea ſacerdotem,ſub. ap. ob. ad præſentationem rectoris eccleſiæ maioris cum canonico fundatoris aſſenſu inſtituas,ad ſuſtentationem ſuam eius villæ obuentiones eccleſiaſticas percepturum. prouideas tamen, vt cōpetens in ea honor pro facultate loci eccleſiæ matrici ſeruetur, quod quidem fieri poſſe videtur, cum eiuſdem villæ dominus xx. acras terræ frugiferæ velit ad vſus presbyteri conferre. Si vero perſona matricis eccleſiæ virum idoneū pręſentare diſtulerit, vel opus illud voluerit impedire, tu nihilominus facias idem opus ad perfectionem deduci, & virū bonū ces.ap.diff.inſtituere non omittas.

Idem Exoneñ. Epiſcopo. Cap. 3.

IN litteris & infra. De ijs autem,qui parochiales eccleſias habēt, f.t.taliter duximus reſpondendum;quod ad reparationem,& inſtructionem eccleſiarum cogi debent, cum opus fuerit,de bonis,quæ ſunt illius eccleſię, ſi eis ſuperſunt,conferre; vt eorum exemplo ceteri inuitentur. c.4.e.

Ex concilio Magoc. Cap. 4.

QVICVMQVE eccleſiaſticum beneficium habent,ad tecta eccleſię reſtituēda, vel ipſas eccleſias emendandas,omnino adiuuent, & nonam,& decimam reddant. c.1.e.

DE IMMVNITATE ECCLESIAE, cœmeterij,& rerū ad eā pertinentiū.t.xxxvj.

Ex ſynodo Ioannis Papæ. Cap. 1.

VT in domibus eccleſiarum neq. miſſus,neq.comes,vel iudex publicus,vel miniſter,quaſi pro cōſuetudine,nec placitum,nec hoſpitium vindicent,ſed in publicis rebus domos conſtituant, in quibus placitū teneant,& ſecundum antiquam conſuetudinem hoſpitentur. De immu. eccl.c.1.

Gregorius Epiſcopus Agnello Epiſc. Terraciñ.c.2.

PERVENIT &c.& infra. Fraternitas tua nullum,neq.per noſtræ, vel eccleſiæ ſuæ nomē,aut quolibet alio modo defendi a murorum vigilijs patiatur: ſed omnes generaliter conpellantur,quatenus cunctis vigilantibus melius ciuitatis valeat cuſtodia prouocari. c.1.e.

Idem Vitali defenſori Sardiniæ. Cap. 3.

Indicatum

c. 3. c. INDICATVM eſt &c. & infra. Dictũ eſt etiam nobis, quod ruſtici eiuſdem eccleſiæ rura própria deſerentes in priuatorũ poſſeſsionibus culturam laboris exhibeant, in qua re experientia tua tale aliquid fieri nõ permittat.

Ex concilio Lateranẽſ. *Cap. 4.*

c. 4. c. NON minus pro peccato, quod faciunt, quam pro illorum detrimẽto, quod ſuſtinẽt, graue nimis eſſe dignoſcitur, quod in diuerſis partibus mundi conſules ciuitatis, & rectores, nec non & alij, qui poteſtatem videntur habere, tot onera frequenter eccleſijs inponunt, ita grauibus eas, & crebris exactionib. premunt, vt deterioris cõdicionis ſub eis factum ſacerdotium videatur, quam ſub Pharaone fuerit, qui diuinæ legis notitiam nõ habebat. ille quidem omnibus alijs ſeruitutibus ſubactus, ſacerdotes ſuos, & poſſeſsiones eorum in priſtina libertate dimiſit, & de publicis eis alimoniam miniſtrauit, iſti vero onera ſua fere vniuerſa inponunt eccleſijs, & tot angarijs eas affligunt, vt eis illud quoque quod Hieremias deplorat, conpetere videatur: Princeps prouinciarum facta eſt ſub tributo. ſiue quidem foſſata, ſeu expeditiones, ſeu alia quælibet ſibi arbitrentur agenda, de bonis eccleſiarum, & clericorum, & pauperũ Chriſti vſibus deputatis cuncta volunt fere conpleri. iuriſdictiones etiam, & auctoritatẽ Epiſcopor. & aliorũ prçlator. ita euacuant, vt nihil poteſtatis eis in ſuis videatur hominib. remanſiſſe. ſuper quo dolendũ pro eccleſijs, dolẽdũ etiã eſt nihilominus pro ipſis, qui & timorẽ Dei, & eccleſiaſtici ordinis reuerentiã videntur penitus abieciſſe. Quo circa ſub anathematis diſtrictione ſeuerius prohibem⁹, ne talia de cetero attemptare præſumãt; niſi Epiſcopus, & clerus tãtam neceſsitatem, vel vtilitatem inſpexerint, vt abſq. vlla occaſione ad releuandas cõmunes vtilitates, vel neceſsitates, vbi laicorum nõ ſuppetunt facultates, ſubſidia per eccleſias exiſtiment conferenda. Si autem conſules, aut alij de cetero iſta commiſerint, & commoniti forte deſiſtere noluerint, tam ipſi, quam fautores eorum excõmunicationi ſe nouerint ſubiacere; nec communioni reddantur, donec ſatisfactionẽ fecerint conpetentem.

NE CLERICI, VEL MONACHI ſæcularib. negotijs ſe immiſceant. T. xxxvij.

Ex concilio Mag[...]õũ. *Cap. 1.*

MVLTA ſunt negotia ſęcularia, de his tamẽ pauca perſtringamus, ad quæ pertinet omnis carnalis concupiſcentia; quidquid enim plus iuſto appetit, turpe lucrum eſt, munera iniuſta accipere, vel etiam dare pro aliquo ſęculari quæſtu, pretio aliquem conducere, cõtentiones, vel lites, vel rixas amare, in placitis ſæcularibus diſputare, excepta defenſione orphanorum, aut viduarum; conductores, aut procuratores eſſe ſæcularium rerum, turpis verbi, vel facti ioculatorem, vel iocum ſæculare diligere, aleas amare, ornamentum incõueniens propoſito ſuo quærere, in delicijs viuere velle, gulam, & ebrietatem ſequi, pondera iniuſta, vel menſuras habere, negotium iniuſtum exercere; nec tamen iuſtum negotium eſt contradicendum propter neceſsitates diuerſas, quia legimus ſanctos Apoſtolos negotiaſſe, & in regula Sancti Benedicti pręcipitur pręuidere, per quorum manus negotia monaſterij tranſeant; canes, & aues ſequi ad venandum, & omnib. quibuſlibet cauſis ſuperfluum eſſe; ecce talia, & his ſimilia miniſtris altaris domini, nec non & monachis omnino contradicimus, de quibus ait Apoſtolus, nemo militans Deo inplicat ſe ſęcularibus negotijs. Ne cler. vel mõ. c. 1.

Alexander iij. in concilio Turonenſi. *Cap. 3.*

c. 3. c. NON magnopere antiqui hoſtis inuidia infirma membra eccleſiæ præcipitare laborat; ſed manum mittit ad deſiderabiliora eius, & electos quoq. nititur ſupplantare, dicente ſcriptura, Eſcæ eius electi. Multorum ſiquidẽ caſum operari ſe reputat, vbi, pretioſius aliquod membrũ eccleſiæ ſua fuerit calliditate detractum. & inde nimirũ eſt, quod in angelum lucis more ſolito ſe transfigurãs, ſub optentu languentium fratrum conſulendi corporibus, & eccleſiaſtica negotia fidelius pertractandi, & regulares quoſdam ad legendas leges, & confectiones phyſicales ponderandas de clauſtris ſuis educit. Vnde ne ſub occaſione ſcientiæ ſpirituales viri mundanis rurſus actionibus inuoluantur, & in interioribus ex eo ipſo deficiant, ex quo ſe alijs putant in exterioribus prouidere: per præſentis concilij aſſenſum ſtatuimus, vt nulli omnino poſt votum religionis, poſt factam in aliquo loco religioſo profeſsionem ad phyſicã, leges ve mundanas legendas permittatur exire. Si vero exierint, & ad clauſtrum ſuum infra duorum menſium ſpatium nõ redierint, ſicut excommunicati ab omnib. euitentur,

& in nulla cauſa ſi patrocinium præſtare voluerint, audiantur. Reuerſi autem in choro, capitulo, menſa, & ceteris vltimi fratrum exiſtant, & niſi forte ex miſericordia ſedis Apoſtolicæ, totius ſpem promotionis amittant.

Ex concilio Lateranen. *parte.*

Clericum. *Cap. 3.*

c. 4. e. SED nec procuratores villarũ, aut iuriſdictiones etiã ſæculares ſub aliquib. Principib. & ſecularib. viris, vt iuſtitiarij eorum fiant, clericorum quiſquam exercere præſumat. Si quis autem aduerſus hoc venire temptauerit, quia contra doctrinam Apoſtoli dicentis, Nemo militans Deo implicat ſe ſæcularibus negotijs; ſæculariter agit: ab eccleſiaſtico fiat miniſterio alienus, pro eo quod officio clericali neglecto fluctibus ſæculi, vt potentibus placeat, ſe immergit. diſtrictius autem decernimus puniẽdum, ſi religioſorum quiſquam aliquid prædictorum auſus fuerit attemptare.

Alexander iij. Cant. Archiepiſcopo, & eius ſuffraganeis. *Cap. 4.*

Non ponitur. Poſt cõ. Lat. 27. par. c. 1. FRATERNITATI veſtræ p̃ A. s. m. & m. p̃. qua. vniuerſis monachis veſtræ iuriſdictionis artius inhibere curetis; ne villas, vel eccleſias recipere ad firmas, vel detinere præſumant. quod ſi præſumpſerint, eos auctoritate Apoſtolica freti ſub. ap. re. faciatis a ſua præſumptione, eccleſiaſtica diſtrictione ceſſare.

Idem Lunden. Epiſcopo. *Cap. 5.*

c. 6. e. SECVNDVM inſtituta prædeceſſorum noſtrorum ſub interminatione anathematis prohibemus; ne monachi, vel clerici, cauſa lucri negotientur, & ne monachi vel a clericis, vel a laicis firmas habeant, neq; laici eccleſias ad firmas teneant.

Idem Cant. Archiepiſcopo. *Cap. 6.*

CLERICIS, qui in ſacris ordinibus conſtituti ſunt, ex Toletano concilio iudiciũ ſanguinis agitare non licet. Vnde prohibemus, ne aut per ſe truncationes membrorum faciant, aut iudicent inferendas. quod ſi quis tale quid fecerit, honore priuetur, & loco. Iubemus etiam ſub interminatione anathematis, ne quis ſacerdos officium habeat vicecomitis, aut præpoſiti ſæcularis. Clerici, qui comam nutriunt, etiam inuiti ab Archidiaconis ſuis tondeantur. Veſtimentis autem, & calciamentis, niſi quæ honeſtatem, & religionem deceant, vti non liceat. Si quis cõtra hoc venire præſumpſerit, & commonitus emendare noluerit, excommunicationi ſubiaceat. c. 5. e. de cleric. & hon. cle. c. 7.

Idem Lunden. Epiſcopo. *Cap. 7.*

RELATVM eſt auribus noſtris, quod monachi N. ſæculariter viuunt, & alios exemplo corrumpant. Inde eſt, quod auctoritate Apoſtolica tibi indulgemus, vt eos ad obſeruationem monaſticæ regulæ appel- c. 7. e.
latione remota cõpellas, vt † ſi tibi reſtiterint auſu temerario, eis eiectis, fratres Ciſtercien. ordinis in præſcriptum monaſterium inducas; vt labores impiorum iuſti edant, & illi tam de † rubore confuſi ad ſui ordinis obſeruantiam reuertantur. † al. & † tãd. Greg. 9

Eugenius Papa Lucell. Archiepiſcopo. *Cap. 8.*

c. 2. e. SACERDOTIBVS autem, & clericis tuis denunties publice, ne miniſtri laicorum fiant, nec in rebus eorum procuratores exiſtant. quod ſi poſtmodum fieri præſumpſerit, & occaſione ipſius adminiſtrationis propter pecuniariam cauſam a laicis capiantur: indignum eſt eis ab eccleſia ſubueniri, per quos conſtat in eccleſia ſcandalum generari.

LIBER QVARTVS.

DE SPONSALIBVS, ET MATRIMONIO. TIT. I.

Alexander iij. *Cap. 1.*

De ſpõſ. c. 4. AD audientiam noſtri Apoſtolatus peruenit, quod cũ Hugo Albertiꝰ Papiẽſis ciuis, filiã ſuam cuidã filio Lantacoñ. dare vellet vxorem, iurauit, quod ſi ille, cui deſponſabatur, eam habere, caſu aliquo interueniente non poſſet, alteri filio, quem de alia vxore genuerat, eandem puellam matrimonio copularet. Contractus autem a filio priori ſponſalibus, quidam ad eccleſiam accedentes, conſanguinitatem inter eos eſſe iuramẽtis interpoſitis firmauerunt. Ideoq. præfatus Hugo eandem feminam † dare alteri filio nititur, vt iurauit. († al. filiam.) ſed quoniã ſcriptum eſt, quod ſponſam fratris frater habere non poteſt; d. t. p A. s. p̃. m. qua. eum ſuum implere propoſitum, quod canonicæ rationi obuiat, non permittas, ſed vt pænitentiam agat de illicito iuramento, diligenter admoneas, & eccleſiaſtica diſtrictione conpellas. contra. &c.

Idem Wintoñ. Epiſcopo. *Cap. 2.*

Non ponitur. Poſt cõ. La: par. 45. c. 4. NON ſunt vna caro vir & mulier, niſi cohęſerint copula maritali. Id circo defuncta ſponſa intacta, eius ſoror a ſponſo hoc non impediente libere ducitur in vxorem.

Idem Wigor. Epiſcopo. *Cap. 3.*

Non ponitur. Poſt cõ. Lat par. 6 c. 2. CONSVLVIT nos tua fraternitas, quid tibi faciẽdum ſit de Willelmo parochiano tuo, qui licet in manu tua fidẽ dederit, quod mulierem quandam duceret in vxorẽ, ſpreta tamen religione fidei, ipſe ſibi aliam copulare præſumpſit. Super hoc itaq. conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quod licet nõ ſit tutum cuilibet contra fidem ſuam venire; ſi tamen aliam in ſuam receperit, nec in facto primæ mulieris vltra proceſſerit, niſi quod fidem dederit a muliere ſecunda ſeparari non debet, ſed ei de læſione fidei pœnitentia eſt inducenda. (*iniũgẽda ſcr.*)

Idem Panormitano Archiepiſcopo. *Cap. 4.*

DE illis autem, qui præſtito iuramento, promittunt ſe aliquas mulieres ducturos, & poſtea eis incognitis dimittunt terram, & ſe ad partes alias transferunt, hoc tuæ diſcretioni volumus innoteſcere, quod liberum erit mulieribus ipſis, ſi non eſt amplius in facto proceſſum, ad alia ſe vota transferre, recepta tamen de periurio pęnitentia, ſi per eas non ſteterit, quominus matrimonium conſumaretur. Si vero aliquis ſub huiuſmodi verbis iuramentum alicui mulieri præſtiterit, Ego te in vxorem accipiã, ſi tãtum mihi donaueris; reus periurij non habebitur, ſi eã nolentem ſibi ſoluere, quod iuramento ſibi petijt dari, non acceperit in vxorem, niſi cõſenſus de præſenti, aut carnalis ſit inter eos commixtio ſubſecuta. (c. 5. e. & c. 1. de cond. appoſ.)

Idem Eduardo Paduano Epiſc. *pars c.* * *c. 5.*

DE muliere, quæ eſt inuita tradita viro, & detenta cum inter vim, & vim ſit differentia; & vtrum poſtea conſenſus interceſſerit, certum nobis nil poſtea expreſsiſti, exquiſitioni † tuæ nihil poſſumus reſpondere. Illos autẽ, qui pro cõſanguinitate prohibentur cõiungi, & poſtea contra interdictum eccleſiæ ſe te receperint, excommunicationi debes ſubijcere, donec tamdiu ſeparentur, quouſq. legitime cognoſcatur, vtrum eorum matrimonium de iure poſsit, & debeat ſtare. (* ſollicitudini ex cõc. c. 6. e. & de mat. cõt. cõt. int. eccl. c. 3. † inquiſitioni.)

Idem Cant. Archiepiſcopo. *Cap. 6.*

EX litteris, quas ſuper cauſa matrimonij cuiuſdam iuuenis R. nomine, & Mariæ filiæ Gilberti de Sancto Leodegario tranſmiſiſti, ſollicitudo nobis innotuit, quam in ipſius negotij examine ſeruauiſti. Quia vero abſentibus partibus veritatem nequiuimus plenarie indagare, nec cauſam ipſam ad te remittere, a quo pars mulieris ad audiẽtiã noſtram noſcitur appellaſſe, eam venerabilib. fratrib. (c. 7. e.)

noſtris Winton. Herfordeñ. & Batoñ. Epis duximus cōmittendam, ideoq. f. t. per A. s. m. qua. partes adire eorum præſentiam, cum ab eis fuerint euocatę, & quod ipſi iudicauerint, inuiolabiliter obſeruare cont. & ap. ces. compellas. De hoc autem, quod circa finem litterarū conſuluiſti, quid debeat obſeruari, quādo inter aliquos ſponſalia contrahuntur, nec intelligit alter, quod alter proponit; hoc tuā volumus diſcretionem tenere, quoniam inſpiciendum eſt iudici, ſi matrimonium contracturi ad id faciendum ſint idonei ſcientia, & ætate. Quo cognito ſi alter aliter intellexerit, quod alter propoſuerit, ad communem verbi intelligentiam recurratur, & cogatur vterq. verba prolata in ſenſu retinere, quem ſoleat recte intelligentibus generare. Quod vero quæſiuiſti, an debeat appel. deferri, vbi ſuo eius prætextu noſcitur adulterium, vel aliud crimen committendum: conſult. t. breuiter reſpondemus, quod vbi notorium eſſet adulterium, vel aliud crimen committendū, ſi ap. interpoſitę deferretur, deferri nollem⁹. nolumus enim inceſtus, vel adulterij materiā aliquibus miniſtrare.

Idem Vigilenſi Epiſcopo. *parte c. ſi. ſit Ro. c. 7.*

a. 1. c. SPONSAM autē alterius, ſi eſt nubili ætati proxima, nullus conſanguinorum aliquando ſibi matrimonio poteſt copulare.

Idem Abbatib S. Eadmundi, & de Meſcia. c. 8.

c. 1. c. EX parte Eminæ mulieris intimatum eſt auribus noſtris, quod Andreas ſibi coram ſacerdote quodam, & diacono, & alijs pleniq. tam clericis, quam laicis ad hoc conuocatis iuramentum præſtitit, quod eam ab eo tempore pro coniuge teneret, & ei ſicut vxori fidem ſeruaret, ipſa quoq. eidem Andreę iuramento pręſtito promiſit ſe illum pro marito habituram, & fidem ei tamquā proprio viro ſeruaturam. Quo facto in eadem domo diu cohabitantes ſibi liberos procreauerunt, procedente vero tēpore pręnominatus Andreas contra iuramentum præſtitū pręnominatā Eminam, & filios ex ea procreatos reliquit, & ab eorū cohabitatione receſsit. Quia igitur nemini licet vxorē ſuā ſine manifeſta cauſā fornicationis dimittere, & tunc eam ſibi reconciliare debet, aut ipſa viuente continere; nec nos ſuſtinere debemus, vt prędictus Andreas iuramenti pręſtiti religionem infringat, d. ū. per A. s. p. m. qua. rei veritate diligentius inquiſita, ſi prout ſuperius dictū eſt, ita eſſe inueneritis; eundem Andream moneatis ſtudioſius, vt ſuæ ſaluti conſulens, & ſuper inducta, quam habet, prius dimiſſa, ad vxorem ſuam redeat, & eam maritali affectione pertractet, & reatum ſuum condigna ſatagat pęnitētia expiare. Quod ſi cōmonitioni veſtræ acquieſcere forte noluerit, vos eum, & ſuperinductam omni oc. & ap. re. excōmunicationis vinculo innodetis, & vſque ad dignam ſatisfactionem præcipiatis ab omnib. ſicut excommunicatos cautius euitari.

Idem Piſtavieñ. Epiſcopo. *Cap. 9.*

EX litteris veñ. fratris noſtri Saluonoñ. Epiſcopi accepimus, quod cum duo nobiles viri ſui Epiſcopatus W. S. de Mōſtrand. & B. de Mauritania filios, & filias inpubeſcentes haberent, & ſpe pacis inter eos conciliandæ, ita inter ſe conuenerint, quod filios, & filias mutuis adinuicem matrimonijs ſociarent, & hoc tam patres, quam filij ſub iuramento ſe facturos promiſerint, inter quos ſiquidē G. filiam prædicti B. conſentiente patre ſemel, & iterum accipere in vxorem iurauit, cumq. ipſo nolente ad alia vota migrare, eum Epiſcopus ſub diſtrictione anathematis conpellere voluit, vt ſecundum quod iurauerat, filiā præfati B. traduceret in vxorem; ipſe ad audientiam noſtram appellauit, & altera parte nuntium ſuum ad nos deſtinante ipſe nec venit, nec reſponſalem aliquem pro ſe tranſmiſit. Quia igitur prædicto G. periculoſum eſt contra iuramentum ſuum venire, f. t. per A. s. p. m. qua. cum exinde fueris requiſitus, vtramq. partem ante tuam conuoces præſentiam, & rationib. hinc inde plenius auditis, & cognitis, ſi tibi conſtiterit, quod præfatus G. præſtito iuramento firmaſſet, quod filiā memorati B. duceret in vxorem, eū moneas, & auctoritate noſtra diſtricte cōpellas, vt ipſam niſi rationabilis cauſa extiterit, in vxorē recipiat, & maritali affectione pertractet. Si vero rationabilem cauſam prætendere voluerit, eam cum omni diligentia, & ſtudio audias, & fine canonico omni ap. ces. decidas. Ceterum ſi legitime monitus iudicio tuo parere contempſerit, eum & patrem, ſi fouere ipſum in ſua malitia præſumpſerit, excommunicationis vinculo aſtringas, & in tota terra ipſorum omnia diuina præter baptiſmata paruulorū, & pęnitentias morientium prohibeas officia celebrari.

Innocentius

Innocentius iij. Vintonien. Epiſcopo. *Cap. 10.*

Poſt cō. Lat. par. 4. c. 31. SVPER eo, quod interrogaſti de ſacramento coniugij, breuiter reſpondeo; illā, quā dixiſti a patre coniugi traditam, & ab eo, cui tradita fuit, patri commendatam, donec ſtatuta die in domū ſuam traduceret; dico, quod legitimo conſenſu interueniēte, ex eo ſtatim coniunx ſit, quo ſpontanea conceſsione ſe ſe coniugem eſſe aſſerit. non enim futurum promittebatur, ſed præſens firmabatur. Quapropter quidquid cum alia poſtmodum factum eſt in coitu, ſiue in generatione prolis, tanto reprehenſibilius eſt ſecundum, quāto eſt verius primum. Conſtante enim primo quanto amplius in Deo † committitur, tanto magis culpa augetur. His igitur cognitis, facile erit diſcretioni tuæ negotium præſentiū latoris debito fine terminare.

† Deū ſenc.

Idem Exo. Epiſcopo. *Cap. 11.*

c. 1. c. PRAETEREA ij, qui matrimonio contrahendo pure, & ſine omni condicione fidem dederint, & iuramentum fecerunt, cōmonendi ſunt, & diligentius exhortandi, & omnibus modis inducendi, vt fidem præſtitam, vel iuramentum factum obſeruent, & ſe, ſicut promiſerint, coniungant. Si autem ſe adinuicem admittere noluerint, ne forte deterius inde contingat, vt talem ſcilicet ducat, quam odio habeat; videtur quod ad inſtar eorum, qui ſocietatem iuramento, vel interpoſitione fidei cōtrahunt, & poſtea eandem ſibi remittūt, hoc poſsit in patiētia tollerari.

Lucius iij. Rapuden. Epiſcopo. *Cap. 12.*

c. 17. c. REQVISIVIT a nobis tua fraternitas, qua cenſura conpelli debeat mulier, quæ iuriſiurādi religione neglecta nubere renuit, cui ſe nupturam interpoſito iuramento firmauit. quæſiſti etiam, vtrum ea, cuius vir matris torum polluit, ad alia vota, cum mater fieri deſideret, viro poſsit viuēte tranſire. Ad quæ tibi breuiter duximus reſpondendum, quod mulier, quæ ſe nupturam iurauit, cum libera debeant eſſe de iure matrimonia, monenda eſt potius, quam cogenda, maxime cū coactiones difficiles ſoleant exitus habere frequenter. Illa ſane, cuius vir cum matre adulterium, & inceſtum commiſit, nec viro ſuo coniungi carnaliter, nec eo viuente cum alio matrimonium iure debebit.

Alexander iij. Archiepiſc. Epiſc. Abbatibus, & alijs eccleſiarum prelatis & vniuerſo clero per Angliam & Ciſmaritanam terram Illuſtris Regis Anglorum conſtitutis. *Cap. 13.*

c. 11. c. NON eſt vobis, ſicut arbitramur, incognitum, qualiter Illuſtris Rex Anglorū pro diſcordia, quæ inter ipſum, & filios ſuos, peccatis exigentibus eſt oborta, vxores eorum detineat, pro quibus ſibi reſtituendis Rex Francorum, & generi ſui preces ſollicitas nobis porrexerunt; nos itaq. attendentes iuſtū, & honeſtum eſſe, vt viri ſuas petant vxores, & precib. eorum in omnib. quæ a iuſtitia nō diſcordant, volentes prono animo acquieſcere, prę fatum Regem Anglorum ſtudioſe ſatis, & attente monuimus, eique dedimus in mandatis, vt ad commonitionem Archiepiſcopi Cant. & Epiſcopi Conuentrenſis, & Cant. prioris, vel loco eius prioris de monte Eli, ſi ipſe adeſſe nō poterit, vel duorum ex his, ſi tres nō potuerint intereſſe; vxores eorū infra xl. dies poſt litterarum noſtrarum ſuſceptionem reſtituere nō poſtponat. Si vero eas poſt prædictum terminum viris ſuis non reſtituerit: Apoſtolica auctoritate præcipimus, vt tota prouincia, infra quam detinentur, & ad quam transferuntur, quamdiu ibi fuerint, donec viris ſuis non reſtituantur, ab omnib. diuinis officijs, præter baptiſma paruulorum, & pęnitentias morietium ceſſent. inde eſt, quod vniuerſitati veſtræ per A. s. p. m. quā eundem Regem Anglorum ad eas reſtituendas ſollicite moneatis, & exhortationibus inducatis, proponentes ei, quod nō minus expedit ſibi eas reſtituere, quā viris ſuis ipſas recipere. & ſi iuxta mandatum, & cōmonitionem filijs ſuis vxores ſuas infra terminum conſtitutum non reſtituerit, extunc in quacumq. parte prouinciarum veſtrarum detinentur, vel transferuntur, donec ibi fuerint, nulla diuina officia, prę ter baptiſmata paruulorum, & pęnitentias morientium celebretis, vel permittatis celebrari, omni ap. ceſ. ſcituri pro certo, quod ſi contra interdictum noſtrum, quod non credimus, venire temptauerit, ſuæ temeritatis, & tranſgreſsionis poenam debitam, auctore domino reportabūt.

Idē Ianuēſi Epiſc. *pars c. Tua fraternitas. c. 14*

ILLVD quoq., nihilominus ex tua inquiſitione nobis innotuit, quod cum quædā mulier libera p annos x. & vltra cuidā ſeruo ſcienter cohabitauerit, & ab eo fuerit carnaliter cognita, nunc ipſum aſſerit ſuū non eſſe maritum, pro eo quod teſtes deſponſationis non conparent. Verum vir vindicat eam in vxorem, & oſtendit publicum inſtrumentū, quo ſe ſe cōiuges nominát, & p quod ipſum ei donationem propter nuptias feciſſe cōpa ret. Mulier vero inſtrumentū illud vitioſum fuiſſe fatetur, vt ſerui dominus fraudaretur: & plures teſtes produxit, quoniam ſeruus ille De præſum. c. 11

ſcriptura declarat; ſed nec mundanæ leges cõ numeratis perſonis, quæ inter ſe nuptias contrahunt, de re huiuſmodi aliquid dicunt: ne ergo abnegetis, quod negandũ nulla ratione monſtratur.

Hormiſda Euſebio Epiſcopo. Cap. 2.

De deſp. imp. c. 1. TVA ſanctitas requiſiuit a nobis frater venerande, de filio adulto, quem pater matrimonium ducere vult, ſi ſine voluntate adulti filij facere poteſt. ad quod dicimus, ſi aliquo modo nõ conſentit filius, fieri nõ poſſe. Poſſet autem de filio nondum adulto, voluntas cuius nondum diſcerni poteſt, pater, cui vult, in matrimonio copulare; & poſtquã filius peruenerit ad perfectam ætatem, omnino ſeruare, & adimplere debet. hæc † omnib. orthodoxæ fidei ſancimus, & vobis tenenda mandamus.

† hoc

Gregorius Papa. Cap. 3.

Non ponitur. parte 6. c. 6. poſt cõc. Lat. MANIFESTVM eſt eum puberem eſſe, qui geſticulatione ſui corporis talis eſt, vt iam procreare poſſit; licet ad metas legib. definitas non peruenerit.

Nicolaus Papa. Cap. 4.

c. 2. e. VBI non eſt conſenſus &c. & infra. Huius ergo decreti auctoritate diſtrictius inhibemus, ne decetero aliqui, quorum vterque vel alter ad ætatem legibus, & canonibus determinatã nõ peruenerit, coniũgantur; niſi forte aliquando vrgentiſsima neceſsitate interueniente, vt pote pro bono pacis, coniunctio talis toleretur.

Alexander iij. Herfordeñ. Epiſcopo. Cap. 5.

c. 4. e. LITTERAS tuæ fraternitatis recepimus, ex quarum tenore perpendimus, quod quidam parochianus tuus A. nomine, cum eſſet perfectæ ætatis, quandam puellam in cunabulis deſponſauit: procedente vero tempore idem A. matrem puellæ cognouit, & eam in vxorem accepit. Vnde quia dubitas, an huiuſmodi matrimonium ſtare debeat, a nobis exinde cõſilium poſtulaſti, ſuper quo fraternitati tuæ taliter duximus reſpondendum, quod ſi præfatus vir matrem præfatæ puellæ antequam puella ipſa ſeptimum annum compleuiſſet, in vxorem accepit; matrimonium ipſum non diſſoluas, ſed eundem virum præfatam mulierem, ſicut vxorem libere tenere permittas; cũ huiuſmodi deſpõſationes nullæ ſint, quæ in cunabulis fiunt. Verum, ſi præfata puella poſtquam ſeptimum annum compleuit, prædictus vir matrem in vxorem accepit, cum ſpõſalia extũc placere conſueuerint, inter eos ſententiam diuortij nõ differas promulgare, nec ipſum, ſeu filiã, ſeu matrem vxorem habere permittas.

Idem Eboracen. Archiepiſcopo. Cap. 6.

ACCESSIT ad præſentiam noſtrã nobilis vir W. filius G. cum litteris tuis, ex quarum tenore perpendimus, quod cũ filiã cuiuſdam nobilis viri, dum eſſet minoris ætatis, deſponſaſſet, & poſtmodum ipſa aſſenſum in hac parte non præbẽte, antequam ad nubiles annos perueniſſet, celebratũ eſt inter eos diuortium; procedente vero tempore, defuncto patre puellæ matrem eius W. ſibi matrimonio copulauit, quod quidem factum, cum ſuſtinere nolles, eum ſollicite monuiſti, vt ipſam dimitteret, & quia monitis tuis in hac parte noluerit acquieſcere; ipſum excommunicationis vinculo innodaſti; tandem, accepta ab eo cautione, quod noſtrã adiret præſentiam, & ſuper hoc ſtatutum noſtrum firmiter obſeruaret, eundem mandato noſtro abſolutum denũtiaſti, & cum litteris tuis ad præſentiam noſtram tranſmiſiſti. Veniens autem præfatus W. in noſtra præſentia conſtitutus, ſua nobis aſſertione propoſuit, quod puellam ipſam, dum eſſet infra vij. annũ deſpõſauit, poſtea antequam ad nubiles annos perueniſſet, noluit aliquatenus conſentire, vt præfatum W. in virum acciperet, ſed cum patre ſuo, in cuius poteſtate remanſerat, & cum præfato W. ad præſentiam tuam acceſſit, & tam ex ore puellæ intellexiſti, & per eam cognoſceres, & per patrem eius, quod memoratum W. in virum nolebat; ſtatim illum in plena ſynodo ab huiuſmodi deſponſatione publice abſolutũ denuntiaſti. Elapſis vero plurib. annis poſt mortuo patre puellæ Cariſsimus in Chriſto filius noſter H. Anglorum Rex matrem ſupradictæ memorato W. tradidit in vxorem; quam idem W. vt diſcordia orta inter conſanguineos ſuos, & conſanguineos mulieris ſopiretur, accepit; & ſollemniter deſponſauit. & etiã ſine contradictione eccleſiæ duxit, & ex ea liberos procreauit, & puella fuit alteri viro copulata. Vnde licet contineatur in litteris tuis, quod ipſa puella erat ætatis minoris, quando huiuſmodi deſponſatio facta fuit; tamen refert, vtrum eſſet minoris ætatis proximæ ætati aptæ matrimonio; aut infra ſeptem annos. Ideoq. f. t. p. A. s. m. quatenus rei veritate inquiſita diligenter, & cognita, ſi tibi conſtiterit, quod præfata non eſſet ſeptennis, quando præmemorato W. deſponſata fuit, & poſtea in eum non conſenſerit, & quod idem W. ab huiuſmodi deſponſatione per te fuerit

fuerit abſolutus, matrimonium inter eũdem W. & matrem puellæ celebratum, præcipias inuiolabiliter obſeruari, & eorundem proles denunties eſſe legitimas; quia ſicut diſcretio tua non ignorat, deſponſationes, & matrimonia ante vij. annum fieri non poſſunt: præſertim ſi cõſenſus poſtea nõ interuenit. Sane ſi præfata puella ante deſponſationem vij. annum compleuerit, licet prædictus vir a deſpõſatione illius puellæ, ipſo iure fuerit abſolutus, cum ea in eum conſentire nolebat: inhoneſtum tamen videtur, vt matrem eius habeat, cuius filia ſibi fuerat deſponſata. Verũ ſi tibi viſum fuerit, vt cum matre puellæ remaneat, ne diſcordia inter vtriuſq. conſanguineos olim exorta, nunc autem ſopita, denuo ſuſcitetur: id diſsimulare poteris, & æquanimiter tolerare. filij autem, quos de ipſa ſuſcepit, ſi eam tolerante eccleſia in vxorem duxit, a ſucceſsione paternæ, vel maternæ hereditatis prohiberi non poſſunt.

Vnde Iſidorus. Cap. 7.

d. 3. c. PVBERES a pube ſunt vocati, id eſt a pudentia corporis nuncupati, quia hæc loca primo lanuginem ducunt; quidam autem ex annis pubertatem exiſtimant, id eſt, eum puberem eſſe, qui xiiij. annos expleuit, quãuis tardiſsime pubeſcat. Certum autem eſt eum puberem eſſe, qui & ex habitu corporis pubertatem oſtendit, & generare iam poſsit. Puerperæ ſunt, quæ annis puerilibus pariunt.

Alexander iij. Noruicen. Epiſcopo. Cap. 8.

c. 5. c. CONTINEBATVR autem in literis tuis, quod cum quędam puella infra nubiles annos, cuidam viro in vxorem tradita fuerat, & ab ipſo traducta, ſuis parentibus aſſerentibus eam legitimę ætatis exiſtere; hęc ad nubiles annos perueniens alij nubendi licentiam poſtulauit, aſſerens in eundem virũ nullatenus conſenſiſſe, prædictus vero vir e contra proponit, quod licet eadem puella nõ dum forte annum xij. attigiſſet, cum ei tradita fuiſſet in vxorem: vſq. adeo tamen ætati fuit proxima, quod ipſam carnali conmixtione cognouit. Inde eſt, quod cum ipſa eidem viro dicit ſe incognitam, & tu nos conſuluiſti, vtrum alij poſsit nubere: taliter reſpondemus, quod in decretis habetur expreſſum, quod ſi vir dixerit, quod vxorem ſuam cognouerit, & mulier negauerit; viri ſtãdum eſt veritati. Vnde præfato viro, qui ſe dicit præfatam mulierem cognouiſſe, fides eſt adhibenda; ſi id iuramento firmauerit; & ſi fuerit proxima in xij. vel circa xij. annum, & cũ ſuo aſſenſu, & voluntate parentum deſponſata, & benedicta fuerit, & cognita; ab eodem viro ſeparari non debet, præſertim cum parentes eius, ipſam fuiſſe legitimæ ætatis profitentur. Si vero puella infra nubiles annos, & ætati proxima alicui deſponſata fuerit benedicta, atq. traducta; non licet alicui de cõſanguinitate illius, cui deſponſata fuerit, eam ducere in vxorem, nec fas eſt eidem ſponſo de conſanguinitate puellæ ſibi deſponſatæ aliquam ſibi copulare.

Idem Baton. Epiſcopo. Cap. 9.

c. 7. D E illis, qui infra annos aptos matrimonijs contrahendis ſponſalia contrahunt, ſiue vterque, ſiue alter ante quam ad annos aptos matrimonijs contrahendis peruenerint, reclamet, & poſtulet ſeparari; non ſunt audiendi. Si vero alteruter iſtorum ad annos aptos matrimonijs contrahendis peruenerit, infra eoſdem annos altero exiſtente, cum quo eadem ſponſalia contrahuntur, ſi is, qui minoris ætatis eſt, cum ad annos illos peruenerit, reclamauerit, nec in alterum voluerit conſentire; iudicio eccleſiæ debent abinuicem ſeparari. Vtrum autem mulier, quæ poſtquam annos nubiles attingit, ei, qui nondum ad annos aptos matrimonijs contrahendis venerat, nupſit; ab eo, ſi quærat diſcidium, debeat ſeparari. conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quia cum in eum ſemel conſenſerit, amplius diſſentire non poterit aliquatenus, vel diuertere, niſi forte ipſe, cui nupſerit, poſtquam ad annos aptos matrimonijs contrahendis peruenerit, in ea † ſuum omnino negauerit præſtare conſenſum. † eam Greg. 9

Idem eidem. Cap. 10.

c. 8. c. A nobis tua diſcretio requiſiuit, vtrum ij, qui infra nubiles annos matrimonij nomine coniunguntur, vel eorum alteri, ante quam ad annos matrimonio aptos perueniant, liceat a matrimonio tali diſcedere. Ad quod inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus: quia pro eo quod ante nubiles annos coniugalem conſenſum de ſanctorũ patrum non habent auctoritate, vſque ad legitimam ætatem expectare tenentur, & tunc aut confirment matrimonium, aut ſi ſimul eſſe noluerint, ſeparentur; niſi forte carnis commixtio ante interuenerit, cum interdum illa tempus anticipare ſoleat pubertatis. Si vero alter eorum ad annos &c. vt ſupra prox. c.

L Idem.

ſcriptura declarat; ſed nec mundanę leges cõnumeratis perſonis, quæ inter ſe nuptias cõtrahunt, de re huiuſmodi aliquid dicunt. Ne ergo abnegetis, quod negandũ nulla ratione monſtratur.

Hormiſda Euſebio Epiſcopo. *Cap. 2.*

De deſp. imp. c. 1. TVA ſanctitas requiſiuit a nobis frater venerande, de filio adulto, quem pater matrimonium ducere vult, ſi ſine voluntate adulti filij facere poteſt. ad quod dicimus, ſi aliquo modo nõ conſentit filius, fieri nõ poſſe. Poſſet autem de filio nondum adulto, voluntas cuius nondum diſcerni poteſt, pater, cui vult, in matrimonio copulare; & poſtquã filius peruenerit ad perfectam ætatem, omnino ſeruare, & adimplere debet. hęc † omnib. orthodoxæ fidei ſancimus, & vobis tenenda mandamus.

† *hec*

Gregorius Papa. *Cap. 3.*

Non ponitur. parte 6. c. 6. poſt cõc. Lat. MANIFESTVM eſt eum puberem eſſe, qui geſticulatione ſui corporis talis eſt, vt iam procreare poſſit; licet ad metas legib. definitas non peruenerit.

Nicolaus Papa. *Cap. 4.*

c. 2. e. VBI non eſt conſenſus &c. & infra. Huius ergo decreti auctoritate diſtrictius inhibemus, ne de cetero aliqui, quorum vterque vel alter ad ætatem legibus, & canonibus determinatã nõ peruenerit, coniũgantur; niſi forte aliquando vrgentiſsima neceſsitate interueniente, vt pote pro bono pacis, coniũctio talis toleretur.

Alexander iij. Herforden. Epiſcopo. *Cap. 5.*

c. 4. e. LITTERAS tuę fraternitatis recepimus, ex quarum tenore perpendimus, quod quidam parochianus tuus A. nomine, cum eſſet perfectæ ætatis, quandam puellam in cunabulis deſponſauit: procedente vero tempore idem A. matrem puellæ cognouit, & eam in vxorem accepit. Vnde quia dubitas, an huiuſmodi matrimonium ſtare debeat, a nobis exinde cõſilium poſtulaſti, ſuper quo fraternitati tuæ taliter duximus reſpondendum, quod ſi præfatus vir matrem præfatæ puellæ antequam puella ipſa ſeptimum annum compleuiſſet, in vxorem accepit; matrimonium ipſum non diſſoluas, ſed eundem virum prętatam mulierem, ſicut vxorem libere tenere permittas; cũ huiuſmodi deſpõſationes nullę ſint, quę in cunabulis fiunt. Verum, ſi præfata puella poſtquam ſeptimum annum compleuit, prædictus vir matrem in vxorem accepit, cum ſpõſalia extũc placere conſueuerint, inter eos ſententiam diuortij nõ differas promulgare, nec ipſum, ſeu filiã, ſeu matrem vxorem habere permittas.

Idem Eboracen. Archiepiſcopo. *Cap. 6.*

ACCESSIT ad præſentiam noſtrã nobilis vir W. filius G. cum litteris tuis, ex quarum tenore perpendimus, quod cũ filiã cuiuſdam nobilis viri, dum eſſet minoris ætatis, deſponſaſſet, & poſtmodum ipſa aſſenſum in hac parte non præbẽte, antequam ad nubiles annos perueniſſet, celebratũ eſt inter eos diuortium; procedente vero tempore, defuncto patre puellę matrem eius W. ſibi matrimonio copulauit, quod quidem factum, cum ſuſtinere nolles, eum ſollicite monuiſti, vt ipſam dimitteret, & quia monitis tuis in hac parte noluerit acquieſcere, ipſum excommunicationis vinculo innodaſti; tandem, accepta ab eo cautione, quod noſtrã adiret pręſentiam, & ſuper hoc ſtatutum noſtrum firmiter obſeruaret, eundem mandato noſtro abſolutum denũtiaſti, & cum litteris tuis ad pręſentiam noſtram remiſiſti. Verum præfatus W. in noſtra pręſentia conſtitutus, ſua nobis aſſertione propoſuit, quod puellam ipſam, dum eſſet infra vij. annũ deſponſauit, poſtea antequam ad nubiles annos perueniſſet, noluit aliquatenus conſentire, vt præfatum W. in virum acciperet, & ita cum patre ſuo, in cuius poteſtate remanſerat, & cum præfato W. ad præſentiam tuam acceſsit, & tam ex ore puellæ audiſti, & per eam cognoſceres, & per patrem eius, quod memoratum W. in virum nolebat; ſtatim illum in plena ſynodo ab huiuſmodi deſponſatione publice abſolutũ denuntiaſti. Elapſis vero plurib. annis poſt mortuo patre puellæ Kariſsimus in Chriſto filius noſter H. Anglorum Rex matrem ſupradictæ memorato W. tradidit in vxorem; quam idem W. vt diſcordia orta inter conſanguineos ſuos, & conſanguineos mulieris ſopiretur, accepit, & ſollemniter deſponſauit. & etiã ſine contradictione eccleſię duxit, & ex ea liberos procreauit, & puella fuit alteri viro copulata. Vnde licet contineatur in litteris tuis, quod ipſa puella erat ætatis minoris, quando huiuſmodi deſponſatio facta fuit; tamen refert, vtrum eſſet minoris ætatis proximæ ætati aptæ matrimonio, aut infra ſeptem annos. Ideoq. f. t. p. A. s. m. quatenus rei veritate inquiſita diligenter, & cognita, ſi tibi conſtiterit, quod pręfata non eſſet ſeptennis, quando pręmemorato W. deſponſata fuit, & poſtea in eum non conſenſerit, & quod idem W. ab huiuſmodi deſponſatione per te fuerit

fuerit abſolutus, matrimonium inter eũdem W. & matrem puellæ celebratum, præcipias inuiolabiliter obſeruari, & eorundem proles denunties eſſe legitimas; quia ſicut diſcretio tua non ignorat, deſponſationes, & matrimonia ante vij. annum fieri non poſſunt: præſertim ſi cõſenſus poſtea nõ interuenit. Sane ſi præfata puella ante deſponſationem vij. annum compleuerit, licet prædictus vir a deſpõſatione illius puellæ, ipſo iure fuerit abſolutus, cum ea in eum conſentire nolebat: inhoneſtum tamen videtur, vt matrem eius habeat, cuius filia ſibi fuerat deſponſata. Verũ ſi tibi viſum fuerit, vt cum matre puellæ remaneat, ne diſcordia inter vtriuſq. conſanguineos olim exorta, nunc autem ſopita, denuo ſuſcitetur: id diſsimulare poteris, & æquanimiter tolerare. filij autem, quos de ipſa ſuſcepit, ſi eam tolerante eccleſia in vxorem duxit, a ſucceſsione paternæ, vel maternæ hereditatis prohiberi non poſſunt.

Vnde Iſidorus. *Cap. 7.*

c. 3. e. PVBERES a pube ſunt vocati, ideſt a pudentia corporis nuncupati, quia hæc loca primo lanuginem ducunt; quidam autem ex annis pubertatem exiſtimant, ideſt, eum puberem eſſe, qui xiiij. annos expleuit, quãuis tardiſsime pubeſcat. Certum autem eſt eum puberem eſſe, qui & ex habitu corporis pubertatem oſtendit, & generare iam poſsit. Puerperæ ſunt, quæ annis puerilibus pariunt.

Alexander iij. Norwicen. Epiſcopo. *Cap. 8.*

c. 5. e. CONTINEBATVR autem in literis tuis, quod cum quædam puella infra nubiles annos, cuidam viro in vxorem tradita fuerat, & ab ipſo traducta, ſuis parentibus aſſerentibus eam legitimæ ætatis exiſtere; hæc ad nubiles annos perueniens alij nubendi licentiam poſtulauit, aſſerens in eundem virũ nullatenus conſenſiſſe, prædictus vero vir e contra proponit, quod licet eadem puella nõdum forte annum xij. attigiſſet, cum ei tradita fuiſſet in vxorem: vſq. adeo tamen ætati fuit proxima, quod ipſam carnali commixtione cognouit. Inde eſt, quod cum ipſa eidem viro dicit ſe incognitam, & tu nos conſuluiſti, vtrum alij poſsit nubere: taliter reſpondemus, quod in decretis habetur expreſſum, quod ſi vir dixerit, quod vxorem ſuam cognouerit, & mulier negauerit; viri ſtãdum eſt veritati. Vnde præfato viro, qui ſe dicit præfatam mulierem cognouiſſe, fides eſt adhibenda; ſi id iuramento firmauerit; & ſi fuerit proxima in xj. vel circa xij. annum, & cũ ſuo aſſenſu, & voluntate parentum deſponſata, & benedicta fuerit, & cognita; ab eodem viro ſeparari non debet, præſertim cum parentes eius, ipſam fuiſſe legitimæ ætatis profitentur. Si vero puella infra nubiles annos, & ætati proxima alicui deſponſata fuerit benedicta, atq. traducta; non licet alicui de cõſanguinitate illius, cui deſponſata fuerit, eam ducere in vxorem, nec fas eſt eid[em ſ]ponſo de conſanguinitate puellæ ſibi deſponſatæ aliquam ſibi copulare.

Idem Baton. Epiſcopo. *Cap. 9.*

DE illis, qui infra annos aptos matrimonijs contrahendis ſponſalia contrahunt, ſiue vterque, ſiue alter ante quam ad annos aptos matrimonijs contrahendis peruenerint, reclamet, & poſtulet ſeparari; non ſunt audiendi. Si vero alteruter illorum ad annos aptos matrimonijs contrahendis peruenerit, infra eoſdem annos altero exiſtente, cum quo eadem ſponſalia contrahuntur, ſi is, qui minoris ætatis eſt, cum ad annos illos peruenerit, reclamauerit, nec in alterum voluerit conſentire; iudicio eccleſiæ debent abinuicem ſeparari. Vtrum autem mulier, quæ poſtquam annos nubiles attingit, ei, qui nondum ad annos aptos matrimonijs contrahendis venerat, nupſit; ab eo, ſi quærat diſcidium, debeat ſeparari, conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quia cum in eum ſemel conſenſerit, amplius diſſentire non poterit aliquatenus, vel diuertere, niſi forte ipſe, cui nupſerit, poſtquam ad annos aptos matrimonijs contrahendis peruenerit, in ea † ſuum omnino negauerit præſtare conſenſum. c. 7. a.

† *eam* *Greg. 9*

Idem eidem. *Cap. 10.*

A nobis tua diſcretio requiſiuit, vtrum ij, qui infra nubiles annos matrimonij nomine coniunguntur, vel eorum alter, ante quam ad annos matrimonio aptos perueniant, liceat a matrimonio tali diſcedere. Ad quod inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus: quia pro eo quod ante nubiles annos coniugalem conſenſum de ſanctorũ patrum non habent auctoritate, vſque ad legitimam ætatem expectare tenentur, & tunc aut confirment matrimonium, aut ſi ſimul eſſe noluerint, ſeparentur; niſi forte carnis commixtio ante interuenerit, cum interdum illa tempus anticipare ſoleat pubertatis. Si vero alter eorum ad annos &c. vt ſupra prox. c. c. 8. e.

Idem. *Cap.* 11.

Non po… Lat. par. 6.c.3. SI puella infra xij. annum alicui deſponſata fuerit, vel ſponſus aliquam infra xiiij. annum deſponſauit, ante quã ad annos peruenerat matrimonio aptos, a pactione nuptiali recedere, & ad aliud matrimonium cõuolare non poſſunt, ſed cum puella ad nubiles annos, & ſponſus ad annos aptos matrimonio peruenerit, tunc de pactione illa cõplenda, vel recipienda, ſunt audiendi; & ad conplendum matrimonium ab ijs, qui matrimonium iurauerant, conmonendi. Sponſa autem ſi nubili ætati proxima eſt, nullus cõſanguineorum ſponſi poteſt eam ſibi matrimonio copulare.

Idem Ianueñ. Epiſcopo. *pars c. Tua fraternitas.* *Cap.* 12.

c. 9. c. DE illis autem, qui in minori ætate deſponſantur, traduntur, & coniunguntur; & proceſſu temporis diuortium poſtulant, minorẽ allegantes ętatem, aut vim ſibi a parentibus factam. Hęc inquiſitioni tuę taliter pręſentibus litteris reſpondemus, quod ſi ita fuerint ætati proximi, quod potuerint copula carnali coniungi; minoris ætatis intuitu non debent abinuicem ſeparari; ſi vnus in alium viſus fuerit cõſenſiſſe; cum ætatem videatur ſuppleuiſſe malitia, ſed cuiuſcumque ætatis ſint, ſe poſſunt per illatam violentiam excuſare, niſi poſt violentiam conſenſus accedat.

Vrbanus iij. Cenomaneñ. Epiſcopo. *Cap.* 13.

c. 10. c. ATTESTATIONES ſuper cauſa matrimonij, quæ inter H. iuuenem, & G. mulierem vertitur, a tua nobis fraternitate tráſmiſſas accepimus, & ipſis diligẽter inſpectis, & plenius intellectis, manifeſte nobis innotuit, quod prædictus iuuenis nondum xij. annum attigerat, cum præfatam acceperat in vxorem, & licet niſus fuiſſet, ſicut vterq. cõfeſſus eſt, ipſam corrumpere, mulier tamen credit ſe virginem euaſiſſe. Verum antequã ad annum xiiij. perueniſſet, ex atteſtationib. ipſum a memorata muliere intelleximus receſſiſſe, quem eadem mulier inſtanter nunc repetit, & pro viro ſibi vindicare contendit; ſed cum vir x. & vij. annos habeat, ipſam recipere contradicit. Vnde, quia donec nos ſuper cauſam ipſam conſuleres, non duxiſſes in prolatione ſententiæ procedendum: hoc a nobis ſup tua cõſultatione habeas reſpõſũ, quod ſi mulier per idoneos teſtes probare nequiuerit, quod poſt xiiij. annum ſuæ ætatis, vel circa finem xiiij. prædictus iuuenis conſenſiſſet in eam, ab ipſo iuramento recepto, quod poſtquam ad legitimam ætatem peruenit, ipſam habere non conſenſit vxorem, ab inpetitione mulieris eum potes, & debes abſoluere, & ad alia vota vtriq. dare licẽtiam tranſeundi.

Idem Piſano Archiepiſcopo. *Cap.* 14. c. 11.

EX litteris tuæ fraternitatis accepimus; quod cum puella quædam A. nomine iam ad annum xij. perueniſſet, iurata fuit, & deſponſata cuidam puero, qui erat in anno nono, vel x. & dimidio, tempore procedente de volũtate matris, & fratrum potius, quam de ſua, ſicut aſſerit, ad domum patris prædicti pueri ducta, vbi nolẽs, & inuita, ſicut ab ore ipſius te audiſſe proponis, & tam perſuaſionibus, quam minis parentum impulſa morã per annum, & amplius habuit, & tandem inde receſsit, & ad domum propriã eſt regreſſa. Conmonita vero a matre ſua, & a te poſt modum, ſicut aſſeris, ad eum redire penitus contradicit; aſſerens, quod nũquam voluit, nec vult eum in virum habere, ſed nubendi alij poſtulat facultatem. Vnde quia ſuper hoc, quid agendum ſit, a nobis tua fraternitas requiſiuit, cum iam dictus puer, ſicut tuę litterę continebant, nondum ad xiij. annum ætatis ſuę peruenerit, nec vnquam ad eam puellam carnaliter acceſſum habuerit: dat. præſentib. litteris reſpondemus, quod ſi memorata puella per te ad hoc ſtudioſe conmonita, vt donec idem puer conpleat xiiij. annum ſuæ ætatis expectet, ad conmonitionem tuam non duxerit expectandum, ei ſecundum ea, quæ propoſita ſunt, accipiendi alium virum in maritum, auctoritate noſtra dare potes libertatem. Dat. Veroñ.

DE CLANDESTINA DESPONſatione. Tit. iij.

Hieronymus in Parabolis. *Cap.* 1.

IN plateis tuis aquas tuas diuide. id eſt filium tuum, ac filiam alijs nuptui trade, & hoc manifeſte cum pluribus ſocijs. Non põnitur.

Ex concilio Agath. *Cap.* 2.

SI quis clam deſponſauerit aliquam, & mulier, vel vir negat deſponſationem; viro tantum incumbit probatio. De clã. deſp. c.

Alexander iij. Beluaceñ. Epiſcopo. *Cap.* 3.

QVOD nobis ex parte tua ſignificatum eſt, vtrum in clandeſtinis matrimonijs diſpenſare debeamus; non videmus, quæ diſpenſatio ſuper his ſit adhibenda. Si enim matrimonia ita occulte contrahuntur; c. 1. & c. 9. qui filij ſint leg.

quod

quod exinde legitimi teſtes non appareant; ij, qui ea contrahunt, ab eccleſia nō ſunt aliquatenus conpellendi. Verūtamen ea, quæ ſic contrahuntur, ſi perſonæ contrahentium voluerint publicare, niſi rationabilis, & legitima cauſa præpediat, ab eccleſia recipienda ſunt, & conprobanda, tamquam a principio in cōſpectū eccleſię cōtraherētur. ſi qui autē de clādeſtino matrimonio poſt modū ab eccleſia cōprobato, & rato habito generati fuerint, eos legitimos iudices filios, & heredes.

DE SPONSA DVORVM, ET ſponſo duarum. Tit. iiij.

Auguſtinus de fide pactionis, & conſenſus. c. 1.

De ſpō. duor. c. 1 DVOBVS modis dicitur fides pactionis, & conſenſus; ſi aliquis alicui mulieri fidem fecerit pactionis, non debet aliam ducere; ſi aliam duxerit, pęnitentiam debet agere de fide mentita; maneat tamen cū illa, quam duxit: non enim reſcindi debet tātum ſacramentū. Si autem fecerit fidem cōſenſus, non licet aliam ducere. ſi autem duxerit, dimittet ipſam, & adhærebit vxori priori. Eſt autem fides pactionis; quando aliquis promittit alicui fidem, quod eā ducet, ſi permiſerit ei rem ſecum habere, vel etiam pro conſenſu. fides autē conſenſus eſt, quando etiam ſi non ſtringat manū, corde tamen, & ore cōſentit ducere, & mutuo ſe concedunt vnus alij, & mutuo ſe ſuſcipiunt.

Ex B. † lib. xix. Cap. 2.

†Burch Greg. 9 c. 2. e. ACCEPISTI illam tibi vxorē, quā alter ſibi deſponſatā habuerat, dimitte illam, quia numquam poteſt tibi fieri legitima, & xl. dies in pane, & aqua, quod carinam vocant, cum vij. ſequentibus annis pęniteas.

Alexander iij. Salernitano Archiepiſc. Cap. 3.

c. 3. e. LICET præter ſolitum, & amplius ſolito more multiſsimis, & magnis negotijs prępediti, & ita, quod nobis non ſit facile aliquorum conſultationibus reſpondere; illa tamen ſpeciali gratia, quam aduerſus perſonam tuā habemus, & fraterna cogimur caritate, quid ſentiamus de ijs, ſuper quibus conſuluit nos dilectio tua, tibi, quātum cumque alijs ſimus intenti, præſentib. litteris aperire. Conſuluiſti nos ſiquidem, vtrum ſi inter virum, & mulierem præſtito, vel non præſtito iuramento, legitimus cōſenſus interuenerit de pręſenti, copula carnali non ſecuta, liceat mulieri alij nubere, vel ſi nupſerit alij, & carnalis fuerit copula ſubſecuta, an ab ipſo debeat ſeparari. ſuper hoc autem inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus, quod ſi legitimus conſenſus ſub ea ſollemnitate, quæ fieri ſolet, pręſente videlicet ſacerdote, aut notario, & ſicut in quibuſdam locis ad huc obſeruatur, idoneis teſtibus interueniat de præſenti; ita quidē, quod vnus alterum in ſuum mutuo conſenſu verbis conſuetis expreſſo recipiat vtrumque dicendo; Ego accipio te in meum, & ego te in meā; ſiue ſit iuramētum, ſiue nō, nō licet mulieri alij nubere, & ſi nupſerit, etiam ſi carnalis copula ſit ſubſecuta, ab eo ſeparari debet, & vt ad primum redeat, eccleſiaſtica diſtrictione compelli; quamuis quidam alij aliter ſentiant, & aliter etiam a quibuſdam prędeceſſoribus noſtris ſit aliquando iudicatum. Verum poſt conſenſum legitimum de præſenti, licitum eſt alteri altero etiā repugnāte, eligere monaſterium; ſicut etiam quidam ſancti de nuptijs vocati fuerunt, dum modo inter eos carnalis conmixtio non interuenerit; & alteri remanenti, ſi conmonitus continentiam ſeruare noluerit, licitum eſt, vt ad ſecūda vota poſsit tranſire, quia cum nō fuiſſent vna caro ſimul effecti, ſatis poteſt vnus conuerti ad Deum, & alter manere in ſæculo.

Idem Eberardo Paduano Epiſcopo. Cap. 4.

SOLLICITVDINI ſedis Apoſtolicæ incumbit; vt ſi qua dubia, vel difficilia ad noſtram audientiam perferantur; & ea debeamus abſoluere, & in lucidum reuocare; ſuper eo ſi quidem, vnde nos conſuluit dilectio tua, quid videlicet ſeruandum ſit, & tenendum de muliere, quæ cum ſit vni viro deſponſata, & ab alio poſtea deſponſetur, & cognoſcatur: ſollicitudinis tuæ præſentib. litteris reſpondemus; quod licet quarundam eccleſiarum conſuetudo habeat, vt cum viro ſecundo debeat remanere; conuenientius tamen videtur, vt ſi vir, & mulier ad ætatem coniugio aptam deuenerint, & ita mulier deſponſata fuerit, quod vir mulierem in ſuam, & mulier virum in ſuum recipiat; licet poſtea ab alio deſpōſetur, & cognoſcatur, debeat primo reſtitui. Non ponitur. Poſt c6. Lat. par. 6. c. 18.

Idem Archiepiſcopo Senonenſi. pars c. *ſicut Romana.* Cap. 5.

PORRO. ſi qui vir, & mulier pari cōſenſu contraxerint matrimonium, & vir ea incognita aliam duxerit in vxorem, & eā cognouerit; cōgendus eſt ſecundam dimittere, Non ponitur. d. parte 6. c. 17.

& ad primam redire, quia quamuis exinde ſit diuerſa quorundam ſententia, & nō eadē conſuetudo eccleſię, tutius tamen videtur, vt primam habere debeat, quam ſecundā, cum a prima ſine iudicio eccleſię ſeparari non debeat, poſtquam cum ea pari voto, & cōſenſu matrimonium contraxit. Sane quamquam mulieri deſponſatæ, & a viro nondum cognitæ liceat ad religionem tranſire, aliam tamē non poteſt ducere in vxorem.

Idem. *pars c. Significaſti.* *Cap. 6.*

Non ponitur. e. parte 6. c. 22. SVPER eo vero, quod ex tuis litteris intelleximus virum quendam, & mulierem de mandato domini vtriuſque ſe ſe inuicem recepiſſe, nullo ſacerdote præſente, nec adhibita ſollemnitate, quam ſolet Anglicana eccleſia exhibere, & alium prædictam mulierē ante carnalem commixtionem ſollemniter duxiſſe, & cognouiſſe. Tuę prudentię taliter duximus reſpōdendum, quod ſi primus vir, & mulier ipſa pari conſenſu de præſenti ſe ſe receperint, dicendo vnus alteri, Ego te recipio in meum, & ego te recipio in meam: etiā ſi non interceſſerit illa ſollemnitas, nec vir mulierem carnaliter cognouerit, mulier ipſa primo debet reſtitui, cum nec potuerit, nec debuerit poſt talem conſenſum alij nubere. Si vero conſenſus talis inter eos non interceſſerit, ſub verbis illis, quę diximus; nec carnalis copula etiā aſſenſu de futuro pręeunte, ſecūdo viro, qui eam poſtea traduxerit, atq. cognouerit, debet mulier ipſa relinqui, & ab inpetitione prioris abſolui, iniuncta primo viro pęnitētia de læſione fidei, vel violatione iuramenti, ſi dedit exinde fidem, vel præſtitit ſacramentum. Appellationi autem, ſi qua ſuper iſto caſu ab alterutra partium fuerit interpoſita, niſi appelletur ab eo, cui cauſa eſt re. ap. commiſſa, eſt deuotione debita deferendum.

Idem Lanuēn. Epiſcopo. *Cap. 7.*

c. 4. e. TVA fraternitas nos cōſuluit, quid de his agere debeas, qui deſpōſant aliquas mulieres, & proceſſu tēporis antequā eas ducāt, vel cognoſcāt, accipiunt alias in vxores: ſuper quo vtiq. tuæ cōſultationi taliter reſpōdemus, q̄ ſi vir, & mulier ſe ſe recipiunt expreſſo conſenſu mutuo de præſenti, neuter eorū altero ſuperſtite poterit ad alia vota tranſire; & ſi poſsit ad monaſterium trāſmigrare. Verum ſi inter ipſos non acceſsit conſenſus mutuus de præſenti, ſed promiſsio de futuro, videlicet quod vterque dixit alteri, Ego te recipiā in meam, & ego te recipiam in meū: ſi alius mulierem illam deſpōſauerit, & traduxerit; etiam ſi inter primos iuramentum fuerit, ſicut diximus, de futuro, huiuſmodi deſponſationis intuitu, ſecundum nō poterit ſeparari matrimonium; ſed eis eſt de violatione fidei pęnitentia iniungenda. De alijs vero, qui coram te ſuper deſponſatione facta per conſenſum mutuum de præſenti cōtrouerſiam mouent, & poſt ap. quam ante ſentētiam, vel cognitionem cauſę ad ſedem Apoſtolicam interponūt, ap. pendente accipiūt alias in vxores; hoc arbitramur agendum, vt ſi amodo in tali caſu duxerint appellandum, eis in eccleſia publice debes interdicere artius, ne ante deciſionem cauſę aliud contrahat matrimonium, & ſi contra interdictum eccleſię ita publice factum venire pręſumpſerit; matrimonium tam pręſumptuoſe contractum poteris irritare.

DE CONDICIONIBVS APPOSITIS in deſpōſatione, vel † alijs cōtractib. T. v.

† oe

Ex concilio Africano. *Cap. 1.*

QVICVMQVE ſub condicionis nomine aliquam deſponſauerit, & eam poſtea relinquere voluerit; dicimus, quod cōdicio frangatur, & deſponſatio irrefragabiliter teneatur. De cōd. appo. e. a

Gregorius Griſanto † Epiſcopo Spoletano. *Cap. 2.* †Chryſantho. malo. c. 2. e.

CVM ſit proprium &c. & infra. Si forte iniuſte ſe excommunicatum quis queratur, ſubtili indagatione cognoſce: & ita cognita veritate diſpone, vt nec diſciplinę vigor frāgi valeat, nec diſſolui & infra. Supraſcriptus presbyter conqueſtus eſt, diaconum quendā duo mancipia manumiſiſſe ſub hac condicione, vt monachi debeant fieri, & in eo monaſterio, vbi ipſe fuerat, permanere; adiciens, vt ſi quis contra faceret, iterum ſeruituti ſubderetur: atq. vnum ex his hanc condicionem deſpexiſſe, & monaſterium deſeruiſſe, & ſe inter clericos ſociaſſe. Tu ergo ſi ita eſſe repereris, ſic te exhibe, vt nec illi deſerendi monaſteriū ſit facultas, & manumittentis volūtas cōſeruata nihilominus pręteriri non valeat.

Alexander iij. *pars c. meminimus.* *Cap. 3.* c. 4. e.

VERVM cum alicui eccleſiæ poſſeſsio quęlibet, interpoſita condicione donatur, nō poteſt a donatore donū poſtea reuocari, niſi forte tali ſit condicione collata, quod ea ceſſante poſſeſsio reuocari debeat.

Vrbanus iij. *pars c. cum in Apoſtolica.* *Cap. 4.*

c. 5. e. SVPER eo vero, quod a nobis ſimiliter poſtulaſti, vtrū ille, qui in quandā mulierem conſenſit;

conſumandum matrimonium cōpellendus nihilominus. reſpondemus; quod cum conſenſus liber dici non poſsit, qui in alieno reſeruatur arbitrio, ac condicionem ipſam canonica non inprobent inſtituta, quæ conſonet honeſtati, niſi voluntas patris poſtmodum intercędat, nequaquā eſt ad matrimoniū cōtrahendum cogendus. nam licet felicis memorię Alexander Papa anteceſſor noſter in ſuis videatur conſultationibus reſpondiſſe; quod ſponſalia interpoſita condicione contracta, condicione ipſa minime obſeruata, ſi conſenſus de pręſenti intercedat, vel carnalis copula ſubſequatur; diſſolui non debent, ſed firmiter obſeruari; nequaquam noſtræ diffinitioni eſt aduerſum, cum huiuſmodi conſenſus nequaquam ſit de præſenti habendus, licet per verba de præſenti euidentius exprimatur, qui in alieno arbitrio non habito, ſed habendo conſiſtit.

QVI CLERICI, VEL VOVENTES (rei tamen non trahere † poſſunt. Tit. vj.

† matrimoniū contrahere Greg. 9 forte legitime contrahere. Qui cler c. 1.

Alexander iij. Remenſi Archiepiſc. Cap. 1.

DE diacono vero, qui in ſabbato ſancto quendam alium diaconū vulnerauit, & mulierem vxoris nomine accepit; hoc tuæ prudētiæ duximus reſpondendum, quod ſi contrito, & humiliato animo ad eccleſiam redire voluerit, dimiſſa iſta, quam in vxorem accepit, cum non poſsit, ſicut noſti, contrahere matrimonium, ipſum debes recipere, & abſoluere a ſententia excommunicationis, quā pro violenta iniectione manuum noſcitur incurriſſe; & iniuncta ſibi pęnitentia de vtroq. exceſſu, poſt peractam pęnitentiam, poteris ei diaconatus officium reddere, & diſpenſatiue ſi perfectæ vitæ, & conuerſationis fuerit, in presbyterum ordinare. Subdiaconi autem ſiue hominem interfecerint, ſiue non, matrimonium non poſſe contrahere ſacrorum canonum cenſura demonſtrat.

Idem Cenomanenſi Epiſcopo. Cap. 2.

c. 6. 6.

EX litterarum tuarū tenore percepimus, quod lator præſentium in ſubdiaconatus officio conſtitutus, quandam ſibi in coniugem copulauit. Vnde tu ſicut vir prouidus, & diſcretus, ipſum eandem, quam in vxorem duxerat, abiurare feciſti; ſuper quo facto prudentiam tuam in domino cōmendamus per præſentia tibi ſcripta mandantes, quatenus, ſi ad canonicum, vel monaſticum ordinem tranſire voluerit, poſt ſeptennem pęnitentiā laudabiliter in clauſtro peractam, ſi tibi, vel ſucceſſori tuo idoneum viſum fuerit; eum ad maiores ordines promoueri cōcedas. Quod ſi ad religionem ſe conferre noluerit, eum in ſubdiaconatu miniſtrare, neque ad vlteriores permittas ordines promoueri. In minoribus tamen ordinibus poterit miniſtrare.

Idem Exoñ. Epiſcopo. Cap. 3.

SIGNIFICATVM eſt nobis, quod quidam ſubdiaconi in tua dioeceſi exiſtētes, vel conmorantes matrimonia cōtrahere pręſumpſerunt, & ſicut laici quilibet, cum vxoribus conmorantur. Vnde quoniam id, ſicut tua non ignorat diſcretio, ſacrorum canonū obuiat inſtitutis: f. t. p. A. ſ. p̄. a. qua. cuiuſmodi vitę ſubdiaconi illi ante matrimoniū cōtractū extiterit, & quales futuri credātur, ſi vxores deſererint; diligēter, ac ſtudioſe inquiras, & ſi eos honeſtę vitæ ante cōtractū matrimonium fuiſſe, aut dimiſsis illis, quæ vxores eorum dicuntur eſſe, caſte victuros credideris, tu ipſos mulieres a ſe dimittere moneas diligentius, & ap. re. diſtricte conpellas. Si autem antea diſſolutæ vitæ fuerint, aut illis, quas tenent dimiſsis, in deteriora lapſuri creduntur, & plures pro vna frequentare; tu id diſsimulare poteris, & pro grauiori lapſu vitando, quod inſimul maneant ſuſtinere. Ita tamen, quod ad altaris miniſterium non accedant, nec eccleſiaſtica beneficia percipiant. Verun tamen ſi tales aliqui eccleſiæ perſonatum gerunt, aut vxores, aut eccleſias prorſus dimittere ſunt cogendi. Non ponitur.

Idem Decano, & Canonicis Lemouicēn. Cap. 4.

CVM inſtituſſet apud nos Herbertus præſentium lator parochianus veſter, vt de ordine ſubdiaconatus, ad quem recipiendū nimis enormiter, & inordinate ſe ingeſſerat, cum eo miſericorditer ageremus; & non potuiſſet, ſicut non debuerat, in hac parte proficere; tandem a nobis licentiam poſtulauit, vt poſsit ſibi in matrimonium aliquam legitime copulare. Nos itaq. ſtudioſius attendentes, quod prædictus ordo, cū nullam ſibi dignitatem attulerit, vel honorē, matrimoniū eius non impedit: d. u. p A. ſ. p̄. m. qua. ſi matrimoniū legitime duxerit cōtrahendū, nullꝰ veſtrū eum a cōtractu matrimonij, prædicti ordinis obtētu prohibere pręſumat, nec ſibi propter hoc moleſtiā inferat, vel grauamen. Non ponitur.

Idē Spalenſi † Epiſcopo. *pars c. cōtinebatur. c. 5.*

† Hiſpalen. malo.

SVPER eo vero, quod aſſeris quoſdam viros tuæ iuriſdictionis in ſacris ordinibus conſtitutos matrimonia contraxiſſe; hoc tuæ prudentiæ reſpondemus, quod ſi qui Non ponitur.

iure id facere potuit, auctoritatem,& aſſenſum non interueniſſe conſtiterit. non enim ſimplices ſacerdotes,vel clerici poſſunt eccleſias,quib.pręſunt, auctoritate ſua pręſertim poſt deceſſum ſuum cenſuales efficere.

Idem Carnot. Epiſcopo pars c. In eminēti. c.9.

Non ponitur. DE cetero noueris, quod cum aliquis ad extraordinarium iudicem litteris inpetratis cum aduerſario ſuo conponit; poſt modum in eccleſia,de qua agitur,ius aliquod habiturus; ſi conpoſitio non eſt iuri cōtraria,nō eſt a loci Epiſcopo aliquatenus reprobanda;ſed cenſus abſq. Epiſcopali auctoritate, & eccleſiæ ſub hoc,cui præeſt, prętextu non eſt inponendus,& ſi fuerit ſolutus,vitam eius,qui ſoluerit,non excedit. ✝

Idem Carnoteñ. Epiſc. pars c. Tua nos. c.10.

✝ excedat forte. c.9.e. at. demum. ECCLESIIS autem,quas de nouo ✝ Epiſcopi de manibus laicorum eripiunt, præter cathedraticū,& iura omnia,quæ alijs eccleſijs inponuntur, non videmus exactionem inponēdam. quin nouis exactionib. decreto noſtro prohibemus generaliter amodo eccleſias pręgrauare.

DE ECCLESIIS REAEDIFICANDIS,& reparandis. TIT. XXXV.

Ex concilio Lateraneñ. Cap. 1.

De eccl. ædif. c.1. CVM dicat Apoſtolus abundantiorem honorem membris infirmioribus deferendū: e contra quidam, quæ ſua ſunt, non quæ Ieſu Chriſti,quærentes,leproſis, & qui cum ſanis habitare non poſſunt, vel ad eccleſiam cum alijs cōuenire,eccleſias, & cœmeteria nō permittunt habere; nec proprij iuuari miniſterio ſacerdotis;quod quia procul a Chriſtiana pietate eſſe dignoſcitur, de benignitate ſedis Apoſtolicę conſtituimus, vt vbicumque tot ſimul ſub communi vita fuerint congregati, qui eccleſiam cū cœmeterio ſibi conſtituere, & proprio valent gaudere presbytero, ſine contradictione aliqua permittantur habere. Caueant tamen, vt iniurioſi veteribus eccleſijs de iure parochiali nequaquam exiſtant; quod.n. pro pietate conceditur, ad aliorum iniuriam nolumus redūdare. ſtatuimus etiā, vt de hortis,& de nutrimentis animaliū ſuorum decimas tribuere non cogantur.

Idem Ebor. Archiepiſcopo. Cap. 2.

c.3.e. AD audientiam noſtram noueris perueniſſe,quod villa,quæ dicitur H. tantum perhibetur diſtare ab eccleſia parochiali, vt in tempore hiemali,cum pluuiæ inundauerint, non poſsūt parochiani ſine magna eam difficultate adire, vnde non valent eccleſiaſticis officijs congruo tempore intereſſe. Quia igitur parochialis eccleſia ita dicitur in redditib. habundare,quod pręter illius villę prouentus,miniſter illius conuenienter valeat ſuſtentationem habere: f.t.p A.s.m. qua. ſi res ita ſe habet, eccleſiam ibi ædifices, & in ea ſacerdotem,ſub. ap. ob. ad præſentationem rectoris eccleſiæ maioris cum canonico fundatoris aſſenſu inſtituas,ad ſuſtentationem ſuam eius villæ obuentiones eccleſiaſticas percepturum. prouideas tamen, vt cōpetens in ea honor pro facultate loci eccleſiæ matrici ſeruetur,quod quidem fieri poſſe videtur, cum eiuſdem villæ dominus xx. acras terræ frugiferæ velit ad vſus presbyteri conferre. Si vero perſona matricis eccleſiæ virum idoneū pręſentare diſtulerit,vel opus illud voluerit impedire, tu nihilominus facias idem opus ad perfectionem deduci, & virū bonū ces.ap.diff. inſtituere non omittas.

Idem Exoneñ. Epiſcopo. Cap. 3.

IN litteris & infra. De ijs autem,qui parochiales eccleſias habēt, ſ.t.taliter duximus reſpondendum;quod ad reparationem,& inſtructionem eccleſiarum cogi debent, cum opus fuerit,de bonis,quæ ſunt illius eccleſię, ſi eis ſuperſunt,conferre; vt eorum exemplo ceteri inuitentur. c.4.e.

Ex concilio Magoc. Cap. 4.

QVICVMQVE eccleſiaſticum beneficium habent,ad tęcta eccleſię reſtituēda, vel ipſas eccleſias emendandas,omnino adiuuent,& nonam,& decimam reddant. c.1.e.

DE IMMVNITATE ECCLESIAE, cœmeterij,& rerū ad eā pertinentiū. T. XXXVI.

Ex ſynodo Ioannis Papæ. Cap. 1.

VT in domibus eccleſiarum neq. miſſus,neq. comes,vel iudex publicus,vel miniſter,quaſi pro cōſuetudine,nec placitum,nec hoſpitium vindicent,ſed in publicis rebus domos conſtituant, in quibus placitū teneant,& ſecundum antiquam conſuetudinem hoſpitentur. De immu. eccl. c.1.

Gregorius Epiſcopus Agnello Epiſc. Terraciñ. c.2.

PERVENIT &c.& infra. Fraternitas tua nullum,neq. per noſtræ, vel eccleſiæ ſuæ nomē,aut quolibet alio modo defendi a murorum vigilijs patiatur: ſed omnes generaliter conpellantur,quatenus cunctis vigilantibus melius ciuitatis valeat cuſtodia prouocari. c.1.e.

Idem Vitali defenſori Sardiniæ. Cap. 3.

Indicatum

INDICATVM eſt &c. & infra. Dictũ eſt etiam nobis, quod ruſtici eiuſdem eccleſiæ rura propria deſerentes in priuatorũ poſſeſsionibus culturam laboris exhibeant, in qua re experientia tua tale aliquid fieri nõ permittat.

Ex concilio Lateranẽ. *Cap. 4.*

NON minus pro peccato, quod faciunt, quam pro illorum detrimẽto, quod ſuſtinẽt, graue nimis eſſe dignoſcitur, quod in diuerſis partibus mundi conſules ciuitatis, & rectores, nec non & alij, qui poteſtatem videntur habere, tot onera frequenter eccleſijs imponunt, ita grauibus eas, & crebris exactionib. premunt, vt deterioris cõdicionis ſub eis factum ſacerdotium videatur, quam ſub Pharaone fuerit, qui diuinæ legis notitiam non habebat. ille quidem omnibus alijs ſeruitutibus ſubactis, ſacerdotes ſuos, & poſſeſsiones eorum in priſtina libertate dimiſit, & de publicis eis alimoniam miniſtrauit, iſti vero onera ſua fere vniuerſa inponunt eccleſijs, & tot angarijs eas affligunt, vt eis illud quoque quod Hieremias deplorat, conpetere videatur. Princeps prouinciarum facta eſt ſub tributo. ſiue quidem foſſata, ſeu expeditiones, ſeu alia quælibet ſibi arbitrentur agenda, de bonis eccleſiarum, & clericorum, & pauperũ Chriſti vſibus deputatis cuncta volunt fere conpleri. iuriſdictiones etiam, & auctoritatẽ Epiſcopor. & aliorũ prælatorũ ita euacuant, vt nihil poteſtatis eis in ſuis videatur hominib. remanſiſſe. ſuper quo dolendũ pro eccleſijs, dolẽdũ etiã eſt nihilominus pro ipſis, qui & timorẽ Dei, & eccleſiaſtici ordinis reuerentiã videntur penitus abieciſſe. Quo circa ſub anathematis diſtrictione ſeuerius prohibem^9, ne talia de cetero attemptare præſumãt; niſi Epiſcopus, & clerus tãtam neceſsitatem, vel vtilitatem inſpexerint, vt abſq. vlla occaſione ad releuandas cõmunes vtilitates, vel neceſsitates, vbi laicorum nõ ſuppetunt facultates, ſubſidia per eccleſias exiſtiment conferenda. Si autem conſules, aut alij de cetero iſta commiſerint, & commoniti forte deſiſtere noluerint, tam ipſi, quam fautores eorum excõmunicationi ſe nouerint ſubiacere; nec communioni reddantur, donec ſatisfactionẽ fecerint conpetentem.

NE CLERICI, VEL MONACHI ſæcularib. negotijs ſe immiſceant. T. xxxvij.

Ex concilio Magũtiñ. *Cap. 1.*

MVLTA ſunt negotia ſæcularia, de his tamẽ pauca perſtringamus, ad quæ pertinet omnis carnalis concupiſcentia; quidquid enim plus iuſto appetit, turpe lucrum eſt, munera iniuſta accipere, vel etiam dare pro aliquo ſæculari quæſtu, pretio aliquem conducere, cõtentiones, vel lites, vel rixas amare, in placitis ſæcularibus diſputare, excepta defenſione orphanorum, aut viduarum; conductores, aut procuratores eſſe ſæcularium rerum, turpis verbi, vel facti ioculatorem, vel iocum ſæculare diligere, aleas amare, ornamentum incõueniens propoſito ſuo quærere, in delicijs viuere velle, gulam, & ebrietatem ſequi, pondera iniuſta, vel menſuras habere, negotium iniuſtum exercere; nec tamen iuſtum negotium eſt contradicendum propter neceſsitates diuerſas, quia legimus ſanctos Apoſtolos negotiaſſe, & in regula Sancti Benedicti præcipitur præuidere, per quorum manus negotia monaſterij tranſeant; canes, & aues ſequi ad venandum, & omnib. quibuſlibet cauſis ſuperfluum eſſe; ecce talia, & his ſimilia miniſtris altaris domini, nec non & monachis omnino contradicimus, de quibus ait Apoſtolus, nemo militans Deo inplicat ſe ſæcularibus negotijs. Ne cler. vel mo. c. 1.

Alexander iij. in concilio Turonenſi. *Cap. 2.*

NON magnopere antiquus hoſtis inuidia infirma membra eccleſiæ præcipitare laborat; ſed manum mittit ad deſiderabiliora eius, & electos quoq. nititur ſupplantare, dicente ſcriptura, Eſcæ eius electi. Multorum ſi quidẽ caſum operari ſe reputat, vbi, pretioſius aliquod membrũ eccleſiæ ſua fuerit calliditate detractum. & inde mirũ eſt, quod in angelum lucis more ſolito ſe transfigurãs, ſub optentu languentium fratrum conſulendi corporibus, & eccleſiaſtica negotia fidelius pertractandi, & regulares quoſdam ad legendas leges, & confectiones phyſicales ponderandas de clauſtris ſuis educit. Vnde ne ſub occaſione ſcientiæ ſpirituales viri mundanis rurſus actionibus inuoluantur, & in interioribus ex eo ipſo deficiant, ex quo ſe alijs putant in exterioribus prouidere: per præſentis concilij aſſenſum ſtatuimus, vt nulli omnino poſt votum religionis, poſt factam in aliquo loco religioſo profeſsionem ad phyſicã, leges ve mundanas legendas permittatur exire. Si vero exierint, & ad clauſtrum ſuum infra duorum menſium ſpatium nõ redierint, ſicut excommunicati ab omnib. euitentur, c. 3. e.

& in nulla cauſa ſi patrocinium præſtare voluerint, audiantur. Reuerſi autem in choro, capitulo, menſa, & ceteris vltimi fratrum exiſtant, & niſi forte ex miſericordia ſedis Apoſtolicæ, totius ſpem promotionis amittant.

Ex concilio Lateranen. *parte.*
Clericum. *Cap. 3.*

c. 4. e. SED nec procuratores villarũ, aut iuriſdictiones etiã ſæculares ſub aliquib. Principib. & ſæcularib. viris, vt iuſtitiarij eorum fiant, clericorum quiſquam exercere præſumat. Si quis autem aduerſus hoc venire temptauerit, quia contra doctrinam Apoſtoli dicentis, Nemo militans Deo implicat ſe ſæcularibus negotijs; ſæculariter agit: ab eccleſiaſtico fiat miniſterio alienus, pro eo quod officio clericali neglecto fluctibus ſæculi, vt potentibus placeat, ſe immergit. diſtrictius autem decernimus puniẽdum, ſi religioſorum quiſquam aliquid prædictorum auſus fuerit attemptare.

Alexander iij. Cant. Archiepiſcopo, & eius ſuffraganeis. *Cap. 4.*

Non ponitur. Poſt cõ. Lat. 27. par. c. 1. FRATERNITATI veſtræ p A. s. m. & m. p̃. qua. vniuerſis monachis veſtræ iuriſdictionis artius inhibere curetis; ne villas, vel eccleſias recipere ad firmas, vel detinere præſumant. quod ſi præſumpſerint, eos auctoritate Apoſtolica freti ſub. ap. re. faciatis a ſua præſumptione, eccleſiaſtica diſtrictione ceſſare.

Idem Lundon. Epiſcopo. *Cap. 5.*

c. 6. e. SECVNDVM inſtituta prædeceſſorum noſtrorum ſub interminatione anathematis prohibemus; ne monachi, vel clerici, cauſa lucri negotientur, & ne monachi vel a clericis, vel a laicis firmas habeant, neq; laici eccleſias ad firmas teneant.

Idem Cant. Archiepiſcopo. *Cap. 6.*

CLERICIS, qui in ſacris ordinibus conſtituti ſunt, ex Toletano concilio iudiciũ ſanguinis agitare non licet. Vnde prohibemus, ne aut per ſe truncationes membrorum faciant, aut iudicent inferendas. quod ſi quis tale quid fecerit, honore priuetur, & loco. Iubemus etiam ſub interminatione anathematis, ne quis ſacerdos officium habeat vicecomitis, aut præpoſiti ſæcularis. Clerici, qui comam nutriunt, etiam inuiti ab Archidiaconis ſuis tondeantur. Veſtimentis autem, & calciamentis, niſi quæ honeſtatem, & religionem deceant, vti non liceat. Si quis cõtra hoc venire præſumpſerit, & commonitus emendare noluerit, excommunicationi ſubiaceat. c. 5. e. de cleric. & hon. cle. c. 7.

Idem Lundon. Epiſcopo. *Cap. 7.*

RELATVM eſt auribus noſtris, quod monachi N. ſæculariter viuunt, & alios exemplo corrumpant. Inde eſt, quod auctoritate Apoſtolica tibi indulgemus, vt eos ad obſeruationem monaſticæ regulæ appellatione remota cõpellas, vt ſi tibi reſtiterint auſu temerario, eis eiectis, fratres Ciſtercen. ordinis in præſcriptum monaſterium inducas; vt labores impiorum iuſti edant, & illi tam de † rubore confuſi ad ſui ordinis obſeruantiam reuertantur. c. 7. e. † al. & † tãdẽ. Greg. 9

Eugenius Papa Lucell. Archiepiſcopo. *Cap. 8.*

SACERDOTIBVS autem, & clericis tuis denunties publice, ne miniſtri laicorum fiant, nec in rebus eorum procuratores exiſtant. quod ſi poſtmodum fieri præſumpſerint, & occaſione ipſius adminiſtrationis propter pecuniariam cauſam a laicis capiantur: indignum eſt eis ab eccleſia ſubueniri, per quos conſtat in eccleſia ſcandalum generari. c. 2. e.

LIBER QVARTVS.

DE SPONSALIBVS, ET MATRIMONIO. TIT. I.

Alexander iij. *Cap. 1.*

De ſpōſ. c. 4. AD audientiam noſtri Apoſtolatus peruenit, quod cū Hugo Alberti' Papiēſis ciuis, filiā ſuam cuidā filio Lantacoñ. dare vellet vxorem, iurauit, quod ſi ille, cui deſponſabatur, eam habere, caſu aliquo interueniente non poſſet, alteri filio, quem de alia vxore genuerat, eandem puellam matrimonio copularet. Contractis autem a filio priori ſponſalibus, quidam ad eccleſiam accedentes, conſanguinitatem inter eos eſſe iuramētis interpoſitis firmauerunt. Ideoq. præfatus Hugo eandem feminam † dare alteri filio nititur, vt iurauit. sed quomā ſcriptum eſt, quod ſponſam fratris frater habere non poteſt; d.t.p. A.s.p.m. qua. eum ſuum implere propoſitum, quod canonicæ rationi obuiat, non permittas, ſed vt pænitentiam agat de illicito iuramento, diligenter admoneas, & eccleſiaſtica diſtrictione conpellas. contra. &c. († al. filiam.)

Idem Wintoñ. Epiſcopo. *Cap. 2.*

(Non ponitur. Poſt cō. Lat. par. 45. c. 4.) NON ſunt vna caro vir & mulier, niſi cohæſerint copula maritali. Idcirco defuncta ſponſa intacta, eius ſoror a ſponſo hoc non impediente libere ducitur in vxorem.

Idem Wigor. Epiſcopo. *Cap. 3.*

(Non ponitur. Poſt cō. Lat par. 6 c. 2.) CONSVLVIT nos tua fraternitas, quid tibi faciēdum ſit de Willelmo parochiano tuo, qui licet in manu tua fidē dederit, quod mulierem quandam duceret in vxorē, ſpreta tamen religione fidei, ipſe ſibi aliam copulare præſumpſit. Super hoc itaq. conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quod licet nō ſit tutum cuilibet contra fidem ſuam venire, ſi tamen aliam in ſuam receperit, nec in facto primæ mulieris vltra proceſſerit, niſi quod fidem dederit a muliere ſecunda ſeparari non debet, ſed ei de læſione fidei pænitentia eſt inducenda. († iudicāda cēſ.)

Idem Panormitano Archiepiſcopo. *Cap. 4.*

DE illis autem, qui præſtito iuramento, promittunt ſe aliquas mulieres ducturos, & poſtea eis incognitis dimittunt terram, & ſe ad partes alias transferunt, hoc tuæ diſcretioni volumus innoteſcere, quod liberum erit mulieribus ipſis, ſi non eſt amplius in facto proceſſum, ad alia ſe vota transferre, recepta tamen de periurio pœnitentia, ſi per eas non ſteterit, quominus matrimonium conſumaretur. Si vero aliquis ſub huiuſmodi verbis iuramentum alicui mulieri præſtiterit, Ego te in vxorem accipiā, ſi tātum mihi donaueris; reus periurij non habebitur, ſi eā nolentem ſibi ſoluere, quod iuramento ſibi petijt dari, non acceperit in vxorem, niſi cōſenſus de præſenti, aut carnalis ſit inter eos commixtio ſubſecuta. (c. 5. & c. 1. de cond. appoſ.)

Idem Eduardo Paduano Epiſc. *pars c.* * *c. 5.*

DE muliere, quæ eſt inuita tradita viro, & detenta cum inter vim, & vim ſit differentia; & vtrum poſtea conſenſus interceſſerit, certum nobis nil poſtea expreſsiſti, exquiſitioni † tuæ nihil poſſumus reſpondere. Illos autē, qui pro cōſanguinitate prohibentur cōiungi, & poſtea contra interdictum eccleſiæ ſe te receperint, excommunicationi debes ſubicere, donec tamdiu ſeparentur, quouſq. legitime cognoſcatur, vtrum eorum matrimonium de iure poſsit, & debeat ſtare. (* ſollicitudini ex cōc. c. 6. e. & de mat. cōt. cōt. int. eccl. c. 3. † inquiſitioni.)

Idem Cant. Archiepiſcopo. *Cap. 6.*

EX litteris, quas ſuper cauſa matrimonij cuiuſdam iuuenis R. nomine, & Mariæ filiæ Gilberti de Sancto Leodegario tranſmiſiſti, ſollicitudo nobis innotuit, quam in ipſius negotij examine ſeruaſti. Quia vero abſentibus partibus veritatem nequiuimus plenarie indagare, nec cauſam ipſam ad te remittere, a quo pars mulieris ad audiētiā noſtram noſcitur appellaſſe, eam venerabilib. fratrib. (c. 7. et)

noſtris Winton. Herfordeñ.& Batoñ. Epiſ duximus cõmittendam,ideoq.f.t.per A.s.m. qua. partes adire eorum præſentiam,cum ab eis fuerint euocatę,& quod ipſi iudicauerint, inuiolabiliter obſeruare cont.& ap.ces. compellas. De hoc autem, quod circa finem litterarũ conſuluiſti, quid debeat obſeruari, quãdo inter aliquos ſponſalia contrahuntur, nec intelligit alter, quod alter proponit; hoc tuã volumus diſcretionem tenere, quoniam inſpiciendum eſt iudici, ſi matrimonium contracturi ad id faciendum ſint idonei ſcientia, & ætate. Quo cognito ſi alter aliter intellexerit, quod alter propoſuerit, ad communem verbi intelligentiam recurratur, & cogatur vterq. verba prolata in ſenſu retinere, quem ſolent recte intelligentibus generare. Quod vero quæſiuiſti, an debeat appel. deferri, vbi ſuo eius prætextu noſcitur adulterium, vel aliud crimen committendum: conſult. t. breuiter reſpondemus, quod vbi notorium eſſet adulterium, vel aliud crimen committendũ, ſi ap. interpoſitę deferretur, deferri nollem⁹. nolumus enim inceſtus, vel adulterij materiã aliquibus miniſtrare.

Idem Vigilenſi Epiſcopo. *pars c.sũ ſit Ro. c.7.*

c.1.c. SPONSAM autẽ alterius, ſi eſt nubili ætati proxima, nullus conſanguinorum aliquando ſibi matrimonio poteſt copulare.

Idem Abbatib S. Eadmundi, & de Meſcia. c.8.

c.9.c. EX parte Eminæ mulieris intimatum eſt auribus noſtris, quod Andreas ſibi coram ſacerdote quodam, & diacono, & alijs plerisq. tam clericis, quam laicis ad hoc conuocatis iuramentum præſtitit, quod eam ab eo tempore pro coniuge teneret, & ei ſicut vxori fidem ſeruaret, ipſa quoq. eidem Andreę iuramento præſtito promiſit ſe illum pro marito habituram, & fidem ei tamquã proprio viro ſeruaturam. Quo facto in eadem domo diu cohabitantes ſibi liberos procreauerunt, procedente vero tẽpore prænominatus Andreas contra iuramentum præſtitũ prænominatã Eminam, & filios ex ea procreatos reliquit, & ab eorũ cohabitatione receſsit. Quia igitur nemini licet vxorẽ ſuã ſine manifeſta cauſã fornicationis dimittere, & tunc eam ſibi reconciliare debet, aut ipſa viuente continere; nec nos ſuſtinere debemus, vt prędictus Andreas iuramenti præſtiti religionem infringat: d.u. per A.s.p.m. qua. rei veritate diligentius inquiſita, ſi prout ſuperius dictũ eſt, ita eſſe inueneritis; eundem Andream moneatis ſtudioſius, vt ſuæ ſaluti conſulens, & ſuper inducta, quam habet, prius dimiſſa, ad vxorem ſuam redeat, & eam maritali affectione pertractet, & reatum ſuum condigna ſatagat pęnitẽtia expiare. Quod ſi cõmonitioni veſtræ acquieſcere forte noluerit, vos eum, & ſuperinductam omni oc.& ap. re. excõmunicationis vinculo innodetis, & vſque ad dignam ſatisfactionem præcipiatis ab omnib. ſicut excommunicatos cautius euitari.

Idem Pictauieñ. Epiſcopo. *Cap. 9.*

EX litteris veñ. fratris noſtri Saluonoſ. Epiſcopi accepimus, quod cum duo nobiles viri ſui Epiſcopatus W. S. de Mõſtrand.& B. de Mauritania filios, & filias inpubeſcentes haberent, & ſpe pacis inter eos conciliandæ, ita inter ſe conuenerint, quod filios, & filias mutuis adinuicem matrimonijs ſociarent, & hoc tam patres, quam filij ſub iuramento ſe facturos promiſerint, inter quos ſiquidẽ G. filiam prædicti B. conſentiente patre ſemel, & iterum accipere in vxorem iurauit, cumq. ipſo nolente ad alia vota migrare, eum Epiſcopus ſub diſtrictione anathematis compellere voluit, vt ſecundum quod iurauerat, filiã præfati B. traduceret in vxorem; ipſe ad audientiam noſtram appellauit, & altera parte nuntium ſuum ad nos deſtinante ipſe nec venit, nec reſponſalem aliquem pro ſe tranſmiſit. Quia igitur prædicto G. periculoſum eſt contra iuramentum ſuum venire, f.t. per A.s.p.m. qua. cum exinde fueris requiſitus, vtramq. partem ante tuam conuoces præſentiam, & rationib. hinc inde plenius auditis, & cognitis, ſi tibi conſtiterit, quod præfatus G. præſtito iuramento firmaſſet, quod filiã memorati B. duceret in vxorem, eũ moneas, & auctoritate noſtra diſtricte cõpellas, vt ipſam niſi rationabilis cauſa extiterit, in vxorẽ recipiat, & maritali affectione pertractet. Si vero rationabilem cauſam prætendere voluerit, eam cum omni diligentia, & ſtudio audias, & fine canonico omni ap. ces. decidas. Ceterum ſi legitime monitus iudicio tuo parere contempſerit, eum & patrem, ſi fouere ipſum in ſua malitia præſumpſerit, excommunicationis vinculo aſtringas, & in tota terra ipſorum omnia diuina præter baptiſmata paruulorũ, & pęnitentias morientium prohibeas officia celebrari.

Innocentius

Innocentius iij. Vintonien. Epiſcopo. *Cap. 10.*

Poſt c8. Lat.par. 4.c.31. SVPER eo, quod interrogaſti de ſacramento coniugij, breuiter reſpondeo; illã, quã dixiſti a patre coniugi traditam, & ab eo, cui tradita fuit, patri commendatam, donec ſtatuta die in domũ ſuam traduceret; dico, quod legitimo conſenſu interueniẽte, ex eo ſtatim coniunx ſit, quo ſpontanea conceſsione ſe ſe coniugem eſſe aſſerit. non enim futurum promittebatur, ſed præſens firmabatur. Quapropter quidquid cum alia poſtmodum factum eſt in coitu, ſiue in generatione prolis, tanto reprehenſibilius eſt ſecundum, quãto eſt verius primum. Conſtante enim primo quanto amplius in Deo † committitur, tanto magis culpa augetur. His igitur cognitis; facile erit diſcretioni tuæ negotium præſentiũ latoris debito fine terminare.

† Deũ cont.

Idem Exo. Epiſcopo. *Cap. 11.*

c.2.e. PRAETEREA ij, qui matrimonio contrahendo pure, & ſine omni condicione fidem dederint, & iuramentum fecerunt, cõmonendi ſunt, & diligentius exhortandi, & omnibus modis inducendi, vt fidem præſtitam, vel iuramentum factum obſeruent, & ſe, ſicut promiſerint, coniungant. Si autem ſe adinuicem admittere noluerint, ne forte deterius inde contingat, vt talem ſcilicet ducat, quam odio habeat; videtur quod ad inſtar eorum, qui ſocietatem iuramento, vel interpoſitione fidei cõtrahunt, & poſtea eandem ſibi remittũt, hoc poſsit in patiẽtia tollerari.

Lucius iij. Rapulen. Epiſcopo. *Cap. 12.*

c.17.e. REQVISIVIT a nobis tua fraternitas, qua cenſura conpelli debeat mulier, quæ iuriſiurãdi religione neglecta nubere renuit, cui ſe nupturam interpoſito iuramento firmauit. quæſiſti etiam, vtrum ea, cuius vir matris torum polluit, ad alia vota, cum mater fieri deſideret, viro poſsit viuẽte tranſire. Ad quæ tibi breuiter duximus reſpondendum, quod mulier, quæ ſe nupturam iurauit, cum libera debeant eſſe de iure matrimonia; monenda eſt potius, quam cogenda, maxime cũ coactiones difficiles ſoleant exitus habere frequenter. Illa ſane, cuius vir cum matre adulterium, & inceſtum commiſit, nec viro ſuo coniungi carnaliter, nec eo viuente cum alio matrimonium inire debebit.

Alexander iij. Archiepiſc. Epiſc. Abbatibus, & alijs eccleſiarum prelatis & vniuerſo clero per Angliam & Ciſmaritanam terram Illuſtris Regis Anglorum conſtitutis. *Cap. 13.*

c.11.e. NON eſt vobis, ſicut arbitramur, incognitum, qualiter Illuſtris Rex Anglorũ pro diſcordia, quæ inter ipſum, & filios ſuos, peccatis exigentibus eſt oborta, vxores eorum detineat, pro quibus ſibi reſtituendis Rex Francorum, & generi ſui preces ſollicitas nobis porrexerunt; nos itaq. attendentes iuſtũ, & honeſtum eſſe, vt viri ſuas petant vxores, & precib. eorum in omnib. quæ a iuſtitia nõ diſcordant, volentes prono animo acquieſcere, prefatum Regem Anglorum ſtudioſe ſatis, & attente monuimus, eique dedimus in mandatis, vt ad commonitionem Archiepiſcopi Cant. & Epiſcopi Conuentrenſis, & Cant. prioris, vel loco eius prioris de monte Eli, ſi ipſe adeſſe nõ poterit, vel duorum ex his, ſi tres nõ potuerint intereſſe; vxores eorũ infra xl. dies poſt litterarum noſtrarum ſuſceptionem reſtituere nõ poſtponat. Si vero eas poſt prædictum terminum viris ſuis non reſtituerit: Apoſtolica auctoritate præcipimus, vt tota prouincia, infra quam detinentur, & ad quam transferuntur, quamdiu ibi fuerint, donec viris ſuis non reſtituantur; ab omnibus diuinis officijs, præter baptiſma paruulorum, & penitentias morientium ceſſent. inde eſt, quod vniuerſitati veſtræ per A. s. p. m. quã eundem Regem Anglorum ad eas reſtituendas ſollicite moneatis, & exhortationibus inducatis, proponentes ei, quod nõ minus expedit ſibi eas reſtituere, quã viris ſuis ipſas recipere. & ſi iuxta mandatum, & cõmonitionem filijs ſuis vxores ſuas infra terminum conſtitutum non reſtituerit, extunc in quacumq. parte prouinciarum veſtrarum detinentur, vel transferuntur, donec ibi fuerint, nulla diuina officia, preter baptiſmata paruulorum, & penitentias morientium celebretis, vel permittatis celebrari, omni ap. ceſ. ſcituri pro certo, quod ſi contra interdictum noſtrum, quod non credimus, venire temptauerit, ſuæ temeritatis, & tranſgreſsionis pœnam debitam, auctore domino reportabũt.

Idẽ Ianuẽſi Epiſc. *pars c. Tua fraternitas. c. 14*

ILLVD quoq. nihilominus ex tua inquiſitione nobis innotuit, quod cum quædã mulier libera p annos x. & vltra cuidã ſeruo ſcienter cohabitauerit, & ab eo fuerit carnaliter cognita, nunc ipſum aſſerit ſuũ non eſſe maritum, pro eo quod teſtes deſponſationis non conparent. Verum vir vindicat eam in vxorem, & oſtendit publicum inſtrumentũ, quo ſe ſe cõiuges nominãt, & p quod ipſum ei donationem propter nuptias feciſſe cõparet. Mulier vero inſtrumentũ illud vitioſum fuiſſe fatetur, vt ſeruo dominus fraudaretur: & plures teſtes produxit, quoniam ſeruus ille De præſum. c. 11

ille ab amicis mulieris ſæpe rogatus, vt eam deſponſaret, & ille ſe eam, nec deſponſaſſe, nec deſponſaturũ firmiter aſſerebat. Vir autem non niſi prædicto inſtrumento, & quibuſdam teſtibus, qui viderant eam anulos deferentem, mulierem ipſam probauit eſſe vxorem. ſed mulier de more illarũ mulierũ, quæ panes vendunt, ſe anulos detuliſſe dicebat. Vnde quia in huiuſmodi dubietate fama viciniæ magis debet attendi, tuæ ſollicitudinis erit famam loci diligenter inquirere; vtrum prædictus vir, eã in lecto, & in menſa, ſicut ſuam vxorem, & non concubinam habuerit; & ſi fama loci habet, quod vir ipſam, ſicut vxorem tenuerit, cum matrimoniũ ſit coniunctio maris, & feminæ indiuiduam vitæ conſuetudinem retinens; cogenda eſt mulier, vt eidem viro affectu ſeruiat coniugali, præſertim ſi præſcriptum inſtrumentum ab eo conditum fuerit, qui officium ſuum fideliter adimpleuerit.

Idem Barñ. Archiepiſcopo. *Cap. 15.*

Non ponitur.

VENIENS ad nos P. ciuis tuus in audientia noſtra propoſuit; quod cum ipſe mulierem quandam nomine E. iuraſſet, deſponſaſſet, & cognouiſſet; quædam mulier B. nomine ipſum impetijt coram te, & quod ſe eã iuraſſet ducturum in vxorem, in præſentia tua duobus teſtibus declarauit. adiecit etiam idem P. quod mater parata eſt fidem facere, quod præfata B. de ſacro fonte leuauit: & ideo etiam ſi nullam aliam iuraſſet, vel deſpõſaſſet, mulierem illam de ratione habere nõ poteſt. licet autem idem vir ſe aſſerat a tua audientia appellaſſe: quia tamen ad tuam præſentiam redire deſiderat, cauſam ipſam experientiæ tuæ committimus præſentium auctoritate præcipiendo mandantes, quatenus præſentibus partib. veritate inquiſita, ſi tibi conſtiterit, quod præfatus vir mulierem E. deſponſaſſet, & cognouiſſet, & quod præfatam B. tantum iurauerit, ab impetitione eiuſdem B. iniuncta ſibi pœnitentia de fidei violatione contrad. & ap. ceſ. prorſus abſoluas, & cum iam dicta E. pacifice manere permittas, aut ſi coram te legitime probatum fuerit, quod mater eiuſdem viri præfatam B. de ſacro fonte ſuſceperit, ei ſuper hoc perpetuum ſilentium inponas. Quod ſi manifeſtum, & notorium eſſet, ipſum eam vxorem duxiſſe; ab eius conſortio, ſi ita eſſet, deberet ſeparari.

Idem Epiſcopo Sanctæ Agathæ. parte. de muliere. *Cap. 16.*

De ſpõſa. c. 10.

PRAETEREA de muliere, quæ a viro impetitur, cuius conſanguineus cum ea ſe deliquiſſe proponit, ſed hoc publice confiteri recuſat propter metum, & potentiã mulieris; prouidentiæ tuæ duximus reſpondendum, vt matrimonium ipſum fieri, niſi iuramẽtum interueniſſet, diſtricte prohibeas; ne deterius inde contingat.

Idem procuratori, & canonicis Sorauis. *Cap. 17.*

VENIENS ad Apoſtolicæ ſedis clementiam Mariota latrix præſentium ſupplici nobis inſinuatione monſtrauit, quod dum eſſet in adoleſcentia conſtituta, quendã adoleſcentem adamauit in tantũ, quod vterque inter ſe de matrimonio cõtrahendo ſub trium perſonarum teſtimonio præſtitit iuramentum, quod parentes ipſius mulieris ignorantes eam inuitam, & reclamantem alij in vxorem tradiderant, quem ita exhorruit, quod ſe ab eo nullo modo cognoſci permiſit. Cumque publice profiteretur, quod a priori viro cognita eſſet, atq. iurata: Epiſcopus Soranus, qui tunc erat, eos ante præſentiam ſuam fecit venire, & cognito, atque probato, quod inter eos ita proxima eſſet linea conſanguinitatis, quod inſimul nõ poſſunt, nec debent de iure cõiungi, ipſos ab inuicem ſeparauit. Ceterum cum cauſa ipſa tractaretur; & viro, cui tradita fuerat a parentibus, conſentire nollet, ipſe aliam vxorem traduxit; & iſta cuidam Ptolemæo nomine publice in conſpectu eccleſiæ nupſit. Sane cum de illo filium genuiſſet, pater illius Ptolemæi quærens occaſionẽ diuortij faciendi, ei opponit, quod filium ſuum non potuerit, nec debuerit in virũ habere, eo quod ab alio viro, qui nunc defunctus eſt, prius deſponſata fuiſſet. Quia vero aſſertioni eius fidem, ſicut non debuimus, non adhibuimus; nec hoc potuimus ſub ſilentio præterire, eam ad vos duximus remittendam; d.u. per A.s. p. m. qua. huius rei veritate plenius comperta, ſi inueneritis, quod prædicta mulier a prædicto viro iudicio eccleſiæ fuerit ſeparata, & ab eodem Ptolemæo ſine contradictione eccleſiæ in vxorem traducta; & ille, cui a parentibus inuita, & renitens copulata eſt, de præſenti vita deceſſerit, prædictum Ptolemæũ moneatis, & diſtricte compellatis, vt præfatam M. poſtpoſita occaſione recipiat; & ſicut vxorẽ ſuã diligere ſtudeat, & maritali affectu tractare: alioquin eum, & ſuper inductam, & patrem etiam ipſius, ſi huic rei reſtiterit, excõmunicatione innodetis, & vſq. ad dignã ſatiſfactionẽ ſententiã ipſã faciatis inuiolabiliter obſeruari.

Eugenius

Eugenius iij. presbytero Aesculapio. Cap. 18.

c. 3. e. IVVENIS ille, qui puellam nondum ſeptennem duxit, quamuis ætas repugnet, & humana tamē fragilitate forſitan tentauit, quod complere non potuit. Quia igitur in ijs, quę dubia ſunt, quod certius ęſtimam⁹, tenere debemus, cum propter honeſtatem eccleſiæ, quia ipſa coniunx ipſius fuiſſe dicitur, tum propter prædictam dubitationem, mandamus tibi, vt conſobrinā ipſius puellæ, quā poſtmodum duxit, ab eo diuidas.

Alexander iij. Papienſi Epiſcopo. Cap. 19.

c. 14. e. CVM locum non habeat cōſenſus, vbi metus, vel coactio intercedit, neceſſe eſt, vbi aſſenſus cuiuſquam requiritur, coactionis materia repellatur: matrimonium autem aſſenſu ſolo contrahitur, & vbi de ipſo quæritur, plena debet ſecuritate gaudere; cuius eſt animus indagādus, ne per timorem dicat ſibi placere, quod odit, & ſequatur exitus, qui de inuitis ſolet nuptijs prouenire. Quo circa ſi. t.p A.s. inquã puellam, de cuius matrimonio inter Bideriõs, & Canes ciues tuos quęſtio ſub tuo fuit examine ventilata, in domo, in qua eā poſuiſti, ita quod nihil eā timere oporteat, facias eam honeſte tenere, donec prędicta cauſa fuerit fine canonico terminata; vt ſententia ſine contradictione cuiuſquam valeat executioni mandari.

Vrbanus iij. Cap. 20.

c. 18. e. CVM in Apoſtolica ſede, cui licet immeriti pręſidemus, magiſterium reſideat totius eccleſiaſticæ diſciplinæ, dignum eſt, & conſonum rationi; vt quotiens circa negotia eccleſiaſtica aliquid dubietatis emergit, ad ipſius deliberationis arbitrium recurratur. Intelleximus ſiquidem, quod cum inter villicum de Ernaia, & vxorem eius coram te matrimonij quæſtio tractaretur, productis teſtibus, & atteſtationibus eorum diligenti examine diſcuſſus, ante publicationem, idem villicus reuerſus ad propria publice inter ſe, & vxorem ſuam propoſuit ſententiam diuortij iudicio eccleſię promulgatam. & ſic ſuggeſta omnibus falſitate, quandam aliam mulierem facti neſciam ſibi copulare præſumpſit. Poſtmodū vero ſuper prioris matrimonij quæſtione litteris a ſede Apoſtolica impetratis delegati iudices ſentētiam diuortij protulerūt. Vnde quia villicum, & mulierem, quam ſuperinduxit, pendente lite prioris vxoris inuicem adheris conſenſiſſe, tua nos duxit fraternitas cōſulendos, vtrum tales ſint ad matrimonia admittēdi. Nos igitur auctoritate pręſentiū, tuæ ſollicitudini reſpōdemus, quod interpoſita ei pęnitentia conpetenti, & infra pęnitētiæ tempus carnali commercio interdicto, poſtmodum in maritali copula poterit remanere.

DE DESPONSATIONE INPVberum. Tit. ij.

Benedictus Papa Gradenſi Patriarchæ. Cap. 1.

LEX diuinæ diſpoſitionis Apoſtolicam cathedrā totius potuit orbis terrarum magiſterium, vt quidquid vbiq. locorum dubitatur, ab ea ratio eiuſdem requiratur. aſſatus eſt autem nos ſuis litteris eiuſdem cathedræ ſeſſorem, ac percunctatus eſt quidā veſtras nomine Ioannes pro connubio filiæ ſuæ ſuperſtitis, cuius ſoror defuncta cuidam iuueni Stephano nomine, verbis ſimplicibus fuerat deſponſata, & antequā ad nuptias perueniret, morte pręuenta, vtrum ſcilicet cum eodem iuuene poſſit matrimoniū celebrare ſuperſtitis filiæ, nec ne. Nam teſtatus eſt huius rei rationem apud vos haberi ambiguam, quam Deo docente reddemus his verbis certiſsimam. Protoplaſtus ille radix, & origo noſtra videns detractam ſibi coſtam in mulierem formatam prophetico ſpiritu inter alia protulit. propter hoc relinquet homo patrem, & matrem, & adhęrebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. Quibus verbis innotuit, nō aliter virum, & mulierem poſſe fieri vnam carnem, niſi carnali copula ſibi cohęreant. Quia ergo nequaquam mixtus eſt extraneæ mulieri fœdere nuptiali, quo pacto per nuda ſponſionis verba poſſunt vna caro fieri, nullatenus valemus intueri. Propinquitas enim ſanguinis, verbis dicitur, non verbis efficitur; ſed neq. oſculum parit propinquitatem, quia nullam facit ſanguinis commixtionem. Quoniam vero ita prorſus ſe ſe habet res Ioannis iſtius, vt velit filiā illi nuptijs copulare, cui primam iam decreuerat deſponſare: cēſura iā Apoſtolici magiſterij mādamus, hoc abſque vllius criminis vitio poſſe fieri; ſi vtriuſq. partis ſederit voluntati. Nā cur prohibeatur, ꝙ prohibēdū nūquā ſancta Non ponitur. Poſt c.8. Lat.par. 6.c.17.

ſcriptura

ſcriptura declarat; ſed nec mundanę leges cõnumeratis perſonis, quę inter ſe nuptias contrahunt, de re huiuſmodi aliquid dicunt: ne ergo abnegetis, quod negandũ nulla ratione monſtratur.

Hormiſda Euſebio Epiſcopo. *Cap. 2.*

De deſp. imp c. 1. TVA ſanctitas requiſiuit a nobis frater venerande, de filio adulto, quem pater matrimonium ducere vult, ſi ſine voluntate adulti filij facere poteſt. ad quod dicimus, ſi aliquo modo nõ conſentit filius, fieri nõ poſſe. Poſſet autem de filio nondum adulto, voluntas cuius nondum diſcerni poteſt, pater, cui vult, in matrimonio copulare; & poſtquã filius peruenerit ad perfectam ætatem, omnino ſeruare, & adimplere debet hęc † omnib. († hoc) orthodoxæ fidei ſancimus, & vobis tenenda mandamus.

Gregorius Papa. *Cap. 3.*

Non ponitur. parte 6. c. 6. poſt cõc. Lat. MANIFESTVM eſt eum puberem eſſe, qui geſticulatione ſui corporis talis eſt, vt iam procreare poſſit; licet ad metas legib. definitas non peruenerit.

Nicolaus Papa. *Cap. 4.*

c. 2. e. VBI non eſt conſenſus &c. & infra. Huius ergo decreti auctoritate diſtrictius inhibemus, ne decetero aliqui, quorum vterque vel alter ad ætatem legibus, & canonibus determinatã nõ peruenerit, coniũgantur; niſi forte aliquando vrgentiſſima neceſſitate interueniente, vt pote pro bono pacis, coniũctio talis toleretur.

Alexander iij. Herfordeñ. Epiſcopo. *Cap. 5.*

c. 4. e. LITTERAS tuę fraternitatis recepimus, ex quarum tenore perpendimus, quod quidam parochianus tuus A. nomine, cum eſſet perfectæ ætatis, quandam puellam in cunabulis deſponſauit: procedente vero tempore idem A. matrem puellæ cognouit, & eam in vxorem accepit. Vnde quia dubitas, an huiuſmodi matrimonium ſtare debeat, a nobis exinde cõſilium poſtulaſti, ſuper quo fraternitati tuæ taliter duximus reſpondendum, quod ſi præfatus vir matrem præfatæ puellæ antequam puella ipſa ſeptimum annum compleuiſſet, in vxorem accepit; matrimonium ipſum non diſſoluas, ſed eundem virum pręfatam mulierem, ſicut vxorem libere tenere permittas; cũ huiuſmodi deſpõſationes nullę ſint, quę in cunabulis fiunt. Verum, ſi præfata puella poſtquam ſeptimum annum compleuit, prædictus vir matrem in vxorem accepit, cum ſpõſalia extũc placere conſueuerint, inter eos ſententiam diuortij nõ differas promulgare, nec ipſum, ſeu filiã ſeu matrem vxorem habere permittas.

Idem Eborac. Archiepiſcopo. *Cap. 6.*

ACCESSIT ad præſentiam noſtrã nobilis vir W. filius G. cum litteris tuis, ex quarum tenore perpendimus, quod cũ filiã cuiuſdam nobilis viri, dum eſſet minoris ætatis, deſponſaſſet, & poſtmodum ipſa aſſenſum in hac parte non præbẽte, antequam ad nubiles annos perueniſſet, celebratũ eſt inter eos diuortium; procedente vero tempore, defuncto patre puellę matrem eius W. ſibi matrimonio copulauit, quod quidem factum, cum ſuſtinere nolles, eum ſollicite monuiſti, vt ipſam dimitteret, & quia monitis tuis in hac parte noluerit acquieſcere, ipſum excommunicationis vinculo innodaſti; tandem, accepta ab eo cautione, quod noſtrã adiret pręſentiam, & ſuper hoc ſtatutum noſtrum firmiter obſeruaret, eundem mandato noſtro abſolutum denũtiaſti, & cum litteris tuis ad pręſentiam noſtram miſiſti. Veruntamen pręfatus W. in noſtra pręſentia conſtitutus, ſua nobis aſſertione propoſuit, quod puellam ipſam, dum eſſet infra vij. annũ deſpõſauit, & poſtea antequam ad nubiles annos perueniſſet, noluit aliquatenus conſentire, ...[illegible] in virum acciperet, & ... cum patre ſuo, in cuius poteſtate remanſerat, & ... W. ad præſentiam tuam acceſſit, & ... ore puellæ ... & per eam cognoſceres, & per patrem eius, quod memoratum W. in virum nolebat; ſtatim illum in plena ſynodo ab huiuſmodi deſponſatione publice abſolutũ denuntiaſti. Elapſis vero plurib. annis poſt mortuo patre puellæ Kariſsimus in Chriſto filius noſter H. Anglorum Rex matrem ſupradictæ memorato W. tradidit in vxorem; quam idem W. vt diſcordia orta inter conſanguineos ſuos, & conſanguineos mulieris ſopiretur, accepit; & ſollemniter deſponſauit. & etiã ſine contradictione eccleſię duxit, & ex ea liberos procreauit, & puella fuit alteri viro copulata. Vnde licet contineatur in litteris tuis, quod ipſa puella erat ætatis minoris, quando huiuſmodi deſponſatio facta fuit; tamen refert, vtrum eſſet minoris ætatis proximæ ætati aptæ matrimonio; aut infra ſeptem annos. Ideoq. f. t. p A. ſ. m. quatenus rei veritate inquiſita diligenter, & cognita, ſi tibi conſtiterit, quod pręfata non eſſet ſeptennis, quando pręmemorato W. deſponſata fuit, & poſtea in eum non conſenſerit, & quod idem W. ab huiuſmodi deſponſatione per te

fuerat

fuerit abſolutus, matrimonium inter eũdem W. & matrem puellæ celebratum, præcipias inuiolabiliter obſeruari, & eorundem proles denunties eſſe legitimas; quia ſicut diſcretio tua non ignorat, deſponſationes, & matrimonia ante vij. annum fieri non poſſunt: præſertim ſi cõſenſus poſtea nõ interuenit. Sane ſi præfata puella ante deſponſationem vij. annum compleuerit, licet prædictus vir a deſpõſatione illius puellæ, ipſo iure fuerit abſolutus, cum ea in eum conſentire nolebat: inhoneſtum tamen videtur, vt matrem eius habeat, cuius filia ſibi fuerat deſponſata. Verũ ſi tibi viſum fuerit, vt cum matre puellæ remaneat, ne diſcordia inter vtriuſq. conſanguineos olim exorta, nunc autem ſopita, denuo ſuſcitetur: id diſſimulare poteris, & æquanimiter tolerare. filij autem, quos de ipſa ſuſcepit, ſi eam tolerante eccleſia in vxorem duxit, a ſucceſsione paternæ, vel maternæ hereditatis prohiberi non poſſunt.

Vnde Iſidorus. *Cap. 7.*

c. 3. e. PVBERES a pube ſunt vocati, id eſt a pudentia corporis nuncupati, quia hæc loca primo lanuginem ducunt; quidam autem ex annis pubertatem exiſtimant, id eſt, eum puberem eſſe, qui xiiij. annos expleuit, quãuis tardiſsime pubeſcat. Certum autem eſt eum puberem eſſe, qui & ex habitu corporis pubertatem oſtendit, & generare iam poſsit. Puerperæ ſunt, quæ annis puerilibus pariunt.

Alexander iij. Noruicen. Epiſcopo. *Cap. 8.*

c. 5. e. CONTINEBATVR autem in litteris tuis, quod cum quędam puella infra nubiles annos, cuidam viro in vxorem tradita fuerat, & ab ipſo traducta, ſuis parentibus aſſerentibus eam legitimę ætatis exiſtere; hęc ad nubiles annos perueniens alij nubendi licentiam poſtulauit, aſſerens in eundem virũ nullatenus conſenſiſſe, prædictus vero vir e contra proponit, quod licet eadem puella nõdum forte annum xij. attigiſſet, cum ei tradita fuiſſet in vxorem: vſq. adeo tamen ætati fuit proxima, quod ipſam carnali conmixtione cognouit. Inde eſt, quod cum ipſa eidem viro dicit ſe incognitam, & tu nos conſuluiſti, vtrum alij poſsit nubere: taliter reſpondemus, quod in decretis habetur expreſſum, quod ſi vir dixerit, quod vxorem ſuam cognouerit, & mulier negauerit; viri ſtãdum eſt veritati. Vnde præfato viro, qui ſe dicit præfatam mulierem cognouiſſe, fides eſt adhibenda; ſi id iuramento firmauerit; & ſi fuerit proxima in xj. vel circa xij. annum, & cũ ſuo aſſenſu, & voluntate parentum deſponſata, & benedicta fuerit, & cognita; ab eodem viro ſeparari non debet, præſertim cum parentes eius, ipſam fuiſſe legitimæ ætatis profitentur. Si vero puella infra nubiles annos, & ætati proxima alicui deſponſata fuerit benedicta, atq. traducta; non licet alicui de cõſanguinitate illius, cui deſponſata fuerit, eam ducere in vxorem, nec fas eſt eidem ſponſo de conſanguinitate puellæ ſibi deſponſatæ aliquam ſibi copulare.

Idem Baton. Epiſcopo. *Cap. 9.*

c. 7. e. DE illis, qui infra annos aptos matrimonijs contrahendis ſponſalia contrahunt, ſiue vterque, ſiue alter ante quam ad annos aptos matrimonijs contrahendis peruenerint, reclamet, & poſtulet ſeparari; non ſunt audiendi. Si vero alteruter iſtorum ad annos aptos matrimonijs contrahendis peruenerit, infra eoſdem annos altero exiſtente, cum quo eadem ſponſalia contrahuntur, ſi is, qui minoris ætatis eſt, cum ad annos illos peruenerit, reclamauerit, nec in alterum voluerit conſentire; iudicio eccleſiæ debent abinuicem ſeparari. Vtrum autem mulier, quæ poſtquam annos nubiles attingit, ei, qui nondum ad annos aptos matrimonijs contrahendis venerat, nupſit; ab eo, ſi quærat diſcidium, debeat ſeparari. conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quia cum in eum ſemel conſenſerit, amplius diſſentire non poterit aliquatenus, vel diuertere, niſi forte ipſe, cui nupſerit, poſtquam ad annos aptos matrimonijs contrahendis peruenerit, in ea † ſuum omnino negauerit præſtare conſenſum. † *eam Greg. 9*

Idem eidem. *Cap. 10.*

c. 1. e. A nobis tua diſcretio requiſiuit, vtrum ij, qui infra nubiles annos matrimonij nomine coniunguntur, vel eorum alter, ante quam ad annos matrimonio aptos perueniant, liceat a matrimonio tali diſcedere. Ad quod inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus: quia pro eo quod ante nubiles annos coniugalem conſenſum de ſanctorũ patrum non habent auctoritate, vſque ad legitimam ætatem expectare tenentur, & tunc aut confirment matrimonium, aut ſi ſimul eſſe noluerint, ſeparentur; niſi forte carnis commixtio ante interuenerit, cum interdum illa tempus anticipare ſoleat pubertatis. Si vero alter eorum ad annos &c. vt ſupra prox. c.

Idem. *Cap. 11.*

Non po ... Lat. par. 6. c. 3. SI puella infra xij. annum alicui deſponſata fuerit, vel ſponſus aliquam infra xiiij. annum deſpontauit, ante quã ad annos peruenerat matrimonio aptos, a pactione nuptiali recedere, & ad aliud matrimonium cõuolare non poſſunt, ſed cum puella ad nubiles annos, & ſponſus ad annos aptos matrimonio peruenerit, tunc de pactione illa cõplenda, vel recipienda, ſunt audiendi; & ad conplendum matrimonium ab ijs, qui matrimonium iurauerant, conmonendi. Sponſa autem ſi nubili ætati proxima eſt, nullus cõſanguineorum ſponſi poteſt eam ſibi matrimonio copulare.

Idem Lamueñ. Epiſcopo. *pars c. Tua fraternitas.* *Cap. 12.*

c. 9. e. DE illis autem, qui in minori ætate deſponſantur, traduntur, & coniunguntur; & proceſſu temporis diuortium poſtulant, minorẽ allegantes ętatem, aut vim ſibi a parentibus factam. Hęc inquiſitioni tuę taliter pręſentibus litteris reſpondemus, quod ſi ita fuerint ætati proximi, quod potuerint copula carnali coniungi; minoris ætatis intuitu non debent abinuicem ſeparari; ſi vnus in alium viſus fuerit cõſenſiſſe; cum ætatem videatur ſuppleuiſſe malitia, ſed cuiuſcumque ætatis ſint, ſe poſſunt per illatam violentiam excuſare, niſi poſt violentiam conſenſus accedat.

Vrbanus iij. Cenomaneñ. Epiſcopo. *Cap. 13.*

c. 10. e. ATTESTATIONES ſuper cauſa matrimonij, quæ inter H. iuuenem, & G. mulierem vertitur, a tua nobis fraternitate trãſmiſſas accepimus, & ipſis diligẽter inſpectis, & plenius intellectis, manifeſte nobis innotuit, quod prædictus iuuenis nondum xij. annum attigerat, cum præfatam acceperat in vxorem, & licet niſus fuiſſet, ſicut vterq. cõfeſſus eſt, ipſam corrumpere, mulier tamen credit ſe virginem euaſiſſe. Verum antequã ad annum xiiij. perueniſſet, ex atteſtationib. ipſum a memorata muliere intelleximus receſſiſſe, quem eadem mulier inſtanter nunc repetit, & pro viro ſibi vindicare contendit; ſed cum vir x. & vij. annos habeat, ipſam recipere contradicit. Vnde, quia donec nos ſuper cauſam ipſam conſuleres, non duxiſſes in prolatione ſententiæ procedendum: hoc a nobis ſup tua cõſultatione habeas reſpõſũ, quod ſi mulier per idoneos teſtes probare nequiuerit, quod poſt xiiij. annum ſuæ ætatis, vel circa finem xiiij. prædictus iuuenis conſenſiſſet in eam, ab ipſo iuramento recepto, quod poſtquam ad legitimam ætatem peruenit, ipſam habere non conſenſit vxorem, ab inpetitione mulieris eum potes, & debes abſoluere, & ad alia vota vtriq. dare licẽtiam tranſeundi.

Idem Piſano Archiepiſcopo. *Cap. 14.* c. 11. e.

EX litteris tuæ fraternitatis accepimus; quod cum puella quædam A. nomine iam ad annum xij. perueniſſet, iurata fuit, & deſponſata cuidam puero, qui erat in anno nono, vel x. & dimidio, tempore procedente de volũtate matris, & fratrum potius, quam de ſua, ſicut aſſerit, ad domum patris prædicti pueri ducta, vbi nolẽs, & inuita, ſicut ab ore ipſius te audiſſe proponis, & tam perſuaſionibus, quam minis parentum inpulſa morã per annum, & amplius habuit, & tandem inde receſsit, & ad domum propriã eſt regreſſa. Conmonita vero a matre ſua, & a te poſt modum, ſicut aſſeris, ad eum redire penitus contradicit; aſſerens, quod nũquam voluit, nec vult eum in virum habere, ſed nubendi alij poſtulat facultatem. Vnde quia ſuper hoc, quid agendum ſit, a nobis tua fraternitas requiſiuit; cum iam dictus puer, ſicut tuę litterę continebant, nondum ad xiiij. annum ætatis ſuę peruenerit, nec vnquam ad eam puellam carnaliter acceſſum habuerit; dict. præſentib. litteris reſpondemus, quod ſi memorata puella per te ad hoc ſtudioſe conmonita, vt donec idem puer conpleat xiiij. annum ſuæ ætatis expectet, ad conmonitionem tuam non duxerit expectandum, ei ſecundum ea, quæ propoſita ſunt, accipiendi alium virum in maritum, auctoritate noſtra dare potes libertatem. Dat. Veroñ.

DE CLANDESTINA DESPONſatione. Tit. iij.

Hieronymus in Parabolis. *Cap. 1.* Non põ nitur.

IN plateis tuis aquas tuas diuide. id eſt filium tuum, ac filiam alijs nuptui trade, & hoc manifeſte cum pluribus ſocijs.

Ex concilio Agath. *Cap. 2.* De clãd. deſpõſ.

SI quis clam deſponſauerit aliquam, & mulier, vel vir negat deſponſationem; viro tantum incumbit probatio.

Alexander iij. Beluaceñ. Epiſcopo. *Cap. 3.* c. 1. e. & c. 9. qui filij ſint legi.

QVOD nobis ex parte tua ſignificatum eſt, vtrum in clandeſtinis matrimonijs diſpenſare debeamus; non videmus, quæ diſpenſatio ſuper his ſit adhibenda. Si enim matrimonia ita occulte contrahuntur; quod

quod exinde legitimi teſtes non appareant; ij, qui ea contrahunt, ab eccleſia nõ ſunt aliquatenus conpellendi. Verũtamen ea, quæ ſic contrahuntur, ſi perſonæ contrahentium voluerint publicare, niſi rationabilis, & legitima cauſa præpediat, ab eccleſia recipienda ſunt, & conprobanda, tamquam a principio in cõſpectu eccleſię cõtraherẽtur. ſi qui autẽ de clãdeſtino matrimonio poſt modũ ab eccleſia cõprobato, & rato habito generati fuerint, eos legitimos iudices filios, & heredes.

DE SPONSA DVORVM, ET ſponſo duarum. Tit. iiij.

Auguſtinus de fide pactionis, & conſenſus. c. 1.

De ſpõ. duor. c. 1

DVOBVS modis dicitur fides pactionis, & conſenſus; ſi aliquis alicui mulieri fidem fecerit pactionis, non debet aliam ducere; ſi aliam duxerit, pœnitentiam debet agere de fide mentita; maneat tamen cũ illa, quam duxit. non enim reſcindi debet tãtum ſacramentũ. Si autem fecerit fidem cõſenſus, non licet aliam ducere. ſi autem duxerit, dimittet ipſam, & adhærebit vxori priori. Eſt autem fides pactionis; quando aliquis promittit alicui fidem, quod eã ducet, ſi permiſerit ei rem ſecum habere, vel etiam pro conſenſu. fides autẽ conſenſus eſt, quando etiam ſi non ſtringat manũ, corde tamen, & ore cõſentit ducere, & mutuo ſe concedunt vnus alij, & mutuo ſe ſuſcipiunt.

Ex B. † lib. xix. Cap. 2.

† Burch. Greg. 9 c. 2. c.

ACCEPISTI illam tibi vxorẽ, quã alter ſibi deſponſatã habuerat, dimitte illam, quia numquam poteſt tibi fieri legitima, & xl. dies in pane, & aqua, quod carinam vocant, cum vij. ſequentibus annis pœniteas.

Alexander iij. Salernitano Archiepiſc. Cap. 3.

c. 3. c.

LICET præter ſolitum, & amplius ſolito more multiſsimis, & magnis negotijs prępediti, & ita, quod nobis non ſit facile aliquorum conſultationibus reſpondere; illa tamen ſpeciali gratia, quam aduerſus perſonam tuã habemus, & fraterna cogimur caritate, quid ſentiamus de ijs, ſuper quibus conſuluit nos dilectio tua, tibi, quãtum cumque alijs ſimus intenti, præſentib. litteris aperire. Conſuluiſti nos ſiquidem, vtrum ſi inter virum, & mulierem præſtito, vel non præſtito iuramento, legitimus cõſenſus interuenerit de pręſenti, copula carnali non ſecuta, liceat mulieri alij nubere, vel ſi nupſerit alij, & carnalis fuerit copula ſubſecuta, an ab ipſo debeat ſeparari. ſuper hoc autem inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus, quod ſi legitimus conſenſus ſub ea ſollemnitate, quæ fieri ſolet, pręſente videlicet ſacerdote, aut notario, & ſicut in quibuſdam locis ad huc obſeruatur, idoneis teſtibus interueniat de præſenti; ita quidẽ, quod vnus alterum in ſuum mutuo conſenſu verbis conſuetis expreſſo recipiat vtrumque dicendo; Ego accipio te in meum, & ego te in meã, ſiue ſit iuramẽtum, ſiue nõ, nõ licet mulieri alij nubere, & ſi nupſerit, etiam ſi carnalis copula ſit ſubſecuta, ab eo ſeparari debet, & vt ad primum redeat, eccleſiaſtica diſtrictione compelli; quamuis quidam alij aliter ſentiant, & aliter etiam a quibuſdam prędeceſſoribus noſtris ſit aliquando iudicatum. Verum poſt conſenſum legitimum de præſenti, licitum eſt alteri altero etiã repugnãte, eligere monaſterium; ſicut etiam quidam ſancti de nuptijs vocati fuerunt, dum modo inter eos carnalis commixtio non interuenerit; & alteri remanenti, ſi commonitus continentiam ſeruare noluerit, licitum eſt, vt ad ſecũda vota poſſit tranſire, quia cum nõ fuiſſent vna caro ſimul effecti, ſatis poteſt vnus conuerti ad Deum, & alter manere in ſæculo.

Idem Eborardo Paduano Epiſcopo. Cap. 4.

SOLLICITVDINI ſedis Apoſtolicæ incumbit; vt ſi qua dubia, vel difficilia ad noſtram audientiam perferantur; & ea debeamus abſoluere, & in lucidum reuocare; ſuper eo ſi quidem, vnde nos conſuluit dilectio tua, quid videlicet ſeruandum ſit, & tenendum de muliere, quæ cum ſit vni viro deſponſata, & ab alio poſtea deſponſetur, & cognoſcatur: ſollicitudinis tuæ præſentib. litteris reſpondemus; quod licet quarundam eccleſiarum conſuetudo habeat, vt cum viro ſecundo debeat remanere; conuenientius tamen videtur, vt ſi vir, & mulier ad ætatem coniugio aptam deuenerint, & ita mulier deſponſata fuerit, quod vir mulierem in ſuam, & mulier virum in ſuum recipiat; licet poſtea ab alio deſpõſetur, & cognoſcatur, debeat primo reſtitui. Non ponitur. Poſt c. 8. Lat. par. 6. c. 18.

Idem Archiepiſcopo Senonenſi. parte. ſicut Romana. Cap. 5.

PORRO ſi qui vir, & mulier pari cõſenſu contraxerunt matrimonium, & vir ea incognita aliam duxerit in vxorem, & eã cognouerit; cógendus eſt ſecundam dimittere, Non ponitur. d. parte 6. c. 17.

L 2 &

& ad primam redire. quia quamuis exinde ſit diuerſa quorundam ſententia, & nõ eadẽ conſuetudo eccleſię, tutius tamen videtur, vt primam habere debeat, quam ſecundã, cum a prima ſine iudicio eccleſię ſeparari non debeat, poſtquam cum ea pari voto, & cõſenſu matrimonium contraxit. Sane quamquam mulieri deſponſatæ, & a viro nondum cognitæ liceat ad religionem tranſire, aliam tamẽ non poteſt ducere in vxorem.

Idem. *pars c. Significaſti.* *Cap. 6.*

Non ponitur. e. parte 6. c. 21. SVPER eo vero, quod ex tuis litteris intelleximus virum quendam, & mulierem de mandato domini vtriuſque ſe ſe inuicem recepiſſe, nullo ſacerdote præſente, nec adhibita ſollemnitate, quam ſolet Anglicana eccleſia exhibere, & alium prædictam mulierẽ ante carnalem conmixtionem ſollemniter duxiſſe, & cognouiſſe, Tuę prudentię taliter duximus reſpõdendum, quod ſi primus vir, & mulier ipſa pari conſenſu de præſenti ſe ſe receperint, dicendo vnus alteri, Ego te recipio in meum, & ego te recipio in meam: etiã ſi non interceſſerit illa ſollemnitas, nec vir mulierem carnaliter cognouerit, mulier ipſa primo debet reſtitui, cum nec potuerit, nec debuerit poſt talem conſenſum alij nubere. Si vero conſenſus talis inter eos non interceſſerit, ſub verbis illis, quę diximus; nec carnalis copula etiã aſſenſu de futuro pręeunte, ſecũdo viro, qui eam poſtea traduxerit, atq. cognouerit, debet mulier ipſa relinqui, & ab inpetitione prioris abſolui, iniuncta primo viro pęnitẽtia de læſione fidei, vel violatione iuramenti, ſi dedit exinde fidem, vel præſtitit ſacramentum. Appellationi autem, ſi qua ſuper iſto caſu ab alterutra partium fuerit interpoſita, niſi appelletur ab eo, cui cauſa eſt re. ap. commiſſa, eſt deuotione debita deferendum.

Idem Lanuen. Epiſcopo. *Cap. 7.*

c. 4. e. TVA fraternitas nos cõſuluit, quid de his agere debeas, qui deſpõſant aliquas mulieres, & proceſſu tẽporis antequã eas ducãt, vel cognoſcãt, accipiunt alias in vxores: ſuper quo vtiq. tuæ cõſultationi taliter reſpõdemus, ꝙ ſi vir, & mulier ſe ſe recipiunt expreſſo conſenſu mutuo de præſenti, neuter eorũ altero ſuperſtite poterit ad alia vota tranſire; & ſi poſsit ad monaſterium trãſmigrare. Verum ſi inter ipſos non acceſsit conſenſus mutuus de præſenti, ſed promiſsio de futuro, videlicet quod vterque dixit alteri, Ego te recipiã in meam, & ego te recipiam in meũ: ſi alius mulierem illam deſpõſauerit, & traduxerit; etiam ſi inter primos iuramentum fuerit, ſicut diximus, de futuro, huiuſmodi deſponſationis intuitu, ſecundum nõ poterit ſeparari matrimonium; ſed eis eſt de violatione fidei pęnitentia iniungenda. De alijs vero, qui coram te ſuper deſponſatione facta per conſenſum mutuum de præſenti cõtrouerſiam mouent, & poſt ap. quam ante ſentẽtiam, vel cognitionem cauſę ad ſedem Apoſtolicam interponũt, ap. pendente accipiũt alias in vxores; hoc arbitramur agendum, vt ſi amodo in tali caſu duxerint appellandum, eis in eccleſia publice debes interdicere artius, ne ante deciſionem cauſę aliud contrahat matrimonium, & ſi contra interdictum eccleſię ita publice factum venire pręſumpſerit; matrimonium tam pręſumptuoſe contractum poteris irritare.

DE CONDICIONIBVS APPOSITIS in deſpõſatione, vel † alijs cõtractib. T. v. † at

Ex concilio Africano. *Cap. 1.* De cõd. appo. c. 1.

QVICVMQVE ſub condicionis nomine aliquam deſponſauerit, & eam poſtea relinquere voluerit; dicimus, quod cõdicio frangatur, & deſponſatio irrefragabiliter teneatur.

Gregorius Griſanto † Epiſcopo Spoletano. *Cap. 2.* † Chryſantho. male. c. 2. e.

CVM ſit proprium &c. & infra. Si forte iniuſte ſe excommunicatum quis queratur, ſubtili indagatione cognoſce: & ita cognita veritate diſpone, vt nec diſciplinę vigor frãgi valeat, nec diſſolui & infra. Supraſcriptus presbyter conqueſtus eſt, diaconum quendã duo mancipia manumiſiſſe ſub hac condicione, vt monachi debeant fieri, & in eo monaſterio, vbi ipſe fuerat, permanere; adiciens, vt ſi quis contra faceret, iterum ſeruituti ſubderetur: atq. vnum ex his hanc condicionem deſpexiſſe, & monaſterium deſeruiſſe, & ſe inter clericos ſociaſſe. Tu ergo ſi ita eſſe repereris, ſic te exhibe, vt nec illi deſerendi monaſteriũ ſit facultas, & manumittentis volũtas cõſeruata nihilominus pręteriri non valeat.

Alexander iij. *pars c. meminimus.* *Cap. 3.* c. 4. e.

VERVM cum alicui eccleſiæ poſſeſsio quęlibet, interpoſita condicione donatur, nõ poteſt a donatore donũ poſtea reuocari, niſi forte tali ſit condicione collata, quod ea ceſſante poſſeſsio reuocari debeat.

Vrbanus iij. *pars c. cum in Apoſtolica.* *Cap. 4.*

SVPER eo vero, quod a nobis ſimiliter poſtulaſti, vtrũ ille, qui in quandã mulierem c. 5. e.
conſenſit;

conſumandum matrimonium cōpellendus nihilominus. reſpondemus; quod cum conſenſus liber dici non poſsit, qui in alieno reſeruatur arbitrio, ac condicionem ipſam canonica non inprobent inſtituta, quæ conſonet honeſtati, niſi voluntas patris poſtmodum intercedat, nequaquā eſt ad matrimoniū cōtrahendum cogendus. nam licet felicis memoriæ Alexander Papa anteceſſor noſter in ſuis videatur conſultationibus reſpondiſſe; quod ſponſalia interpoſita condicione contracta, condicione ipſa minime obſeruata, ſi conſenſus de pręſenti intercedat, vel carnalis copula ſubſequatur; diſſolui non debent, ſed firmiter obſeruari; nequaquam noſtræ diffinitioni eſt aduerſum, cum huiuſmodi conſenſus nequaquam ſit de præſenti habendus, licet per verba de præſenti euidentius exprimatur, qui in alieno arbitrio non habito, ſed habendo conſiſtit.

QVI CLERICI, VEL VOVENTES (matrimonium contrahere † poſſunt. Tit. vj.

† *matrimonium contrahere.*

Alexander iij. Remenſi Archiepiſc. Cap. 1.

Greg. 9 forte legitime contrahere. Qui cler. c. 1.

DE diacono vero, qui in ſabbato ſancto quendam alium diaconū vulnerauit, & mulierem vxoris nomine accepit; hoc tuæ prudētiæ duximus reſpondendum, quod ſi contrito, & humiliato animo ad eccleſiam redire voluerit, dimiſſa iſta, quam in vxorem accepit, cum non poſsit, ſicut noſti, contrahere matrimonium, ipſum debes recipere, & abſoluere a ſententia excommunicationis, quā pro violenta iniectione manuum noſcitur incurriſſe; & iniuncta ſibi pęnitentia de vtroq. exceſſu, poſt peractam pęnitentiam, poteris ei diaconatus officium reddere, & diſpenſatiue ſi perfectæ vitæ, & conuerſationis fuerit, in presbyterum ordinare. Subdiaconi autem ſiue hominem interfecerint, ſiue non, matrimonium non poſſe contrahere ſacrorum canonum cenſura demonſtrat.

Idem Cenomanenſi Epiſcopo. Cap. 2.

c. 6. e.

EX literarum tuarū tenore percepimus, quod lator præſentium in ſubdiaconatus officio conſtitutus, quandam ſibi in coniugem copulauit. Vnde tu ſicut vir prouidus, & diſcretus, ipſum eandem, quam in vxorem duxerat, abiurare feciſti; ſuper quo facto prudentiam tuam in domino cōmendamus per præſentia tibi ſcripta mandantes, quatenus, ſi ad canonicum, vel monaſticum ordinem tranſire voluerit, poſt ſeptennem pęnitentiā laudabiliter in clauſtro peractam, ſi tibi, vel ſucceſſori tuo idoneum viſum fuerit; eum ad maiores ordines promoueri cōcedas. Quod ſi ad religionem ſe conferre noluerit, eum in ſubdiaconatu miniſtrare, neque ad vlteriores permittas ordines promoueri. In minoribus tamen ordinibus poterit miniſtrare.

Idem Exon. Epiſcopo. Cap. 3.

Non ponitur.

SIGNIFICATVM eſt nobis, quod quidam ſubdiaconi in tua diœceſi exiſtētes, vel conmorantes matrimonia cōtrahere pręſumpſerunt, & ſicut laici quilibet, cum vxoribus conmorantur. Vnde quoniam id, ſicut tua non ignorat diſcretio, ſacrorum canonū obuiat inſtitutis: f. t. p. A. s. p̄. a. qua. cuiuſmodi vitę ſubdiaconi illi ante matrimoniū cōtractū extiterit, & quales futuri credātur, ſi vxores deſererint; diligēter, ac ſtudioſe inquiras, & ſi eos honeſtę vitæ ante cōtractū matrimonium fuiſſe, aut dimiſsis illis, quæ vxores eorum dicuntur eſſe, caſte victuros credideris, tu ipſos mulieres a ſe dimittere moneas diligentius, & ap. re. diſtricte conpellas. Si autem antea diſſolutæ vitæ fuerint, aut illis, quas tenent dimiſsis, in deteriora lapſuri credūntur, & plures pro vna frequentare; tu id diſsimulare poteris, & pro grauiori lapſu vitando, quod in ſimul maneant ſuſtinere. Ita tamen, quod ad altaris miniſterium non accedant, nec eccleſiaſtica beneficia percipiant. Verum tamen ſi tales aliqui eccleſiæ perſonatum gerunt, aut vxores, aut eccleſias prorſus dimittere ſunt cogendi.

Idem Decano, & Canonicis Lemouicen. Cap. 4.

Non ponitur.

CVM inſtitiſſet apud nos Herbertus præſentium lator parochianus veſter, vt de ordine ſubdiaconatus, ad quem recipiendū nimis enormiter, & inordinate ſe ingeſſerat, cum eo miſericorditer ageremus; & non potuiſſet, ſicut non debuerat, in hac parte proficere; tandem a nobis licentiam poſtulauit, vt poſsit ſibi in matrimonium aliquam legitime copulare. Nos itaq. ſtudioſius attendentes, quod prædictus ordo, cū nullam ſibi dignitatem attulerit, vel honorē, matrimoniū eius non impedit: d. u. p A. s. p̄. m. qua. ſi matrimoniū legitime duxerit cōtrahendū, nullus veſtrū eum a cōtractu matrimonij, prædicti ordinis obtētu prohibere pręſumat, nec ſibi propter hoc moleſtiā inferat, vel grauamen.

Idē Spalenſi † Epiſcopo. *pars c. cōtinebatur. e. 5.*

† *Hiſpalen. male.* Non ponitur.

SVPER eo vero, quod aſſeris quoſdam viros tuæ iuriſdictionis in ſacris ordinibus conſtitutos matrimonia contraxiſſe; hoc tuæ prudentiæ reſpondemus, quod ſi qui

in diaconatu, & ſupra matrimonia contraxerunt, cogendi ſunt vxores dimittere, & viuere continenter; ita quod poſt peractam pęnitentiam ex diſpenſatione poſsint in ſuis ordinibus miniſtrare. Si vero ſubdiaconi cõtraxerint matrimonia, eos dũmodo ante hoc tales fuerint, quod timendum ſit, ne vna pro pluribus abutantur; diſsimulare poteris cum ſuis mulieribus remanere; quod tolerandum eſt malum, vt peiora vitentur.

Idem Wigor. Epiſcopo. *Cap. 6.*

c. 3. &. MEMINIMVS nos ex parte tua quęſtionem huiuſmodi audiuiſſe .s. vtrum illi, qui ſe ad religionem coram Epiſcopo deuouerint tranſituros, & habitum religionis ſuſcipiunt; ſi poſtmodum vxores duxerint, cogendi ſint eas dimittere, & ad eccleſiam, cui ſe contulerunt, redire. Super hoc vtiq; duximus reſpondendum; quod ſi quiſquã, qui ſe religioni deuouit, & habitu ſuſcepto profeſſionem fecit, & poſtmodũ aliquã ſibi copulauerit, eſt ab ea cogendus recedere, & ad eã, cui ſe contulerit, eccleſiam ſine contradictione tranſire. Verum ſi habitum non ſuſcepit, nec profeſsioné, ſed votum ſolũmodo fecit, & ſe ad religionem tranſiturum promiſit, licet poſtea matrimonium contraxerit, non eſt ad eccleſiam cogendus tranſire, & matrimonij votum reſcindere.

Idem Lucenſi Epiſcopo. *Cap. 7.*

c. 4. &. CONSVLVIT nos dilectio tua, quid faciendũ ſit de nobili muliere, quæ poſt mortem mariti veſtibus pretioſis abiectis mutauit habitum, & de manu presbyteri velamen aſſumpſit, ſed non renunciauit proprijs, nec intrauit clauſtra, nec in manu alicuius Epiſcopi, Abbatis, vel Abbatiſſæ, aut ſuper altare profeſſa eſt, vel obediẽtiam promiſit, poſtmodum vero anno elapſo cum multorũ inquietudines ferre non poſſet, & lapſum incontinentiæ formidaret; abiecto religionis habitu cuidam nobili ſollemniter, ac per licẽtiam eccleſiæ nupſit. Super hoc itaq. conſultationi tuæ taliter reſpondemus; quod ſicut ſimplex votum matrimonium impedit contrahendum, & non dirimit contractum; ita ſine profeſsione habitus ſuſceptus, ne contrahatur impedit, ſed conſumatum nequaquam diſſoluit. De cetero noueris, quod diaconus, quem litteratum, & honeſtate prædictum aſſeris, qui homicidij cauſam dediſſe videtur, ſicut ex tenore tuarum litterarum perpendimus, non eſt ad ſacerdotium promouendus.

Idem. *Cap. 8.*

VENIENS ad præſentiam noſtram Marcus eremita ſua nobis aſſertione propoſuit, quod I. mulier cuidam viro abſenti fide data ſe nupturam promiſit, ſed poſtmodum audiens plura de ſeueritate, & inhumanitate ipſius viri, ei nulla ratione voluit copulari. Cum itaq. timeret, ne illi nubere cogeretur, in manib. ſuis ſimpliciter continentiæ votũ promiſit, non tamen locum, aut veſtem mutauit; quo audito prędictus vir aliam ſibi copulauit, & ex ea prolem ſuſcepit. Nos itaque attẽdentes tutius eſſe, vt præfata mulier poſt fidem, & votum ſimplex oblatum matrimonium contrahat, quam fornicationis reatum incurrat: f. t. per A. s. m. qua. ſi plura non proceſſerint, nec veſtem, aut locum mutauit, nec profeſsionem fecit, prędictæ mulieri de fide mentita, & voto violato congruam ſatisfactionem indicas, & ei, cui vult, nubẽdi in domino licentiam tribuere non poſtponas. c. 5. &.

DE EO, QVI DVXIT IN MATRImonium, quam polluit adulterio. Tit. vij.

Idem Abbati Sancti Albani. *Cap. 1.*

PROPOSITVM eſt nobis, quod vir quidam. O. dum vxorem haberet, ſibi aliam huius rei inſciam copulauit, de qua plures filios habuit; ſed prima mortua nititur a ſecunda diſcedere, aſſerens, quod vxore ſua viuente eam nõ licuerit ſibi copulare: licet autem in canonibus habeatur; vt nullus copulet in matrimonio, quã prius polluerat adulterio; & illã maxime, cui fidem dederat vxore ſua viuẽte, vel quę machinata eſt in mortẽ vxoris, quia tamen pręfata mulier erat inſcia, quod ille aliam vxorem haberet viuentem, nec dignum eſſet, vt prædictus vir, qui ſcienter contra canones venerat, lucrum de ſuo dolo reportaret: cõſultationi tuæ taliter reſpondemus, quod niſi prædicta mulier diuortium petat, ad petitionem viri non ſunt abinuicem ſeparandi, cũ ex ſuo delicto videretur cõmodũ reportare.

Idem Abbati de Fontib. & magiſtro Vacario. *c. 2.*

SIGNIFICAVIT nobis O. Andegauenſis parochianus Eboracẽ. eccleſię per W. fratrem ſuum, quod W. de Romare, qui eſt ex hac luce ſubtractus, eum capiens, tamdiu in vinculis ferreis, & carcere tenuit, donec ipſum iurare coẽgit, quod Ha. mulierem duceret in vxorem. cum autem vincula, & carcerem euaſiſſet, aliam in vxorem accepit, de qua filios procreauit: poſtea vero idem O. a pręfata Ha. coram venerabili fratre noſtro Eboracẽ. Archiepiſcopo A. S. L. tractus in cauſam, c. 1. &.

cauſam,ab eo coactus eſt iuramento firmare, quod ad illam, quam ſponte in vxorem acceperat,non accederet,donec lis eſſet iudicio eccleſiaſtico terminata.Ceterum,quia priuſquam de cauſa cognoſceretur legitime,prænominata Ha. diem clauſit extremum,prędictus O.ad eam,de qua filios habuerat,reuerti non audet.Inde eſt,quod d.u.p A.s.p̄.m. qua rei veritate inquiſita diligenter,& cognita;ſi vobis conſtiterit, quod eidem O. tanta vis illata fuerit, vt prædictam Ha. iuraret in vxorem accipere; & quod non ſponte in eā conſenſerit,nec poſt præſtitum iuramentum ipſam carnaliter cognouerit,propter hoc nō dimittatis,quin ad illam,quā poſtea in vxorem accepit,reuertendi liberam ap.re. tribuatis facultatem. Verum ſi prænominatus O. in pręfatā Ha.ſponte conſenſit,vel poſt præſtitum ſacramētum, quod ipſam in vxorem acciperet,carnaliter eam cognouit,ſibi ne ad ſecundam reuertatur,ſub interminatione anathematis inhibeatis, dantes ei licentiam aliam,ſi voluerit,ducendi vxorem.

Idem Bauacēn. Epiſcopo. pars c. Quoniam ex multis auctoris. *Cap. 5.*

c. 3. e. † al. hoc

SVPER eo † vero,quod de latore præſentium tuis literis quæſiuiſti,an liceat cum ea ſibi matrimonium contrahere,quam alia vxore ſua viuente ſibi de facto matrimonio copulauit: tuę ſollicitudini duximus reſpondendum,quod ſi adultera eſt in mortem alterius aliquid machinata, ſiue iſte fidem dederit, quod eadem defuncta hanc eſſet ducturus,ſecundum canones ab eius conſortio perpetuo prohibetur, & hæc prohibitio perpetuo eſt obſeruanda.

DE CONIVGIO LEPROSI. Tit. viij.

Idem Cant. Archiepiſcopo. *Cap. 1.*

De cōiu. lepro. c. 1.

PERVENIT ad nos, quod cum ij, qui lepræ morbum incurrunt, de conſuetudine generali a cōmunione omnium † ſeparentur, & extra ciuitates,& villas ad loca ſolitaria transferātur; nec vxores viros, nec viri vxores ſuas taliter ęgrotantes ſequūtur,ſed ſine ipſis manere præſumunt. Quoniam igitur cum vir, & vxor vna caro ſint, non debet alter ſine altero diutius eſſe: f.t. p A.s. p̄. m. qua.ſi qui ſunt in prouincia tua viri,vel mulieres, qui lepræ morbum incurrunt, vt vxores viros,& viri vxores ſequantur,& eis coniugali affectione miniſtrent, ſollicitis exhortationibus inducere labores. Si vero ad hoc eos induci † non poteris, eis artius iniungas,vt vterq. altero viuente continentiam ſeruent,& ſi qui mandatum noſtrū ſeruare contempſerint,eos contra.& ap. ces. vinculo anathematis conſtringas.

† al. hominū.

† inducere male.

Idem Iaurarum † Epiſcopo. *Cap. 2.*

† Baiocen. Greg. 9 c. 1.

QVONIAM ex multis auctoritatib. & præcipue ex euangelica veritate apparet, nemini licere, excepta cauſa fornicationis, vxorem ſuam dimittere; conſtat, quod ſiue mulier lepra percuſſa fuerit, ſeu aliqua graui infirmitate detenta,non eſt propterea a viro ſeparanda,vel dimittenda.ſuper eo vero &c. & infra.Leproſis autē ſi continere nolunt,& aliquam,quę ſibi nubere velit, inuenerint,liberum eſt matrimoniū contrahendi.* Quod ſi virum,ſiue vxorē diuino iudicio leproſum fieri contigerit,& infirmus a ſano carnale debitum exigat,generali pręcepto Apoſtolico, quod exegerit,eſt ſoluendum. cū præcepto nullam in hoc caſu inuenimus exceptionem.

Urbanus iij. Epiſcopo Florentino. *Cap. 3.*

c. 3. e.

LITTERAS fraternitatis tuæ debita benignitate ſuſcepimus, quibus certiores de ſinceritate tuæ fidei,& deuotionis effecti,ad honorem,& commodum tuum habundantius prouocamur. Verū,quia poſtulaſti,vtrū, ſi poſtquā ſponſalia inter aliquas legitimas perſonas contracta fuerint, antequam viro mulier traducatur,alter eorum lepræ morbū incurrat, alius ad conſumandam copulam maritalem compelli debeat, vel ſe ad ſecūda vota transferre; tuæ ſollicitudini reſpondemus,quod ad accipiendam eam cogi non debet, cum inter eos matrimonium non fuerit conſummatum.

DE CONIVGIO SERVORVM,VEL diſparis condicionis. Tit. ix.

Adrianus Papa Salzeburgen. Archiepo. *c. 1.*

De cōiu ſer. c. 1.

DIGNVM eſt,& a rationis tramite non diſcordat,quod ea,quę dubietatis in ſe videntur ſcrupulum retinere,ad Apoſtolicę ſedis iudiciū referantur,vt inde Chriſti fideles in dubijs certitudinem ſe gaudeant inuenire,vnde noſcuntur magiſterium fidei ſuſcepiſſe. Tua vero fraternitas de ſeruorum coniugijs,quæ inuitis,& contradicentib. dominis contrahuntur,quid fieri debeat,Apoſtolatui noſtro,ſi bene meminimus, requiſiuit. ſuper quo tibi duximus taliter,reſpōdendum: ſane iuxta verbum Apoſtoli,prout tua diſcretio cognoſcit,in Chriſto Ieſu neq. liber eſt, neq. ſeruus, qui a ſacramentis eccleſiæ ſit

 remouendus.

remouendus. Ita quoq. nec inter ſeruos matrimonia debent vllatenus prohiberi. Et ſi dominus contradicentibus, & inuitis contracta fuerint, nulla ratione ſunt propter hoc eccleſiaſtico iudicio diſſoluenda; debita tamen, & conſueta ſeruitia nō propter hoc ſunt minus proprijs dominis exhibenda.

Alexāder iij. Priori, & Propoſito Mortarieſi. c. 2.

c.4.e. PROPOSVIT nobis mulier latrix præſentium, quod cum vir eius cum ea diutius permanſiſſet, notam ei condicionis obiecit, aſſerens eam eſſe ancillam, quam liberam eſſe credebat, cum eam duxit in vxorem. Cū autem in præſentia venerabilis fratris noſtri Asten. Epiſcopi huiuſmodi negotium tractaretur, mulier, quia ibi grauari timebat, ad noſtram audiētiam appellauit. Quia igitur tam ea, quam viro ſuo veniente poſt aliquantulā moram præfatus vir inconcuſſa lite receſsit d.u.p A.s.p̄.m. qua, cum propter hoc fueritis requiſiti, partes ante veſtram præſentiam conuocetis, & veritate ſuper his diligenter inquiſita, ſi vobis conſtiterit, quod idem vir cū præfata muliere, poſtquam illam audiuit ancillam, carnalem habuerit conſuetudinē, ipſum monere curetis, & ap. re. diſtricte cōpellere, vt eam ſicut vxorē accipiat, & maritali cura pertractet. Si vero aliter fuerit, cauſam diligentius audiatis, & eā ſine fauore, & gratia perſonarū ſublato ap. re. infra duos mēſes ſine canonico terminetis. Ita tamen, quod ſi ſententia diuortij inter eos data fuerit, mulieri pecuniam, quam præfato viro pro dote conceſsit, ſicut iuſtum fuerit, reſtitui faciatis.

Vrbanus iij. Ariminenſi Epiſcopo. Cap. 3.

c.3.e. LICET ad ea, ſuper quibus nos fraternitas tua conſulere voluit, te ſufficere arbitremur: quia tamen ad maiorem certitudinem iudicium noſtrum ſollicitudine paſtorali requiris; nos ad inquiſitiones tuas officij noſtri debito reſpondemus. Sane ſuper eo, quod ex parte tua propoſitum nobis accepimus; an mulier poſsit eo prætextu diuortium poſtulare, quod vir, cum quo ſuæ condicionis ignara contraxit, ſeruus monaſterij proponatur; cum e contra idem vir patrem ſuum, cuius condicionem, ſecundum legem prouinciç ſequeretur, tēpore mortis pro libero ſe geſiſſe, & iam elapſo decēnio, nec patris, nec ſuo nomine ſe ſtatus controuerſiam paſſum conſtanter affirmet; videtur nobis ratione temporis, & fauore libertatis, pro parte viri ſecurius iudicandum.

DE NATIS EX LIBERO VENTRE. Tit. x.

Gregorius. Cap. vn.

NON ſolum. &c. & infra. Indecēs eſſe credimus, vt progeniti ex libera muliere filij ad ſeruitiū retrahantur: propterea tibi præcipimus, vt his ipſis documentis, ſicut & nos didicimus, diligenter intendas: quatenus, ſi documēta nulla ſunt, ab eccleſiæ parte, quæ documentis huius hominis debeant obuiare, ab eius moleſtia ſine aliqua retractatione ſuſpendas. durum eſt .n. vt ſi alij pro mercede ſua libertates tribuunt, ab eccleſia, a qua tueri debent, reuocentur. De natis ex lib. ve. c. vn.

DE COGNATIONE SPIRITVALI, & filijs ante, vel poſt conpaternitatem genitis. Tit. xj.

Alexander iij. Salernitano Archiepiſc. parte.

Licet prater. Cap. 1.

PATRVM autē filij, & filię ante, vel poſt conpaternitatem geniti poſsint adinuicem copulari, canones ſecundum diuerſorum locorum conſuetudinem inueniūtur, & licet primus canō exinde editus natos poſt conpaternitatem prohibeat adinuicem copulari; alter tamen canon poſterius editus primum videtur corrigere, per quem ſtatuitur, vt ſiue ante, ſiue poſt conpaternitatem geniti ſunt, ſimul poſſunt coniungi, excepta illa perſona dumtaxat, per quam ad conpaternitatem venitur. vnde tolerabilius nobis videtur, vt ſecūdum poſteriorem canonem, ante, & poſt conpaternitatē geniti ſimul valeant copulari, præter illam perſonā, per quā conpaternitas contrahitur, niſi conſuetudo eccleſiæ, quę ſcandalum generet, aliter ſe habeat. De cogn. ſp. c. 1.

Idem eidem. Cap. 2.

SI vir, vel mulier ſcienter, vel ignoranter filiū ſuum de ſacro fonte ſuſceperint; an propter hoc abinuicem ſeparari debeant, & alij copulari, quia nos conſulere voluiſti, conſul. tuæ duximus reſpondendū, quod quamuis ſit generaliter inſtitutum, vt debeāt ſeparari, quidā tamen humanius, & potius ſentientes aliter ſtatuerunt. Et ideo nobis videtur, ſiue ex ignorantia, ſiue ex malitia id fecerint, nō ſunt abinuicem ſeparandi, nec alter alteri debitum debet ſubtrahere, niſi ad cōtinentiam ſeruandam poſsint induci, quia ſi ex ignorantia id factum eſt, ignorantia eos excuſare videtur, ſi ex malitia, eis ſua fraus non debet patrocinari, vel dolus. c. 2. e.

Idem

Idem Wigor. Episcopo. Cap. 3.

c. 3. e. SVPER eo, quod a nobis tua fraternitas requiſiuit; vtrum duorum cõpatrum filij poſt conpaternitatem geniti poſsint matrimonio copulari, vel ſi coniuncti fuerint, eorũ ſit matrimonium reſcindẽdum. Inquiſitioni tuæ tale damus ſcripto continente reſponſum. Si .n. filij tales fuerint, per quorum alterum, vel vtrumq. parentes ad conpaternitatem deuenerunt, eos cõiungi nulla ratione permittas, & ſi coniuncti fuerint, pontificali auctoritate ab inuicem ipſos non differas ſeparare. Ceterum, ſi per neutrum eorum ad conpaternitatem ventum fuerit, de his te volumus cõſuetudinem tuę metropolitanæ eccleſiæ, vel aliarum circumpoſitarum inquirere, & diligentius imitari. Ita quidem, quod ſi eiuſdem eccleſiæ conſuetudo habet inter eos non ſuſtinere coniugium fieri, nec factũ firmitatis robur habere: tu ſimili modo in eccleſia tibi commiſſa cõiugium huiuſmodi fieri non permittas, & ſi quos taliter iunctos inueneris, iuxta earundem eccleſiarum conſuetudinem ipſos ſeparare abinuicem non omittas. Verum ſi de conſuetudine haberetur, vt talia coniugia ſuſtineantur, & permittantur; tu in eadem eccleſia huiuſmodi cõiugia diſsimulare poteris, ita quod nec cõtradicere, nec tuum præſtare videaris aſſenſum. quia ſicut graue eſt antiquam conſuetudinẽ circũadiacentium eccleſiarum ſuper his contemnere, ſic quoq. grauius videtur, ſi propterea huiuſmodi coniugijs tuum indulgeres aſſenſum, cum poſſet in exemplum aſſumi.

DE COGNATIONE LEGALI. tit. xij.

Nicolaus ad conſulta Burorum. † Cap. vn.

† Bulgaror. Greg. 9 De cog. leg. c. vn. SI qua per adoptionem mihi ſororeſſe cœperit, quãdiu quidem cõſtat adoptionem eſſe inter me, & ipſam, nuptiæ conſiſtere non poſsunt.

DE EO, QVI COGNOVIT CONſanguineam ſuæ vxoris, vel ſponſam ſui conſanguinei. Tit. xiij.

Ex concilio apud Metiam. Cap. 1.

De eo, q cognouit c. 1. SI quis cũ filiaſtra ſua fornicatus fuerit, nec matrem, nec filiam habere poteſt, nec ille alij ſe poterit coniungere vllo vnquam tempore. At vero vxor eius, ſi ita voluerit, & ſi ſe continere nõ poteſt; ſi poſtea quam cognouerit, quod cũ filia vir eius fuit in adulterio, carnale cõmercium cum eo nõ habuerit, eo mortuo poteſt alij nubere.

Alexander iij. Wigor. Epiſcopo. Cap. 2.

AD aures noſtras perlatum fuiſſe cognoſcas, quod cũ quidã parochianus tuus vxorẽ duxiſſet, ea dimiſſa aliam S. conſanguineam ſibi copulare præſumpſit, & eam carnali cõmixtione cognoſcere, & ſecum tenere minime dubitauit. Cumque prior mulier ei ſuper hoc querelam mouiſſet, matrimonium eius negauit, & ſecundæ copulam confeſſus eſt. vnde cum primum cõiugium aduerſus eum per teſtes probatũ fuiſſet, quoniam a ſecũda recedere noluit, ad noſtram audientiam appellauit. Super quo vt. q. tuæ prudẽtię reſpõdemus, quod ſuperior mulier, & ſecunda ſe in prima, vel ſecunda conſanguinitatis linea contingerit, tu virum facias vtraq. omni cõtradictione, & ap. ces. carere, & ſine ſpe coniugij perpetuo permanere. Si vero eas in tertio gradu ſolũmodo, vel ſupra ſe ſe attinere cõſtiterit; tu ipſũ a ſecũda cõpellas recedere, & de cõmiſſo pęnitẽtia ſibi cõdigna inpoſita, eũ priorem ſicut vxorẽ recipere, & maritali affectione tractare cõſtringas. Non ponitur. Poſt cõ. Lat. c. 15 6. parte

Idem Pictauien. Epiſcopo. Cap. 3.

VENIENS ad nos P. præſentium lator, nobis fraternitatis tuæ litteras pręſentauit, ex quarum tenore perpendimus; quod quandam duxit in vxorem, quam quidam diſſuaſerunt ei per menſem, ex quo eam duxerat, non cognoſcere. Contingit autẽ, ſicut dicit, quod pater ſponſæ duxit vxorem ſuã, quæ ſponſæ mater erat, quam in huius lecto iacentem ipſe diabolo ſuadente cognouit. Tranſacto vero menſe tam pater, quam alij propinqui coëgerunt ipſum, vt cum ea matrimonium conſumaret, quod facere noluit, donec tecum ſuper hoc loqueretur. Tuis igitur inquiſitionibus taliter reſpondemus, quod ſi occultum eſſet huiuſmodi peccatum, non poſſet matrimoniũ reſcindere, quod publice contraxiſſet. Vnde ſi publicum eſt, quod matrem ſponſæ cognouit, ſi ſponſæ numquam carnaliter adhæſit, inponenda eſt ei pęnitẽtia paulo maior, quam pro adulterio, & exinde peracta pęnitentia, vel parte ipſius pęnitentiæ poterit ex diſpenſatione cum alia matrimonium contrahere, & illa alij nubere, & pater ſponſæ, ſi vult, poteſt factum diſsimulare. Ceterum ſi ſpõſam cognouerit, ante quã matrem, vel poſt, numquam eam, vel aliam in vxorem poteſt accipere. c. 2. ex

Idem. Cap. 4.

DE illo, qui mulierem quandam cognouit, & filiã eiuſdẽ ſibi poſtea in matrimonio copulauit, Non ponitur. Poſt cõ. Lat. par. 50. c. 4.

copulauit, cum eam per decēnū cohabitauit, tuæ prud. respondemus, quod ſi delictū eius, ſicut nobis ſignificaſti, occultum exiſtit, pœnitentia ſibi cōdigna debet imponi, nec eſt ab vxore, quæ tanti ſceleris inſcia eſt, propterea ſeparandus. ſi autem id publicum, & notoriū eſſe dignoſcitur, & ab vxore ſeparari debet, & perpetuo ſine ſpe coniugij permanere.

Idem Verulañ. Epiſcopo. Cap. 5.

Non ponitur. c. 5. d. par. 50. EX relatione I. præſentium latoris, & ex tenore litterarum tuarum accepimus, quod cum idem I. ſororem vxoris ſuæ carnaliter cognouiſſet, & cum ea diutius permanſiſſet, tu eos abinuicem ſeparaſti, & iam dictum I. ad noſtram præſentiā deſtinare curaſti. Super quo vtique f. t. duximus reſpondendum, vt eum ſtudeas Hieroſolymā deſtinare, deinde vero cū ad propria redierit, ne ex abſentia † illorum deterius forte contingat, diſsimulare poteris, quod vxori ſuæ cohabitet, non tamē vt eis licētiam, aut fauorem tuum indulgere aliquatenus videaris.

† al. abſtinētia

DE CONSANGVINITATE, ET affinitate. Tit. xiiij.

Lucius iij. Spaleteñ. Archiepiſcopo. pars c. *ſuper eo quod.* Cap. 1.

Non ponitur. VERVM ſuper eo, quod in quarto, & quinto gradu conſanguinitatis in prouincia tua quidam dicuntur coniūcti, propter duritiam populi, matrimonia talia licet ſint contra ſacrorum canonum inſtitutionem contracta, ſub ſilentio, & diſsimulatione poteris præterire.

Alexander iij. Caſſineñ. Abbati. Cap. 2.

De cōſ. & affin. c. 1. EX litteris tuis ad nos directis accepimus, quod cum quidam ſecreto inductam mulierem ſubarraſſet, & cognoſcens carnaliter cohabitaſſet cum ea per annum; Mundualdus virum mulieris traxit in cauſam proponens, quod illā in poteſtate ſua poſitam, quaſi fornicariam cognouiſſet, tunc vir, & mulier iuramento firmarunt, quod ab initio alter in alterius copulam maritalem cōſenſerunt, & de cetero ſicut vir, & mulier inſimul cohabitarent. Cum autem nec iuramento mulieris fidem procurator habuerit, exegit eam publice ſubarrari. Quod cum vir facere paratus eſſet in conſpectu eccleſiæ, ſurrexerunt duo proponentes præfatæ mulieri coniuges in quinto gradu conſanguinitatis, & primo genere affinitatis, ſe ſe contingere: quia pater illius, qui eam ſubarrare volebat, priorem virum in quarto gradu conſanguinitatis attigerit. Vnus autem ita ſe vidiſſe iurauit, alius autem noluit id iuramēto firmare; & ob hoc licet ille præfatam mulierem ſubarrare diſtulerit, minime tamen ab eius cohabitatione diſceſsit. Proceſſu vero temporis ad inſtantiam Mundualdi præfatus publice matrimonium celebrauit, & poſtmodum fere cū vxore per annū permanſit. nunc autem quæſtio prima reuixit, & iurarunt duo coram Archipresbytero plebario, vt dicis, quod primus vir fuit in quinto gradu conſanguinitatis patri præſentis viri. Vnde quia diuerſi diuerſa ſentiūt, quid agendum ſit in hoc caſu, noſtris litteris quæris edoceri. Quo circa d. t. p A. s. p. m. qua. vtramque partem ante tuam præſentiā conuoces, & faciens teſtes coram te iurare, adhuc inquiras, a quibus, & quando didicerint, quod teſtantur. Si vero poſt motam quæſtionem didicerint, non eſt iam dictum matrimonium diſſoluendum. ſimiliter nec ſi ab accuſatorib. matrimonij didicerint. Inquiſita vero veritate diligenter, ſi per teſtes circumſpectos, & omni exceptione maiores inueneris, quod primus vir patrem ſuperſtitis in quinto, vel ſexto gradu conſanguinitatis attigerit, non differas ſententiā diuortij promulgare. Aeque enim, vt canones dicunt, abſtinendum eſt a cōſanguineis vxoris, vt a proprijs vſque ad ſeptimum gradum. Ceterum prudentiam tuam volumus nō latere, quod perſonæ idoneæ nominandæ ſint, & gradus diſtinguendi, & ab vtroq. latere computandi; nec ſunt cauſæ matrimonij tractandæ per quoſlibet, ſed per iudices diſcretos; qui poteſtatem habeant iudicandi, & ſtatuta canonū ſuper his nequaquam ignorent.

DE SOBOLE SVSCEPTA EX ſecundis nuptijs. Tit. xv.

Alexander iij. Canonicis Mutiñ. Cap. 1.

DILECTVS filius noſter Ægidius canonicus veſter apud ſedē Apoſtolicam cōſtitutus a nobis ex parte veſtra requiſiuit, ſi proles ſuſcepta ex ſecundis nuptijs in quarto gradu poſsit ad cōſortiū cognationis prioris viri tranſire. Ideoq. vobis ſignificatione præſentium reſpondemus, quod ſoboles ex ſecūdis nuptijs ſuſcepta, conſortio cognationis prioris viri in præſcripto gradu coniungi de iure non poteſt. Non ponitur.

Idem Verulañ. Epiſcopo. Cap. 2.

QVIA nobis ſignificatum fuerat, quod Octauianus auus Octauiani de Tracterio quandam feminam carnaliter cognouit, ex qua Non ponitur.

qua filium procreauit, & poſtmodum virum accipiens, filium generauit; cui cum Octauianus prædicti Octauiani nepos filiam ſuam tradere diſponeret in vxorem; f. t. nos mandaſſe recolimus, vt id matrimoniũ fieri prohiberes; & ſi contractum eſſet, omnino faceres diſſolui. Sane ſcire volumus ſollicitudinem tuam, quod illis, qui in alijs cauſis ex auditu ſolummodo teſtificantur, fides nõ eſt aliquatenus adhibenda, ſed in parentela, & matrimonio teſtimonium ſufficit ex auditu, ſi teſtes iurauerint ſe a maiorib. ſuis hoc audiſſe, & ipſi ita credant.

DE FRIGIDIS, ET MALEFICIIS, & impotentia coeundi. Tit. xvj.

In B. † lib. xix. *Cap. 1.*

† *Burch* *Greg. 9* *De frig. c. 1.*

ACCEPISTI mulierẽ, & per aliquod tẽpus habuiſti per menſem, aut per tres, aut poſtremo p annum, nunc primum dixiſti te eſſe frigidæ naturæ, ita vt nõ potuiſſes coire cum illa, nec cum aliqua alia; & ſi illa, quæ vxor tua eſſe debuit, eadem affirmat, quæ tu dicis; ſi probari poteſt per verum iudiciũ ita eſſe, vt dicitis, ſeparari poteſtis, ea tamen ratione, vt ſi tu poſt aliam acceperis, reus periurij dijudiceris, & iterum poſt peractam pœnitentiam priora conubia reparare debetis. Illa autem ſi prior poſt annum, aut dimidiũ ad Epiſcopum, aut ad eius miſſum ſe proclamauerit; & dicet, quod non cognouiſſes eã, & negat aliquam conmixtionem inter vos eſſe: tu autẽ affirmas, quod vxor tua ſit, tibi credendum eſt, eo quod caput es mulieris, quia ſi ſe proclamare voluerit, cur tamdiu tacuit? cito, & in paruo tempore ſcire mulier poterit, ſi ſecum coire potuiſſes. Si autem ſtatim in ipſa nouitate, poſt menſem, aut poſtremum ſi poſt duos ad Epiſcopum, aut ad eius miſſum proclamauerit, dicens, volo eſſe matrem, † volo filios procreare, & ideo maritũ accepi; ſed vir, quem accepi, frigidæ naturæ eſt, non poteſt ea facere, propter quæ illum accepi. Si probari poteſt, per rectum iudiciũ, ſeparari poteſtis; & illa ſi vult, nubat in domino.

† *mater* *Greg. 9*

Alexander iij. Adrauenſi† Epiſc. *pars c. conſuluit.* *Cap. 2.*

† *Andrem. conc.* Non ponitur. Poſt cõ. Lat. par. 6. c. 24.

SVPER eo vero, quod de illo nobis ſignificaſti, qui cũ procreare velit filios, vxori ſuæ nũquam carnis debitũ reddidit, vel reddere potuit: inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus, quod diuerſa ſunt inde decreta, & diuerſæ ſententiæ: ſed conſuetudo eſt Romanę eccleſiæ in ſimilibus taliter tenere, quod ſi non poteſt eam ſicut vxorem habere; ipſam habeat ſicut ſororem.

Idem Abianeñ. Epiſcopo. *Cap. 3.*

QVOD ſedem Apoſtolicam conſulis ſuper ijs, quæ dubia tibi exiſtunt, gratum gerimus, & acceptum, & tua exinde fraternitas non parum commendanda videtur. ex tua ſiquidem parte nobis eſt intimatum, quod quædam mulier tui Epiſcopatus cuidã viro nupſit ignorans, quod propter vtriuſq. inguinis rupturã genitalia eius eſſent abſciſa, nec ab eo cognita fuiſſet. qui vtiq. modo factus leproſus ſe pariter, & ſua reddidit domui infirmorum. mulier vero ad domũ paternam reuerſa, ſicut iuuenis alij viro nubere deſiderat, & coniugali affectu coniungi. Verum licet eccleſia Romana non conſueuerit propter naturalem frigiditatem, nec propter alia maleficia legitime coniunctos diuidere; ſi tamen conſuetudo generalis Gallicanæ eccleſię habet, vt huiuſmodi matrimonium diſſoluatur, nos patienter tolerabimus, ſi ſecundũ illam conſuetudinem eidem mulieri, cui voluerit, nubendi in domino conceſſeris facultatem. ſicut enim puer, quia non poteſt reddere debitũ, non eſt aptus cõiugio, ſic quoq. qui impotentes ſunt, minime apti ad contrahenda matrimonia reputantur. c. 1. &

Clemens iij. O. Verulano Epiſcopo. *Cap. 4.*

LITTERAS tuas recepimus, ex quarum tenore cognouimus, quod cũ lator pręſentium quãdam feminam iam elapſo quinquennio ſibi matrimonio copulaſſet, & ſecũ per tres menſes in eodem lecto dormiſſet, maleficio ſuo creditur inpeditus; quod cognoſcere illam nequiuit. Super quo ſedis Apoſtolicæ litteras recepiſti, in quibus continebatur, quod de Romanæ eccleſiæ conſuetudine non erat talium matrimonium ſeparandum, vnde conuocatis eis ad tuam præſentiam, cum viuerent ſeparatim, conpuliſti eos ad habitationem redire communem, & licet poſtmodũ in eadem domo, & lecto fuiſſent, & idem homo multa verba, ſicut tibi conſtitit, eidem feminæ contuliſſet, ei tamen non potuit carnaliter commiſceri, propter quę tu timens, ne idem vir homicidij reatum incurrat, quid in hoc caſu eſſet agendum, nos cõſulere voluiſti. Quo circa d. t. p A. s. m. qua. pro memoratis occaſionibus non dimittas, quin prædictos virum, & vxorem per cenſuram eccleſiaſticam inſimul habitare compellas.

Non ponitur.

DE

DE MATRIMONIO CONTRA interdictum eccleſiæ celebrato. Tit. xvij.

Cæleſtinus Papa Florentina eccleſiæ. *Cap. 1.*

qui mat. acc. pol. ar. 3. VIDETVR nobis, quod ſecunda, quam contra prohibitionem duxit eccleſiæ, non ſit vxor, & ſi primam non haberet deſponſatam. nam quod contra interdictum, & ordinem eccleſiæ factum eſt, ratum non haberi, tamquam inordinatum, tam diuinæ, quam humanę legis auctoritas proclamat. Quia igitur ea, quam inordinate ſuperduxit, prohibitione renitente vxor non eſt, eam cogendus eſt recipere, quam iurauit, & deſponſauit, atq. ex ea prolem genuit, vt iuramenti religio nõ vilipendatur, & fides promiſſa ad inuicem conſeruetur, & proles in cultu Dei nutriatur, & educetur, & alij exinde occaſionem peccandi, & alios decipiendi aſſumere non valeant. Quod autem parentes, fratres, & cognati vtriuſq. ſexus in teſtificatione filij, vel filiæ ad matrimonium coniungendum, vel dirimendum admittantur, tam antiqua cõſuetudine, quam legibus approbatur, & tam diuinis, quam humanis legibus ſimiliter approbatur. † In dirimendo enim matrimonio, ideo maxime parentes recipiuntur, ſiue ſi defuerint parentes, proximiores admittuntur: quoniam vnuſquiſq. ſuam genealogiam, tum teſtibus & chartis, tum etiam exercitatione † maiorum ſcire laborat. quia igitur alijs melius ſciunt, ideo maxime admittuntur, ſimiliter recipiuntur in teſtificatione matrimonij gratia coniungẽdi. qui enim melius recipi debent, quam illi, qui melius ſciunt, & quorum eſt intereſſe; ita vt ſi non interſint, & conſenſum non adhibuerint, ſecundum leges nullum fiat matrimonium. Quod vero legitur, pater non recipiatur in cauſa filij, nec filius in cauſa patris, in criminalib. & contractibus verum eſt, in matrimonio vero contrahendo, & diſiungendo ipſius coniugij prærogatiua, & quia fauorabilis res eſt congrue recipiuntur.

† al. cõfirmatur.

† ex recuſatione Greg. 9

Alexander iij. Paduano Epiſcopo. *Cap. 2.*

Dematr. cõtr. c. 1. LITTERAE, quas nobis tua fraternitas deſtinauit, expreſſe declarant, quod cũ quidam parochianus tuus ſororem ſuã iam nubilem cuidam ſe daturum in vxorem, ea pręſente, & conſentiente, præſtito iuramẽto firmaſſet, & illa non poſt multos dies, dona, & munera viri ſecundũ morem terræ ſpõte ſuſcipiens, ipſum tamquam proprium virũ ſæpe amplexata fuiſſet; tandem mortuo fratre, a viri ſui fratre ſe deſponſari permiſit, & quod ab eo cognita fuiſſet, mendaciter aſſeuerat. Cumq. fraternitas tua ei prohibuiſſet publice, ne cui illorũ, vel alicui ſe copularet, ipſa ſpretis monitis tuis alij nubere non formidauit. Demum cum vtrumq. ante te conuocaſſes, & mulieri præcepiſſes, vt ad domũ matris rediret, ipſi ad noſtram audiẽtiam appellauerunt. Verum quoniam ſollicitudini noſtræ incumbit, exceſſus, & enormitates eorum corrigere, & ad modum, & formam rectitudinis reuocare: f. t. p A. ſ. p̃. m. qua. ſi ita eſt, vt ſuperius eſt enarratum, præfatam mulierem, ne mandatum tuum contemptibile eſſe videatur, ad domum matris omni ap. & ex. ceſ. redire compellas, & impoſita ſibi pęnitentia de tanto exceſſu, poſtquam ea in domo materna, per menſem ſteterit, ad tertium reuerti permittas, & legitime ſibi coniungi.

Idem Wintoñ. Bathoñ. Herfordeñ. Epiſc. Cap. 3.

EX litteris venerabilis fratris noſtri Cant. Archiepiſcopi A. S. L. ad audientiam Apoſtolatus noſtri peruenit, quod cum G. de S. Leodeg. M. filiam ſuam abſentem cuidam iuueni R. nomine deſponſaſſet, poſt modicũ quibuſdam ipſius mulieris cõſanguineis procurantib. memoratus R. cum ea pręſente per verba pręſentis temporis contraxit, ſicut dicitur, matrimonium fide hinc inde corporaliter præſtita, quod vir mulierem, ſicut vxorẽ legitimam de cetero exhiberet, & ipſa reuerenter ei ſine contradictione, ſicut viro legitimo obediret, nilq. defuit, niſi ſollemnitas in facie eccleſiæ celebranda, quæ propter tempus quadrageſimę tunc non potuit effectui mancipari. Poſtea vero orta ſuſpicione quod præfatus R. ad alia deſideraret vota tranſire, ad examẽ fuit iam dicti Archiepiſcopi cauſa perlata, qui ſub anathematis interminatione prohibuit, ſicut ex litteris ipſius accepimus, ne ante quã de præſcripto negotio plene cõſtaret, vir ad ſecunda vota tranſiret, ſed ipſe prędicta prohibitione contẽpta, filiam Hug. de Spolteli M. nomine in facie eccleſiæ ſibi ſollemniter copulauit vxorem. Poſt modum vero duab. mulieribus, & viro coram Archiepiſcopo conſtitutis, præfatus R. publice cõfeſſus eſt, ſe cum Maria, ſicut ſuperius dictũ eſt, matrimonium contraxiſſe, & aliam ſ. Matildam praua quorundam ſuggeſtione ſeductũ, poſtmodum accepiſſe. Maria vero conſtanter aſſeruit, quod pater eius non mouerat de voluntate ei querelã; adiciens, quod inter

c. 1. c.

inter ipſam, & pręfatum R. excepta ſola fide de contrahendo matrimonio, nulla obligatio interceſſerat, quam quia ipſe non ſeruauerat, ſeruare minime tenebatur, & ideo, quia eam, quam ſecundo acceperat, relinquebat. Cum autem præfatus R. tamquam proprium virũ reſtitui poſtularet, & Archiepiſcopus vellet primo de matrimonio cognoſcere, ob id maxime, quia mulieres dicebantur ſe ſe conſanguinitate cõtingere; ac per hoc tam inceſtus, quam adulterij vitium timebatur, Maria ad Apoſtolicam appellans ſedem, vocem appellationis emiſit, & feſtum circuncisionis proximæ terminum ap. præfixit. Appellationi vero Archiepiſcopus deferens, eidem M. ſub periculo animæ, & excommunicationis interminatione diſtrictius interdixit, ne cui nuberet, donec cauſa ipſa coram nobis, vel coram delegatis ab Apoſtolica ſede iudicibus finem debitum ſortiretur. Ipſa tamen de remedio appellationis confiſa cuidam alij W. nomine, nihilominus nupſit, & ſuper hoc citata corã Archiepiſcopo, noluit propter ap. quam obiecerat, apparere. † Cũ igitur abſentibus partibus, non videtur nobis negotium finiendum, ipſum experientiæ veſtrę, de qua plene confidimus, committentes, præſentiũ auctoritate mandamus, quatenus partibus ante veſtram præſentiam conuocatis, inquiratis diligentius veritatem, & ſi nihil conſtiterit, quod inpędiat, præter conſenſum, qui inter præfatum R. & Mariam aſſeritur præceſsiſſe, ſecunda matrimonia inuiolabiliter obſeruanda, ſublato ap. diffugio iudicetis. Licet enim contra interdictum eccleſiæ ad ſecunda vota trãſire nequaquam debuerit, cõueniens tamen non videtur, vt obid ſolum ſacramentum coniugij diſſoluatur; alia tamẽ pœna debebit eis inponi, quia contra prohibitionem eccleſiæ hoc fecerunt.

† cõparere forte.

QVI FILII SVNT LEGITIMI. t. xviij.

Alexander iij. Cap. 1.

Qui fil. ſunt leg. c. 1.

CONQVESTVS eſt nobis Herbertus lator pręſentium, quod cum quandam mulierem neptem R. acceperit in vxorem, præfatus R. ipſam exheredare conatur, eo quod ante deſponſationem matris ſuæ nata fuerit, cum poſtea, prout dicitur, pater mulieris præfatæ matrem ipſius acceperit in vxorem. Inde eſt, quod f. u. p A. s. ß. m. qua. rei veritate diligenter, & cognita, & inquiſita, nullius ap. obſtante legitimam eſſe iudicetis, iubentes prędicto R. ex noſtra, & veſtra parte, vt ſæpedictę mulieri, & heredibus ſuis hac occaſione ſuper hereditatem ſuam, moleſtiam inferat, vel grauamen. Si autem cõtra inhibitionem noſtrã venire præſumpſerit, ſublato ap. re. ſeueritate eccleſiaſtica percellatis.

Idem. Cap. 2.

CVM inter I. veterem conciuem veſtrũ, & T. mulierem ſit diuortij ſentẽtia canonice lata, filij eorum, qui ante ſententiam ipſam nati fuerunt, & ille, qui tunc conceptus erat, nõ debent exinde ſuſtinere iacturã, cũ parentes eorũ publice, & ſine contradictione eccleſiæ matrimonium inter ſe contraxerint. Inde eſt, quod auctoritate Apoſtolica ſtatuimus, vt filij eorum, quos ipſi ante diuortium habuerunt, & qui conceptus ante latam ſententiam fuerat, non minus habeantur legitimi, & quod in bona paterna hereditario iure ſuccedant, & de bonis parentum ſuorum nutriantur. Quo circa vniuerſitati veſtræ p A. s. m. qua. præfatos filios memorati I. & prædictæ mulieris ſuccedere in bona paterna, & exinde nutriri non prohibeatis, nec occaſione diuortij inter parẽtes eorum eis ab aliquo moleſtiam, vel grauamina ſuſtineatis inferri. c. 2. a.

Idem Rothomageñ. Archiepiſcopo. Cap. 3.

TRANSMISSAE nobis litterę tuę cõtinebant, quod cum Nicolaus Saget ciuis tuus vſq. ad iuuentutem quemdam puerum nutriuiſſet, vxore ſua Matil. non deſponſata cum eo cohabitante, poſtmodum ipſam, ſicut dicitur, legitime deſponſauit, & de ipſa filios ſuſtulit. Quibus paternam hereditatem petentibus prædictus iuuenis contradixit, gerens ſe filium, & heredem, quamuis a vicinia, quæ ipſum filium eorum eſſe credebat, ſpurius diceretur. prędictus vero N. & vxor eius Matil. præfatum iuuenem ſpurium ſuũ, aut legitimum filium eſſe negabant, ſed dicebãt, quod eum pietatis intuitu nutriuiſſent. cum autem quæſtio coram te mota eſſet, & prædictus iuuenis, pro eo quod iuri ſtare nolebat, vinculo excõmunicationis ſit aſtrictus, quid de hoc agere debeas, nos conſulere voluiſti, ſuper hoc itaq. cõſultationi tuæ taliter duximus reſpondendum, quod in tali cauſa ſtandum eſt verbo viri, & mulieris, niſi certis inditijs, & teſtibus prædictum iuuenem tibi conſtiterit eſſe filium. c. 3. a.

Idẽ Exoñ. Wintoñ. Epis, & Abbati Fordeñ. c. 4.

CAVSAM, quæ inter nobiles viros F. & R. de Ardenna quõdam filium Agathę de natiuitate ipſius vertitur, vobis fratres Epiſcopi, & venerabili fratri noſtro Lũdoñ, c. 4. a. & c. 17. de off. del. & c. 3. de do. lo. & c.

Epiſcopo ſub certa forma commiſimus terminandam. verum, quoniam idem F. de Ardenna prędictum Lundoñ. omnino habebat ſuſpectum, pro eo quod dominus eſt prædicti R. ipſum amouendum, & te fili Abbas loco ipſius duximus ſubrogandum, p A. itaq. ſcripta vobis mandamus, atq. p̄. quatenus de natiuitate prædictæ A. rei veritatem ſubtiliter inquiratis, & ſi partibus ante veſtram pręſentiam conuocatis, legitime vobis conſtiterit, quod ſæpe dicta A. de Auelina muliere, tempore Alani viri ſui, ipſa cum eo, tamquã cũ viro ſuo cõmorante, nata fuerit, vel quod R. filius Sauarici iam dictam Auelinam matrem ipſius Agathæ ſuperſtite ſecundo viro R. s. de Vindeſceñ. publice tenuerit eãdem Agatham, & ſi de Radulfulfo filio Sauarici nata fuerit, non fuiſſe legitimam eiuſdem R. filij Sauarici omni oc. & exceptione poſtpoſita, & ap. pronuntietis, quia non potuit eſſe vxor, quæ viri ſui torum maculans, alij, dum ille viueret (iungi, & † cohabitare præſumpſerit. Ceterum, ſi aduerſarius ſuus legitime citatus ad præſentiam veſtram accedere, vel iudicio veſtro parere contempſerit; aut ſi ita, ſicut nobis proponitur, ſe abſentauerit; cum a multis retro diebus de Anglia receſiſſe dicatur, nunc in terra poſtea manifeſte comparuiſſe; neq. ad præſentiam veſtram acceſſerit, procuratorem eius, ſi quem forte reliquerit, ad præſentiam veſtram nihilominus conuocetis, & ſiue procurator venerit, ſiue non, aut ſi procuratorem non dimiſit, denũciationib. ad domum eius miſsis, ſecũdum ordinem iuris, cauſam audiatis attentius, & receptis teſtibus alterius partis, infra tres menſes poſt harum litterarum ſuſceptionem, iuxta dictã formam ſub. ap. ad proferendam ſententiam procedatis, ita quod vltra tres mẽſes cauſam ipſam decidere minime differatis. nullis obſtantibus litteris, ſiue quę de reſtitutione poſſeſsionis R. de Ardenna facienda, ſiue quæ de poſſeſsionis iudicio Regi relinquendo fecerint mentionem, ſiue quibuſlibet alijs, quę antea fuerint impetratæ, aut ſi quas in poſterum, nõ expoſito tenore litterarum iſtarum cõtingerit impetrari. Sane ſi infra pręſcriptũ tempus nequiueritis, vel nolueritis in eorum quæ dicta ſunt, executione procedere; nolumus; quod commiſsio noſtra debeat propter hoc expirare.

† al. iungi.

Idem B. Exoñ. Epiſcopo, & Abbati Fordeñ. c. 5.

c. 5. e. LATOR præſentiũ R. non ſine multo diſcrimine ſui corporis ad noſtram pręſentiã accedens ſua nobis conqueſtione propoſuit, quod cum auus ſuus duas vxores habuerit, de quarum vna eius pater proceſsit, de altera Hug. patruum ſuum ſuſtulit: idem xi. acras terræ, quæ ipſum, & patrem eiuſdem R. contigerunt, per violentiam detinet, nec eidem R. qui ſuccedere in bonis paternis debet, debitam partem vult exhibere. Cum autem H. coram ſæculari iudice ſuper hoc tractus fuiſſet in cauſam, ei præſumpſit obicere, quod pater eius non fuiſſet de legitimo matrimonio, & ideo de hereditate quondam aui ſui nihil poſsit iure ſucceſſorio vindicare. Tandem vero cum ſuper quęſtionẽ natiuitatis coram venerabili fratre noſtro NorWiceñ. Epiſcopo fuiſſet diu tractatum, de mandato ipſius Epiſcopi idem R. teſtes produxit, quorum teſtimonio ſe probaturũ credebat, quod pater eius de legitimo matrimonio fuerit natus: H. vero nullos teſtes aduerſus eum produxit, ſed de termino in terminum cauſam producere nitebatur, cuius tergiuerſationẽ conſiderans, ad noſtram, ſicut aſſerit, audientiam appellauit, ſed eo veniente altera pars per ſe, vel per alium ſuã nobis exhibere pręſentiam cõtempſit. Nolentes itaque cauſam ipſam diutius protrahi, eam experientiæ veſtræ cõmittentes, d. u. p A. s. p̄. m. qua. vtramque partem ante veſtram præſentiam cõuocetis, & rationibus hinc inde diligenter inquiſitis, & plenius auditis, & cognitis, cauſã ipſam ſuper quæſtione natiuitatis infra duos mẽſes poſt harum ſuſceptionem litterarum ſub. ap. te. terminetis. Si vero infra duos menſes præfatus H. non potuerit legitime probare, quod ei de paterna hereditate obiecerit, extunc ſæculari domino, ſub cuius iudicio de hereditate cauſam intrauit, ſignificetis vt pro quæſtione natiuitatis non dimittat, quin cauſam ſuper hereditate audiat, & decidat.

Idem Exoñ. Epiſcopo. *Cap. 6.*

TANTA eſt vis matrimonij, vt, qui antea ſunt geniti, poſt contractum matrimonium legitimi habeantur. ſi autem vir viuẽte vxore ſua aliam cognouerit, & ex ea prolem ſuſceperit; licet poſt mortem vxoris eamdem duxerit, nihilominus erit ſpurius filius, & ab hereditate repellendus, pręſertim ſi in morte prioris vxoris alteruter eorum aliquid machinatus fuerit, quoniam matrimoniũ legitimum inter ſe contrahere non potuerunt. c. 6. e.

Idem Lundoñ. & Wig. Epiſcopis. *Cap. 7.* c. 7. e.

CAVSAM, quæ inter R. & F. ſuper eo

eo, quod mater iam dicti R. dicitur nō fuiſſe de legitimo matrimonio nata, agitari dignoſcitur, experientiæ veſtræ iam pridem commiſimus terminandam. Verum quia in litteris noſtris inſeri fecimus, vt præfato R. poſſeſſionem omnium, quorum poſſeſſor extitit, quando auus ſuus iter Hieroſolymam proficiſcendi arripuit, ante principalis cauſæ ingreſſum faceretis ap. ces. reſtitui, ſi eadē poſſeſſione fuiſſet per violentiā ſpoliatus. Nos attendentes, quod ad Regem pertinet, nō ad eccleſiam, de talibus poſſeſſionibus iudicare, ne videamur iuri, & dignitati Kariſsimi in Chriſto filij noſtri H. Regis Anglorum detrahere, qui ſicut accepimus, motus eſt, & turbatus; quod de poſſeſsionibus ſcripſimus, cū ipſarum iudicium ad ſe aſſerat pertinere; volumus, & fraternitati veſtræ per A. s. p̄. m. qua. Regi poſſeſsionum iudicium relinquentes, de cauſa principali, videlicet vtrū mater prædicti R. de legitimo fuerit matrimonio nata, plenius cognoſcatis, & eam ſecundum aliarum litterarū tenorem ap. re. terminetis. Licet incongruum videatur, vt matrimoniū genitricis præfati R. impetatur, quod ea viuēte non fuit, vt dicitur, impetitum.

Idem Epiſcopo, & Archidiacono Vicentiñ. c. 8.

e. 8. c. PERLATVM eſt ad audientiam noſtram, quod cum Herm. filius quondam Lazari ad partes Cōſtantinopolitanas tranſiſſet, & ibidem per decennium moram, & amplius faciens, ad Vuuanam quondam filiam Oliuerij vxorem ſuam non rediret, ipſa apud bonę memorię I. quondam Vicentinū Epiſcopum aduerſus virum ſuum querelam depoſuit, & quod non poſſet eum diutius expectare, nihilominus allegauit, Epiſcopus vero ſicut vir prouidus, & diſcretus parentib. prędicti viri mandauit, vt pro eo mitterent, & ipſum ad propria reuocarent. Cumque elapſo longo temporis ſpatio prędictus vir ad propria non remearet, Epiſcopus in conſpectu eccleſiæ auditis allegationibus mulieris inter eos ſententiam diuortij promulgauit, & mulieri, vt alium virum traduceret, plenam facultatem indulſit. Quia igitur huius rei veritas nobis non conſtat, d. u. per A. s. p̄. m. qua. rem ipſam diligenter inueſtigetis, & ſi vobis conſtiterit, quod Epiſcopus inter eos ſententiam diuortij tulerit, filios eius, quos de Ricardo filio quondam Rad. ad cuius copulam auctoritate prędicti Epiſcopi, ſine quęſtione & contradictione migrauit, ſuſtulerit, ab hereditate non patiamini excludi, ſed eos legitimos iudicetis; & ſi quis contra hoc niti voluerit, ei auctoritate Apoſtolica ſilentium penitus imponatis.

QVI MATRIMONIVM ACCVSARE poſſunt, vel in eo teſtificari. Tit. xix.

Alexander iij. Parmenſi Epiſcopo. Cap. 1.

RELATVM nobis eſt ex parte tua, quod cū pater cuiuſdam puellæ eam cuidam Parmenſi nuptui tradidiſſet, maritus poſt aliquos annos, quib. cum vxore permanſit, propter homicidium, quod commiſit, de ciuitate timore mortis exiuit, nunc autem dicitur, & videtur legitime poſſe probari; quod pater prędictę puellæ ad Chriſtianitatem iuuenē tenuit, & quod eſt amplius, eum de ſacro fonte leuauit. ſed litteris tuis quæſitus nō dum inueniri potuit, licet quinquennium iam dicatur elapſum. Quia igitur ſuper hoc tua nos duxit fraternitas cōſulendos, præſentium ſignificatione mandamus, quod ſi maritus, & puella annis aliquot ſine quæſtione fuerunt, qui præſcriptum matrimonium nunc accuſant, non videntur ſuſpicione carere. Ceterum ſi manifeſtū eſt, quod aſſeritur, aut legitimi accuſatores, & teſtes apparuerint omni exceptione maiores, poſtquam maritus requiſitus fuerit cū omni diligentia, etiā ſi nequiuerit inueniri, teſtes recipere poteris; & ſine canonico iudiciū terminare. Tu tamen ita procedas, quod amorem aliquem, aut commodum temporale nequaquam pręponere iuſtitiæ videaris. Sane illi, quibus ſcientibus, & tacentibus matrimonium eſt contractum, non ſunt contra ipſum vlterius audiendi. qui mat acc. poſ. c. 1.

Idem Burdega. Archiepiſcopo. Cap. 2.

CONSVLVIT nos tua fraternitas, quid tibi faciendum ſit de quodā milite, qui cum mulierem quandam duxerit in vxorē, & eam tempore longo tenuerit, & prolem ex ea ſuſceperit, nunc matrimonium ipſum accuſat, dicens ſe ei in quarto gradu conſanguinitatis eſſe. ad quod vtique conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quod ſi præfatus miles mulierem ipſam in facie eccleſię duxit, & longo tēpore tenuerit, non debet vox ſuæ accuſationis admitti, niſi aliæ perſonę idoneę apparerent, & merito ſuſpicione carentes, quæ matrimonium ipſum velint legitime, & poſſint accuſare, nec eædem perſonę admitti debēt, ſi per xx. vel xviij. annos inſimul ſine quæſtione manſiſſent. Non ponitur. Poſt cō. Lat. par. 6. c. 30.

Idem B. Exoñ. Epiſcopo. Cap. 3.

M 2 Peruenit

Non ponitur. parte 8. c.23. vbi ſupra.

PERVENIT ad audictiam noſtram, quod Hug. de Relegata, & M. vxor eius in tali ſunt linea conſanguinitatis coniuncti, quod nullo modo poſſunt inſimul legitime commorari. Vnde quoniam ad hoc magna eſt diſcretio adhibenda, f.t. per A.s.p̄.m. quaſi aliqui apparuerint, qui velint, & poſsint matrimoniũ ipſum legitime inpetere, vtraq. parte ante tuam præſentiã conuocata, quãto tempore cohabitauerũt, diligenter, ac ſtudioſe perquiras; & vtrũ tempore, quo coniuncti fuerunt, accuſatores ſiluerunt, & eos coniũgi debere cognouerũt, ſollicite inueſtiges. Quod ſi illos tempore coniunctionis hoc ſciuiſſe, & ſiluiſſe cõſtiterit, de cetero graue eſſet eos audire. tolerabilius eſt enim aliquos cõtra ſtatuta hominum copulatos relinquere, quã cõiunctos quoſlibet legitime cõtra ſtatuta Dñi ſeparare. Si vero matrimonium ipſum eſt recenter contractum, vel notitiam eius tẽpore contractus ad accuſatores perueniſſe non cõſtiterit, fama viciniæ, & perſonarum ſollicite perſcrutata, cauſam audias, & eam fine canonico ſtudeas terminare.

Idem L. Papieñ. electo. *pars c. ad audi. c. 4.*

Non ponitur. ſupra de teſtibus c. 8.

AD hæc quoniam conſuetudo eſt, vt dicitur, eccleſiæ Papieñ. vt ſi de propinquitate illorũ, qui ſunt matrimonio copulãdi, mẽtio aliqua fiat, presbyteri per eccleſias publice dicant, vt qui nouit aliquid, infra terminum, qui præfigitur, exeat, & dicat: tua duxit diſcretio requirendum, an illi debeant, qui poſterius ad accuſationem veniunt, vel teſtificationem admitti. Tuæ itaq. prudentiæ litteris præſentib. innoteſcat; quod ſi ſuſpicione careant, poſterius venientes ab accuſatione, vel teſtificatione repelli non debent. Ceterum ſi conmoniti a presbyteris tacent, & poſtmodũ accuſare, vel teſtificari voluerint, tamquã ſuſpecti merito repellentur.

DE DIVORTIIS. Tit. xx.

Ex concilio apud Vermerias. *Cap. 1.*

De diuor. c. 1.

SI qua mulier mortem mariti ſui cum alijs conſiliata eſt, & ipſe vir aliquem illorum ſe defendendo occiderit, & ſi probare poteſt ipſe vir eam ream eſſe conſilij, poteſt, vt nobis videtur, ipſam vxorẽ dimittere, & ſi voluerit, * aliam ducere. Ipſa autẽ inſidiatrix pœnitẽtiæ ſubiecta abſq. ſpe coniugij maneat.

* poſt mortẽ vxoris.

Greg. 9 c. 2. e.

Alexander iij. Archiepiſcopo. * *Cap. 2.*

QVAESIVIT a nobis tua fraternitas, vtrũ mulier pro latrocinio, aut quolibet alio crimine a viro ſuo debeat ſeparari, & alij nubere, & de viro ſimili modo quæſtionem propoſuiſti, & vtrum pro quolibet flagitio poſsit a coniuge diuidi, & aliam ſibi legitime matrimonio copulare. Nos itaq. taliter duximus reſpondendum, quod mulier pro furto, vel alio crimine viri ſui, niſi ipſe eam ad maleficia ſua trahere nitatur, & fidei ſuę religionem corrumpere velit, non debet ab ea ſeparari, nec alij aliqua ratione copulari. Verum ſi coniugem ſuam ad maleficiũ traxerit, mulier a viro recedere poterit, & ſeparari; ita quod ei alij nubere non licebit; quia licet ſeparentur, tamen ſemper coniuges erunt. in viris quoque præſentis ſententiæ forma ſeruetur.

Idem Ambiañ. Epo. *pars c. quod ſedem. c. 3.*

PORRO de Comite Pontini, qui filiã Berñ. de ſancto Valerico abſq. iudicio eccleſiæ dimiſit, propterea, quia eam cognatam fuiſſe defunctę vxoris proponit; hęc tua prudentia cognoſcat, quod ſi etiã parentela eſſet publica, & notoria; abſq. iudicio eccleſiæ ab ea nõ potuit ſeparari; quare ipſum ad eam recipiendam diſtricte conpellas, & ſi eam recipere noluerit, eum, & ſuperinductã, vinculo excommunicationis aſtringas. ſi qui autem apparuerint, qui matrimoniũ ipſum legitime velint, & poſsint inpetrare, cauſam audias, & eam fine debito decidas. Pręterea de Vgone de Calceio, qui filiam Alelini cognatam ſuã duxit vxorem, & hoc publicum eſt, & manifeſtum, nec apparet aliquis, qui matrimoniũ velit inpetere; id tibi reſpõdemus, quod non apparentibus accuſatoribus, & parentela manifeſta & publica exiſtente, quod credibile non eſt, niſi eſſent conſobrini, in primo, vel in ſecundo gradu, eccleſiaſticæ auctoritatis intereſt, matrimonia illa, grauitate adhibita diſſoluere, quæ illicite noſcuntur contracta. c. 3. e.

Idem. *Cap. 4.*

SIGNIFICASTI nobis, quod quidam miles in prouincia tua vxore ſua ſine iudicio eccleſiæ dimiſſa, pro eo quod ſuggeſtũ ſibi fuerat ipſam inceſtum cum quodam cõſanguineo ſuo commiſiſſe, vinculo propter hoc fuit excõmunicationis adſtrictus; verum mulier ipſa non continuit, ſed ſobolẽ de alio viro ſuſcepit, nec minus poſtulat ſuo viro reſtitui, aſſerens ſe ab ipſo iniuſte dimiſſam, & eundem virum adulterandi materiam ſibi dediſſe. Vnde quia nos conſulere voluiſti, vtrũ mulier ipſa debeat viro reſtitui, & vir ad eius receptionem conpelli, fraternitati tuæ præſentib. litteris reſpõdemus; quod ſi manifeſtũ eſt c. 4. e.

eſt mulierem ipſam adulterium cõmiſiſſe, ad eam recipiendam præfatus vir çogi nõ debet, niſi conſtaret ipſum cum alia adulterium commiſiſſe.

Vrbanus iij. Florentino Epiſcopo. pars c. Litteras ſuper. Cap. 5.

c. 6. ſ. DE illa vero, quæ viro labẽte in hęreſim ipſius conſortium declinauit, vtrum reuertente illo ad catholicã vnitatem, ad redintegrandum matrimonium ſit cogẽda; videtur nobis, quod ſi mulier ab eo, ea dumtaxat intentione diſceſsit, vt lapſus in hæreſim, tędio pariter, & cõfuſione affectus, ſe ab errore ſuo conuerteret, ei cum reuerſus fuerit, reddenda eſt; quæ etiam ſi reuerti noluerit, cõpellatur. Si vero iudicio eccleſiæ ab eo ſine ſpe matrimonij redintegrãdi receſsit, ad recipiendum eum nullatenus dicimus conpellendam.

Idem Epiſcopo Wigor. pars c. meminimus. c. 6.

Non ponitur. Poſt cõ. Lat. par. 14. c. 1. SI aliquis parochianorum tuorũ matrem, ſororem, vel filiam vxoris ſuæ carnaliter cognouerit, & hoc publice, & manifeſtum extiterit, eſt ab ea penitus ſeparandus, & vterq; illorum s. tam mœchus, quam mœcha debẽt ſine ſpe coniugij perpetuo permanere. Si autem id occultum fuerit, & ſecretum; pęnitentiam de commiſſo debet accipere, & vxori ſuæ infra tempus pęnitentiæ, vel extra debitum, ſi exegerit, ſoluere. Sane ſi aliquem vxoris ſuæ conſanguineam, quæ illam in tertio, vel alio deinceps gradu contingat, carnali cõmixtione cognouerit, nõ eſt propterea inter eos ſententia diuortij celebranda, ſed delinquenti, ſecundum qualitatem perſonæ, & criminis, eſt pęnitentia iniungenda.

DE DOTE POST DIVORTIVM reſtituenda. Tit. xxj.

Ex concilio habito apud Guarmatiam. Cap. 1.

De don. int. vir. & ux. c. 1. MVLIERES vero, cũ ſeparatę fuerint pro aliqua licita ratione a proprijs viris, totam præcipimus recipere dotem, quã a die nuptiali receperunt, & poſt expletum annũ accipiant alios viros, ſi voluerint; ſimiliter & vir vxorem.

Alexander iij. Cap. 2.

Non ponitur. Poſt cõ. Lat. par. 33. c. 2. EX conqueſtione M. mulieris nobis innotuit, quod N. quondã vir ſuus, a quo, ſicut dicitur, fuit iudicio eccleſiaſtico ſeparata, dotem ſuam ſibi reddere cõtradicit. Quia vero indecens eſt, & a iuris ordine alienum, vt prędicta mulier dotem ſuã amittat: f. t. p A. s. p. m. qua. ſi eadem mulier a prædicto viro fuit iudicio eccleſiaſtico ſeparata, ipſum moneas, & ſi neceſſe fuerit, ap. re. eccleſiaſtica diſtrictione conpellas, vt prædictæ mulieri dotem ſuam reſtituat, aut ſecundum cõſuetudinem terræ in præſentia tua iuſtitiæ plenitudinem exhibeat.

Vrbanus iij. Decano, Cantori, & Capicerio Lexovien.† Cap. 3.

SIGNIFICAVIT nobis Phu. mulier, quod Gui. Gaſtoñ, quem loco viri tenebat, diuortio inter eos ſollemniter celebrato, dotem ſuam illicite detinet, & reddere contradicit, poſſeſsiones etiam, quę ipſis, dum ſimul viuerent, cuiuſcumq; contractus titulo, communiter obuenerunt, eas ſolus, muliere prorſus excluſa, ſibi nititur vindicare. Ideo d. f. p A. s. m. q. ſi ita verum eſt, quod proponitur, & non eſt aliud, quod obſiſtat, prædictum Gui. ad reſtitutionem dotis, & ad diuiſionem eorum, quæ illum cõmuniter habuerunt, eccleſiaſtica diſtrictione conpellatis. †Lexõ. Greg. 9 c. 2. e.

DE SECVNDIS NVPTIIS. Tit. xxij.

Idem Vigilẽ. Epiſcopo. Cap. 1.

VIR autem, vel mulier ad bigamiam tranſiens non debet a presbytero benedici, quia cum alia vice benedicti ſunt, eorum benedictio iterari non debet. De ſecũ nup. c. 3

Idem Exoñ. Epiſcopo. pars c. in litteris. c. 2.

SVPER illa vero quæſtione, qua quęſitum eſt, an s. mulier poſsit ſine infamia nubere infra tempus luctus ſecundum leges diffinitum: ſolicitudini tuæ reſpondemus, quia cũ Apoſtolus dicat, mulier viro ſuo mortuo ſoluta eſt a lege viri, & in domino nubat, cui vult, per licẽtiam, & auctoritatem Apoſtoli, eius infamia aboletur. c. 4. e.

Lucius iij. vniuerſis Chriſtianis in captiuitate Saracenorum poſitis. Cap. 3.

DOMINVS, ac redemptor noſter &c. Sane ſuper matrimonijs, quę quidam ex vobis nondũ habita obeuntis coniugis certitudine contraxerunt, id vobis auctoritate Apoſtolica reſpondemus; vt nullus ex vobis a modo ad ſecundas nuptias migrare præſumat, donec ei firma certitudine conſtet, quod ab hac vita migrauerit coniux eius. Si vero aliquis, vel aliqua id hactenus non ſeruauit, & de morte prioris coniugis adhuc ſibi extimat dubitandum; ei, quæ ſibi nupſit, debitũ non deneget poſtulanti, quod a ſe tamen nouerit nullatenus exigendũ. Quod ſi poſt hæc de prioris coniugis vita conſtiterit, relictis adulterinis, illicitiſq. complexib. ad priorem ſine dubio coniugem reuertatur. c. 9. e.

M 3 LIBER

LIBER QVINTVS.

DE ACCVSATIONIBVS. TIT. I.

Felix Papa ij. Cap. 1.

De accu c. 1. SI legitimi non fuerint accuſatores, non fatigetur accuſatus.

Gregorius Anthemio ſubdiacono. Cap. 2.

De calū. c. 1. CVM fortius punienda ſint crimina, quæ inſontibus,& maxime ſacratis hominibus inferuntur, quam ſitis culpabiles omnes, qui in cauſa Ioannis diaconi reſediſtis;attende,vt Hilarium criminatorem ipſius nulla ex diffinitione veſtra pœna veniens caſtigaret.& infra. Quia ergo tantæ nequitiæ malum ſine digna non debet vltione tranſire;fratrem noſtrum Paſchaſium admonere volumus, vt eundem Hilarium prius ſubdiaconatus, quo indignus fungitur, priuet officio, atq. verberibus publice caſtigatum faciat in exilium deportari.

Paſchalis Papa. Cap. 3.

De accuſat. c. 5. NVLLI Epiſcoporum ab accuſatione ſua repellere liceat, quos antequam ab eis ſe inpetendos cognoſcerent, a ſua communi familiaritate neglexerint ſeparare.

Ex concilio Magoc. Cap. 4.

c. 6. e. DE ijs criminibus, de quibus abſolutus eſt accuſatus, non poteſt accuſatio replicari.

Gregorius Guidaſcalo Duci Campaniæ. Cap. 5.

c. 3. e. ILLA præpoſitorũ &c.& infra. Si vero aliquis eſt de prædicto monaſterio Abbatis, qui poſsit quid dicere, quod ad culpam, reatumq. eius pertinet,nos cum eis,quorum intereſt,cauſam diſtricte volumus perſcrutari, vt vel condemnetur,vel abſoluatur.

Idem Conſtantiæ Auguſtæ. Cap. 6.

c. 4. e. OMNIPOTENS Deus, &c. & infra. Valde graue eſt,vt vir, de quo tanta,& talia nuntiantur, cum ante requiri, & diſcuti debeat, honoretur.

Stephanus Papa. Cap. 7.

REPELLANTVR cohabitantes inimicis,quia infeſtationem blaſphemiæ, affectio amicitiæ incitare ſolet. c. 7. e.

Felix Papa Epiſcopis per Galliam conſtitutis. c. 8.

SI quis Epiſcopus ab illis accuſatoribus, qui recipiendi ſunt, fuerit accuſatus, poſtquã ipſe ab eis caritatiue conuentus fuerit, vt ipſam emendet cauſam, & eam corrigere noluerit,non olim,ſed nunc ad ſummos Primates cauſa eius canonice deferatur. c. 2. e.

Ex Brocardo Lib. xix. Cap. 9.

ACCVSASTI aliquem,& per tuam accuſationem occiſus eſt, niſi pro pace, xl. dies in pane, & aqua,quod carinam vocant, cum ſeptem ſequentibus annis pænitere debes:ſi autem per tuam delaturam debilitatus eſt,tres quadrageſimas ſuperpęnitere debes. c. 8. e.

Alexander iij. pars c. Licet præter ſoli. c. 10.

DE cetero laicos in accuſationem,vel teſtimoniũ contra clericum in criminali cauſa non aliquatenus admittendos,cenſura ſacrorum canonum manifeſtius edocet,niſi forte ſuam,vel ſuorum cauſam proſequantur,nec tunc etiam ad teſtimonium, ſed ad accuſationem poſsint admitti. Si clerici coram ſæculari iudice conuicti fuerint, vel confeſsi de crimine, nõ ſunt propter hoc ab Epiſcopo ſuo aliqua ſententia cõdemnandi. ſicut enim ſententia a iudice non ſuo lata non tenet, ita etiã confeſsio, ſi coram ipſo facta videtur, ſi vero coram Epiſcopo de criminibus in iure confeſsi fuerint, ſeu legitima probatione conuicti, dummodo ſint talia crimina, propter quę ſuſpendi debeant, vel deponi, non inmerito ſunt a ſuis ordinibus ſuſpendendi, & etiam ab altaris miniſterio perpetuo remouendi. Non ponitur.

Auguſtinus ſuper geneſim de morte Abel. Cap. 11.

EVIDENTIA perpetrati ſceleris, nõ indiget clamore accuſatoris. c. 9. e.

Alexander iij. Galetano electo. Cap. 12.

Cum

c. 10. e. & de purg. can. c. 7. CVM P. Manconella, & Bonus Cocci presbyteri, & Ioannes Bonus Cocci laicus in noſtra eſſent præſentia conſtituti, eundem I. quoniam laicus erat, in iam dicti P. accuſationem nequaquã admiſimus. Cũq. præfatus B. eundẽ P. ſuper crimine Simoniç conſtantius accuſaret, nos eum, quoniam ad teſtimoniũ illius cauſç fuit adductus, & quia frater eius I. ſcilicet iam dictum P. coram te accuſauerat, repulimus ab accuſatione; præſertim cum frater P. Bonum Cocci antea de cauſa conſimili accuſaret. Vnde quoniam vnus poſt alterum prædictum inſtanti viciſsitudine accuſabat, neutrum ad eius accuſationem admiſimus, ſed vtriſq. de obiectis criminib. purgationem duximus inducendam. Inde ſiquidem eſt, quod d. t. per A. s. p. m. qua. vtrumq. illorum ſe cum tribus ſacerdotibus facias intra xxx. dies poſt harum ſuſceptionem litterarum purgare. Purgatores vero illius honeſtatis, & opinionis eſſe volumus, quod veriſimile ſit eos nolle amore, vel odio, ſeu obtentu pecuniæ deierare. Vt autem idonei appareant, neceſſe eſt, vt eius, quã purgare debẽt, vitam, & conuerſationem agnoſcant. quod ſi vterq. illorũ vel alter in purgatione defecerint, tu deficientẽ omni officio & beneficio eccleſiaſtico priues, tibi modis omnib. prçcauẽs quod ſi qui memorato P. in ſua voluerint purgatione aſsiſtere, nullam eis maliuolentiã, vel indignationem oſtendas, nec eos aliquo modo impedias, vel ab alijs, quantum in te eſt, impediri permittas.

Idem Wigor. Epiſcopo. Cap. 13.

c. 11. e. EX parte tua nobis huiuſmodi quæſtio fuit propoſita; vtrum monachi in accuſatione Abbatum ſuorum ſint aliquatenus audiendi. ſuper quo vtiq. prudentiæ tuç reſpõdemus, quod niſi alia rationabilis cauſa præpediat, eo quod monachi de obediẽtia, & ſub iectione Abbatis eſſe noſcuntur; ab eius accuſatione non ſunt vllatenus repellẽdi, licet alios accuſare nõ poſsint, quibus ſi quidem, cum proprium non habeant, de rebus monaſterij expenſæ debẽt neceſſariç, donec cauſa debitum finem accipiat, miniſtrari.

DE SIMONIA, ET NE ALIQVID pro ſpirituali exigatur. Tit. ij.

Gregorius generali ſynodo reſidens. Cap. 1.

De ſim. c. 1. IN ordinando Epiſcopo Pontifex manum inponit, euãgelicam vero lectionem miniſter legit, cõfirmationis autem eius epiſtolam notarius ſcribit. Sicut autẽ nõ decet Epiſcopum manum, quam inponit, vendere; ita miniſter, vel notarius non debet in ordinatione eius vocem ſuam, vel calamũ venundare. pro ordinatione igitur, vel vſu pallij, ſeu chartis, atq. patellis † eum, qui ordinatur, aliquid omnino dare prohibemus. † al. baculis, al. paſtellis.

Ex concilio Magoc. Cap. 2.

c. 2. e. QVI aliũ presbyterũ in eccleſia legitime ordinatum, per pecuniam expulerit, eamq. ſibi taliter vindicauerit: omnimodis deponatur.

Deodatus Papa. Cap. 3.

c. 3. e. SI dominus, & magiſter omniũ, qui ſine peccato fuit, accuſandi licẽtiam vni dederit; quanto magis vnius aſſertione cõuincendus eſt, qui ſimoniæ labe dignoſcitur eſſe pollutus. non igitur & in tali negotio quilibet catholicus eſt reſpuẽdus, ſed vt veritatem aſſerat, ad pellendam ſimoniacam rabiem magnis precibus eſt exorandus.

Idem. Cap. 4.

c. 4. e. ACCVSATVM ſimoniacum neceſſe habuim⁹ ſummopere per ſcripta noſtra prohibere; ne miſſarum ſollemnia celebrare debuiſſet, donec, quid eſſet verius, potuiſſemus addiſcere. † *Idem.* Cap. 5. † al. ad diſcere.

c. 5. e. QVOTIENS contra eccleſiaſticam diſciplinam quid geſtum dicitur, ne nos ante Deum culpa ex diſsimulatione redarguat: irrequæſitum hoc relinquere non audemus. Peruenit itaq. ad nos, quod per ſimoniacam hæreſim ordinatus fueris, ſed & talia de te multa hic dicta ſunt, de quibus vnum, quod maximum fuit, propter quod neceſſe habuimus te per ſcripta noſtra prohibere; ne miſſarum ſollemnia celebrare debuiſſes, donec quid eſſet verius, diſceremus.

Lucius Papa. Cap. 6.

c. 6. e. SICVT enim ſimoniaca peſtis, ſui magnitudine alios morbos vincit, ita ſine dilatione mox vt eius ſigna per aliquam perſonam claruerint, de eccleſia Dei debet eliminari, atq. propelli. (Petrus enim primus paſtor eccleſiæ non alicuius hominis atteſtatione, ſed ſancti ſpirit⁹ inſpiratione Simonis * interiora recognoſcens, ſine aliqua audientia, terribili eum, & repentina * morte * multauit. † † om. iſta recte Greg. 9

Alexander iij. in concilio Turon. Cap. 7.

c. 8. e. NON ſatis inutiliter a populo redarguimur, ſi ab iis, qui in clero videntur cõſtituti, & præcipue qui nomen religioſorum profitentur, regula modis omnib. nõ ſeruatur. Prohibemus igitur, ne ab ipſis, qui ad religionem tranſire volunt, aliqua pecunia requiratur, nec prioratus, vel capellaniæ quælibet,

monachorum, aut clericorum annua diſtractione venundentur, nec ab eo, cui regimen ipſarum committitur, pro earum commiſsio ne vllum pretium exigatur. hoc autem ſimoniacum eſſe ſanctorum patrum auctoritas manifeſte declarat. Vnde quiſquis cõtra hoc decretum attemptare pręſumpſerit, tam ille, qui dedit, quam qui recepit, & qui conſentit, partem ſe cum Simone ne dubitet, habiturũ. Pro ſepultura quoque, & chriſmatis, & olei perceptione nulla cuiuſq. pretij exactio intendatur, nec ſub obtentu cuiuſquam conſuetudinis reatum ſuum quis tueatur, quia diuturnitas temporis nõ minuit peccata, ſed auget.

Ex concilio Lateran. *Cap. 8.*

c. 9. c. CVM in eccleſię corpore omnia debeãt ex caritate tractari, & quod gratis receptum eſt, gratis inpendi; horribile nimis eſt, quod in quibuſdam eccleſijs locum venalitas perhibetur habere; ita vt pro Epiſcopis, vel Abbatibus, ſeu quibuſcumque perſonis eccleſiaſticis ponendis in ſede, ſiue introducendis preſ byteris in eccleſiam, nec non pro ſepulturis, & exequijs mortuorum, & benedictionibus nubentium, ſeu alijs ſacramentis aliquid requiratur, & non poſsit ille, qui indiget, iſta percipere, niſi manum implere curauerit largitoris; putant autem plures ex hoc ſibi licere quia lege mortus † de longa inualuiſſe con ſuetudine arbitrantur; non ſatis, quia cupiditate cęcati ſunt, attendentes, quia tanto grauiora ſunt crimina, quãto diutius infelicem animam retinuerint alligatam. Ne igitur hoc de cetero fiat, vel pro perſonis eccleſiaſticis deducendis ad ſedem Apoſtolicam, vel ſacerdotibus inſtituẽdis, aut ſepeliendis mortuis, ſeu benedicendis nubentibus, ſeu alijs ſacramẽtis aliquid exigatur, diſtrictius inhibemus. ſi quis autem contra hoc venire pręſumpſerit, portionem cum Giezi ſe nouerit habiturum, cuius factum exactione turpis muneris imitatur.

† al. mortui

Alexander iij. Vigilen. Epiſcopo. *Cap. 9.*

c. 10. c. CVM ſit Romana eccleſia, cui licet inmeriti pręſidemus, mater eccleſiarũ omniũ, & magiſtra; cogimur ex debito ſuſcepti regiminis, prout nobis dominus miniſtrauerit, reſpondere conſultationibus ſingulorum, vt dubiæ quæſtiones Apoſtolicæ ſedis prouidentia penitus enodentur. Quæſiuiſti autem frater Epiſcope, tuę fraternitati reſcribi, vtrũ pro eccleſiarum conſecratione quidquam pręterprocurationem habere debeas. Et nos conſultatuæ taliter reſpondemus; quod nihil pro eccleſiarum conſecratione potes, vel debes præter procurationem exigere, ſed procurationem moderatam, cum Apoſtolus dicat, nemo cogitur ſuis ſtipendijs militare, ab eadem eccleſia exigere potes.

Idem Toletano Archiepiſcopo. *Cap. 10.*

DE hoc autem, quod Rex, & Principes ſui a Bernardo Exoñ. Epiſcopo pecuniam recepiſſe dicũtur, vt eius electioni pręſtarent aſſenſum; & quod idem Epiſcopus Archidiacono Exonen. beneficium certi redditus; & cuidam clerico ante electionem ſuam priora tum dicitur promiſiſſe, vt vterque illorum Archidiaconus videlicet, & clericus ei conſentirent. Hoc tuæ prudentiæ duximus reſpondendum. quod ſi manifeſtum eſt, eundem Archidiaconum, & clericum ob cauſam illam tam iniquam, & deteſtabilem promiſſam rem recepiſſe; & ſi exinde confeſsi fuerint in iure, vel legitime conuinci poterint, ab altaris miniſterio perpetuo ſunt deponendi. Si vero id manifeſtum eſt, nec tamen conuicti, vel confeſsi fuerint, & tamen publica laborant infamia, eis canonica purgatio debet indici, in qua ſi defecerint, tamquam actores tanti ſceleris ſunt puniendi. Regem autem, & principes ſuos ſollicite monere debes, & diligenter inducere, vt ſiqua receperint a præfato Epiſcopo, vt eius electioni præſtarent aſſenſum, eccleſiæ ſine diminutione reſtituant; cum ea ſine graui ſuę ſalutis periculo retinere non poſſunt. c. 11. c.

Alexander iij. Eborac. Archiepiſcopo. *Cap. 11.*

CVM eſſent in præſentia noſtra conſtituti R, clericus de Pontefracto, & nobilis vir W. quia moram diutius facere non poterat, in receſſu ſuo dil. filium noſtrum Milonem nuntium tuum pro ſe in cauſa illa ſufficientem reſponſalem conſtituit. Cumque cauſæ cognitionem d. f. noſtris M. presbytero tt. s. Luciæ, & Vi. s. Nicolai in carcere Tulliano diaconis Cardinalib. commiſiſſemus, ipſi vtramq. partem ante ſuam præſentiam conuocauerunt, & ab ore præfati R. intellexerunt, quod memoratus miles promiſerat ei pręſcriptam eccleſiam, ſi quoddam negotium eiuſdem militis poſſet in noſtra curia promouere. Vnde cum id nobis per c. 12. c.

eoſdem

eoſdẽ Cardinales innotuiſſet, nos intelligentes promiſsionem ipſam ſimoniacam prauitatem continere, eidem R. ſuper eadem eccleſia ſilentium impoſuimus. Ideoq. fraternitati tuæ p A. s. p̃. m. qua. memoratum militem occaſione prædictæ controuerſiæ a prænominato R. vel alijs ſuper præſcripta eccleſia grauari nulla ratione permittas.

Idem Caſtreñ. Epiſcopo. *Cap. 12.*

c. 13. e. INSINVATVM eſt aurib. noſtris, quod dum Epiſcopatus tibi commiſſus vacaret, in eccleſijs eius plurimi ſunt clerici cõſtituti, qui per ſimoniam dicuntur habere ingreſſum, & inde infamia reſpergi. Vnde quoniam indignũ eſt, vt in tali crimine, vel tam turpi ſuſpicione remaneãt; f. t. p A. s. p̃. m. qua. ſi qui fuerint in prædictis clericis, † quos publicum ſit, & notoriũ ſimoniace intraſſe, eos ab eccleſijs taliter acquiſitis ap. ceſ. amoueas. Illis autem, quorum crimen non eſt publicũ, & notorium, ſi publica infamia laborant, cũ quinta manu, vel ſexta ſui ordinis infra. xl. dies poſt harum ſuſceptionem litterarũ purgationem indicas, in qua ſi defecerint, beneficijs eccleſiarum ſibi commiſſarum perpetuo priues, prouiſurus attentius, vt tales perſonas ad eorũ purgationem recipias, de quibus veriſimile ſit, quod non debeãt aliquius optentu deierare.

† eccleſijs Greg. 9

Idem. *Cap. 13.*

c. 14. e. NEMO presbyterorum xenium vel emolumentum quodlibet temporale, immo detrimentum ſpirituale a quocunq. publice peccante, vel inceſtuoſo accipiat, vt Epiſcopo, vel miniſtris eius peccatũ illius celet, nec pro reſpectu cuiuſq. perſonæ, aut conſanguinitatis, vel familiaritatis, alienis communicãs peccatis, hoc Epiſcopo innoteſcere detractet, nec a quoquam pænitente, aut gratia, aut fauore, vel minus digne pænitentem ad recõciliationem adducat, & ei teſtimonium recõciliationis ferat, vel quocunque liuore digne pænitentem a reconciliatione remoueat, quia vtrumq. ſimoniacum eſt.

Idem venerabili fratri noſtro Vigoreñ. Epiſcopo, & dilecto filio de Pateia ? Priori. *Cap. 14.*

c. 15. e. QVERELAM monachorũ de Acra nobis trãſmiſſam accepimus, quod cum ipſi quoddam maneeium, † quod dicitur Vella cum pertinentijs ſuis, & eccleſiam de Ganonum a monachis de Cadonio ſub annuo cenſu xv. librarũ fuiſſent adempti, & inde chartam ab ipſis monachis habuiſſent: quidam Prior eorum capitulo inconſulto præſcriptũ maneriũ (Daeccha, * & chartã de Cadonio accepta pecunia reſignauit. Vnde quia præfati monachi de Acra ſe conquerũtur multũ grauatos, & nobis imminet corrigendum, ſi quid minus irrationabiliter attentatur, cauſam ipſam experientiæ veſtræ committimus, præſentium vobis auctoritate m. qua. partib. ante veſtram præſentiã conuocatis, quæ hinc inde propoſita fuerint, diligentius audiatis, & præſcriptam cauſam ſublato ap. re. concordia, vel iudicio terminetis, prouiſuri, quod ſicut emi non potuerit, ita etiam nec redimi. Si vero monachi de Cadonio legitime citati ad præſentiam veſtram accedere, & iudicio veſtro ſtare contempſerint, & vos prædictos monachos de Acra in poſſeſsionem eorum, de quibus controuerſia vertitur, contradictione & ap. ceſ. inducere minime differatis; nec ipſos exinde permittatis abſq. ordine iudiciario moleſtari. Si vero vterque veſtrum his exequendis intereſſe non poterit, alter ea nihilominus exequatur.

† manerium Greg. 9

Idem. *Cap. 15.*

EA, quæ de auaritiæ, & cupiditatis radice procedunt, & in ſpeciem ſimoniacæ prauitatis erunpunt, penitus extirpãda ſunt, & quæ de tribulis, & ſpinis procedunt, falce Apoſtolici moderaminis ſunt reſecanda. Audiuimus autem, quod nummos pro chriſmate ab eccleſijs auſu temerario extorquetis, quos diuerſis nominib. nunc cathedraticũ, aliquãdo paſchalem præſtationem, interdum Epiſcopalem conſuetudinem appellatis. Quia vero ſimoniacum eſſe cognoſcitur, & periculum generat animarum, p A. s. m. & m. p̃. qua. ab eccleſijs ſub prætextu alicuius conſuetudinis, vel prælationis præſcriptos denarios vlterius nullatenus exigatis; pro certo ſcituri, quod ſi hoc auſu temerario præſumpſeritis, periculum ordinis, & dignitatis veſtræ poteritis non immerito formidare. nihilominus etiam vobis præſentium auctoritate iniungimus, vt cum eccleſias ipſas viſitaueritis, ſecundum quod canones præcipiunt, viſitationis officium exerceatis, nec eccleſias viſitatione veſtra grauetis; vt eas magis intuitu informationis, & correctionis, quam affectu comeſationis videamini viſitare. Cum autem beati Petri denariorũ collectionem per Archidiaconatus veſtros feceritis, in collectione facienda c. 16. e. & c. 12. de cens.

facienda prædictas eccleſias, vel parochias grauare nullatenus præſumatis. aliter, ſiue magis, quam prædeceſſores noſtri ſanctæ recordationis Innocentius, Eugenius Romani Pontifices feciſſe noſcuntur. quod ſi temeritate qualibet id preſumpſeritis attemptare, id quod videmini habere, auferetur a vobis.

Deus dedit. *Cap. 16.*

c.6.c. TANTA eſt labes huius criminis, quod etiã ſerui aduerſus dominos, & quilibet criminoſi admittuntur ad accuſationem. Item omnis peccator miſſam cãtare poteſt præter ſimoniacum, quem etiam quilibet, vt ab ordine male accepto remoueatur, accuſare poteſt, vel etiam meretrix.

Alexander iij. Cantuarienſi Archiepiſcopo, & eius ſuffraganeis. *Cap. 17.*

Non ponitur. CVM clerici veſtræ iuriſdictionis, ſicut accepimus, decedentibus eccleſiarũ perſonis paciſcuntur, ipſis eccleſijs maiores ſolitis ſoluere penſiones, vt facilius eaſdem eccleſias poſsint adipiſci; nos quidem ad tam deteſtabile vitium extirpãdum, attentam volumus curam, & ſollicitudinem adhibere. Inde eſt, quod f.t.p A.s.p.m. qua. clericis omnibus veſtris, ne id attemptare præſumãt, publice ſub diſtricta pęnitentia prohibeatis, & ſi quidem contra prohibitionem veſtrã (ve.p.a. pos.✝ eos eccleſijs taliter adeptis, quam citius ſpolietis, & alias pro tantæ pręſumptionis exceſſu ſeueritate eccleſiaſtica puniatis. Ad hoc quia ſunt clerici quidam, qui cum religioſis viris colluſione facta citra auctoritatem dicti Epiſcopi eccleſias, quas tenent, eis cõſtituunt cenſuales, vt poſt deceſſum eorum eędem eccleſiæ per repreſentationem eorũdem religioſorum virorum ad filios, vel nepotes clericorum ipſorum poſſunt transferri; pręſentium auctoritate vobis præcipimus, vt ſi qui clericorum veſtrorum inuẽti fuerint facere talia, eos a præſcriptis eccleſijs ſub ap. re. non differatis, auctoritate Apoſtolica remouere, ne de fraude, vel dolo videatur cõmodũ reportare.

✝ venire præſumpſerint, appellatione poſtpoſita forte.

Lucius iij. Spaloton Archiepiſcopo. pars c. ſuper eo quod. *Cap. 18.*

c.12.c. DE ſimoniace vero ordinatis iuxta poſtulationem tuam certum tibi nõ poſſumus dare reſpõſum, niſi plenius noſceremus; qualiter fuerunt ordinati. cum quidam, licet ſecundum quandam ſpeciem, vtpote ignorantibus ordinatis, ſimoniace ordinentur; in ſuis tamen poſſunt ordinibus remanere, quia ſimoniaci non ſunt.

*Alexander iij. Breare * Ricardo.* *Cap. 19.*

EX diligenti tua relatione nobis innotuit, quod G. Cant. Archidiaconus te multis promiſsionibus illexit, & quorundam magiſtrorum virorum cõmonitione, ac ſollicitudine induxit, vt ei hominium faceres, & fidelitatẽ præſtares, ita quidem quod ipſe tibi beneficium eccleſiaſticum annis ſingulis exhibere deberet. Vnde quoniam huiuſmodi obligatio illicita ſatis, & contra ſalutis tuæ, nec non & ſuæ profectum exiſtit, ſicut tua diſcretio nequaquã ignorat, a nobis ſuper hoc abſolui inſtantius, & ſuppliciter poſtulaſti, adiciens, quod ab eo deinceps nil omnino beneficio conſtituto acciperes. Quo circa nos tuam in hac parte petitionem honeſtam, & fauorabilem attendentes, te a præfati Archiepiſcopi hominio, & fidelitate, præſertim cum hęc taliter pręſtita diuinis, & humanis legibus contraire noſcantur, ex beati Petri, & noſtra etiã auctoritate abſoluimus, ita quod ab aliquo Epiſcopo, ſiue ſacerdote diſcreto pænitentiã inde condignam recipias, & Deo ſecundum eius conſilium ſtudeas reconciliari. Verum ne aliqua propter hęc nota, vel infamia poſſis reſpergi, abſolutionis noſtræ litteras tibi duximus indulgendas, quibus contra latrantium morſus tutus, & pręmunitus exiſtas, & quaſi in teſtimonium indulgentiæ noſtræ valeas demonſtrare. c.17.c.

Idem Strigoñ. Epiſcopo. *Cap. 20.*

ETSI quęſtiones tuas de feruore religionis exurgere, & ex intimæ deuotionis affectu, quẽ circa nos, & eccleſiam habes, ad noſtram cognitionem perferre nullatenus ignoremus; non tamen eſt tibi in his vltra, quam oporteat, dubitandum: cum leges humanæ dicant; quod quidam tenui religione ſacramenta etiam neceſſaria, & legitima exhibere contemnunt, tenuem enim vocant religionem, qui in talibus hæſitãt, vbi nõ eſt aliqua tenuis hæſitãdum. Vnde pſalmiſta dicit: Trepidauerunt, vbi non erat timor. In hoc autẽ, quod dilectus f. noſter P. tituli s. Laurentij in Damaſo presbyter Cardinalis, tunc vero Sancti Euſtachij diaconus, & Apoſtolicę ſedis Legat⁹ pro electione tua, & vt palliũ tibi deferret, ad partes illas acceſsit, dilectus filius nr Alanus frater tu⁹, eius pręſciẽs neceſsitatẽ eidem c.18.c.

eidem Cardinali equum vnũ te penitus ignorante tranſmiſit, quoniam per mare veniens, nullas, aut paucas ſecum adduxerat equitaturas; te nullo modo timere oportet, cum in accipiendis, vel dandis muneribus tria ſunt maxime attendenda, perſonæ ſcilicet dantis, & recipientis, & muneris quantitas, qualitas perſonarum, & donationis tempus; vt a quo, & cui, videlicet an a paupere diuiti, vel e contrario, ſiue a diuite locupleti datum fuerit, ſollicite conſideremus, æſtimationem muneris, & donationis tempus attẽdimus, magni, vel minoris pretij res data exiſtat, & an inſtante neceſsitate, ſeu alio tempore conferatur, diligentius inſpiciamus, quibus ſiquidem ſtudio ſuis inquiſitis, in præſcripta quæſtione tua, nil reprehenſione dignum inuenimus, quod ſollicitudini tuæ in ſequentibus manifeſtius apparebit. Si enim prędictor. Cardinalis, & fratris tui perſonarum qualitatem certa conſideratione penſamus, non fuit magnum ab eodem fratre tuo Cardinali equum vnũ trãſmitti, quem etiam ioculatori non petenti vir tantus, & tam habũdans donaret. Verum, ſi temporis neceſsitatem perpendimus, nõ alia intentione hoc conſtat factum fuiſſe, quam vt Cardinali, in tali articulo ſubueniretur. Quare ſuper hoc in conſcientia tua nullius vnquam debet ſcrupulus dubitationis emergere. cum res data modici pretij, quantum ad perſonam dantis, vel accipientis extiterit, nec alteruter eorum aliquid in mente habuerit, quod tibi poſsit, vel debeat, quamlibet vel in modico læſionem inferre. & ſi ante electionis examinationem, & pallij receptionẽ, & te nolente, & penitus ignorante ſit factũ; equus neceſsitate inſtante tranſmiſſus fuerit, & collatus; nec etiam res tanti pretij reputetur, quæ accipientis animum multum mouere debeat, aut ab honeſtatis propoſito ad aliud declinare. Quod autem ſcriptum eſt; Beatus, qui excutit manus ſuas ab omni munere: de illis donis dictum eſt, quæ accipiẽtis animum allicere, vel interuertere ſolent. quoniam ſi ipſa etiam perſona electi ordinatori, vel conſecratori ſuo electuarium, medicinas, aut de optimo vino, ſiue de alijs huiuſmodi, quæ modici pretij fuerint, & quę voluntatẽ recipientis inclinare vel mouere non debeãt, offerat, non tamen eccleſia Romana accipientem, vel dantem in his delinquere, interpretari conſueuit. *Lucius iij.* *c. 21.*

c. 13. MATTHAEVS Cardinalis ſecreta nobis inſinuatione monſtrauit, quod cũ fuiſſes ad eccleſiæ tuæ regimen, de voluntate maioris partis fratrum electus, quia paucis contradicentibus non valebas debita pace gaudere, quidam amicus tuus de conſcientia tua, & voluntate perturbata, ei, qui magiſter diſcordię videbatur, certę quantitatis munus exſoluit; & ſic, quam prius ſuſtinebas, contradictio cõquieuit. nunc autẽ dubitas, quod non ſis a labe ſimonię prorſus immunis, donec in adminiſtratione volueris remanere. Quia igitur per iam dictum Cardinalem Apoſtolicæ ſedis conſilium quæſiuiſti; tibi ſignificatione præſentium mandamus, quod multum tibi conſulis, ſi adminiſtrationem prædictam celeriter, ac ſponte dimittis, illius verbi euangelici memor exiſtens: Nihil prodeſt homini, ſi vniuerſum mundum lucretur, animæ vero ſuæ detrimentum patiatur.

DE PRAELATIS, NE VICES ſuas, vel eccleſias alijs ſub annuo pretio concedant. Tit. iij.

Alex. iij. in conc. Lat. *pars c. cũ in officijs. c. 1.*

PRAETEREA, quoniam quidam in quibuſdam partibus ſub pretio ſtatuuntur, qui Decani vocantur, & pro certa pecuniæ quantitate Epiſcopalem iuriſdictionem exercent: præſenti decreto ſtatuimus, vt qui id de cetero præſumpſerit, officio ſuo priuetur, & Epiſcopus conferendi hoc officium poteſtatem amittat. Ne prel. c. 1.

Idem in concilio Turon. *Cap. 2.*

QVONIAM in quibuſdam partibus Decani quidã, vel Archipresbyteri ad agendas vices Epiſcoporũ, ſeu Archidiaconorũ, & terminandas cauſas eccleſiaſticas ſub annuo pretio ſtatuuntur, quod ad ſacerdotum grauamen, & ad ſubuerſionem iudiciorum non eſt dubium redundare; id vlterius fieri prohibemus. quod ſi quis de cetero fecerit, noſtra auctoritate remoueatur a clero, Epiſcopus autẽ, qui in ſua diœceſi hoc ſuſtinuerit, & eccleſiaſtica iudicia ſua patitur diſsimulatione peruerti, canonica diſtrictione percellatur. *Idẽ in Turon. conc. reſidens ait. c. 3.*

QVONIAM enormis quædam conſuetudo in quibuſdam locis contra ſanctorũ patrum inſtitutiones inualuit, vt ſub annuo pretio ſacerdotes ad eccleſiarũ regimen ſtatuãtur; ne id fiat, modis omnib. prohibemus; quia dũ ſacerdotiũ ſub huiuſmodi mercede venale diſponitur, ad æternæ retributionis pręmium conſideratio non habetur.

Idem Exon. Epiſcopo. *Cap. 4.*

Querelam

c.4.e. QVERELAM magiſtri W. recepimus, quod cum eccleſia de Fereleia a G. perſona eiuſdem eccleſiæ ad annuum cenſum per ſeptennium tenendam ſuſcepiſſet, ipſe ſibi, ante quam eam per ſpatium vnius anni tenuiſſet, auferre præſumpſit, quãquam idẽ G. præſtita fide firmauerit, quod vſq. ad cõſtitutum terminum nullam exinde moleſtiã, vel grauamen ei inferret. ideo tibi per A.s.p. m. qua. ſi tibi cõſtiterit ita eſſe, ap. re. diſtricte compellas, vt pręfatam eccleſiam pręfato V. reſtituat, & vſq. ad terminum conſtitutum inter eos, ſecũdum quod inter ſe côuenerũt, eandem permittat pacifice poſsidere.

DE MAGISTRIS, ET NE ALIquid exigatur pro licentia docendi. T. iiij.

Ex concilio Lateranẽ. *Cap. 1.*

de mag. c. 1. QVONIAM in eccleſia Dei, & in iis, quę ſpectant ad ſubſidiũ corporis, & in iis, quæ ad profectum proueniunt animarum, indigentibus ſicut pia mater prouidere tenetur, ne pauperibus, qui parentum opibus iuuari non poſſunt, legendi, & proficiẽdi oportunitas ſubtrahatur; per vnãquãq. cathedralem eccleſiam magiſtro, qui clericos eiuſdem eccleſiæ, & ſcholares pauperes gratis doceat, conpetens aliquod beneficiũ præbeatur, quo docentis neceſsitas ſubleuetur, & diſcentibus via pateat ad doctrinam. In aliis quoq. reſtituatur eccleſiis, ſeu monaſteriis, ſi retro actis temporibus aliquid in eis ex hoc fuerit deputatum. pro licentia vero docendi, nullus omnino prætium exigat, vel ſub optentu alicuius conſuetudinis, ab eis, qui docent, aliquid quęrat, nec docere quemquam, qui ſit idoneus, expetita licentia interdicat. qui vero contra hoc venire præſumpſerit, ab eccleſiaſtico fiat beneficio alienus. dignũ quippe eſſe videtur, vt in eccleſia Dei fructũ ſui laboris non habeat, qui cupiditate animi, dum vendit docendi licentiam, eccleſiaſticũ profectum nititur inpedire.

Alexander iij. Wintoñ. Epiſcopo pars e. Nuntios. *Cap. 2.*

c.6.e. PROHIBEAS attentius de cetero, ne in parochia tua pro licentia docendi ab aliquo aliquid exigatur, aut etiam promittatur. Si quid vero poſt prohibitionem tuam fuerit ſolutum, vel promiſſum, promiſſum remitti, ſolutũ facias ap. ces. reſtitui, ſciens quod ſcriptũ eſt, gratis accepiſtis, gratis date. Sane ſi aliquis occaſione hui' prohibitionis diſtulerit magiſtros in locis cõgruis inſtituere, liceat tibi de cõceſsione nſa omni cotradictione, & ap. poſtpoſita, ibidem viros prouidos, & diſcretos aliorum inſtructioni pręficere.

Idem. *Cap. 3.*

QVANTO Gallicana eccleſia maiorum perſonarum ſcientia, & honeſtate pręfulget, & eo cautius nititur curare, quæ cõfundere videantur eccleſiaſticam honeſtatẽ, tanto vehementiori dignos animaduerſione eos cenſemus, qui nomen magiſtri ſcholarũ, & dignitatem aſſumunt in eccleſiis veſtris, & ſine certo pretio eccleſiaſticis viris docendi alios licentiam nõ impediunt. Cũ autem hęc praua, & enormis conſuetudo, a cupiditatis radice proceſsit, & decorem admodum eccleſiaſticæ vnitatis confundat; prouidendum vobis eſt, & ſummopere ſatagendum, vt conſuetudo ipſa de eccleſiis veſtris extirpetur, cum vobis pręcipue, & ſpecialiter adſcribatur, ſi quid in eccleſiis eiſdem laude dignum inueniatur, vel reprehenſione notãdum. ſub anathematis ergo intei minatione curetis, ne qui dignitatem, ſi dignitas dici poteſt, fingentes pro pręſtanda licentia docendi alios, ab aliquo amodo exigere aliquid pręſumant; ſed eis diſtricte præcipiatis; vt quicumq. viri idonei, & litterati volunt regere ſtudia litterarum, eos ſine moleſtia, & exactione qualicumq. ſcholas regere patiantur: ſi vero noſtræ prohibitionis, vel præcepti extiterint tranſgreſſores, eos noſtra auctoritate, & veſtra officiis, & dignitatibus ſpolietis. Porro ſi iuxta mandatum noſtrorum corrigere neglexeritis, negligentiam veſtram grauem habebimus, & moleſtam; & ad eam corrigendam manum extendere conpellemur; ita quod ſi velint, in huiuſmodi rapacitatis propoſito perſiſtere, non valebunt. c.3.e.

DE IVDAEIS, ET SARRACENIS, & eorum ſeruis. Tit. v.

Ex concilio Maticen. *Cap. 1.*

PRAESENTI cõcilio Deo auctore ſancimus; vt nullum Chriſtianum mancipium Iudęo deinceps ſeruiat, ſed datis proquolibet bono mancipio xij. ſolidis, ipſum mancipiũ quicumque Chriſtianorum, ſeu ad ingenuitatem, ſeu ad ſeruitium licentiam habeat redimendi, & ſi Chriſtianus fieri deſiderat, & non permittitur, ſimiliter faciat, quia nefas eſt, quẽ Chriſtus dominus redemit, blaſphemum Chriſti in vinculis tenere. De Iud. c. 1.

Ex geſtis Romanor. Pontificum. *Cap. 2.*

TEMPORE Zachariæ natione Græci contigit Non ponitur.

contigit plures Venetorũ,hanc Romam in
vrbem aduenisſe negotiatores, & mercimo-
nij nundinas propagantes,multitudinẽ mã-
cipiorũ virilis.ſ.& feminei generis emere viſi
ſunt, quos in Africam ad paganam gentem
nitebantur deducere;quo cognito idem ſan-
ctiſsimus pater fieri prohibuit, hoc iudicans,
quod iuſtum non eſſet,vt Chriſti abluti ba-
ptiſmo,paganis gentibus deſeruirent,datoq.
eiſdem Venetis pretio,quod in eorum em-
ptionibus dediſſe probati ſunt,cunctos a iu-
go ſeruitutis redemit,atq.more liberorum de
gendos abſoluit.

c. 2.e. *Gregorius Venantio Epiſcopo Lunenſi.* Cap.3.

MVLTORVM ad nos &c. & infra.
Nulli Iudęo liceat Chriſtianum mancipium
in ſuo retinere dominio; ſed ſi qui apud eos
inueniuntur,libertas eis ſeruetur. ij vero qui
in poſſeſsionib. eorum ſunt, licet ipſi legum
diſtrictione ſint liberi, quia colendis terris
eorũ diutius adhæſerunt, vt pote condicione
loci debẽtes ad colenda remaneãt rura, quas
† *prædi* conſueuerant penſiones (prędicti iuris † pre-
ctis vi- beant;cuncta,quæ de colonis,vel originarijs
ris iura pręcipiunt, peragant,nihil eis extra hoc
Greg.9 oneris indicetur. quod ſi quiſquam de his,
vel ad alium migrare locum,vel in obſequiũ
ſuum retinere voluerit, ipſe ſibi reputet, qui
ius colonariũ temeritate ſua amiſit, ius vero
dominij ſibi iuris ſeueritate damnauit.

Idem Ianuario Epiſcopo. Cap. 4.

c. 3.e. IVDAEI de ciuitate &c. & infra. Per
hoc,quod vos ijs, quæ praue in veſtra etiam
ciuitate acta ſunt, non miſcuiſtis, diſplicere
vobis,quod factum eſt demonſtratis.& infra.
Sicut legalis diffinitio Iudęos nouas non pa-
titur erigere ſynagogas,ita eos ſine inquietu-
dine veteres habere permittit.

Ex concilio Lateraň. Cap. 5.

c.5.e. IVDAEI ſiue Sarraceni neq.ſub alen
& te dorum ſuorum puerorum obtentu,neq.pro
ie tit. ſeruitio, vel alia qualibet cauſa Chriſtiana
c.1. mancipia in domib.ſuis permittãtur habere.
excommunicetur autem,qui cũ eis præſum-
pſerit habitare.teſtimonium quoq.Chriſtia-
norum aduerſus Iudæos in cõmunib. cauſis
cum illi aduerſus Chriſtianos teſtib.ſuis vtan
tur,recipiendũ eſſe cenſemus,& anathemate
decernimus feriendos,quicũq. Iudæos Chri-
ſtianis voluerint in hac parte pręferre, cum
eos Chriſtianis ſubiacere oporteat, & ab eis
pro ſola humanitate foueri. Si qui pręterea
Deo inſpirante ad fidem ſe cõuerterint Chri
ſtianam, a poſſeſsionibus ſuis nullatenus ex-
cludantur,cũ meliores condicionis conuerſos
ad fidem eſſe oporteat, quam ante quã fidẽ
ſuſciperẽt,habebãtur. Si autẽ ſecus fuerit fa-
ctum,principib.ſeu poteſtatib. eorundem lo
corum, ſub pœna excõmunicationis iniun-
gimus, vt portionem hereditatis, & bonorũ
ſuorum ex integro eis faciant exhiberi.

Ex eodem. Cap. 6.

ITA quorundã animos occupauit ſæua c.6.e.
cupiditas,vt qui gloriatur nomine Chriſtia-
no,Sarracenis arma,ferrum,& lignamina de
ferant galearum,& pares,aut etiam ſuperio-
res in malitia fiant illis, dum ad impugnãdos
Chriſtianos arma eis, & neceſſaria ſubmini-
ſtrant.ſunt etiã,qui pro ſua cupiditate in ga-
leis,& piratis Sarracenorum nauib.regimen,
& curã gubernationis exerceant. tales igitur
ab eccleſię cõmunione pręciſos,& excõmu-
nicationi pro ſua iniquitate ſubiectos,& rerũ
ſuarũ per principes catholicos,& cõſules ci-
uitatũ priuatione mulctari, & capientiũ ſer-
uos,ſi capti fuerint,fore cẽſemus:pręcipimus
autẽ, vt per eccleſias maritimarũ vrbiũ cre-
bra,& ſollẽnis in eis excõmunicatio profera
tur.

Alexander iij. Cap. 7.

QVIA ſuper ijs,vnde nos in litteris tuis c.4.e.
de Iudęis ſcripſiſti,certũ canonem nõ habe-
mus;ſ. t.ſignificatione pręſentiũ intimamus,
quod clero tuo in vnũ pariter conuocato, ge
neraliter tã noſtra, quã tua auctoritate indi-
cas,vt Iudęi oſtia, vel feneſtras in die paraſce
ues apertas nõ habeãt, ſed eas per totũ diem
claudãt.Mancipia quoq.Chriſtiana nulla cũ
eis habitare permittas, ſed generaliter cũctis
edicas, ne aliquis Chriſtianorũ in eorũ ſerui-
tio audeat cõmorari,ne forte ex ipſorũ cõuer
ſatione ad Iudaiſmi perfidiam cõuertantur.

DE HAERETICIS. Tit. vj.

Stephanus omnibus Epiſcopis. Cap. 1.

DVBIVS in fide infidelis eſt,nec De hæ
eis omnino credendũ eſt,qui fidẽ re. c.1.
veritatis ignorant.

Leo Papa Epiſcopo Toribio Aruſti
cenſi. † Cap. 2. † *Aſtu*
QVI alios ab errore non reuocat,ſeipſum *rie. n.*
errare demõſtrat. *Auguſtinus de fide.c.3.* *forte.*
FIRMISSIME tene,& nullatenus dubi- c.2.e.
tes omnẽ hęreticũ,vel ſchiſmaticũ, quamuis c.3.e.
multas eleemoſynas faciat, vel etiã pro Chri
ſto ſanguinẽ fundat,cũ diabolo,& angelis eius
ęterni ignis incẽdio participãdũ, niſi ante fi-
nẽ huius vitę catholicę fuit incorporatus,&
redintegratus eccleſię. & poſt pauca. Omnĩ
enim homini,qui eccleſię catholicę nõ tenet
vnitatẽ,nec baptiſmus,neq. eleemoſyna quã
tumlibet copioſa,neq.mors pro nomine ſu-
ſcepta Chriſti proficere poterit ad ſalutem.

Gregorius Anaſtaſio Antiocheno. Cap. 4.

N Frater-

c.4.c. FRATERNITATI tuæ &c. & infra. Illa enim ſynodus, quæ ſub imagine primæ Epheſinę facta eſt, quædā in ſe allata capitula dicit approbata, quę ſunt Cęleſtini, atq. Pelagij prædicamenta. & cum Cæleſtinus, & Pelagius in ea ſynodo ſint damnati, quomodo poterāt illa capitula recipi, quorū damnabantur auctores?

Alexander iij. Remeñ. Archiepiſc. Cap. 5.

c.7.c. C V M Chriſtus perfectus Deus, perfectus ſit homo: mirum eſt, qua temeritate quiſquam audeat dicere; quod Chriſtus non ſit aliquid, ſecūdum quod homo; ne autem tanta poſsit in eccleſia Dei ſuboriri abuſio, & error induci: mandamus p A.s.qua. conuocatis magiſtris ſcholarium Pariſius, & Remis, nec non & aliarum ciuitatum circumpoſitarum, auctoritate noſtra ſub anathemate interdicatis; ne quis de cetero audeat dicere, Chriſtum non eſſe aliquid, ſecundum quod homo: quia ſicut Chriſtus eſt verus Deus, ita verus homo ex anima rationali, & h. car. † ſubſiſtens.

† humana carne

Ex concilio Lateraň. Cap. 6.

Greg. 9 c. 8. c. SICVT ait beatus Leo: licet eccleſiaſtica diſciplina ſacerdotali contenta iudicio cruentas effugiat vltiones, catholicorum tamen Principum cōſtitutionibus adiuuatur, vt ſæpe quęrāt homines ſalutare remedium, dum corporale ſuper ſe metuunt ſupplicium euenire. Ea propter, quia in Vaſconia, Albeſeſio, & partib. Toloſanis, & alijs locis hęreticorū, quos alij catharos, alij publicanos, alij Paterinos, alij alijs nominib. vocāt, inualuit dānanda peruerſitas, ita vt iā nō in occulto, ſicut alibi, nequitiā ſuā exerceant, ſed errorē ſuū publice manifeſtant, & ad cōſenſum ſuū ſimplices attrahant, & infirmos. Eos, & defenſores, & receptores eorum anathemati decernimus ſubiacere, & ſub anathemate prohibemus, ne quis in domo, vel terra ſua tenere, vel fouere, aut negotiationem cū eis exercere præſumat. Si autem in hoc peccato deceſſerint, neq. ſub priuilegiorum noſtrorum quibuſcumq. indultorū obtētu, neq. ſub alia quacumq. occaſione oblatio pro eis fiat, aut inter Chriſtianos accipiant ſepulturam.

Idem. Cap. 7.

Non ponitur. DE Brabanzonibus etiam, & Aragonenſibus, Nauarris, Vaſculis, & Cotarellis, qui tantā in Chriſtianos exercent inmanitatem, vt non eccleſijs, non monaſterijs deferant, non viduis, & pupillis, non pueris, aut ſenib. nec cuilibet parcant ætati, aut ſexui, ſed more † paganorum omnia perdunt, & vaſtant. Similiter conſtituimus, vt ipſi, qui eos tenuerint, vel conduxerint, vel fouerint per regiones, in quibus taliter debachantur, in dominicis, & alijs diebus ſollemnibus per eccleſias excōmunicati publice nuntientur, & eadem omnino ſententia, & pœna cum prędictis hęreticis habeantur aſtricti, nec ad communionem recipiantur eccleſiæ, niſi ſocietate illa peſtifera, & hæreſi abiuratis. Relaxatos autē ſe nouerint a debito fidelitatis, & hominij, ac totius obſequij, donec in tanta iniquitate permanſerint, quicumq. illis aliquo pacto tenentur adnexi. Principibus autem, cunctiſq. fidelibus in remiſsionem iniungimus peccatorum, quod tantis cladibus viriliter ſe opponant, & contra eos armis tueantur populum Chriſtianum. Cōfiſcentur quoq. bona eorū, & liberum ſit principibus huiuſmodi peſtilentes homines ſubicere ſeruituti. Qui autem in vera pænitentia ibi deceſſerint, & peccatorum indulgentiam, & fructum mercedis æternę non dubitent ſe habituros. nos etiam de miſericordia Dei, & beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli auctoritate confiſi, fidelibus Chriſtianis, qui contra eos arma ſuſceperint, & ad Epiſcoporum, ſiue aliorum prælatorum conſilium, ad eos certauerint expugnandos, biennium de iniuncta pænitentia relaxamus, aut ſi longiorem moram ibi habuerint, Epiſcoporum diſcretioni, quib. huius rei cura fuerit iniuncta, committimus, vt ad eorum arbitrium ſecundum modum laboris, maior eis indulgentia tribuatur. Illos autem, qui admonitioni Epiſcoporum in huiuſmodi parere cōtempſerint, a perceptione corporis, & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti fieri alienos. Interim autem eos, qui ardore fidei ad expugnandum eos laborem iſtum aſſumpſerint, ſicut eos, qui ſepulchrū domini viſitant, ſub eccleſiæ defenſione recipimus, & ab vniuerſis inquietationib. tam in rebus, quam in perſonis ſtatuimus manere ſecuros. Si vero quiſquam interim eos moleſtare præſumpſerit, per Epiſcopum loci excōmunicationis ſententia feriatur, & tamdiu ſententia ab omnib. ſeruetur, donec & ablata reddantur, & de illatis dānis congrue ſatisfiant. Epiſcopi vero, ſiue presbyteri, qui talib. forte non reſtiterint, officij ſui priuatione multentur, donec miſericordiam ſedis Apoſtolicæ optineant.

† more forte.

Ex concilio Africano. Cap. 8.

c.5.c. SI quis Epiſcopus hęredes extraneos a cōſanguinitate

ſanguinitate ſua, vel hęreticos, & conſanguineos, aut paganos pertulerit, ſaltem poſt mortem anathema ei dicatur, atq. eius nomen inter Dei ſacerdotes nullo modo recitetur.

Ex eodem. *Cap. 9.*

c.6.e. IN eos, qui catholici Chriſtiani non ſunt, etiam ſi conſanguinei ſunt, per donationem rerum ſuarum Epiſcopi, vel clerici nihil conferant. Denique hoc, quod de presbyteris, & Epiſcopis diſputatum eſt, de reliquis quoque clericis exaudiendum eſt.

Alexander iij. *Cap. 10.*

Non ponitur. IN partibus Toloſæ damnoſa hęreſis dudum emerſit, quæ more cancri paulatim ſe ad vicina loca transfundens, per Guaſconiā, & alias prouincias, quamplurimos iam infecit, quæ dum in modum ſerpentis infra ſuas reuolutiones abſcōditur, quanto ſerpit occultius, tanto grauius dominicā vineam in ſimplicibus demolitur. Vnde contra eam Epiſcopos, & omnes domini ſacerdotes vigilare pręcipimus, & ſub interminatione anathematis prohibere, ne vbi cogniti fuerint illius hæreſis ſectatores, receptaculum eis quiſquā in ſua terra prębere, aut præſidium impertiri pręſumat, ſed nec in uēditione, aut emptione aliqua cum eis communio habeatur, vt ſolatio ſaltem humanitatis amiſſo ab errore viæ ſuæ reſipiſcere conpellantur. Quiſquis autē contra hæc venire temptauerit, tanquam particeps iniquitatis eorum anathemate feriatur. Illi vero ſi deprehēſi fuerint, per catholicos principes cuſtodiæ mancipati omnium bonorum amiſsione multentur. & quoniam de diuerſis partibus in vnum latibulum crebro conueniunt, & præter conſenſum erroris nullam cohabitandi cauſam habentes, in vno domicilio commorantur: talia conuenticula, & inueſtigentur attentius, & ſi inuenta fuerint, canonica ſeueritate vetentur.

Lucius iij. *Cap. 11.*

a.9.e. AD abolendam diuerſarū hæreſum prauitatem, quę in pleriſq. mundi partibus modernis cœpit temporibus pullulare, vigor debet eccleſiaſticus excitari, cui nimirum imperialis fortitudinis ſuffragante potentia, & hęreticorum proteruitas in ipſis falſitatis ſuæ conatibus elidatur, & catholica ſimplicitas veritatis in eccleſia ſancta reſplendens, eam vbique demonſtret ab omni execratione falſorum dogmatū expiatam. Ideoq. nos kariſſimi filij noſtri Federici Illuſtris Romanorū Imperatoris ſemper Auguſti præſentia pariter, & vigore ſuffulti, de cōmuni conſilio fratrum noſtrorum, nec non aliorum Patriarcharum, Archiepiſcoporum, multorumque principum, qui de diuerſis partibus imperij conuenerunt, contra ipſos hæreticos, quibus diuerſa capitula diuerſarum indidit profeſsio falſitatum, præſentis decreti generali ſanctione cōſurgimus, & omnem hęreſim quocūq. nomine cenſeatur, per huius conſtitutionis ſeriem, auctoritate Apoſtolica condēnamus. Inprimis Catharos, & Paterinos, & eos, qui ſe humiliatos, vel pauperes de Lugduno falſo nomine mentiuntur, Paſſaginos, & Ioſepinos, Arnaldiſtas perpetuo decernimus anathemati ſubiacere. Et quoniam nonnulli ſub ſpecie pietatis, virtutem eius, iuxta quod vt ait Apoſtolus, denegantes, auctoritatem ſibi vindicant prędicandi, cum idem Apoſtolus dicat, quomodo prędicabunt, niſi mittātur; omnes, qui vel prohibiti, vel non miſſi pręter auctoritatem ab Apoſtolica ſede, vel ab Epiſcopo loci ſuſceptā publice, vel priuate prędicare pręſumpſerint, & vniuerſos, qui de ſacramento corporis, & ſanguinis domini noſtri Ieſu Chriſti, vel de baptiſmate, ſeu peccatorum remiſsione, aut de matrimonio, vel reliquis eccleſiaſticis ſacramentis aliter ſentire, aut docere non metuunt, quam ſacroſancta Romana eccleſia prędicat, & obſeruat. & generaliter quoſcumque eadem Romana eccleſia, vel ſinguli Epiſcopi per diœceſes ſuas cū conſilio clericorū, vel clerici Epiſcopi ſede vacante cū conſilio, ſi oportuerit, viciniorū Epiſcoporū, hęreticos iudicauerint, pari vinculo perpetui anathematis innodamus. Receptores, & defenſores eorum, cūctoſq. pariter, qui prædictis hęreticis ad fouēdam in eis hęreſis prauitatem patrociniū præſtiterint aliquod, vel fauorem, ſiue conſolati, ſiue credētes, ſiue perfecti, ſeu quibuſcūq. ſuperſtitioſis nominib. nuncupentur, ſimili decernimus ſubiacere ſententię. Quia vero peccatis exigentib. quandoq. contingit, vt eccleſiaſticæ ſeueritas diſciplinæ ab ijs, qui virtutem eius non intelligunt, cōdēnatur, præſenti nihilominus ordinatione ſanctim⁹, vt qui manifeſte fuerint in ſupradictis errorib. deprehēſi, ſi cleric⁹ eſt, vel cuiuſlibet religionis obūbratione fucat⁹, & totius eccleſiaſtici ordinis pręrogatiua nudetur, & ſic omni pariter officio, & beneficio eccleſiaſtico ſpoliatus, ſæcularis relinquatur arbitrio poteſtatis, animaduerſione debita puniendus, niſi cōtinuo poſt deprehenſionē erroris ad fidei catholicę vnitatē ſpōte recurrere, & errorem ſuum ad arbitrium Epiſcopi

regionis publice conſenſerit abiurare, & ſatiſfactionem congruam exhibere. Laicus autem, quem aliqua prędictarum peſtium notoria, vel priuata culpa reſperſerit, niſi prout dictum eſt, abiurata hæreſi, & ſatiſfactione exhibita, confeſtim ad fidem confugerit orthodoxā, ſæcularis iudicis arbitrio relinquatur, debitā recepturus pro qualitate facinoris vltionē. Qui vero inuēti fuerint ſola eccleſię ſuſpicione notabiles, niſi ad arbitrium Epiſcopi iuxta conſiderationem ſuſpicionis qualitatemq. perſonæ, propriam innocētiam cōgrua purgatione mōſtrauerint, ſimili ſententiæ ſubiacebunt. Illos autem, qui poſt abiurationem erroris, vel poſtquā ſe, vt diximus, proprij antiſtitis examinatione purgauerint, deprehenſi fuerint in abiuratam hæreſim recidiſſe, ſæculari iudicio ſine vlla penitus audientia decernimus relinquēdos, bonis damnatorum clericorum eccleſijs, quibus deſeruiebant, ſecundum ſanctiones legitimas applicandis. Sane prædictam excommunicationis ſententiam, cui omnes pręcipimus hęreticos ſubiacere, ab omnib. Patriarchis, Archiepiſcopis, in pręcipuis feſtiuitatibus, & quotiens ſollemnitates habuerint, vel quamlibet occaſionem ad gloriam Dei, & reprehenſionem hæreticæ prauitatis decernimus innouari, auctoritate Apoſtolica ſtatuentes, vt ſi quis de ordine Epiſcoporum negligēs in his fuerit, vel deſidioſus inuentus, per triennale ſpatium ab Epiſcopali habeatur dignitate, & adminiſtratione ſuſpenſus. Ad hæc de Epiſcopali conſilio, & ſuggeſtione culminis imperialis, & Principum eius adiecimus; vt quilibet Archiepiſcopus, Epiſcopus per ſe, vel Archidiaconū ſuum, aut per alias honeſtas, idoneaſq. perſonas, bis, vel ſemel in anno propriam parochiam, in qua fama fuerit hæreticos habitare, circumeat, & ibi tres, vel plures boni teſtimonij viros, vel etiam ſi expedire videbitur, totam viciniam iurare conpellat; quod ſi quis ibidem hęreticos ſciuerit, vel aliquos occulta conuenticula celebrantes, ſeu a communi cōuerſatione fidelium vita, & moribus diſſidentes, eos Epiſcopo, vel Archidiacono ſtudeat indicare. Epiſcopus autem, ſeu Archidiaconus ad præſentiam ſuam conuocet accuſatos, qui niſi ſe ad eorum arbitrium iuxta patrię cōſuetudinem ab obiecto reatu purgauerint, vel ſi poſt purgationem exhibitam in priſtinam fuerint relapſi perfidiam, Epiſcoporum iudicio puniantur. Si qui vero ex eis iurationem ſuperſtitioni damnabili reſpuentes, iurare forte noluerint; ex hoc ipſo hæretici iudicentur; & pœnis, quæ prænominatæ ſunt, percellantur. ſtatuimus inſuper, vt Comites, Barones, rectores, cōſules ciuitatum, & aliorum locorum, iuxta conmonitionem Archiepiſcoporum, & Epiſcoporū pręſtito corporaliter iuramēto promittāt, quod in omnibus prædictis, fortiter, & efficaciter, cum ab eis fuerint exinde requiſiti, eccleſiam contra hæreticos, & eorum complices adiuuabunt, & ſtudebūt bona fide iuxta officiū, & poſſe ſuum eccleſiaſtica ſimil. † & imperalia ſtatuta, circa ea, quæ diximus, executioni mandare. Si vero id obſeruare noluerint, honore, quem optinent, ſpolientur, & ad alios nullatenus aſſumātur. nihilominus excōmunicatione ligādi, & terrę ipſorū interdicti ſententię ſupponantur. Ciuitas autē quæ his decretalibus inſtitutis duxerit reſiſtendum, vel contra conmonitionem Epiſcopi punire neglexerit reſiſtentes, aliarum careat cōmertio ciuitatum, & Epiſcopali ſe nouerit dignitate priuandam. Omnes etiam fautores hæreticorum tamquam perpetua infamia condemnatos ab aduocatione, & teſtimonio, & alijs publicis officijs decernimus repellendos. ſi qui vero fuerint, qui a lege diœceſanę iuriſdictionis exempti, ſoli ſubiaceant ſedis Apoſtolicę poteſtati, nihilominus in ijs, quæ ſuperius ſunt contra hæreticos inſtituta, Archiepōrū, vel Epōrū iudiciū ſubeāt, & eis in hac parte, tamquam a ſede Apoſtolica delegatis, nō obſtantib. libertatis ſuæ priuilegijs obſequātur.

† ſimul ſorte. vel ſimiliter.

DE SCHISMATICIS, ET ORDINATIS ab eis, & alienationib. factis. Tit. vij.

Ex geſtis Rom. Pontificum. *Cap. I.*

Non ponitur.

TEMPORE Stephani Papæ natione Siculi, dux Nepeſinus fratrem ſuum Conſtantinum in Lateranis eligi fecit, cui omnes pæne iurauerunt, deinde a Gregorio Pręneſtino, & Euſtaſio Albanenſi, & Itonato † Portuenſi conſecratur. hic Sergium Rauennæ Archiepiſcopum, & Stephanū Neapol. Epiſcopū ex laicis cōſecrauit; ſed poſtea captus, & Romam ductus exoculatur, & in ſynodum ſub Stephano collectā adducitur. Canonib. ergo prolatis ſentētia promitur, Epiſcopos, presbyteros, diacones a Cōſtantino cōſecratos in primos ſuos gradus reuerti, & inde decreto electionis facto a Stephano cōſecrati, nūquā maiori gradu prouehēdi, ſed in eis, quib. fuerant a Cōſtantino ordinati maneant. Laicos autem, quos ad ordines prouexit, monachos fieri, & ſic manere, omnia ab eo facta retractari, pręter baptiſma, & chriſma.

† ſorte a donato

Ex conc.

Ex concilio Lateran. *Cap. 2.*

De ſchiſm. c. 1. QVOD a prædeceſſore noſtro felicis memoriæ Papa Innocentio factum eſt, innouantes, ordinationes ab Octauiano Guidone hæreſiarchis, nec non & Ioanne Strumenſi, qui eos ſecutus eſt, factas, & ab ordinatis ab eis, irritas eſſe cenſemus, adiciẽs etiam, vt qui dignitates eccleſiaſticas, ſeu beneficia per prędictos ſchiſmaticos acceperint, careant impetratis. Alienatiões quoq. ſiue inuaſiones, quę per eoſdem ſchiſmaticos, ſiue quæ per laicos factę ſunt de rebus eccleſiaſticis, omni careãt firmitate, & ad eccleſiã ſine omni onere eius reuertantur. Si quis autem contraire pręſumpſerit, excommunicationi ſe nouerit ſubiacere. Illos autẽ, qui ſponte iuramentum de tenẽdo ſchiſmate pręſtiterunt, a ſacris ordinib. & dignitatib. decernimus manere ſuſpenſos.

DE APOSTATIS, ET REITErantibus baptiſma. Tit. viij.

Ex concilio Triburienſi. *Cap. 1.*

Non ponitur. CLERICVS ſi tonſura dimiſſa vxorem acceperit, qui quidem ſit ſine gradu, neque ad monaſterium aliquod a parentibus traditus, vxorem habere permittatur, & iterũ tondeatur, nec in vita ſua tonſuram dimittere audeat.

Alexander iij. *pars c. preſbyterum. Cap. 2.*

De apoſtat. c. 1. PRAETEREA clerici, qui relicto ordine, & habitu ſuo in apoſtaſia tamquã laici conuerſantur, ſi in criminibus conprehenſi teneantur, per eccleſiaſticam liberari iuſtitiã, non præcipimus: tales enim inter apoſtatas numerandos, ſanctorum patrum ſtatuta declarant.

Idem Abbati Sanctæ Geneuefæ. *Cap. 3.*

c. 1. e. EX litterarum tuarum tenore perpendimus, quod quidam ægritudine longa confectus accepit conſilium a ſortilegis mulierib. quod ſi ſanari vellet, permitteret ſe iterũ baptizari: qui inſano credens conſilio, vt ſanaretur, iniuriam fecit per reiterationem ſacramento. Adſtitit autem huic ſacrilegio adoleſcens quidam bonæ, vt videtur, indolis acolytus frater carnalis illius, in quo baptiſmus aſſeritur iteratus, qui miniſterium in reſpondendo exhibuit presbytero baptizanti, & cooperator extitit rei nefandæ. Quia igitur nos tua duxit prudentia conſulendos, qualiter puniri debeat, vel purgari acolytus, quẽ etiam minor ętas, & intentio fraternę ſalutis corporeę excuſare videtur aliquantulum; diſcretioni tuæ pręſentibus litteris reſpondemus, quod quamuis multum non videatur pœna plectendus, ad ſuperiores promoueri, ſi publicum eſt, quod proponitur, non valebit, niſi ad religionem tranſire voluerit, vt fauore ipſius religionis circa eum debeat diſpẽſari. Si vero occultum eſt, promoueri poterit, & exceſſum ſuum dignis pęnitentię fructib. expiare.

DE IIS, QVI FILIOS OCCIderunt. Tit. ix.

Alexander iij. Tornaceñ. Epiſcopo. *Cap. 1.*

De iis, qui fil. occ. c. 1. VENIENS ad nos M. mulier latrix præſentiũ lacrimabili nobis confeſſione mõſtrauit, quod cum de quodã filium genuiſſet, & ille ſibi ſæpe turgido vultu improperaſſet, quod filius eius non eſſet, ipſa iracundiæ calore, & furore animi ducta eũdem filium interfecit. Quo conperto comes Flandreñ. eam totam terram vſq. ad ſeptennium abiurare coegit, niſi de noſtra licentia remaneret. Cumq. ſe noſtro conſpectui pręſentaſſet, & quod crucem ſuſcepiſſet Hieroſolymã profectura, nobis aſſertione ſua propoſuiſſet nos eam, quia in partibus illis pręſentia ſua non poſſet eſſe vtilis, ſed damnoſa, ab Hieroſolymitano itinere reuocantes, ipſam fraternitati tuæ duximus remittendam; præſentiũ tibi auctoritate mandantes, quatenus prędictam mulierẽ labores inducere, vt ad aliquod monaſterium tui Epiſcopatus trãſeat, & ibi peccata ſua perpetua pęnitentia deploret. Si autem repugnante carnis fragilitate ad hoc induci noluerit, ei licentiam nubendi in domino tribuas. quia tutius nobis videtur, vt in domino nubat, & vni ſoli, quam multis adhęreat.

Lucius iij. Pariſieñ. Epiſcopo. *Cap. 2.*

INTELLEXIMVS ex litteris tuis, quod cũ M. mulier latrix pręſentium filiam paruulam haberet, diabolico furore accenſa tãdem ipſam ſuggerente eo, qui de fideliũ perditione lætatur, letali vulnęre iugulauit, propter quod dominus terræ maritum eius, & ipſam conpulit abiurare. Quia vero illam habere filios intimaſti, vnde circa eius exiliũ debeat diſpenſari: nos de diſcretione tua plenã fiduciã optinẽtes, eã tuæ duximus prudẽtię remittendã, p A. s. mãdãtes, quatenus ita ſuper hoc prouideas, quod ſui ſceleris pœnã luat, & ſaluti eius, & filiorum ipſius per tuã prouidentiam in domino conſulatur, nec obſtãte iuramento prædicto, quod ab ipſa dictus dominus proponitur extorſiſſe; eã ſicut expedire videris, viro, & reb. ſuis reſtituas, ita quod filios ſuos libere poſſit, & pacifice gubernare. c. 1. e.

DE HOMICIDIO VOLVNTARIO, vel caſuali. Tit. x.

In exodo. *Cap. 1.*

Dehom. c. 1. SI quis per induſtriam occiderit proximum ſuũ, & per inſidias; ab altari meo euelles eum, vt moriatur.

In eodem. *Cap. 2.*

Non ponitur. SI rixati fuerint viri, & percuſſerit quis mulierem prægnantem, & abortiuum fecerit, ſi ipſa vixerit, ſubiacebit damno, quantũ expetierit maritus mulieris, & arbitri iudicauerint. Si autem mors eius fuerit ſubſecuta, reddet animam pro anima.

Ex concilio Aurelian. *Cap. 3.*

Non ponitur. QVI ſine odij meditatione ſe, ſuaq. liberando, diaboli membra, ideſt fures, vel latrones interficiant, & capi non poterant; pœnitentiam pro homicidio eis non iniungimus, niſi ipſi voluerint aliquid, quod humanitatis eſt, facere: ſi presbyter eſt, non deponatur, cũctis autem diebus vitæ ſuæ pœnitentiã agat.

Ex pœnitentiali Romano. *Cap. 4.*

c. 2. e. INTERFECISTI furem, vel latronem, vbi conprehendi poterat, abſq. occaſione, & tamẽ interfeciſti, quia ad imaginem Dei creatus eſt; & in nomine eius baptizat⁹, & ſanguine eius redemptus eſt xl. dies non intres in eccleſiam, lanea veſte indutus, & ab eſcis, & potibus, qui interdicti ſunt, & a toro, & a gladio, & ab equitatu illos ſupradictos dies te abſtineas. in tertia autẽ, & quinta feria, & in ſabbato aliquo genere leguminũ, vel oleribus, & pomis, & paruis piſciculis, cũ mediocri ceruiſia vtere, & temperate. ſi autẽ ſine odij meditatione te, tuaq. liberando, diaboli membra interfeciſti, ſecundum indulgẽtiam dico; propter imaginem Dei, ſi aliquid ieiunare volueris, bonum eſt tibi, & eleemoſynã fac largiter, ſi presbyter eadem fecerit, non deponatur, quamdiu viuit pœnitentiam agat. c. 3. e.

Auguſtinus ſuper Exodum. *Cap. 5.*

c. 3. e. SI PERFODIENS inuentus fuerit fur, & percuſſus mortuus fuerit, non eſt illi homicidium. ſi autem orietur ſol ſuper eum, reus erit. Intelligitur ergo nõ pertinere ad homicidium, ſi fur nocturnus occidatur. ſi autem diurnus, pertinere. hoc eſt enim quod ait: Si orietur ſol ſuper eum &c. quia poterat diſcernere, quod ad furandum, non ad occidendum veniſſet, & ideo non debet occidi. hoc & in antiquis legibus ſæcularibus, quib. tamen iſta eſt antiquior, inuenitur, in quibus impune occidi nocturnũ furem, quomodo, † diurnũ autem, ſi ſe telo defenderit, iam enim plus eſt, quam fur. † quoque vel fortè

Hieronymus. *Cap. 6.*

CVM iuramento pollicitus eſt Herodes ſaltatrici dare, quodcunq. poſtularet ab eo, & ob iuſiurandum ſe feciſſe dicit, ſi patris, matriſue interitum poſtulaſſet, facturus eſſet, annon? quod ergo in ſuis repudiaturus fuit, contemnere debuit in propheta. c. 4. e.

Alexander iij. Bartholomeo Exoñ. Epõ. Cap. 7.

SICVT dignum, & omni rationi conſentaneum eſt, graues, & difficiles quæſtiones ad examen Apoſtolicæ ſedis deferri, ita etiam nobis ex miniſterio ſuſceptæ ſollicitudinis imminet, eaſdem quæſtiones, pro vt nobis dominus dederit, ſoluere, & ſingulis a nobis conſilium poſtulantibus reſpondere, vt prouidentia Romanæ eccleſiæ, quæ vbique terrarum optinet, diſponente domino, principatum, quæſtiones ſoluantur, & remoueatur in his ambiguitas ſingulorum de cordib. licet autem ſuper quæſtionib. quas nobis diſcretio tua ſoluendas direxit, te non dubitamus prouidum, & circũſpectum exiſtere: cogimur tamen ex ſuſcepto ſeruitutis miniſterio iuxta diſcretionem, & prouidentiam noſtram tibi exinde reſpõdere. Sane cum vir literatus ſis, & ſapiens, & diſcretus in his, ac plurimum exercitatus, plenius noſti, quia in exceſſibus ſingulorum non ſolum qualitas delicti, & quantitas, ſed ætas, & ſcientia, & ſexus, atq. conditio ſunt attendenda. quia non ſolum, ſecundum qualitatem, & quãtitatem facinoris, ſed ſecundum ea, quæ prędiximus, & ſecundum locum, & tempus, quo delictũ committitur, vnicuiq. debeat pœnitentia indici. cum, ſicut tu ipſe non ignoras, idem exceſſus magis in vno, quam in alio ſit puniendus. Illi autem qui animo occidendi illum ſanctum, & reuerendum virum Cantuarienſem quondam Archiepiſcopum, aut feriẽdi, aut capiendi, ſi de illa captione mors eius ſubſecuta fuiſſet, & citra manuũ iniectionẽ ſe fatentur veniſſe: pari pœna, vel fere pari puniẽdi ſunt, & illi etiã, qui nõ vt ferrẽt, ſed vt percuſſoribus opem ferrent, ſi forte violentiam, quam quidam moliri debebant, impedirentur, paulo minori pœna mulctari, quia cum ſcriptum ſit, qui poteſt hominem liberare a morte, & non liberauit, eum occidit; conſtat ab homicidij reatu immunes non eſſe, qui occiſoribus opem contra alios præſtare venerunt, nec caret ſcrupulo ſocietatis occultę

occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiare. Illi vero, qui ſe aſſerunt animum Regis inſtãmaſſe ad odium, vnde forte homicidiũ fuerit ſubſecutum, dure, & aſpere, ſed non ita ſeuere ſunt puniẽdi, niſi forte Regem ipſum ad illud homicidium ſuis ſuggeſtionibus prouocaſſent. Illi quoq. non fuerunt a culpa liberi, nec a pœna debent eſſe immunes, qui licet fuerint illiꝰ iniquę machinationis ignari, tamen ſicarios eſſe ſciebant, qui in ſarcinis cuſtodiendis miniſterium præbuerunt. Eos vero, qui dicunt illius ſancti viri, & ſuorum poſt mortem eius occupaſſe ſpolia, ſi nihil aliud in tanto facinore commiſerunt, a pœna mortis eius arbitramur eſſe immunes. Sed quæ occupauerant, eis, quorum fuerunt, tenentur in integrum reſtituere, ſi habent in facultatibus, vnde ea poſsint reddere. Ipſis etiam hoc pœnitentia, moderata tamen eſt indicenda, quia licet quidam ex his ea, quæ occupauerunt, fateantur ſe pauperibus erogaſſe; non tamen alienas res, cum ipſas potuiſſent eis, quorum fuerunt, reſtituere, debuerũt pauperibus erogare. Illi vero, qui ſola excommunicatorum participatione, ſe reos eſſe cognoſcunt, conſiderata temporis mora, in quo in eadem nequitia perdurant, & inquiſito etiã, ſi eis timore, vel affectione cõmunicauerint ſcienter, vel ignoranter, ſecundũ hoc pœnitẽtia eſt indicenda. Clericos autẽ, quos cõſtat armatos interfuiſſe tãto facinori, & illos etiã clericos, qui conſilium illud dederunt, vt ſanctus vir caperetur, perpetuo non ſolum ab altaris miniſterio deponendos eſſe cenſemus, ſed quia etiam, quod in eccleſijs nullo vnquam tempore lectiones legant, vel reſponſoria in choro cãtent; ſed in pſalmis apud Deum de commiſſo ſatagãt veniam implorare. Inſuper autem clerici ipſi in diſtricto clauſtro monachorum, vel canonicorum regularium, ſi fieri poteſt, ſunt recludendi, itaquidem, quod vſq. ad ſeptennium, vel quinquennium debeant ab introitu eccleſiarum coerceri.

Idem. *Cap.* 8.

PRESBYTERVM autem, qui quẽdam puerum intuitu diſciplinæ percuſsit in capite, cum poſt paucos dies, ſicut aſſeris, expiraſſet: ab omni altaris miniſterio debes perpetuo remouere; eumque ab officio ſacerdotali deponere, ſi ex ipſa percuſsione interijt, vel aliam infirmitatem incurrerit.

Idem Coſentino Archiepiſcopo. *Cap.* 9.

CONTINEBATVR in litteris, quas nobis tua deuotio deſtinauit, quod diaconus præſentium lator iſte, & quidam clerici, qui rogati ad vineas eccleſiæ putãdas perrexerant, circa veſperas opere conſumato, cũ redirent, leuandi laboris gratia, quendam ludum imitati ſunt viatorum, proicientes baculos ſuos in longũ. ſtudebant enim in directũ iacere, & alter alterius fuſtẽ ferire. huius autem ludi, ſicut aſſerunt, ſolet eſſe condicio, vt qui alterius baculum percuteret, quaſi victor, eo, cuius baculus procuſſus eſt, vteretur pro equo; ſed præfati clerici equitandi licentia non vtentes, ſola iactatione erant contẽti, vt dum alacrius ab baculos ſuos concurrerent, laborem itineris nõ ſentirent. Quidam autem laicus, ſicut prædictus diaconus aſſerit, dum baculũ eiuſdem diaconi percuſiſſet, incautus in eum equitaturus inſiluit, & ſic a falce ipſius diaconi, qua erat accinctus, mortale vulnus accepit, de quo poſt dies octo expirauit. Inde eſt, quod commonemus f.t. atq. mandamus, quatenus eũdem diaconem ſine licentia Romani Pontificis ad ſuperiorem gradum ſuſcipere, vel in diaconatus officio, nullo vnquam tempore miniſtrare permittas; ſed eum diſpenſatiue miniſtrare in ſubdiaconatus officio permittas.

Idem B. Exoñ. Epiſcopo, & Abbati. *Cap.* 10.

LATOR præſentium nobis viua voce propoſuit, quod quadam die, caſu cum quodam clerico luderet, contigit, quod ille proiecit iſtum ad terram, & cultellus, quem ad latus ſuum habebat, in alterum incidit, & fortuito vulneratus occubuit; eundem itaq. ad vos duximus remittendum, d. u. p A. s. m. qua. rei veritate conperta, & ſi ita res ſe habuerit, & alia iuſta cauſa non impedit, prædictum D. libere permittatis ad ſacros ordines promoueri.

Idem Abbati S. Benedicti de Nebia. *Cap.* 11.

SVSCEPIMVS litteras tuas, & cognouimus ex earum tenore, quod dum lator præſentium in cuſtodia cuiuſdam domus cũ altero fratre maneret, ingredientes de nocte, quidam latrones ad eos, turpiter ipſos in perſonis affligere, & denudare veſtimentis proprijs præſumpſerunt. In quos iſti reſumptis viribus inſurgentes ligauerunt illos, & detinere vſq. ad notitiam capituli voluerunt. Cũ autem iſte rem ad tuam audientiam perlaturus ligatos eos in fratris ſui cuſtodia dimiſiſſet, & fures ſe ſoluere niterentur, frater illos, ne ipſe ab eis interimeretur, occidit. Vnde quoniam expediebat potius poſt tunicam relinquere pallium, & rerum ſuſtinere iacturã,

quam pro conſeruandis vilib. rebus, & tranſitorijs, tã acriter in aliquos exardeſcere; abſtineat iſte humiliter ab altaris obſequio, & peccatum ſuum, quibus modis ad arbitrium tuum potuerit, vterq. ſtudeat expiare. cõſtat equidem eos contra rationem, & manſuetudinem, & eccleſiaſticã diſciplinam, ex vtriuſque opere interemptos.

Idem Lucen. Epo. *pars c. conſuluit.* *c. 12.*

c. 11. e. DE cetero noueris, quod diaconus, quem litterarum honeſtate præditum aſſeris, qui homicidio cauſam dediſſe videtur, ſicut ex tenore tuarum litterarum perpendimus, non videtur ad ſacerdotium promouendus.

Ex concilio Guarmatienſi. *Cap. 13.*

c. 5. e. SI aliquis cauſa explendæ libidinis, vel odij meditatione, vt non ex eo ſoboles naſcatur, homini, aut mulieri aliquid fecerit, vel ad potandum dederit, vt non poſſet generare, aut concipere, vt homicida teneatur.

DE TORNEAMENTIS. Tit. xj.

Ex concilio Lateran. *Cap. 1.*

De torn. c. 1. FELICIS memoriæ Papæ Innocentij, & Eugenij, prędeceſſorum noſtrorum veſtigijs inhærentes, deteſtabiles illas nũdinas, vel ferias, quas vulgo torneamenta vocant, in quibus milites ex condicto conuenire ſolent, & ad oſtentationem viriũ ſuarum, & audacię temere congrediũtur. Vnde mortes hominum, & animarũ pericula ſæpe proueniunt, fieri prohibemus. quod ſi quis eorum ibidem mortuus fuerit, quamuis ei poſcenti pœnitentia nõ negetur, eccleſiaſtica tamen careat ſepultura.

Eugenius iij. in concilio Remenſi. *Cap. 2.*

Non ponitur. TEMERARIAM ſimiliter audaciã quorundam, qui ad deteſtabiles nũdinas, vel ferias ex condicto ſolent ad concertationem virium ſuarum conuenire, vnde hominum ſæpe pericula proueniunt; omnino fieri interdicimus. quod ſi quis ibidem mortu9 fuerit, viaticum non negetur, eccleſiaſtica tamen careat ſepultura.

DE CLERICIS PVGNANTIBVS in duello. Tit. xij.

Alexander iij. *pars c. licet preter.* *Cap. 1.*

De cler. pug. c. 1. PORRO ſi clericus alicui ſponte duellum optulerit, vel ſi oblatum ſuſceperit, & ſubierit, ſiue victor, ſiue victus fuerit, de rigore iuris merito eſt deponendus. ſed quantumcumq. eius in hac parte grauis ſit, & enormis exceſſus, euadere poteſt depoſitionis ſententiam, ſi cũ ipſo ſuus Epiſcopus duxerit miſericorditer diſpenſandũ, dummodo ex ipſo duello homicidium, vel membrorum deminutio non ſit ſubſecuta.

Idem. *Cap. 2.*

DE presbytero autem Campaniæ, qui duellum ſpõte optulit, & oblatum ſuſcepit, & in eo digiti partem amiſit, ſicut olim, ita & nunc, tuæ prudentiæ reſpondemus, quod, cũ ipſe, ſicut etiã nos videm9, nõ perdiderit tãtũ de digito, quin ipſe ſine ſcandalo poſsit ſollemnia celebrare, ſatis potes poſt peractam pęnitentiam, cum eo miſericorditer agere, & permittere ipſum in ſuo ordine miniſtrare, licet eius exceſſus grauis admodũ extitiſſet. De corp. vit. c. 1. & ſupra e. c. 1. in hac coll.

DE ADVLTERIIS, ET STVPRO. Tit. xiij.

In Exodo. *Cap. 1.*

SI ſeduxerit quis virginem nec dũ deſponſatam, dormieritq. cum ea, dotabit eam, & habebit vxorem, ſi pater virginis dare noluerit, reddet pecuniam iuxta modum dotis, quam virgines accipere conſueuerunt. De adul. c. 1.

Auguſtinus Felici Sipontino Epiſcopo. *Cap. 2.*

PERVENIT ad nos, quod Felix nepos tuus Euglerij diaconi tui filiam ſtupro decepit; quod ſi verum eſt, quamuis eſſet de lege pœna plectendus, nos aliquatenus legis duritiam mollientes huiuſmodi diſponendo i. vt aut quam ſtuprauit, vxorem habeat, aut certe ſi renuendũ putauerit, diſtrictius, & corporaliter caſtigatus, excõmunicatuſq; in monaſterio, in quo pęnitẽtiam agat, detrudatur, de quo nulla ſit ei egrediendi ſine præceptione licentia. c. 2. e.

Ex concilio Aurelianenſi. *Cap. 3.*

SI vir ſciuerit vxorem deliquiſſe, & non egerit pęnitentiam mulier, ſed permanet in fornicatione ſua, & viuit cũ illa, vir reus erit, & eius peccati particeps. Quod ſi mulier dimiſſa egerit pęnitentiam, & voluerit ad virũ reuerti, debet recipere peccatricem, quæ pænitentiam egit, ſed non ſæpe. c. 3. e.

Ex ſynodo Ioannis Papæ. *Cap. 4.*

PERNICIOSA &c. & infra. Habeant igitur Epiſcopi ſingularum vrbium in ſua diœceſi liberam poteſtatem adulteria, & ſcelera inquirere, vlciſci, & iudicare, ſecundum quod canones cẽſent, abſq. inpedimẽto alicuius, & cum opus fuerit, populum cõuocent, non ad pręiudicãdum, ſed potius ad ea, quæ Deo placita ſunt, proſequendum. Non ponitur

Alexander iij. Pariſien. Epiſcopo. *Cap. 5.*

Maritis

c.4.e. MARITIS etiam ex ſola ſuſpicione vxores accuſare permiſſum eſt, & ipſi plus ceteris de adulterio accuſare poſſunt, & defendere.

Alexander iij. *Cap. 6.*

c.5.e. SIGNIFICASTI nobis quendam presbyterum cum alterius coniuge inſtinctu diabolico infra eccleſiam frequenter, ſicut aſſeris, dormiſſe, quæ vtrique † ſe, & illum cuidam ſacerdoti huiuſmodi delictum cõfeſſos fuiſſe, tibi publice detexit, & hoc ipſum idẽ ſacerdos nomen adulteri cælans, dicitur propoſuiſſe in pręſentia tua. ſuper quibus quid fieri debeat, cum negante adultero mulier in confeſſione perſiſtat, ab Apoſtolica ſede conſilium requiſiſti. Nos igitur iuxta ſanctorũ patrum decreta volumus, vt dignam pęnitẽtiam præfatæ adulteræ inponens, eccleſiam prælibatam, per aſperſionem aquæ ſanctificando reconcilies, prędicto autem ſacerdoti, ne contra Apoſtolum infirmorũ corda mala fama ipſius percutiantur, & non vituperetur miniſterium noſtrum, neq. ſecuriores presbyteri exiſtentes licentius in peccatum prolabantur, vicinis presbyteris, quos ſe nolle periurare cognoueris, iuxta arbitrium tuũ purgationem indicas, qui ſi purgare ſe potuerit, in officio ſuo miniſtrare permittas. Si vero non potuerit, ab officio ſuo ipſum ſuſpẽdere nulla ratione poſtponas.

† *vtiq. ſciſſe.*

DE RAPTORIBVS, PRAEDONIB. incendiarijs, & violatorib. eccleſiarũ. tit. xiiij.

Ex concilio Meldenſi. *Cap. 1.*

De rapt. c.1. DE illis autem, qui infra parochiã, beneficiũ, aut hereditatẽ habent, & alterius Epiſcopi parochiani ſunt, & de loco ad locum iter faciunt, & rapinas, & dępredationes peragunt; placuit, vt excõmunicentur, nec ante ex parochia exeant, quam quæ perpetrarũt, digne emendẽt, quorum excommunicatio ſeniori eorum, & proprio Epiſcopo ſignificãda eſt, ne eos recipiant, ante quam illuc redeant, vbi rapinam fecerunt, & omnia pleniter emendent.

Ex concilio Lateranẽ. *pars c. ita quorundam.* *Cap. 2.*

c.3.e. EXCOMMVNICATIONI quoque ſubdantur, qui Romanos, aut alios Chriſtianos pro negotiatione, vel alijs honeſtis cauſis nauigio vectos, aut capere, aut rebus ſuis ſpoliare præſumunt. Illi etiam, qui Chriſtianos naufragium patientes, quibus ſecũdum regulam fidei, auxilio eſſe tenentur, damnanda cupiditate rebus ſuis ſpoliare pręſumunt, niſi ablata reddiderint, excõmunicationi ſe nouerint ſubiacere.

Alexander iij. Panormitano Archiepiſc. *c. 3.*

IN Archiepiſcopatu tuo dicitur contingere quãdoq. quod Sarraceni mulieres Chriſtianas, & pueros rapiunt, & eis abuti præſumunt, & quoſdam etiam interdum occidũt. Cum autem exceſſus huiuſmodi kariſsimus in Chriſto filius noſter Illuſtris Rex Siciliæ W. tibi, & alijs perſonis eccleſiaſticis, quę põtificali ſunt præditæ dignitate, cõmiſerit puniendos, quid de Sarracenis agendum ſit, qui fuerint in tã nefario ſcelere intercepti; tua nos duxit prudentia cõſulendos. ſuper quo cõſultationi tuæ taliter reſpõdemus, quod ſi tales in iuriſdictione tua ſunt, vel in poſterũ fuerint intercepti, eos pecuniaria poteris pœna mulctare, & etiam flagellis afficere, ea moderatione adhibita, quod flagella in vindictã ſanguinis trãſire minime videãtur. Si vero ita fuerit ſuper hoc grauis Sarracenorũ exceſſus, quod mortem, vel detruncationem mẽbrorum debeant ſuſtinere, vindictã ipſam exercendam reſerues Regiæ poteſtati. c.4.e.

*Lucius iij. Nonbebergenſi * Epiſcopo.* *Cap. 4.*

CVM cauſam, quæ inter E. militem latorem præſentium, & vxorem eius vertitur, tuæ cõmiſiſſemus experientiæ terminandã: E. miles repetens mulierem legitime ſibi nupſiſſe, per probationes canonicas ſe conſtanter aſſerit probaturum. femina quoq. propoſuit, quod dominorum, & parentum ſuorum ſuggeſtione alteri viro tradita, ab illo militis amore diuertit, qui a parentibus prius rapuit eam, illa tamen volente, vt dicitur, & poſtmodum, prius quam eam cognoſceret, deſponſauit; demum incluſa eſt in monaſterium monialium, vbi etiam detinetur. Vnde, quoniã ſuper his prudentia tua ſedem duxit Apoſtolicam conſulendam, ſignificatione tibi præſentium reſpondemus, quod cum ibi raptus dicitur admitti, vbi nihil ante de nuptijs agitur; iſte raptor dici non debet, cum habuerit mulieris aſſenſum, & prius eã deſponſauerit, quã cognouerit, licet parẽtes forſitã reclamarent. Præterea cum poſt matrimoniũ carnis cõmixtione perfectum, teſte Apoſtolo vxor ſui corporis poteſtatem non habeat, ſed maritus, & e conuerſo, ſi pręceſſiſſe matrimoniũ, vel ex probationibus viri canonicis, vel ex mulieris confeſſione declaruerit, † poſtmodũ ſine aſſenſu viri non potuit femina monaſterium ingredi, aut aliter continentiã profiteri. c.6.e.

† *claruerit* *Greg. 9*

Nec

Nec ergo pro eo quod poſt matrimoniũ con ſumatũ rapta per vim de monaſterio fuerit, eius poterit conſortiũ declinare, dum modo probari nequeat virũ, vt mulier profitetur † continentiam aſſenſiſſe.

† *profiteretur*

Greg.9 c.2.e.

Eugenius iij. *Cap.5.*

SVPER eo, quod de raptoribus, & eccleſiarum violatoribus, atq. presbyteris, qui pęnitentiam eis iniungere, vel eorum oblationes contra ſtatutum noſtrum ſuſcipere attemptauerint, à nobis cõmuni deliberatione ſtatutum in concilio cum fratrib. noſtris. ſtatuimus in conſtitutione ipſa ſanctorũ patrũ veſtigia ſubſequentes, auctoritate Dei, & beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli pariter confirmamus ſtatuentes, vt quicumq. ex iis raptoribus, qui in vrbe ſuggerente diabolo violenter ſubtraxerint, in rapina, ſiue in eccleſiarum violatione manifeſte deprehenſus eſt, vel amodo fuerit, niſi prius ablata reſtituat, ſi poterit, vel emendandi firmam, & plenam ſecuritatem fecerit, pęnitentiæ beneficium ei penitus denegetur. Si vero vſq. ad obitum, quod abſit, in ſua contumacia durauerit, & in extremis poſitus remedium pęnitentiæ humiliter poſtulauerit, ſi emendationem, vel emendandi ſecuritatem pręſtiterit, ac fideiuſſores, qui oblata reſtituere debent, idoneos dederit, ei pęnitentia, & ſepultura eccleſiaſtica concedatur. Qui autem in ſanitate obſtinata mente non pęnituerit, vel emendauerit, & in morte ſecuritatẽ, ac fideiuſſores, ſicut diximus, præſtare nequiuerit, pęnitentiam quidem parum prodeſſe videtur, ſicut credimus, ſed viaticum non negetur. Ita tamen vt nullus clericorum ſepulturę illius interſit, nec eius eleemoſynam præſumat accipere. quod ſi qui presbyterorum, vel clericorum contra ſtatuta noſtra in vita, vel in morte pęnitentiam dare, aut ſepulturæ illorũ intereſſe, vel eorum eleemoſynas accipere attemptauerit, ſi huiuſmodi rapinæ participes inuenti fuerint, ordinis ſui damnum irrecuparabiliter patiantur, & eccleſiaſtico beneficio careant.

Alexander iij. Claremontino Epiſcopo. *Cap.6.*

c.5.e.

IN litteris tuis, quas Lator pręſentium detulit, continebatur quod cũ pater eius multis fuiſſet criminibus irretitus, quæ per appoſitionem ignis eccleſiarum excidiũ, diabolo inſtigante cõmiſerat, tandem in vltima ægritudine conſtitutus confeſſus eſt, ſe peccatorem, & accepta pænitentia de commiſsis, per manum capellani ſui fuit a ſententia abſolutus anathematis, ſed moriens ſepulturam eccleſiaſticam habere nequiuit. Qua propter, ſi ita res ſe habet, f.t.p A.s.p̃. m. qua. corpus eiuſdem patris I. ſupradicti ap. ces. facias in cœmeterio ſepeliri, & heredes ei⁹ moneas, & conpellas, vt iis, quibus per incendiũ, vel alio modo damna contra iuſtitiam irrogauerit, iuxta facultates ſuas condigne ſatisfaciant, vt ſic a peccato valeat liberari.

Idem Luceñ. *pars c. Conſuluit.* *Cap.7.*

Non ponitur. Poſt cõ. Lat par. 50 c 52.

DE ſecunda vero quæſtione hoc tuã volumus diſcretionem tenere, quod propinqui eius, quem pro manifeſtis exceſsib. videlicet homicidio, incendio, violenta iniectione manuum in clericos, violatione multorũ eccleſiarum, & inceſtu, vinculo excõmunicationis aſtringis, monendi ſunt, vt pro eo (ex eo † ſatisfactionem exhibeant. Quod ſi fecerint, quia laborans in extremis, pręſtito iuramẽto per presbyterũ tenuerit † ab excõmunicationis ſentẽtia relaxatus † in cœmeterio poterit ſepeliri. Si autem propinqui tuis acquieſcere monitis contradixerint, quia iam nõ eſt purgatum peccatum, defuncto neganda eſt eccleſiaſtica ſepultura.

† *in eõ deeſt.* † *al. fuerit.* † *relaxari cons.*

DE VSVRIS. Tit. xv.

Alexander iij. in concilio Turoneñ. *Cap.1.*

De vſur. c.1.

PLVRES clericorum, & quod mœrentes dicimus, eorũ quoq. qui præſens ſæculum, profeſsione vocis, & habitu reliquerunt, a canonib. vſuras quaſi manifeſtius damnatas exercentes, commodata pecunia indigentibus, poſſeſsiones eorum in pignus accipiunt, & prouenientes fructus percipiunt vltra ſortem. Id circo generalis cõcilij decernit auctoritas, vt nullus amodo cõſtitutus in clero, vel hoc, vel aliud genus vſuræ exercere præſumat, & ſi aliquis alicuius poſſeſsionem data pecunia ſub hac ſpecie pignus accepit, ſi ſortem ſuam deductis expenſis, de fructibus iam perceperit, abſolute poſſeſsionem reſtituat debitori. Si autẽ aliquid minus habet, eo recepto poſſeſsio libere ad dominũ reuertatur. Quod ſi poſt huiuſmodi conſtituta in clero quiſquam extiterit, qui de teſtandis vſurarum lucris inſiſtat, eccleſiaſtici officij periculum patiatur, niſi forte beneficium eccleſiæ fuerit, quod redimendũ ei hoc modo de manu laici videatur.

Ex concilio Lateraũ. *Cap.2.*

c.3.e.

QVIA in omnibus fere locis, ita crimen vſurarũ inualuit, vt multis alijs negotijs prętermiſsis, quaſi licite vſuras exerceãt, & qualiter vtriuſq. teſtamenti pagina condẽnetur,

non

non attendant. Ideo cōſtituimus, vt vſurarij manifeſti, nec ad communionem admittantur altaris, nec Chriſtianam, ſi in hoc peccato deceſſerint, accipiant ſepulturam, ſed nec oblationes eorum quiſpiam accipiat. qui autē acceperit, aut Chriſtianę tradiderit ſepulturę, & ea, quæ accepit, reddere conpellatur, & donec ad arbitrium ſui Epiſcopi ſatisfaciat, ab officij ſui maneat executione ſuſpenſus.

Alexander iij. Panormitano Archiepiſcopo. c. 3.

c. 4. e. SVPER eo vero, quod a nobis tua deuotio poſtulauit, vtrum poſsit in recipienda pecunia ad vſuram fieri diſpenſatio; vt pauperes, qui in Sarracenorū captiuitate tenentur, per eandem poſsint pecuniam liberari. præſentibus tibi litteris duximus reſpondendum; quod cum vſurarum crimen vtriuſq. teſtamenti pagina deteſtetur, ſuper hoc diſpēſationem aliquam non videmus adhibendā, quia cum ſcriptura ſacra prohibeat, vel pro alterius vita mentiri, multo magis eſt prohibendus quis, ne pro redimenda vita captiui, vſurarum crimine inuoluatur.

Idem Cantuar. Archiepiſc. & eius ſuffrag. c. 4.

c. 2. e. QVONIAM non ſolum viris eccleſiaſticis, ſed etiam quibuſlibet alijs perculoſum eſt vſurarum lucris intendere, auctoritate tibi prǽſentium duximus iniungēdum, vt liceat tibi clericos tuos, qui de poſſeſsionibus, vel arborib. quas tenere in pignore noſcuntur, ſortem ſuam deductis expenſis inde iam receperunt, ad eadem pignora reſtituēda ſine exactione, eccleſiaſtica diſtrictione conpellere.

Idem Salernitano Archiepiſcopo. Cap. 5.

c. 5. e. CVM tu, ſicut aſſeris, manifeſtos vſurarios .s. qui in illo peccato deceſſerint, cōmunione altaris, & eccleſiaſtica iuxta decretum noſtrum, quod nuper in concilio promulgatum eſt, præceperis ſepultura priuandos, donec reddatur, quod tam praue receperant. Quidam eorum dicunt, ad ſoluendas perceptas vſuras proprias non ſufficere facultates; alij vero promittunt partem vſurarum, quas habent præ manibus, reddituros; ſed vſuras alias, quas extorſerant, cum de his poſſeſsiones conparatæ ſunt, & eorum filijs, vel parentibus traditæ, ſe non poſſe reddere confitentur. alij vero ad excuſandas excuſationes in peccatis, inprudenter affirmant, illas dumtaxat vſuras reſtituendas, quæ ſunt poſt interdictum noſtrum receptæ, nec aliquos ad ſoluendas vſuras, quas ante interdictum noſtrū receperant, debere conpelli. ſuper his duximus t. d. reſpondendum; quod ſiue ante, ſiue poſt interdictum noſtrum vſuras extorſerint, cogendi ſunt per pœnam, quam ſtatuimus in concilio, eas his, a quibus extorſerint, vel eorum heredibus reſtituere, vel his non ſuperſtitibus, pauperibus erogare. dūmodo in facultatibus habeant, vnde ipſas reſtituere poſsint, cum iuxta verbum beati Auguſtini, Nō remittitur peccatū, niſi reſtituatur ablatum. Illi autem, qui nō habent de facultatib. de quibus vſuras valeant reſtituere, non debent illa pœna mulctari, cum eos nota paupertas euidenter excuſet. Poſſeſsiones vero, quæ de vſuris ſunt conparatę, debent vendi, & ipſarum pretia his, a quibus vſuræ extortæ ſunt, reſtitui, vt ſic nō ſolum a pœna illa, ſed etiam a peccatis poſſent, quę per vſurarū extorſionem incurrerant, liberari.

Idem Wintoñ. Epiſcopo. Cap. 6.

NIHILOMINVS tibi præcipimus præſentium auctoritate, vt ſi qui ſunt in parochia tua, qui ſortem ſuam de frugibus pignorum, vel aliunde deductis expenſis perceperint, eos moneas, & per excommunicationem conpellas, ſine ap. re. vt debitoribus ſuis pignora ipſa ſine dilatione & difficultate reſtituant. Non pōnitur. Poſt cō. Lat. par. 16. c. 8.

Idem Lundoñ. Epiſcopo. Cap. 7.

EX tranſmiſſa conquæſtione T. Scaleſ, & matris eius nobis innotuit, quod pater eius ex hac luce ſubtractus terram ſuam de Dulecham monachis de Warſiniæ, pro quadam pecuniæ ſumma pignori obligauit, qui licet exinde ſortem ſuam receperūt, & vltra, eam tamen ſibi reddere contradicunt. quia vero crimē vſurarum Deo, & hominib. abominandū exiſtit; & tanto grauius in eccleſiaſticis, & religioſis perſonis eſt reprehēdendū, quanto magis ſe, & alios a peccatorū laqueis tenentur eruere: f. t. p A. s. m. atq. p̄. qua. rei veritate diligentius inquiſita, & cognita, ſi tibi cōſtiterit, quod prędicti monachi de pręfata terra ſortem ſuam deductis expenſis receperint, eos attentius moneas, vel ſi neceſſe fuerit, ap. re. eccleſiaſtica diſtrictione conpellas, vt memorato T. & matri eius prędictā terram abſq. difficultate reſtituant pacifice poſſidendam. Non pōnitur. d. parte 16. c. 10.

Idem Ianuen. Archiepiſcopo. pars c.

fraternitas tua. Cap. 8.

IN ciuitate tua dicis ſæpe contingere, quod quidam piper, ſeu cinamomum, aut alias merces conparant, quę tunc vltra quinque libras non valebant, & permittunt per c. 6. e.

publicum

publicũ inſtrumẽtũ ſe eis, a quibus illas merces accipiunt, ſex libras ſtatuto termino ſoluturos, licet a te contractus huiuſmodi ex forma non poſsit cenſeri nomine vſurarum; nihilominus tamen venditores peccatũ incurrunt, niſi dubium ſit merces illas plus minus ve tempore, quo pretium debent recipere, valituras, & ideo ciues tui ſaluti ſuę bene cõſulunt, ſi a tali contractu ceſſarent, cum cogitationes hominũ omnipotenti Deo nequeãt occultari.

Idem. pars c. Licet vniuerſis. *Cap. 9.*

c. 7. e. PRAETEREA parochianis veſtris vſuras accipere omnimodis interdicatis, quia vſurarum crimen vtriuſq. t. † pagina deteſtatur. Quod ſi monitis veſtris parere cõtempſerint, ſi clerici ſunt, eos ab officio, & beneficio ſuſpenſos, cum litteris rei veritatem cõtinentibus ad præſentiam noſtram mittere non differatis: ſi laici fuerint, vſq. ad dignam ſatisfactionem, ipſos excõmunicationis vinculo conſtringatis.

† teſtamenti forte

Idem Abbati, & fratribus S. Laurentij. *Cap. 10.*

c. 8. e. CONQVESTVS eſt nobis G. clericus præſentium lator, quod licet de quadã terra, quã pater ſuus vobis obligauit, ſortem veſtram deductis expenſis receperitis, terram tamen ipſam non ſine derogatione veſtræ ſalutis, honeſtatis, & famæ nihilominus detinetis. Inde eſt, quod diſcretioni veſtræ p A. s. ſcri. m. qua. ſi terram ipſam titulo pignoris detinetis, & de fructibus eius ſortem veſtram recepiſtis, prędictam terram memorato clerico dilatione, & ap. ceſ. reddatis, & in pace, & quiete dimittatis, niſi forte terra ipſa de feudo ſit monaſterij veſtri.

Alexander iij. Epiſcopo Placentino. *Cap. 11.*

c. 9. e. TVA nos duxit fraternitas conſulendos, quid ſit de vſurariorum filijs obſeruandum, qui eis in crimine vſurarum defunctis ſuccedunt, aut extraneis, ad quos bona vſurarum aſſeris deuoluta. Tuę igitur quæſtioni litteris præſentibus reſpondemus, quod filij ad reſtituendas vſuras, ea ſunt diſtrictione cogendi, qua parentes, ſi viuerent, cogerentur, id ipſum etiam contra heredes extraneos credimus exercendum.

Vrbanus iij. Brixien. preſbytero. *Cap. 12.*

c. 10. e. CONSVLVIT nos deuotio tua, in quo ſacerdotalis officij ſollicitudinem commendamus; an ille in iudicio animarũ, quaſi vſurarius debeat iudicari, qui nõ alias mutuo traditurus, eo propoſito mutuam pecuniam credit, vt licet omni cõuentione ceſſante, plus tamen ſorte recipiat; & vtrum eodem reatu criminis inuoluatur, qui vt vulgo dicitur, nõ alias parabolam iuramenti concedit, donec, quamuis ſine exactione, emolumentum aliquod inde percipiat. Item & an negotiator pœna non abſimili debeat condemnari, qui merces ſuas longe maiori pretio diſtrahit, ſi ad ſolutionem faciendam, prolixi temporis dilatio prorogetur, quam ſi ei in continenti pretium perſoluatur. Verũ, quia quid in his caſibus tenendum ſit, ex euangelio Lucæ manifeſte cognoſcitur; in quo dicitur, Date mutuum, nihil inde ſperantes; huiuſmodi homines pro intentione lucri, quam habent, cũ omnis vſura, & ſuperhabundantia prohibeatur in lege, iudicandi ſunt male agere, & ad ea, quæ taliter accepta ſunt, reſtituenda, in animarum iudicio efficaciter inducendi.

DE CRIMINE FALSI. Tit. xvj.

Ex concilio Eliberitano. *Cap. 1.*

FALSVS teſtis, prout crimen eſt, punietur; ſi tamen non fuerit mortis, quod obiecit, & probauerit, quod diu tacuit, biennij tempore pęnitebit. Si autem non probauerit, in conuentu clericorum placuit per quinquennium abſtinere. Non ponitur.

Auguſtinus. *Cap. 2.*

FALSIDICVS † teſtis tribus perſonis eſt obnoxius, primum Deo, cuius præſentiam contemnit, deinde iudici, quem mentiendo fallit; poſtremo innocenti, quem falſo teſtimonio lædit. Vterq. reus eſt, & qui veritatem occultat, & qui mendacium dicit, quia & ille prodeſſe non vult, & iſte nocere deſiderat.

† al. falſus Decrim. fal. c. 1.

Alexander iij. pars c. perſonis eccleſiarũ. c. 3.

AD hæc de ſacerdote illo, qui litteras noſtras, quas nobis miſiſti, falſauit, diſcretioni tuæ præſentium auctoritate præcipimus, vt ſi inueniri poſsit, omni officio ſacerdotali, & beneficio eccleſiaſtico perpetuo priuatum, in aliquod monaſterium diſtrictæ religionis detrudas: vt ibi tanti facinoris pœnas luens, ſe talia cõmiſiſſe defleat, & alij per hoc a ſimilibus valeant deterreri. Quod ſi aliquos de conſimilibus deprehendere poteris, ipſos artiſsimæ cuſtodiæ, ſublato ap. remedio tradas, donec Apoſtolicum ſuſceperis inde mandatum. Non ponitur. Poſt c. 6. Lat. par. 26. c. 3.

DE SORTILEGIS. Tit. xvij.

Ex pænitentiali Theodori. *Cap. 1.*

IN

De ſorti leg. c. 1.

IN tabulis, vel in codicibus ſorte futura non ſunt requirenda, aut nullus in pſalterio, vel in euangelio, vel in alijs rebus ſortiri præſumat, nec diuinationes aliquas in aliquibus rebus obſeruare. Quod ſi fecerit, xl. dies pœniteat.

Ex Bur. † lib. xix. Cap. 2.

† Burchardo forte

REQVISISTI ſortes in codicibus, vel tabulis, vt plures ſolent, qui in pſalterijs, & in euangelijs, vel in alijs huiuſmodi rebus ſortiri præſumunt; ſi feciſti, xl. dies pœniteas.

Non ponitur

Alexander iij. Gradeñ. Patriarchæ. Cap. 3.

c. 2. e.

EX tuarum tenore litterarum accepimus, quod V. presbyter lator præſentium iuuenili leuitate vſus cum quodam infami ad priuatum locum immundum ſpiritum inuocaturus acceſsit. vnde tu eum, quia propter hoc infamia laborat, & facinus publicum, & notorium erat, ab officio, & beneficio eccleſiaſtico ſuſpendiſti. Ipſe autem corã nobis viua voce propoſuit, quod nõ ea intentione, quod inuocaret dœmonium ierat, ſed vt inſpectione aſtrolabij furtum cuiuſdam eccleſiæ poſſet recuperare. Vnde licet hoc ex bono zelo, & ex ſimplicitate ſe feciſſe proponat, id tamẽ grauiſsimum fuit, & nõ modicam maculam peccati inde contraxiſſet. quoniam tutius eſt in dexteram, quam in ſiniſtram, & in miſericordiam, quam in ſeueritatem declinare: ipſum f. t. duximus remittendum, monentes, atq; mandantes, vt ſibi infra ſeptem dies, poſt harum ſuſceptionem litterarũ, eccleſiam cũ vniuerſis ablatis reſtituas, & talem ei pro expiatione illius delicti pœnitentiam inponas, quod per annũ, & amplius, ſi tibi viſum fuerit, ita tamen, quod biennium non excedat, eum ab altaris miniſtratione præcipias abſtinere, & extunc liberum ſit ei ſacerdotale officium exercere.

DE COLLVSIONE. Tit. xviij.

Gregorius vniuerſis Epiſcopis de Corintho. c. 1.

De collus. dec. c. 1.

SCRIPTA fraternitatis veſtræ relegẽtes agnouimus, quod ij, qui contra Adrianũ fratrem, & coẽpiſcopum noſtrum aliqua dixerãt, modo cum eodem Epiſcopo in amicitiã conueniſſent, & magna nobis ad præſens facta eſt de eorum vnitate lætitia, ſed quoniam ea quæ dicta ſunt, indiſcuſſa manere non patimur, ſedis noſtræ * ad inueſtigãda ea dirigimus * ..... nos facinoris qualitas vehemẽter inpellit, vt ea, quæ audiuim⁹, diſsimulare nullatenus debeamus, præſertim cum accuſatores, & accuſatum inter ſe feciſſe gratiam indicaſtis; hoc nobis neceſſe eſt, ſubtilius perſcrutari, ne forte illorum comparata concordia, quod abſit non ex caritate, ſed ex præmio facta conſtiterit.

* diaconem Greg. 9

Idem. Cap. 2.

c. 4. e.

CRIMINA ſemel audita indiſcuſſa Gregorius nullo modo prætermittebatur, † & ſi accuſatus cũ accuſatore rediſſet in gratiam.

† prætermittebat Greg. 9

Alexander iij. Norwiceñ. Epiſcopo. Cap. 3.

c. 3. e.

AVDIVIMVS in Epiſcopatu tuo, & in alijs Epiſcopatib. Angliæ vſque adeo clericorum malitiam excreuiſſe, vt interdũ inter ſe colluſione facta ſuper beneficijs, quæ poſsident, ſe ſuſtineant ab alijs moleſtari, & poſtea, vt quæſtioni cedatur, & idem clerici beneficia quiete poſsideãt, quaſi nomine trãſactionis ſoluunt alijs de ipſis beneficijs annuam penſionem, vt poſt mortem eorum in beneficijs filijs, ſuper quibus eſt inter eoſdem clericos colluſio facta, ius ſibi valeant vindicare. Vnde quid tibi exinde faciendũ ſit, nos conſulere voluiſti: f. t. p A. s. p̃ m. qua. ſi quos clericorum tuæ iuriſdictionis per colluſionẽ huiuſmodi fraudem legitime tibi conſtiterit commiſiſſe, eos beneficijs, ſuper quibus colluſum fuerit, non differas ap. re. perpetuo ſpoliare; quia ſatis eſſet indignum, & abſonum; ſi fraus, & dolus, quem in præiudicium tui iuris, & aliorum nituntur cõmittere, in eorum non redundaret incommodum, & iacturam.

DE SAGITTARIIS. Tit. xix.

Innocentius ij. Cap. vn.

De ſagit. c. vn.

ARTEM illam mortiferam, & odibilem balliſtariorum, & ſagittariorum aduerſus Chriſtianos, & catholicos exercere de cetero ſub anathemate prohibemus.

DE DELICTO PVERORVM. T. xx.

Auguſtinus. Cap. 1.

De del. puer. c. 1.

PVERIS grãdiuſculis peccata non ſunt attribuere quidam, niſi ab annis xiiij. cum pubeſcere cœperint, quod merito crederemus, ſi nulla eſſent peccata, niſi quæ membris genitalib. admittuntur. quis vero audeat affirmare furta, mendacia, periuria nõ eſſe peccata? at his plena eſt puerilis ætas, quamuis non in eis ita, vt in maioribus punienda videantur.

Alexander iij. Hermonieñ Epiſcopo. Cap. 2.

c. 2. e.

DEFERENTE nobis Aide præſentium latore ad audientiam Apoſtolicæ ſedis peruenit, quod cũ filius eius, qui decẽnis erat, cũ alijs pueris ſagittaret, quidã nepos euſdẽ

Aide ſagitta percuſſus interijt, quod idem filius eius cũ inter alios luderet, fortuito caſu dicitur peregiſſe, licet id habeatur incertum. Quia vero dilectus filius noſter Abbas S. Remigij a præfato Aide ſecundũ conſuetudinẽ illius terrę .c. ſolidos inſtãtius requirebat, ad noſtrã audientiã appellauit. Vnde quoniam in pueris relinqui ſolet inultum, quod vniuerſis prouectioris ætatis humanæ leges dicunt ſeuerius corrigendũ: f.t. per A.s.p̃.m. qua. rẽ ipſam diligentius inquiras, & ſi tibi conſtiterit, filiũ prædicti Aide infra .xiiij. ętatis ſuę annum exiſtere, cũ eũdem exceſſum, vt dicitur, cõmiſiſſet, cõmemoratũ Abbatem moneas, & auctoritate noſtra ap. re. compellas, vt ab eodẽ Aide prędictos .c. ſolidos propter vllã conſuetudinem non exigat, nec ab ipſo pro temporali pœna requirat. Quod ſi prænominatus Abbas eum ſuper hoc poſt cõmonitionem tuã duxerit inpetendum, tu Aide, & filium ſuũ ab eius inpetitione ſub, ap. re. auctoritate noſtra fretus abſoluas.

DE CLERICO PERCVSSORE. t. xxj.

Ex concilio Agath. Cap. 1.

De cler. perc. c. 1 SI quis in aliquo eccleſiaſtico gradu ſacratus percuſſor extiterit, corripiatur a crimine; ſi nõ emendauerit, deponatur.

Gregorius Andreæ Tarentino. Cap. 2.

c. 2. e. PRAETEREA, quoniã mulierem de matriculis contra ordinem ſacerdotij cædi crudeliter fuſtib. deputaſti, quã licet octo menſes exinde minime arbitror fuiſſe defunctam: tamẽ quod ordinis tui noluiſti habere reſpectum, propterea de duobus menſib. ab adminiſtratione ſtatuimus abſtinere.

Alexander iij. Lucenſi Epiſcopo. Cap. 3.

c. 5. e. PRAESENTIVM lator in quodã conflictu aſſerit ſe fuiſſe, pro parte tamen illorum, qui violentiam repellebant, in quo lapides ipſe proiecit, ſed aliquem nõ percuſſit, quem nos, quia per alios illic aliqui dicuntur occiſi, a celebratione miſſarum præcipimus abſtinere. Mandamus itaq. vobis, vt ſi res ita ſe habuerit, & alia tamen nõ impedierint, decurſo huiuſmodi temporis ſpatio ad ſui eum executionem officij admittatis.

DE CLERICO VENATORE. t. xxij.

Ex concilio Aurelian. Cap. 1.

De cler. ven. c. 1. EPISCOPVM, presbyterũ, aut diaconem, canes ad venandũ, aut accipitres, aut huiuſmodi res, habere non licet; quod ſi quis talium perſonarum in hac volu-ptate ſæpius detectus fuerit, ſi Epiſcopus eſt, tribus menſibus a cõmunione ſuſpendatur, ſi presbyter, duob. diaconus vero ab omni officio ſuſpendatur.

Idem. Cap. 2.

OMNIBVS ſeruis Dei, vt venationes, & ſiluaticas vagationes cum canibus, aut accipitres, aut falcones non habeant, interdicimus. c. 2. e.

DE CLERICO EXCOMMVNICAto, vel depoſito miniſtrante. Tit. xxiij.

Ex canone Apoſtolorum. Cap. 1.

SI quis Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, depoſitus iuſte ſuper certis criminib. auſus fuerit attrectare miniſterium dudum ſibi commiſſum; hic ab eccleſia abſcidatur. De cler. exc. c. 1.

Ex concilio Antiochen. Cap. 2.

SI quis presbyter ab Epiſcopo ſuo fuerit degradatus, aut officio pro certis criminibus ſuſpenſus, & ipſe per contemptum, & ſuperbiam aliquid de miniſterio ſibi interdicto agere præſumpſerit, & poſtea ab Epiſcopo correptus in cœpta perdurauerit pręſumptione; hic omnimodis excõmunicetur, & ab eccleſia expellatur, & quicũq. cum eo cõmunicauerit, ſimiliter ſe ſciat excõmunicatum. ſimiliter de clericis, laicis, vel feminis excõmunicatis obſeruandum eſt. Quod ſi aliquis iſta omnia cõtempſerit, & Epiſcopus emendare non potuerit, Regis iudicio exilio dãnetur. c. 1. e.

Alexander iij. Turonen. Epiſcopo parte.

Relatum. Cap. 3.

CLERICI autem, ſi qui a ſuis, aut etiã de mandato Romani Pontificis ab alienis Epiſcopis interdicti, vel excõmunicati, ante abſolutionem diuina officia celebrauerint, niſi ad admonitionem veſtrã ſine dilatione redierint, perpetuæ depoſitionis ſententiam pro auſu tantæ temeritatis incurrant. c. 3. e.

Idem Toletano Archiepiſcopo. Cap. 4.

LATORES pręſentium cum tuis litteris ad noſtram accedentes præſentiam ſuum nobis exceſſum plenius intimarunt, s. quod tam ipſi, quã alij multi, poſtquam interdicti, & excõmunicati fuerint, diuina pręſumpſerint officia celebrare. Quoniam vero eum eis magnam multitudinem in hoc peccaſſe dicebant, nec nobis quis eorum magis, vel minus deliquerint, innoteſcere potuit; negotium diſcretionis tuę arbitrio duximus remittendũ; f.t.p A.s.m. qua. rei veritate diligentius inquiſita, ſi xl. ſolummodo, vel pauciores in his deliquiſſe conſtiterit, omnes in perpetuum ab officio c. 4. e.

officio ſacerdotali deponas, ſi vero multitudinem magnam in hoc peccaſſe cognoueris; eos, quos magis cauſam delicti eſſe cõſtiterit, perpetua depoſitione cõdemnes, & alios, qui non tantum deliquerunt, ab officio ad tempus ſuſpendas, & omnibus pænitentiam, ſecundum diſcretionem tibi a Deo datam, iniungas.

DE NON ORDINATO MINIſtrante. Tit. xxiiij.

Hormiſda Papa. *Cap. 1.*

De cler. non ord min. c. 1.

SI quis baptizauerit, aut aliquod diuinum officium exercuerit nõ ordinatus, propter temeritatem abiciatur ab eccleſia, & nũquam ordinetur.

Vrbanus iij. Legionen̄. Epiſcopo. *Cap. 2.*

c. 1. e.

EX litteris tuæ fraternitatis nobis innotuit, quod I. diaconus præſentium lator volens ante tempus in presbyterũ ordinari, aſſeruit ſe propter ordinationem tuam gradũ ſacerdotalem adeptum, & cum non inpoſuiſſes ei manum, miſſarum celebrationem vſurpauit, poſt modum vero domino inſpirante redijt ad ſe ipſum, & proprium recognoſcẽs exceſſum, in tanto ſibi periculo cõſilium humiliter poſtulauit. Quia igitur ſuper hoc tua nos duxit fraternitas cõſulendos, litteris præſentibus reſpondemus, quod ad ſacerdotis officium non poterit promoueri. a diaconatu quoq. biennio, aut triennio pro tua maneat prouiſione ſuſpenſus. De beneficio autẽ miſericorditer agatur, ne ſuſtentatione priuatus ad ſæculi negotium reuertatur. vt autem ſecurius ei poſsis hanc miſericordiã facere, de agenda inpoſita pœnitentia, diligenter circa eum curam non deſinas exhibere. ſalubrius autem ſibi ąbſq. dubio prouidebit, ſi ad regularem vitam ſe duxerit transferendum.

DE EO, QVI FVRTIVE ORDInem recepit. Tit. xxv.

Alexander iij. Linconen̄. Epiſcopo. *Cap. vn.*

†Veniens lator

De eo, qui ord. f. c. 1.

LATOR † præſentium nobis expoſuit, quia antiqui hoſtis verſutia circumuentus furtiue diaconatus ordinẽ ſuſcepit. Vnde ita duximus reſpondendum, quod ſi forte non fuerit a te, vel ab aliquo Archidiaconorum, vel prælatorum tuorũ ſub anathematis interminatione prohibitus; tu ipſe in promotione ipſius ad ſacerdotale officiũ cum condigna ſatisfactione, niſi aliqua impediant, inpoſita, pro tuo arbitrio diſpenſes. Si vero interminatio anathematis ſuper hoc facta eſt, conmoneas eum, ſicut & nos fecimus, vt in aliquo monaſterio, ſeu canonica habitũ ſuſcipiat regularem. Qui iuxta admonitionem, ex quo in habitu illo aliquanto tẽpore fuerit laudabiliter conuerſatus, poteris ei miſericorditer prouidere. alioquin nulla ratione cõcedimus, eum ad ſacerdotale officium promouendum.

DE FVRTIS. Tit. xxvj.

In Exodo. *Cap. 1.*

QVI furatur hominem, & vendiderit eum, conuictus noxæ morte moriatur. De fur. c. 1.

In Exodo. *Cap. 2.*

SI quis furatus fuerit bouem, aut ouem, & occiderit, vel vendiderit: quinq. boues pro vno boue reſtauret, & quattuor oues pro vna oue. Non ponitur.

Salomon in eccleſiaſtem. *Cap. 3.*

NON grandis eſt culpa, cum quis furatus fuerit, furatur enim, vt eſuriẽtem impleat animam, deprehenſuſq. reddet ſeptuplum, & omnem ſubſtantiam domus ſuæ tradet, & liberabit ſe. Qui autem adulter eſt, propter cordis inopiam perdet animam ſuam. Non ponitur.

Ex concilio Triburien̄. *Cap. 4.*

FVRES, & latrones, ſi in furando, & deprædando occiduntur, viſum eſt pro eis nõ orandum; ſi comprehenſi, aut vulnerati presbytero, vel diacono confeſsi fuerint, communionem eis non negamus. c. 4. e.

Ex pænitentiali Theodori. *Cap. 5.*

SI quis pro neceſsitate furatus fuerit cibaria, vel veſtem, vel pecus, per famẽ, aut per nuditatem; pæniteat hebdomadas tres, ſi reddiderit, non cogatur ieiunare. c. 5. e.

Hieronymus ſuper parabolas. *Cap. 6.*

QVI cum fure partitur, odit animam ſuam, non fur ſolum, ſed ille reus tenetur, qui furti conſcius, quærente poſſeſſore non indicat. c. 4. e.

Alexander iij. Gremonen̄. Epiſcopo. *Cap. 7.*

EX litteris tuis, ſi bene meminimus, auribus noſtris innotuit, & dilecti filij I. ſubdiaconi noſtri diligens relatio patefecit, quod B. lator præſentium calicem quendam in eccleſia minus caute dimiſſum inuenit, quem licet auaritiæ cupiditate rapuerit, & inſipienter longo tempore detinuerit, poſtea tamẽ pænitentia ductus presbytero in confeſsione exceſſum ſuum humiliter, & reuerenter aperuit, & eccleſiæ iuxta eundem presbyteri conſilium, prout dignum fuit, exinde ſatisfecit. Vnde quoniam propter hoc ipſum tuæ c. 5. e.

fraternitatis diſcretio dubitat ordinare. Prudentiæ tuæ per A s. p̃. m. qua. ſi prædictus B. ſpontanea voluntate ſui animi confeſſus fuerit huiuſmodi præſumptionis exceſſum, & exinde eccleſiæ, cuius calix fuerit, ſatisfecit, nec eſt ſuper hoc nota, vel infamia manifeſta reſperſus, poſt peractam pœnitentiam, aut cõgruam partem pœnitentiæ, dummodo alias ipſum idoneum eſſe cognoſcas, ad ſacros ordines non dubites promouere.

DE EXCESSIBVS PRAELAtorum in ſubditos, vel contra. Tit. xxvij.

Idem. *Cap. 1.*

de exceſ prel. c. 1. PERVENIT ad audientiam noſtram, vnde, ſi verum eſt, miramur plurimum, & aduerſum vos de iure mouemur, quod in presbyteros, qui ſunt in veſtra iuriſdictione conſtituti, ſingulis annis, quaſi in ſeruos mercenarios, talliam facias, quibus niſi ad voluntatem veſtrã pecuniam ſoluerint, diuinũ officium interdicitis, & eos viliter, & inhoneſte tractatis in tãtum, quod ipſos laicis deſpicabiles reddidiſtis. Ideo vero hęc, ſi vera ſunt, graui debent vltione puniri, cum eoſdem presbyteros, quaſi filios, & fratres benigne, ac fraterna caritate fouere debeatis. d. igitur v. per A. s. p̃. m. qua. in prædictos presbyteros huiuſmodi tallias, & indebitas exactiones exercere nullatenus pręſumatis, nec eos de cetero irrationabiliter grauetis, vel inhoneſte tractetis, aut ſine iudicio capituli ſui ſuſpendere præſumatis, vel eorum eccleſias interdicto ſubiciatis, neq. duas eos matrices eccleſias, quarũ vnam ſufficere videbitis, tenere permittatis, nec aliquem ſine ordine iudiciario excõmunicare pręſumatis, ſcituri pro certo, quod ſi huiuſmodi rumores de vobis ad aures noſtras peruenerint, vos pro tantis exceſsibus auctore domino taliter puniemus, quod timore pœnæ veſtræ, ceteri a ſimilibus abſtinebunt.

Idem Cant. Archiepiſcopo. *Cap. 2.*

c. 1. c. AD hæc quoniam prędictus Epiſcopus, ſicut accepimus, plures eccleſias, & pręcipue eccleſiam de Nortun a conſuetudine, & obſequio Archidiaconorum liberas conſtituerit, & inmunes, & in hac parte redditus eorũ deminuit, & attenuauit, nihilominus tibi ſignificatione pręſentium iniungimus, vt ſi res ita ſe habet, factum Epiſcopi ſuper hoc ap. re. corrigas, & emẽdes, & ita prouideas, quod pręfato Archidiacono conſuetudines, quas presbyteri in eccleſijs ſui Archidiaconatus debent, plenarie conſeruentur, & illis gratã † reuerentiam exhibeant, & honorem. † at. debitam

Idem Exoneñ. Epiſcopo. *Cap. 3.*

AD aures noſtras peruenit, quod quidam Archidiaconi tui ſe in eccleſias, quæ in ſuis Archidiaconatibus vacant, auctoritate propria non verentur intrudere, & ſic ipſas eccleſias detinere non erubeſcunt, attendentes itaq. abſonum, & omni rationi contrarium tantæ pręſumptionis exceſſum, nec volentes incorrectum relinquere: f. t. p A. s. p̃. m. qua. ſi qui Archidiaconi ſunt in Epiſcopatu tuo, qui tali modo eccleſias occupant, vel occupatas detinent, ipſos ad eas dimittẽdas omni oc. & ap. ces. eccleſiaſtica cenſura compellas, & eaſdem eccleſias perſonis idoneis, & honeſtis ordines, & præfatos Archidiaconos pro tanta pręſumptione, debita cures animaduerſione punire. c. 3. c.

Idem Burdegalen. Archiepiſcopo. *Cap. 4.*

PRAETEREA de Archid. G. qui in tua, & Toloſona eccleſia Archidiaconus ſit conſtitutus, in vtraq. eccleſia regulariter profeſſus, collectis illis, quæ in Archidiaconatu eccleſiæ tuæ colligere poteſt, præter conſcientiam tuam, Toloſam regreditur, & ibi per annum, vel eo amplius moratur: prudentiæ tuæ ſignificamus, vt eundem G. ſi res ita ſe habet, altero, quẽ maluerit Archidiaconatu oc. & ap. ces. facias eſſe contentum. Dep. c. 4.

DE PRIVILEGIIS, ET EGRESSIbus † priuilegiatorum. Tit. xxviij. † exceſſibus Greg. 9

Leo Papa. *Cap. 1.*

EPISCOPALIA guberna cula, non niſi maioribus populis, & frequentioribus ciuitatib. oportet præſidere, ne honor, cui debent excellentiora committi, ipſe ſui numeroſitate vileſcat. Dep. c. 1.

Gregorius Petro ſubdiacono. *Cap. 2.*

SIC † in iudicijs laicorum priuilegia turbare nolumus, ita eis pręiudicantibus moderata volumus auctoritate reſiſtere. Violẽtos itaq. coërcere, nõ contra legem eſt agere, ſed legi facere ſubſidium. c. 1. c. † ſicut Greg. 9

Alexander iij. in concilio Lateraũ. *Cap. 3.*

CVM & plantare ſacram religionem, & plantatam fouere modis omnib. debeamus, numquam hoc melius exequimur, quam ſi nutrire ea, quæ recta ſunt, & corrigere, quæ profectum virtutis impediunt, commiſſa nobis a Deo auctoritate curemus. Fratrum autem, & coëpiſcoporum noſtrorum vehemẽti conqueſtione cõperimus, quod fratres tẽpli, c. 3. c.

&

& hoſpitalis, & alij quoq. religioſæ profeſsionis, indulta ſibi ab Apoſtolica ſede priuilegia excedentes cōtra Epiſcopalem auctoritatem multa pręſumunt, quę & ſcandalum faciunt in populo Dei, & graue pariunt periculum animarum. Propoſuerunt enim, quod eccleſias recipiunt de manu laicorum; excommunicatos, & interdictos ad eccleſiaſtica ſacramenta, & ſepulturam admittunt: in cunctis eccleſijs ſuis, pręter conſcientiam eorum inſtituant, & amoueant ſacerdotes: & fratribus eorum ad eleemoſynas quęrendas euntibus, cum indultum ſit eis, vt in eorum aduentum ſemel in anno aperiantur eccleſiæ, atque in eis diuina celebrentur officia; plures ex eis de vna, ſiue diuerſis domibus ad interdictum locum ſæpius accedentes, indulgentia priuilegiorum noſtrorum in celebrandis officijs, & ſepeliendis mortuis abutuntur; & tunc mortuos apud interdictas eccleſias ſepelire pręſumunt. Occaſione quoque fraternitatū, quas in pluribus locis faciunt, robur auctoritatis Epiſcopalis eneruant, dum contra eorum ſententiam ſub aliquorum priuilegiorum obtentu, munire cunctos intendūt, qui ad eorum fraternitatem voluerint ſe conferre. In his autem, quia non tam de maiorum conſcientia, vel conſilio, quam de minorum indiſcretione exceditur, & remouenda ea, in quibus excedunt, & quæ dubitationē faciunt, decernimus declaranda. Eccleſiā ſane, & decimas de manu laicorum ſine conſenſu Epiſcoporum, tam illos, quam etiam quoſcūque alios religioſos recipere prohibemus, dimiſsis etiam quaſcumq. cōtra tenorem iſtum moderno tempore receperunt. Excommunicatos, & nominatim interdictos, tam ab illis, quam ab alijs hominibus iuxta Epiſcoporum ſententiam ſtatuimus euitandos. In eccleſijs ſuis, quæ ad eos iure pleno non pertinent, inſtituendos presbyteros Epiſcopis repræſentent, vt eis quidem de plebis cura reſpondeant, ipſis vero pro rebus temporalib. rationem exhibeant competentem. Inſtitutos vero inconſultis Epiſcopis non audeant remouere. Si vero templarij, ſeu hoſpitalarij ad eccleſiam venerint interdictam, non niſi ſemel in anno ad eccleſiaſticum officium admittantur, nec tunc ibi corpora ſepeliant defunctorum. De fraternitatib. autem hoc ſtatuimus, vt ſi non ſe prædictis fratribus omnino reddiderint, ſed in proprietatibus ſuis omnino duxerint remanēdum; propter hoc ab Epiſcoporum ſententia nullatenus eximantur, ſed poteſtatem ſuam in eos, ſicut in alios parochianos ſuos exerceant, cum pro ſuis fuerint exceſsibus corrigendi. Quod autem de prædictis fratribus dictum eſt, ab alijs quoque religioſis, qui pręſumptione ſua Epiſcoporum præcipitant iura, & contra canonicas eorum ſententias, & tenores priuilegiorum noſtrorum venire præſumunt, pręcipimus obſeruari. Si autem contra inſtitutum hoc venerint, & eccleſiæ, in quibus iſta præſumpſerint, ſubiaceant interdicto, & quod egerint, irritum habeatur, & vacuum.

Item † venerabilib. fratribus Archiepiſcopis, ad quos litteræ iſtæ peruenerint. Cap. 4. † Idē Greg. 9 c. 4. e.

DILECTI filij noſtri fratres hoſpitalis Hieroſolymitani tranſmiſſa nobis conqueſtione monſtrarunt, quod vos eiſdem de malefactoribus ſuis iuſtitiam facere non vultis, priuilegia ipſorum inſpicere cōtemnitis, nec ipſos eleemoſynas quærere in veſtris parochijs, aut fratres ipſorū ſepelire aliquatenus permittitis. Quoniā igitur idem fratres multis ſunt libertatibus, & priuilegijs a Romanis Pontificibus præmuniti, quæ vt noſtris temporibus infringantur, nolumus ſuſtinere: f. u. per A. s. m. p. qua. iam dictis fratribus, in ijs, quæ ſibi a Romana eccleſia noſcuntur indulta fuiſſe, nullam prorſus moleſtiam faciatis, nec ea ſibi contradicere, vel negare aliquatenus attemptetis. Si enim de vobis in veritate talia de cetero poterimus conperire, pro certo ſciatis, quod nos conceſſa vobis priuilegia decurtabimus, cum noſtris, & eccleſiæ Romanæ ſcriptis authenticis obuiare minime timeatis.

Idem. Cap. 5.

SIMILI modo ſancimus, vt quicumq. in veſtra fraternitate fuerit receptus, ſi forte eccleſia, ad quam pertinet, ea diuinis officijs fuerit prohibita, eumque mori contingerit, eidem eccleſiaſtica ſepultura non denegetur, niſi nominatim interdicti, aut anathematis vinculo fuerit innodatus. Non ponitur. Poſt cō. Lat. par. 44. c. 8.

Idem Cantuar. Archiepiſcopo. Cap. 6. c. 5. e.

AD hoc in beatorum Apoſtolorū Principis cathedra, domino diſponēte, quamquā immeriti ſumus conſtituti, vt plantare debeamus, quæ ad diuinum ſpectent decorem, & euellere, & eradicare curemus, quæ obuia

ſunt rationi, & profectum impediunt ſalutis. Intelleximus ſane, quod hoſpitalarij nominatim excõmunicatos contra prohibitiones Epiſcoporum eccleſiaſticæ præſumunt tradere ſepulturæ, non cogitantes, quam graue ſit eis in morte communicare, quos, dum viuerent, eccleſia a ſuo ſinu pro eorum exceſſibus ſegregauit. Verum quoniam huiuſmodi prệſumptionem, & temeritatem nolumus nec debemus aliquatenus tolerare: f.t. per A. s.p̃.m. qua prędictos fratres moneas, ac horteris, & eis ex parte noſtra præcipias, vt ſi, quos in excõmunicatione defunctos in cœmeterijs eccleſiarũ ſepelierint, eos extra cœmeteria ipſa penitus eiciant. Quod ſi facere noluerint, in hoc ipſum de his, quos in excõmunicatione defunctos eſſe tibi conſtiterit, auctoritate noſtra re. ap. ob. exequaris.

Idem fratrib. Hierosolymitani hoſpitalis. Cap. 7.

Non ponitur. d. par. 44. c. 9. PERVENIT ad nos ex tranſmiſſa nobis inſinuatione venerabilis f. noſtri Herforden. Epiſcopi, quod vos occaſione priuilegij ab Apoſtolica ſede vobis indulti, non ſemel tantum in anno, ſed frequenter Epiſcopatum ſuum viſitatis, & interdictas eccleſias aperitis, vbi diuina officia celebratis. Additur ad hoc, quod vos corpora defunctorum, ſi qua inhumata iacuerint, dum excommunicati non deceſſerint, eccleſiaſticę dicimini tradere ſepulturæ. Quoniam igitur non decet vos aliquatenus vſurpare, quod non eſt vobis indultum, cum priuilegium meretur amittere, qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate: d.v.p A.s.p̃.m. qua ſic tenorem priuilegij cõſeruetis, quod eius metas in his, vel in alijs tranſgredi minime videamini; nec niſi ſemel in anno in eccleſijs interdictis diuina præſumatis officia celebrare. ſcituri pro certo, quod ſi ſecus nõ quod arbitramur feceritis, vos a prệſumptione veſtra artius auctore domino conpeſcemus.

Idem Epiſcopis, Archidiaconis, & alijs eccleſiarũ prælatis per Galliam conſtitutis. Cap. 8.

Non ponitur. Poſt cõ. Lat. par. 4. 19 c. 5. SANE quoniam a prędeceſſoribus noſtris, & a nobis ſtatutum eſt, vt ipſos excommunicare, vel oratoria ſua interdicere nemini liceat: vobis prệſentium auctoritate iniungimus, atq. prệcipimus, vt prędictos hoſpitalarios Hieroſolymitanos, aut eccleſias ſuas interdicere, vel excommunicare nullatenus prệſumatis.

Idem Abbati, & monachis S. Andreæ. Cap. 9.

SI de terra, quam habetis in parochia d. v. iam per xxx. annos decimas canonicis de Plautio perſoluiſtis; eas ſibi de cetero integre oc. & ap. poſt. perſoluatis. licet enim priuilegiorum Romanæ eccleſiæ beneficio fratrib. de Ciſter. indultum ſit, quod de laboribus ſuis nulli decimas, vel primitias perſoluere debeant; ex priuilegio tamen vobis indulto tanto tempore detrahere voluiſtis. Cum liberum ſit vnicuiq. iuri ſuo abrenũtiare, eoq. modo non poteſtis vos in hac parte tueri. c. 6. e.

Idem Ambian. Epiſcopo. *pars c. quod ſedem.* Cap. 10.

PORRO quoniam templarij, & hoſpitalarij multa ſunt libertatis pręrogatiua donati † non dubitamus, quin aliam libertatem habeant in locis, in quibus ante quam ad eos perueniſſent, fuerant habitatores; quod totum ex inſpectione priuilegiorum tuorũ plenius aduertere poteris, & ſecũdum quod inueneris, ita obſerues. c. 7. e. † al. donati

DE PVRGATIONE CANONICA. Tit. XXXIX.

Ex concilio Agathen. Cap. 1.

SI quis presbyter vitæ ſuæ negligens, prauis exemplis mala de ſe ſuſpicari permiſit, & populus ab ipſo iuramento, ſeu banno Chriſtianitatis conſtrictus infamiam eius patefecerit, & certi accuſatores criminis eiuſdẽ defuerint, admoneatur primo ſeorſum ab Epiſcopo; deinde ſub duobus, vel tribus teſtibus, ſi non emendauerit, Epiſcopus eũ publica increpatione admoneat. Si vero non ſic ſe correxerit, ab officio ſuſpendatur vſq. ad dignam ſatisfactionem, ne populus fidelium in eo ſcandalum patiatur. De purg. can. c. 1.

Ex concilio Melden. Cap. 2.

MONIALES ſi libidinibus inſecure accuſantur, & manifeſte detegi nõ valuerint, erga regulam, ſuæ opinionis malam famam canonice purgare cogantur. c. 3. e.

Ex concilio Melden. Cap. 3.

SI quis de gradu eccleſiaſtico raptoribus alienarum ſponſarum, ſe conſenſorem, vel interuentorem manifeſte prodiderit; a proprio gradu repellatur, & ſi veriſimilibus exinde ſuſpicionibus fuerit propulſatus, canonice ſe purget. c. 4. e.

Innocentius Papa Aquilegienſi Patriarchæ, & Epiſcopo. Mant. Cap. 4.

QVOTIENS frater noſter A. Tridentinus c. 5. e.

dentinus Epiſcopus in noſtra, & veſtra de ſimonia inpetitus ſit præſentia, prudentiam veſtram latere non credimus, cuius cauſam in pręſentiā noſtra ventilauimus. producti ſunt apud eum accuſatores, & vna voce ſcriptum afferentes, nec teſtes ſecundum formā canonum producere potuerunt, quod eccleſiam beati Petri de Paſorū presbytero Paulo dederit pro quattuor modijs de frumento, quos ab eiuſdem eccleſię laicis acceperit. Vnde quia nec accuſatores, nec teſtes ſecundum formam canonum, & ſtatuta ſanctorum patrum in cauſam ipſam procedere potuerūt; communi fratrum noſtrorum conſilio iudicamus, vt tertia manu ſui ordinis, & quattuor Abbatum, & religioſorum ſacerdotum de ſupra dicta ſimonia in veſtra præſentia ſe debeat expurgare. Porro expurgationis tenor erit huiuſmodi. Idem Epiſcopus ſuper ſancta euāgelia primum iurabit pro eccleſia ſancti Petri de Pa. presbytero Paulo danda, nec ipſe per ſe, nec per ſubmiſſam perſonā, nec aliquis pro eo ſe sciente pretium recepe rit: deinde expurgatores ſuper ſancta euangelia iurabunt ſimiliter, quod ipſi credunt, quod verum iurauit.

Lucius iij. *Cap. 5.*

e. 1. a. EX tuarum intelleximus continentia litterarum; quod cum H. presbyterum latorem pręſentium, quia infamabatur de homicidio, communicato fratrum conſilio in Epiſcopatu tuo a ſacerdotali officio ſuſpendiſſes, bonę memorię prędeceſſoris tui litteras tulit in medium, quibus apparuit eum iudicio aquæ frigidæ ſuam innocentiā purgauiſſe, & Epiſcopum eum ſuis litteris abſoluiſſe, ſcholaris, † & qui homicidiū inſtigante diabolo perpetrauerat, inmunem ſe ipſum a crimine, tactis ſacroſanctis euāgelijs affirmauit. Quia vero cum peregrina iudicia ſacris canonib. ſint inhibenda; purgationem, quam pręſtitit, ſufficere nō putamus: f. t. per A. s. m. quatenus ſi accuſatores minime idonei inuēti fuerint, qui eum homicidio conuincere poſſint, vt cum vij. aut v. manu ſui ordinis, ſicut expedire cognoueris, per purgationem canonicā innocentiam ſuam oſtēdat, iniungas. quam cum præſtiterit, ſuſpenſionem ſine mora, & difficultate relaxes, & eum teſtimonij boni adnuntians, ab infamia homicidij nullius cont. vel ap. ob. auctoritate noſtra fretus abſoluas. Is autem, qui infamatur, ſe ſe inmunē a crimine homicidij præſtito iuramento firmabit, & purgatores, quod eum credant verum iuraſſe, iurare debebunt.

Idem Wintoñ. Epiſcopo. *Cap. 6.*

CONSTITVTVS in pręſentia noſtra Pædiaconus de Botha, ſua nobis aſſertione monſtrauit &c. & infra. Pręterea illud nobis non modicam admirationem inducit, quod purgationem oblatam recipere noluiſti, niſi prius cōmendaſſes nomina ſingulorum, qui iam dictum P. purgare volebant, & de nationibus, & de ceteris ſupradictis prius inquireris diligenter, tanquam eſſes ordinationem facturus. vtinam ſic diſcuteres ordinandos. ſane in purgationibus faciendis cum ſatis ſit illi, qui purgando exhibet iuramētum, ſi ſecundum propriam conſcientiam, & opinionem iurat, quod purgandus a crimine ſit inmunis, & bonum exhibuit iuramentum, ſi purgatores ab eccleſia tolerentur, & ſunt bonæ famæ in ſuis ordinibus miniſtrantes, nec in iudicio pro crimine condemnati, procul dubio ſunt abſq. vllius indagine admittendi. e. 9. a.

Alexander Ewricñ. Epiſcopo. *Cap. 7.*

IDEO † inter alios præminemus ſupremo, licet inmeriti dignitate; vt debeamus, quę dubia ſunt, declarare, & ſingulorum conſultationibus quantum nobis dominus miniſtrauerit, ſollicite reſpondere; vt quæſtiones ſub examine Rom. eccleſię terminentur, quę inter alias eccleſias, diſponente domino optinet principatum. Vnde quia nos tua fraternitas conſulere voluit, vtrum Epiſcopus parochianum ſuum, publica fama eum accuſante ad purgationem cogere poſſit: conſulti taliter reſpondemus; quod ſi de aliquo crimine publica laborat infamia, accuſatore, & teſtibus deficientib. ad purgationem eſt per diœceſanum Epiſcopum compellendus, niſi forte ſuper ipſa cauſa ad ſuperiorē iudicem duxerit appellandum. Sanę ſi appellauerit, eius parebit iudicio, ad cuius examē cauſam voluit per appellationem transferre. e. 6. a. & ſupra de off. ord c. 4. in hac collectione † Nos idem.

Vrbanus iij. Archiepo Turoneñ. Andegaueñ. c. 8.

AD audientiam noſtram &c. & infra. Si vero publica, & manifeſta denūtiatione facta infra. xl. dies accuſator nō apparuerit, vel etiā in probatione defecerit, prædicto Archidiacono ſecundū quantitatem infamiæ, qua laborat, purgationem canonicā inponatis, & eā præſtita, & recepta, ipſum a nota infamiæ abſolutum publice nuntietis, vt ex hoc eius nō poſſit aliqua promotio impediri. Non ponitur.

* DE PVRGATIONE VVLgari. Tit. xxx. *

Ex concilio Triburiañ. *Cap. 9.*

c. 1. e. NOBILIS homo, vel ingenuus, ſi in ſynodo accuſatur, & negauerit, ſi fidelem eſſe eum ſciuerit, cũ xij. ingenuis ſe expurget. Si antea deprehenſus fuerit in furto, aut periurio, aut falſo teſtimonio, ad iuramentum non admittatur, ſed ſicut, qui ingenuus non eſt, (feruenti aqua, aut candenti ferro † ſe expurget.

† hæc recte omiſit Greg. 9

Ex concilio Magor. *Cap. 10.*

Greg. 9 De pęn. & re. c. 1. QVI presbyterum occiderit, xij. annorũ pænitentia ſecundũ canones inponatur, (aut ſi negauerit, ſi liber eſt, cum lxxij. iuret, ſi autem ſeruus, ſuper duodecim vomeres feruentes ſe expurget †; conuictus noxa vſq. ad vltimum tempus vitę, militiæ cingulo careat, & abſq. ſpe coniugij maneat.

† hæc omittit Greg. 9

DE DAMNO DATO. Tit. xxxj.

In Exodo. *Cap. 1.*

De iniur. c. 1. SI rixati fuerint homines, & percuſſerit alter proximum ſuum lapide, vel pugno, & ille mortuus non fuerit, ſed iacuerit in lecto; ſi ſurrexerit, & ambulauerit foris ſuper baculum ſuum, innocens erit, qui percuſſerit; ita tamen, vt opera eius, & inpenſas in medicos reſtituat.

Item. *Cap. 2.*

Non ponitur. SI bos cornu petierit virũ, aut mulierem, & mortui fuerint: lapidibus obruentur, nec comedentur carnes eius, dominuſq. bouis innocens erit. quod ſi bos cornupeta fuerit ab heri, & nudiuſtertius; & conteſtati ſunt dominũ eius, nec recluſerat † eum, occiditq: virum aut mulierem; & bos lapidibus obruetur, & dominum illius occident; qui ſi pretiũ ei fuerit inpoſitum, dabit pro anima ſua quidquid fuerit poſtulatus; filium quoq. & filiam ſi cornu percuſſerit, ſimili ſententiæ ſubiacebit, ſi ſeruum, ancillamq. inuaſerit, xxx. ſiclos argenti dabit domino, bos vero lapidib. obruetur.

† recluſerit forte

Item. *Cap. 3.*

c. 2. e. SI quis aperuerit ciſternam, & foderit, & non operuerit eam, cecideritq. bos, vel aſinus in ea, dominus ciſternæ reddet pretium iumentorum. Quod autem mortuum eſt, ipſius erit.

Item. *Cap. 4.*

c. 3. e. SI bos alienus bouem alterius vulnerauerit, & ille mortuus fuerit, vendent bouem viuum, & diuident pretium, cadauer autem mortuum inter ſe diſpertient. Si autem ſciebat, quod bos cornupeta eſſet ab heri, & nudiuſtertius, & non cuſtodiuit eum dominus ſuus, reddet bouem pro boue, & cadauer integrum accipiet.

Item. *Cap. 5.*

SI lęſerit quiſpiam agrum, vel vineam, & dimiſerit iumẽtum ſuum, vt paſcatur aliena, quidquid optimum habuerit in agro ſuo, vel vinea, pro damni æſtimatione reſtituet. c. 4. e.

Item. *Cap. 6.*

SI egreſſus ignis inuenerit ſpicas, & præhendit aceruos frugum, ſiue ſtantes ſegetes in agris, reddet damnũ, qui ignem ſuccendit. c. 5. e.

Ex pænitentiali Romano. *Cap. 7.*

SI quis domum, vel aream cuiuſcumque incenderit voluntarie, ſublata, vel incenſa omnia reſtituat, & tres annos pæniteat. c. 6. e.

DE POENIS. Tit. xxxij.

Ex concilio Toletano. *Cap. 1.*

EA, quæ frequenti præuaricatione iterantur, frequenti ſententia condemnentur. De pœnis. c. 1.

Ex concilio Triburien. *Cap. 2.*

PRESBYTERI interfecti conpoſitio Epiſcopo, ad cuius parochiã pertinet, ſoluatur, ita videlicet, vt medietatem Verrigeldi Epiſcopus eius vtilitatibus eccleſiæ, cui præfuit, tribuat, & alteram medietatem in eius eleemoſyna iuſte diſpertiat, quia nullus nobis eius heres proximior videtur, quam ille, qui ipſum domino ſociauit. c. 2. e.

Alexander iij. Cant. Archiepiſcopo. *Cap. 3.*

LICET iuxta Apoſtolum arguere, obſecrare, & increpare debeamus, ſic tamen debemus exceſſus corrigere ſingulorũ, vt probemur, non quæ noſtra ſunt, ſed quæ Ieſu Chriſti quærere, & in correctione facienda videamur modeſtiam, & maturitatem ſeruare. Accepimus autem; quod Archidiaconi Conuentreñ. Epiſcopatus pro exceſsibus, & criminibus puniendis a clericis, & laicis pœnam pecuniariam exigunt in examinatione ignis, & aquæ xxx. denarios a viro, & muliere quærere præſumunt, & pro annua exactione pecuniæ perſonas quandoq. ſuſpendunt, eccleſias interdicunt. a vicarijs quoque xij. denarios, vt eos in eccleſijs cantare permittant, exigere non formidant, & alia agũt, quæ canonum obuiant inſtitutis, & de radice cupiditatis, & auaritiæ videntur prodire. Quia igitur ſollicitudini noſtrę incumbit paſtorali prouidere diligẽtia, ne ab eccleſiaſticis perſonis tuæ prouincię aliquid agatur, quod c. 3. e.

reprehenſioni

reprehenſioni ſubiaceat, vel eccleſiaſticã honeſtatem denigret: ſ.t.p A.s.p̃.m.qua. Archidiaconis prædicti Epiſcopatus ex parte noſtra, & tua diſtricte inhibeas, ne pro exceſsib. corrigendis, aut criminibus puniendis a clericis, vel laicis pœnam pecuniariam, nec pro examine ignis, vel aquę denarios amplius exigere audeant, vel alia, quæ dicta ſunt, quomodolibet exercere. Si autem contra prohibitionem noſtram auſu temerario venire prę ſumpſerint, eos omni cont.& ap.ceſ. eccleſiaſtica cenſura percellas, & ſententiam ipſam vſq.ad dignam ſatisfactionem facias inuiolabiliter obſeruari.

Idem Epõ Conuentren. & Abbati Ciſtren. c.4.

De off. archid. c 6. MANDAMVS, vt ex noſtra, & veſtra parte prohibeatur Archidiaconus R. Ciſtren. clericos, ſiue laicos, qui pro ſuis exceſſibus puniendi ſunt, pecuniaria pœna mulctare, ſeu in examine ignis, vel aquæ a quolibet viro, vel muliere aliqua extorquere pręſumat, aut pro annua, & indebita exactione pecuniæ perſonas ſuſpendere, vel eccleſias interdicere, nec ad eccleſias ſui Archidiaconatus viſitandas, niſi ſemel in anno accedat, niſi forte talis cauſa emerſerit, propter quam ipſum oporteat præfatas eccleſias ſæpius viſitare, & tunc eum ea moderantia hominum, & equitaturarum, quod qui in eis morantur, exinde non debeant merito querelari. Si autem contra inhibitionem veſtrã venire prę ſumpſerit, eccleſiaſtica ſeueritate eum percellatis, omni oc.& ap.ceſ. & ſententiam ipſam vſq.ad dignam ſatisfactionem faciatis inuiolabiliter obſeruari, ita quod in vos, & illos hoc non cogamur durius vindicare.

Idem. *Cap.* 5.

c. 4. de pœnis. CALVMNIAM, & audaciam temere litigantium condemnãdo in expenſis, & alio multiplici remedio Imperialis ſanctio compeſcit. Quoniam igitur ſacris inſtitutis cõſonare dignoſcitur; pręcipimus, vt de cetero in cauſis pecuniarijs victus victori in expẽſis cõdemnetur, niſi forte, ſicut cautum eſt, pro abſente ſententia feratur.

DE PAENITENTIIS, ET REMISſionibus. Tit. xxxiij.

Calixtus Papa. *Cap.*1.

De pœnit. c 1. MANIFESTA peccata non ſunt occulta correptione purganda.

Alexander iij. Mediolanen. Archiepiſcopo. *Cap.* 2.

c. 3 e. SIGNIFICAVIT nobis vir P. quod F. dicto Imperatori, cum olim rediret ab vrbe, caſtrũ Verrucæ negauit. &c. Vnde contigit, quod quattuor caſtris deſtructis pluſquam duo millia domorũ deſtructa fuerint, & multi homines interfecti; alia etiam mala ibidem commiſſa dicuntur, quæ per ſingula eſſet lõgum enarrare. Quoniam igitur præfatus P. Deo exinde reconciliari deſiderat, & pænitentiam dignã ſuſcipere: ſ.u.per A.s.m.qua. eidem ſuper hoc conſilium detis, & ipſi pænitentiam, ſecundum quod viſum fuerit, miſericorditer inponatis. attendentes, quod pro libertate ſua, & pro eccleſiæ deuotione fecit. quia in his talem debeatis † diſcretionem adhibere, vt alij, & ipſe idem pro auſteritate pænitentiæ a ſeruitio eccleſiæ nullatenus retardentur, nec aliquod ſalutis periculũ merito debeat formidare. († debitis Greg.9)

Idem Cant. Archiepiſc. *pars c. in eminẽti c.*3

c. 4. QVOD autem cõſuluiſti, vtrum remiſſiones, quę fiunt in dedicationib. eccleſiarũ, aut conferentibus ad ædificationem pontiũ alijs proſint, quam ijs, qui remittentib. ſubſunt: hoc volumus tuã fraternitatem tenere quod cum a non ſuo iudice ligari nullus valeat, vel abſolui, remiſsiones prædictas prodeſſe illis tantummodo arbitramur, quibus vt prodeſſet, proprij iudices ſpecialiter indulſerunt, & in hoc eam intelligas quæſtionem ſolutam, in qua quæritur. vtrum is, qui excõmunicato communicat, a ſuo Epiſcopo, vel excõmunicati, abſolutionis gratiam debeat implorare.

DE SENTENTIIS, ET EXCOMmunicatis, & abſolutis. Tit. xxxiiij.

Gregorius G. Spoletano Epiſcopo. *Cap.* 1.

CVM ſit proprium &c.& infra. Si forte iniuſte ſe excõmunicatũ quis queritur, ſubtili indagatione cognoſce, & ita cognita veritate diſpone, vt nec diſciplinæ vigor frangi valeat, nec diſſolui, & infra. Supraſcriptus presbyter conqueſtus eſt diaconum quendam duo mancipia manumiſiſſe ſub hac condicione, vt monachi debeant fieri, & in eo monaſterio, vbi ipſe fuerat, permanere; adiciens, vt ſi quis contra faceret, iterum ſeruituti ſubderetur, atq. vnũ ex his hanc condicionem deſpexiſſe, & monaſterium deſeruiſſe, & ſe inter clericos ſociaſſe. Tu ergo ſi ita eſſe repereris, ſic te exhibe, vt nec illi deſerendi monaſteriũ ſit facultas, & manumittentis voluntas conſeruata nihilominus pręteriri non valeat. (Non ponitur.)

Alexander iij. Exonen. Epiſcopo *pars c. ſicut dignum.* *Cap.* 2

SVPER

De ſent. exc. c. 1. SVPER eo vero, quod a nobis conſilium poſtulaſti, vtrũ ſcholares, ſi ſe inuicem percuſſerint, in plena, vel in minori ætate clerici, aut religioſi viri in clauſtro ſecundũ canonem illum, quo ſtatutum eſt, vt illi, qui in clericos violentas manus iniciunt, mittantur ad Apoſtolicam ſedem abſoluendi; debeant ad eandem ſedẽ pro ſua abſolutione venire. Inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus, quod ſi clerici infra puberes annos, ſe ſe adinuicẽ, aut vnus alterũ percuſſerit, nõ ſunt ad Apoſtolicam ſedem mittendi, quia ætas eos excuſat, nec etiam clerici, ſi ſunt plenæ ætatis, & non de odio, vel de inuidia, vel indignatione, ſed leuitate iocoſa ſe adinuicem percutere cõtingat; nec magiſtrum, ſi ſcholarem clericum intuitu diſciplinæ, vel correptionis, quia non poteſt in ipſis iniectio manuum violenta notari. Ceterum ſi ex odio idem ſcholares, vel ſeculares clerici, ſe ſe percuſſerint: pro ſua abſolutione, debent ad Apoſtolicam ſedem venire.

Item. *Cap. 3.*

c. 2. & MONACHI vero, & canonici regulares quocumq. modo ſe in clauſtro percuſſerint, non ſunt ad eandem ſedem mittendi, ſed ſecundum prouidẽtiam, & diſcretionem ſui Abbatis diſciplinæ ſubdantur, & ſi diſcretio Abbatis non ſufficit, ad eorum correctionem eſt diœceſani Epiſcopi prouidentia adhibenda.

Item. *Cap. 4.*

c. 3. & SI vero aliquis alicuius poteſtatis oſtiarius ſub prętextu officij ſui malignatus clericum læſerit, ab Epiſcopo ſuo poteſt abſolui, niſi forte eundem clericum vulnerauit grauiter. Officialis pro iniectione manuum in clericũ poteſt ſine mandato Romani Pontificis abſolutionis beneficium promereri; quia nulli laico ſuper clericum tanta datur auctoritas, niſi forte turbam arcendo irruentem, non ex deliberatione, ſed fortuitu caſu clericum lædat. Si vero clericum vim ſibi inferentem vi repellat, vel lædat: non debet propter hoc ad Apoſtolicam ſedem tranſmitti, ſi in cõtinenti vim vi repellat, cum vim vi repellere omnes leges, omniaque iura permittãt. Nec ille conpellendus eſt ad Apoſtolicam ſedem venire, qui in clericum cũ vxore, matre, ſorore, vel filia ſua propria turpiter inuentũ manus iniecerit violentas. Ceterum ſi in ſtupro, vel adulterio, quando ea, cum qua ſtuprum, vel adulterium committitur, ipſum ita proxima conſanguinitatis linea non cõtingit, ceperit; aut in eũ violentas manus iniecit, non a ſententia illius excõmunicationis erit inmunis.

Item. *Cap. 5.*

SI vero aliquis in clericum nutrientem comã, ignorans, quod clericus fuerit, manus iniecerit violentas, propter hoc non debet Apoſtolico conſpectui præſentari, nec etiam excõmunicatione notari; dummodo ipſum eſſe clericum ignorauit, vel ſi hoc dubiũ fuerit, propria manu dumtaxat præſtare voluerit iuramentum; quod eum clericum ignorabat. ab illo autem, ſi præſtare noluerit iuramentum, quia violentas manus conſtat eum in clericum iniecíſſe, ſicut ab excõmunicato, donec de mandato ſummi Pontificis abſoluatur, conuenit abſtineri. c. 4. &

Idem Abbatib. priorib. & alijs eccleſiaſticis viris per Eboraceñ. Epiſcopatum conſtitutis. *Cap. 6.*

NON dubium eſt vobis, ſicut credimus, vel incertum, quin ij, qui violentas manus in clericos, canonicos, aut cuiuſlibet religionis conuerſos iniciunt, ex inſtitutione cõcilij ſententiam excõmunicationis incurrunt, nec niſi in articulo mortis ſine Romano Pontifice abſolutionis poſsũt beneficiũ inpetrare. c. 5. &

Idem B. Exoñ. Epiſcopo. *Cap. 7.*

MVLIERES vel etiã aliæ perſonæ, quę ſui iuris nõ ſunt, ab Epiſcopo diœceſano abſolui poſſunt, ſi manus in clericum iniecerint violentas. De his vero, qui magnæ ſunt potentiæ, & ita delicati, quod tantum laborem nequeant ſuſtinere, ſi manus violentas iniecerint in clericos; tale damus petitioni tuæ reſponſum; quod ſtatus perſonę prius, & veritas negotij eſt intimanda Romano Põtifici, & ſecundum conſilium eius tales erunt de cõmiſſo ſcelere corrigendi. Illi vero, qui non iniciunt, ſed (alij eorum † auctoritate, & mandato violenter iniciunt manus in clericos, ad ſedem Apoſtolicã ſunt omni ex.ces. mittẽdi; cum is vere cõmittat, cuius auctoritate delictum committi probatur. c. 6. & — † al. aliorũ

Idem Eboraceñ. Archiepiſcopo. *Cap. 8.*

CONSVLVIT nos tuę diſcretionis prudentia, quid tibi faciendũ ſit de ijs, qui de ſęculo fugientes in monaſterio tuo religionis habitũ ſuſceperũt; & inter cetera poſtmodũ confitentur ſe tale cõmiſiſſe delictum, quod ipſo actu excõmunicationis ſententiã incurrerunt. hos autẽ ſine licentia Romani Pont. nec potes, nec debes abſoluere, ſed pręſumptionẽ delinquentiũ debita animaduerſione punire. Non ponitur. Poſt eſ. Lat. par. 14. c. 2.

Idem. *Cap. 9.*

PORRO ſi aliqui violentas manus in fratres tuos iniciunt, & pænitentia ducti nõ cõuicti, ſed priuatim, ſicut aſſeris, a te veniam poſtulant, c. 7. &

poſtulant, eos monere debes propenſius, & inducere, vt his, quos læſerunt, congrue ſatiſfaciant, & Apoſtolico conſpectui ſe repręſentent. cũ a te, vel ab alio quolibet ſine ſpeciali mandato Romani Pontificis abſolui nõ poſſint. *Idem. pars c. ſignificaſti. c. 10.*

c. 8. e. NVLLI autem monachi templarij ſe poſſint priuilegio Apoſtolicæ ſedis tueri, quominus excõmunicatos vitare debeant; & pro violenta manuum iniectione in clericos, ſicut excommunicati, vitari.

Idem Abbati de Nem. *Cap. 11.*

Non ponitur. SI forte poſt conuerſionem ſuam in aliquem de fratribus ſuis aliquis violenter manus iniecerit, licitum ſit tibi, eos ab excõmunicationis ſententia abſoluere.

Idem Cant. Archiepiſc. & eius ſuffraganeis. c. 12.

Non ponitur. d. par. 14. c. 5. NON ſine dolore, & cordis amaritudine audiuimus, quod cũ viri eccleſiaſtici per vos, aut per alias perſonas eccleſiaſticas in eccleſijs ſecundum ſtatuta canonum ordinantur; laici, qui forte aliquando eccleſiarum ordinationes, ex vſurpatione conſueuerant in ſuæ periculum ſalutis habere, in tantã veſaniam, & furorem prorumpunt, quod eccleſiaſticos viros canonice in ipſis eccleſijs ordinandos iniurijs multis afficiunt, aliquando affligunt eos verberibus, interdum etiam, quod eſt auditu terribile, occidere non verentur. Quoniã igitur præſumptio quanta ſit, & inpietas eorum, qui talia, & tam atrocia facinora, & nefaria cõmittunt, nemo poteſt, qui recte ſapit, ignorare. Ad eos puniendos, & caſtigandos, qui hoc inſtinctu diabolicę fraudis committunt, & ſpirituale gladium debetis exercere, & nos ita volumus in ipſos exercere rigorẽ eccleſiaſticę diſciplinæ, vt nil videamus obmittere, quod aduerſus hos ex iuris diſtrictione fieri poſſit. Inde eſt, quod f. u. per A. s. p. m. qua. ſi qui ſe in tantam veſaniam, & præſumptionem erexerint, quod hac, vel occaſione alia clericos occidãt, vel occidi faciãt, vt alij in eos violentas manus iniciant, tã malefactores ipſos, quam illos, de quorum mandato id fuerit perpetratum, publice accenſis candelis, & pulſatis campanis ap. re. excõmunicatos denuntietis, & faciatis, ſicut excõmunicatos, vitari, donec Deo, & ſanctæ eccleſiæ ſatisfaciant, & cum litteris veſtris rei veritatẽ continentib. ad Apoſtolicam ſedem accedãt.

Idem. *Cap. 13.*

Non ponitur d. par. 14. c. GRAVITER oculos diuinæ maieſtatis offendunt, qui religioſos viros fatigant moleſtijs, & otium ſuæ perturbant quietis. Sane a ſanctæ memoriæ prędeceſſore noſtro Papa K. in Lateranen concilio conſtitutum eſt, vt qui violentas manus in clericos, vel monachos, hoſpitalarios, vel templarios, ſeu in viros alterius religionis inmittunt, excõmunicationi ſubiaceant; nos autem ſtatutũ prædeceſſoris noſtri ratum, & firmum tenere volentes, f. ũ. m. atq. p. qua. ſi qui parochianorũ veſtrorum in fratres hoſpitalis Hieroſolymitani manus violentas iniecerit, eos ap. re. publice excõmunicatos denuntietis, & ab omnibus faciatis cautius euitari, donec prędictis fratribus de illata iniuria congrue ſatisfaciãt, & cum litteris Epiſcoporum ſuorum rei veritatem continentibus Apoſtolico conſpectui ſe repræſentent.

Idem Archiepiſcopis, Epiſcopis, & alijs prælatis per Galliam conſtitutis. *Cap. 14.*

c. 9. e. PAROCHIANOS autem veſtros, ſi qui in monachos, vel conuerſos præfati ordinis violentas manus iniecerint, ſub. ap. re. ſecundum tenorem generalis decreti excommunicatos denuntietis, ipſosq. faciatis ſicut excõmunicatos euitari, donec eis, quos læſerint, congrue ſatisfaciant, & cum litteris veſtris Apoſtolico ſe conſpectui repręſentent.

Idem Lemuen. Epiſcopo. *Cap. 15.*

c. 10. e. EX tenore litterarum tuarum nobis innotuit, quod B. canonicus S. Mariæ de Vineis, in quendã ſubdiaconũ manus iniecit violentas. &c. & infra. Mandamus itaq. f. tuæ, qua, recepto ab eo canonico iuramẽto, quod non debeat mandato parere, ipſum vice noſtra, a ſententia, qua tenetur, abſoluas; ſibiq. in virtute iuramenti pręcipias, quia de cetero in clericũ, monachũ, hoſpitalariũ, vel alicuius religionis conuerſum, manus non iniciat violentas, niſi ſe defendendo, aut de mãdato ſecerit ſuorũ prelatorũ, vel niſi ſuper eũ prelationis miniſteriũ, aut magiſterium habeat, aut cum ipſo ſocius fuerit in eadem eccleſia.

Idem Cenomanenſi Epiſc. pars c. Tua nos c. 16.

c. 11. e. DE cetero noueris, quod ſi laicus pro violentã manuũ iniectione in clericũ, vinculo excõmunicationis aſtrictus, ſi habens capitales inimicitias, vel alias iuſtas excuſationes, quib. ab itinere rationabiliter excuſetur, ita quod ſine periculo Apoſtolico ſe nequeat conſpectui pręſentare, licet diœceſano Epo recepto iuramento, ſecundũ morem eccleſię, abſolutionis gratiã inpertiri, ſed eſt illi ſub iuramẽti debito iniungendũ, vt quam citius habuerit oportunitatem, Romanũ Pontificẽ adeundi adeat mandatum Apoſtolicum ſuſcepturus.

DE

DE PRESBYTERO NONDVM baptizato. Tit. xxxv.

Ex concilio apud Compendium. *Cap. 1.*

De pres nō bap. c. 1. SI quis presbyter ordinatus deprehenderit ſe non eſſe baptizatum, baptizetur, & iterum ordinetur.

Innocentius iij. Cremonen. Epo. *c. 2.*

c. 1. e. APOSTOLICAM ſedem venerabilis frater noſter, vt debuiſti, conſulere decreuiſti. & infra. Vnde inquiſitioni tuæ breuiter, & placide reſpondemus, presbyterum, quem ſine vnda baptiſmatis extremū diem clauſiſſe, litteris tuis ſignificaſti, quia in ſanctæ matris eccleſiæ fide, & Chriſti nominis confeſsione perſeuerauerit, ab originali peccato ſolutum, & cœleſtis patriæ gaudium eſſe adeptum, & ſanctorum patrum auctoritate Auguſtini, atq. Ambroſij incunctanter aſſerimus. lege frater viij. Auguſtini librum de ciuitate Dei, inter cetera legitur. Baptiſmus inuiſibiliter miniſtratur, quem non contēptus religionis, ſed terminus neceſsitatis excludit. librum beati Ambroſij de obitu Valentiniani idem aſſerentis reuolue. ſopitis igitur quæſtionib. doctorum patrum ſententias teneas; & eccleſiæ tuæ iuges preces, hoſtiaſq; pro eo offerre iubeas.

DE VERBORVM SIGNIFICAtione. Tit. xxxvj.

Hieronymus ſuper Danielem. *Cap. 1.*

De verb ſign. c. 1. NAM Rex Nabuchodonoſor pater tuus adeſt proauus; more ſcripturæ; quæ auos, & deinceps, patres appellat.

Idem in parabolis. *Cap. 2.*

c. 2. e. NAM, & ego vnigenitus fui coram matre mea. Quia † vnigenitum ſe coram matre nominat, quem fratrem vterinum præceſſiſſe, ſcriptura teſtatur, niſi quia ille mox natus ſine nomine, quaſi nūquā eſſet, de vita deceſsit.

† Quære forte

Idem ſuper Matthæum. *Cap. 3.*

c. 4. e. QVOD dicitur ante quam conueniret, non ſequitur, vt poſtea conuenirent; ſed ſcriptura, quod factum non ſit, oſtendit.

Idem in eodem. *Cap. 4.*

c. 5. e. IOSEPH non cognouit, donec peperit filium ſuum primogenitū. ex hoc quidā loco peruerſiſsime ſuſpicantur, & alios filios habuiſſe Mariam, dicētes primogenitum, cū primogenitus nō debeat dici, niſi qui habeat fratres. Cum hic mos diuinarum ſit ſcripturarum, vt primogenitum non eum vocent, quē fratres ſequantur, ſed eum qui primo natus ſit.

Hilarius. *Cap. 5.*

INTELLIGENTIA dictorum ex cauſis eſt aſſumēda dicendi: quia nō ſermoni res, ſed rei eſt ſermo ſubiectus. c. 6. e.

Auguſtinus ſuper Matthæum. *Cap. 6.*

NIHIL obſtat narrandi diuerſitas, vt eadem dicantur; maxime cum quiſq. euangeliſtarū eo ordine credit ſe debere ea, quo Deus voluit. c. 7. e.

Gregorius. *Cap. 7.*

PROPTEREA ſi prolixam epiſtolā meam ad interpretandum accipere fortaſſe contigerit, rogo non verbum ex verbo, ſed ſenſum ex ſenſu tranſferre; quia plerumque dum proprietas verborum attēditur, ſenſus veritatis amittitur. c. 8. e.

Idem † Iſidorus de præpoſitis *Cap. 8.*

† Item forte

QVAMVIS omnes, qui præſint præpoſiti rite vocantur, vſus tamē obtinuit, eos vocari præpoſitos, qui quandā prioratus curā ſuper alios gerant. c. 9. e.

Alexander iij. *Cap. 9.*

QVAESIVIT a nobis tua fraternitas, vtrum ſacerdos vno clerico tantum præſente infirmum debeat vngere, & quando feſtum beati Mathiæ in anno biſſextili debeat obſeruari. præſertim cum quidam inter vigiliā, & feſtum velint diem interponere. Nos itaq, tibi duximus reſpondendum, ſacerdos vno præſente clerico, & etiā ſolus infirmum vngere poteſt. feſtum beati Mathiæ iuxta conſuetudinē eccleſiaſticam vigilia eatenus præcedat, vt nec pro biſſexto, nec quolibet alio modo inter ſe, & ſollemnitatem aliam diem admittat: In qua vtiq. niſi vigilia venerit in dominica die, ieiunium celebretur. Ipſum autē feſtum, ſiue fiat in præſenti die, vel in ſequēti, qui duo quaſi pro vno reputantur, nullus error, ſed eccleſiæ conſuetudo teneatur. c. 14. e

Iſidorus in libro etymologiarum. *Cap. 10.*

FORVS eſt exercendarum litium locus, a fando dictus, ſiue a Phoroneo Rege, qui primus Græcis legem dedit. hæc loca, & pro roſtra vocantur, ab eo, qui ex bello Punico, captis nauib. Carthaginēſiū roſtra ablata ſunt, & in foro Romano præfixa, vt eſſent in ſigno huius victoriæ. Cōſtat autē forus cauſa, lege, & iudicio; cauſa vocata a caſu, quo venit; eſt enim materia, & origo negotij, nec dum diſcuſsionis examine patefacta; quæ dum proponitur, cauſa eſt; dum diſcutitur, iudicium; dum finitur, iuſtitia. Vocatur autem iudiciū, quaſi iuriſdictio, & iuſtitia, quaſi iuris ſtatus. iudiciū autē prius inquiſitio vocabatur, vnde & auctores iudiciorum, & præpoſitos quæſtores, vel quæſitores vocam⁹. negotiū multa c. 10. e.

ſignificat,

ſignificat, modo actum rei alicuius, cui contrariũ eſt otium, modo actionẽ cauſæ; quod eſt iurgium litis, & dictum negotiũ, quaſi nec otium .i. ſine otio. Negotium autem in cauſis, negotiatio in commercijs dicitur, vbi aliquid datur, vt maiora lucrentur. Iurgium dicitur quaſi iuris garrium, eo quod ij, qui cauſam dicunt, iure diſceptant. Lis a cõtentione limitis prius nomẽ ſumpſit; de qua Vergilius: limes erat poſitus, litẽ vt diſcerneręt agri. Cauſa autẽ, aut argumẽto, aut probatione cõſtat. argumẽtum nũquam teſtib. nũquam tabulis dat probationem, ſed ſola inueſtigatione inuenit veritatem. Vnde dictum eſt argumentum .i. argutũ inuentũ. probatio autẽ teſtib. & fide tabularũ conſtat. In omni autẽ negotio ſex perſonę quęruntur, iudex, accuſator, reus, & tres teſtes. Iudex dictus eſt, quaſi ius dicens populo, ſiue quod iure diſceptet. Iure autẽ diſcẽptare eſt iuſte iudicare, nõ eſt autẽ iudex, ſi nõ eſt in eo iuſtitia. Accuſator vocatus quaſi adcauſator, quia ad cauſam vocat eũ, quẽ appellat. Reus a re, quę petitur, nuncupatus, quia quãuis conſcius ſceleris nõ ſit, reus dicitur tamen, quãdiu iudiciũ pro re aliqua petitur. teſtes antiquitus ſuperſtites dicebãtur, eo quod ſuper ſtatũ cauſę proferebãtur; nunc parte ablata nominis, teſtes vocantur. Teſtes autem conſiderantur cõdicione, natura, & vita. cõdicione, ſi liber, non ſeruus; nam ſæpe ſeruus metu dominantis, teſtimonium ſupprimit veritatis. Natura, ſi vir, non femina; nam variũ, & mutabile ſemper femina. Vita, ſi innocens, & integer actu. nam ſi vita bona defuerit, fide non creditur. non .n. poteſt iuſtitia cũ ſcelerato habere cõmerciũ. Duo ſunt genera teſtiũ, aut dicendo id, quod viderunt, aut proferendo id, quod audierũt. Duobus autem modis teſtes delinquunt, cũ aut falſa promunt, aut vera ſilentio obtegũt.

Idem in eodem. Cap. 11.

c. 11. e. PACTVM dicitur inter partes ex pace cõueniens ſcriptura, legib. ac morib. probata. dictum pactum, quaſi ex pace factum.

Idem in eodem. Cap. 12.

c. 12. e. IVS dictũ eſt a iuſte poſsidẽdo, hoc .n. iure poſsidetur, quod iuſte; hoc iuſte, ꝙ bene: quod autẽ male poſsidetur, alienũ eſt; male autem poſsidet, quod † vel ſuis male vtitur, vel aliena pręſumit. † *quũ forte*

Paſchaſius Papa ij. canonicis S. Martini. c. 13.

c. 13. e. CAVSA Carpeñ. plebis &c. & infra. Cęterũ primitiæ, decimæ, oblationes in ſolis eccleſiarũ bonis pręcipue numerantur. oblationes vero dicimus quæcũq. de proprijs, & licitis rebus eccleſiæ a fidelib. offeruntur. Quicumq. igitur eas per manũ, vel poteſtatę opprimet ſęcularem, proculdubio cõtra dñi, & cõtra ſanctorũ patrũ nititur inſtitutiones, quinimmo, & qui accipit, & qui tradit, raptor, & ſacrilegus iudicatur.

Hieronymus ſuper Oſee. Cap. 14.

INNOVATE nouale. nouale eſt ager nunc primum præciſus. c. 1. e.

DE REGVLIS IVRIS. Tit. xxxvij.

* * Cap. 1.

OMNIS res per quaſcũq. cauſas naſcitur, per eaſdẽ diſſoluitur. De reg. iur. c. 1.

* * Cap. 2.

OMNIS vero qui pulſat* fuerit, ſi iudicẽ ſuſpectũ habuerit, liceat appellare. Non ponitur.

Auguſtinus in epiſtola ad Romanos. Cap. 3.

QVI autem infirmus eſt, olus mãducet, infirmũ, qui cibum diſcernit, ſuo relinquẽdũ iudicio dicit, ne cũ ſcrupulo edat. de manifeſtis autẽ iudicandus eſt, ſed ea, quę dubiũ eſt, quo animo fiant, in meliorem partẽ interpretemur, vt de cibis. & infra. Stabit autẽ hic. innuit, quod ambigua debemus in meliorẽ partem vertere. Non ponitur.

Gregorius vij. Cap. 4.

QVOD latenter per vim, & illicite introductũ eſt, nulla debet ſtabilitate ſubſiſtere. c. 5. e. †

Idem Parmenſi. Cap. 5.

CVM in contẽplatione &c. & infra. In ipſo initio non eſt a quæſtionib. inchoandũ. c. 6. e.

Idem Clerico, & or. Mediolanẽ. Cap. 6.

QVOTIENS res aliqua agenda plurib. cõmittitur, dum quiſq. diſſentit ab altero, diſpẽdijs potius, quã vtilitatib. aditus reſeratur. Non ponitur.

Beda in homilia. Cap. 7.

ESTOTE miſericordes &c. Hoc loco nobis nihil aliud præcipi exiſtimo, niſi vt ea facta, quę dubiũ eſt, quo animo fiant, in meliorẽ partẽ interpretemur. quod .n. ſcriptũ eſt; ex fructib. eorũ cognoſcetis eos; de manifeſtis dictũ eſt, quæ non poſſunt bono animo fieri, vt ſtuprũ, blaſphemiæ, furta, ebrietas, & ſimilia, de quibus nobis permittitur iudicare. c. 1. e.

Idem. Cap. 8.

QVAE multotiens vſurpantur, neceſſe eſt, vt multotiens prohibeantur; nam quidquid in ſacratis Deo reb. & Epiſcopis iniuſte agitur, pro ſacrilegio reputatur; quia ſacra ſunt, & violari nõ debent. c. 7. e.

Idem. c. 9.

QVI ſcandalizatur &c. vtilius ſcandalũ naſci permittatur, quam veritas relinquatur. c. 3. e.

Auguſtinus. Cap. 10.

QVI ex timore facit pręceptum; aliter, c. 8. e.

P quam

quam debeat, facit, & ideo iam non facit.

Idem in libro de pœnitentia. Cap. 11.

c. 9. e. DEFLEAT peccator, quia offendẽs in vno pręcepto, factus eſt omniũ reus. *Beda ſup Marcũ. c. 12*

c. 4. e. QVOD nõ eſt licitũ in lege, neceſsitas licitũ facit; nã & ſabbatũ cuſtodiri pręceptũ eſt, Machabęi tamẽ ſine culpa in ſabbato pugnãt. ſic & hodie ſi quis ieiuniũ fregerit ęgrotus, non tenetur.

Cap. 13.

INDIGNVM eſt, & a Romanæ eccleſię conſuetudine alienum, vt pro ſpiritualib. facere quis homagiũ cõpellatur. c. 11. e. *Gregorius in regiſtro. c. 14.*

QVAMVIS cauſę &c. & infra. Quid eſſe deterius poteſt, quã vt agãtur talię erga ſeruos Dei, & ipſe neſciat, qui preeſt? non. n. poteſt eſſe paſtoris excuſatio, ſi lup⁹ oues comedit, & paſtor neſcit. c. 10. e.

COLLECTIONIS SECVNDAE LIBER PRIMVS.

DE CONSTITVTIONIB. TIT. I.

Clemẽs iij. Anconitano Archiepõ. † *pars c. ſig. -c. un.*

† al. A conitano Epo. Non ponitur. † al. quem † al. certum

PRAETEREA de lege illa, vel errore, quã † ciues tuos aſſeris ſtatuiſſe, videlicet, vt ſi quis teneret per xxx. annos poſſeſſiones alicuius eccleſiæ, nec reddidiſſet canonem conſtitutũ, nõ ideo caderet a detentione poſſeſsionis illius: nihil certi tibi † poſſumus reſpondere; donec conſtitutionem illam ab ipſis factam, nobis verbo ad verbum expoſitam ſtudeas deſtinare.

DE RESCRIPTIS. Tit. ij.

† al. Epo & Ciſtreñ. De reſcr. c. 6. † al. Quoniam † Ciſtrẽ

Alex. iij. (Abbati Ciſtercieñ. & fratrib. Cumañ. † c. 1.

CVM † ordinẽ Ciſtercienſiũ † profeſsi, eo priuilegio, quo fratres alij gaudeatis, inter vos, & aliquos clericos ſæculares ſuper decimis quęſtione ſuborta, tacito quod ſitis Ciſtreñ. ordinis, contra vos, velut in monachos alterius ordinis litteras a ſede Apoſtolica impetrantes; deinde iuramentis, litigijs, ſicut vobis ſignificãtib. accepimus, & expẽſis difficilib. vos inquietant. Volentes ergo vobis ſollicite prouidere, ne contra tenorem priuilegiorũ veſtrorũ poſsitis quorũlibet temeritate vexari, auctoritate vobis Apoſtolica mãdamus, vt ſi cõtra vos ſuper decimis, vel alijs, quæ ordini veſtro ſpecialiter Apoſtolica ſedes indulſit, nõ facta mentione Ciſtreñ. ordinis litterę fuerint a ſede Apoſtolica impetratæ; eis minime teneamini reſpondere.

De app. c. 35. † Rex forte

Alexander iij. Tarraconeñ. Archiepiſcopo. Cap. 2.

ACCEPTA cõqueſtione canonicorũ Pãpiloñ. quod dilectus filius noſter Dux † Nauarrorũ, eos bonis ſuis ſpoliaſſet, cauſã ipſam tuę fraternitati ad eorũ petitionẽ duximus cõmittendã, & fine canonico terminãdam. Verũ quoniã nobis tacuerãt, quod ab audiẽtia tua fuit ad ſedẽ Apoſtolicã appellatũ; nec nos, ſi hoc nobis conſtitiſſet, ipſam cauſam tuo cõmiſiſſemus examini; cũ nõ debeat ad eas cauſa remitti, a quibus noſcitur appellatũ, niſi partes in hoc cõſentirẽt: f. t. p A. s. mãdamus, † & arti⁹ inhibem⁹, ne in executione ipſius negotij occaſione litterar. nr̃arũ aliqua ratione procedas. † al. pręſentium

Alexander iij. Tornaceñ. Epiſcopo. Cap. 3.

De reſcr. c. 7. † al. lã te, vel lã a te * al. add. nunc ** al. add. noſtrum † primum

EAM te † &c. & infra. Dudũ ſi quidẽ ante tuã promotionẽ, ſi bene meminimus, litteræ a nobis emanarũt, quib. Decano, & eccleſię tibi * cõmiſſę, te adhuc in eodẽ capitulo exiſtẽte mãdatũ ** dedimus, & pręceptũ, vt d. f. n. M. p̃ latorẽ, qui de gente Iudęorũ originẽ duxit, & interueniente diuina gratia fidẽ Chriſti humiliter, & deuote ſuſcepit, optentu ſuę cõuerſationis, optentuq. litterarũ, in quib. ita proficit, quod eccleſiaſtico beneficio dignus nõ immerito reputatur; receptis litteris nr̃is in canonicũ reciperent, & prębẽdã, ſi qua vacaret, vel quãprimo † vacare cõtingeret, liberaliter cõferre deberẽt. Ipſi vero ſicut eodẽ M. referẽte recepimus, litteris nr̃is poſt cõſecrationẽ tuã receptis, quia donatio prębẽdarũ ad te ſpectabat, pręceptũ noſtrũ, ſicut aſſerebãt, debitę executioni nõ potuerunt mãdare. Cũ itaq. pręſcriptus M. ſicut aſſerit, te ſuper hoc ex parte noſtra inſtãter requireret; tu ei reſpõdiſti, quod nullũ inde a nobis mãdatũ receperas, & ſic eũ a te infecto negotio remiſiſti, quod nullatenus feciſſe deberes, ſi datã litterarũ noſtrarũ diligenter attẽdiſſes, cũ tẽpore, quo litterę ipſę datę ſũt, de capitulo eſſes, ſicut qui eras Archidiaconus, & canonicus eiuſdẽ eccleſię, licet nec eſſes adhuc in Epiſcopũ cõſecrat⁹. & infra. Pro eo vero, quod Iudęus extitit, ipſum nõ deberes aliquatenus † dedignari. & infra. fraternitati tuę mandamus, qua. eũ in canonicũ eccleſiæ tuę recipias, & ei ſtallũ in choro, & locũ in capitulo aſsignes. † al. aliquando † al. capitulum

Lucius iij. Cap. 4.

c. 2. e.

AD hoc ſumus in ſede iuſtitię diſponẽte dño cõſtituti; vt, quę cõtra iuſtitiã attẽptãtur, nr̃a ſollicitudine ad rectitudinis tramitẽ reuocentur. &c. & infra. Prouide ſignificatũ eſt nobis, quoſdã in prouinciæ tuæ partib. tales de Cãcellaria noſtra litteras recepiſſe, per quas omnia eorũ negotia vnius iudicis, vel pluriũ, quos ſibi elegerint, arbitrio cõmittuntur; ſicq. fit, vt ſi aliquem † pulſare voluerint, examen ordinarij iudicis non requirant, ſed ad iudicem vnum, vel plures delegatos ſibi propitios, & exinde parti aduerſę ſuſpectos, ſuper examinanda quęſtione decurrãt. quod quam ſit cõtrariũ Deo, & ſacris canonibus inimicum, † al. aliquando

nemo

† al. ad modicũ

nemo ambigit, qui vel modicam † notitiam canonicæ inſtitutionis apprehẽdit. tales itaq. litteras a noſtra Cancellaria non credimus prodiſſe, vel ſi forte prodierint, cõſcientiam noſtram, quæ diuerſis occupationibus impedita, ſingulis examinandis non ſufficit, effugerunt. Vnde nos huic morbo celeri volẽtes obuiare remedio: fr. tuæ per Apoſtolica ſcripta præcipimus, mandantes, quatenus, ſi litteras tales in ſubiecta tuę ordinationi prouincia, vel impetratas, vel deinceps impetrãdas inueneris, † eas carere viribus noſtra auctoritate decernas, & ne ab aliquo in iudicium admittantur ſuper quacumque quęſtione, prohibeas.

† al. inuenias

Lucius iij. *Cap. 5.*

c. 11. e.

AD audientiam noſtram te ſignificante peruenit, quod H. de S. Stephano ſuper abſolutione ſua, litteras tibi, vt prima facie videbantur, Apoſtolicas præſentauit, quas quoniã habuiſti ſuſpectas, nec de Cancellaria eccleſiæ Romanæ emanaſſe putaſti, ad nos remittere curauiſti, conſulens apoſtolatũ noſtrum, vnde deuotionem tuã in domino cõmendamus; vtrum occaſione ipſarum litterarum præfatum virum habere debeas abſolutũ. Nos igitur litteris ipſis diligenter inſpectis, taliter tibi duximus reſpondendũ; quod cum eas non credamus de prædeceſſoris noſtri conſcientia emanaſſe; nullam eis fidem te volumus adhibere, cum etiam manifeſtũ contineant in conſtructione peccatum.

Lucius iij. *Cap. 6.*

Non ponitur.

ROTBERTVS de Columbellis ſuper eccleſia cuiuſdam villæ de Columbellis cõtra aduerſarium ſuum duplices litteras ad Rotomageñ. Archidiaconũ, & Turoneñ. iudices impetrauit: vt ſi corã Rotomageñ. obtinere non valeat Archidiaconatũ, † corã Turoneñ. iudice nocere aduerſario ſuo non deſiſtat. Quoniam igitur nõ eſt huiuſmodi malitijs indulgẽdũ, pręcipimus, quatenus vtręq. litterę viribus careant, & ſi quid per eas factũ fuerit, irritum habeatur, & vacuum.

† Archidiacono forte

Gregorius viij. omnib. Prælatis eccleſiarum. *c. 7.*

Non ponitur. Poſt cõ. Lat. par. 49. c. 2.

QVONIAM ad Epiſcoporum maxime ſpectat officiũ, afflictis, & laborantib. ſubuenire, ſummũq. illorũ, licet deficientib. meritis, Deus voluit nos eſſe, proſpicere omnib. tenemur, & volumus, ne quis ex fortuitis caſibus per Romanæ Eccleſiæ viſitationes † laboris ſui, quem ad eam veniendo ſuſtinuit, debito fruſtaretur effectu. Inde ſi quidem fuit, quod nos multorum expenſis proſpicere volẽtes, & alleuare labores, de cõſueta modera.† Ap. ſe. duximus ſtatuendum; vt litterę prædeceſſoris noſtri dñi Vrbani a trib. menſibus ante obitum ipſius deſtinatæ pro faciẽda iuſtitia, & litigijs dirimendis, quæ tamen alicuius pręiudicium non contineant manifeſtum, aut calumniam iniquitatis; eundem habeant tempore adminiſtrationis noſtrę effectũ, quem habere, ſi adhuc ille viueret, debuiſſent. Ceſſante igitur exceptione de mandatoris morte perficite, quod mandauit agendum; & nemo ad nos pro huiuſmodi excuſatione, accepta per illũ cõmiſſione, de ſua iuſtitia obtinẽda; cogatur in vacuum laborare.

† al. inſtitutiones

† al. miſericordia

Clemens iij. Abbatibus de Oſeñ.† & de Heber. & priori Sanctæ Fridæ. *Cap. 8.*

† al. Oceñ.

c. 12. e.

EX parte S. presbyteri, perſonæ eccleſiæ de Tarente nobis innotuit, quod cũ capella de Vpetone † ad prędictam eccleſiam de iure pertineat, ab ea multis temporibus iniuſte eſt ſubtracta, & O. diaconus, qui iam dictam capellam detinet, capellanũ ipſius eccleſiæ G. nomine ipſi' in ea miniſtrãtẽ poſt ap. ab ipſo factã amouit, quã quidem app. cũ eſſet proſecutus S. & ad Bathoñ. Epiſcopũ, & Decanum, & Archidiaconũ Vallis † litteras impetraſſet, ipſe O. ap. ſuam, nec per ſe, nec per aliũ eſt proſecutus. Cumq. auctoritate prędictorũ iudicum in ius eſſet vocatus, dixit, ſe litteras priores habere, de quib. nulla mentio in poſterioribus habebatur, quas vſq. ad tertiã citationem ſuppreſsit, eiſq. dolo, vel negligentia vti poſtpoſuit, † quod ex diuturnitate tẽporis videbatur, in quib. nulla etiã mentio de appellatione ab ipſo facta fiebat; cũ biẽnium a tẽpore appellationis iã fuiſſet elapſũ. Ideoq. f. u. per A. s. mãdamus, quatenus, ſi ita eſſe cõſtiterit, reuocatis in ſtatum debitum omnib. quę poſt appellationẽ inueneritis attẽptata; præſcriptã capellã matrici eccleſię ap. re. reſtituatis, prędictum O. ſi eũ appellationẽ ſuã nõ fuiſſe proſecutũ conſtiterit, memorato S. in expenſis neceſſarijs condemnantes.

† al. Poteni.

† al. Well.

† al. ſuppreſſis

Caleſtinus † iij. *Cap. 9.*

† al. Clemens

c. 13. e

SCISCITATVS eſt a nobis R. penititorio deſtinato, de qua impotentia illud intelligatur, quod in litteris ſępe conſueuit apponi, videlicet, vt ſi duo, vel tres, vel etiã plures, quib. litteræ diriguntur, ipſis exequendis intereſſe ſimul nequiuerint; vnus, aut plures eorum, quib. ſcribatur, nihilominus exequãtur. Nos vero in hoc ita ſentimus, quod tam de iure, quam de facto illa impotentia cenſeatur. De iure ſi aliquem eorum, † quibus

† al. illorum

litteræ diriguntur, ſeruũ, vel infamẽ, vel alio legitimo impedimento detentum eſſe conſtiterit; de facto, ſi conſtiterit caſu mortis occumbere, aut ineuitabili neceſsitatis articulo impediri, quominus valeat intereſſe, dummodo, qui pro neceſsitate præſens eſſe non poteſt, collegis ſuis litteratoriẽ excuſationẽ ſuam curet, ſi poterit, deſtinare; vt alij condices, vel executores nihilominus ad conſumationem iniuncti mandati procedant. nec enim ille, qui tantũmodo non vult intereſſe, hac impoſsibilitatis interpretatione valet aliquatenus excuſari, niſi forte ſic in reſcripto habeatur expreſſum, ſi non omnes interfuerint, vel ſimul nequiuerint, aut noluerint intereſſe.

DE ELECTIONE, ET ELECTI POteſtate. Tit. iij.

Alexander iij. *Cap. 1.*

De elect. c. 11. SVFFRAGANEIS autem alicuius metropolitani ad mandatum ipſius poſt confirmationem electionis ſuæ, etiam ſi palliũ nõ receperit, licitum eſt electum aliquem conſecrare, qui ad eius iuriſdictionem pertineat, & metropolitano ægritudine laborante, vel alias impedito, poſt ſuſceptionem pallij. & etiam ante, ſi eius eſt electio confirmata: ſuffraganei ſui ad mandatum ipſius poſſunt electo conſecrationis munus conferre.

Alexander iij. decano, & capitulo. *Cap. 2.*

Non ponitur. QVIA requiſiſtis a nobis, vtrum ad electionem faciendam procedere debeatis, proponentes, quod eam ſine aſſenſu Regio facere non audetis; ſi aliter fieri non poſsit, ad H. dilectum f. n. in Chriſto Regem Angliæ accedentes, ſtudioſius inſinuetis B. quondam Epiſcopum veſtrum perpetuo eſſe depoſitũ, & eiuſdem Regis impetrato aſſenſu in perſonam honeſtam, litteratã, & idoneam vnanimiter conueniatis, & eam in paſtorem, & Epiſcopum eligatis, vt eius prouidentia, & gubernatione eccleſiæ, tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus grata valeant in eccleſia incrementa merito prouenire.

Clemens iij. *Cap. 3.*

c. 11. e. SVPER eo vero, quod quærere voluiſti, ſi alicuius electio caſſata fuerit, & idem electus ad regimẽ alterius eccleſię fuerit electus, an eiuſdem electio debeat confirmari. Hanc tenam diſcretionem volumus tenere, quod ſi prior electio, nõ vitio perſonæ, ſed modo electionis caſſatur, niſi forte ſimoniacę prauitatis aliquid interceſsiſſe conſtiterit, promotionem eius in eadem eccleſia non debeat impedire.

Clemens iij. Claremontañ. † Epiſcopo. *Cap. 4.* † al. Claremõ.

CVM te audierimus † ante cõſecrationem tuam iuramentum adeo in damnum Epiſcopalis iuris, & dignitatis canonicis Claremontañ. eccleſię pręſtitiſſe, quod ex eo robur Epiſcopale videatur nimiũ eneruari; tu ſuper hoc ſicut vir prouidus, & diſcretus, nos cõſulere voluiſti, & huic incõmoditati remediũ Apoſtolicum ſuppliciter poſtulaſti. Nos igitur iacturę tuę, pro noſtri officij debito prouidere volentes, tuę ſollicitudini reſpõdemus; quod illicita iuramẽta in damnũ Epiſcopatus Claremõtañ. capitulo pręſtita a te nullũ tibi impedimẽtum afferre debeant; & vt ſuper hoc contra detrahentium obiectiones tutus, & præmunitus exiſtas, noſtræ abſolutionis litteras in teſtimoniũ tibi duximus indulgẽdas. Non ponitur. † al. audiremus

Caleſtinus iij. *Cap. 5.* c. 13. e.

CVM monaſteriũ de Pellicia in tuo ſitũ Epiſcopatu ad eam diſſolutionẽ deuenerit, ſicut tuarum litterarũ inſinuatio patefecit; quod fratres eiuſdem domus obſeruantiã religionis, & ordinem abiecerũt, & bonis eius dilapidatis, atq. conſumptis ad eligẽdum ſibi Abbatem, de ipſius eccleſię gremio non potuerunt hactenus cõuenire. ad tuę tamen admonitionis, & exhortationis inſtantiã, in vnũ cõuenientes in quendam, qui cum fratribus ſuis in eremo eſt laudabiliter cõuerſatus, boni teſtimonij virũ vnanimiter conſenſerunt, & eũ in Abbatem totis deſiderijs poſtulãtes, eius ſubici diſciplinis, & habitui poſtulabãt. Tu vero poſtulationi eorum, de prudentũ, & diſcretorũ virorũ conſilio præbuiſti aſſenſum, & humiliter ſupplicaſti † eandem ordinationem a ſede Apoſtolica confirmari. Nos autem petitioni tuę fauorem noſtrũ, & aſſenſum liberaliter impertientes, ordinationem ipſam, ſicut canonice facta eſt, confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio cõmunimus. † poſtulaſti

Caleſtinus iij. *Cap. 6.*

CVM terra, quæ funiculus hereditatis domini cenſebatur. & infra. Sicut autẽ ex quarundã litterarũ tenore, & plurium relatione, percepimus, quod quidã olim in electionib. faciendis prauæ conſuetudinis morbus irrepſit, vt videl. cum alicuius prælati debet electio confirmari, † conuentus, ad quem pertinere dinoſcitur, duas perſonas nominet, auribus latenter Patriarchæ, vel principis exprimendas, vt ſic illarum, vel alterius eligẽdę, vel totius electionis penitus irritandæ, idem c. 14. e. † al. celebrari

Patriarcha,

† vel Greg. 9

Patriarcha,& † princeps plenariam habeant facultatem. Quia hoc igitur diabolicę noſcitur verſutiæ,aut fraudis inſtinctu inuentum, in perniciē totius eccleſiaſticę libertatis, prę-ſcriptam conſuetudinis prauitatem penitus abolendā,præſentium auctoritate ſancimus, ſtatuentes,vt,cū de ſummi creatoris clementia in manus fidelium terra illa deuenerit; vt forma electionis canonicæ in omnibus conuentualibus eccleſijs obſeruetur,videlicet,vt cū debeat eccleſiæ conſuli paſtoris regimine deſtitutæ,electores in locū, in quo fuerit electio celebranda,conueniant,& inuocata ſpiritus ſancti gratia perſonam ſollemniter canonice nominent, in qua omnes, vel maior pars ſanioris conſilij potuerint conuenire;& ea ſine vllius contradictione,dum modo perſona idonea fuerit, & electio ſine ſimoniaca prauitate celebrata,ad illius eccleſię regimen admittatur. Quod ſi in perſona fuerit, vel in electionis modo peccatum,tamdiu electores in electione diligentiam inquiſitionis apponant;donec ſecundum pręſcriptam formam, vacanti eccleſiæ de perſona congrua valeat prouideri. Quo facto nō prohibemus, quin Regis,qui pro tempore fuerit, ſeu Patriarchę requiratur aſſenſus:ſed propter ipſum,prædictā electionis formam nolumus impediri.

Clemens iij. † Helienſi Epiſcopo. *Cap. 7.*

† al. Cæleſtin. iij. c. 15. e.

TRANSMISSAM iam dudū,ſicut inſinuare curaſti,ad noſtram audientiā quæſtionem,tua nunc deuotio † replicauit,quid s. tibi faciēdum ſit ſuper eo,quod clerici tuæ diœceſis,cum pro ſuis exceſsib. ſuſpenſionis, vel interdicti ſententia percelluntur; paruipendentes eam,† dimittunt eccleſias,& conferunt ſe ad mercimonia laicorū. Nonnulli quoq. ipſorum habitu clericali poſtpoſito veſtes induunt laicales, & ſicut laici mercatores ſe turpibus quæſtibus implicant,conſimilium ſibi laicorum manus aſſociant,& correctionem eccleſiaſticam per contemptum eludunt;dicentes,quod poteſtatem non habeas corrigendi eos, niſi tibi ſpecialiter fuerit ab Apoſtolica ſede indultum. Nos autē in hoc volentes tibi certum dare reſponſum,tuæ deuotioni reſpondemus; quod ſi quando tales repereris,ſi commoniti noluerint a tam turpibus actibus reuocari; & de contemptu ſatisfaciētes plenarie ad clericale ſchema redire: tu eos auctoritate noſtra ſuffultus excōmunicationi ap. ces. ſubicias,facias q. eos ab omnibus artius euitari, donec reatum ſuum cōgrua ſatisfactione diluerint, pręſertim ſi qui eorum in ſacris ordinibus cōſtituti ſunt: hoc etiā ſine ſpeciali mādato exequi poſſes,cum ex quo electionis tuæ confirmationē accepiſti,de talib.& cōſimilib. pręter ea,quæ & maioris inquiſitionis diſcuſsionem exigāt,† & miniſterium cōſecrationis deſiderant, quod iuſtū eſt,& eccleſiaſticæ cōuenit vtilitati,ſtatuendi habeas facultatem.

† al. dilectio

† eas

† al. exigūt

DE VSV PALLII. Tit. iiij.

Clemens iij. *Cap. 1.*

De auct. & vſu pal. c. 1.

CVM ſuper aliqua re &c. & infra. Quæſiuiſti etiam quo modo intelligatur,quod in forma traditionis pallij cōtinetur, videlicet, tradimus tibi pallium, vt vtaris eo infra eccleſiam tuam. quod ita intelligitur infra eccleſiam tuam. i. quamlibet eccleſiam prouinciæ tuæ. Si vero te ſacris indutum veſtibus eccleſiam proceſsionaliter,vel aliomodo exire contigerit, tunc pallio vti minime debes. †

† al. debes, l. debeas c. 2. e.

Cæleſtinus iij. *Cap. 2.*

AD hæc, quia quæſitum eſt a nobis ex parte tua,vtrum liceat tibi pallium tuum alij metropolitano cōmodare, ſi contigerit ipſum ſine pallio ſuo ad eccleſiā tibi cōmiſſam in aliqua pręcipua ſollemnitate venire, & in eadem eccleſia miſſarū ſollemnia celebrare, licet exinde nos non recolamus ex preſſum canonē inueniſſe. Super hoc tamen inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus. quod non videtur eſſe conueniens,vt pallium tuū alij cōmodes, cum pallium perſonā non tranſeat; ſed quiſq. cum eo debeat, ſicut nouit diſcretio tua,ſepeliri.

DE RENVNTIATIONE. Tit. v.

Alexander iij. Lingoñ. electo. *Cap. 1.*

Non ponitur. Poſt 4. Lat. par. 30. c. 7.

DE multa liberalitate credimus proueniſſe,quod dilect. f. noſter S. Archid. de Morant † pręben-dæ,† quā habebat in eccleſia tibi cōmiſſa,libere ceſsit,† vt eam dilecto f. C. nepoti noſtro conferres. & infra. Quoniā igitur nulla ratione poſſumus ſuſtinere, vt memoratus Archidiaconus diſpēdiū patiatur,vnde tuā,& noſtrā gratiā meruit obtinere;cū pręben-dæ ſuæ ceſsit † ideo, vt noſtrā perficere† voluntatem poſſet:f. t. p A. s. m. &c. & infra. Cū rationi,& eccleſiaſticæ inſtitutioni cōtrarium ſit, vt Archidiaconus præbēda careat in eccleſia tua, cui noſcitur in Archidiaconatus officio deſeruire;nec honeſtū ſit tibi promiſsionem tuam tam honeſtam reuocare.

† al. de Orcaceñ.

† al. prebendam.

† al. cōceſſit

† al. ceſ ſerit

† al. pſi ceret, et deeſt poſſet.

Clemens iij. *Cap. 2.*

De ſimo c. 26.

EX inſinuatione tua nobis innotuit, quod pater tuus interueniente pecunia olim tibi præbendæ beneficium adquiſiuit: cumq. ad annos diſcretionis poſtmodũ perueniſti, dominicę crucis ſignum accipiens, ſuper exceſſu pœnitentia ductus dictam prębendam in manu prępoſiti, & fratrum libere reſignaſti. Sed idem prępoſitus, & fratres tibi compatientes denuo † te in ſuum canonicũ elegerũt, ita videlicet, quod ſecũdum electionem iſtã, poſtremum locum in choro, & in alijs locis optineres. Ceterum quia a nobis humiliter requiſiuiſti, vtrum iuxta priorem tuã receptionem tuum locum recuperare valeas; tibi duximus reſpondendũ, vt indulgẽtię, quam fratres tui miſericorditer tibi feciſſe noſcuntur, contentus exiſtens; ratione primæ receptionis nihil audeas in ipſa eccleſia vindicare

† al. de nouo

Clemens iij. Cap. 3.

De renũ c. 5.

SVPER hoc, quod ſciſcitaris, vtrum eccleſiaſtica beneficia repoſcentib. obiecta ſpontaneę abiurationis exceptio, ſine cauſæ cognitione ſit admittẽda; & an actoris, quod † ſpõte non renuntiauit, an rei de ſpontanea renũtiatione teſtes ſint, & probationes admittendæ. Sic experientiæ tuę reſpondemus, quod hoc nulla ratio veriſimile reddit, vt beneficio quiſquam etiam multis forte laborib. & expenſis adquiſito, & quo † ſuſtẽtari debet, ſine magna cauſa temere ſua ſponte renuntiare elegerit: ideoq. ſuperuacuum eſſe non credimus, cauſam renuntiationis, vel reſignationis diligenter inquirere; quam ſi forte probabilem, ideſt non vi, non metu, non oppreſsione, non interuentu pecuniæ, non promiſsione extortam iudex ordinarius, ſeu delegatus inuenerit, & maxime ſi iuramentum, quod vix fieri de voluntate ſpontanea † credimus: quia † iuramẽtum ſemper fere a malo eſt, admittere, niſi replicatio canonica fuerit appoſita, nõ poſtponat. Porro licet negantis factũ per rerum naturã nulla ſit probatio, eius tamen, qui ſpontaneam renũtiationem negat, cum implicite, & quodammodo replicando infitietur, ſuper aſſertione ſua, probationes credimus admittendas. habita nihilominus ad dignitatem opinione, & relatione.

† al. qui

† al. a quo

† pro- pria

† al. quod

Caleſtinus iij. † Cap. 4.

† Clemens, iij. al. c. 6. c.

IN pręſentia noſtra &c. & infra. Licet igitur iudex nõ ſemper ad vnã ſpeciẽ probationis applicet mentem ſuã, ſed ex cõfeſsionib. depoſitionib. allegationib. & alijs, quę in eius pręſentia proponuntur, firmet † animi ſui motum; & tanta ſit iudicialis auctoritas, vt ſemper pręſumi pro ipſo debeat, donec cõtra ipſum aliquid legitime conprobetur. Quare ſi tu contra prędictum R. corã prędicto Dulmeñ. & eius conïudice nihil penitus probauiſſes, ſtandum tamen ſententiæ fuerat, niſi dictus R. eam oſtenderet irritandam. Quia tamen præter iſta conſtitit de ipſius renuntiatione ſpontanea per quaſdam Epiſcoporũ litteras, & cõfeſsionẽ ipſius; nos de conſilio f. n. ei ſuper eadem Abbatia ſilentium duximus imponendum.

† al firmet

DE SVPPLENDA NEGLIGENTIA pręlatorum. Tit. vj.

Alexander iij. *pars c. quia nos.* *Cap. 1.* De ſuppl. negl. c. 1.

STATVIMVS pręterea, vt † ſi Epiſcopus tertio cum humilitate, & deuotione fuerit* ſicut cõuenit, requiſitus ſubſtitutos Abbates benedicere forte renuerit, eiſdem Abbatibus liceat proprios monachos benedicere, & alia, quę ad illud officium pertinent, exercere; donec ipſi Epiſcopi duritiam ſuã recogitent, & Abbates benedicere non recuſent.

† al. quod

* al. de eſt fuerit.

Clemens iij. *pars c. cum in dandis.* *c. 2.* c. 2. e.

SICVT nobis tua fraternitas intimauit, monachi quidam, & canonici † regulares eccleſias, quæ ad eorum pręſentationem pertinent, in tuo Epiſcopatu habentes proprijs vſibus deputare nituntur, nec ibi volunt ad eas, cũ vacauerint, perſonas vocare. quin potius occaſione conceſsionis quorundam Epiſcoporum vicarios in eis pro ſua inſtituunt, & deſtituunt voluntate; & admiſſos ita penſionib. onerantes, quod in † eccleſijs competenter (vix poſſunt † in paupertate nimia deſeruire; nec Epiſcopo in Epiſcopalibus reſpondere, nec hoſpitalitatem, ſicut conuenit, tranſeuntib. imperturi. Nolentes autẽ, vt ſtatus eccleſiæ debitus, & antiquus per alicuius violentiam † ſubuertatur: mandamus, qua, niſi a iuriſdictione tua exemptæ ſint eccleſiæ ſupradictę, prædictos exceſſus ſtudeas rationabiliter emendare, & niſi præfatæ perſonæ infra tempus in Lateraũ. concilio conſtitutum ad vacantes eccleſias tibi perſonas idoneas præſentauerint, ex tunc liceat tibi ap. re. in eiſdem ordinare rectores, qui eis, & pręeſſe nouerint † & prodeſſe; ita tamẽ, quod ex hoc nullum patronus in poſterum pręiudicium generetur.

† clerici

† nec

† poſſint.

† al in ſolẽnũ

† voluerint.

DE TEMPORIBVS ORDINAtionum. Tit. vij.

Caleſtinus iij. Hydrontiñ. Archiepiſc. † *Cap. 1.* † al. 2. Epo.

CVM

De tem ord c. 9.

CVM ſecundũ eccleſiaſticas regulas,& ſanctorum inſtituta Pontificũ,ſacri ſunt ordines in certis temporib. conferendi, quidam Græci Epiſcopi ritus ſui,&conſuetudinis obſeruantiam in Latinos clericos exercentes, eos ad ſacros ordines paſsim prouehũt,qui nõ ſunt præterquam in quatuor temporibus conferendi.† Sane ſicut latoris pręſentium Io.relatione cognouimus,quod cum ipſe a quodam domino,cui ſeruierat,& vt in capella ſua diuina officia celebraret, cuidam Græco Epiſcopo foret præſentatus; idẽ Epiſcopus Cathamarſeñ.† eum in ſacerdotem promouit; quem poſtmodũ diœceſanus Epiſcopus ab executione officij, vel † ſuſcepti ordinis credidit ſuſpendendum.Quæ vtiq. conſuetudo conſuetudini eccleſiaſticę inimica, & deteſtabilis eſt,& penitus improbanda;& niſi multitudo,& antiqua conſuetudo eſſet in cauſa, ſic ordinati non deberent permitti in ſuſceptis ordinibus miniſtrare.† Nã apud nos ſic ordinati deponerentur,& ordinantes auctoritate ordinandi de cenſura canonum priuarentur. Verum quia nos plenam de Græcorum obſeruantia notitiam habere non poſſumus,nec eſt nobis certum, vtrum conſuetudo ſic ſe habeat,quod in partibus Calabriæ, vt Latini a Græcis, & Græci a Latinis ſecundum alterutrius inſtitutionis † obſeruãtiam ordinentur,& an ſit antiquitus obſeruatum: f.tuę,qui † diſcernere melius iſta poterit,eiuſdem Iohannis iudicium duximus cõmittendum:per Apoſtolica s.m.& poteſtatem tibi, auctoritate p̃.indulgentes,vt cognita diligẽtius veritate,& obſeruantia conſuetudinis,ſi qua ſuper his a Latinis clericis recepta eſt, & hactenus approbata;vel ſi tibi apparuerit aliter diſcernere de ipſo Iohanne,quod cum ſalute animę ſuę poteris ceſ.ap.diffugio ſtatuere,non moreris,ſtudioſius attendens, vtrum reordinandus ſit,an ſine periculo animæ ſuæ in ſic recepto ordine debeat celebrare,addito ſi quid noueris in ſupplemento ordinis adiũgendum. Nolumus autem de cetero cõmixtiones rituũ,& conſuetudines ordinũ obſeruari, nec ſumi ab alijs in exemplum, ſi cum iſto duxeris miſericorditer diſpenſandum.

† al. ordinãdi
† Cathanarſen. al. Cathamẽ.
† & taliter
† al. celebrare
† al. morem, et conſuetudinis
† al. qua

Clemens iij. pars c. cum in dandis. c. 2.†

TVA quidem † ſignificatione noſtris eſt aurib. indicatum †, quod Epiſcopis Clarieñ.† ſuffraganeus tuus in vigilia aſſumptionis beatæ Mariæ virum † quendam clericũ in presbyterum ordinauit: inſuper excõmunicatos a te ſcienter in communione pro ſua voluntate recepit, & Iohannem presbyterũ de Villemor,† quem excõmunicationis vinculo ſubieciſti; ſcienter in ſua diœceſi celebrare permiſit. quid autem in his agendum ſit, ſedem Apoſtolicam conſulere voluiſti. Nos igitur tuæ induſtriæ * reſpondendo mandamus,quatenus tuis ſuffraganeis conuocatis † ſi de præſcripta ordinatione,in tua,& ipſorũ præſentia conſtiterit ita eſſe, ipſum auctoritate noſtra ſuffultus, ab Epiſcopali adminiſtratione ceſ.ap.ſuſpendas, & ſuſpenſum manere facias,donec cũ tuarũ,& ipſorũ Epiſcoporũ teſtimonio litterarũ ad eccleſiã Romanã accedat,vt ea vexatione,quã meruit, intelligere valeat,& doceri, quam graue ſit in ſacris ordinib. conferendis, & alijs ſupradictis ſanctorum canonum ſtatutis obuiare.

† al. c. 1
† ſi quidem
Non ponitur.
† al. intimatũ
† al. Dareñ.
† al. virginis
† al. Villamor
* tamquã al. add.
† conuocatis

DE AETATE, ET QVALITATE pręficiendorum. Tit. viij.

Alexander iij. Brigeñ.† Epiſcopo. Cap. I.

De æta. & qual. c. 6.
† al. Bragañ

QVAERIS a nobis,quid agendum ſit de clericis tuę iuriſdictioni commiſsis, qui cum beneficijs eccleſiaſticis multis habundent, a te commoniti nolunt ad maiores ordines promoueri,ſe tale quid ſecreto cõmiſiſſe dicentes, quod eos ſalua conſcientia ordinari non ſinit. Licet igitur ſuper tali † caſu videantur ſacri canones diſcordare,† cum quidam dicant,† eos minime compellendos, alij vero contrarium aſſeuerent †: omnis huius contrarietatis vinculum præſenti pagina enodamus,ſtatuentes; vt ſi pręd icti clerici in perceptione maiorum ordinum propter occulta ſua peccata,ſe indignos eſſe fatentur;inferiores in eadem eccleſia, quorũ ſit vita probabilis, ſecundum inſtitutionem canonicam præferantur eiſdem, & niſi forte illi, qui ordinari pro iam dicta cauſa recuſant,* in alijs eccleſiæ ſeruitijs valde vtiles fuerint,eis beneficia eccleſiaſtica auferãtur, & alijs canonice conferantur. Quod ſi pro ſola voluntate renuerint ordinari, & ſuaſerit vtilitas eccleſiæ, aut neceſsitas prorſus exegerit; ipſos, dũ modo (idonei ſint, † ad maiores ordines ſuſcipiendos,† per amiſsionem locorũ, vel ordinũ, quos habent,& beneficiorum ſubtractionẽ, * vel ordinum * ap.ceſ. cogere valebis.

† hoc
† al. diſſentire
† al. dicunt
† al. aſſeuerãt
* al. aut add.
† al. fuerint idonei
† recipiendos
* al. deſunt c. 7.

Clemens iij. R. *Colonieñ. canoñ.* Cap. 2.

AD aures noſtras te ſignificante peruenit,quod cũ in arte phyſica eruditus exiſtas, pluribus iuxta ipſius artis traditiones,medicinas cum diligentia tribuiſti;licet pluries in contra-

contrarium ſucceſſerit, & quibus putabas adhibere medelam, medicinis perceptis mortis periculum incurrerunt. verũ, quia ſicut aſſeris, ad ſacros ordines deſideras promoueri, & ſuper eo nos conſulere voluiſti, breuiter tibi reſpondemus, quod ſi ſuper pręmiſsis conſcientia tua te videtur quomodolibet remordere, ad maiores ordines de noſtro conſilio non aſcendas. †

† al. accedas

Clemens iij. *Cap. 3.*

Non ponitur.

EX tuæ fraternitatis cõſulto percepimus, te velle (a te. A. † certitudine edoceri, vtrum ſacerdotes, vel alij, in quibuſlibet ſacris ordinibus conſtituti, qui per lapſum carnis, reatũ adulterij incurrerũt, vel periurij, vel alij † falſi teſtimonij, vel crimine homicidij irretiti bonum rectæ cõſciẽtię perdiderunt; ſi peracta condigna pænitentia de commiſſo, in prioribus tollerari, vel ſuffragantibus meritis promoueri valeant ad maiora. Super quo fraternitati tuæ reſpondemus, quatenus † ſi notoria ſunt crimina, quæ prædiximus, vel ordine iudiciario conprobata, tales † reos cenſura ſacrorum canonum, etiam poſt peractam pænitentiam, non tantum ad altiora † progredi non permittit, verum etiam iubet gradũ priſtinum non tenere. Porro ſi propoſita † crimina contra aliquem notoria nõ fuerint, vel ordine iudiciario conprobata, monendi ſunt tales, qui eiſdem tenentur obnoxij, & ſub interminatione diuini iudicij obteſtandi, vt in teſtimonium damnationis ſuę in ſuſcepto ordine non miniſtrent.

† al. A. ſi. † al. deeſt † quod † al. deeſt † al. vl teruara † al. ap poſita

Clemens iij. *Cap. 4.*

Non ponitur.

CVM ſacroſancta Romana eccleſia &c. & infra. Alios autem, qui propter impedimẽtum ætatis presbyterij honorem adipiſci nõ poſſunt, ſi id ſolum obſtare cognoueris, licet forſan ad talia officia in ea ætate non debuerint aſſumi; æquo animo debes vſq. ad illud tẽpus ſine rancore aliquo tolerare; quod eos ad ſuſcipiendum onus ſacerdotij de conſtitutione canonum idoneos, ſi aliud non obſtiterit, cõprobabis, † quos vtiq. pręfatæ animaduerſionis ſententia curabis auctoritate noſtra perſtringere, ſi tunc a te cõmoniti cõtempſerint in presbyteros ordinari.

† al. cõprobabis

Caleſtinus iij. *Cap. 5.*

c. 8. e.

CVM bo. me. Clemens Papa p̃. n. I. Buccar. Melearum † (manum raoſacam, † & quoſdam alios Barenſes † clericos vocauiſſet, vt Bernardo Archidiacono ſuo, quem grauiter lęſerant † ſatisfacerent, & ad ipſius accederent præſentiam reſponſuri, quia venire iuxta mandatum Apoſtolicum contempſerunt; in eos fecit per Vigilienſem Epiſcopum ſuſpenſionis ſententiã promulgari, in qua, ſicut dicitur, triennio permanentes quidam ex ipſis ſuſpenſis aliud beneficium eccleſiaſticum ſunt adepti. & quia vtrum beneficia poſsint rationabiliter retinere, nos cõſulere voluiſti: ſignificatione tibi præſentium reſpondemus, quod nõ licet eis, nec illa, quæ habuerant, beneficia, nec ea, quę poſtmodũ ſunt adepti, aliquatenus retinere. Vnde venerabili fratri noſtro Bareñ. † Epiſcopo dedimus in mandatis, vt eos pro tanta pertinacia, & contemptu Apoſtolico † beneficijs, quæ habent, nõ differat ſpoliare, ea tãdiu in tuis manibus detenturus, donec quid ſuper his facere debeat, litteras noſtras accipiat, & mandatum.

† Mechar. † Marieñ. Emophorieñ † al. Barnenſes † al. leſerunt † al. Barnenſi † al. ſedis Ap.

Celeſtinus iij. *c. 6.*

Non ponitur.

INTIMATVM eſt nobis ex parte tua, frater Epiſcope, quod cũ quidam miles parochianus tuus ex nobili muliere, quam viucam in propria domo, non tamen vxorẽ diu tenuerat, & ex ea † quendam filium P. nomine ſuſtuliſſet, illum tempore procedẽte commiſſæ tibi eccleſiæ obtulit, ibiq. in canonicum eſt receptus, & † quia vtrum eundem canonicum ad ſacros ordines valeas promouere, a nobis humiliter requiſiſti; nos, qui tenemur ex officio ſingulorum cõſultationib. reſpondere, tibi auctoritate pręſentium intimamus, vt idem canonicus, ſi alias ipſius merita ſuffragantur, nõ impediatur, quo minus ad ſacros ordines libere debeat promoueri.

† exinde † al. ſed

DE FILIIS PRESBYTERORVM. t. ix.

Alexander iij. Cant. Archiepiſcopo. *Cap. 1.*

De fil. presb. c. ii.

AD extirpandas ſucceſsiones a ſanctis eccleſijs, ſtudio totius ſollicitudinis debemus intendere, & etiam decet nos ad hoc vigilem curam exhibere, ne circa miniſteriũ ſuſcepti regiminis videamur minus diligentes exiſtere, ſi id vitium in eccleſijs, vel in eccleſiaſticis negotijs, & viris permittimus pullulare. Hinc eſt, quod f. t. per A. ſcripta pr. m. quatenus, ſi qui filij presbyterorũ prouinciæ tuæ teneãt eccleſiãs, in quibus patres eorum tamquam perſonæ, vel vicarij nulla perſona media miniſtrarunt; eos, ſiue geniti ſint in ſacerdotio, ſiue non, ab eccleſijs ipſis contra. app. ceſſ. non differas amouere. Si vero aliqui ſint filij clericorum; qui eccleſias, quas patres eorum tenuerũt, † perſonis alijs medijs ſunt adepti; eos dummodo idonei ipſi † ſint, poteris ſuſtinere, ita quod ſi vnus plures eccleſias, quas pater

† tenuerant † al. in ipſis. al. deeſt in ipſis

pater ſuus tenuerit, poſsidet; quarũ vna poſſit ſufficere; vna, quam maluerit, facias eſſe cõtentum, dummodo tales non ſint, aquarum vna reliqua pendere noſcatur.

Lucius iij. Cantuar. Archiepiſcopo. *Cap. 2.*

Non ponitur. Poſt cõ. Lat. par. 49. c. 14

QVONIAM ex plenitudine poteſtatis &c. & infra. Quærendum ſiquidem decreuiſti, de quib. intelligendum ſit perſonis, vnam alteri in eccleſiaſticis beneficijs ſuccedere non debere: vtrum .ſ. de ſacerdotib. & eorũ filijs dumtaxat, aut etiam de alijs quibuſcumq. perſonis: noueritis, † quod quo ad beneficia eccleſiaſtica nullum admittẽdum credimus, niſi ex electione canonica vocatũ. ſacerdotum vero filios, & maxime in ſacerdotio genitos his temporibus non ſinit ſuccedere parentibus, quarumdam regionũ cõſuetudo, & in bonis etiam quibuſlibet temporalibus ſuccedere prohibet, & canones in eccleſiaſticis multo fortius inhibent, & execrantur. perſonarum vero filios citra ſacros ordines conſtitutarum, ſi tamen eorum merita plurimũ ſuffragantur, parentib. ſuis ſuccedere conniuentibus oculis toleramus. exemplo namq. pernicioſum eſt, & graue, tanã in eccleſia Dei pullulare, per quæ in † laicis ſcandalum generetur.

† al. noueris etiam

† al. etiã in ... prelatis

Clemens iij. Caſſian. Archiepiſcopo. *Cap. 3.*

AD hæc ex tua parte auribus noſtris eſt intimatum † &c. & infra. Quod a nobis tua fraternitas requiſiuit, an a Pontificib. generati valeant ad ſacros ordines promoueri, ſi ſcientia fuerint, & morum honeſtate probabiles. ſciat f. t. quod ſi ex legitimo matrimonio ſunt procreati, nec aliud canonicum obuiat, licite poſſunt in ſacris ordinibus ordinari, † & in eiſdem eccleſijs, in quib. præſunt, vel etiã præfuerunt † genitores eorum, beneficium obtinere.

† al. promoueri † præfuerint

Clemens iij. *Cap. 4.*

c. 13. e.

MICHAEL presbyter de Sancto Germano tranſmiſſa nobis conqueſtione monſtrauit, quod cum eccleſiam S. I. de Corona tuæ diœceſis canonice ſit adeptus, N. filius Antonij, qui proximo ante ipſum eccleſiæ habuit perſonatum, ad ſe vicariam ipſius aſſerit pertinere. Quia igitur in eccleſia ſucceſſiones in prælaturis, & dignitatibus eccleſiaſticis canonicis ſtatutis damnantur: f. t. per Apoſtolica ſcripta m. quatenus veritate diligentius inquiſita, ſi tibi cõſtiterit N. ipſum filiũ fuiſſe Antonij, qui eiuſdem eccleſiæ, ſicut præmiſimus, habuit proximo perſonatũ, omni contra. † & apices. ſuper eandem vicariã ſilentium perpetuum imponere non poſtponas.

† al. oc.

Clemens iij. *Cap. 5.*

c. 14. e.

LITTERAS veſtræ dilectionis accepimus, votum latoris præſentium, & eius originem continentes. Intelleximus ſiquidem, quod in ſacerdotio genitus de vxore legitima natus, & conceptus voto laudabili affectauit a pueritia ſeruire, & miniſtrare Dño in officio clericali. Verum quia in filijs paterna incontinentia modis omnibus propellenda dignoſcitur, & propter cautelã presbyterorũ filij a ſacris ordinibus iuxta ſanctionem canonicam remouentur; non expedit, vt ſuper huiuſmodi ita ſupplicantium precibus annuamus; quod videamur alijs impetrandi ſimilia ſpem aliquam facilius impertiri, ſed vt ſuæ poſtulationis affectu, cum ad ſe. Ap. humiliter acceſſent, ex toto defraudari ſe non doleat; præſenti ſcripto † vobis ſignificamus, quod ſi aliter † dignus inuentus fuerit, permittimus ipſum in clericũ ordinari. & in eccleſiaſticum beneficium, vnde commode ſuſtentari † valeat, promoueri.

† al. per præſentia ſcripta. † alias † ſuſſicienter commode

DE CORPORE VITIATIS. Tit. x.

Clemens iij. Varinen. Epiſcopo. *Cap. vn.*

De corp. vit. c. 1.

EX parte Bartholomæi monachi, & diaconi petitoriũ fuit noſtro Apoſtolatui præſentatum, quod cum ipſe in cunabulis ſectus fuerit, poſtmodũ ſub regula, & Abbate deuote Deo militans in diaconatus ordinem eſt promotus. vnde ſuppliciter petit facultatem ſibi a ſe. A. indulgeri, vt ſit ei licitum in presbyterum ordinari. Nos vero attendentes, quod ſecundum ſtatuta Nicæni concilij illi ad diaconatus † ordinẽ accedere prohibeantur, † &, ſi etiam in clero fuerint, ceſſare debent, qui ſe ipſos ſani abſciderunt † vel affectauerint, vt ab alijs abſcidantur: nõ credimus ei aliquod impedimentum afferre, quo minus proueh i poſsit, qui in cunabulis ſectus fuerit, quia non videtur hoc eo tempore affectaſſe, quo iudicium animi nõ habebat. præſertim cum canonibus Apoſtolorum ſit manifeſte ſancitum, quod ſi eunuchus ſit per inſidias hominum factus, vel ſi ita natus ſit, aut etiam in perſecutione ſint amputata ei virilia, & dignus ſit, vt fieri Epiſcopus poſsit. cognoſcenti itaq. tibi de ſubſtantia veritatis, ſi precib. eius noueris veritatem ineſſe, & alias dignus inueniatur, maxime cum diu in ordine perſeuerauerit monachali; ipſum in preſbiterum promouendi licentiam auctoritate præſentium indulgemus.

† al. clericatum † prohibeantur. † al. abſciderint

DE BIGAMIS. Tit. xj.

Cæleſtinus

Celestinus iij. *Cap. 1.*

Non ponitur. † al. G.

EX litteris tuę f. accepimus, quod cũ pręſentium lator V. † diaconus a prędeceſſore tuo in eccleſia Controm. fuerit beneficium aſſectus, nunc in pręſentia tua ei bigamiæ crimen obicitur, vt ſic ipſo beneficio ſpolietur, eo quod diaconus cum puellã quãdam non a parentibus, neq. a cognatis traditam, ſed voluntate propria domum eius intrantem, licet reclamaret, & cõtradiceret, expellere a ſe non potuit propter nobilitatem, & potentiam cognatorum; ſed oportuit eum per ſex † annos ei cohabitare inuitum, qua mortua, virginem quandam † a parentibus, & cognatis more ipſorum † quęſitam duxit in vxorem. vnde dicebat ſe bigamũ nõ fuiſſe, quia prima vxor non fuit, & beneficio non eſſe priuandus, quia anteceſſor tuus Epiſcopus Græco † ei beneficium contulit, donec vixit per xv. † annorum ſpatium quiete, & pacifice tenuit, & tempore tuo idem triennio in pace poſſedit. Vnde f. t. mandamus, quatenus ſi ita verũ eſt, ſicut litterar. tuarũ tenor Apoſtolatum noſtrum edocuit, beneficium ſupradictũ dimittas eum pacifice poſsidere.

† ſeptẽ † al. vnam † al. terra † al. gratis, al. Greco † al. xx † Celeſtinus

Clemens † iij. parte. quod de his. *Cap. 2.*

De big. c. 1.

DE bigamis presbyteris, & viduarũ maritis idem omnino ſentimus, vt nec viuentib. vxoribus, nec defunctis ad diuinorũ debeát celebrationem admitti, maxime cũ doctrinę ſit Apoſtoli, & inſtitutionib. eccleſiæ alienũ.

DE OFFICIO, ET POTESTATE iudicis delegati. Tit. xij.

Alexander iij. *Cap. 1.*

De off. & pot. iud. del.

CVM te conſulente &c. & infra, Item ſuper cauſa, quæ tibi ex noſtra delegatione committitur, ſi a perſonis eccleſiaſticis viri, † vel pluribus, quibus, vt parcas laboribqs partium, & expenſis, cognitionem ipſius cauſæ, & teſtium examinationẽ, ſententia tibi reſeruata, committas, † appellatio fuerit interpoſita; huiuſmodi ap. intuitu cauſam ipſam indefinitam relinquere non teneris.

† al. vna. al. vni aut vni † al. cõmiſſis

Lucius iij. Nouari. Epiſcopo. *Cap. 2.*

Non ponitur. Poſt cõ. Lat. par. 49. c. 8.

QVAESITVM eſt a nobis ex parte tua, ſi iudex delegatus iudici ordinario mandauerit, vt partes citet, vel exequatur ſententiam, an delegato iudici teneatur obedire. Cũ autem is non ſua, ſed delegantis vice fungatur, & cum iudici delegato iuriſdictio delegatur, intelliguntur omnia delegari, quę ad iuriſdictionem facere videantur; merito poterit delegatus tam ordinarium, quã alium, cui mãdauerit, cogere ad faciendum ea, quæ præcepit, & ei, qui obedire contempſerit, pœnam infligere competentem.

Celeſtinus iij. *Cap. 3.*

c. 21. e.

PRVDENTIAM tuã &c. & infra. Quinto loco inſuper ſupplicas informari, vtrum cum tribus, vel cum plurib. cauſa cõmittitur, ita quod, ſi omnes intereſſe nequiuerint, duo nihilominus exequantur, ſi a duobus tantũ reus fuerit conuocatus, venire neceſſario teneatur; & ſi citatus fuerit a duobus tantum, ſeu a pluribus, & coram duobus apparuerit, tertio, aut vlteriori, nec veniente per ſe, nec † per litteras, vt ſolet fieri, excuſante, an duo pręſentes in cauſa poſsint procedere, & eam diffinire, & ſententiæ calculo terminare. noſtra autẽ in hoc caſu † talis extitit † reſponſio. Quod cum aliquis delegatorum iudicum per certum nuntium, vel excuſatorem † litteratorie deſtinatum, † quibus conſtiterit † ſe intereſſe non poſſe, vel alias de eodem canonice conſtare nõ poterit; reſidui procedere ad cauſæ cognitionem non debẽt. quod † ſi proceſſerint, nihil egiſſe reputabuntur. illa quippe fuit antiqua Ap. ſedis prouiſio, vt huiuſmodi cauſæ † cognitiones, duobus, quam vni; tribus, quam duobus libentius delegaret, cum ſicut ſancti canones atteſtãtur, integrum ſit iudicium, quod plurimorũ ſententijs confirmatur; mandati ſiquidem fines excedere probaretur, ſi quis contra † formã reſcripti accepti præſumeret iudicare. Adijcimus etiam, quod, vbi fuerit in commiſsione appoſitum, vt ſi omnes intereſſe nequiuerint, duo ea nihilominus exequantur, & ſi † aliquis ex ipſis, cum poſsit, noluerit intereẽ, duo nihilominus procedant in cauſa. licet ille tertius grauiſsime ſit arguendus, pro eo quod mandatum Apoſtolicum † exequi ſubterfugiat, aut contẽnat. Idem quoq. per omnia dicimus obſeruandum, vbi cauſa cõmittitur duob. eo appoſito, vt ſi ambo intereſſe nequiuerint, alter nihilominus exequatur. Sexta † nobis propoſita ex parte tua continebat quæſtio, quod cum aliquibus iudicib. cauſa committitur, etiam quandoq. contingit, quod reus actori obicit, quod ſtare nõ poteſt in iudicio, vt pote vinculo excõmunicationis aſtrictus, ſi reus non velit ſtatim eũ probare excõmunicatũ, ſiue non poſsit, an actor nihilominus debeat audiri, donec ſuper eo, quod obicitur, rei veritas (patefacta fuerit, & enodata † hanc igitur dubitationẽ taliter amouemus:

† vel † al. in hac cauſa. † al. extitit † al. excuſatorem † al. aſtantiã † al. conſtiterit † al. qui † al. cauſar. † al. citra † ſi † al. Ap. ſe. † Sexto † al. patefacta ſu. et.

amouemus: quòd ſi ille, qui tale quid obiicit, ſtatim, vt † infra terminum cõpetentem nõ probauerit legitime, quod intendit, actor permitti debeat, † vt ſine offendiculo quolibet audiatur. Ceterum, ſi vel ex confeſſione actoris, vel alio quolibet modo legitime † conſtiterit, actorem eſſe vinculo excõmunicationis aſtrictum; a iudicibus delegatis legitime ſecundum formam eccleſię valet abſolui. ita vt ſi propter aliam iuſtam cauſam, & euidentem ab ordinario iudice, vel a delegato fuerit excõmunicatus, ad excõmunicatorem mitti debeat † abſoluendus; qui ſi malitiam adhibuerit; delegati iudices id ritu eccleſiaſtico libere proſequantur; dummodo non ſit tale genus excõmunicationis illius criminis, cuius dumtaxat abſolutio ſedi Apoſtolicę reſeruatur: explorati quidem iuris exiſtit, vt delegatis iudicibus, quibus principale, & acceſſoriũ committatur. Si vero ab illis † iudicibus fuerit abſolutus, preſtito .s. iuramẽto, quod ſtabit mandato eccleſiæ: ruſus interrogas edoceri, an coram illis delegatis iudicib. vel corã ordinario, a quo eſt excõmunicatus, teneatur ſuper eadẽ cauſa, pro qua fuerit † excõmunicationis vinculo innodatus, reſpondere, & quorum debeat ſtare iudicio, vel mãdato. In quo ſi quidẽ caſu taliter reſpõdemus: quod corã ipſis excõmunicatorib. ſuper illa cauſa, pro qua excõmunicatus fuerit, † ſtare debeat, & eorum ſeruare mandatum; niſi ſpecialiter fuerit illud negotium a ſe. A p. alijs delegatum. Quod ſi excõmunicatores malitioſe diſtulerint, tũc delegati eandem iuriſdictionẽ, quã in principali, & in acceſſorio exercebũt.

† al. vbi — † al. debet — † legitime — † al. debes — † al. alijs — † al. fuit — † fuit

DE OFFICIO LEGATI. Tit. xiij.

Caleſtinus iij. magiſtro Columbo. *Cap. vnic.*

De off. leg. c. 1.

STVDVISTI a nobis quærere, vtrum de cauſa, quam alicui delegamus, alius, qui ſit generalis in prouincia legatus, vel ante cognitionem, vel poſtea valeat cognoſcere, & cõmiſſionis noſtræ proceſſum, quem iudici delegato tranſmittimus, valeat taliter impedire. Hanc itaq. dubitationem de animo tuo amputare volentes reſpondemus: quod cum mandatum ſpeciale deroget generali, legatus cõmiſſionem alij, vel alijs factam ſpecialiter non debet, nec poteſt impedire. vbi etiam ſi ſecundum formam expreſſam noſtri mãdati ſententia fuerit promulgata: nõ poterit ipſe legatus, niſi ſuper hoc mandatum ſpeciale receperit, eam quolibet modo irritare. ipſam tamen, ſi rationabiliter lata fuerit, confirmare valeat, & executioni mandare.

DE OFFICIO IVDICIS ORdinarij. Tit. xiiij.

Lucius iij. Cant. Archiepiſcopo. *Cap. I.*

Non ponitur.

CVM te cõſulente poſtulas edoceri, vtrum ad te pertineat ſentẽtia in cauſis, quas iudices in tua prouincia delegati a nobis protulerunt, cõfirmare, licet de cauſis nihil in tua præſentia ſit tractatum. Conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quod ſententiam ipſam, niſi velis, non teneris cõfirmare, ſed id tibi ex officij debito noueris imminere, vt ſi ad mandatum eorundem iudicũ, ſentẽtia non poſſit executioni mãdari, eis præſtes auxiliũ, & fauorem; & ipſam etiã ſi noueris rationabiliter latam, poteris confirmare.

Caleſtinus iij. *Cap. 2.*

De off. iud. ord

SIGNIFICAVIT nobis tua f. quod quidã de parochianis tuis, cũ pro illicita cõſanguinitatis, vel affinitatis copula excõmunicatione notãtur, ad iudices remotiores ab Apoſtolica ſede litteras impetrarunt † cõmiſſionis, per quas cum ab excõmunicatione fuerint abſoluti, quia dicti delegati ad locũ, vbi teſtes cõſanguinitatis, vel affinitatis produci valeant, non accedunt, † aut aliquos pro eorum receptione tranſmittunt, † in prænominata nefarię cõiunctionis copula remanent, & cauſa debitum non ſortiatur † effectum. Vnde poſtulaſti a nobis, quid tibi ſit in tali articulo faciendum. cum itaq. dolus ſuus alicui patrocinari non debeat, nec etiam (pro malitia, vel deſidia † iudicis delegati debeat, qui ad remanendum in copula coniunctionis iniquæ ſuffragium inueniret, taliter damus in hac conſultatione reſponſum: quòd ſi proueniens ea, quę prędiximus, in tua diœceſi euenire contingat † licite potes, taliter abſolutos in priſtinã excõmunicationis ſententiã reuocare; ipſoſq; tãdiu eadẽ ſententia tenere ligatos, donec cauſa in receptione teſtium, & in alijs legitimũ incipiat habere progreſſum, vel aliud exinde ſuſcipiat ab Apoſtolica ſede mandatum.

† impetrarãt — † accedant — † tranſmittãt — † ſortiatur — † al. per malitiam vel deſidiã — † al. cõtinget

DE MAIORITATE, ET OBEdientiæ. Tit. xv.

Caleſtinus iij. *pars c. ſi mandatis. c. vn.*

De ten. c. 7.

SANE dilecto filio noſtro Iordano tituli S. Pudentianę preſbytero Cardinali tũc Ap. ſe. legato viua voce meminimus, ac litteris iniunxiſſe, vt dilectũ f. n. Hug. I. em. ſubdiac. qui eccleſiæ veſtræ a primo pueritiæ flore ſeruiuit, contradict. & ap. re. canonicum in Pictauien. eccleſia inſtituere procuraret; qui mandatis noſtris optemperãs, vt decuit, an

in hac parte, vſq. adeo in negotio ipſo proceſſit, quod eundem Hug. auctoritate noſtra, & ſua in canonicũ eccleſiæ eiuſdem inſtituit † ſub pœna officij, & beneficij vobis iniũgẽs, vt ipſum plenarie in canonicũ veſtrum admitteretis, & fratrẽ. Vos autẽ nec nobis, nec ipſi Cardinali reuerentiã exhibentes, quod in litteris ſuis de iã dicto Hug. idem Cardinalis vobis iniunxit, adimplere minime curauiſtis, nec etiam ipſius ſuſpenſionem in aliquo obſeruare: ſed poſtmodum idem Hug. quorundam veſtrum ductus conſilio litteras ſuas vobis reddẽs veſtræ miſericordiæ ſe ſubiecit, qui cum crederet apud vos miſericordiã impetrare, vobis ſatisfaciens in hac parte, inde damnum cogitur ſuſtinere, vnde gratiã, & præmium debuit reportare. Nolentes igitur, quod de ſæpedicto Hug. tam a prędeceſſorib. noſtris, quam a nobis inchoatum eſt, aliquatenus relinquere inperfectum: vniuerſitati veſtræ p A. ſ. in virtute obedientiæ diſtricte præcipiendo mãdamus, quatenus eundem. H. non obſtante eo, quod cum litteris ſuis veſtræ miſericordię ſe ſubiecit, infra xx. dies poſt ſuſceptionem præſentiũ dilatione, cont. & ap. re. iuxta eccleſiæ conſuetudinem in fratrem, & canonicum integre, ac plenarie admittatis, & eidem in choro ſtallum, & in capitulo locum aſsignãtes, ipſum curetis de cetero fraterna caritate tractare. Alioquin noueritis nos ve. fratri nr̃o Archiepiſcopo, & dilectis filijs canonico † Brudegant. & Sanctoneñ. decano diſtrictius mandauiſſe, vt auctoritate noſtra freti, dilatione, & cõtrad. & ap. ſepoſita id plenarie exequantur, contradictores diſtrictione eccleſiaſtica percellẽtes, & ad ſedem Ap. ab officio, & beneficio ſuſpenſos, de inobedientia reſponſuros, & de ſuſpenſione prædicta nullatenus obſeruata tranſmittere nõ poſtponant, vt ibi pœna docente addiſcant, quam periculoſum, & indignũ ſit mandatis Apoſtolicis obuiare, nullis litteris obſtantib. harum tenore tacito a ſede Apoſtolica impetratis.

† al. in neſsi... nis

† al. de cano...

DE TRANSACTIONIBVS. Tit. xvj.

Alexander iij. *Cap. 1.*

SVPER eo, quod quæſiuiſti, vtrum de eccleſiaſtico beneficio in litigium deducto poſsit fieri tranſactio, tale damus, ſicut iam pridem, ſi bene meminimus, alij non abſimile dedimus reſpõſum. quoniam ſecundum formam a canonibus in alijs tranſactionibus adſcriptam, ſuper re ſacra, vel religioſa † tranſigi minime poteſt. etenim res ſacræ vt poſsideantur, aliquo dato, vel retento, vel promiſſo, ſpeciem habere credimus ſimoniæ, alias autem gratis, & amicabiliter inter ſe litigantes componere ſacris canonibus nequaquam dicimus obuiare.

De tranſ. c 7.

† al. religioſa.

Alexander iij. *Cap. 2.*

VENIENS ad præſentiam noſtrã G. clericus de Nobil. lator præſentium ſua nobis conqueſtione monſtrauit, quod cum eccleſiam de Frag. † quam canonice adeptus fuerat, aliquãdiu pacifice poſſediſſet, ea poſtmodum per Philippum militem de Columbis abſq. ordine iudiciario violenter eſt ſpoliatus, quam monachi de ſancto Frimundo minus licite detinent occupatam. ſuper qua re cum prędictus G. a præfatis monachis coram Herefordeñ. Epiſcopo, & priore Riualeñ. de mãdato Apoſtolico traheretur in cauſam, prædictus G. doloſe circumuentus prædictam eccleſiam pecuniæ interuentu abiurauit. quoniam igitur huiuſmodi tranſactiones illicitæ ſpeciem obtinent ſimoniæ: dis. v. per A. s. m. quatenus inquiſita diligentius veritate, ſi vobis ita eſſe conſtiterit, prędictum G. ab illicito † iuramento abſoluentes, memoratã eccleſiam cum fructibus inde perceptis, amoto quolibet illicito detentore contra. & ap. ceſ. ſibi reſtitui faciatis.

Non ponitur.

† al. Frang.

† al. a prædicto

Alexander iij. Abbati de Stanfis, & priori de Eſibil. † *Cap. 3.*

VENIENS ad Apoſtolicæ ſedis clemẽtiã dilectus f. noſter magiſter W. de Flauilla, ſua nobis inſinuatione monſtrauit, ꝙ monachi maioris monaſterij terras in parochia ſanctę Mariæ de Martinoñ. † excolãt, & ab eadem eccleſia colonicorũ omnia eccleſiaſtica tam neceſſaria, quam voluntaria ſuſcipiunt ſacramenta, & tamen eidem eccleſiæ ſuas a canonibus ſacris conſtitutas decimas contradicũt ſoluere. Sed de frugibus tertiam partem ſoluunt ei, & duas ſibi retinere pręſumunt; de reliquis autem minutis decimis, vt pote nutrimentis animalium, & fructib. ortorum nil penitus pręſtare non erubeſcunt; arbitrãtur autem ob hoc ſe ſe tueri, cuiuſdam trãſactionis pactione inter pręfatos monachos, & quẽdam ſacerdotem memorati W. prędeceſſorem facta, ita videlicet, quod de duabus carrucatis terræ, quas in dominio ſuo monachi tenent, tertiam dumtaxat partem decimarũ exſoluere debeant; reliquas ſibi retinendo. quo fit, vt inde occaſionem ſumentes maligniandi, prædia ex agricolar. defectu ad eos deuoluta,

† al. Eſibi. c. 3. e.

† Marteriñ.

deuoluta, monachi in ſuũ magis aſtute, quã prouide dominiũ conuertant†;& quattuor, vel forte plures carruatas duabus aggregãt, non tamen aliter decimas pręſtantes de illis, quam prius de duabus præſtitiſſent, cum ſecũdum compoſitionis tenorem, integras de illis decimationes ſoluere tenerentur. Quoniam igitur nos cõuenit eccleſijs prouidere, ne ſua debeant iura cuilibet † deperire: f. v. per A.s.mandamus, quatenus, cum exinde fueritis requiſiti, vtraq.parte ante præſentiã veſtram conuocata, rei veritatem diligẽtius inquiratis,& niſi priuilegium Apoſtolicę ſedis ſibi ſuper hoc indultum corã vobis præfati monachi palã produxerint, vel niſi trãſactionem præſcriptam Apoſtolica auctoritate confirmatam eſſe docuerint, cum alioquin inter perſonas potius, quam inter eccleſias facta videatur, ne pacta inter alios acta alijs obeſſe patiamur, omni dilatione,& ap.re.præfatos monachos, & agricolas decimationes, ex quibuſlibet rebus deuenientes ex integro abſq.deminutione eccleſię S.Mariæ de Marturen. iugi præſtatione ſingulis annis præſtare,& eorum,quæ † illicite detinuerint, iuſtam æſtimationem reſtituere cũ omni diſtrictione compellatis. Quod ſi diſcretione veſtræ, ſecundum ea, quæ proponuntur nobis, † in iudicio viſum fuerit.pręfatos monachos,non niſi ad tertiæ partis decimationum pręſtationem, ſecundum iuſtitiam vrgeri poſſe;tunc omnium eorum,quę canones decimanda decreuerint,ap.re. ſæpe dictos monachos tertiam partem eccleſiæ iã dictæ auctoritate Ap. decimas præſtare cogatis.

† cõuertunt — † alicui — † al. ea rũ quas — † vobis

Lucius iij. Oriñ.† Ep̃o.   *pars c.Tua nos.*   *c.4.*

† al. Orien. c. 9. c.

PRAETEREA quando inter laicos, & viros religioſos de præſentatione alicuius eccleſię quæſtione ſuborta tranſigitur inter eos; ita quod præſentationẽ laicus obtineat, religioſi vero nonam, vel maiorẽ percipiãt † portionem, in qua prius nullam, vel minorẽ habere conſueuerant †; an huiuſmodi tranſactio teneat, quæſiuiſti. Cũ igitur ipſa pactio ſimoniaca merito videatur, de iure nõ tenet, nec ex ea religioſi vllum commodum debẽt inuenire.

† recipiant — † al. ſolebant

Cæleſtinus iij.   *pars c. bona memoria.*   *c. 5.*

c. 10. c.

PRAETEREA quarto loco talis quęſtio acceſsit: quod † quędam cęllula † eximi voluit a ſubiectione, qua matrici domui tenebatur. Cumq. cauſa debito marte percurreret, fratres illius cællulæ ſe confitentes illi domui quondam fuiſſe ſubiectos, referebãt, quæſtionem olim de hac ſubiectione fuiſſe motam; & tranſactione ſopitam, videlicet eatenus, vt quiddam determinatũ annuatim eccleſiæ matrici reddendo, fratres memoratæ cęllulę † penitus eſſent a ſubiectione principalis domus exempti. Ceterum ex aduerſo prior maioris domus duo pariter allegabat, vnum.s. quod ex quo confeſsi fuerant ſedu dum illi domui ſubiectos fuiſſe, & non ante tranſactionem illam † exemptos conſtabat, illos † fuiſſe rebelles, eo ipſo, quod ante trãſactionem, & exemptionem ſe contendebãt ab eadem † iuriſdictione fuiſſe † ſubtractos, nec tranſactio ſubſequens eos poterat a tãto crimine inobediẽtiæ relaxare. Alterũ quoq. prior conſequenter pro maiori eccleſia proponebat; quod de ſpirituali ſubiectione contra votum profeſsionis tranſigere non licebat. noſtra vero in his huiuſmodi reddit ſollicitudo reſponſum; quod ex prædicta fratrũ de cælla confeſsione cõtra eos ſententia procedere † debeat, præſertim cũ illa tranſactio, licet nobis de illo, quod cælla determinate prędictæ domui reddere † tenebatur; clare conſtare nequiuerit, iniquitatem continuiſſe putetur.

† al. deeſt — † calla — † cælla — † al. illos — † al. eo — † al. eiuſdem — † eſſe — † proferri ſententia — † al. ſolueret

DE OFFICIO ADVOCATORUM. Tit. xvij.

Cæleſtinus iij. vniuerſis iudicib. Beneuẽtanis. c. vn.

Non patitur.

VT in ciuitate veſtra deminui poſsit, & attenuari materia iurgiorum, & iudiciorũ integritas reſeruetur, ad cõmune commodum ipſius ciuitatis, id duximus ſtatuendum. ſancimus igitur, & præſenti pagina prohibemus, ne quis veſtrum aduocatus eſſe præſumat, niſi in propria cauſa, vel fortaſſe ſi alicui eccleſiæ, vel pro alicuius munificentiæ debito ad inpendendum patrocinium fuerit obligatus.

DE PROCVRATORIBVS. Tit. xviij.

Alexander iij.   *Cap. 1.*

De proc. c. 1.

QVERELLAM A. clerici accepimus, quod cum ven. f. n. Wigor. Epiſcopus cauſam, quæ inter ipſum, & Saleſbirien. † Epiſcopũ ſuper eccleſia de Bribec † de mandato noſtro ſuſcẽpiſſet fine debito terminandam; tandem quia idem clericus termino conſtituto ſuam ei † præſentiã exhibere non potuit; pro eo quod erat infirmitate detentus; ſicut per quendam presbyterum, & diaconũ, quos ad præſentiã ipſius

† al. Salebiliã. — † al. Bibec — † al. deeſt ei

Epiſcopi miſerat, paratus erat probare eundem A. in reſtitutione expenſarum, quas R. *†Lexō.* Lexioñ. † Archidiaconus pro cauſa ipſa ad diem ipſum tūc veniendō † fecerat, condemnauit. *†cōueniendo* Man. itaq. dis. v. atq. pręcipimus, quatenus, ſi præfatus Epiſcopus eundē A. iuxta mandatum noſtrum † a præſcripta ſententia nō abſoluerit; *† al. veſtrū* vos rei veritate diligentius inquiſita, ſi conſtiterit vobis, quod prędictus Epiſcopus præfatum A. in reſtitutionē ipſarum expenſarum, pro alia nulla rationabili cauſa condemnauerit, niſi pro eo tantū, quod termino conſtituto ad eius præſentiā non acceſsit infirmitate detentus; cum non poſsit quis cogi, niſi velit, in grauibus cauſis procuratorē conſtituere, & cum ipſe ad probandum infirmitatem ſuam presbyterum, & diaconē deſtinauerit, *†deſtinauit* † auctoritate noſtra ſub. ap. re. ab eadem ſententia abſoluere, cū minime differatis.

Clemens iij. *Cap. 2.*

Non ponitur. SI matrimonij cauſa poſsit per procuratorem expediri, nos tua duxit prudentia cōſulendos. Hic autē decernimus † diſtinguendum, *†decreuimus* quod ſi in ipſa † cauſa matrimoniali criminaliter quæſtio ventilatur, *† deeſt ipſa al.* † & ob eandē ab aduerſa parte criminaliter ſit agendum, *†al. verſebatur* non per interpoſitam perſonam, ſed per ipſam perſonam principalem, cauſam matrimonij terminari oportet; cum ſicut iura teſtantur, præſens præſentē accuſare debet, † *†al. debeat.* & ſe talionis vinculo obligare. ſecus autem in cauſa matrimoniali, in qua non criminaliter agitur, credimus procedendum; ſecurius tamen ageretur, ſi cum haberi poſsit principalium pręſentia perſonarum, ipſis præſentibus in vtroq. ad diffinitionis calculum procedatur.

Clemens iij. *Cap. 3.*

EX inſinuatione dilecti filij I. † Archidiaconi Sang. † accepimus, *c. 5. e.* *†al. R.* *† al. Angñ.* quod cum inter ipſum, & magiſtrum W. de Sang ſuper quadam præbenda Lexoñ. eccleſiæ, quæ de Pomeria dicitur, controuerſia mota fuiſſet, eidem magiſtro propter hoc ad ſedem Ap. accedenti G. de Tortona procuratorem ipſius Archidiaconi ſe gerens ad illam cauſam conſtitutum cum quibuſdam litteris de rati habitione, prout dicebat, ſe oppoſuit. cū autem aliquantulum in cauſæ cognitione proceſſum fuiſſet, licet prædicto G. ab eodē Archidiacono duobus clericis præſentibus, & aſsiſtentibus expreſſe fuiſſet inhibitum, ne cauſæ cognitionem ſuſciperet, & ne ad iudicium ſuſcipiendum in iure ſuis litteris vteretur; ipſe nihilominus in ipſa cauſa procedens ſententiam, ſicut dicitur, contra iam reportauit. Ceterū quia alter de prædictis clericis dicitur obiſſe. Nos autem † attēdentes, *†al. tamen* quod idem G. contra ipſius Archidiaconi prohibitionem in ſuſcipiendo iudicio ipſius cauſæ procedere non debuerit: dis. v. per A. s. mādamus, quaten⁹, ſi ſicut ratio dictat, per ipſius Archid. & ſuperſtitis illius clerici iuramentum conſtiterit eundem Archidiaconū expreſſe prohibuiſſe, ne dictus procurator illius controuerſiæ diffinitionem ſuſciperet, & ne in iure ad ſuſcipiendum iudicium ſuis litteris de rati habitione aliquatenus vteretur, ſententia contra eum lata nequaquam obſtante, iam dictæ præbendę poſſeſsionem cum fructib. inde perceptis, a quocumq. detineatur, eidem Archidiacono ſub. contr. & ap. ob. ſi eius reſtitutioni aliud canonicū nō obſiſtit, auctoritate noſtra reſtitui faciatis, reſtitutione vero facta ſi Archidiaconus ipſe ſuam inſtitutionem canonicam probare potuerit, ipſam ratam, & inuiolabilem permanere, ſicut iuſtum fuerit, ap. poſt. decernatis.

DE HIS, QVAE METVS CAVSA fiunt. † Tit. xix.

† al. Quod vi, metusue cauſa factum eſt. *De iis. q vi. c. ỹ*

Clemens iij. *Cap. un.*

AD aures noſtras te ſignificante peruenit, quod electus quidā in plebanum eccleſiæ cuiuſdā, quæ ad tuam diſpoſitionem pertinet, ad terrorem laicorū renuntiauit electioni, quæ fuerat a clericis, vno excepto, vnanimiter celebrata. Is autem, † qui *† al. vero* diſſenſit, ante electionem ad ſedem Ap. appellationis vocem emiſit. Ideoq. conſulere voluiſti, ſi renuntiatio facta ad terrorem laicorum impediat, quo minus ad regimen prędictæ eccleſiæ, is, qui prius fuerat electus, aſſumi debeat, & ſi eius appellatio valeat, qui ſe non electurum iurauit, & ne alij eligerent, appellauit. Tuę igitur diſcretioni litteris pręſentibus innoteſcat, quod renuntiatio facta in manu laicorū ad ipſorum terrorem, niſi forte iuramento, vel fide interpoſita ſit confirmata, non impedit, quo minus is, qui renuntiauit † eccleſiæ, *†renūtiauerit.* ad cuius regimen prius electus fuerat, præficiatur; pro contradictione autē, vel appelltione eius, qui ſe nō electurū publice cōfeſſus eſt iuraſſe, non eſt electio ab alijs celebrata canonice irritanda.

DE ARBITRIS. Tit. xx.

Alexander iij. Eboraceñ. Archiepō. *Cap. 1.*

NON

De arb. c. 2.

NON ſine multa neceſsitate, & diſcrimine corporis ſui A. presbyter præſentium lator ad ſe. Ap. fatigatus multiplici nobis querela propoſuit, quod cum in eccleſia ſancti Alſidi de N. † per manum R. Archidiaconi, & canonici de Suelle perſonæ ipſius eccleſiæ capellanus inſtitutus fuiſſet, & eodem R. mortuo M. nepos eius, qui ſibi in iam dicta eccleſia ſucceſsit, eundē presbyterum ad maiorem ſecuritatē capellanū iterum ordinauit, quorum temporibus xxx. annis, & vltra capellaniam eius eccleſiæ pacifice ſe aſſerit tenuiſſe. tandem vero idem M. volens ab eadem eccleſia ipſum presbyterum remouere, in eum cœpit exactiones indebitas exercere, & quidam homo eius circa domum ſuam egreſſus, violentas manus in eum iniecit, & ipſe idem M. viſus eſt eum circumuenire, vt pro v. marchis argenti, quas idem M. ei promittebat, ſe annuatim nomine penſionis ſoluturum præſcriptæ capellaniæ † cedere nō differret, præfato vero presbytero nolente eius exequi voluntatem, prędictus M. tantū dicitur feciſſe, quod poſt multas iniurias, & grauamina ſibi illata, occupatis omnibus alijs rebus, ab officio, & beneficio eſt ſpoliatus. cum autem idem presbyter per te adhuc extra prouinciam tuam exulans de ſuo beneficio non poſſet iuſtitiā obtinere, tandemq. † ſicut aſſerit, multis neceſsitatibus arctabatur, nec ſuam inopiam potuit vlterius ſuſtinere; per dolum, & fraudem ipſius M. ab eo ſacramentum eſt extortum, vt arbitrium clericorum ſuorum exinde ſuſciperet, & ſeruaret. Idem vero clerici voluntatem eius aſſecuti, & iam dicto M. fauentes, eidem presbytero præceperunt, vt v. marchas ab eodem tantum ſuſciperet, & toti cederet quæſtioni. Quoniam igitur te non decet aliquatenus ſuſtinere, vt quod perperam arbitrati ſunt, debeat incorrectum relinqui: F. t. p A. s. m. quatenus præfatos clericos moneas ſtudioſius, & inducas, vt ſi cognouerint, ſe in hac parte tam nequiter arbitratos fuiſſe, iam dictum presbyterum ab obſeruantia iuramenti auctoritate noſtra prorſus abſoluas; aut ſi arbitrium ipſum iniuſtitia noueris, & veritate obnoxium, † vtramq. partem ap. re. ſtare arbitrio compellas.

† al. Aſfridi de N. — † eccleſia — † al. quia — † al. ſubmanum

Alexander iij. Exoñ. Epiſcopo. *Cap. 2.*

c. 3. e.

PERVENIT ad nos, quod cū. W. † clericus de Caleſtin in minori eſſet ætate cōſtitutus, G. † de Cal. ſororem eiuſdem W. † duxit in vxorem, & fidei interpoſitione firmauit: quod v. ſol. ſterlingorum ei annuatim donaret. Vnde cum poſtea ſuper eiſdem v. ſol. inter ipſum clericum, & iam dictum G. controuerſia mota fuiſſet, in quattuor perſonis compromiſerunt, quæ vtiq. inter ſe taliter arbitratæ ſunt, quod præfatus G. decimas proprias, & ruſticorum ſuorum, quas † in parochia de Cal. habere dignoſcitur, pro v. ſolidis prætaxatis ſingulis annis perciperet. Vnde quoniam huiuſmodi arbitrium eccleſiæ iam dicti loci poſſet in poſterum perniciofum exiſtere; nec memoratus W. † aut perſonæ illę, in quibus cōpromiſſum fuerat, id vllatenus in eccleſiæ damnum facere debuiſſent: f. t. per Ap. s. m. quā. rei veritatē diligenter inquiras, & ſi ita eſſe inueneris, prænominatum G. diligenter admoneas, & eccleſiaſtica diſtrictione compellas; vt eccleſię, cuius eſt parochianus, prælibatas decimas omni occaſione, & ap. re. liberas prorſus dimittat: nec ſibi aliquid vlterius vindicare pręſumat. Clericum vero ſupradictum moneas, vt cum eodem G. amicabiliter, pacificeque ſtudeat conuenire.

† al. G. — † al. W — † al. G. — † al. quos — † al. G.

LIBER SECVNDVS.

DE IVDICIIS. TIT. I.

Clemens iij. clero Conſtantinopolitano. Cap. 1.

De iudic. c. 4. AVCTORITATE Apoſtolicę ſedis, debitoq. officij noſtri compellimur, viros eccleſiaſticos oculo benigniori proſpicere, eiſq. ne grauētur moleſtijs, paſtorali ſollicitudinę prouidere. hac itaq. ratione inducti auctoritate Ap. prohibemus, ne aliquis veſtrum a quocumq. in ciuili, vel criminali negotio impetatur, nec per ſæcularem perſonā carceri, aut vinculis, niſi ab Archiepiſcopo, ſuo electus fuerit ex † ordine clericali, aliquatenus mancipetur, nec abſq. rationabili, & manifeſta cauſa in officio ſuo, vel iure ſuo grauamen ab aliquo patiatur. Prohibemus etiā, ne vicarius Regis, ſeu quæcumq. perſona, vicem ſæcularis poteſtatis gerens vobis in domibus, aut alijs rebus veſtris iniuriam præſumat inferre; ſed tam in his, quam in alijs priuilegia vobis a Regib. vel Archiepiſcopis, pia conſideratione conceſſa, inuiolata volumus conſeruari. ſtatuimus inſuper, vt nullus in eccleſijs veſtris vltra, quā facultates earū eccleſiarū ſuſtineant, vobis inſtituatur inuitis. † al. ab

Alexander iij. Abbati de Eueſham. † Cap. 2.

† al. Eushā. De iudic. c. 9. CAVSAM, quę vertitur inter fratres Dulmon. monaſterij, & monachos ſancti Albani ſuper eccleſia de N. audiatis, & ap. re. terminetis. Illud inter cetera ſpecialiter prouiſuri, vt fratres Dulmon. eccleſiæ cum auctoritate, & aſſenſu Epiſcopi cauſam aggrediantur, ne ſi fratres ſancti Albani obtineāt, Epiſcopus Dulmon. ſe Abbatem eccleſię proponens, litem ſopitam valeat ſuſcitare.

Celeſtinus iij. Cap. 3.

c. 10. ead. CVM non ab homine & infra. A nobis itaq. fuit ex parte tua quæſitum, vtrū liceat Regi, vel alicui ſæculari perſonę iudicare clericos cuiuſcumq. ordinis, ſiue in furto, ſiue in homicidio, vel periurio, ſeu quibuſcumq. fuerint criminibus deprehenſi. in prima ergo cōſultatione taliter reſpondemus, quod ſi clericus in quocumq. ordine conſtitutus in furto, vel homicidio, vel periurio, ſeu alio mortali crimine legitime fuerit deprehenſus, atq. conuictus, ab eccleſiaſtico iudice deponēdus eſt. qui ſi depoſitus incorrigibilis fuerit, excōmunicari debet; deinde cōtumacia creſcente, anathematis mucrone percuti; † poſtmodū vero ſi in profundum malorum veniens cōtempſerit: cū eccleſia non habeat vltra, quid faciat, & ne poſſit vltra eſſe perditio plurimorum, per ſæcularem comprimendus eſt poteſtatem: ita quod ei deputetur exiliū, vel alia pœna legitima inferatur. † al. ſi ſeruis.

Celeſtinus iij. W. int. Epō, & Abbati S. Albani. c. 4.

c. 11. ead. QVIA W. † qui violenter dicebatur eccleſiam ingreſſus eſſe, defunctus eſt, vt accepimus, & R. eam eſt ingreſſus; precipimus, vt ſecundum formam litterarū inter ipſum R. & P. mediante ratione cauſa terminetur, ſicut inter eundem P. & præfatum W. † ſi viueret, iudicaretur. † al. G. † al. V.

DE FORO COMPETENTI. Tit. ij.

Alexander iij. Cap. 1.

De iudæis. c. 13 LICET vniuerſis &c. Perlatū eſt ad audientiam noſtrā, quod Iudęi in ciuitate veſtra morātes † ad tantam deuenerint ſuperbiā, & elationem; quod ſi quando inter eos, & quemlibet clericum, ſeu inter vos, & ipſos cauſa emerſerit, vos ad ſæcularem iudicem trahunt, & corā quocumq. iudice vobiſcū litigant, & per ſimplicem chartā abſq. teſtib. vel per vnū qualemcūq. † Chriſtianū, vel † Iudæum, contra omnem iuſtitiam, & rationē, cauſam probare contendunt, & aduerſum ſe etiā magnorū, & probatorū virorum non recipiunt teſtimonium. Quia vero non eſt licitū alicui Chriſtiano, multo minus crucis Chriſti inimico, vt .s. eccleſiaſticos viros ad ſæcularem curiam trahant, & cauſæ ſuæ vnius tantum quamuis † legitimo teſtimonio, finem imponant. Diſcretioni v. m. qua. ſi inter vos, & quoſcumq. Chriſtianos, ſiue Iudęos cauſa emerſerit, pro nullius vocatione † al. cō morantes † al. quālibet. † al. ſine † al. quaſi

catione ad ſæcularem curiam, vt ibi de negotio tractetis, ad iudicem vllum accedere præſumatis. ſed ſicut exigit iuſtitia, & æquitatis ratio poſtulat, in qualibet cauſa Chriſtiani, & maxime clerici ad minus niſi teſtimoniũ duorum, vel trium virorũ, qui ſint probatæ vitę, & fidei, vel conuerſationis, non admittatis iuxta illud dominicum: in ore duorum, vel trium teſtium ſtat omne verbum. Quia licet quædam ſint cauſæ, quæ plures, quam duos exigant teſtes, nulla eſt tamen, quę vnius teſtimonio tantum, quamuis legitimo terminetur.

Alexander iij. *Cap. 2.*

De foro cõp. c. 6. † al. V. EX tranſmiſſa nobis inſinuatione G. B. W. † militũ eccleſiæ intelleximus, quod cũ R. de Caſtuil. eos ſuper quadam poſſeſſione anteveñ. ſ. n. Treceñ. Epiſcopũ traxit in cauſam, nobilis vir de Capis eorũ dñs ſub debito fidelitatis eis inhibuit, ne in iudicio eccleſiaſtico de ſæculari feudo reſpõderent. Itaq. præfatus Epiſcopus in eos velut in contumaces excõmunicationis ſententiam promulgauit, &c. & infra. Deinde † per dominũ feudi † al. Demum cauſam iubeas terminari; & ſi ipſe aliquid malitioſe diſtulerit, tu ei ſub. ap. ob. debitum finem imponas.

Alexander iij. *Cap. 3.*

c. 7. eo. VERVM quoniam de quibuſdam feudis aduerſus eundem Præpoſitum quęſtionẽ mouerunt, ſtatuimus, vt ex quo Epiſcopus fuerit in eadem eccleſia conſecratus, qui plenam auctoritatem habeat, & poteſtatem, de feudis ipſis ſi ad eccleſiaſticam cognitionem pertineant, ſuo ſub iudicio cognoſcantur. alioquin ipſa quæſtio ab imperiali beneplacito, ſicut iuſtum fuerit, terminetur.

Lucius iij. *Cap. 4.*

c. 8. e. † al. ip CVM ſit generale, vt † actor forum rei ſequatur; conueniens eſt, vt prius raptores apud iudices ſæculares conueniantur. ſed ſi iuſtitiam exhibere cõtempſerint, aut iudices ex quacumq. cauſa fuerint negligentes; quia ſacrilegi iudicandi ſunt ab eccleſia, de crimine illo cenſuram in eos poteris eccleſiaſticam exercere. Verum quoniam iudices ſæculares in exhibenda iuſtitia perſonis eccleſiaſticis ſæpe in iudicio ſunt remiſſi, iam per conſuetudinem eccleſiæ eſt fauore introductum, vt malefactores ſuos venerabilium locorum rectores poſſint, ſub quo maluerint, iudicio cõuenire.

Celeſtinus iij. *Cap. 5.*

c. 9. eo. QVOD clericis &c. & infra. Nullus Epiſcoporum, vel clericorum ad iudicia ſæcularia eſt trahẽdus. habent enim illi iudices ſuos, nec quidquam eſt eis publicis cõmune cum legibus. Bonifacius vero Papa, & Gelaſius, & alij plures anteceſſorum noſtrorũ antiquioribus concilijs cõſonantes, ſicut bene patet viris vtriuſq. iuris peritis, id ipſum in ſacris conſtitutionibus ediderunt. Hac igitur ratione inducti per Ap. s. mandamus, quatenus, ſi quas cauſas ſæculares clerici Pariſius commorantes habuerint contra aliquos, vel aliqui contra eos, ap. re. iure canonico decidatis, nec permittatis iuri ſcripto conſuetudinẽ præualere.

DE MVTVIS PETITIONIBVS. t. iij.

Celeſtinus iij. Rothom. Decano. *Cap. vn.*

De mut. pet. c. 2. PRVDENTIAM tuam debitam &c. Sane conſuluiſti nos, vtrum cum cauſa ap. re. committitur, & reus ſub eodem iudice actorem reconuenerit, vel eiſdẽ, quod quadam ex conſtitutione tã canonici, quam forenſis iuris licite fieri poteſt; & actor ſuper reconuentione appellationem interpoſuit, an appellationi huiuſmodi ſit deferendũ. Nos vero ita ſentimus, † quod cum in hoc caſu actoris, & rei eadem ſit conditio, vel cauſa, & † vno, eodemq. iure circa appellationis remedium vti debeat vterq. Vnde nec appellationi taliter interpoſitæ deferendum eſſe iudicamus. etenim ipſo Chriſto, qui eſt veritas, atteſtante didicimus, quod omnia, quæcumq. voluerint aliqui, vt faciant eis homines, eadem & ipſi facere debeant; nec ciuilis iuris peritus ab hac ſententia diſcrepat, quia præter authenticum, quod incipit, Et conſequenter, in quo id de facienda recõuentione expreſſe habetur, etiã † alibi ſtatuitur, quod eodẽ iure quis vtatur, quod duxerit ſtatuendum in alium: ideoque ſicut deſiderat, vt ſibi iuxta reſcriptum mandatoris iuſtitia fiat, ap. re. ita debet, & eadem ratione, ſe reconuenienti in ſua iuſtitia reſpondere. † al. ſententiamus † al. de eſt eo. † al. eo.

DE DILATIONIBVS. Tit. iiij.

Celeſtinus iij. *pars c. Plerumq.* *Cap. vn.*

De dil. c. 2. PRAETEREA in tuo petitorio adiecisti, quod cum cauſæ tibi a ſe. Ap. delegantur, & in litteris citatorijs reſcriptum Apoſtolicũ inſeras, vt eo viſo deliberare valeat; qui ab altero conuenitur. cumq. nõ ad primam, & ſecundã citationẽ canonicã, ſed ad tertiã tãtũmodo peremptoriã veniat, actore ad oẽs citationes veniente,

& ipſe intentionem ſuam in iure proponat, reus vexationi eius intendens, tunc primo deliberatorias requirit † inducias, cũ actor eidẽ authenticum offerat, vt conferat cum reſcripto, quod in prima citatione recepit, aſſerens, quod tam longo citationis ſpatio, ſi voluerit, † plene tempus deliberationis potuit habere. quia igitur, quid agendum ſit tibi in hoc caſu, deſideras edoceri, taliter reſpondemus, quod prædicto modo reo ad iudicium vocato, † ſi ex reſcripto ſibi tranſmiſſo plene potuit inſtrui ſuper eo, de quo cõueniebatur, induciæ deliberatoriæ ſibi non ſunt vlterius indulgendæ, ſed potius procedendum eſt ad examinationem cauſæ, & finem ei debitum imponendum.

† al. queris

† al. voluis

† al. cõuocato

DE FERIIS. Tit. v.

Alexander iij. *Cap. 1.*

SIGNIFICANTIBVS nobis viris religioſis fratrib. Ciſtrenſis ordinis accepimus, quod cum eorum famuli, & mercenarij in quibuſdam diebus, quos alij ſollemnes habent, laborant: Archid. Decani, presbyteri de quorũ parochijs ſunt, eis † ſententiã excommunicationis propter hoc intentare præſumunt. Quoniam igitur ſuper hoc non debent tantã pœna mulctari, f. t. per A. s. m. qua. omnib. Archidiaconis, Decanis, preſbyteris veſtrę iuriſdictionis arctius prohibere curetis, ne in famulos, vel mercenarios prędictorum fratrũ, pro eo quod ipſi, & idem fratres diebus illis laborant, quos alij ſollemnes habent, vel excommunicationis, vel interdicti ſententiam ferre pręſumant. Si vero contra prohibitionem veſtrã venerint, & ſententiã eorum ap. re. denuncietis irritam, & inanem, & ipſos pro tranſgreſſione non differatis eccleſiaſtica ſeueritate punire.

Non ponitur.

† in eos

Alexander iij. Terdoñ. Archiepõ. *Cap. 2.*

QVONIAM in parte &c. & infra. Veſtrã volumus prudentiã certa cognitione tenere, quoniã licet ſcriptũ ſit: de veſpere ad veſperam ſabbata veſtra celebrabitis: feſtorũ tamen principium, & finis iuxta eorum qualitatem, & iuxta diuerſarum regionum conſuetudinem conſiderari † debet, & ſicut magnitudo dierum exigit celebrari; ſic prius incipere, & tardius terminari, vera ratione videtur. & infra. Diebus autem dominicis, & alijs pręcipuis feſtiuitatib. ſiue inter paſcha, & Pẽtecoſtẽ genuũ flexio nequaquã debet fieri, niſi aliquis id ſecreto ex deuotione facere velit. In conſecrationibus autẽ Epiſcoporũ, & ordinationib. clericorũ, conſecrans, & conſecrandus tantum flectere genua poſſunt, ſecũdum quod cõſecrationis modus requirit. Prę terea feſtiuitas ſanctæ Trinitatis ſecundũ diuerſarũ cõſuetudines † regionũ a quibuſdã in octauis Pẽtecoſtes, ab alijs in dñica prima ante aduẽtũ dñi celebrari cõſueuit. Eccleſia ſi quidẽ Rom. in vſu nõ habet, vt in aliquo tẽpore huiuſmodi celebret ſpecialiter feſtiuitatẽ; cũ ſingulis dieb. glria patri, & filio, & ſp. ſ. & cetera cõſimilia dicãtur ad laudẽ pertinentia Trinitatis. Quare tibi frater Archiepiſcope de vſu pallij, eo die, quo ſanctæ Trinitatis feſtiuitas celebratur, certũ nequaquã potuimus dare reſponſum.

Deferijs c. 2.

† al. cõſeruari

† cõſuetudinẽ

Alexander iij. Treberneñ. Archiepiſcopo, & eius ſuffraganeis. *Cap. 3.*

LICET tam veteris, quam noui teſtamenti pagina ſeptimum diem ad humanam quietem ſpecialiter deputauit; & tam eum, quã alios dies maieſtati altiſſimi deputatos, nec nõ natalicia, † ſanctorũ martyrũ eccleſia decernit obſeruanda; & in his ab omni opere ſeruili ceſſandum; nos tamẽ, quib. ab omniũ prouiſore eccleſiæ regimen eſt cõmiſſum; ſuper ijs, quæ neceſſitas exigit, Chriſti fidelib. tenemur cõmode prouidere, vt ſi quãdo eos non ſeruili operi .i. actioni peccati, ſed neceſſaria victui, & veſtitui quærendo forte intendere contingerit; volumus, vt eis Ap. ſe. prouidẽtia, miſericordia cõſueta ſubueniat. Inde ſi quidẽ eſt, quod (cũ regio veſtra † nõ multum frugib. abundet, † & mare, in quo populus maiorem habere conſueuit ſuſtẽtationẽ, ſterilius ſolito effectum fuiſſe, multorum relationib. cognoſcentes, auctoritate beati Petri, & noſtra indulgemus; vt liceat parochianis veſtris diebus dominicis, & alijs feſtis, pręter quam in maiorib. anni ſollemnitatibus, ſi allecia terræ ſe inclinauerint, eorũ captioni congruenter intendere, ita tamen, quod poſt factam capturam eccleſijs circumpoſitis, & Chriſti pauperib. congruã faciant portionẽ. Si autẽ illi, qui aliquos dies in pane, & aqua ex iniuncta ſibi pęnitentia tenẽtur peragere, panem, quo veſcantur, non habent; leguminib. aut piſcib. aut † alijs cibarijs ſi neceſſitas exegerit, † reficiantur, moderata tamen diſcretione habita, quod his nõ ad delicias, ſed ad neceſſariam ſolummodo ſuſtentationem vtantur.

c. 1. & c. 6. de pæni.

† al. natalia

† al. regionem veſtrã quod

† al. abũdare

† vel

† al. fuerit

Clemens iij. *Cap. 4.*

CAPELLANVS tuus frater Epiſcope coram nobis ex parte tua propoſuit, quod cum canonica ſtatuta declarẽt, nuptias

c. 4. et

tibus

tribus hebdomadib. ante feſtum natiuitatis ſancti Ioannis Baptiſtæ minime celebrari debere; quidam hebdomadas illas abſq. interpollatione cōtinuandas intelligunt: alij vero inter feſtum, & ipſas facere interuallum volentes, illud dicunt ob reuerentiam feſtiuitatis Pentecoſtes, fuiſſe ſtatutum, quæ in ſeptimanis ipſis ſolet interuenire quandoq. & ſic inchoantes a tribus diebus rogationum ante aſcenſionem dñi vſq. ad octauum diem poſt Pentecoſtem illis hebdomadib. computatis, illo tantũ temporis ſpatio celebrari nuptias non permittunt, earum celebrationem ab inde nullatenus inhibentes. Quia igitur cōſulti fuimus, vtra iſtarum opinionum potior videatur; nobis, & fratribus noſtris apparuit, quod cum ea † ſit Romanę eccleſiæ conſuetudo a longis retro temporib. obſeruata; vt quocumq. matrimoniũ cōtrahatur † tēpore, conſenſu interueniēte de præſenti legitimo; tamen a ſeptuageſima vſq. ad ſeptē dies poſt Pentecoſtem celebrari nuptiæ non ſinātur, & poſtea etiam tribus, vel pluribus ſeptimanis ante feſtiuitatem ſancti Ioannis ſine differentia celebrentur; poſterior ſententia meliori, & ſubtiliori ratione fouetur. & ſiue ſecundũ canones a ſeptuageſima vſq. poſt octauas paſchæ, ſiue iuxta conſuetudinem eccleſiæ Romanę vſq. poſt ſeptimum diem † feſti pentecoſtes, qui † caret octauis, nuptiæ ſuſpendantur, in dominica, quæ ſequitur, & deinceps indiſtincte valeant celebrari.

† al. eadem

† al. cōtrahatur

† al. vij. dies

† al. quod

DE CAVSA PROPRIETATIS, ET poſſeſsionis. Tit. vj.

Celeſtinus iij. pars c. bona memoria. Cap. vn.

De cau. poſ. et pro.

AD vltimum interrogati fuimus, ſi iudices deputati, vt de poſſeſsione, & proprietate agnoſcant, grauib. partium ſumptib. parcere cupientes, de vtraq. commixtim audire poſſunt, † allegationes pariter, & teſtes admittant, deinde prius audiāt atteſtationes de poſſeſsione, & pronuntient ſecundum tenorē illarũ, vtrum licite hoc agatur. Nos autē cũ hoc ſit in iure ciuili expreſſum, quod licite poſsit fieri, reſpondemus.

† al. poſſint

DE RESTITVTIONE SPOLIAtorum. Tit. vij.

Alexander iij. Cantuarien. Archiepiſcopo. c. 1.

De reſt. ſp. c. 7.

CONQVERENTE nobis R. clerico latore præſentium accepimus, quod cum vacaret eccleſiaſticis diſciplinis, ipſum eccleſia de Durefort † ſine iudicio ſpoliaſti. Quia vero iam non decet honeſtatem tuam clericos tuę iuriſdictionis, ſine manifeſta cauſa, & rationabili ſuis beneficijs ſpoliare, quibus teneris paterna prouiſione conſulere: f. tuæ per A. s. præ. m. qua. ſi ita eſt, prædicto clerico præfatam eccleſiam cum redditibus inde perceptis reſtituas, & in pace eā poſsidere permittas: Reſtitutione autē facta, ſi quid aduerſus eum ſuper pręſcripta eccleſia proponere voluiſti, coram venerabili f. n. Exonieñ. Epo. per te, vel per ſufficientem reſponſalem tuũ cum eodem R. ordine iudiciario experiaris, & quod exinde ſtatuerit, ſuſcipias firmiter, & obſerues; nos enim eidem Epiſcopo cauſam commiſimus terminandam.

† al. Dũ fort

Alexander iij. Pariſieñ. Epiſcopo, & Abbati S. Remigij. & Decano Meldenſi. Cap. 2.

Non ponitur.

CONQVESTVS eſt nobis R. quod cū eccleſia de Alde † canonice adeptus fuiſſet, & aliquamdiu pacifice poſſediſſet, & eā poſtea per oppreſsionē H. de Clueāt iniuſte amiſit: Vnde diſ. v. per A. s. m. quatenus, ſi vobis conſtiterit prædictum R. in prælibata eccleſia fuiſſe canonice inſtitutum, & iniuſte ſpoliatũ, niſi eam poſtea ſpontaneé abiuraſſe altera pars legitime probauerit, eam cum fructibus inde perceptis reſtitui faciatis.

† al. Alteñ.

Alexander iij. Abieñ. & Beluaceñ. Epis. c. 3.

c. 8. e.

EX tranſmiſſa nobis &c. & infra. Quia nobis de rei veritate liquere non potuit, cauſam experientiæ veſtræ duximus cōmittendam. f. v. per A. s. m. qua. ſi vobis conſtiterit, quod pręfata mulier prædicto militi legitime deſpōſata fuiſſet, & ab eo cognita, ipſam ei reſtitui faciatis, recepta ſufficiēti cautione, quod illi non debeat malum inferre. Si autē capitali odio, ita mulierem vir proſequitur, quod merito de ipſo diffidat, & eum habeat ſuſpectum; alicui probę, & honeſtæ mulieri, vſque ad cauſæ cognitionem, ſeu deciſionē committatur, ſtudioſius cuſtodienda in loco, vbi vir, vel parētes eius, aut mulieris nullam poſsint violentiam † exercere.

† al. moleſtiam

Alexander iij. Exoneñ. Epiſcopo, & Abbati de Reſordeñ. † Cap. 4.

† Herefort.

c. 9. e.

CVM veniſſet ad nos dil. fi. n. S. † canonicus ſanctę Trinitatis de Barleñ. a ſuo Priore, & capitulo deſtinatus, in audientia noſtra propoſuit, quod cũ veñ. frater noſter Eboraceñ. Archiepiſcopus eccleſiam d. N. eis conceſsiſſet, ita quod poſt deceſſum G. de Pontino clerici, qui præfatā eccleſiā tunc tēporis

† al. G.

tenebat, vſibus eorum omnibus modis proficeret, & interim de auctoritate ipſius Archiepiſcopi, idem G. ipſis canonicis annuã ſolueret penſionem. Nos poſtmodum eandem conceſsionem ſcripto ipſius Archiepiſcopi inſpecto diligenter, auctoritate Apoſtolica duximus confirmandã. Mortuo autem pręfato clerico iam dicti canonici, licet per ipſum Archiepiſcopum non fuiſſent in prædictæ eccleſiæ poſſeſsionem inducti, tamen de conceſsione, & confirmatione noſtra plurimũ confidentes, eccleſiam ipſam, ne a quodam clerico turbaretur, qui eos ſuper eadem eccleſia nitebatur fatigare, ingreſsi ſunt, & tã contra ipſum Archiepiſcopum, a quo grauari timebant, quam contra præfatum clericũ ad noſtram audientiam appellarunt; ipſis vero per duos de fratribus ſuis, appellationem factam proſequentibus, ſæpe dictus Archiepiſcopus bladum, & omnia bona eccleſiæ, quę pręfatus G. clericus ſuus moriẽs ibidẽ reliquit, fecit, quod vix credere poſſumus, iniuſtis prædictis canonicis aſportari. & infra. Magiſter vero M. & A. clerici, & nuntij eiuſdem Archiepiſcopi, qui præſentes aderant, ipſum ſuper his conſtanter excuſauerunt, & adiecerunt coram † iam dicto Archiepiſcopo per præfatos canonicos grauem iniuriam irrogatam, quia etſi ab ipſo litteras conceſsionis habuiſſent, ipſius poſtmodum auctoritate contempta, per ſe ipſos in poſſeſsionem ingredi non deberent. Nos itaq. attendentes, quod ſi præfati canonici, pro iam dicta eccleſia de auctoritate ipſius Archiepiſcopi, viuente clerico perceperunt, annuam penſionem, eo mortuo, quamuis auctoritate eiuſdẽ Archiepiſcopi non quæſierunt, † vitioſe tamen in poſſeſsionem non ſunt ingreſsi, cum ſicut in ſæcularium legibus principum cautum eſt, is poſsideat, cuius nomine poſsidetur; cauſam ipſam vobis, de quorum prudentia, & honeſtate confidimus, committimus f. t. per A. s. p̃. m. qua. ante præſentiam veſtrã partibus conuocatis, ſi de ipſorum aſſertione conſtiterit, bladum, & omnia bona eccleſiæ poſt appellationem de mandato ipſius Archiepiſcopi aſportata ante ingreſſum principalis cauſæ, auctoritate noſtra ſub. ap. ob. reſtitui faciatis: deinde Archiepiſcopum attentius moneatis, vt conceſsionem ſuam ratam habeat, & præfatos canonicos amodo deſinat ſuper præfata eccleſia fatigare. Si vero commonitioni veſtræ acquieſcere noluerit, ſuper eccleſia cauſam diligentius audiatis, & ſine perſonarum acceptione ſub. ap. diffugio terminetis.

† al. de eſt corã

† al. quæſierunt

Cæleſtinus iij. *Cap. 5.*

GRAVIS nos querela &c. & infra. Ideo f. v. p A. s. m. firmiterq. pręcipimus, qua. partib. conuocatis, ſi vobis conſtiterit de pręmiſsis, prædictum Archiepiſcopum ablata pręnominati monaſterij fratribus cum integritate reſtituere, & damna plenarie reſarcire, & de illatis iniurijs ſatisfacere competenter, omni gratia, timore, & amore poſt poſitis; dilatione, & contradictione, & ap. ceſſante per diffinitionem † eccleſiaſticã noſtra freti auctoritate cogatis, prouiſuri attẽtius, vt nõ tantum fructus, quos noui, & violenti poſſeſſores interim perceperunt, ſed quos ſi eis poſſidere fuiſſet licitum, poſſeſſores veteres percepiſſent, eis reddi per ſupradictam ſententiã ſub. cuiuslibet appellationis obſtaculo compellatis. pręterea ſi qui, quominus ſecundum mandatum noſtrum memoratis fratribus reſtituantur ablata, ſe duxerint opponendos, vos auctoritate noſtra ſuffulti eos † non obſtante appellatione anathematis ſententia percellatis. Si præfatus vero Archiepiſcopus ad citationem † commonitionis veſtrę forte non venerit, vel mandato veſtro parere noluerit, vos Doleneñ. † monaſterij teſtibus receptis ſecundum formam prædictam in toto negotio procedentes, ſecundum quod diximus, ap. ceſſante exequi procuretis, omnimoda ſollicitudine prouidẽtes, ne libertates præfato monaſterio veſtro a prędeceſſoribus noſtris, nobiſq. cõceſſas, a quoquam ſuſtineatis minui, vel infringi.

e. vel

† al. diſtrictionem

† al. bos

† al. cõcitationem

† al. Doleñ.

DE EO, QVI MITTITVR IN POSſeſsionem cauſa rei ſeruandæ. Tit. viij.

Alexander iij. Albeñ. † Epiſcopo. *Cap. 1.*

PRIOR & monachi Siluæ maioris ſuam ad nos querimoniã tranſmiſerunt de O. qui paludes, & ſtagna, quæ prędeceſſores eius contulerant, ab eiſdem fratrib. per violentiam abſtulit, quæ cum ab eo repeterent, idem O. ad proximum purificationis feſtũ pręteritũ appellauit. Ideoq. f. t. mandamus, qua. cauſam audias, & ap. re. debito fine decidas. Si vero idem O. vel vxor eius, aut heredes eius, ſi quos habet, ſi idem O. profectus eſt Hieroſolymam, ad præſentiam tuam accedere, vel iudicio tuo parere contem-

† al. Albeñ.

Nou ponitur.

contempſerint, prædictos fratres in eorũ poſſeſsionem, de quibus quæſtio vertitur, ap. re. inducas. Si autẽ nuntius prędictorũ fratrum diẽ pręuenit appellationis, nolumus per iſtas litteras alteri parti præiudicari, vel nullum† optinere vigorem.

† nullum ſirte

Clemens iij. Epiſcopo, & Archidiacono Abruic. & Priori de Luc. Cap. 2.

De eo, q mit. c. 1. † al. ſubdecanũ † al. Capich. † Taurien. † al. Cheroceñ. † al. chiecien.

CVM ſicut accepimus, inter dil. fil. P. ſubdiaconẽ † Baioneñ, & dilectas in Chřo filias Abbatiſſam, & conuentũ ſanctæ Trinitatis, de Cadonio ſuper eccleſia de Capith † corã dilectis filijs Tauriceñ, † & Corcheñ. † Abbatibus, & H. Chiecluceñ. † Archid. ex delegatione ſe. Ap. quæſtio verteretur, prędictus ſubdecanus, die partib. aſsignata in perſona propria, ad præſentiam iudicum non valens accedere, reſponſalem ad eos cũ proprijs litteris deſtinauit. Verum ideo dicitur eius procuratio reprobata, quod nomen ſubdecani, quem diximus, ſigilli deſcriptum impreſsio non habebat. Vnde iudices occaſionem ex ſuo ſenſu ſatis inualidam aſſumentes, moniales rei ſeruandæ cauſa in poſſeſsionem rei petitæ miſerunt, quod in perſonas contumaciũ iuris videtur conſtitutio decreuiſſe. Vnde cũ hoc ad ſubdecani notitiã perueniſſet, ad Archid. ſupradictũ acceſsit, & offerens ei ſiſtẽdi iudicio cautionẽ, quoniã Abbas de Corinth. profectus in Angliam, & Abbas Taur. † viã fuerit vniuerſæ carnis ingreſſus, poſſeſsionẽ infra annum ſibi de iuris ordine reſignari cũ inſtantia poſtulauit, ſed nõ potuit optinere. Proceſſu vero temporis moniales, quas diximus, ad veñ. f. n. W. Rothomageñ. Archiepiſcopũ, & dilectos filios Abbates ſanctę Catharinæ, & L. de Veñ. ponte Archid. Rothomag. litteras alias impetrarũt, quorũ iudiciũ, ideo ſubdecanus, ſicut aſſerunt, † ſubire recuſat, quod prædictũ Archiepiſcopũ habet certa ratione ſuſpectum, & metuit, ne coniudices ad partem quamlibet, eius auctoritate, de facili trahantur. Quia verò nemo inuitus ſuſpectorũ iudicum compellatur † iudicio ſubiacere; diſč. v. per A. s. m. quatenus, ſi certã ſuſpicionis cauſam contra Archiepiſcopum oſtendit † ſubdecanus, audiatis negotium, & ap. re. mediante iuſtitia terminetis. In primis tamen ab eodem ſiſtendi iudicio cautione recepta, ſi pręmiſſa narratio veritate nitatur, ei poſſeſsionem reſtitui faciatis. Nec obſtare volumus, quod annus elapſus eſſe proponitur, ſi per eum non ſteterit, quominus infra illũ, & poſſeſsionem receperit, & dederit cautionem. ſi quid autem per prædictas litteras, ex quo ſuſpectos iudices recuſauit, aduerſus eum ſuper hoc noueritis contra iuſtitiam innouatum, in ſtatum debitũ reducatis, in his omnibus ſine appellationis obſtaculo proceſſuri.

† Taurien.

† al. aſſerit

† cõpellitur

† oſtenderis

VT LITE PENDENTE NIL INnouetur. Tit. ix.

Alexander iij. Eboraceñ. Archiepō. Cap. 1.

Vt lite pen. c. vi.

A MEMORIA noſtra non excedit, qualiter in primo anno noſtræ promotionis tranſcriptũ litterarũ felicis memoriæ prędeceſſoris noſtri Honorij nobis feceris præſentari, in quo cõtinebatur anteceſſorib. tuis Ap. benignitate † eſſe indultum, vt tam eis † quam ſucceſſoribus ſuis † liberum eſſet per totam Angliam ante ſe crucem deferrẽ. Nos vero anteceſſoris noſtri veſtigijs inhærentes tibi ſubſcripti noſtri munimine cõfirmamus, quod anteceſſorib. tuis fuerat a prędeceſſore noſtro clementer indultum. Poſtmodum vero ſanctę, & venerandę memorię T. quondam Cãtuar. Archiepiſcopus exiſtimans hoc in præiudicium ſuiuris, & ſuæ dignitatis redundare; exinde cœpit quæſtionẽ mouere. Vnde propter hoc ad ſedem Apoſtolicam appellauit, affirmans, ſi bene meminimus, quod tibi, & prædeceſſoribus tuis id nullatenus licuiſſet; ſicq; factũ eſt, quod per nr̃a nos tibi ſcripta prohibuimus, ne in prouincia Cant. eccleſiæ, donec de ipſa cauſa cognoſceretur, ante te crucẽ deferre aliqua ratione auderes. Quia ergo per dil. f. noſtros L. & A. clericos tuos grauem coram nobis querimoniam depoſuiſti, aſſerens, quod de poſſeſsione huius rei, quã tu, & anteceſſores tui habuiſtis, ante cognitionem iudicij ſpoliaſſemus. Nos volentes tibi, tamquam venerabili fratri noſtro deferre, & iura tua integra, & illibata ſeruare; pręſentibus litteris ſtatuimus, quod litteræ prohibitionis noſtræ nullũ tibi præiudicium faciant, quo minus tibi, & ſucceſſoribus tuis liberum ſit, quemadmodum vobis eſt beneficio priuilegiorũ Ap. ſedis indultum, & tu, & prædeceſſores tui id facere conſueuiſtis, † ante vos per totam Angliã deferre crucẽ, quouſq; diffinitiua ſententia decernatur, an eccleſia tua debeat de iure hoc habere.

† al. anteceſſoribus † al. tibi † al. ſuis

† al. cõſueuiſtis

Caliſtinus iij. Cap. 2.

LAVDABILEM &c. & infra. Quęrimus item, † quando † matrimoniũ accuſari contingit, an ſtatum ſit carnale cõmercium ſuſpendendũ, aut quamdiu diſsimulari poſſit, vel

† item † al. cũ

vel potius ſuſtineri. Ad quod breuiter reſpondemus; quod cum Alexander iij. aperte prohibeat, ne ad inuicem, donec cauſæ iuſtæ fiat examinatio, ſeparentur, & Symmachi Papę contineat inſtitutum; vt prælatus aliquis accuſatus, ante, quam ea, quæ obijciuntur, luce † clareſcant, relinqui non debeat a ſubiectis; in præſenti articulo coniugum alteruter accuſatus, ante probatam accuſationem, iure quod habet in altero, priuari non poteſt. †

† al. in luce

† al. poſſit

DE PROBATIONIBVS. Tit. x.

Alexander iij. Cap. I.

De prob c. 2.

SICVT conſuetudo laudabilis nulla debet nouitate diuelli, † ſic quod noſcitur contra ius moribus introductum, obuia † ratione debet diſſolui. Sane apud vos conſuetum eſſe didicimus; vt cum aliquis intentionem ſuam fundauerit inſtrumentis, aut teſtibus introductis, ei ſacramentum nihilominus deferatur. quod ſi ſubire noluerit, fides probationibus exhibitis non habetur. Quod cum nulla ſit ratione ſubnixum, ſed manifeſte legibus aduerſetur, quæ tunc demum ad huiuſmodi ſuffragium decurrendum eſſe decreuerunt, cum alia legitime non ſuppetant; talem conſuetudinem reprobamus, nec vllam habere firmitatem deinceps ſancimus.

† al. conuelli

† al. obuiare

Gregorius viij. Preposito Sancti Cataldi, † & Archiepiſcopo *Caſe maioris.* Cap. 2.

† al. Cataldi. c. 4. e.

PROPOSVISTI nobis dilecte fili Pręposite, quod cauſa matrimonij, quę inter dil. fi. n. O. de Caſanoua, & S. filiam O. † de Piſco † nobilis mulieris vertitur, vobis fuerit de mandato Apoſtolico delegata. Cumque partes eſſent in veſtra præſentia conſtitutæ, mulier propoſuit, ſe nec a viro cognitam, nec potuiſſe cognoſci; quod tam iuramento, quã teſtimonio ſeptem mulierum probauit, quæ per experientiã aſſeuerant, mulierem adhuc virginem eſſe, viro autem per iuramentum ſuum contrariũ aſſerente, vos in negotio procedere minime voluiſtis, donec de hoc noſtrum cõſilium haberetis. Videtur igitur nobis, quod iuramento puellæ, & teſtimonijs illarum vij. mulierum, quæ ipſam per experientiam virginem aſſeuerant, eſt fides potius adhibenda.

† al. C.

† Pizo

Clemens iij. pars c. bone memoria. Cap. 3.

TERTIO quippe a nobis loco fuit quæſitum. Ecce quod quidam regularis ſigillum capituli commune ſuſcipiens, † quoddam inſtrumentum cuidam amico ſuo ſignauit, quo alienatio rerum eccleſiæ immobilium, tamquam ei facta continebatur, ſuper qua dum lis conteſtaretur, procurator vniuerſitatis illud inſtrumentũ aſſerebat de aſſenſu cõuentus non fuiſſe collatum, & ſic vel adulterinum, vel furtiuum eſſe dicebat. † Cumq. volens falſitatem ciuiliter reuelare, fratres regulares ad perhibendum teſtimonium produxiſſet, iurati dicebant, quod eo tempore, quo aduerſarius allegabat idem inſtrumẽtũ ſibi fuiſſe collatum; quotiens de re ipſa † inter fratres aliqua mentio erat, conſiliũ totius conuentus, & vox fuit vnanimis, quod nolebant alienationem rerum illarum, ſed res domus ſuæ fore integras, & cõſeruari volebãt. ſed quoniam aduerſarius teſtes aliquos minime producebat; ea eſt forma conſultationis, quid iudex hic ſtatuere debeat an .ſ. inſtrumẽto, an teſtib. fides ſit potius adhibẽda. Reſpõdemus autem ſecundum aſſertionem teſtium dumtaxat cenſendum eſſe.

† al. ac cipiens

† dicebatur

† al. iſta

Clemens iij. Aquilonari † Epiſcopo. Cap. 4.

† al. Aquilonensi c. 6. e.

IVRAVIT quidam, vt aſſeris, ſe quãdam in vxorem legitimam accepturum, & cum vellet eam traducere, quidam iuramentis ſecundum morem exhibitis, legitime probauerunt illos in v. gradu ſibi inuicem attinere. Quia vero requiſiſti a nobis, quid agendum ſit, cũ quidam alius ſit, qui velit eos probare contra prædictam probationem iuramentis canonicis factam, nullo ſe conſanguinitatis gradu contingere: f. t. in præſenti articulo reſpondemus, quod ſtandum eſt primę probationi, nec de vnius teſtimonio tantum curandum eſt. Illud etiam, vt matrim omnium remaneat, nõ ſuadet, quod ſponſus, & ſpõſa cõſtanti aſſertione proponunt, ſe carnaliter cognouiſſe, cum cõmercium carnale inter nõ legitimas perſonas matrimonium de iure facere non poſsit.

DE EXCEPTIONIBVS. Tit. xj.

Celeſtinus iij. pars c. laudabilem. Cap. vn.

De excep c. I.

DENIQVE quod in dicta, & perſonas teſtium, quib. ante iuramentũ, vel depoſitiones nihil obiectum fuit, poſt atteſtationes publicatas poſsit opponi, hoc in Romana eccleſia de longa cõſuetudine obtinuiſſe cognoſcas: vt ante iuramentũ, vel depoſitiones, & poſt in dicta, & † perſonas teſtũ legitima exceptio poſsit opponi; & ſi crimina teſtib. obijciuntur, de quib. nõ fuerant hactenus accuſati, ſed tantũ ad ſolã exceptionẽ a quolibet opponuntur; probatio vtiq. illorũ

† al. vel

criminum exhibenda eſt, ante quam cauſa per ſententiam terminetur, cum ſicut canonica ſtatuta † declarant, teſtes abſq. vlla infamia, vel ſuſpicione, vel manifeſta macula in ferendo teſtimonio requirãtur. Quod ſi ſola crimina, de quibus alio tẽpore conuicti, vel confeſsi fuerint, † teſtibus obiciuntur, a teſtimonio repelli poſſunt. Quia ſicut Stephanus Papa, & alij Pontifices multi Romani teſtãtur, non eſt credendum contra alios eorum confeſsioni, niſi prius ſe probauerint innocentes. Ceterum ſi de criminib. ad ſolam exceptionem obiectis teſtes conuicti fuerint, ſiue confeſsi; pœna ordinaria multari nõ debent; cum accuſatio in ipſos ſecundum iuris ordinem non procedat. Sufficit ergo, ſi a perhibendo teſtimonio repellantur. Præſertim vbi crimen, quod eis obicitur, cauſam, de qua agitur, contingere non videtur.

† al. cõſumta

† al. ſunt

DE TESTIBVS. Tit. xij.

Ex concilio Maticeñ. *Cap. 1.*

De teſtibus. Ma. conc. c. 1.

PLACVIT ſancto conuentui, vt teſtes ad teſtimonium pretio non conducãtur, & vt quicumq. optimi, & fideliores ad † teſtimonium aſſumantur, vt is, contra quem teſtimonium ferre debẽt, nullam eis poſsit inferre calumniam; & vt nullus teſtimonium dicat, niſi ieiunus.

† al. in

Alexander iij. Marco Cardinali. *Cap. 2.*

SVPER eo, quod a nobis tua deuotio poſtulauit, vtrum viro negante, ſe mulierem affidaſſe, ipſius mater mulieris, & altera mulier poſsint ad teſtimonium recipi. Conſultationi tuæ taliter reſpondemus; quod quia mater filiæ videtur incrementum diligere, & honorem; vbi vir ſuperior eſt diuitijs, potentia, vel honore, aut nobilitate; teſtimoniũ eius omnino ſuſpectum videtur, ideo nõ eſt aliquatenus admittendũ. ſuper illa vero quæſtione, quam feciſti; an filia coniungenda nõ ſit viro, eo quod ſola mater alterutrius † eos eſſe conſanguineos confitetur. Dis. c. ta. reſpõdemus: quod ſi matrimonium inter eos nõ eſt conſumatum, † matre aſſeuerante ipſos eſſe conſanguineos, nõ debent cõiungi. quia preſumptio eſt non modica, quod ſe linea cõſanguinitatis attingant, cum mater id † cõfitetur; ſi vero matrimonium ratum † eſt, & confirmatum, ſine iuramento plurium non debet diſſolui. †

b 12. c. · In† · in. In†

† al. alterius

† al. cõfirmatum

† al. idẽ iuratũ

† al. abſolui

Clemens iij. c. 3.

SERIES tui reſcripti nobis aperuit, quod cum nuper inter filios, & filias quorũdam nobilium tuæ ciuitatis coniugalis quæſtio tractaretur, quia diſtrahebaris ad alia vrgentiora negotia, vices tuas in ventilatione illius quæſtionis quibuſdam viris prudentibus cõmiſiſti, ante quos pars illa, quæ matrimoniũ accuſabat, teſtes produxit legitimos, qui conſanguinitatẽ inter prædictos eſſe ſimiter aſſerebãt in quinto gradu. Ex aduerſo † quoq. pars altera non ſic eſſe conſtanter aiebat. Nam cum ipſi teſtes in primo gradu poſuiſſent duas perſonas B. videl. & I. dicentes illos eſſe fratrem, atq. ſororem, pars oppoſita falſum eſſe dicebat, B. ſcilicet eſſe ſororẽ I. & ad corroborandam etiam aſſertionem ſuam, tam teſtes volebant, quam publicum inſtrumentũ proferre. Vnde quia pars accuſantium illos teſtes non recipiendos eſſe clamabat; & tu nõ eſſe conſuetudinem eccleſiæ tuę affirmas, vt poſt receptos teſtes, qui conſanguinitatem ſecundum formam canonũ cõputant, alij ex oppoſito admittãtur. ſuper quo, tam in præſenti negotio, quam in ſimilibus poſtulas edoceri; pręſenti pagina reſpõdemus: quod ſi non eſt aliud canonicũ, quod obſiſtat, non obſtante illa cõſuetudine, vtpote iuri contraria, teſtes ap. ceſſ. recipere non omittas.

c. 16. c.

† al. aduerſo

Cæleſtinus iij. pars e laudabilis. c. 4.

c. 17.

PRAETEREA, cũ quis accuſatur aliquã cognouiſſe, an ſint teſtes interrogãdi de viſu, aut ſola viciniæ fama ſufficiat, vel ſi iuratis teſtib. ſit credendum, qui ſe illius copulæ conſcios eſſe fatentur, ſed de viſu nihil affirmant †: nos interea conſulere voluiſti. Ad hoc itaq. reſpondemus: quod ſi teſtimoniũ conueniens de viſu reddatur, vel auditu, & præſumptionem violentam fama conſentiens ſubminiſtret, & adminicula legitima ad hoc impertiantur, eidem ſtandum eſt teſtimonio iuratorũ. Etenim circunſpectus iudex, atq. diſcretus iuxta illud, quod in iure ciuili cautum exiſtit, motũ animi ſui ex argumentis, & teſtimonijs, quæ rei aptiora eſſe cõpererit, † confirmabit.

† affirmatur

† al. cõperit

Alexander iij. Firmano Epiſcopo. *Cap. 5.*

c. 14 c.

IN litteris &c. & infra. Quidã nobilis tui Epiſcopatus quandã ſibi legitime copulans, cũ eã in domo ſua fere per ſeptenniũ tenuiſſet, conſobrinã patris eius, antequã eã † duceret, ſe aſſerit cognouiſſe, ad quod probãdũ teſtes de familia ſua tres produxit. Reſpõdemus igitur, vt ſi res ita ſe habet, pro illorũ teſtimonio ipſum ab vxore nulla ratione patiaris diuidi, nec cõtra ipſos aliquos audias, niſi probatæ eſſent vitę, & opinionis, de quibus veriſimile non eſſet, quod deberent pro aliquo deierare.

† al. ipſam

DE

DE TESTIBVS COGENDIS. T. xiij.

† al. Segocien. *Clemens iij. Segoñ. † Episcopo.* *Cap. 1.*

De teſti. cog c. 5. † al. quod

PERVENIT ad nos, quod in Epiſcopatu tuo cõtingit, vt† a laico enormis, & intolerabilis iniuria clerico multis aſtantibus, & videntibus inferatur; & ob hoc iniuriãtes in cauſam tracti negant ſe tantum facinus cõmiſiſſe, & cũ læſus allatam ſibi iniuriam eorum teſtimonio, qui præſentes extiterant, & viderant, probare deſiderat; ipſi tamen licet veritatem cognouerint, contemnunt veritati teſtimonium perhibere. ſicq. fit, quod eccleſiaſtica iuſtitia deperit, & ordo clericalis viłeſcit. & infra. Quia ſuper his nos duxit tua fraternitas conſulendos, conſultationi tuæ taliter reſpondemus: quod ij, qui de rebus eccleſiaſticis nolunt teſtimonium perhibere, ſi aliter veritas nequiuerit elici, & ad illud ſunt per cenſuram eccleſiaſticam compellendi, & ſi forte clerici paſsi iniuriam veritatem aliquorũ teſtimonio probare nequiuerint, † licet iuxta rigorem canonum, vnius teſtimonio non ſit ſtandũ; iuxta conſuetudinẽ tamen Romanę eccleſiæ propter reuerentiam ordinis clericalis, ipſorum iuramento fidem volumus adhiberi.

† al. nequeunt

Clemens iij. *pars c. ſignificauit.* *Cap. 2.*

c. 6. e. CETERVM, quod ſuper conſanguinitate cogendus ſit teſtis teſtimoniũ perperhibere veritati, non dubitatur a nobis; cũ id tam ius ſcriptum approbet, quam conſuetudo actibus ventiũ approbata, vt ſi ipſum conſtiterit, odio, vel gratia, ſeu timore, veritatem ſupprimere, cogendus ſit, vt quod verũ eſt, penitus fateatur.

Caleſtinus iij. *pars c. ſignificauit.* *Cap. 3.*

c. 7. e. PRAETEREA, ſi teſtes publici, quos tua ciuitas nũcupat † ſynodales, ſuper cauſa matrimonij coram te, vel tuo capitulo ſemel teſtimonium reddiderint, non debent iterato compelli, vt in præſentia alicuius delegati iudicis ſuper eadem cauſa præbeant iuramentum, dũmodo aliter fides fiat iudici delegato, niſi forte articulus nouæ quæſtionis emergat. huiuſmodi vero teſtes publici iure poſſunt propter infamiam a perhibẽdo teſtimonio remoueri, ſi eam, poſtquam in cõmuni recepti fuerint, contigerit publice contraxiſſe; quorum teſtimonium, ſi quandoq. non tamen ſtudioſe, ſed in ipſo proferendo errauerint, & ſe incontinenti correxerint, reprobari non debet, ſecus autem erit, ſi correctioni ſuæ interpoſuerint interuallum.

† al. nominat

DE FIDE INSTRVMENTORUM. Tit. xiiij.

Alexander iij. *Cap. 1.*

De fide instr. c. 5. † al. quod cum

EX litteris, quas nobis veſtra fraternitas deſtinauit, euidenter accepimus, quod in † cauſa, quę inter magiſtrum Alanũ de Cardeia, † & R. de Alta Ripa, ſuper capella de Ambitoria vertitur, de mandato noſtro ſuſcepiſtis † terminandam, & cum noſtras litteras in cõmuni audientia perlegi feciſſetis, præfatus R. earum ſibi copiam fieri poſtulauit. qui ſi quidẽ litteris illis inſpectis, cum eas argueret falſitatis, ea cauſa, quod in narratione facti abraſæ ſunt, vbi ſcriptũ eſt iura parochialia &c. & infra. Nos autem inſpicientes litteras noſtras † dicimus, quod propter abraſionem illam non poſſunt iudicari falſæ, nec etiam ſuſpectæ haberi, præſertim cum & priuilegia in poſſeſsionib. abradantur, & litteræ in narratione de facto, ſi erratum eſt, poſſunt abradi incunctanter.

† al. Ardeia † al. ſuſcepiſtis † al. veſtras

Alexander iij. Eboracen. Archiepiſc. *Cap. 2.* c. 4. e.

ACCEPIMVS litteras, quas dilectus filius noſter R. Abbas Sancti Auguſtini contra v. f. n. Ca. Archiepiſcopum Ap. ſe. Le. miſit &c. & infra. Nos igitur attendentes tempus ad proſequendam ap. præſcriptã vul latenus expectandũ, cum priuilegia non inſpecta nõ valeant argui falſitatis; & difficile ſit, & periculoſum, ea apud Apoſtolicam ſe. exhiberi; præcipimus, vt vel exhibeãtur priuilegia, quæ Archiepiſcopus duxerit † arguenda, in clauſtro prædictorum fratrũ, vel in alio loco ipſis † ſecuro, & illi congruo ad arbitrium veſtrum, vſq. ad proximam natiuitatem beati Ioannis Baptiſtę; ſi vero nec venerit, nec ſufficientem reſponſalem miſerit; ei ſuiſq. ſucceſſoribus perpetuum ſilentium imponatis, ipſa vlterius arguendi. Interim autẽ nolumus priuilegia illa vacillare, ſed, præcipimus, ſententiam, quæ ſuper ſtatu monaſterij lata eſt, inuiolabiliter obſeruari. & infra. Iubemus etiam, vt Archiepiſcopum in ſuſceptione † priuilegiorum xij. hominum numerum excedere non ſinatis; ſed cum xij. inter clericos, & monachos faciatis eſſe contentũ. ſententiam quoq. ſi quam in clericos, & eccleſias monaſterij poſt appellationem interpoſitam pronuntiatam eſſe inueneritis, nullius appellatione obſtante denuntietis publice non tenere.

† al. duxerit † al. eis † al. inſpectione

Caleſtinus iij. Abbati Sancti Facundi. *Cap. 3.*

Contingit †

c. 5. e. † al. cõtigit. CONTINGIT † interdum, vt dicitis, quod quandoq. litem cũ aliquo in cauſis habetis, & priuilegium veſtrum aduerſæ parti cogimini plenius exhibere, vnde accidit, quod forte occaſione vnius capituli, ſuper quo conuenimini, plurium † litigia ſuſcitantur; & ſic æmuli multarum cauillationum argumenta recipiunt, quib. pacem, & tranquillitatem veſtrã impugnant. Quia igitur noſtra intereſt iurgijs obuiare ſuſcitandis, & ſuſcitata decidere: conſultationi veſtræ, quam ſuper hoc propoſuiſtis, taliter reſpondemus, & volumus; quod † quãdocumq. fueritis requiſiti, priuilegium veſtrũ, ſeu quamcũq. indulgentiam exhibere, vel quodcũq. inſtrumẽtum veſtrũ; aut pręſente iudice, aut aliquibus prudentibus viris deputatis ab ipſo iudice, audiente parte contraria tantummodo recitetur, ita quod priuilegium ad tranſcribendum, nullo modo tradatur. Verum ſi ſuper vno tantum priuilegij capitulo quæſtio fuerit, dumtaxat illud capitulũ reſcribatur; & aduerſæ parti eius copia fiat.

† al. plurimum

† vt

DE PRAESVMPTIONIB. Tit. xv.

Alexander iij. *Cap.* 1.

De teſtibus cog. c. 4. PERVENIT ad audiẽtiam noſtrã, quod cum I. Prior ſancti Laurentij coram te fuiſſet de ſimonię, & adulterij crimine accuſatus, quendam, qui cõtra eum erat ducendus in teſtimonium, induxit, & iuramento aſtrinxit, vt cõtra ipſum teſtimonium nequaquã perhiberet. Ideoq. dubitas, qualiter aduerſus reum ſit procedendum, vel ſi teſtis ſupradictus eſt cogendus ad veritatis aſſertionem. Nos igitur attendentes, quod nemo debet † aduerſario inſtrumẽta, quorum appellatione teſtes cõtinentur, ſubtrahere; & quod tam ille, qui ſurripit inſtrumenta, quam qui aduerſario parem aduocationis, ſeu defenſionis copiã ſubtrahit, iniquam oſtendit a ſe litem foueri, & experiri debeat in ſe iudicis auctoritatem deluſam. præſentiũ auctoritate tibi taliter reſpondemus, quatenus ſi res ita ſe habet, aduerſus prædictum reum ita procedas, quemadmodum eras † proceſſurus, ſi teſtis pręfatus fuiſſet in cauſa productus, & ad detegendum quoq. tantæ fraudis, & calliditatis cõmercium, ipſum teſtem ad perhibendam rei veritatem omni ap. re. noſtra auctoritate compellas. his quoque freĩus auctoritate compellas . his quoque ceſſantibus ſiue de adulterij crimine, ſiue † ſimonia accuſatum reum eſſe euidenti ratione conſtiterit, diſtrictionem in eum canonicam exerceas omni ap. remota.

† al. debeat.

† fueras

† al. ſeu

Alexander iij. *Cap.* 2.

De pręſum. c. 2. LITTERIS tuæ fraternitatis receptis, ex tenore illarũ nobis innotuit, quod cum Petrus parochianus tuus ab A. muliere, quam in vxorem acceperat, tuo vellet iudicio ſeparari; accuſatores matrimonij produxerunt teſtes firmiter aſſerentes, quod poſtquam prædicta mulier cum prædicto viro contraxerat matrimonium, conſanguineum viri, ſolum cum ſola, nudum cum nuda in eodem lecto iacentem, ea, vt credebant, intentione, vt eam cognoſceret carnaliter, viderunt; ſed & in multis ſecretis, & latebris ad hoc cõmodis & electis, tam horis, quam locis ſe præſentibus eis contigiſſe dixerunt, & publica fama conſentit; quod poſt contractum matrimonium ſe miſcuerunt adinuicem; quod in præſentia tua publice, vt aſſeris, ſunt confeſſi; quamuis id ſe ante † contractum matrimonium feciſſe negarant. † Dicitur quoq. de muliere prædicta, quod de marito ſe ſeſimulans cõcepiſſe, alienum partum iam baptizatum, vt fertur, † ſe mentita eſt peperiſſe, & rebaptizari faciens, virum ſuum decepit. Procedente vero tẽpore, cum fama alieni empti partus fraudem detegeret, parẽtibus autẽ † a quibus eum emerat, occulte reſtituit: poſt ea veneficum poculũ, & alias vitæ inſidias viro paraſſe eadẽ mulier perhibetur. Quia ergo nos tua duxit fraternitas cõſulendos, ſi ad ſoluendum matrimonium, iam dictæ probationes ſufficiant: præſentium ſignificatione † tibi iniungimus, quod tum ex confeſſione, tum ex violenta, & certa ſuſpicione fornicationis, præſertim, ſi quod de partu, & machinatione mortis, vt dictũ eſt, probari valet; non immerito poteſt ſententia diuortij promulgari; ita quidem, vt vir licentiam habeat mortua illa ducendi aliam, mulier vero ſine ſpe cõiugij maneat.

† al. poſt

† negarent

† al. ferunt

† al. de eſt autẽ

† al. auctoritate

Alexander iij. F. Decano, & magiſtro R. canonico Remenſibus. *Cap.* 3.

Non ponitur. CVM cauſam, quę vertitur inter P. ciuẽ Remenſem &c. & infra. Si vobis conſtiterit, quod litteræ, quas prædictus P. nobis portauit, & nos ſub ſigillo noſtro vobis trãſmiſimus, de cõſcientia Ambiañ. Epiſcopi non fuiſſent compoſitæ, quæ omnino videntur ſuſpectæ, pro eo quod in eiſdem vitium grammaticæ artis continetur; in ex-

R penſis,

penſis, quas idem presbyter ad nos veniē do fecit, ſæpe dictum P. condemnetis.

DE IVRE IVRANDO. Tit. xvj.

Alexander iij. Norwiceñ. Epiſcopo. pars c. conſuluit. *Cap.* 1.

De exceſ. prę. c. 6.

ILLVD etiam de vicarijs, qui perſonis fide, & ſacramēto obligati ſunt, duximus ſtatuendū, quod ſi fidei, & ſacramenti religione contempta perſonatum ſibi falſo aſſumentes, contra perſonas ſe erexerint, & ſuper hoc in iure vel confeſsi, vel conuicti fuerint, de cetero in eodem Epiſcopatu ad officij ſui executionem non admittantur.

Lucius iij. Norwiceñ. Epiſcopo. *Cap.* 2.

De iure. c. 11. † al. *Tua* † *ſolito*

QVIA tua † nos duxit fraternitas cōſulendos, cui ſtandum ſit iuramento, cum clericos quoſdam religioſi viri iuriſiurandi religione conſtringunt ad maiorem ſolita † penſionem ſoluendam, vel præſtandum aliquid beneficij præter ſolitam penſionem: cum autem inſtituuntur ab Epiſcopis, iurant, quod antiquam penſionem, & ſolitam non augebunt. Tuæ igitur conſultationi breuiter reſpondemus; quod, cum poſterius iuramentum ratione, & Lateraneñ. cōcilij auctoritate iuuetur, primo præiudicat, quod de cupiditate proceſsit. Iuſtum eſt autē, vt clerici pro periurio, (quod vitare † non poſſunt, ab eccleſijs perpetuo excludantur. † *qui iurare*

Vrbanus iij. *Cap.* 3.

c. ij. e. t.

SICVT ex litteris tuæ diſcretionis cognouimus, R. Prior monaſterij tui lator præſentium, iracundię calore ſuccenſus pręcipitato mentis inſtinctu, temerario iuramēto firmauerit, quod in clauſtro eiuſdem monaſterij, quo ſe vinculo profeſsionis aſtrinxit, non eſſet vlterius cum Guidone monacho moraturus. Quærenti ergo tibi, quid ſuper hoc circa eundem monachum ſit agendum, reſpondemus, quod cum beatus Benedictus in regula ſua, quam fere omnes monachi profitētur, iurare omnino prohibeat, non licuit † monacho ſupradicto temerarium iuramentum facere, maxime cum fidem profeſsionis frangeret, & ſtabilitatis ſuę propoſitū vacuaret. † Ideoq. circa eum tua ſollicitudo prouideat, quod talis ei pænitentia iniūgatur; per quā omnipotenti Deo de ſuſcepto in vacuum eius nomine ſatisfaciat, vt † alius quilibet exemplo eius deterritus † ſimile aliquid pertimeſcat; ipſe vero in clauſtro, quod licite abiurare non potuit; † cum ſtabilitate perpetua ſuam pænitentiā exequatur; ita tamen, ne ex eo, quod ad præſentiam noſtram acceſsit, ſolita regularis beneficij portione priuetur.

† al. *licebat* † al. *commorares* † *&* † al. *perterritus* † al. *poterat*

Gregorius (iij. vniuerſis † Chriſtianis. Cap. 4. † al. *viij omnib.*

c. 1. e.

EX adminiſtrationis &c. Quoniam igitur creditores ad vſuras ſibi ſoluendas in manifeſtum periculum animarum iuramento debitores aſtringunt; nos eorum ſaluti volentes iuxta debitum officij noſtri proſpicere, & iniquum grauamen a debitoribus remouere, & illis præcipue, qui ſe, vel auxilium dederint ad ſuccurſum terræ Hieroſolymitanæ præſtandum. vni. v. mādamus, qua. creditores ipſos ad iuramenta ſuper vſuris ſoluendis præſtita relaxanda, ſublato contradictionis, & ap. ob. diſtrictionis eccleſiaſticæ ſeueritate cogatis.

Clemens iij. W. Regi Siciliæ. *Cap.* 5.

c. 14. e.

VERITATIS amica ſimplicitas nullis verborum fallacijs, nullis appetit ambiguitatum inuolucris obfuſcari &c. Ea propter, Kariſsime in domino fili, audito, quod in magnitudinis tuæ præſentia quæſtio mota fuerit, vtrum ex tenore noſtri reſcripti colligeretur, quod ſinguli heredum tuorum ſingulis noſtris ſucceſſoribus fidelitatis præſtare debent, † & hominij iuramentum: intellecta igitur etiam expoſitione dilectorum filiorum noſtrorum A. tt. ſanctę crucis in Hieruſalem, † & P. tt. ſancti Laurentij in Damaſo presbyterorum Car. ſe. Ap. Legatorum, quę ad nos ſunt ſub ſigillorum ſuorum teſtificatione trāſmiſſa, a ſano intellectu eorum nolentes † aliquatenus diſſentire, ſerenitati Regiæ duximus intimandum, quod cum intentio noſtra ſit nil intolerabile tibi, tuiſq. heredibus inponere, taliter in hoc articulo tibi duximus reſpondendum; vt heredes tui, qui nobis, vel alicui ſucceſſorum noſtrorum iurauerint, alij iurare minime compellantur. catholicis tamen ſucceſſoribus noſtris, qui pro tempore fuerint, & hominij, & fidelitatis puritatem nihilominus, ac ſi iuraſſent, omni

† al. *debeant* † al. *Bethleē* † al. *nolumus*

omni tempore teneantur abſq. tergiuerſatio ne aliqua fideliter obſeruare; niſi forte alicui eorum, ſicut perſonæ tuæ fuerit hominium de benignitate ſedis Ap. relaxatum. quæ tamen non credat propterea a fidelitatis ſuę obſeruatione ſe immunem eſſe.

†Clemens †Brundiceñ. Archiepō. o 15. e

Celeſtinus † iij. Brunduſieñ. Epiſcopo † pars c. cum non ab homine. Cap. 6.

VERVM in ea queſtione, quę propter hoc quinto loco proponitur, an. ſ. ſacramēti vinculo abſoluātur, qui illud inuiti pro vita, & rebus ſeruandis fecerūt, ſecundū morē noſtrę eccleſiæ proſequentes, nihil aliud arbitramur, quam quod anteceſſores noſtri Romani Pontifices Zacharias, Gelaſius, Gregorius vij. & Vrbanus ij. atq. alij arbitrati fuiſſe noſcuntur; qui tales a iuramenti nexibus abſoluerunt. Ceterum, vt agatur conſultius, & ab eis auferatur materia peierandi, non eis ita expreſſe dicatur, vt iuramenta non ſeruent, ſed ſi non attenderint ea, non ob hoc ſunt, tamquam pro mortali crimine puniendi.

Celeſtinus iij. pars c significauit. Cap. 7.

Non ponitur.

ITEM ſi quis iurauerit, vt acciperet aliquam in vxorem, & ipſum poſtea pænituerit iuraſſe; per cenſuram eccleſiaſticam compellendus eſt, vt ſi aliud canonicum non obſtat, †ipſam accipiat, quam iurauerit, niſi forte poſtea legitime cum alia per verba de præſenti contraxerit. tunc enim de fide mentita, & iuramēto violato pęnitentiam agat, & cum ſecunda manebit.

† al obſtat

†al. Lincolneñ. †al. Teani. †al. Labrieñ.

Celeſtinus iij. Linconieñ. † Epiſcopo, & de Thanie, † & de Labrire † Abbatibus. Cap. 8.

Non ponitur.

CONSTITVTVS in præſentia noſtra &c. & infra. Quo circa dis. v. p A. ſ. m. pr. qua. inquiratis ſuper his diligentius veritatem; & ſi vobis conſtiterit de præmiſsis, a ſupra dicto presbytero, prout iuramento tenetur, faciatis memoratam eccleſiam reſignari, facta vero reſignatione prętatum G. Bochis† per eccleſiaſticā diſtrictionem ap. poſt p. cōpellatis, vt eccleſiam eandem † ſibi ipſi reſtituat, cum congrua recompenſatione fructuum perceptorum, ipſum pro tantæ præſumptionis audacia taliter punientes, quod pœna docente ſuum recognoſcat exceſſum, & alij, qui audierint, perpetrare † ſimilia pertimeſcant.

† al. Bocl. †al. ipſam †al. attemptare.

DE PRAESCRIPTIONIBVS, tit. xvij.

Alexander iij. pars cap. cum ſint homines. Cap. 1.

De præſcr. c. 8.

ILLVD autem te ſcire volumus, & firmiter tenere, quod aduerſus eccleſias minorem præſcriptionem, quā xl. annorum Romana eccleſia non admittit, licet quidā canones comprobent tricennalem, & eccleſia ſe poteſt aduerſus alteram quadragenaria temporis præſcriptione tueri. De re illa, quā inconcuſſe xl. annis noſcitur poſſediſſe. Verum ſi de præſcriptione, & interruptione inter partes fuerit quæſtio mota, de vtraq. parte teſtes recipi debent, & ſi probata fuerit interruptio, præſcriptio non tenebit.

Alexander iij. Syracuſano Epiſcopo. Cap. 2.

c. 9. e. †al indicāte

QVIA indicante † Abbate Cæſarieñ. monaſterij ſancti Petri comperimus inter eum, & Vrbanum Abbatem monaſterij ſanctæ Luciæ grauem eſſe exortam de finibus quæſtionem, & ne ipſa inter eos valeat contentio prolongari, certamina eorum agrimenſoris diffinitione perſpeximus finienda. hortamur igitur, vt cum eo ad loca, de quibus eſt contentio, debeatis accedere, & loca, quæ in lite ſunt, in veſtra faciatis pręſentia terminari quadraginta tantum annorum præſcriptione vtriq. parti ſeruata.

Lucius iij. Cap. 3.

Non ponitur. †al Coſmor.

SIGNIFICAVIT nobis W. clericus de Cothoſinori, † quod, cum eccleſiam ipſam canonice ſit adeptus, & per xxx. annos, & amplius in pace poſſederit, S. clericus, qui pluribus beneficijs eccleſiaſticis dicitur habundare, ipſum obtentu quarundam litterarum, quas a ſanctæ recordationis Alex. Papa prædeceſſore noſtro dicitur impetraſſe, cum ea occaſione, quod filius ſit illius, qui proxime in eadem eccleſia miniſtrauit, trahens in cauſam multipliciter inquietare pręſumit. Quia igitur iniuſtum eſt, & abſonum rationi, vt idem W. eadem eccleſia, ex quo in ea per tot tempora dicitur fuiſſe, debeat tali occaſione priuari: dis. v. per A. s. m. qua. ſi quæ præmiſimus, veritatem noueritis ſubnixa,

ipſum a memorato clerico, talis occaſionis obtentu non dimittatis ſuper eccleſia ipſa aliquatenus moleſtari, ſed faciatis eum ſicut iuſtum (videritis, eam † pacifice poſsidere.

† al. fuerit, canonicè

DE SENTENTIIS, ET RE IUDICATA. Tit. xviij.

Alexander iij. Abbati Leyceſtriæ. † Cap. I.

† al. Laiceſtræ
Non ponitur.
† al. Euſrulfi
† al. Alket.
Poſt cõ. Lat. par. 42. c. 2

DILECTI filij noſtri Abbas, & fratres monaſterij ſancti Ebrulfi† tranſmiſſa nobis inſinuatione mõſtrauerunt, quod cum A. clericus ſuper eccleſia de Aletoñ. † quæ ad prædictũ monaſterium dicitur pertinere eis quæſtionem mouiſſet, tacita veritate, non contra eos, ſed contra quendam vicariũ, quem in eadem eccleſia conſtituerunt, ad ve. f. n. Epiſcopum Wigor. litteras impetrauit; cum autem idem Epiſcopus prædictum vicariũ vna cum eodem A. ante ſuam præſentiam conuocaſſet, vicarius ipſe, ac Prior prędicti monaſterij, qui caſu ad partes illas acceſſerat, memorato Epiſcopo dixerunt, quod idem vicarius ſuper prædicta eccleſia conueniendus non erat; cum eam non ſuo, ſed Abbatis nomine poſsideret. quia † ipſe exinde abſente Abbate, & ignorante reſpondere nullatenus tenebatur. Vnde ad noſtram appellauit pręſentiam, ſed prædictus Epiſcopus, quod vix credere poſſumus, appellationi nõ deferens, Abbate abſente, & ignorante, & ad reſpondendum non citato, eccleſiam ipſam prædicto V. † adiudicauit, in quo facto prædictus Abbas, & fratres aſſerunt ſe grauatos eſſe. † Quia vero ſollicitudini noſtræ incumbit viris eccleſiaſticis, & pręcipue religioni deditis, & honeſtati, ſua iura integra ſeruare, † & id, quod inter alios fit, alijs non pręiudicare, nec nocere debet: † diſ. v. per A. s. m. qua. partib. ante præſentiam veſtram conuocatis, ſi vobis cõſtiterit ita eſſe, prædicto Abbati, & fratrib. prædictam eccleſiam cũ fructibus iam † perceptis, amoto eo, qui in eadem eccleſia intrũſus eſt, noſtrã freti auctoritate, & oc. & ap. ceſſante reſtitui faciatis, reſtitutione autem factã, ſi de proprietate forte agere voluerint, cauſam audiatis, & eã ſub. ap. re. terminetis.

† quare forte
† al. A.
† al. deeſt eſſe
† al. cõſeruare
† al. debeat
† al. inde

Alexander iij. Eborac. Archiepõ, & Exonieñ. Abbati de Herfort. Cap. 2.

Non ponitur.
† al. Prigilen.

QVONIAM quidam pridem canonicus de Prigileueñ. † in noſtra pręſentia cõſtitutus aduerſus Priorem ſuum incontinentię vitium, & quod eius electio canonica non fuerit, in audientia noſtra proponeret, † nos cauſam v. f. n. Epiſcopo de P. & dil. f. Abbati de Fontibus cognoſcendam commiſimus, & terminandam &c. & infra. Horum omnium experientiæ veſtrę cognitionem cõmittimus, & per A. s. m. vobis præcipientes, quatenus poſt harum ſuſceptionem litterarum, vtranq. partem ante præſentiã veſtram conuocetis, aut ad locum illum pariter accedentes, qualiter ſupradicti iudices in eadem cauſa proceſſerunt, † & veritatem inquirere ſtudeatis; & ſi vobis conſtiterit eos a prædictis fratribus iuramentũ, quod prædiximus, ſuſcepiſſe, † & antequam eos audirent, ſupradictum † Priorem abſoluiſſe, vos ſupradicto W. ſuo expenſas, quas ad nos veniendo, & a nobis redeundo feciſſe dignoſcitur, integre de ſupradicta eccleſia reſtitui faciatis, nihilominus cauſam ipſam ſuper his omnib. quæ ſupradiximus, audientes per fratres iuratos, veritate plenius cognita, quod iuſtum vobis viſum fuerit, exinde contradict. & ap. ceſ. iudicetis. Verum ſi prædictos iudices inueneritis iuramentum præſcriptum a præfatis fratribus recepiſſe, & poſt eorundem iuratorum depoſitiones præfatũ Priorem abſoluiſſe, nolumus hoc ſuſcitari, ſed abſolutionem eius ratam, & firmam habentes, prędictum W. vel aliquem eorum, qui tunc ſtabant cõtrã Priorem, ſuper illis, vel alijs capitulis nullatenus audiatis. Si vero in aliquem eorundem fratrũ, poſtquam eos prædictus W. protectioni Rom. ecc. ac noſtræ ſuppoſuit, & ad noſtrã audientiam appellauit, aliquam ſententiam eund. Priorem conſtiterit protuliſſe, eam decernatis auctoritate Ap. non tenere, niſi idem Prior, ſicut pręfati iudices ſignificauerunt, ab eis abſolutus quemquam ipſorum alicui ſententiæ pro correctione ſubiecerit.

† al. propoſuit
† al. proceſſerit
† al. recepiſſe
† al. prædictum

Alexander iii. Cameneñ. Epiſcopo, & Priori de Theuilla. Cap. 3.

Non ponitur.

CAVSAM, quæ vertitur inter P. † clericum, & R. presbyterum ſuper eccleſia ſanctæ Mildeburgæ † de Milleſañ. & Abbati de Veſañ. † & tibi fili Prior de Clunulle † commiſimus audiendam, & fine debito terminandam eo tenore, ſicut meminimus, vt ſi vobis conſtiterit prædictum clericum a prædicta eccleſia per manum laicam † fuiſſe violenter eiectum, & presbyterum prænominatum

† al. B.
† al. Burg.
† al. Eſraſañ.
† al. Clunil.
† al. laicalem

miniſtrarum in eadem fuiſſe intruſum, amoto intruſo eidem clerico eccleſia ipſa cũ fructib. inde perceptis reſtitueretur. Cum autẽ vtraq. partium ante præſentiam veſtram conſtituta fuiſſet, prædictus clericus, ſicut ex litteris veſtris percepimus, inſtitutionem ſuam canonicam, & violentam per manum laicam † eiectionem, & partis aduerſę intruſionem multorum tam laicorum, quam clericorum iuramento pręſtito probauit †: ecõtra prędictus presbyter dicebat ſe in eadem eccleſia fuiſſe inſtitutum canonice, adiciens, quod iam dictus clericus filius eſſet ſacerdotis, eius, † qui in eadem eccleſia proximo miniſtrauit, vnde eam ſibi adiudicauimus exiſtimantes eũ proxime patri ſuo ſucceſsiſſe; cum indignum ſit, & ſacris canonib. obuium, vt filius patri ſuccedat in eccleſiaſtico beneficio, in quo pater proximo noſcitur miniſtraſſe. Poſt latã vero ſententiam eodem clerico inſtantius nobis ſupplicante, quamuis ſententia contra eum tacita veritate lata fuiſſet: nos tamen de ſolita ſedis Ap. clementia miſericorditer agentes; dis. v. per A. ſ. m. qua. rei veritatem diligẽtius inquiratis, & ſi vobis conſtiterit aliquam perſonam medio tempore memoratã eccleſiam, vt prælibatum eſt, tenuiſſe, & † eundem clericum ſuam poſſeſsionem, & violentam per manum laicam † eiectionem, & partis aduerſæ intruſionem probaſſe, ſibi omni oc. & ap. ces. eccleſiam ipſam cum fructibus inde perceptis eidem reſtituatis.

† al. laicalem *† al. cõprobauit* *† al. illius* *† al. de iſt &* *† al. laicalem*

Lucius iii. Vig. Epiſcopo. pars cap. ex litteris. Cap. 4.

De crimin. falſi. c. 2.

SVPER eo autem, quod ſententiam auctoritate falſarũ litterarum latam noluiſti executioni mandare, tuam plurimum prudentiam commendamus, mandantes, vt quotiens aliqua ſcripta, ſub noſtro nomine impetrata † redarguenda videris falſitatis, nullam eis adhibeas fidem, & quod per ipſas mandatum fuerit, non obſerues, ſed eum, qui pręſentauerit, retineri facias diligenter.

† deſtinata

Clemens iij. Cap. 5.

De ſent. & re iu. c. 10.

TENOR litterarum tuarũ nobis tranſmiſſus oſtendit, quod cum in Archipresbiteratu ſancti Germani inter R. & M. mulierem quæſtio matrimonij verteretur, ipſa teſtes pro matrimonio producẽte vir ad ſedem Ap. appellauit. cumq. ve. f. n. Theloſino † Epiſcopo cauſa commiſſa fuiſſet, quia terra illa tunc pro Regis morte turbata fuerat, mulier ſibi euidenti periculo viarum præcauens non poterat ſe iudici, a quo iam tertio citata fuerat, præſentare, licet autem ad eum nuntium cum excuſatione tranſmiſerit; Epiſcopus tamen eundem R. poſtmodum muliere abſente ab impetitione ipſius abſoluit. Ceterum eadem mulier ad noſtram præſentiam veniens, a nobis litteras ad te impetrauit, vt de cauſa cognoſceres, & eam fine debito terminares. quoniam quidem coram memorato Epiſcopo pro cõmotione terræ non poterat diffiniri. dictus vero R. a te conuocatus ad cauſam, infirmitate prætenta non adfuit, ſed quia nocte ſequente aliam ſibi copulare pręſumpſit, in eum excommunicationis ſententiam promulgaſti, a qua poſtmodum abſolutus, cum ante te in propria perſona veniens, oſtendit litteras Epiſcopi memorati, quibus eum ab inquietatione ipſius, † ob hoc abſolutum fuiſſe patebat, quod mulier ad pręſentiam Epiſcopi non acceſsit. Quia igitur ſicut proponis, mulier eadem cotidie cum lacrimis clamat poſt te ſuos teſtes offerens ad probandum; quod idem R. eam deſponſationis anulo publice ſubarraſſet; tu quid ſuper his agere debeas, humiliter poſtulas edoceri. Igitur † inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus, quod nõ obſtante tali illicita abſolutione, quam Epiſcopus fecit. in cauſa ſub. app. impedimento procedas, & eam debito fine decidas, eidem R. ſub pœna excommunicationis artius interdicens, ne ad eam, quam ſuperinduxit, accedat, priuſquam fuerit cauſa deciſa. teſtes autem nõ reſpuas, quos de parentela ſua, vel alios, dummodo idonei ſint, prænominata M. duxerit producendos, cum conſanguinei ſuæ carnis, † tum teſtibus, tam ex recitationibus † maiorum, vel argumentis alijs melius, quam extranei ſuam conſueuerunt cognoſcere parentelam.

† Theatino Greg. 9 forte Teleſino *† al. ſua* *† al. de eſt igitur* *† al. tũ chartis* *† al. renuntiationib.*

Clemens iij. Cap. 6.

c. 11.

CONSANGVINEI E. latricis pręſentium, ſicut nobis tuis litteris intimaſti, productis rite † ſub examine tuo teſtib. com paternitatem inter ipſam, & virum ſuum legitime probauerunt. ita quod inter eos ſententiam diuortij protuliſti. prædicta vero E. cum ſit tibi poſtmodum confeſſa, quod eius

† al. in iure

commater in veritate ante ſententiam non fuiſſet, poſt ſeparationem compaternitatem cum eo contraxit, cum tandem ad ſecundas nuptias conuolauit. Quia igitur reatū ſuum, nunc cognoſcens, conſilium noſtrum † ſuper hoc expectat; tu etiam a nobis in hoc poſtulaſti reſponſum. F. t. præſentium pagina reſpondemus, quod propter ſolam confeſſionem mulieris non eſt recedendum a ſententia per iudicium eccleſiæ rationabiliter promulgata, niſi forte in cōtrarium legitime probaretur. Ad vltimum vero eidem mulieri delictum ſuum tibi confeſſę pęnitentiam illā iniungas, quam iuxta qualitatem perſonę, & quantitatē exceſſus ei videris imponendam.

† al. petiit.

DE APPELLATIONIBVS. Tit. xix.

Alexander iij. *Cap. 1.*

De app. c. 39. & infra de Iudæ. c. 1. huc col lectione

CONSVLVIT nos tua f. vtrum ſit appellationibus deferendum a Kariſsimo in Chriſto filio noſtro L. Rege Francorum pro Iudeis interpoſitis, vt mancipia detineant Chriſtiana; & vtrum ſuſtinere debeas, quod de nouo cōſtruant ſynagogas, vbi eas nullatenus habuerunt &c. & infra. Vnde non conuenit; vt pro huiuſmodi appellationibus ab obſeruatione decreti debeas abſtinere.

Alexander iij. Ianuen. Epiſcopo. *Cap. 2.*

c. 30. e. † Ad hoc

AD hæc, † ſicut aſſeris, quandoq. ſuper cauſa, quæ iudici ap. re. committitur, altera pars appellat, aſſerens ſe pro eadem cauſa nūtium ſuum ad ſe. Ap. deſtinaſſe. ad quod taliter reſpondemus, quod iudex, ſi conſtiterit ei ipſum appellantem, antequam partes citatę eſſent, vel delegatio cauſę perueniſſet ad ipſum, qui appellationis interponit obſtaculum, nuntium deſtinaſſe, factæ debet appellationi deferre. ſed ſi poſt citationem fuerit deſtinatus, ſatis poteſt exequi, quod mandatur.

Alexander iij. *Cap. 3.*

c. 31. e.

DE Priore, qui non deferens protectioni noſtræ, & appellationi ad ſe. Ap. factæ, quendam canonicum ſuum veſtibus fecit omnib. vſq. ad camiſiam ſpoliari, & eū accuſationi, & appellationi renūtiare coēgit; quia de ſuis, & quorundam fratrum enormitatibus murmurauit: id tuæ ſollicitudini duximus inſinuandum; vt ſi ei veritate diligēter inquiſita, ſi inueneris, quod pro euitanda diſciplina prędictus canonicus appellauit, eidem Priori propterea † nullam pœnam infligere debes, quoniam ſacroſancta Romana eccleſia huiuſmodi appellationem admittere non conſueuit, ne monachis, vel canonicis regularib. præberetur audacia delinquendi. Ceterum ſi præfatus canonicus Priorem propter ſuam † enormitatem manifeſtam, † quæ ipſum notabilem reddunt, † ad ſe. Ap. appellauit; ſi ipſe tali appellationi deferre contempſerit, eū cum litteris tuis veritatem continentibus de tanto exceſſu ſatisfacturum, ad ſe. Ap. venire compellas. ſuis autem in hac malitia complicibus talem pęnitentiam † infligas, quod ceteri audientes, ſimilia non audeant perpetrare.

† al. pro pter hoc
† ſuas † enormitates manifeſtas † reddit
† al. pœnam

Alexander iij. *Cap. 4.*

SVPER eo, quod a nobis tua frater. requiſiuit, vtrum appellationi, quam quis metu literarum, quas ab aduerſario ſuo a ſede noſtra audierit impetratas, interpoſuit, omnino ſit deferendum; & an nullæ partes ſint iudicis, ad quem per aduerſarium eius, qui appellauit, tales litteræ fuerunt † a nobis impetratæ. Tuæ reſpondemus diſcretioni, tali nullatenus fore deferendum appellationi, eam nāque fruſtatorię dilationis cauſa, veriſimile eſt interpoſitam fuiſſe.

Non ponitur.
† al. ſubreptæ

Alexander iij. Vniuerſis † Abbatibus. *Cap. 5.*

† al. omnibus
c. 32. e.

QVIA nos elegit dominus in hereditatem ſibi, & a longe de alto proſpexit: paci, & tranquillitati veſtræ, quantum diuina gratia concedit, proſpicere cupientes, Ap. vobis auctoritate concedimus, & indulgemus, vt Abbates veſtri ordinis, qui de aliqua publica infamia reſperſi, aut conuicti publice ſunt, ab Abbatibus, & deinde in communi capitulo commoniti ſponte ſuæ prælationi cedere noluerint, ad ſe. Ap. appellandi facultatem non habeant, ſuum reatum per appellationem † defendendo.

† al. ap. diffugium.

Alexander iij. *Cap. 6.*

c. 33. e. † &

AD aures noſtras te ſignificante peruenit; quod, cum interdum tibi, vel † alijs cauſas ſub. ap. re. delegamus, altera partium, vt

examē valeat declinare iudicis delegati, quęſtiones incidentes opponit, & cum in principali cauſa appellatio ſit remota, in appellationis tamen vocem prorumpit, appellationi ſuæ terminum non præfigens; ſicq. partem aliam ſine proſecutione appellationis facit manere ſuſpēſam. Poſtulas igitur tibi, & alijs iudicibus indulgeri, vbi cauſæ ſine appellationis remedio committuntur, poſſe vos incidentes quæſtiones ſine debito poſt.app. terminare liceat.† Ceterum cum incidentes ſæpius pręiudiciales non immerito iudicentur; petitioni tuæ in hac parte non duximus annuendum; ſed ne qua pars fruſtratorijs diutius inducijs affligatur, appellanti ad proſecutionem appellationis, terminus congruus præfigatur, ita quod ſi appellationē non fuerit proſecutus, ex tunc, tam ſuper incidentib. quæſtionibus, quam ſuper cauſa principali ſtare iudicio delegati iudicis ap. poſt. compellatur; & ita nec vni cōmune remedium ſubtrahetur, nec erit alter fruſtatorijs dilationibus fatigatus.†

† al. deeſt liceat

† al. impedimentum

Alexander iij. Abulēn. Epiſcopo. Cap. 7.

AD audientiam noſtram perueniſſe noueris, quod cum Zamorenſis Epiſcopus G.† presbyterum eccleſiæ ſancti Iacobi Zamor, quæ eſt propria Cōpoſtellanæ eccleſię, multipliciter moleſtaret, tādem idem presbyter, pro eius † grauaminibus euitandis, ſe, & eccleſiam, ac parochianos ſuos noſtræ, ac Romanæ eccleſiæ protectioni ſubiecit. Sed pręfatus Epiſcopus pro eo forte, quod expreſſim non appellauit; in eum poſt inuocatum ſedis Ap. patrocinium, contra etiam priuilegium Compoſtellanæ eccleſiæ indultum, excommuncationis ſententiam promulgauit. Licet autem præfatus presbyter ex ſimplicitate forte appellationis verbum non expreſſit, quia tamen poſtquam ſe, & ſuā noſtræ protectioni ſubiecerat, non debuit, ſine cauſę cognitione aliqua ſententia condemnari, f. t. per A. ſ. m. qua. ſuper hoc inquiras diligentius veritatem; & ſi ita tibi conſtiterit, ſententiam, quam præfatus Epiſcopus in eundem presbyterum tulit, contrad. & ap. ceſ. denunties non tenere. Poſt modum vero, ſi præfatus Epiſcopus aduerſus presbyterum forte agere voluerit, cauſam audias, & ſine debito decidas. Eundem quoq. Epiſcopum ſtudioſius moneas, & inducas, vt a moleſtijs, & grauaminibus Compoſtellanę eccleſiæ omnino deſiſtat, & ſic iure ſuo ſit cōtentus; vt ea, quę ad prędictam eccleſiam ſpectant, ſibi nequaquam præſumat † vſurpare.

† al. W

† al. huiuſmodi

† al. permittat

Lucius iij. Barch. † Epiſcopo, & Abbati de Abandeñ. † & Priori Sanctæ Frida. Cap. 8.

† al. Barcho.

† al. Abendem.

EX conqueſtione B. clerici & infra. Quoniam igitur ea, quæ ſunt contra eccleſiæ diſciplinam, ratio poſtulat emendari: diſ. v. per A. ſ. m. qua. ſi quod aſſeritur, noueritis ratione ſubniti, præfatum R. a prædicta eccleſia ſub.ap.ob. faciatis amoueri; & eaſdem B. præfato,† ſi idoneus fuerit, aſsignari; non obſtantib. litteris noſtris pendente ap. a ſede Ap. impetratis. Si autem R. rationabile impedimentum nō oſtenderit, quia non ſit appellationem interpoſitam proſecutus, eum in expenſas neceſſarias ap. re. alteri parti condemnetis.

Non ponitur.

† prædicto B.

Clemens iij. Cap. 9.

SIGNIFICAVIT nobis tua frater. quod quidam in prouincia tua vocati aliquando ad iudicium venire contemnunt, & pro contumacia ſuą per te, vel per aliquem ſuffraganeorum tuorum vinculo anathematis innodantur. tandem vero ad ſe redeuntes, offerunt ſe ad iuſtitiam; & quod iuri pareant, iuris iurandi volunt religione firmare. Sed ne ante deciſionem cauſæ a ſententia poſsint excommunicationis abſolui; pars aduerſa appellationis ob. interponit. ſunt in ſuper † alij, qui excommunicati ſe iuramento præſtito iuſtitiæ ſtare promittunt, ſed poſt abſolutionem ſuam diffugiunt, & appellant. Super his igitur f. t. duximus reſpondendū, quod abſolutio prædictorum, qui pro eo, quod cum venire noluerint ad cauſam, excōmunicationis ſententiam receperunt, prohibitione, ſeu appellatione aduerſæ partis impediri non poteſt; dum modo parendi iuri ſufficientem pręſtent, & idoneam cautionem. Illi vero qui iure iurando promittunt

Non ponitur.

† al. etiā

ſe iuſtitiæ parituros; & per appellationis obſtaculum ſubterfugiunt, niſi infra conuenientem terminum appellationem fuerint proſecuti, a te cogi poſſunt, & debent, vt ſicut iurauerint, ap. re. iuris pareant æquitati.

Clemens iij. *Cap.* 10.

Non ponitur. TENOR litterarum tuarum Apoſtolatum noſtrum edocuit, (quod cum † nobilis quidam C. de tuo Epiſcopatu recepto a prędeceſſore tuo primario lapide, oratorium in ſtadio ſuo † conſtruxit, & cum ad inſtantiam eius paratus eſſes cōſecrationis munere illud inſignire; ab alio nobili fuit, ne procederes, in eius, vt credis, † odium appellatum. Tu autem volens appellationi pro vt fraternitatem tuam decuit, cum humilitate deferre, & a conſecratione abſtinuiſti, & terminum ei, infra quem debeat proſequi appellationem, præfixiſti. cumq. appellationem ſit ille nulla tenus proſecutus, & annus ſit a die appellationis elapſus: fundator prædictus † conſecrationem dicti oratorij a te cum inſtantia petere nō omittit. Quia vero præſumendum videtur, cum vere † propter grauamen, vel oppreſsionem aliquam in ſui iuris diſpendiū appellaſſe, cum voluntatem non habuerit infra præfixum ſibi terminum ſuper appellationis cauſa procedere, prȩſertim cum de iure communi anni ſpatium appellantibus ſit indultum, intra quod ſecundum ſe, communiter ue ſitem exerceant: f. t. per A. ſ. m. qua. ſi ita proceſſum cognoueris, ſicut ipſarum habuit continentia litterarum, cum exinde fueris requiſitus, prȩſcriptum oratorium ap. ceſ. reddas munere conſecrationis inſigne.

† ve. † al. pro priis † al. vere dil † al. ſupradictus † al. nō

Clemens iij. *Cap.* 11.

c. 38. e. CVM in eccleſiā &c. & infra. Accepimus a ven. f. n. Lincoñ † Epiſcopo tranſmiſſa nobis inſinuatione † querelam, quod quidam clerici de Valando non † grauaminis neceſsitate non compulſi, & nullius oppreſſionis mole grauati, ſed ſolo prętextu excutiendi a ſe iugum eccleſiaſticæ diſciplinæ, vt poſſint liberius in ſui erroris, & iniqui propoſiti libertate bacchari, ab audiētia ſua vocé appellationis emittunt; & occaſione iudicij tui; quod velle obſeruare ſe iactant, eiuſdem iudicis ordinarij ſine cauſa rationabili cognitionem euitant. Vnde diſ. t. per A. ſ. m. qua. ſi quando contigerit aliquem de prædictis clericis a præfato Epiſcopo ad tuam audientiam appellare, non ante audientiam ſibi prębeas, nec eius appellationem admittas, quam tibi cōſtiterit appellationem ipſius, vel a grauamine, vel iniuſta cōdemnatione porrectā. alioquin ipſum ad præfati Epi auditorium † re. ap. remittas, in ſuę diſcuſsionis examine iuſto eius iudicio pariturum. Sic etenim contumacia refrenabitur improborum, & honor coepiſcopis debitus per fraternæ † viciſsitudinis obſeruantiam in ſua libertate conſiſtet.

† al. ingeñ † al. cō queſtione † Gallande nan. † al. audientiā † ſuperna

Clemens iij. *Cap.* 12.

Non ponitur. LICET appellationis remedium ad leuamen inuentum fuerit oppreſſorum: non nulli tamen clerici tuæ fraternitati ſubiecti, ſicut accepimus, ad appellationis diffugium malitioſe recurrunt, & dum examen tui iudicij temere ſubterfugiunt, contingit ſæpius, vt non ſolum ipſi, ſed etiā alij, qui ab huiuſmodi culpa ſint penitus inmunes, ad ſeculare judicium protrahuntur, † vnde fit, vt pro calumnioſis a laicis innocentes prolixius moleſtentur. Nos igitur tantæ incommoditati clericorum volentes paſtorali ſollicitudine prouidere, & laicis ipſis auferre materiam ſuggillandi clericos, vel eos ſub eorū † iudicio coercendi, tibi nos ſuper hoc conſulere curanti, taliter duximus reſpondendum. vt ſi cuiuſlibet clerici tibi ſubiecti quæſtio fuerit ad tuā fraternitatem delata, & quod in quæſtione vertitur, xl. ſolidorum valentiam non attingat, clerico, qui ex hoc ad ſe. duxerit Apoſtolicam appellandum, neceſsitatem tibi non imponimus deferendi: quo minus ſi malueris, cauſam ipſam ſine ap. ob. valeas terminare, niſi manifeſta contra te ſuſpicionis cauſa fuerit oſtenſa. †

† pertrahuntur † al. eodem † al. obiecta fuerit. et oſtēſa

Clemens iij. *Cap.* 13.

c. 39. e. DIRECTAE nobis tuæ litteræ declararunt, † quod cum in præſentia tua cauſa cuiuſdam matrimonij tractaretur, in qua pars viri conſanguinitatis vinculum opponebat, & pars mulieris ad ſedem Apoſtolicam appellaſſet, nec appellationem ſuam prȩfixo termino ad proſecutionē ipſius, & † ad recipiendos Apoſtolos fuiſſet adueniente termino proſecuta; poſtmodum accedēte parte mulieris eiuſdē, & renuntiante appellationi, quam

† al. intimarūt al. deſtinarunt † al. nec al. vel

quã fecerat in cauſæ cognitione procedens, de parentela teſtes, & dicta teſtium recepiſti. Verum quia mulieris pars iterũ appellauit, & a nobis poſtulas edoceri, vtrum ad calculum ſententiæ procedere valeas, præſenti pagina reſpondemus, quod licet iuxta decretũ Lateranẽ. con. poſtquam in termino proſequendæ appellationi ſtatuto appellans ſuam appellationẽ proſecutus non fuerit, auctoritate tua libere vti poſsis, † tamen quia iterum appellauit, cum ſecundum iura ei licuerit in eadem cauſa appellare ſecundo, a iuriſdictione tua ſe fecit exemptam, præſertim, cum hic ad ſeparationem matrimonij, quod eſt res fauorabilis, intentio viri procedat, nihilq. agendũ ſit, niſi quod ſuſpicione careat, quod † & irreprehenſibile cenſeatur. Alius vero iudex poterit eandem cauſam iuxta dicta teſtium, qui poſt renuntiationem primæ appellationis rite admiſsi fuerint, & alia, ſi qua adhuc poterunt in eadem cauſa produci, ſecundum Deum, & ſancita canonum terminare.

† al. poteris
† al. de eſt quod

Celeſtinus iij. pars c. a nobis fuit. *Cap. 14.*

c. 40. e.

PRAETEREA requiſiti fuimus, ſi quis iudex ita protulerit ſentẽtiam, niſi Sempromanio infra x. † dies ſatisfecerit, ſe eũ excõmunicatum, vel ſuſpenſum, aut interdictum eſſe cognoſcas. & ille, in quem fertur ſententia, medio tempore appellans ad diem ſtatutam † minime ſatisfecerit: † vtrum ille tali ſententia ligetur, † an † interpoſitione appellationis tutus exiſtat. Videtur autem nobis, quod huiuſmodi ſententiam, obſtaculũ appellationis debeat impedire.

† al. xx
† al. ſtatutum
† al. ſatisfecit
† al. alligetur
† al. aut

Celeſtinus iij. *Cap. 15.*

QVIA requiſiſti a nobis fili Præpoſite, quid agendum ſit, quando præbendam in eccleſia vacare contigerit, cum plures ex iis, qui nominati ſunt ibi, in vocem appellationis erumpant, interdicentes † expreſsi, † ne ad electionem cuiuſlibet procedatur, conſultationi tuæ taliter reſpondemus; quod ſi appellationem, quã interponunt infra xl. dies proſecuti non fuerint, procedendũ eſt poſt modum appellatione nullius obſtante ad canonicam electionem perſonæ miniſterio eccleſiæ competentis.

Non ponitur.
† al. contrad.
† al. expreſſe

Clemens † iij. pars c. Prudentiam. *Cap. 16.*

† Celeſt.

SECVNDO requiris, cum pluribus articulis in vna commiſsione poſitis, in vno tantum contingit appellationem expreſſe vetari, vtrum appellatio teneat, ſi ſuper alijs fuerit appellatum; in hoc † taliter reſpondemus; quod cum ſecundum beatum Gregorium, verba intentioni deſeruiunt, † & hæc ſit noſtra † intentio, vt de omnibus articulis, qui† in commiſsione noſtra ponuntur, iuſtitia nõ obſtante ap. ſuum conſequatur effectum: in omnibus appellatio intelligitur interdicta, nihil enim intereſt, vtrum primo, an ſecundo, medio, an in fine appellatio inhibeatur. cum ſicut nos docent vtriuſq. iuris argumenta expreſſa, & † ea, quæ in principio reſcriptorũ ponuntur, ad medium, & ad finem: illa vero, quæ in medio ad finem, atq. principium ſæpe referri contingat. Tertio poſtulas edoceri, cũ aliquis iudicem tamquã ſuſpectum recuſat, an cauſam ſuſpicionis debeat allegare, & cauſam, niſi manifeſta ſit, coram eodem iudice probare teneatur, vtrum etiam iudex poſsit in ipſo iudicio, & negotio procedere, ſi ille, qui ſuſpicionem obicit, cauſam eius non velit, aut † non poſsit in iure probare. in hoc ſiquidem duximus dandum tale conſultationi tuæ reſponſum: quod cum aliquis iudicem ſuſpectum ſe habere proponit, ſuſpicionis cauſam coram eodem iudice allegare tenetur, ne poſsit alius † quilibet pro ſuæ voluntatis arbitrio quodlibet iudicium fruſtratorie declinare, ſed partes, vt in aliquem iudicem, vel aliquos non valde remotos conueniant, per eundem tamen iudicem, qui nominatur ſuſpectus, debent cogi: coram quo, vel quibus, ſi cauſa ſuſpicionis infra terminũ competentem probata non fuerit, tunc demum auctoritate ſua vtetur. Quod ſi coram ipſis, in quos conuenitur, eiusdem fuerit cauſa ſuſpicionis probata, iudex recuſatus a cauſæ cognitione ſuper ſedere tenebitur. Ipſa namq. † ratio dictat, & plurimis probatur † exemplis, quia † ſuſpecti, & inimici iudices eſſe non debent, cum in decretis ſit conſtitutum, nil gratius, vel amabilius dare quis magis valet inimico, quem ſi ad impetendum commiſerit, quam lædere, & damnificare intendit. Illam vero præterea quæſtionem, quarto loco proponis, vtrum iudex poſsit de officio ſuo cognoſcere, an fruſtratorie ſit, an cauſa rationabili ſit appellatum, & ſi appellans rationabilẽ appellationis cauſam nõ oppoſuerit, aut nõ probauerit, quã opponit, an iudex

c. 41. e.
† al. quo
† al. deſeruiãt
† al. noſtra mẽtis
† al. qua
† al. de eſt &
† vel
† alias
† al. vtiq.
† al. compro.
† al. quod

iudex huius appellationis obtentu teneatur a cauſæ cognitione ceſſare. hic autem non placet aliter diffinire, quam ab anteceſſorib. noſtris, & vtriuſq. iuris peritis fuit diffinitũ. Cautũ eſt enim in lege, quod ap. interpoſita, ſiue ea recepta ſit, ſiue non, tempore medio nihil innouari oportet; & canonica nihilominus tenent inſtituta, vt qui vult, † vel, quibus neceſſe fuerit, ad Romanam eccleſiam, quaſi ad caput ſuum confugere; poſsint, † & ſine impedimento quolibet appellare; ad quã nimirum ſine vlla calumnia, vel cuſtodia, vel excõmunicatione, vel excuſatione, vel damnatione, vel ſpoliatione ire libere cõcedatur, quæ ſecundum ſanctorum canonũ ſanctiones paſsim appellare permittit. Ideo iudex cũ ante ſe cauſam tractauerit, quam ſic per appellationem ſuſpenſam eſſe cognouerit, a cognitione cauſæ, quamcitius abſtineat.

† al. volens

† poſsũt

Caleſtinus iij. *Cap. 17.*

c. 42. e.

AN ſit deferendum appellationi illius, quem aduerſarius de exſpoliatione poſt ap. legitime interpoſitam ſibi facta paratus eſt conuincere in continenti. Nos duxiſti per nũtios tuos conſulendos; reſpondemus itaq. quod cũ in eo puniendus ſit, in quo deliquit; ſe beneficio reddidit appellationis indignũ, qui appellationi deferre neglexit; vnde nec ei appellanti eſſe deferendum cenſemus.

Caleſtinus iij. H. Cant. Archiepo. *Cap. 18.*

Non ponitur.

APPELLATIONIS inhibitio, ſecundum quod exiſtimas, irrita eſſe videtur; ſi cum incidens quæſtio quælibet a cõuento in iure per exceptionem opponatur, † ei nihilominus liceat appellare. Nos vero ita ſentimus, quod ſi talis fuerit † quæſtio incidens, ſine qua principale negotium terminari non poſsit, † niſi forte in ea remedium appellationis expreſſe vetetur, ſuperſedendum eſt a cognitione principalis negotij, nec in cauſa principali ſubſiſtendum vſq. quaq. vacuum eſſe dignoſcitur; cum ſi non acceſſerit incidens quæſtio, ſuum abſq. impedimento cauſa proſequitur effectum.

† al. opponitur

† fuit

† al. poterit

Caleſtinus iij. Senogallien. Epiſcopo. *Cap. 19.*

Non ponitur.

LICET ſit appellantibus deferẽdum, vt ſanctorum canonum approbãt inſtituta; non tamen vſq. adeo eſt appellantibus effrenata licentia relinquẽda, metus † iudicis euadendi, quod ea, quæ correctione indigent, in aliorum non † appellantium detrimenta, incorrecta remaneant, vel alterius ius eſſe oporteat diutius in ſuſpẽſo, vel ei debeat aliquod præiudicium generari. Quo circa ven. in Chriſto fr. Epiſcope, felicis recordationis C. PP. prædeceſſoris noſtri veſtigijs inhærentes, caritati tuæ † præſentibus litteris auctoritate Ap. duximus indulgendum; vt cum a tuis ſubditis ad ſe. Ap. fuerit appellatum, licitum tibi ſit eccleſiaſtica cenſura cogere appellantem, vt infra .xx. dies poſt appellationem interpoſitam iter arripiat ad ſe. Ap. veniendi. quod ſi forte facere noluerit, extunc in ipſo negotio procedendi appellatione non obſtante, niſi appellans impedimento canonico fuerit impeditus, liberam habeas facultatem.

† al. motum

† al. &

† veſtræ

DE PEREGRINANTIBVS. tit. xx.

Caleſtinus iij. Abren. Epiſcopo. *Cap. vn.*

De cler. peregr. c. vn.

CONQVERENTE I. presbytero intelleximus, quod, poſtquam iter arripuit ad nos veniendi, quidam res eius diripere præſumpſerũt; licet autem idem presbyter res ſuas, & eccleſiæ, & ſe in † protectione noſtra nõ poſuerit, cum ad nos acceſſit; quia tamen propter hoc non debuit rebus ſuis ſpoliari, cum ij, qui accedunt ad præſentiam noſtram, & res eorum ſub Apoſtolica debeant protectione eſſe ſecuri; f. t. m. quatenus quidquid eidem presbytero poſt iter arreptũ ad nos veniendi ſubtractum eſt, vel ablatum ſibi omni ap. re. reſtitui facias † incunctanter.

† al. ſub

† al. ſtricte

DE CONFIRMATIONE VTILI, vel inutili. tit. xxj.

Caleſtinus iij. *Cap. vn.*

De conf. vt. c. j.

BONAE memoriæ Alanus quõdam canonicus veſter, qui apud ſedem Ap. diem concluſit extremum, ſuper quibuſdam nos conſulere ſtuduit, quæ ſecũdum tenorem veſtræ † reſponſionis vobis neceſſario duximus intimanda. propoſuit autem ſentẽtiam per falſa inſtrumenta a delegatis iudicibus fuiſſe prolatam, quæ nimirum vera eſſe credebantur. Intra decimum quoq. diem ille, contra quem ſententiatum erat, † falſitatem inſtrumentorum aduertens, ab illa ſententia in vocem appellationis prorupit. Iudices tamen nihilominus, executioni ſententiam mãdauerunt. Ceterum appellans, itinere ſtatim ad Ap. ſe. arrepto, litteras de retractanda ſententia impetrauit. aduerſarius autem ipſum caute præueniens confirmationis promulgatæ ſententiæ reſcriptũ iam fuerat aſſecutus; tamen in quo nulla (factæ appellationis) mentio habebatur. Ad hoc † itaq. requiſiſti, quæ quibus litteris præ-

† al. noſtræ

Non ponitur.

† fuerat

† ap. de facto

† al. Ad hæc

prçiudiciũ faciant. Reſpõdemus, quod poſteriores debent prçiudicare priorib. ab hac ſiquidẽ prima cõſultatione, quçſtio quaſi† ſuborta exhibita eſt in auditorio nõ ſecũda, quçita ſe habet. Si in eiſdẽ videlicet poſteriorib. litteris hçc clauſula poneretur, nõ obſtantibus aliquib. litteris cõfirmationis latæ ſententiæ audiatur cauſa, & ea fine debito terminetur, vtrum ſic primç reuocari deberent. ad hoc dicimus, quod per vltimas primæ forent penitus reuocandç. Verum ſi dicatur,† ſicut frequentius in litteris Ap. conſueuerunt † apponi, nullis litteris veritati, & iuſtitiæ præiudicantibus, vel ſub alia forma verborum, dum modo non diceretur de litteris cõfirmationis expreſſe. Dicimus, quod primç tamdiu vigorem ſuũ habere debent, † donec de iniqua, & falſa ſententia, cognitio plenior haberetur.

† al. deeſt quaſi al. deeſt quæſtio.
† al. diceretur
† al. cõſueuit
† al. habens

LIBER TERTIVS

DE VITA, ET HONESTATE Clericorum, & cohabitatione mulierum.†

Tit. 1.

† al. De cohabitatione clericorũ & mulierum.

Lucius iij. Ex conc. Maguntino. *Cap. 1.*

De co. hab. cle. c. 7.

VESTRA duxit deuotio inquirendum, vt conſulamus fratribus veſtris parochiales eccleſias adeuntibus, quarum clerici cõcubinas habere credũtur.† De hoc enim diuerſæ videntur ſacrorum canonum ſententiæ emanaſſe. Alicubi enim dicitur: Nullus audiat miſſam † ſacerdotis, quẽ ſcit cõcubinam habere indubitanter. Alibi vero legitur: non poteſt aliquis, quantumcunq. pollutus, diuina ſacra polluere, quæ purgatoria primitiarũ cunctarum cõtagionum † exiſtũt. qualiſcunq. enim ſacerdos ſit, quę ſancta ſunt, coinquinari nõ poſſunt. ſumitẽ ergo ab omni ſacerdote intrepide Chriſti myſteria, quia omnia in Chriſti fide purgãtur. Ceterum aliud eſt crimen notorium, aliud occultum; notorium diffinitur, de quo presbyter canonice condemnatur: aliud eſt occultum, quod ab eccleſia adhuc toleratur. Ceterum aliud eſt, quando crimen notorium nõ diffitetur presbyter, vel de ipſo eſt canonice condemnatus; aliud eſt pæne occultum, vel † ab eccleſia toleratum.† Itẽ aliud eſt a talium officijs abſtinere, vt peccandi licentia ceteris auferatur, & huiuſmodi ad pęnitentiæ fructum trahantur; atq. aliud, ſi tamquã iacentium in fornicatione myſteria reſpuãtur. Sine dubitatione itaq. teneatis, quod a clericis, & presbyteris tamquam † fornicarijs, quamdiu ab eccleſia tolerantur, nec habeant operis euidentiam, licite audiantur diuina officia, & alia recipiantur eccleſiaſtica ſacramenta.

† al. dicuntur
† al. miſſas
† al. cogitationum
† al. quod
† al. toleratur.
† al. quamquam,

DE CLERICIS CONIVGATIS. t. ij.

Alexander iij. pars e. cauſam. *Cap. 1.*

SANE ſacerdotes illi, qui nuptias contrahunt, quæ non nuptiæ, ſed contubernia ſunt potius nuncupanda, poſt longam pęnitentiam, & vitam laudabilem continentes officio ſuo reſtitui poterunt, & eius executionem ex indulgentia ſui Epiſcopi habere.

De cler. coni. c. 4.

Celeſtinus iij. *Cap. 2.*

EA

Non ponitur.

E A eſt ſedis Apoſtolicæ præminentia, vt ad ipſam ab eccleſiarum prælatis,& etiã alijs miniſtris eccleſiarum in dubijs recurratur,& id ſuper his inuiolabiliter obſeruetur,quod eius fuerit arbitrio diffinitũ. Ex tua quidem nobis eſt parte propoſitum, quod cum B. clericus puellam quandam per verba de præſenti legitime deſponſaſſet, ante quam eam cognouiſſet carnaliter, contra ſtatutum Romanæ eccleſiæ legatorum de non recipiendis vxoratis (eccleſiæ tuæ † canonicis eſt promulgatum a bonæ memoriç prędeceſſore † tuo,ignorantem† illum coniugali vinculo copulatum in eccleſiæ tuæ canonicũ eſt promotus, qui pręœbendam ipſius eccleſię detinere contendẽs, mulierem ipſam traducere prætermittit; qua de cauſa puella illa cum inſtantia magna requirit, vt vel ei vir ſuus reddatur,vel ei nubendi alij ſine alicuius cõtradictione† licentia tribuatur. Super quo f. t. duximus reſpondendum;vt,ſi res ita ſe habet,memoratum clericum, qui fraudulenter eccleſiæ tuæ pręœbendæ beneficium adeptus eſt, eodem beneficio priues, & ad vxorem ſuam, a qua taliter ſeparari non potuit,redire cõpellas. Super alio etiam articulo reſponderi tibi a ſedis † Ap. oraculo poſtulaſti,quod † videlicet,cum ab eccleſiæ Rom. legatis fuerit inſtitutum, vt vxorati non deberent de cetero ad ſacros ordines promoueri, quidã clerici poſt promulgationem cõſtitutionis illius ſacros recipere ordines præſumpſerunt, & vxores ſuas detinere contendunt, de quibus tuç f. conſulimus,& mandamus; vt eis executionem ordinum interdicas, & beneficia etiam eccleſiaſtica ſubtrahere nõ omittas. Debent enim pro meritis pœnam reportare,quia ſcienter contra ſtatuta legatorum Ap. ſe. auſu temerario venire prçſumunt.

† al. in eccleſia tua

† al. anteceſſore

† ignorante

† al. cõtradictionis ob.

† al. ſede

† al. de eſt quod

DE CLERICIS NON RESIdentibus in eccleſia p̃. † Tit. iij.

† al. pręœbendaria eccleſia

De cler. non reſ. c. 5.

Alexander iij. Eboracẽ. Archiepõ. *Cap. I.*

FRATERNITATI tuæ duximus indulgẽdum,vt ſi clerici, qui in eccleſijs tuæ iuriſdictionis beneficium ſunt adepti, ad aliquam† diœceſim abſq. licentia, & aſſenſu tuo morandi cauſa tranſierunt;† liceat,eos tibi beneficijs, quæ a te habent,ſpoliare;niſi forte ſcholaſticis diſciplinis inuigilauerint, aut rationabilem cauſam tibi oſtenderint,quare reuerti non debeant. Præterea clericum alterius diœceſis abſq. commendaticijs litteris ſui Epiſcopi, niſi pro eo preces,aut mandatum ſedis Ap. receperis,non debes recipere.

† al. aliam

† al. trãſierint

Alexander iii. Lingoñ. Epiſcopo. *Cap. 2.*

c. 6. e. t.

CONQVERENTE nobis R. preſbytero accepimus, quod G. ab eo pro eccleſia ſua,de qua,ſicut dicitur,vitæ neceſſaria vix percipere poteſt, annuatim viginti ſol. extorquere conatur, aſſerens beneficiũ illud in eadem eccleſia ſibi fuiſſe collatum, quamquã eidem eccleſiæ, ſicut accepimus, non deſeruiat, & alia beneficia ſibi ſufficientia habeat,& poſsideat. Quoniam igitur indecens eſt, & nõ conſentaneũ rationi, vt idem,cũ alia eccleſiaſtica beneficia ſibi ſufficiẽtia habeat,& poſsideat,ab eccleſia,cui nõ deſeruit, † beneficiũ quęrat: f. t. per A. ſ. m. qua. ſi tibi cõſtiterit, quod vel G. habeat eccleſiaſtica beneficia ſibi ſufficientia; vel quod eidẽ eccleſię nõ deſeruiat; ſibi ſuper pręſcripto beneficio ſilẽtiũ imponas ap. re.

† al. deſeruiat

Caleſtinus iij. *Cap. 3.*

c. 8. e.

E X parte veſtra noſtro Apoſtolatui fuit referatum,quod licet dilectus filius N. Cenomañ. Archidiaconus ſit eccleſiæ veſtræ Decanus, tamen quod in partibus Gallicanis ſibi potius habitationem elegit, iam per annorum decem ſpatium, veſtra eccleſia ipſius præſentiã habere nequiuit. Quia igitur nolumus, vt eadem eccleſia Decani officio defraudetur; vniuerſitati veſtræ per A. s. m. qua. Archidiacono memorato ſcribatis, vt eccleſiam veſtram viſitare dignetur,& ſuum ibidem, vt Decanus, officium debeat exercere. † Quod ſi forte vocatus venire noluerit;eligendi Decanum,qui prę eſſe veſtræ eccleſiæ valeat,& prodeſſe, extunc vobis concedimus liberam facultatẽ.

† al. officiũ exerceat

DE PRAEBENDIS. Tit. iiij.

Alexander iij. Ianueñ. Epiſcopo. *Cap. I.*

De pręb. c. 15.

† al. debeat

CVM non ignores, quod vna eccleſia vnius debet † eſſe ſacerdotis; mirabile gerimus,& indignum; ſi vni perſonæ locum in pluribus eccleſijs velis concedere,& in Epiſcopatu tuo inducere conſuetudinem Gallicanæ eccleſiæ; quç cũ vnum ad plura recipiat beneficia, contra ſacrorũ canonum inſtituta, nõ cõprobatur a nobis, licet non poſsit prç multitudine delinquẽtium emendari. Cum † igitur nuntius illius presbyteri, qui in duabus eccleſijs locum habere conatur, & quidam clerici eccleſiæ ſancti

† al. Quoniã

ſancti G. de Raballo, in qua locum ſe habere dicebant, ad præſentiam noſtram acceſſerūt; nos attendentes non eſſe conueniens, vel honeſtum, vt idem presbyter locum in duabus eccleſijs habeat; volumus, & m. qua. illo beneficio, quod habet, faciatis † eum manere contentū, quod † ſi forte Archipresbyter, & clerici alterius eccleſiæ in eum conſenſerunt, eis nunc diſsidentibus, cum ipſorum ſcandalo non debet locum in ipſa eccleſia, vel quærere, vel habere.

† al. ſufficias † al. quia

Alexander iij. Elien. Epiſcopo. pars capituli Veniens. Cap. 2.

Non ponitur. † poſſet CETERVM ſi memoratus P. clericus in alijs eccleſijs vicarias habet, & etiā eccleſiaſticos redditus, de quibus poſsit † commode ſuſtentari, eum a vicaria præſcriptæ eccleſiæ de tali loco, confirmationis noſtrę literis non obſtantibus ap. ceſſante remoueas, & eandem eccleſiam eidem P. reſtituere non poſtponas: dummodo velit, & debeat in presbyterum ordinari, & per ſemet ipſum in eadem eccleſia ſeruire domino. †

† al. domino deſeruire.

Celeſtinus iij. Cap. 3.

Non ponitur. † al. peruerſa AD audientiam noſtram perueniſſe cognoſcas, quod cū in tua prouincia, & in alijs etiam Teutonicæ terræ conſuetudo nimium praua † conualuit, quod videl. prępoſiti, & alij, quibus ſecundum morem terræ noſcitur attributa poteſtas, in loco decedentium perſonarum perſonis aliquibus aſsignandi præbendas quandoq. proprios filios, quos in ſacris ordinibus conſtituti genuerunt, ſubſtituunt decedentibus. per quod ſæpe contingit, vno, eodemq. tempore patrem, & filium in eadem eccleſia miniſtrare, & prouentus accipere præbendarum. Præterea commutationes prębendarum, & dignitatum, quidam clerici contra Turonenſis ſtatuta concilij, temeritate propria non verentur facere. Nolentes igitur hæc incorrecta relinqui, mandamus quatenus per totam prouinciā tibi ſubiectā auctoritate noſtra, & tua prohibeas, ne talia vlterius attemptentur. Quod ſi poſt inhibitionem tuam fuerit attemptatum, † corrigendi liberam habeas facultatem. Studeas etiā, quæ præſumpta ſunt ſupraſcripta, iuxta formam canonicam, prout melius poteris, emendare.

† fuerint attemptata

DE CLERICO AEGROTANTE. t. v.

Clemens iij. Rauen. Archiepiſcopo. Cap. 1.

De corp. uit. c. 4. SIGNIFICAVIT nobis R. Archipresbyter ſancti Stephani de Longatco, † quod R. presbyter credens ſe obſequium pręſtare Deo, ſibi fecit virilia amputari; ſed cum idem Archipresbyter ſit ſenectute grauatus, nec relinquere valeat presbyterum memoratum: nobis humiliter ſupplicauit, vt ei concedere debeamus, ea, quæ præter miſſam ad ſacerdotem pertinent, miniſtrare. Quo circa mandamus, qua. inquiras diligenter † veritatem, & ſi iam dictū presbyterum alias dignū inueneris, ei ſacerdotale miniſterium abſque omni altaris miniſterio auctoritate noſtra fretus, & tua, prout videris expedire, concedas.

† al. Lōgaz. † al. diligētius

Clemens iij. Cap. 2.

De clec. ægr. c. 4 TVA nos duxit fraternitas conſulendos &c. & infra. De ſacerdote vero, qui diuino iudicio lepræ morbo reſperſus in parochiali eccleſia prælationis officio fungitur, tibi duximus intimandū, quod pro ſcādalo, vel abominatione populi debet ab adminiſtrationis officio remoueri; ita quidem, quod iuxta facultates eccleſię, ſibi neceſſaria, quamdiu vixerit, miniſtrentur.

DE INSTITVTIONIBVS. Tit. vij.

Ex concilio Arelatenſi. Cap. 1.

De inſti. c. 1. NON amplius ſuſcipiātur in monaſterio monachorum, aut † clericorum, ſeu etiam puellarum, quam † quot ſe regere de bonis eccleſiæ abſque penuria eccleſiæ poſsint.

† al. ſeu † niſi.

Aug. iij. † Cap. 2.

† al. Eugenius 1. Non ponitur. IN congregandis clericis modus diſcretionis teneatur, videl. ne plures admittantur, quam facultas eccleſiæ eis canonice attributa ſufferre † poſsit.

† al. ſufficere

Aug. † Cap. 3.

† al. Eug. 1. c. 3. &. IN eccleſia veſtra certum numerum canonicorum, ſicut nobis innotuit, communiter inſtituere curauiſtis, & inſtitutionem veſtram religione firmare iuramenti. Vnde quia numero illo ſucceſſu temporum deminuto, in dubitationem deducitis, vtrum ipſum numerum de inſtitutione canonicorum ſupplere poſsitis, cum laicis computatis, qui in eccleſia veſtra canonicorum titulo nominantur, & ſtatutus numerus ſit impletus, ſedem Apoſtolicam conſulere voluiſtis. Vt autē hæc ambiguitas a vr̄is cordib. auferatur: nobis videtur, quod laici nō debeāt in canonicorū numero

Non ponitur. Poſt vb. Lat. par. 47. c. 10. † al. cõceſ.

AD aures noſtras E. clerico inſinuante peruenit, quod G. presbyter in eccleſia beatæ Mariæ ante portam de Glodeſtria monachorum perpetuam vicariam optinuit, qui cum ceſsiſſet † in fata, Abbas, & monachi illius loci diuino intuitu præſcriptam ei eccleſiam conceſſerunt. Cum autem per præfatũ Abbatem, & capitulũ ad eam vicariam præfatus E. diœceſano Epiſcopo fuiſſet repræſentatus; quidam Conſtantius nomine inſtitutionem eius quarũdam litterarum intuitu continentiũ, quod idem Abbas ei eccleſiam, quæ primo vacaret, conceſſerat, impediuit. Inde eſt, quod dis. v. per A. s. m. qua. ſi pręfatus I. † a vobis ſuper hoc requiſitus, aliam cauſam rationabilem non prætenderit, † niſi cõceſsionem eccleſiæ, quę primo ita vacaret, pro eius contradictione, vel appellatione nullatenus omittatis, quin auctoritate noſtra diœceſano Epiſcopo mandetis, vt ad repræſentationem prædicti Abbatis, & monachorũ, ſupraſcriptum E. ad vicariam præſcriptam recipiat, & ei curam animarum cõmittat, ſicut moris, & iuris eſt, ſi aliud nõ eſt, quod eius inſtitutionem debeat impedire.

† al. C. † al. pręmandat.

Clemens iij. *Cap. 3.*

Non põnitur.

EA noſcitur &c. & infra. Ex tua ſiquidẽ nobis eſt parte propoſitum, quod dubiũ tibi exiſtat, vtrum illorum ſit appellationibus deferendum, qui occaſione promiſsionis ſibi factæ ſuper eccleſijs non vacantibus, cum eis prætermiſsis vacantes poſtmodum eccleſias intelligunt alijs conferendas; in vocem appellationis erumpũt. Super quo. f. t. duximus reſpondendum; quod cum promiſsiones huiuſmodi in concilio Lateranẽ. ſint prohibitæ, niſi ſe. Ap. auctoritas interuenerit, vel aliud quid rationabile obuiauerit, pro huiuſmodi appellationibus non debet vacantium eccleſiarum inſtitutio prorogari, vel aliquatenus impediri.

Clemens iij. Remenſi Archiepiſcopo. *Cap. 4.*

Non ponitur.

INSINVAVIT nobis dilectus filius noſter C. nepos, & acolytus noſter, quod cũ Lolim Abbas ſancti Vedaſti Atrebatẽ. cõceſsiſſet ei in præſentia plurũ eccleſiam primo vacantem, voluntate poſtmodum commutata cuidã alij eccleſiam de Louegenes, † quæ primo vacauit, cuidam alij, ipſo C. ignorante contulit, & conceſsit. verum cum poſt obitum ipſius Abbatis hoc ad eiuſdem C. notitiam peruenisset, & ſuam depoſuiſſet in pręſentia tua querellam; tu ſucceſſori eiuſdem Abbatis ſcribere curauiſti, vt ita cum prædicto C. de eccleſia illa, & beneficio, ei a prędeceſſore ſuo collato componeret; quod nos ex inde ſibi placabiles redderet potius, quam offenſos: dilectus quoq. filius noſter M. tituli ſanctorum Ioannis & Pauli presbyter Card. quondam Ap. ſe. Le. ſuper hoc ipſo venẽ. f. n. Siluanẽ. Epiſcopo ſua ſcripta direxit, iniungẽs eidẽ Abbati; vt ita ſupradicto C. ſatisfacere in prædictis, & reſpondere curaret; quod ob hanc cauſam querella non deberet ad ſe. Ap. iterum deſtinari. Abbas vero non ſolum memoratum Cardinalem audire contempſit, verum etiam litteras noſtras, hac de cauſa ſibi tranſmiſſas, nedum exaudire, ſed etiam nec voluit receptare. Vnde quoniam idem C. tu per tanto contemptu, & detentione quorundam denariorum, quos ei debebat, Abbatem ipſum ad noſtram audientiam appellauit, & ipſe non curauit proſequi appellationẽ, nec pro ſe dirigere reſponſalem. f. t. per A. s. m. & firmiter præcipimus, qua. prænominatũ Abbatem, & capitulum attente moneas, & inducas, vt in redditibus ęquiualentibus eccleſiæ cum eiuſdem perſonatu, quæ ipſi C. promiſſa, & poſtmodum fuit alij aſsignata, omni occaſione, & appellatione re. ſatagat prouidere; alioquin tu auctoritate noſtra ſuffultus, præceptum noſtrum ſine † dilatione, & ap. poſtpoſita exequaris, illos eccleſiaſtica cenſura percellens, quicumq. his duxerint temere reſiſtendum.

† al. deeſt ſine

DE IIS, QVAE FIVNT A PRAElatis ſine conſenſu capituli. Tit. viij.

Celeſtinus iij. *Cap. vn.*

De iis, quæ fiũt a prel. c. 8.

EA noſcitur &c. & infra. Ex tua ſiquidem nobis eſt parte propoſitum, quod cum † in prouincia tua ſæpe contingit, vt ad eccleſias, in quibus collegia ius repręſentandi noſcuntur habere, eorum Abbates, aut per ſe, aut per litteras ſuas, perſonas idoneas diœceſanis Epiſcopis repræſentent; quibus repręſentatis poſtmodum, & receptis, aliquando ante inſtitutionẽ, aliquãdo poſtea cõtradicũt monachi, ſeu alterius ordinis collegia, & reclamãt. Super quib. aperto quęris certificari reſpõſo, vtrũ inſtitutio iã facta, vel adhuc

† al. deeſt cum

locationes in ſua contigerit ſtabilitate perſiſtere; inde grauis eidem eccleſiæ poſsit incõmoditas peruenire.

DE EMPTIONE, ET VENDItione. Tit. xj.

Alexander iij. *Cap. 1.*

Non ponitur. † al. O.

CONSTITVTVS in præſentia noſtra G.† clericus multimoda nobis conqueſtione monſtrauit; quod cum dimidias vnius anni decimas,& oblationes eccleſiæ de Bleſebia † de † perſona ipſius emiſſet W. † Truſeboth patronus iã dictæ eccleſiæ, ei prædictas decimas, & oblationes abſtulit, & ipſam eccleſiam G. fratri ſuo ſubtraxit,& cuidam G. eidem † capellano Regis conceſſit, qui eam in manibus canonicorũ de Tuſcetoñ.† commiſit. Vnde licet non videatur honeſtũ,decimas,& oblationes vendere; quia tamen non prohibitum eſt, nec illicitum: redditus decimarum, & oblationum, quæ vno anno proueniunt,emere: per A. s. m. qua. ſi res ita ſe habet, detentores ipſarum decimarum,& oblationum commoneatis,& auctoritate noſtra contradictione,& ap. ceſ. eccleſiaſtica diſtrictione cogatis, vt G. clerico decimas ipſas,& oblationes poſtpoſita occaſione reſtituant,& de illatis iniurijs condignam ſatisfactionem exhibeant.

† al. Bleſebea † al. a † al. V. † al. Tud. al. quondã † al. Corteuen.

Celeſtinus iij. *Cap. 2.*

De emp. & vend. c. 4.

PERVENIT ad nos ex inſinuatione tua,quod olim Petrus miles A. vxori ſuæ quandam domum in donatione propter nuptias aſsignatã muliere ipſa expreſſum dante conſenſum B. mulieri pro certa vendidit pecuniæ quantitate, quam ex eadem venditione B. matrimonio ſupradicto conſtante xxx. annis libere, pacificeq. poſſedit; ſed præmominato milite iter vniuerſæ carnis ingreſſo relicta † eius contra venditionem de ſuo conſenſu ſollemniter celebratam venire præſumit, allegans dictam domum titulo donationis propter nuptias ſibi conceſſam alienari non poſſe,licet eius conſenſus noſcatur ipſi contractui acceſsiſſe. præfata vero B. mulier ex eo nititur ſe tueri,quod bona fide,tituloq. iuſto poſſedit; & quia in communes vſus viri, & vxoris illius pretium eſt conuerſum; & quia etiam factæ venditionis tempore, vnde ſibi vtiliter conſulere potuiſſet,in viri facultatib. conſiſtebat. Vnde quia ſuper his nos conſulere curaſti tuæ ſollicitudini † reſpondemus; prædictam emptricem,ſi vera ſunt,quæ præmiſimus, domum ipſam debere pacifice poſſidere, nec enim credimus, illam præſcriptis occaſionibus ſuper ipſa domo poſſe vlterius fatigari.

† al. vxor † al. cõſultationi

DE LOCATIONE ET CONductione. Tit. xij.

Clemens iij. *Cap. vn.*

De loc. & cond. c. 1.

EX reſcripto litterarum piæ recordationis P. quondam Tuſculañ. Epiſcopi nobis innotuit, quod cum ciuitatem † Boñ. tempore ſuæ legationis intraſſet,inuenit fuiſſe ibi a bo. me. W. † quondam Portueñ. Epiſcopo conſtitutum, & ſub excommunicatione prohibitũm, ne aliqui ſcholares hoſpitia maioris mercedis promiſſione cõducerent; vt ea ſibi, vel maioris gloriæ ſtudio quaſi potentiores in expenſis apparere volentes, vel priuatæ vtilitatis commodo vindicarent. Vnde ipſe ſollicita prouiſione conſiderans,quod huiuſmodi conductionis improbitas, & diſcordiæ fomitem,& impedimenta non modica pareret ſtudiorum: prędictam conſtitutionem legatione,qua fungebatur ſedis Ap. confirmauit perpetuis temporibus, ſub pœna decernens anathematis obſeruandam. * vt nullus magiſtrorum, ſiue ſcholarium ſuper conducendis aliorum hoſpitijs in læſionem,vel pręiudicium habitantium, audeat hoſpitem cõuenire, niſi prius conſtiterit tempus conductionis elapſum, vel inquilini in hoc ſuum præſtiterint fauorem, & conſenſum. Quocirca nos, qui deteſtabiles verſutias bonæ fidei contractibus inimicas, non ſolum in clericis,ſed etiam in quibuſlibet mercatorib. cõdemnamus, prædictam cõſtitutionem a pręfato Portueñ. Epiſcopo factam, & demum a iam dicto Epiſcopo Tuſculano confirmatã, ratã eſſe decernimus,& eam auctoritate Ap. confirmamus, ſtatuentes, vt a te frater Epiſcope,& tuo quolibet ſucceſſore ſingulis annis in cõmuni audiẽtia magiſtrorũ,atq. ſcholarium præſens pagina recitetur, & pętaxata prauæ conductionis improbitas,innouata excõmunicationis ſentẽtia reprimatur. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam noſtræ confirmationis infringere.&c.

† al. in ciuitate † al. V. * al. add videlicet

DE RER. PERMVTATIONE. t. xiij.

Vrbanus iij. *Cap. 1.*

De rer. perm. c. 5.

QVAESITVM eſt ex parte tua: ſi cõmutationes fieri valeãt præbendarũ, cũ cõmutatio dignitatũ in Turoneñ. fuerit cõcilio interdicta. Sunt.n. quidã, qui prębẽdę ſuæ cedunt, & iuri renuntiant, vt maiorem

prębendã optineant, vel ex hoc certam ſummam pecuniæ conſequantur: quod quidem eſt honeſtati cõtrarium, & ſimoniacam proculdubio continet prauitatem. Generaliter itaq. teneas, quod commutationes præbendarum de iure fieri non poſſunt, præſertim pactione præmiſſa, quæ circa ſpiritualia, vel annexa ſpiritualibus labem ſemper continet ſimoniæ. Si autem Epiſcopus cauſam inſpexerit neceſſariam, licite poterit de vno loco ad † alium transferre perſonas, vt quæ (in vno † loco minus vtiles ſunt, alibi ſe valeant vtilius exercere.

† al. in † al. † vni.

Clemens iij. *Cap. 2.*

c.c.c.

AD quæſtiones ſoluendas &c. & infra. Intelleximus itaq. ex litteris tuis, quod duæ conuentuales eccleſiæ ſunt in tua diœceſi cõſtitutæ, quarũ vtraq. parochialem eccleſiam habet, cum poſſeſsionibus magis alteri, quam ſibi vicinam; illis autem eas deſiderantibus permutare, cum illarum altera reſpectu meliorum prouentuum plus in poſſeſsionib. habundet: ſuæ eccleſiæ ſibi poſtulat adici certã ſummam pecuniæ numeratæ; vt ſic ad æqualitatem permutationis valeant † peruenire, vtrum poſsit id licite fieri, cœpit ab aliquib. dubitari. Quam ob cauſam ſedem Ap. conſuluiſti. Licet itaq. tuæ diſcretionis induſtriã ignorare minime putemus, quid ſuper eodẽ articulo ſit agendum; nihilominus tuæ diligentiæ † reſpondemus, quod cum de iam dictis parochialibus eccleſijs per ſe queat † cõmutatio celebrari, & in permutatione † poſſeſsionum, per ſe nõ ſit inhibitum, ſi † altera poſſeſsionum alteri præponderet, pecuniam poſſe refundi; de ipſarũ quoq. poſſeſsionib. adinuicẽ, prout viſum fuerit expedire, refuſa certæ pecuniæ quantitate, poterit contractus permutationis iniri, ſic tamen, quod contractus nequaquam ſibi inuicem miſceantur. †

† valeat. † al. indulgentiæ. al. indiligentia. † al. nequeat. † al. permutationib. † al. vt. al. vbi. † al. ad miſc.

DE TESTAMENTIS. Tit. xiiij.

Alexander iij. *Cap. 1.*

AD audientiam Apoſtolatus noſtri peruenit, quod cum † V. de Cedoñ. A. R. G. clericis fructus reddituũ ſuorum de primo anno poſt obitum eius, quos in eccleſia de Laced. habuit, ſicut inſtitutio, & conſuetudo tam illius, quam aliarum parochialiũ † eccleſiarum Anglicarum continet; vt ſcilicet poſt obitum canonici † proximi ſequentis anni redditus decedens poſsit attribuere, † in teſtamẽto reliquit. Quia quidẽ hæc, & alia, quæ in teſtamento ipſius cõtinebantur, dioceſanus Epiſcopus ante obitũ ipſius, & poſt rata habuit: f.t. per A.s.m. qua. ſi res ita ſe habeat, detentorem reddituum conſtanter admoneas, & ap. ceſ. diſtrictione eccleſiaſtica cõpellas; vt prędictis clericis fructus † reddituũ ſecundum diſpoſitionem defuncti non differat aſsignare.

Non ponatur. † al. deest cũ. † al. pluriũ. † al. canonicus. † al. distribuere. † al. fructum

Alexander iij. electo, & capitulo Caſſañ. Cap. 2.

De teſtamen. c.a.

RELATVM eſt auribus noſtris, quod quia ſtatuimus in concilio Laterañ. vt bona per eccleſiam acquiſita ad eam in clericorũ obitu deuoluãtur; dubitatis, an hoc ſit de immobilibus tantum, vel de mobilibus ſentiendũ. reſponſo quoq. noſtro quæritis edoceri, ſi præſcripta bona in vſus Epiſcopi, vel eius, qui clerico decedenti ſucceſſerit, de iure tranſeant, vel communi eccleſiæ vtilitati debeant applicari. His itaq. breuiter reſpondemus: quod generaliter bona quælibet per eccleſiã acquiſita ei debeãt poſt acquirentis obitum remanere. Nomine autem eccleſiæ nõ ſolũ † Epiſcopus intelligitur, vel ſucceſſor clerici morientis, vbi eſt collegium clericorum, ſed communis congregatio, quæ rerum illarum debet † canonicam diſtributionem, aut curã habere. Vbi autem in loco decedẽtis tantum vnus eſt ordinandus, is ea bona, ſicut & alia ipſius eccleſiæ in timore domini diſpenſet. Licet autem mobilia per eccleſiam acquiſita vt diximus, de iure in alios prodecedentis arbitrio transferri non poſsint, † cõſuetudinis eſt tamen non improbandę, vt de his pauperibus, religioſis locis, & illis, qui viuenti ſeruierunt, † ſiue conſanguinei fuerint, ſiue alij, iuxta ſeruitij meritum conferatur. Ceterum quæ hereditate, vel artificio, aut doctrina proueniunt, pro decedentis arbitrio diuidantur. Quia vero nonnulli in diuerſis eccleſijs beneficia poſsident, ita diſtinguimus, vt quæ habuerint, per æſtimationem cõgruam diuidantur.

† al. deeſt ſolũ. † al. deberet. † al. poſſunt. † al. ſeruirãt

DE SEPVLTVRIS. Tit. xv.

Alexander iij. *Cap. 1.*

De ſepult. c. 5.

EX parte canonicorum Eburgenſis eccleſiæ nobis eſt intimatum, quod Prior de Inſula quendam parochianum eorum poſt appellationem ad nos factam in eccleſia ſua ſepeliuit. Vnde quoniam hoc eccleſiaſticæ diſciplinę † contrarium eſſe dinoſcitur, & a rationis tramite penitus alienum, vt quis falcem mittat in alienam meſſem: f.t. per A. ſ. m. vt † præfatum Priorem moneas, & diſtricte compellas, quatenus memoratis canonicis

† inſtitutioni. † al. quatenus

nicis prædicti parochiani ſui corpus reſtituat,& exinde pacifice, & amicabiliter cũ illis conueniat, aut in pręſentia noſtra ſe non differat exhibere.

Alexander iij. F. Decano, & magiſtro M. Remen. *Cap. 2.*

c. 6. e.

CVM liberum ſit de vniuerſis conſtitutionibus ſanctorum patrum apud religioſa loca in vltima voluntate ſibi ſepulturam eligere, canonicæ proculdubio obuiat rationi, qui deuotioni extremæ voluntatis decedentium in hac parte contradicere pręſumit. Peruenit ad audientiam noſtrã ex conqueſtione Abbatis,& fratrũ ſancti Martini Londeñ. † quod cum presbyter quidam corpus cuiuſdam mulieris, prout in vltima voluntate ſua diſpoſuit, ad eccleſiam ſancti Martini ſepeliendum deferret; monachi Sancti Vincentij Lugdoneñ. † corpus ipſius violenter repere, & ad eccleſiam ſuam ſepelire minime dubitarunt. & hoc idem de filio Randulfi Canis præſumpſerunt. ſuper quo vtiq. vehementi ſumus admiratione commoti; cum idem monachi, & ſanctorum patrum inſtitutionibus cõtrairent,& priuilegia prędeceſſorũ noſtrorũ,& noſtra, quę prędicti fratres de libera ſe habere ſepultura proponũt, ſatagũt † violare. inde eſt, quod f. t. † p A. ſ. m. qua. vtraq. parte apud † vos cõuocata rei veritatem ſuper hoc inquiratis, † & ſi ita inueneritis † eſſe, præfatos monachos monere curetis,& auctoritate noſtra diſtricte compellere; vt omnia præfatę mulieris,& filij prædicti R.& beneficia, quæ occaſione ſepulturę ipſorum recepiſſe noſcũtur; memoratis fratribus cum integritate reſtituant; & de cetero facere ſimilia non præſumant.

† al. Lõdoñ. † al. Lõdon: al. Lundon. † al. ſatagerũt al. ſatagerint † al. veſtra † al. ante † al. inquiratis † inueneritis

Clemens. iij. *Cap. 3.*

c. y. e.

CERTIFICARI voluiſti a nobis, quomodo illa clauſula, quæ in priuilegijs noſtris apponi de ſalua iuſtitia ſolet illarum eccleſiarum, a quibus mortuorum corpora aſſumuntur, intelligi debeat, † & exponi. Cum autem ſuper hoc articulo diuerſa anteceſſorum noſtrorum manauerint inſtituta, Leone iuſtitiam illam aliquando tertiam partem, quandoq. vero mediam partem, & Vrbano iij. quartam fore † cenſente; nos tale præbemus in hac varietate reſponſum, vt ſicut Hieronymus inquit vnaquæq. prouincia in ſuo ſenſu habundet, ſecundum rationabilem conſuetudinem regionis, illa iuſtitia circa medietatem, vel tertiam, aut quartam partem pro locorum diuerſitatibus attendatur.

† al. debet † al. forte

DE PAROCHIIS, ET ALIENIS parochianis. Tit. xvj.

Clemens iij. † *Cap. vn.*

† al. Caleſt. iij. De paroch. c vlt.

SIGNIFICAVIT nobis venerabilis frater noſter Anconitañ. Epiſcopus, quod cum poſt recuperationem ciuitatis Ancoñ. ad habitandum in ea ſe quamplurimi contuliſſent, quia ante generalem occupationem terræ ſanctæ, & in alijs ciuitatibus Regni Hieroſolymitani elegerant manſionem, & in ea reſidentiam fecerint aliquantam, & adhuc etiam reſidebant † in eadem; prælati prædictarum ciuitatum, eos ad ſoluenda ſibi eccleſiaſtica iura compellant. † Quia vero transgredi non debemus terminos a patribus conſtitutos, aut falcem in meſſem mittere alięnam: f. v. m. qua. prædictorum locorum prælatos, vt ſibi nullam in prędictos Anconeñ. † habitatores iuriſdictionem vſurpent; nec ab eis temporalia exigant, quibus ſpiritualia nó miniſtrant; diſtrictione, qua conuenit, compellatis, ita tamen, quod ſi de agris in eorum parochia † cõſtitutis fructus perceperint, † & in vltra marinis partibus ratione prædiorum decimæ perſoluuntur, deinceps eis ipſas decimas cum integritate perſoluant: dicto vero Ancon. tamquam diœceſano ſuo de ceteris reſpondere cogantur.

† al. reſident al. reſideant † al. cõpellunt † al. Acoñ. † al parochijs † al percipiũt

DE DECIMIS. Tit. xvij.

Hieronymus ſuper Ezechielem. *Cap. 1.*

De dec. c. v.

DECIMAM partem omnium frugum Leuiticę tribui populus ex lege debebat, rurſus ex ipſis decimis Leuitæ, hoc eſt inferiorũ miniſtrorum gradus decimas dabant ſacerdotibus. Erant quoq. & aliæ decimæ, quas vnus quiſq. de populo Iſrael in ſuis horreis ſeparabat, vt comederet eas, cum iret in templum in vrbem Hieruſalem, & in veſtibulo templi ſacerdotes, & Leuitas inuitaret ad conuiuium. Erant autem & aliæ decimæ, quas pauperibus recõdebant. † At vero primitiua, quę de frugibus afferebant, † non erant ſpeciali nomine diffinita, ſed offerentium † arbitrio derelicta, traditionemq. † accepimus Hebræorum, non lege præceptam, ſed arbitrio magiſtrorum inolitam, quod qui plurimum, quadrageſimam partem dabant ſacerdotibus; qui minimum, ſexageſimam; & intra quadrageſimam, & ſexageſimam licebat offerri, quodcũq. voluiſſent. Quod igitur

al. redebant † al. offerebant al. auferebant † al. afferen. † quoq.

in Pentateucho dubium derelictum eſt, hic ſpecialiter diminuitur propter ſacerdotum auaritiamq; ne amplius a populo exigant in primitijs offerendis. i. vt ſexageſima pars offeratur eorum, quæ gignuntur e terra. ſi enim chorus, qui Hebraice appellatur † Gomor, & a ſeptuaginta dicitur Gomor, xxx. habet modios, tam in aridis ſpeciebus quã etiã in liquentibus Cophi † quoque, & batus decima pars eſt chori, præcipitur quoq. vt ſexta pars tam chori, quam cophi, quã bati detur ſacerdotib. in primitijs offerendis, quæ de tribus modijs dimidium facit modium, perſpicue ſupputatur, quam ſexageſimam partem primitiarum ſacerdotes accipere deberent. † hæc interim iuxta litteram, & Hebraicam veritatem, & ſenſiſſe ſufficiat, & audiſſe.

Alexander iij. *Cap.* 2.

QVAMVIS graue ſit nimis, & diuini dignum animaduerſione iudicij habeatur, quod laici quidam, quod ſacerdotum eſt, in eccleſiaſticis rebus vſurpãt; maiorem tamen incurrunt † formidinem, & dolorem, quod fomitem ſui erroris dicuntur in ipſo clero aliquotiens inuenire. dum quidam coepiſcorũ noſtrorum, aliorumq. prælatorum eccleſiæ, decimas, & eccleſias ipſas diſponere eis indulgent, & eos in deuia mortis impellunt; qui prædicatione eorum ad vitæ viam fuerant reuocandi. de quibus dicit dominus per prophetam: Populi mei peccata comedunt, & ad iniquitatem prouocant. Vnde ſtatuimus; vt ſi quis alicui laico in ſæculo remanenti eccleſiam, decimam, oblationem † ve conceſſerit, a ſtatu ſuo, ſicut arbor, quæ inutiliter terram occupat, ſuccidatur, & donec emendet, doloris ruinæ ſuæ iaceat proſtratus.

Alexander iij. Maſſilien. Epiſcopo. *Cap.* 3.

CVM ſint homines in parochia vnius eccleſiæ, ſicut aſſeris, qui terras in alia parochia alterius excolunt; tua diſcretio nos conſuluit, cui eccleſiæ de terris illis decimas ſoluere debeant; an ei, in cuius parochia ſunt cõſtituti, an illi, in qua diuina audiunt, & eccleſiaſtica alia percipiunt † ſacramenta. Sane cũ huiuſmodi quæſtio temporibus prædeceſſorum noſtrorum ſæpius mota fuerit, nec ab aliquo terminata, alijs intuitu territorij, alijs perſonarum obtentu aſſerentib. debere perſolui; non eſt nobis facile certum ſuper hoc dare reſpõſum; cum auctoritates ſanctorum patrum etiam ſint diuerſæ; & ideo in huiuſmodi dubitatione ad conſuetudinem duximus † recurrendum, & attendẽdum; etiam ſi illæ eccleſiæ in vno ſint, vel in diuerſis Epiſcopatib. conſtitutæ. quia difficile nimis videtur, vt vna eccleſia in Epiſcopatu alterius recipiat decimas, cum ex hoc Epiſcopatuũ fines confundi non immerito viderentur. †

Caleſtinus iij. *Cap.* 4.

NON eſt in poteſtate hominum, cum plantant arbores, vel aliqua terræ ſemina mãdant, quid eis ſatio ſit, vel plãtatio reddditura; cum iuxta verbum Apoſtoli ad litteram exponendum, neq. qui plantat, aliquid plene facit, neq. qui rigat, ſed Deus, qui tribuit incrementum. Audiuimus autem, quod quidam veſtrum de vineis, oliuetis, cannamellis, & frugibus non niſi primo deductis expenſis ſeminum, & laboris, vel agriculturæ, decimas curant eccleſijs exhibere. Reuera ſicut ſancti patres in ſuis tradiderunt ſcripturis, de vino, grano, fructibus arborum, pecoribus, hortis, & negotio, † & de ipſa etiam militia, & de venatione, & de omnibus bonis, decimæ ſunt † miniſtris eccleſiæ tribuendæ, ita etiam, vt qui his ſoluere neglexerint, eccleſiaſtica debeant diſtrictione percelli. Præterea, ſi quis decimas Deo non dederit, quę ſunt tributa egentium animarum, & ex debito requiruntur; ad decimã partem, vt docet Auguſtinus, reuocari meretur. Volumus igitur, & diſtricte præcipimus; quatenus † antequam deducatis de cunctis veſtris bonis collectis expenſas, ſaluis priuilegijs Romanæ eccleſiæ, decimas eccleſijs, ad quas pertinent, cum integritate debita perſoluatis.

Caleſtinus iij. *Cap.* 5.

EX parte dilectorum filiorum noſtrorũ canonicorum eccleſię tuę nobis eſt querella propoſita; quod quidam agricultores, cum ſimul vel diuerſis anni temporibus in eodem agro, vel horto diuerſa ſemina ſparſerint, † non niſi de vnius illorum ſeminum fructib. decimas illis † perſoluunt; qui etiam decimas de agrorum prouentibus non curant exſoluere, niſi quibuſdam deductis expenſis, quas faciunt pro illis ad horreum, vel ad aream deportandis. Quia igitur per hoc canonicis ipſis, & eccleſiæ Dei non modica irrogatur iniuria, cum Leuitis abſq. expenſis decimas ſit iniunctum impendi: m. quatenus inquiſita diligentius veritate, ſi rem taliter noueris ſe habere; agricultores illos, vt de omnibus prædiorũ † fructibus, nullis ſubtractis expenſis, ſed integras potius decimas, & abſq. deminutione perſoluant, per cenſuram eccleſiaſticam omni oc. † & ap. ceſ. cõpellas, & auctoritate noſtra diſtri-

diſtricte inhibeas, ne talia de cetero aliqua cupiditate, ſeu præſumptione attemptent.

Celeſtinus iij. *Cap. 6.*

Non ponitur.

PERVENIT ad audientiam noſtrã ex conqueſtione B. Dolenſis Archidiaconi rectoris eccleſiæ de N. quod cũ eccleſia ipſa de frugibus quarundam terrarum, quæ infra fines parochiæ ſuæ poſitæ aſſeruntur, decimas (perſoluere conſueuerint, † nunc ad pratorum opus remanentibus eiſdem incultis decimæ de feno, quod ab eis colligitur, eidem eccleſiæ contra iuſtitiam ſubtrahuntur. Volentes igitur indemnitati eiuſdem eccleſiæ, circumſpectione, qua cõuenit, prouidere d. v. p A. s. m. qua. eccleſiæ, de qua præmiſimus, feni decimas, quod de terra prouenit, a memoratis earum † dominis, per eccleſiaſticam diſtrictionem exſolui ſub. ap. ob. compellatis.

† *al. percipere cõſueuerit.* † *eorũ*

Celeſtinus iij. *Cap. 7.*

EX tranſmiſſa querella B. de Leũ. † Archidiaconi rectoris eccleſiæ de N. intelleximus; quod cum miles quidam molendinum quoddam ad ventum in terra quadam infra fines parochiæ ſuæ, de cuius terræ prouentibus decimas ſolebat eccleſia percipere memorata, conſtruxit, de ipſius molendini obuentionibus decimas ei exſoluere contradicens, & in ſalutis ſuæ periculum detinere nõ ueretur. Quia igitur fidelis homo de omnib. quæ licite poteſt acquirere ſine deminutione decimas erogare tenetur: diſ. v. p A. s. m. qua. prędictum militem ad ſolutionem decimarũ de obuentionibus, quæ de prędicto molendino ſibi proueniunt, ſine deminutione aliqua per cenſuram eccleſiaſticam ſub. ap. obſ. conpellatis.

c. 23. q. 4. † *al. Dolen. al. De leo.*

Clemens iij. *Cap. 8.*

Non ponitur.

AD audientiam noſtram te ſignificante peruenit; quod cum † Iudæi cupiditate maxima, & damnabili parochiam ſancti Laudi pro parte magna occupauerunt, & adhuc reſiduum de die in diem occupare contendunt. Quia vero prę́ſcripta ſancti Laudi eccleſia propter hoc magnam ſuorum bonorum iacturam incurrerit † diſ. v. per A. s. p̃. m. quatenus niſi Iudæi, qui in ciuitate Rotomagenſi morantur, ad monitionem † veſtram, & decimas, & omnes prouentus alios, quos de parochianis fidelibus, ſi ibi habitarent, cõſequerentur, prędictę ſancti Laudi eccleſię, & alijs, quarum parochias detinent occupatas, annis ſingulis ſufficienter, ac congrue recompenſare curauerunt; omnes Chriſti † charactere inſignitos, ſiue virilis, ſiue feminei ſexus extiterint, qui Iudæis obſequium exhibere, aut mutuo aliquid ab eis accipere, aut reſtituere iam acceptum, venditiones, aut locationes cum eis contrahere, ſeu quemlibet alium contractũ inire, vel eis, aue dicere, ſeu habere colloquium, niſi de ſua correctione, vel inexperta cõuerſione allicere † vlla præſumptione temptauerint, omni gratia, & timore poſtpoſitis, contradictione, & ap. ceſ. anathematis vinculo aſtringatis, cui etiam volumus ſententiæ ſubiacere, quicumq. illis ad veſtri eluſionem mandati, conſilium ſuum, ſiue auxilium impenderit, aut fauorem.

† *al. deeſt cum.* † *incurrerit* † *al. cõmonitionem* † *al. xpño.* † *al. deeſt allicere.*

DE REGVLARIBVS, ET TRANſeuntibus ad religionem. Tit. xviij.

Ex regiſtro Gregori. *Cap. 1.*

De regul. c. 6.

QVIA in inſulis dura eſt congregatio monachorum, pueros in eiſdem monaſterijs ante xviij. annorũ tempora ſuſcipi prohibemus; vel ſi qui ſunt, eos experientia veſtra † auferat, & in vrbem Romanam trãſmittat: hoc in Palmaria, & in alijs inſulis te per omnia volumus cuſtodire.

† *al. tua*

Alexander iij. Eboracẽ. Archiepiſcopo. Cap. 2.

Non ponitur.

AD audientiam Apoſtolatus noſtri peruenit, quod quidam diaconus G. nomine volens in presbyterum ordinari, Archidiaconũ ſuum adijt, & tunica nepoti Archidiaconi collata, vt eius negotium promoueret, ſic eſt in presbyterum, vt creditur, eius interuentu, & auxilio ordinatus. tempore vero procedente, cum eum cõſcientia ſua ſuper huiuſmodi ordinatione accuſaret, communicato virorũ prudentum conſilio ad religionem fratrum hoſpitalis Hieroſõly. † tranſijt, in qua quidẽ religione, ſicut aſſeris, decennio permanſit, & nunc artioris religionis obtentu ab eorũ cõſortio ſeparari, & in loco deſiderat ſolitario per dignos pęnitentiæ fructus delictorum veniam obtinere, ſecrete ſacerdotale officium exequendi licẽtia miſericorditer obſeruata. † Ceterum cum in priuilegijs hoſpitalis manifeſtius prohibetur, poſt factam in eadem domo profeſſionem diſcedere, etiam artioris religionis obtentu; illius voto aſſenſum nequiuimus impertiri. faciat igitur apud prædictos hoſpitalarios, ſine executione ſacerdotalis officij dignos pænitentiæ fructus ſciens, quod quælibet occulta loca ſine gratia animas ſaluare non poſſunt. Quid enim paradiſo iocũdius? quid cælo ſecurius? & tamen ex paradiſo homo, & angelus de cælo cecidiſſe peccando

† *al. HiLm.* † *al. obſeruata*

cando minime dubitatur.

Clemens iij. *Cap. 3.*

c. 11 e. CVM virum te prudentem in cauſis fore nouerimus, & diſcretum; ſi in quibus dubitas, a nobis conſilium ſollicitudine paſtorali requiris, & tibi de iure canonico, † quod poſſumus, reſpondemus, & prudentiam tuã dignis in domino laudibus commendamus. Curaſti ſiquidem tua nobis inſinuatione proponere; vtrũ ea, quæ infra diſcretionis annos a parentibus monaſterio tradita eſt, & habitũ religionis induens benedictionem accepit, & exiens poſtmodum † cuidam ſe militi copulauit; ex quo etiam prolem ſuſcepit, ad monaſterium redire cogatur; cum illa aſſerat, poſtquam ætatem conſentiendi habuit, † diſſenſiſſe, & benedictionis munus inuitam ſuſcepiſſe commemorat. Super hoc conſultationi tuæ duximus reſpondendum; quod cũ iuxta concilij Toletani cenſuram, monachum aut paterna deuotio, aut propria profeſsio † faciat; quidquid horum fuerit allegatum, † tenebit, reuertendi ad ſeculum aditu † penitus interdicto. non enim videtur illa monaſticæ profeſsionis a ſe poſſe iugum excutere, cum eam non conſtet euidenter contradixiſſe, cũ benedictionem accepit, quam vtiq. non niſi in ætate diſcretionis recipiunt, quę velantur; præſertim ſi † rata habitione ſequenti, etſi eam quandoq. contradixiſſe cõſtiterit, quod ante geſtum eſt, roboratur. Nec obloquitur, quod de ſancti viri prædeceſſoris noſtri Leonis papæ conſtitutione per contrarium ſenſum aſſumitur; vt puellæ, quæ coactæ parentum imperio virginitatis † habitum ſuſceperũt, † ipſum poſſunt ſine prçuaricatione deſerere: cum de ea poſsit intelligi, quæ in ætate nubili noſcitur conſtituta; tunc enim quia liberum arbitrium habet in electione propoſiti, parentum ſequi non cogitur volũtatem.

† al. cõmuni — † al. poſtea — † al. habuerit — † al. cõfeſſio — † al. allegatum — † abitu — † al. cũ — † al. religionis — † ſuſceperunt

Idem. *Cap. 4.*

c. 13. e. PORRECTVM nobis ex parte tua petitorium continebat, quod L. canonicus Acherontinus infirmitate grauatus, votum, vt fieret monachus, ſe aſſeruit emiſiſſe. Vnde metuens, ne voto decederet non completo, iunctus manibus tibi ſe reddidit in monachũ, & fratrem. Alij quoq. in abſentia tua in ſacerdotum manibus monachos ſe fieri deuouẽtes, † ſani facti ad vomitum redierunt, & cũ familiares monaſterij tui antea extitiſſent, quia nõ fuerunt † ad familiaritatem antiquã admiſsi, aduerſarij facti ſunt pro amicis. Vtrũ ergo talium facta diſsimulare valeas, ne fiant deteriores, an conpellendi ſint † ad complenda † promiſſa, per nos poſtulas edoceri. Nos ergo inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus: quod cum monachum faciat non habitus, ſed profeſsio regularis, ex quo a † conuiciten do emittitur, & recipitur ab Abbate, talis vt fiat monachus, & reddat domino, quæ promiſit; erit vtiq. non immerito (vt fiat monachus † compellendus.

† al. volentes — † al. fuerant — † al. ſint — † al. ſeruanda — † al. deeſt — † al. deſunt

Celeſtinus iij. *Cap. 5.*

CVM ſimus † &c. & infra. Sane nuper auribus noſtris eſt relatum, quod cum C. miles lepræ morbo domino permittente eſt reſpersus, ſe cũ filio ſuo diſcretionis annos nullatenus agente ad quoddam monaſteriũ cũ bonis etiam ſuis, quæ a monaſterio ipſo tenuerat, contuliſſet, dictum filium ſuum habitum fecit ſuſcipere monachalem. cumq. ipſi puero diſciplina monaſtica propter aſperitatem regulæ diſpliceret; infra x. hebdomadarum ſpatium a monaſterio, & habitu taliter ſuſcepto reſiliens, † bona patris ab Abbatia illa cœpit cum inſtantia poſtulare. & cum ſuper hoc ad diœceſanum Epiſcopum quęſtio delata fuiſſet, & coram eo aliquandiu diſputatum, † quia pleriq. ſentire rigore canonũ videbantur, ſi conſanguinei dicti pueri poſſent teſtibus comprobare, illum, quando fuit oblatus, infra annos diſcretionis exiſtere, ipſum tali voto nullatenus obligari: dictus Abbas ad Maguntinæ ſedis audientiam appellauit, & quidam de † conſanguineis eiuſdem pueri ad Romanã eccleſiam appellationem, ſicut ex litteris Auguſtini Epiſcopi comperimus, tranſtulerunt. Ideoq. diſcretioni v. ſignificatione præſentium intimamus, quod ſi dictus puer ad annos diſcretionis peruenit, † & habitum retinere noluerit monachalem, ſi ad hoc ipſum induci nequiuerit; non eſt cõpellendus. quia tunc liberum erit ſibi eum dimittere, & bona paterna, quæ ipſi recte ſucceſsione proueniunt † poſtulare.

c. 14. — † al. reſpersus — † al. reſilinit — † al. diſputaſſet — † al. ex — † al. peruenerit

Celeſtinus iij. oblatis vniuerſis monaſterij ſancti Petri de Ferum. † *Cap. 6.*

QVI relictis mundanis illecebris religioſis domibus, in quibus digne valeãt pænitere de commiſsis; aſsidue inpendere obſequium creatori debeant, ſe pia deuotione offerunt, & committunt, viuere non debeant pro ſuæ voluntatis arbitrio, ſed etiam † prælati ſui magiſterio in omnib. obedire. Inde eſt, quod vniuer. veſtræ mandamus, & firmiter præcipimus; quatenus veſtro Abbati debitam reuerentiam, & obedientiam exhibentes, ad man-

† perdũnt — † al. Ferum Non põnitur — † al. ch. al. deeſt

mandatum ipſius monachalem habitum recipere non tardetis; & ipſius ſalubria in omnibus mandata obſeruare. Alioquin, noueritis nos ſententias, quas idem Abbas in contumaces protulerit, & rebelles, ratas habituros, & firmas.

DE CONVERSIONE CONIVGATORUM. Tit. xix.

Vrbanus iij. Priori ſanctæ crucis. *Cap. 1.*

De conuer. coniug. c. 9.

EX parte dilecti filij Abbatis ſancti Petri de Romandin ad audientiam noſtram peruenit, quod cum D. de Ter. † in infirmitate poſitus cõſentiente vxore ipſius, votum vouens caſtitatis monachalem habitum ſuſcepiſſet, poſtmodum ab infirmitatis ipſius liberatus anguſtia; & prædictam vxorem ſuam retinuit, & aliam, ea defuncta ſibi temere copulauit. Quia vero licet prædictus D. vxore ſua remanente in ſæculo, de iure ad religionem nequiuerit † proficiſci, ea tamen ſublata de medio votum quidem factum ſine ſalutis ſuæ periculo nequaquam potuit violare: m. qua ſi verum eſt, quod aſſeritur, prædictum D. per excommunicationem compellas; vt eam mulierem ſine dilatione dimittat, & ad ſuum monaſterium reuertatur; de cetero ſub regulari habitu domino ſeruiturus.

† al. de Deret.
† nequiuit

Celeſtinus iij. *Cap. 2.*

c. 10.

CONSVLVIT nos G. ſacerdos de ſancta Columba, vtrum vir mercator, negotiationi, & vxori propter Deum renuntians, ad religionis habitum tranſiens, & in eo per annum, & amplius moram faciens, vxore ſua poſtquam ad domum tranſierat regularem, de præſenti vita ſublata ſæcularem habitũ reſumere valeat, quem dimiſit, & aliam ducere † in vxorem; vel ſi ductam ei liceat retinere. Cui conſultationi taliter duximus reſpondendum; quod prædictus vir, nec habitum poteſt abicere, quem aſſumpſit, nec aliquam ſibi matrimonio copulare. quod ſi contraxerit, matrimonium ipſum decreuimus † dirimendum.

† al. uxo. ducere
† al. de cernimus

Celeſtinus iij. *Cap. 3.*

c. 11.

KARISSIMVS in Chriſto filius noſter R. Rex Illuſtris Sueuorum Apoſtolatui noſtro litteris, & nuntio humiliter nuntiauit, † quod cum eſſet adoleſcens, & dilecta vxor eius iuuencula; mutua fide voto contrahendi legitimi matrimonij ſe aſtringentes, inuicem conſenſum ſuum accedente voluntate parentum, arrarum donatione roborauerunt. poſtmodum vero claræ memorię N. patre ſuo ab inimicis occiſo, cum (per bellorum aduerſitatem † vndiq. premeretur, & habito cum hoſtibus ſuis congreſſu victus, fugatusq. fuiſſet, quia timebat, ne ipſa ſponſa ab inimicis ſuis per violentiam raperetur, & alia ſimilis ei non inueniretur in regno, quam ſibi poſſet matrimonialiter copulare; de ſuorum, & eiuſdem ſponſæ parentum conſilio factum eſt, quod in cõuentu habitum ſanctimonialium monaſticum ſine propoſito perpetualiter retinendi ſuſcepit; & ibidem per aliquot † annos moram fecit, ne quid ab inimicis iniuriæ pateretur. quam cum pace reddita, & obtento de inimicis triumpho ſollemniter duxiſſet, cum grandi exultatione vxorem, & ex ea filios ſuſcepiſſet; vnum eorum de communi conſenſu, & electione principũ Sueuiæ in regnum ſibi inſtituit ſucceſſorem: procedente vero tempore, prędicta vxor grauis infirmitate correpta, cum ſe de hac vita creſderet receſſuram, † timore mortis inducta cõtinentiam vouit. Cumq. Rex ipſe nollet eam contriſtare, † conceſſit ad tempus; nunc autem ſe continere proponit nõ poſſe, & quod licite poſſe fieri arbitratur, ad thorum vxoris ſuę redire cupit, † & ad reprimendas ęmulorum ſuorum detractiones, & obloquia, petijt a nobis dari ſibi in mandatis; vt vxorem ſuam auctoritate noſtra maritali affectione pertractet, non obſtante voto continentiæ incaute ab ipſa emiſſo; & ab eodem Rege ad tempus approbato. Verum quia ſuper his nos ad plenũ non potuimus elicere veritatẽ, f. t. cognitionem horum, & deciſionem canonicam duximus committendam, p A. s. m. vt ſuper his inquiratis diligentius veritatem; & ſi vobis conſtiterit, quod prædicta mulier (primo fuit † inter moniales recepta timore violentię & rapinæ; & propoſitum profitebatur ſe habuiſſe nubendi, cum inter eas moram faceret, præſertim cum poſtmodum in facie eccleſiæ publice Regi nupſerit, & vſq. ad hæc tempora cohabitando † filios ex (ea ſuſcepit, † eam denuntietis pręfato monaſterio non teneri: non enim factum illud contractum matrimonij poteſt dirimere, & ſi forte poſſet matrimonium contrahendum impedire. De alio vero ita † ſollicite diſcretio fraternitatis veſtræ diſcutiat, quod ſi inueneritis eandem graui infirmitate depreſſam continentiam vouiſſe, & virum eius ad tempus præ-

† al. inſinuauit
† bellorũ aduerſitate
† aliquos
† deceſſuram
† al. cõtriſtari
† al. cupiens
† al. fuerit
† al. cohabitãs
† al. eo ſuſceperit
† al. de eſt ita

præbuiſſe conſenſum, maxime ſi non idem vir perçq. continentiam vouerit perpetuam, eandem viro cohabitare faciatis, & inuicem vtrumq. maritali affectione tractare.

Celeſtinus iij. *Cap. 4.*

c. 12. e.

PLACET nobis, & tuam prudentiam commendamus, quod in cauſis dubijs ſedis Apoſtolicæ cõſilium requiris. licet enim prędıtus ſis ſcientia litterarum, ad matrem tuam Rom. eccleſiam idcirco deuote recurris, vt habita, ſuper quo dubitas, reſponſione condigna, quam in ſimilibus ſeruare formam debeas, euidenter agnoſcas. per dil. autem filiũ W. † Decanum Cathalaueñ. † Apoſtolatum noſtrum ſollicitudo tua conſuluit; vtrum mulier, quæ credens mortuum maritum, habitum religionis aſſumpſerit; & eo reuerſo de monaſterio educta fuerit; poſt obitum viri ſit ad obſeruantiam regulæ compellenda. Super quo diſ. t. ſic reſpondemus, quod licet votum eius non tenuerit vſque quaq. eatenus tamen fuit obligatorium, quatenus ſe poterat obligare. promiſit enim intrando monaſterium, ſe non exacturam carnis debitum, quod erat in poteſtate ipſius, redire vero ad ſæculum, in eius poteſtate non erat; ſed in poteſtate mariti; & ideo, quantũ ad ipſam tenuit votum, quod poſt viri obitum tenere non deſijt, cum ad eum caſum redierit, a quo poterat efficax habere principium. Conſultius itaq. dicimus, & ei congruentius ad ſalutem, prædeceſſoris n. felicis memoriæ Alexandri Papæ veſtigia imitantes, vt vanitatib. ſæculi derelictis ad monaſterium redeat, vbi bona ducta intentione profeſsionem fecit, & habitũ religionis accepit. Si vero ad hoc induci non poterit, inuitam ipſam credimus non cogendam.

† al. G.
† al. Catalaueñ.

DE CONVERSIONE INFIDELIUM. Tit. XX.

Clemens iij. *Cap. 1.*

Non ponitur.

INTERROGATVM eſt ex parte veſtra; vtrum Iudæi vel Sarraceni ad fidem Chriſtianam cõuerſi ſuis vxoribus cohabitare valeant, quas in ſecũdo, tertio, & quarto gradu ſibi, dum fuiſſent in infidelitate poſiti, matrimonialiter copularunt; & an ipſis conuerſis liceat relictis coniugibus ad alias nuptias conuolare. Auctoritate tibi præſentium reſpondemus: quod taliter ad fidem Chriſti cõuerſi, quamdiu voluerint vxores eorum remanere cum ipſis; eas ſiue conuerſæ ſint, ſiue non, licentiam habeant, ſi voluerint, retinẽdi, non tamen ſunt cogendi ad hoc. Ceterum ipſis viuentibus, & volentibus remanere, cum alijs contrahere non debent; † quod ſi in odiũ Chriſtianę fidei receſſerint, cum teſte Gregorio, cõtumelia creatoris circa eũ, qui relinquitur, ius matrimonij ſoluat, alias in matrimonium ducere non prohibẽtur, nec refert, vtrũ in ſecundo, vel tertio gradu, dum fuiſſent a fide alieni contraxerint, † cum fuiſſet in veteri * tantum * lege prohibitum, ne ſororum ſuarum turpitudinem reuelarent.

† al. debent
† al. contraxerunt

Celeſtinus iij. *Cap. 2.*

De conuer. infi. c. 1.

LAVDABILEM &c. & infra. Ceterũ quod interrogaſti de Sarracenis, qui dũ in captiuitate eſſent, quarundam Chriſtianarum viros eorũ † inſidijs, & machinationib. occiderunt; vtrum quia poſtea per ipſas ad fidem Chriſtianam conuerſi ſunt; eaſdem de iure accipere poſſunt in vxores; vel ſi duxerint, ipſum cõiugium teneat. Hic Triburieñ. cõcilij regula cõtenti ſumus aſſerentes; quod ſi in mortem ipſorũ virorũ malitioſe fuerint machinatę, licet earũ ſtudio ad eccleſiaſticam fidem acceſſerint: tamen nec eis adhęrere debent, nec ſunt, ſi adhęſerint, tolerãdi. nõ enim hic diſpenſatio ſine periculo poſſet admitti, cum tantum † damnum tali lucro eccleſia cõpenſare non velit. Ad hęc † Sarraceni quidã, qui in bello ſunt Chriſtianos interfeciſſe notati, & Chriſtiani ſimiliter Sarracenos, poſtea vero Sarraceni ad catholicam fidem a gentilitatis errore conuerſi; vxores eorum, quos certamine bellico (neci tradiderant; † ſibi matrimonialiter copularunt; id ipſum & Chriſtiani de Sarracenis mulieribus conuerſis ad fidem feciſſe noſcuntur, quę tamen poſtquã de priorum virorum morte compererunt †, veritatem, diuortium inſtanter expoſcunt; reſpõdemus quoque in his, quod cum nec Sarraceni, nec Chriſtiani mortem alterutrorum procuraſſe noſcantur, matrimonium huiuſmodi inter prędictas perſonas licite contrahi poteſt, & taliter copulati cuiuſcumq. ſexus exiſtant, diuortium poſt mortem coniugum poſtulare non poſſunt. Idem ſi quidem iuris erit in ſequenti caſu, quem proponere ſtuduiſti; cum S. Chriſtiano viro propter odiũ vxoris Chriſtum negante, & ſibi copulante paganam, & ex ea filios procreante Chriſtiana in obprobrium Ieſu Chriſti relicta eſt, † tamen † aſſenſu Archidiaconi ſui ad ſecũdas nuptias conuolauit, & filios ſuſcepit ex † ipſis, non enim videtur nobis; quod ſi prior maritus redeat ad vnitatem eccleſiaſticam, eadem a ſecundo

† earũ
† al. tanto
† al. Ad hoc
† al. interfecerant
† al. cõperiunt al. compereuerint
† al. de eſt eſt
† al. cũ
† al. ab

eundo debeat recedere, & reſignari priori, maxime cum ab eo viſa fuerit, eccleſiæ iudicio diſceſsiſſe, & teſte Gregorio contumelia creatoris ſoluat ius matrimonij circa eum, qui relinquitur † odio fidei Chriſtianæ. Quod autem mulier poſsit primo viro, qui ad fidem reuerſus eſt, nolente † ad vitam monaſticam remeare, † vel vtrum ille reuerſus ad eam, quam ritu gentili ſibi coniunxit, & quę propter eum ad fidem noſtram cum liberis ſuis eſt conuerſa, mortua prima † poſsit habere vxorem; & an filij ante conuerſionem geniti obtentu nuptiarum, quæ poſt conuerſionem ritu eccleſiaſtico celebratę fuerunt, † & ſimiliter ſi filij illius, quæ cum licentia Archidiaconi ſui marito priore viuente, ſed facto infideli nupſit viro catholico, legitimi ſint † habendi, tã regula, quã doctrina Apoſtoli, qua dicitur, ſi infidelis diſcedit, diſcedat, nõ enim frater, aut ſoror ſubiectus eſt in huiuſmodi ſeruitute, † quam illud decretũ memoratum Gregorij, non eſt peccatum dimiſſo propter Deum, ſi alij † ſe copulauerit; infidelis enim diſcedens, & in Deũ peccat, & in matrim. & nihilominus, quod prędeceſſor nr̃ bo. mem. Alex. iij. ita dixerit. tãta eſt vis matrimonij, vt qui antea ſunt geniti, poſt contractum matrimonium legitimi habeantur. Nos in huiuſmodi dubitare non ſinit, quin in his & liber aditus pateat ad religionem migrare volenti, & ille, qui ad fidem reuertitur, eam, quæ conuerſa eſt ad fidẽ, defuncta prima ſibi licite poſſit copulare; filij etiam in ſupradicto vtroq. caſu legitimi cenſeantur.

DE VOTO, ET VOTI REDEMptione. Tit. xxj.

Alexander iij. magiſtro M. Abbati de Vad. Fordẽſ. *Cap. 1.*

LITTERATVRAM tuã, & prudentiam, iam dudum referente fama cognouimus, & ſaluti tuæ tanto attentius conſulere debemus, & volumus, quanto perſonam tuam conſideratione tuæ honeſtæ cõuerſationis, & vitæ, feruentioris caritatis brachijs amplectimur. Relatum eſt autem auribus noſtris ex parte tua, quod cũ ex quadã minutione (brachij tui minuiſſes, † pauore mortis perterritus hęc verba tecũ protuliſti, nõ diu hic morabor; proponens in animo, quod religionis habitum eſſes aliquãdo ſuſcepturus, ſed propter frequentes infirmitates (in ſuperficie † corporis, quæ plurimum vitę religioſę diſtrictionem impediunt, & quia tranſeuntibus hoſpitalitatem exhibes, & plura ſalutaria impendis; quod cõcepiſti olim in animo, opere nondum impleuiſti, ac per hoc dubitas, ne profracta fide voti indiſtricto debeas examine conueniri. licet autem prudentiam tuã latere non credamus, quid canones in huiuſmodi ſtatuant; tibi tamen conſulenti reſpondemus breuiter, quod ſentimus; præſentium ſignificatione mandantes, quod ſi plus non eſt progreſſum in voto, quam prædiximus, tranſgreſſor iudicari non poteris, & ſi non impleas, quod dixiſti. Monemus autem prudentiam tuam attentius, & hortamur; quatenus id facias, quod tuæ ſaluti amplius cognoueris prouenire; & conditionis tuæ memor exiſtens memoriter teneas, quod Loth dum montis timeret aſcenſum, Segor ciuitatem paruulam petijt, & accepit.

Alexander iij. vniuerſis Abbatibus, Ciſtreñ. † ordinis per Angliam conſtitutis. *Cap. 2.*

SCRIPTVRAE ſacræ teſtimonio declaratur; quod ſpiritualis homo propoſitũ nõ mutat, cum pro ſalute animæ ſuæ aliquid vtilius meditatur. Inde eſt, quod veſtris iuſtis poſtulationibus inclinati, vobis indulſimus, quatenus ſi quis ſepulchrum dominicum, vel alia limina ſanctorum propoſuerit viſitare; & infirmitate, vel alia rationabili cauſa occurrente apud vos religionis habitum aſſumere, atq. Deo ſeruire voluerit; libere eos recipere valeatis; nec rei voti fracti † habeantur aliquatenus, qui temporale obſequium in perpetuam † noſcuntur religionis obſeruantiam commutare.

Alexander iij. Remenſi Archiepiſcopo. *Cap. 3.*

AD audientiam noſtram noueris perueniſſe, quod cum nobilis vir Comes Clarimontis crucem ſumpſiſſet Hieroſolymam † profecturus, eam pro ſua voluntate depoſuit, nõ attendens, quantũ in violatione ipſius voti propriæ ſaluti detrahat, & honori. Verũ quoniam tanto magis quiſque fraudati voti auget iniquitatem, quanto minorem habuit vouendi neceſsitatem: f. t. per A. s. m. qua. ſi verum eſt, quod aſſeritur, præfatum Comitem ad votum ſuum implendum, vel ad commutandum in melius, ſi rationabilis cauſa non impedit, per excommunicationis ſententiam ap. re. compellas. Quanto enim maioris nominis eſt idem Comes, tanto plures exemplo ſuo corrumperet, ſi a voto recedere ſineretur.

Clemens iij. *Cap. 4.*

Marginal notes (left): † al. derel. — † al. volente — † al. cõmeare — † al. priori — † al. fuerint — † ſunt — † al. ſeruitute — † al. alteri — De voto c. 3. — † al. brachium, tuñ minuiſſet — † al. deſunt

Marginal notes (right): † a ſ… c. 4 e. — † al. ſuſcepti — † al. perpetuam — Non ponitur. — † al. Hiſpa…

Non ponitur.

PERPENDIMVS &c. Ceterum de voto, quod ipſum comitem feciſſe proponis, vt ſcilicet ſingulis ſextis ferijs in pane; & aqua ieiunaret, non videtur, quod redemptio ſua ſufficiat de altari conſtruendo; cũ † quãuis voluntarium ſit vouere, ex neceſsitate tamen vota facta illicita† ſunt ſoluenda. Ad vltimum quod de ſubueniendo terræ Hieroſolymitanę promiſit, ipſum ad eundum illuc in propria perſona, ſi fieri poteſt, diligentius exhorteris; vel in voti ſupplementum competentia ſubſidia euntibus Hieroſolymam ſubminiſtret.

† al. quia
† al. licenſe

DE STATV REGVLARIVM. tit. xxij.

Alexander iij. *Cap. I.*

Non ponitur.

SI cum aliquo veſtrum pecunia fuerit inuenta, & in vita ſua non patefecerit, nec ad eccleſiam, nec ad hoſpitale ſepeliatur, ſed extra ciuitatem in campis ponatur.

Alexander iij. vniuerſis Abbatibus, & conuerſis Ciſtrenſis ordinis. *Cap. 2.*

De ſtatu mon. c. 3

RECOLENTES qualiter hæc plãtatio ſancta, hæc vitis fructifera, hæc demq. vinea domini Sabaoth ſub primis ordinis patribus pullulauit; & palmites longe, lateque producens ad mortifera circumquaq. venena pellenda protulit flores, & odores effudit; peruigili cuſtodia cuſtodiatis eorum in omnibus inhærere veſtigijs, per quos co operante domino in deſerto huius mũdi flos huiuſcemodi plantatus eſt honeſtatis. hi enim monaſticæ frugalitatis† contentiſsimi, optimũ ponentes in paupertate principium, totius ſufficientiæ aſſecuti ſunt complementum, eccleſiæ cari, Epiſcopis, & prælatis accepti, atq. in conſpectu Regum, ac principum fama, & merito glorioſi. nunc autem, quod dolentes dicimus, & † ſi non ab omnibus, neq. in omnib. a pleriſq. tamen, & in pluribus ab illa ſancta inſtitutione dicitur declinatum, in tãtum, vt† aliqui ex vobis primæ inſtitutionis obliti penitus, vel ignorantes contra ordinis veſtri regulam villas, molendina, eccleſias, & altaria poſsident, fidelitates, & hominia † ſuſcipiũt, iuſtitiarios, † & tributarios † tenent, & omnẽ ſtudium adhibent, vt termini eorum dilatentur in terris, quorum conuerſatio debet eſſe in cælis. Læditur hinc † ordo penitus, & vitiatur, (nec eſt † mutatio dexteræ excelſi, quin immo potius de dextera trãſeunt in ſiniſtrã; qui cum relicto ſæculo ſub paupertatis habitu Deo militare decreuerunt, in † negotijs denuo ſæcularibus inplicãtur. Inde eſt, quod vobis ab ijs, qui foris ſunt, contentiones; & litigia ſuſcitantur; & Abbatibus in cauſis forenſibus occupatis; plurimum in commiſsis domibus & tepor ordinis, & diſſolutio naſcitur caritatis: maxime quia caritas in paupertate plus proficit, & cupiditatis dedignata cõſortiũ, niſi illa reſtringatur, hæc tepeſcit. Ideo ſanctum, ac venerabile collegium veſtrũ precibus, & monitis, quibus poſſumus, exhortamur; quatenus domus illæ, quæ a prima ſui origine in ordine ipſo ſunt fundatæ, conſtitutis, & ordinatis terminis ſint contentæ; nec velint inordinate ad ea manus extendere, quæ ſine laboribus, & periculis multis, & † demum ſine criminibus, & magna confuſione non poterunt retinere. Si enim relictis originalibus ordinis inſtitutis, ad communia volueritis aliorum monaſteriorum iura diuertere; oportebit, & vos communi iure cenſeri; quia dignum eſt, vt ſi qui ſimilem cum alijs ſuſcipiunt vitam, ſimilem ſentiant in legibus diſciplinam. Ceterum domus illę, quæ ab † alijs inſtitutionibus ad veſtrum ordinem ſe tranſtulerint, † veſtris omnino ſe ſatagant † vſibus conformare. & relictis poſſeſsionibus, vel mutatis, quas inſtitutio veſtra non recipit, ſic ſe in omnibus religioni veſtræ coaptent, vt quemadmodum ſe gaudẽt † in ſocietatem ordinis, identitatemq. habitus, & obſeruantię regularis aſſumptas, † ſic etiam in paucitate ſæcularium rerum ſe lętentur veſtris inſtitutionibus conformatas, † quatenus inde & ſuperno cõditori magis amabiles, & nobis, atq. vniuerſę eccleſię merito debeant fieri cariores. Sane ſi ſuper poſſeſsionib. ipſis in aliquo de monaſterijs veſtris Apoſtolicę ſedis auctoritas diſpenſauit, a nullo veſtrum ſumẽdum eſt inde exemplum; quia temerarium eſt, & indignum aliquem ſibi ſua auctoritate præſumere, quod Romana eccleſia alicui monaſterio, certa ratione inſpecta, ſingularibus voluit indulgere beneficijs.

† al. frugalitatis
† al. quod
† al. quod
† al. dominia
† al. iuſtitiarios
† al. tributarias
† al. hic
† al. ſi eſt hec
† al. de eſt in
† al. de eſt &
† al. de
† al. tranſtulerint
† al. ſatagunt
† al. gaudeant
† aſſumptos
† conformatos

Alexander iij. omnibus Epiſcopis. *Cap. 3.*

Non ponitur.

DILECTOS filios noſtros, & fratres; qui ſunt in ordine Ciſtreñ. † attentioni veſtrę propenſius commendantes, vobis per A. s. m. qua. eos contra antiquam conſuetudinem, & libertatem ordinis fratribus a Romana eccleſia indultã, ad ſynodum, & ad concilium non cogatis venire, ſed ipſos † iuxta cõſuetudinẽ ſui ordinis, permittatis in arce contemplationis libere domino famulari, ita quod caritas, & affectio veſtra debeat exinde in domino merito commendari.

† al. Ciſtercię.
† al. ces.

Alex-

Alexander iij. Cap. 4.

Non ponitur. † al. Ciſterciẽ. † al. ſimus † al. veritatis † al. cogeretis

QVANTO nos fidem, & deuotionem veſtri ordinis Ciſtreñ. † in multis ſumus † experti; tanto amplius ea, quæ a prædeceſſorib. noſtris ſibi amore virtutis † indulta ſunt, obſeruare tenemur. Auctoritate igitur Ap. vobis inhibemus artius, ne pro obſeruatione eorum, quæ ipſis Apoſtolica ſedes conſueta benignitate indulſit, in mercenarios ſuos interdicti, vel excõmunicationis ſententiam præſumatis promulgare: pro certo ſcituri, quod ſi hoc egeritis, † graue eſſet nobis modis omnibus, & moleſtum, & indignationẽ Dei, & iram, & pœnam poſſetis incurrere.

Alexander iij. Cap. 5.

Non ponitur.

SI qua libera, vel abſoluta perſona pro redemptione animę ſuæ veſtro monaſterio ſe conferre voluerit; ſuſcipiendi eam liberã habeatis facultatem; addẽtes etiam Apoſtolica auctoritate interdicimus, ne quis veſtros fratres clericos, ſiue laicos poſt factam in monaſterio veſtro profeſsionem abſq. veſtra licentia ſuſcipere audeat, vel tenere. Pręſenti quoque decreto ſancimus, vt Epiſcopus, in cuius diœceſi eccleſia veſtra conſiſtit, nec electionẽ Abbatis veſtri vnquam impediat, nec de remouendo eo, aut deponendo, qui pro tẽpore ſecundum ſtatuta Ciſtreñ. ordinis remouendus, aut deponendus fuerit; ſe vllatenus intromittat. Sancimus † autem, ne quis Archiepiſcopus, vel alterius ordinis clericus veſtrum locum diuinis interdicat officijs: ſed liceat vobis omni tẽpore clauſis ianuis, & excluſis excommunicatis diuina officia celebrare. Paci quoq. & tranquillitati veſtrę prouidentes auctoritate Apoſtolica prohibemus, vt infra clauſuras locorum, vel grangiarum veſtrarum nullus violentiam, vel rapinam, ſeu furtum facere, aut ignem apponere, vel homines capere, ſeu interficere audeat. ſi quis temerario auſu hoc præſumpſerit, tamquam ſacrilegus iudicetur, & excommunicationis vltione plectetur..

† al. ſtatuimus

Clemens iij. Cap. 6.

c. 4. e.

SVPER quodam canonico regulari, qui in articulo mortis agens, licet a Priore ſuo cõmonitus, proprium, quod contra regulam latenter habuerat, noluit reſignare; & ſic diem clauſit extremum, quid ſ. de illo agendũ ſit, cum nihilominus fuerit inter alios fratres traditus ſepulturæ, nos duxiſti neceſſario requirendos. Quia vero te ignorare non credimus, quid de talibus in regula beati Auguſtini habeatur ſtatutũ; & quod id ipſum in ſynodo Lateraneñ. conſtet inhibitum manifeſte: inquiſitioni tuæ præſentibus litteris reſpondemus; quod ille canonicus nõ tantũ fuit Chriſtiana ſepultura priuandus, verum etiam ſi ſine maximo ſcandalo potuerit fieri, de ipſa proici dignus eſt eccleſia; & extra cœmeteriũ eccleſiæ ſepeliri. Cum ſicut in ipſa ſynodo habeatur † expreſſum, nec oblatio pro eo facienda ſit, nec inter fratres debeat ſepulturam habere. Hoc autem cum forte contigerit, in ſimilibus eſt agendum.

† habetur

DE CAPELLIS MONACHOrum. Tit. xxiij.

Lucius iij. de Maſſandane, † & de Dorceſtre Abbatib. & magiſtro A. de W. de Ferdit. † e. t.

† al. Maſſãdaneñ. † al. Fore. De pręſcr. c. 10. † al. Abendon. † al. Camenon. † al. Wſtan.

EX transmiſſa nobis cõqueſtione Abbatis, & monachorũ de Abãdoe † accepimus, quod cum eccleſia de Camenore † ad ius eorum pertineat, & homines de N. & de Winthan † parochiani ſint ipſius eccleſiæ; clerici, qui prædictas eccleſias de N. & N. habuerũt, minuatim omne ius parochiale, pręter ius funerãdi matrici eccleſię ſubtraxerũt. Sibi enim decimas, & obuẽtiones alias retinẽtes, tantum mortuorum cadauera ad prædictam eccleſiam deferri ſinebant; quorum ſucceſſores prædicta parochialia iura, vt dicitur, contenduut auferre. (propter hoc d. † v. per A. s. m. qua. ſi quod aſſeritur, noueritis veritate eſſe ſubnixum, prædictas decimas, & oblationes cum alijs obuẽtionib. matrici eccleſiæ memoratæ ap. re. præſcriptione hoſtilitatis tempore non currente, reſtitui faciatis; & præfatos clericos de cetero ab eorum perceptione eccleſiaſtica cen. compeſcatis.

† al. diſcretioni igitur

Clemens iij. Cap. 2.

Non ponitur. † al. noſtram † al. ruſticis † al. ordinare † al. remoueantur

DE minori poſſemus ſollicitudine argui merito, ſi ad conſeruanda iura veſtri monaſterij, quę ad prouiſionem veſtram † ſpecialiter reſpiciunt, animum nõ accomodaremus. quapropter vobis, & inſtitijs † veſtris Pontificali volentes diligentia prouidere, auctoritate Ap. prohibemus, ne in eccleſijs ad pręſentationem veſtram ſpectantibus vlli, niſi a vobis præſentati fuerint, ordinentur; ſed ſi quos vobis non pręſentantibus ordinari † cõtigerit, ab eccleſijs eis per voſmetipſos auctoritate Ap. amoueantur, † & eorum ordinatio penitus irrita habeatur, niſi forte, quod abſit, pręſentationem clericorum vos conſtiterit malitioſe differre.

DE IVRE PATRONATVS. tit. xxiiij.

Alexander iij. Cap. 1.

Non ponitur. Poſt cō. Lat. par. 47. c. 2.

DILECTVS frater nr̄. S. tranſmiſſa nobis inſinuatione monſtrauit, quod cū Illuſtris Rex Scotiæ patrimoniū ſuum detinuiſſet, & occuparet, quib. voluit, & prout voluit, eccleſias, quarum gerebat patronatum, eo inconſulto cōceſſit. Quoniam igitur ex iniuncti officij debito tenemur vnicuique iura ſua integra ſeruare, nolentes, quod præfatus S. ſub tali occaſione ius patronatus amittat: f. v. per A. s. m. qua. ſi diligenter inquiſita veritate tibi ita eſſe conſtiterit, inſtitutos vniuerſos amoueas; & ſi idoneæ perſonæ ab eo, qui habet ius patronatus, & præſentandi perſonas ipſas ad præfatas eccleſias fuerint præſentatæ, perſonas ipſas de cōſilio, & aſſenſu † prælatorum tuorum † quorum inte eſt, præſcriptis eccleſijs nullius ap. ob. inueſtias, neq. ipſas citra formam iuris exinde à quoquam grauari permittas.

† al. cor fratrum † al. de eſt tuorum

Alexander iij. Cap. 2.

De iure patr. c. 25.

NOBIS fuit &c. Præterea quæſiuiſti à nobis, ſi aliquis efficiatur ſola eccleſiæ conſtructione patronus, vel ſi ad electionem plebani ſit cum clericis admittendus, ſeu ab ipſa repellendus omnino, tamen & ſi † de longa conſuetudine allegauerit † ſe electioni intereſſe debere: in huiuſmodi ſiquidem tale damus reſponſum. Quod ſi quis eccleſiam cum aſſenſu diœceſani Epiſcopi conſtruxerit, ex eo ius patronatus acquirit. Cæterum in conuentuali eccleſia non electioni plebani faciendæ, ſed iam factæ honeſtius patroni poſtulatur aſſenſus, niſi patronus aliter † de ſua iuriſdictione optineat; vt partes ſuas debeat interponere electioni tractādæ. ſecus tamen eſt in capella, in qua vnus presbyter inſtituendus a patrono quandoq. eligitur, & pro inſtitutione habenda loci Epiſcopo præſentatur: pro fundatione quoq. ipſi honor proceſſionis fundatori ſeruatur, & ſi ad inopiam vergit, † ab eccleſia illi modeſte ſuccurritur, ſicut in ſacris canonibus eſt cōſtitutum.

† al. tā. & ſi forte † al. al legauit

† al. alias

† al. vergat

DE CENSIBVS, ET EXACTIONIbus, & procurationibus. Tit. xxv.

Lucius iij. Cap. 1.

De cenſ. c. 11. † al. Fultig. † al. Clauſtig.

SIGNIFICAVIT T. nobis rector eccleſiæ de Sultig. † quod cum a dil. fi. Abbate, & monachis de Clanſtig. † ad regimen eccleſiæ ipſius electus fuiſſet, de ſoluēdo annuo cenſu trium marcharum, quem prædeceſſor eius ſoluerat, præſtitit corporaliter ſacramentum. poſtmodum ven. f. nr̄. N. Bathaneñ. Epiſcopus, in cuius diœceſi eccleſia ipſa conſiſtit, ne ipſum cēſum monachis ſolueret, niſi prius cōſtaret, quod Epiſcopali auctoritate fuiſſet inpoſitus, in periculum ordinis, & ſub interminatione anathematis interdixit: vnde prædictus rector hinc † periurij reatum metuit, & † inde timet, inobedientiæ periculum imminere. Quo circa fr. t. per A. s. m. qua. partibus ante præſentiam veſtram † conuocatis, ſi tibi præfatum canonem de auctoritate præſulis, & non de nouo inpoſitum fuiſſe conſtiterit, Epiſcopo auctoritate noſtra præcipias, vt prohibitionem ſine dilatione relaxet. Si vero cenſus ſit de nouo inpoſitus, ſiue auctoritate Epiſcopi hoc factum fuerit, ſiue non, Abbates, & monachos, vt clericum à iuramento abſoluant, ap. re. eccleſiaſtica diſtrictione compellas. pati enim nec debemus, nec volumus, vt eccleſiæ cenſus noui exactione vexentur.

† al. inde † al. de eſt vobis † inam

Lucius iij. Rauennati Archiepiſcopo. Cap. 2.

c. 14 e.

SOPITAE iudicio ſedis Ap. quæſtiones ſcripto ad memoriam perpetuam commendantur, ne per obliuionem proceſſu temporis valeant ſuſcitari; vt autē habeat maiorem ſententia firmitudinem, † Apoſtolici ſcripti munimine roboratur. ſane cum inter te, & monaſteria Bonon. tam monachorum, quam monialium ſuper procurationibus, quas ab eis exegeras, cōtrouerſia verteretur, & † cauſam ven. f. n. H. Arimeñ. † Epiſcopo commiſiſſemus audiendam, poſtmodum vero dil. filius N. † Abbas ſancti Proculi aliorum omnium procurator, ſicut ex litteris, quas portauit, apparuit, & ipſe in manu Epiſcopi iādicti data fide firmauit, coram nobis, & fratrib. noſtris, pro omnib. alijs monachis † ſancti Damiani, & ſancti Bartholomæi exceptis, qui † ſuper hoc quæſtionem minime referebant, diutius litigauit. Verum nulla pro parte ſua priuilegia Romanæ eccleſiæ, vel Rauēnatis exhibuit, nec oſtendit longa conſuetudine ſe munitum: ſed tu firmiter, ipſas in alijs monaſterijs tuæ prouinciæ aſſerēs ſine cōtradictione præſtari, eas prædeceſſorib. tuis in monaſterijs Bononien. exhibitas per teſtes idoneos probauiſti. inde vtiq. fuit, quod deliberatione cū fratrib. habita vidimus intentionem tuam iure communi, & prædeceſſorū tuorū cōſuetudine adiuuari. ea propter tuis iuſtis petitionib. annuentes, monaſteria ſupradicta de cōmuni conſenſu fratrū cōdēnauimus ad procurationē † ſecūdū facultates eorū tibi, tuiſq. ſucceſſorib. & † adiudicantes eas vobis in iam dictis eccleſijs monaſterijs vniuerſis, ſententiam, quam pro-

† al. firmitudinem

† al. de eſt & † al. Abanen. † V.

† al. monaſterijs † al. quæ

† al. procurationes † al. de eſt &

protulimus, noſtra duximus, & fratrum noſtrorum ſubſcriptionibus roborandam.

Urbanus iij. Cãtori, & magiſtro ſcholarũ Re. c.3.

Non ponitur. † al. de Beren. QVERELLAM P. presbyteri ſancti Petri accepimus, quod cũ canonicis. Deberet certam ſummam pecuniæ pro penſione eccleſiæ ſuæ aliquot perſoluerit annis, idem canonici ab eo ſummam illam ex integro de Pariſienſi moneta exigũt ſibi ſolui; licet ea melior ſit illa, quam pro penſione prædicta ſoluere conſueuit. Quia igitur in hoc idem preſbyter contra iuſtitiam grauatur; † dis. v. per A. s. m. quã. ſi verum eſt, quod aſſeritur, canonicos illos antiqua penſione cogatis ap. ceſ. manere contentos. † al. aggrauatur

Clemens iij. *Cap. 4.*

c. 152. GRAVIS admodum, & correctione digniſſima nuper querella in audientia eſt noſtra propoſita, quod ſalua conſcientia ſub diſſimulatione tranſire non poſſumus. Cum enim eccleſiaſticæ perſonæ eccleſias quãplures Simoñ. † diœceſi habeant; cum eas vacare contigerit; non aliter quemquam ad ipſarum regimen volunt vocare, niſi aut nouum cenſum in eccleſijs illis imponant, aut veterem contra cõſtitutionem concilij Lateraneñ. augmentent, ad ipſius ſolutionem inſtituendum presbyterum, iuratoria quãdoq. vel fideiuſſoria cautione cogentes, quandam etiam partem ſuis vſibus redditũum applicare contendunt. vnde ſæpe contingit, vt diœceſano Epiſcopo exceſſus huiuſmodi ignorante, vel eo minime requiſito in eccleſijs illis † inducant pro ſuę † volũtatis arbitrio ſacerdotes. Quoniam igitur prædictas † conſtitutiones concilij pati nolumus, neq. debemus aliquorum iniuria violari. dil. v. per A. s. m. quã. cum ſuper hoc fueritis requiſiti; partibus ad veſtram præſentiam conuocatis, quæcumq. noueritis contra conſtitutionem prædictam, ſuper eccleſijs illis, vel earum cenſu ab aliquib. a tempore conſtitutionis attemptata, contradictione, & ap. ceſ. in irritum reuocantes, ab augmẽtatione cenſuum eccleſias penitus abſoluatis, & ad (ſtatum debitum reducatis. † presbyteros, quos ſuper his iuramenta illicita præſtitiſſe noueritis, congrua ſatisfactione impoſita facientes abſolui eos etiã, quos de cetero contra formã canonum ſuper his venire noueritis, ſine cuiuſcumq. † perſonę acceptione, ſub. ap. ob. cenſura canonica puniatis.

† al. in Morinen. † ap. ipſis † al. ſuo † al. prædicta † al. ſtatum termi- num reducẽtes † al. cuiuſquã

DE ECCLESIIS AEDIFICANDIS. Tit. xxvj.

Alexander iij. *pars c. ad petitionem.* *Cap. 1.*

SI hoſpitale in aliquo loco abſq. † oratorio feceritis, liberum erit vobis abſq. conſcientia Epiſcopi, in cuius parochia fuerit, ipſam domum conſtruere. quod ſi oratorium ibidem facere volueritis, id abſq. licentia Epiſcopi nõ faciatis, iuſtitia in omnib. ſeruata. Non ponitur. † al. ſine

Clemens iij. Exoſoneñ. † Epiſcopo. *Cap. 2.*

LITTERAS tuæ fraternitatis, & infra. Memoratis fratribus dedimus in mandatus, vt iura tua tibi quiete dimittant, & tenorem priuilegiorum, quæ Romana eccleſia eis indulſit, nõ excedãt. Sane eiſdem fratrib. qui multa religione, & honeſtate præfulgent, & circa obſequia pauperum Chriſti ſunt diligẽter intenti, Romana eccleſia ſuo priuilegio hanc libertatem indulſit, vt liceat eccleſias interdicto ſuppoſitas ſemel in anno aperire, & excluſis excommunicatis diuina ineis officia celebrare. Indultum eſt etiam eis a Romana eccleſia, vt in deſertis locis poſsint villas conſtruere, & ibi eccleſias ædificare, quæ nulli ſint ſubiectæ, niſi Rom. Pont. & in alijs locis tantum pro ſe, & familia ſua oratoria † ædificare, in quib. parochianos aliorum ad cotidiana officia nõ recipiant, nec ad ſepulturã: ſed numquã eis, vel aliquib. a nobis, vel a prędeceſſorib. noſtris fuit indultum, vt corpora eorum, qui excõmunicati decedunt, in cœmeterijs debeant ſepeliri.

† al. Alex. iij. Hyreſen. Non ponitur. † al. oratorium

Lucius iij. Paduano Epiſcopo. *Cap. 3.*

INTELLEXIMVS ex litteris tuis, quod cũ cauſa quę inter dilectos filios noſtros. Priorẽ ſancti Cypriani Deueñ. & clericos de Rodigo, ſuper capella, quæ in pręiudiciũ eccleſię baptiſmalis de Coſta ab eiſdẽ clericis cõſtructa fuit, ſicut nobis eiuſdem Prioris relatio demõſtrauit: f. t. a ſe. A p. fuiſſet delegata, fine canonico terminanda, tibi partib. ad tuam pręſentiam conuocatis, per teſtes ſufficiẽter innotuit, quod pręfata eccleſia de Rodigo eandem capellã poſt appellationẽ ad nos factã, & denuntiationem noui operis ędificare cœperat, & ob hoc pręfatus Prior in iudicio poſtulabat, quidquid in ſæpe dicta capella poſt ap. ad noſ factã, & poſt denũtiationẽ noui operis factum primitus † fuerat, demoliri. Super quo diſcretioni tuæ dubium videbatur, vtrũ ad hoc canonico procedi poſſet iudicio, & cũ nihil denũtiatione noui operis ſit in canonib. diffinitum, ſedem duxiſti A p. conſulendam. quia vero ſicut humanę leges nõ dedignãtur ſacros canones imitari; ita, & ſacrorũ ſtatuta canonum, priorum principũ conſtitutionib. ad-

De noui op. nun. c. 1. † al. poſitum

(† al. cōſiderantes. † al. cōſtruatur. † al. credimus. † al. quod.) adiuuantur: f. t. præſentibus reſpondemus, quod diligenter conſiderans, † quod poſt denuntiationem noui operis, ſiue iure, ſiue iniuria aliquid conſtituatur † de legalibus debet conſtitutionibus demoliri: & quia nulla eccleſia in præiudicium alterius debet cōſtrui: aſcitis tibi viris prudētibus, negotium ipſum ſecundum canonum, & legum ſtatuta, ap. re. non differas terminare. Nam cum te credamus † in vtroq. iure peritum, ſecurius duximus cauſam per tuam ſollicitudinem terminari, qui † per dicta partium, & terminos, & fines locorum plenius poteris cognoſcere veritatem, quam aliquid a nobis ignorantibus qualitatem negotij diffiniri.

(† al. Trudēſi. De eccl. æd. c. 5. † al. cū. † al. inſtructioni.) *Vrbanus iij. Trundenſi. † Archiepiſcopo, & G. delegato.* *Cap. 4.*

AD audientiam noſtram iampridem peruenit, quod tu † in eccleſia de Cologia, de qua in Epiſcopum vocatus, & electus fuiſti, regulares canonicos ordinare, & eorum inſtitutioni † de bonis tibi collatis congrue velis prouidere. inde ſiquidem eſt, quod tuū nos deſiderium, atq. propoſitum, multimodis laudibus commendantes, deuotioni tuæ, auctoritate Ap. indulgemus, vt iuxta votum tuum, canonicos regulares in eccleſia pręſcripta, ſi tibi in hoc Epiſcopus diœceſanus conſentit, ad honorem Dei, & eccleſiæ tuę, ſecūdum beati Auguſtini regulam, valeas ordinare; & eos ibidem nullius † contradictione, & ap. inſtituere. († al. nulla. † al. Verum. † al. noſcuntur. † al. enim.) Vnde † ſi clerici ſæculares in ea fuerint, qui adhuc ſupereſſe noſcantur, † volumus, vt eis, dum vixerint, ibi, vel alibi neceſſaria ſecundum conſuetudines prouideantur. licet autem † vicini tui nobis inſtantius ſupplicarent, quatenus in eccleſiæ pręſcriptę iure confirmationis priuilegium faceremus de canonicis: tuæ in hac parte deuotioni de iure non poſſumus deferre, cum nulli canonici adhuc ibidem exiſtant, quibus priuilegium indulgeatur; eis vtiq. cum fuerint inſtituti, tam in his, quam in alijs precum tuarum obtentu, in quibus cum Deo poterimus, libentius deferemus.

Cæleſtinus iij. *Cap. 5.*

(c. vlt. e. † al. nos. † al. cū.) TVA nobis † duxit &c. & infra. Præterea quia occaſione iuramenti, quod de rebus eccleſiæ non alienandis, te aſſeris præſtitiſſe, in locis tui Epiſcopatus, in quibus populi habitantes oratorijs plurimum videtur indigere, ne † prætextu nouarū eccleſiarūſcō miſſa tibi eccleſia deſtitui videatur, eccleſias formides erigere, fraternitati tuę pręſentiū ſignificatione mandamus, quatenus illius iuramenti occaſione, nullatenus prætermittas, quin populo indigenti ſuper baſilicarum inſtructione ſtudeas ſalubriter prouidere. † († al. ſubuenire.)

DE INMVNITATE ECCLESIAE, & cœmeterij. Tit. xxvij.

Turo. conc. ſub Alexandro iij. celebratū. *Cap. 1.*

(Non ponitur. Poſt cō. Lat. par. 31. c. 6.) QVONIAM ſuperuenientib. nouis morbis nouas expedit medicinas inuenire; eccleſiaſticæ libertati conſulere, & ſubditorum vtilitati prouidere curantes; ſtatuimus, vt capellani caſtrorum, & qui eorum iura miniſtrant, huiuſmodi ſacramēto aſtringantur; quod ex quo fuerit cognitum eis aliquid eccleſiæ, vel cœmeterij, vel eccleſiaſticæ poſſeſſionis in caſtrum veniſſe, vel † violentia caſtrenſium ablatum fuiſſe: conueniant dominum caſtri, ſiue illum, qui prius ab illo dominatum tenet, cuius poteſtate, & conſilio res dirigi poſſit: & ſi eorum commonitione prædicta non reddiderint, ſi affuerint, vel nō affuerunt; de integra reſtitutione, infra (octauam diem † ſecuritatem † non fecerint, ex tunc ab omni eccleſiaſtico ceſſabunt officio, excepto baptiſmo, & confeſſione, & timore mortis communione, quod in omnibus eorū terris proprijs præcipimus obſeruari, nec nō & in illis, quibus integram exercent dominationem. († al. octo dies. † al. ſecurum.) Permittimus tamen ſemel in hebdomada in proxima villa cauſa conficiendi corpus domini, vt miſſa celebretur, clauſis oſtijs, excluſis omnibus præter miniſtros altaris. Quod ſi prædicti caſtrenſes poſt ſententiam in eos datam incorrigibiles per xl. dies extiterint, capellani ab eorum officio recedant; non amplius cum eis moraturi, quamdiu ſub anathematis vinculo teneantur, & ſub hac lege ſcriptores claudimus. Quod ſi capellani, vel quilibet officiales clerici ex ſuis poſſeſſionib. ſunt, ipſis aduocati † ſeruitij debitores, († al. aduocatis.) vltra tres menſes cum eis cōmorandi licentiā non adhibemus. Quod ſi gratia commorationis † eius conceditur, conueſcendi tamen, & cohabitandi interdicimus participationem. († al. cōmonitionis. † al. Qui vero.) Quod ſi † vltra præfatum terminum cum eis commorari pręſumpſerint; ordine ſuo, & beneficio eccleſiaſtico careāt: & ne forte pręda committatur in dolum, vel clericos caſtrorū excuſet ignorantia, egredi debent obuiā pręde, audituri, & ſollicite requiſituri, † ſi quę res ibi fuerint eccleſiaſticæ, vel earum reclamatores. († al. inquiſituri.) ſi quis autem clericus ob huiuſmodi receſſum propter iuſtitiam a domino ſuo rerū ſuarum

ſuarum damnum pertulerit; ipſe dominus, non niſi per integram omnium reſtitutionē merebit abſolui. Si quælibet villa duos, aut plures habeat aduocatos, in quorum aliquē ſententia ſit lata, non carebunt officio; niſi qui eorū ſubſunt † dominio. quod ſi eccleſia vnius aduocationis fuerit, ſuis eadem, & ſibi interdicta licentia, licet alterius aduocationis corpora ſepelire, miſſa tamen non celebretur. De mutandis autem caſtrorum vicarijs, vel clericis ſtatuimus; vt Archid. ſignificetur, ne aliquis † loco illius ſubſtituatur, † donec eodē aſtringatur † ſacramento. Mercatoribus autem, & ceteris hominibus ciuitatum, & burgorum prohibemus, ne aliquādo hominem † excommunicatum ſuſcipiant pro hoſpite; † nec in venditione, vel emptione, ſiue aliqua ſibi participent accommodatione. Qui vero tranſgreſſores extiterint, a ſacerdote parochiano per tres dies vocentur ante tribus diebus, poſtea expectentur ad correptionem. † vij. die ſi incorrigibiles apparuerint, anathematis ſententiam ſubituri, † nec ab ipſo, † nec ab Archidiacono ſe nouerint abſoluendos. Si vero a domino, aliquoue † potente ad hoſpitandum excōmunicatum vim hoſpiti illatam cognitum fuerit, hoſpes reus non habeatur; ſed eius, qui violentiam intulit, terra ſuſpendatur. Cuius ſuſpēſionis reſtitutio Pōtificis erit arbitrio reſeruanda. In villis vero, vel vrbib. vel caſtellis, quę ſub dominio ſunt, in quibus conſtabularij ad tempus conſtituuntur, ſi ipſum conſtabularium contigerit anathematis ſententiam ſubijſſe, ipſo in villa ſtante, loco illo diuina vacent, quo recedēte, eodem die reuerſuro, alij officium diuinum non admittant, † ſuis domeſticis omnibus a Chriſtianitate ſuſpenſis. De cœmeterijs, ſiue quibuſlibet eccleſiaſticis poſſeſſionibus cenſuarias dari prohibemus, ne † pro eccleſiæ,

† al. ſubiecti ſūt
† al. aliquis
† al. ſubſtituantur
† al. aſtringātur. †
† al. nomine
† al. hoſpitem
† al. correctionem
† al. ſenſuri
† al. Epo
† al. vel
† al. amittāt
† al. nec

vel cœmeterij defenſione, ſi dei ſuę clerici ſpōſionem interponant, qui ſi fecerint, ordinis ſui, & beneficij periculum incurrent: qui vero eccleſiam, vel cœmeterium cōbuſſerit, vel ordinatis manus violentas impoſuerit, ſententia anathematis feriatur, nec ab alio, quam a domino Papa abſolutionem conſequatur; niſi mortis interueniēte articulo, diſpenſatio merito ſubueniat, data tamen pro ſe ſatisfaciendi ſecuritate, ſi conualuerit, pro abſolutione Papam aditurus. Si quis vero excommunicatum nomine, ſuſceperit hoſpitio, vel ei pecuniam ſcienter accommodauerit; quia noſtri ſunt contemptores mandati, prohibemus, ne Chriſtianus vel Chriſtiana ei ſeruiat, donec inde ſatisfecerit. pręcipimus etiā, quod Decani rurales fide aſtringantur, quatenus eis ſi cognitum fuerit, aliquē de eccleſiaſticis viris hęc decreta non ſeruare, Epiſcopo ſi affuerit, vel Archidiacono ipſi renuntient. Prohibemus etiam, ne Abbates, vel monachi, vel Priores, vel Abbatiſſæ, vel Prioriſſæ de poſſeſſionibus eccleſiaſticis cenſarias donent, clericis autem, & laicis prohibemus; ne quis † ſcienter prędia eccleſiæ emat, † vel prędiū cœmeterij, ſiue cuiuſlibet eccleſiaſticæ † poſſeſſionis; quod qui præſumpſerit, anathematis ſententia feriatur.

† al. quis
† al. emant
† al. eccleſia

Lucius iij. *Cap. 2.*

CVM eccleſia Dei ſecundum euangelicam veritatem domus orationis eſſe debet, nō ſpelunca latronum, aut ſanguinis forum. no ſæculares iudices cauſas, vbi de ſanguinis effuſione, & corporali pœna agitur, in eccleſia, vel cœmeterijs agitare pręſumant ſub anathematis interminatione prohibemus: abſurdum enim eſt, & crudele, ibi iudicium ſanguinis exerceri, vbi conſtituta eſt tutela refugij.

De imu. eccl. c. 5.

LIBER QVARTVS

DE SPONSALIBVS, ET matrimonijs. TIT. I.

Ex concilio Triburienſi. *Cap. 1.*

De ſpõſ. c. 1.

DE Francia nobilis quidam homo nobilem de Saxonia lege Saxonica † duxit in vxorem, tenuitq. eam multis annis, & ex ea † filios procreauit; verum quia nõ iiſdem † vtuntur legib. Sauxones, & Francig. cauſatus eſt, quod † eam nõ ſua, † id eſt non Francorum lege deſponſauerat, vel acceperat, vel dotauerat; dimiſſaq. illa duxit aliam. diffiniuit ſuper hoc ſancta ſynodus, vt ille transgreſſor euangelicæ legis ſubiciatur penitentię, & a ſecunda coniuge ſeparetur, & priorem recipere † cogatur.

† al. Sauxonia *† al. illa* *† al. eſdem* *† al. quia* *† al. ſuã* *† al. accipere*

Alexander iij. Capi. 2.

c. 15. c.

VENIENS ad nos W. lator præſentiũ ſupplici nobis relatione mõſtrauit; quod in domo ſua mulierem quandam recepit, de qua filium, & filiam habuit, cui fidem coram pluribus prĕſtitit, quod eam duceret in vxorem. Interim autem, cum de quadam ciuitate ad propria remearet, apud domum vicini ſui pernoctauit, cuius filia nocte illa ſecum concubuit, & cum pater eius in lecto eos † ſimul inueniſſet, ſummo mane inuitum ipſum eam deſponſare coëgit, qui nuper in pręſentia noſtra conſtitutus nos conſuluit, cui potius adhærere deberet. quia vero nequaquam innotuit nobis, vtrum poſt fidem præſtitam primam cognouerit: mandamus, quatenus rei veritatem diligenter inquiras, & ſi inueneris, quod primam poſt fidem præſtitam cognouerit; ipſum cum ea facias remanere. quod ſi poſt datam fidem eam non cognouerit, ſecũdæ, niſi metu coactus, qui poſſet in virum cõſtantem cadere; eam deſpõſauerit; tamquam vxori facias adhærere.

† al. de eſt eos

Clemẽs iij. Cæſaraugustano Epõ lib. 1. regiſtri. c. 3.

c. 19. c.

IN præſentia noſtra poſitus a nobis duxiſti neceſſario requirendum, quid agendũ tibi ſit de quibuſdam mulieribus in tua diœceſi conſtitutis, quæ cum viros in captiuitatem, vel aliam peregrinationem abductos, iam vltra ſeptennium fuerint præſtolatę, nec certificari poſſunt de vita, aut de † morte, licet ſollicitudinem ſuper hoc adhibuerint diligentem; quia tamen pro iuuenili ætate, ſeu alia fragilitate carnis humanæ continere nõ poſſunt, alijs expetunt in matrimonio copulari: Cum autem dicat † Apoſtolus; mulier tam diu alligata eſt viro, quamdiu vir eius viuit: tuę conſultationi taliter reſpondemus; quod quantocumq. annorum ſpatio ita remaneãt viuentibus viris ſuis, non poſſunt ad aliorum conſortium canonice conuolare; nec tu eas contrahere (in eccleſiæ facie † permittas; donec certum nuntium recipiant † de morte virorum.

† al. de eſt de *† al. dicit* *† al. conſtanter in facie eccleſiæ.* *† al. percipiant*

Alexander iij. Exonẽ. Epiſcopo. Cap. 4.

c. 16. c.

COMMISSVM &c. & infra. Significauit nobis f. tua; quod quidam litteratus, & nobilis, cum ad eum paterna hereditas deuolueretur, cuidam mulieri nobili fidem dedit quibuſdam pręſentibus de contrahendo matrimonio, & ſe cum ea infra biennium per verba de præſenti contracturum, præſtito ſacramento ſuper ſacroſancta euangelia confirmauit. nunc autem priuata lege ductus ad frugem melioris vitæ ſuſpirat † conuolare, tuamq. ſuper hoc conſulens prudentiã, ante matrimonium contractum ad monaſticæ religionis habitum licite poſſe tranſire ſuſpicatur, quia ſi contraxiſſet ea inuita infra duos menſes, iuxta veterum canonum ſtatuta, noſtra conſtitutione innouata ad laxioris † vitę religionem poſſet tranſire. Quia igitur ſuper hoc tua nos d. f. con. ita con. t. reſpondemus; quod tutius eſt ei prius religione iuramenti ſeruata contrahere, & poſtea, ſi elegerit, ad diſtrictionẽ religionis migrare; ſi tamen poſt

† al. deſiderat *† al. arctioris al. altioris*

poſt primam deſponſationem carnalis copula † dinoſcitur non interueniſſe.

† al. cõmixtio.

Clemens iij. † *Cap. 5.*

† al. *Alex. iij.* c. 20. e.

INTER opera caritatis, quæ imitãda nobis auctoritate ſacræ paginæ proponuntur, ſicut euangelica teſtatur auctoritas, nõ minimum eſt errantes † ab erroris ſui ſemita reuocare, ac præſertim mulieres voluptuoſe viuentes, & admittentes indifferenter quoslibet ad cõmercium carnis, vt caſte viuãt, ad legitimũ thori conſortium inuitare. (hæc igitur † Ap. auctoritate attendentes, ſtatuimus, vt omnib. qui publicas mulieres de lupanari extraxerint, & duxerint in vxores, quod agunt, in remiſsionem proficiat peccatorum.

† al. *errãtem.*

† al. *hic ergo*

Clemens iij. *Cap. 6.*

Non ponitur.

NOBIS ex tuarum innotuit continentia litterarum, quod quidam miles parochianus tuus olim quandam nobilem iurauit filio ſuo tradere in vxorem, circa annos nubiles exiſtenti, quam idem filij nomine traduxit; poſtmodum etiam quattuor annis, & amplius eandem nurũ in propria domo enutriuit, proceſſu vero tẽporis vxor præfati militis diem clauſit extremum; & ipſe cum traducta filij inſtinctu diabolico dormiuit, & tandem poſtremo † publicum extitiſſet, eam ſibi matrimonialiter copulauit; cui firmiter vetuiſti, vt cum ea amplius † non dormiret, ſi ſaluti propriæ vellet prouidere. Verumquia quid ſuper hoc fieri debeat, ſedem duxiſti Ap. conſulendam; nos tuam diligentiam approbãtes per Ap. ſcripta mandamus, quatenus militi prænominato ſub excommunicatione prohibeas, ne ad eam carnaliter de cetero præſumat accedere, vel ei ſe audeat vlterius admiſcere. †

† al. *poſtremũ*

† al. *vlterius*

† al. *immiſcere*

Clemens iij. *Cap. 7.*

c. 2. e.

AD id; quod per litteras tuas intimaſti de quadam parochiana tua, quam ſuus vitricus cuidam Teutonico matrimonialiter copulauit; taliter reſpondemus, quod quamuis xj. annos adhuc habens ab initio ei inuita fuiſſet tradita, & renitẽs, tamen quia per annum poſtmodum, & dimidium ei cohabitãs conſenſiſſe videtur, ad ipſum eſt cogenda redire: nec de cetero recipiendi ſunt teſtes; ſi quos memorata mulier ad probandum, quod non conſenſerit in eum, nominauerit producendos. cum mora tanti tẽporis, huiuſmodi probationes † excludat. Volumus igitur, & mandamus, vt propter hoc non omittas; quominus ap. re. per cenſurã eccleſiaſticam vtrumq. compellas ad alterum maritali affectione tractandum; niſi forte velint † ad religionem pariter conuolare, pœnitentia eis inflicta; pro eo quod ad alienos, & illicitos concubitus vterq. tranſiuit.

† al. *probationẽ*

† al. *vellent*

Clemens iij. *pars c. Martinus Bertam.* *Cap. 8.*

De præſum. c. 13

TERTIO loco quæſtionis huiuſmodi nodum tua frater. petijt enodari, † an iuuenis ſponſam, in quam per verba de præſenti cõſenſit, in vxorem debeat habere; ad quorum matrimonium impediendum neptis ipſius ſponſæ proſiliens, ſe a iuuene præcognitam carnaliter proponebat; & cum de hoc † teſtes produceret, dixerunt illi ſic ſe pro certo credere; quod illa prædicti iuuenis concubina extiterit, & ei carnali cõmixtione adiuncta: † adicientes quod eos inſimul viderant, & per plana, & nemora, vias, & inuia pluries cõuagantes, & teſtimonium viciniæ, ſe ſuper hoc recepiſſe dicebãt. ad maiorem autem certitudinem, quia minus ſufficienter credidiſti probatũ eſſe, quod eadem mulier aſſerebat, tam ipſam quam iuuenem iuramentis aſtrictos cõueniſti, & ſeorſum confeſsi ſunt, quod ſe inuicem carnaliter præcognouerant, licet iuuenis nollet ab ea, quam deſponſauerat, ſeparari. Nos autem hæc, † quæ dicta ſunt, intelligentes; & attendentes viciniæ famam, & dictæ mulieris, ac iuuenis conſuetas confabulationes, & per ſolitudines vagos inceſſus, per teſtes eſſe probatos, & de carnali cognitione, † eos per iuramentum ſeparatim fuiſſe confeſſos; præſertim cũ hoc nõ dicatur occultũ, ſed quaſi a pluribus manifeſte prædicatur; prædeceſſorum noſtrorum veſtigijs inhærentes, & præſertim felicis memoriæ Alex. iij. ſtatuta ſectantes, conſultius, & ſecurius eſſe credimus; vt matrimonialiter non coniungantur, ſed abinuicem, ſolutis ſponſalib. ſeparentur.

† al. *explicãdũ*

† al. *his*

† al. *cõiuncta*

† al. *de eſt hoc*

† al. *cõmixtione*

DE DESPONSATIONE INPVBERUM. Tit. ij.

Clemens iij. *Cap. un.*

DVO pueri W. † & W illa † in tua diœceſi, quemadmodum accepimus, matrimonialiter ſunt coniuncti: puer autem ſextum annum agens, ſeptimumq. puella poſtquã fuerunt coniuncti, ſimul per tres annos manſerunt, tunc vero pater puellæ ſubtrahens eã ſponſo ſuo W. † alteri Meſtaco † nomine copulauit, cũ quo per ſeptem annos quiete permanſit; ipſe vero tunc eam reliquit, quia credebat eam alium virum habere; illum ſ. cui prius fuerat deſponſata. cũ autem W. † prinq; ſpõ-

De deſpon. impu. c. 12

† al. *Willo*

† al. *W.*

† al. *Willo.*

† al. *Meſtaco*

† al. *Willo*

ſponſus ad annos diſcretionis poſtea perueniſſet, a P. anteceſſore tuo cum alia cōtrahendi licentiam impetrauit, qui quandā nomine Stephanam conſobrinam prioris in vxorem accepit, & cum ea per aliquod tēpus exiſtens, nō tamen eā cognouit carnaliter, vt ipſe fatetur, licet Stephana ſe ab eo cognitam aſſeueret. Cum autem pater memoratæ W. † ſuam vidiſſet a ſecūdo viro Meſtaco † filiam derelictam, vi compulit eundem V. † prænominatum, cui prius eandem deſponſauerat; vt Stephanam neptem ſuam omnino dimitteret, & ad W. ltam ſuam deſponſatam rediret. qui poſtmodum cohabitauerunt ſimul † per biennium, prout † fertur. quoniam † igitur in his quid tibi tibi agendum † ſit, poſtulas edoceri, breuiter reſpondemus. quod impediente primo puerili ætate matrimonium inter (W. & W. † non fuerit: & licet W. † ipſe poſtquā W. lta alij nupſit, aliā potuit accipere in vxorem: tamen quia Stephanam duxit ipſam cōſobrinam prioris, ſiue cognouerit eam, ſiue non; propter cauſam publicę honeſtatis, cum Stephana remanere non debet, nec ad W. † regreſſum habere, quia alteri fuit legitime copulata. Cum ergo vir caput ſit mulieris, & W. dicat ſe non cognouiſſe prius Stephanam ſupradictam; aliam, ſi voluerit, poterit ducere in vxorem, & Stephana viro legitimo deſpōſari: poſt ſeparationē vero † pro vitando populi ſcandalo pænitentia vtriq. ad tempus iniuncta. Si vero legitime conſtaret ipſam Stephanam ab eo ſiue poſt, ſiue antea cognitam extitiſſe, neutro † viuente alteri † dabitur licentia contrahendi. remanebit ergo W. lta cū Meſtaco † impoſita tamen ei † Meſtaco † ad tempus pænitentia cōpetenti, qui pro ſola opinione ſua W. ltam pernitioſe dimiſerat, iudicio eccleſiæ non requiſito.

† al. W. lla
† al. Meſnaco
† al. W. i
† al. ſibi
† al. ve.
† al. quia
† al. faciendū
† al. W. lt. et W. ltā
† al. W. lis
† al. W. ltā
† al. tamen
† al. menſtri
† al. altero
† al. Meſdario
† al. ipſi al. Meſdario

DE CLANDESTINA DESPONSATIONE. Tit. iij.

Alexander iij. *Cap. 1.*

CONSVLVIT nos tua f. quid faciendum ſit de ijs, qui cum aliqua de cauſa in Epiſcopatu ſuo non poſſunt nuptialem benedictionem accipere, ad alios Epiſcopatus furtiue ſe trāsferunt, coniugia ibidem † clandeſtina contrahentes. Ad quod taliter reſpondemus, quod ſi talis fuerit culpa; quæ non permittat eos ſimul manere, ſunt adinuicem diuidendi. Si vero aliqua fuerit, quę cōtractum matrimoniū non diſſoluat, pro trāſgreſſione tali pænitentia poteſt eis indici; coniugium vero ex tali cauſa non debet diſſolui.

† al. ibi

Alexander iij. *Cap. 2.*

NVLLVS fidelis cuiuſcumq. conditionis occulte faciat nuptias; ſed benedictione accepta nubat in domino. Si ergo ſacerdos tales nuptias benedixiſſe inuentus fuerit occulte, triennio officio ſuo ſuſpendatur.

Non ponitur. Poſt cō. Lat. par. 49. c. 10.

Clement iij. *Cap. 3.*

EX litteris tuis accepimus, quod lator pręſentium W. † nomine olim de tua diœceſi quandam duxit videlicet Liciam in vxorem, qui maligno ſpiritu inſtigante paucis temporibus fuerunt concordes. proponebat etiā idem W. † quod illam per violentiam ſibi illatam etiam metu mediāte duxiſſet. Tu vero vna cum capitulo tuo cum tam minis, quam admonitionibus inter eos ſępe pacem reformare ſtuderes, & eos temere ſegregatos pariter reconciliare coegiſſes, tandem vir vxorem ſuam ſuper crimine fornicationis in iure conuenit. poſt longas vero indutias, & admonitiones diligenter factas, vt ab huiuſmodi litigatione ceſſarent; cum ad hoc † vlterius flecti non poſſet; vir etiam eam de crimine iterū fornicationis expreſſius appellaret, ipſa neſcimus quo ducta ſpiritu cœpit publice confiteri; quod cum vir ei negaret in debitis, & neceſſarijs prouidere, crimen compulſa eſt incurrere memoratū. Cumq. diligētius a te fuiſſet admonita, ne ad ſuggeſtionē alicuius, vel iniquum conſilium illud tam turpe contra ſe proponeret, ipſa eadē manifeſtius aſſerebat. Sane côuocato capitulo tuo, & alijs viris diſcretis, cum ex eorum conſilio vtriq. priuatum continentiam firmiter iniunxeris obſeruandam; ita quod caſte viuerent inuicem ſegregati, & ex relatione quorundam perceperis, quod aliam memoratus W. † intenderet ducere in vxorem, licet ipſum ne hoc facere aliquatenus attemptaret, monueris diligenter, ipſe nihilominus extra ciuitatem furtim cū alia ſponſalia, & nuptias temere celebrauit. verum cum factum inquirere laborares, vt ſecundum illud procederes; ſupradictus W. rei ſeriem, prout factum fuerat, explicans, & exponens, ad audientiam noſtram dicitur appellaſſe. Vnde f. t. per A. s. m. qua. ſi res ita proceſſit, prętaxatum virum ap. re. ad legitimam vxorem per excommunicationis ſententiam redire compellas, & iniuncta ei pęnitentia de commiſſo adulterio, cum ſecunda maritali affectione ab ipſo facias pertractari.

De diuor. c. 5.
† al. W. lts.
† al. W. lt.
† al. hoc
† al. W. lls

QVI CLERICI, VEL VOVENTES matrimoniū contrahere nō poſſunt. Tit. iiij.

Cale-

Celestinus iij. *Cap. 1.*

Non ponitur.

FRATERNITATIS tuæ litteris receptis, ex earum tenore percepimus, quod W. nomine poſtquam fuit ad ordinem ſubdiaconatus aſſumptus, quandam mulierem duxiſſet † in vxorem, quia eam vero ad crebram redargutionem, & ad monitionem eccleſiæ a ſuo conſortio dimittere cõtemnebat; bonæ me. I. & G. predeceſſores tui excõmunicationis vinculo eum innodarunt, & tua etiam in hoc fraternitas eos imitata, poſtquam cognouit exceſſum huiuſmodi, & cõtumaciam ſimili eum ſententiæ, quamcito ſubiecit, ſed idem in ſua pertinacia induratus neglecta excommunicationis ſententia, mulierem ipſam relinquere non curauit, qui etiã litteras quaſdam, quaſi ex parte noſtra tranſmiſſas oſtendit, quarum auctoritate pro temporis longitudine, qua eam tenuiſſe dinoſcitur, nitebatur, † ſe in cœpta † iniquitate tueri. quoniam igitur illius exceſſum lõgitudo temporis non excuſat, nec numeroſitas filiorum, quos ex ipſa ſuſcepiſſe proponitur; f. t. conſulimus, & m. qua ad inſtar predeceſſorum tuorum non obſtantibus litteris illis eũ vinculo excommunicationis ſine ap. ob. aſtringas, & omnino ſuſpendas ab † eccleſiaſtico beneficio, & tamdiu tamquam excommunicatum facias ab omnibus euitari, donec mulierem ipſam a conſortio ſuo dimittat.

† al. duxit — † al. nitatur al. nititur — † al. in incepta — † al. deſiſt ab

Celeſtinus iij. *pars c. Laudabilem.* *Cap. 2.*

Qui cler. c. 6.

RVRSVM † quidam, vt dicit, votum caſtitatis emittens, iurauit ſe quandam ductu rum poſtea in vxorem; vnde a fraternitate tua requiſiti, conſultis viris prudentibus arbitramur; quod cũ ſimplex votũ apud dominum † non minus obliget, quam ſollemne; pro eo quod temere iurauit, pænitentiam agat, & votum, quod Deo fecit, ſtudeat obſeruare. quod ſi (poſtea quam † huiuſmodi prçſtitit iuramentum, ad nuptias iam motu proprio conuolaſſet; cum votum ſimplex cõtrahendum matrimonium impediat, nõ tamen dirimat iam contractum, nihil ambiguitatis tua quæſtio contineret.

† al. Rurſus — † al. Deum — † al. per ſe quodã

DE EO, QVI DVXIT IN MATRImonium, quam polluit per adulteriũ. Tit. v.

Clemens iij. *Cap. 1.*

De eo, qui dux. c. 4.

EX litterarum tuarum inſinuatione percepimus, quod Theophilus lator præſentium parochianus tuus olim vxorem ſuam in adulterio deprehenſam anteceſſoris tui conſenſu abiecit, ſed licet illa poſtmodum habitum ſuſceperit monachalem, prædictus tamen vir, antequam illa decederet, † aliam ſuperduxit, & cum ea xij. annis vixit, & ex ipſa plures filios ſuſcepit. Ceterũ quia prędicta mulier deceſſit, † & quid ſuper prędicta copula fieri debeat, ſedẽ duxiſti Ap. cõſulendam; f. t. de fratrum noſtrorum conſilio reſpondemus, quod debes eos ſine dilatione ab inuicẽ ſeparare, & de adulterio eidem viro pęnitentiam (iniungere cõpetentem, peracta vero pænitentia † poſtmodum aliam libere poterit in Chriſto ducere in vxorem.

† al. diſcederet — † al. diſceſſit — † al. Licitam

Celeſtinus iij. *Cap. 2.*

c. 5. e.

CVM haberet vxorem legitimam nomine Altiam Ioannes lator pręſentium, cum ancilla † crimen adulterij perpetrauit, quod ipſe tibi publica confeſsione detexit; ſicut nobis tuæ deſtinatæ litterç demõſtrarunt. Cũq. ſuper hoc fuiſſet vocatus in ius, ipſam in iure adulteram abiurauit. poſtmodum vero poſt habito iuramento, & contempto, cum eadem matrimonium qualecumq. contrahere, & viuente legitima ipſi mœchæ diutius cohabitare pręſumpſit. deniq. prędicta Altia de pręſenti luce ſubtracta, nihilominus memoratus Ioannes cum præfata adultera per decenniũ eſt moratus, a qua etiam † decem procreauit filios: quia igitur cõſulis, an prędicta mulier, & vir ſimul manere poſsint; vel ſi debeant ſeparari, vtrum liceat eis ad alias nuptias conuolare; tale damus conſultationi tuæ reſponſum; vt ſeparentur omnino, & eis competenti pænitentia iniuncta, perpetua continentia indicatur, præſertim cum in dies ſuos ambo proceſſerint, & tamdiu publice in adulterio, & periurio ex certa ſcientia † perdurantes, eccleſiam in graui ſcandalo perturbarũt. Noſti enim quod Leo Papa ſtatuit; vt nullus ducat in matrim. vxorem, quam adulterio polluit, & quod hic plus proceſſum fuerit, quam ſi fides dumtaxat præſtita fuiſſet adulteræ, vt defuncta legitima, adulteram eam duceret in vxorem, cũ eadem etiam viuente, quaſi matrimonialiter mœchæ mœchus adhęrere pręſumpſerit, † & ſacramentum ſuum temere violare. quod vtiq. conubiũ, vbi etiam nulla interceſsit religio iuramenti, tam Gregorius Papa, quã Triburienſis ſynodus deteſtatur; & vtrumq. hoc modo coniunctum pręcipit † publicę pęnitentiæ † ſubici, ac perpetuo ſine vlla ſpe coniugij permanere. nec certe aliquod idem. I. & M. adminiculum offerunt; vt ſimul maneant; quod decennio cohabitauerint

† al. Maxilla — † al. deſiſtiã — † al. conſcien. — † al. præſumpſiſſe — † al. præcepit — † al. ſententia

uerint inuicem, ac decem ſuſceperint filios; cum multiplicitas prolis ita ſuſceptæ magis eorum crimen exaggeret; & diuturnitas temporis non peccatum minuat, ſed augmentet: ſollicitudinis tuæ tamen interest, vt vterque prouideat ſuis liberis procreatis, & ſecundũ quod eiſdem ſuppetunt † facultates, ſuſtentationi eorum neceſſaria ſubminiſtret.

† al. ſuppetant

DE COGNATIONE SPIRItuali. Tit. vj.

Clemens iij. *Cap. 1.*

De cog. ſpir. c. 4.

MARTINVS Bertam duxit in vxorem, Tebergam ſibi Lotharius copulauit, & Lotharius Bertę, & Martini filium de ſacro fonte ſuſcepit, Lothario vero, & Berta ſublatis de medio, Martinus cum Teberga † contraxit; quærit a nobis tua f. vtrum tales ſint ab inuicem ſeparandi. Nos autem tuæ f. † conſultationi duximus reſpondendum: quod cũ ſecũdum verbum domini, vir & mulier vna per conubium caro efficiantur; liquidum eſt, Tebergam, † non poſſe Martino matrimonialiter copulari, qui compater eius fuerat, cũ quo ipſa Teberga † vna caro noſcitur extitiſſe.

† al. Tiberga
† al. deest f.
† al. Tibergã
† al. Tiberga
al. Taberga

Clemens iij. *Cap. 2.*

CONTRACTO matrimonio inter P. de Regali, † & A. vxorem ſuam, ſicut eiuſdem P. nobis conqueſtio † patefecit, cum per biennium inſimul cohabitaſſent, † & ex ea filium memoratus P. ſuſcepiſſet, quidam conſanguinei eiuſdem A. volentes eam ſeparari a viro, contra matrim. obiecerunt aſſerentes; quod eadem A. in primo ſacrati ſalis pabulo filium concubinæ quondam ipſius P. tenuit, cum fuerit † primo in eccleſiam inductus. & propter hoc tuam adeuntes præſentiam, dicebant ipſam a viro per tuum iudicium debere ſeparari: tua vero fraternitas, ſicut accepimus, cauſa non cognita carnale eis cõmercium interdixit, prohibens ipſi P. ne debitũ ab vxore requireret. Verum, quoniam † ſi conſtaret eccleſiæ vera eſſe, quæ diximus; nõ ideo tamen contractum matrim. solueretur, quæ res vtiq. vix contrahendo matrimonio impedimentũ afferret: diſt. t. per A. s. m. qua. † præfato P. firmiter iniungas auctoritate noſtra, quod memoratam A. ſicut vxorem propriam affectione maritali pertractet; & carnale debitum ab ea licenter exigat, & perſoluat; ſiue, quod ſupradictum eſt, ipſam A. ante matrim. cõtractum cum P. ſiue poſtea id † egiſſe conſtiterit, dum tamen ſi in fraudem cauſa ſeparandi matrimonij hoc fecit, pœnitentiam pro præſumptione accipiat, matrimonio in ſua firmitate durante.

† al. Rigale
† l. queſtio
† al. habitat
† al. fuerat
† al. Vnde
† al. vo
† al. deest id

Cæleſtinus iij. *Cap. 3.*

LAVDABILEM. Pontificalis officij proſequens actionem, cum † in ijs, quib. dubitas, matrem tuam Romanam eccleſiam conſulis, & ab ea poſtulas edoceri, aſſeris quidem in primis, quod quidam quandam mulierem in vxorem accepit, cuius pater ipſum, dum eſſet puer, de ſacro fonte ante † leuauerat, qui ambo cõiuges xxx. annis pariter ſine quæſtione manſerunt, & filios procrearunt; licet a xv. anno eorum conſcientia læſa fuiſſet. poſtmodum vero contra huiuſmodi coniunctionem accuſatione in iure propoſita, facta eſt fides eccleſiæ per teſtes omni exceptione maiores, ipſum virum mulieris a patre eius, cum qua contraxerat, de baptiſmatis vnda fuiſſe ſublatum. ad hoc autem cũ Zacharias, & Deuſdedit Romani Pontifices, talem copulam decreuerunt ſeparandam, vt pote, vbi cognatio ſpiritualis minime eſſe dubitatur, maxime inter eos, per quos compaternitas contrahitur, per quam in lege diuina germani eſſe dicuntur, licet tanto tempore ſibi inuicẽ cohabitauerint; quia tamen diuturnitas temporis non minuit peccata, ſed auget, & ſpecialiter lite mota ſuper hoc Marte proprio decurrente, eccleſia contractum illum eſſe cognouit, illicitum dicimus matrim. illud fore, ſecundum inſtituta canonica dirimendum. monendus eſt tamen vterq. vt in neceſſarijs prouideat alteri iuxta vires, prolem autẽ ſuſceptã ante ſeparationem huiuſmodi, ſi aliud non obſiſtat, † legitimam eſſe cenſemus.

Non ponitur tal. qui
† al. deest ante
† al. obſiſtit

DE EO, QVI COGNOVIT CONſanguineam ſuæ vxoris. Tit. vij.

Alexander iij. *Cap. 1.*

Non ponitur. Poſt c. 6. Lat. par. 11. c. 7.

SVPER eo, quod celſitudo tua a nobis requirit, an ille, qui prius cognouit matrẽ, ſiue ſororẽ illius, quam poſtea duxit in vxorem, teneatur eidem carnale debitum reddere; & an exigere poſſit ab ea, quod etiã conſilium dandum ſit ei, qui (hoc facinus † profitetur, quę † probare non poſſit, nec ille velit vllatenus cõtinere. Tuæ prudentiæ duximus reſpondendum, vt vxorem cum viro labores inducere, vt continentiam inſimul † obſeruent; ſi autẽ ad hoc induci non poſſunt, † & vir debitum ſoluat, & de cõmiſſo pœnitẽtiam agat: in hoc vero caſu cũ quis poſt contractum matrim. vxoris ſuę matrem, vel ſororem cognoſcit, id ipſum, quod in priori obſeruetur.

† al. contra iura matrimonij
† al. cũ
† al. ſimul
† al. poteſt

Alex.

Alex. iij. Cap. 2.

De eo, qui cog. cõſ. c. 3. † al. de eſt ſe † al. cognouiſſe † al. impeti

DE illo autem, qui vxorem fratris ſui, antequam ei matrimonio iungeretur, proponit ſe † agnouiſſe: † hoc tuæ prudentiæ reſpondemus, quod niſi publicum, & notorium fuerit, aut idoneis teſtibus comprobatum, ipſum prius præfatam mulierem cognouiſſe carnaliter, prędictum matrimonium occaſione illa impeteret† nõ permittas. Super eo vero, quod aſſeris Sarracenũ quendam de muliere Chriſtiana, quam per xiiij. annos retinuerat, filios ſuſcepiſſe: diſ. t. duximus reſpondendũ, quod tam Sarracenus, quam mulier pro tanto exceſſu graui ſunt animaduerſione plectendi.

Caleſtinus iij. Cap. 3.

c. 4. e.

TRANSMISSAE nobis literę tuę demonſtrarunt, quod G. lator præſentium vxore ſua defuncta filiam eius priuignam videlicet propriã carnali copula cognouit, poſtmodum vero aliam legitimam accipiens in vxorem, non iam occulte cum priuigna prædicta, ſed publice tãquam canis ad vomitum rediens, illicitam rem committere non expauit. Quia vero ſuper his, quid vobis agendum ſit, a nobis conſilium requiſiſti, de conſilio f. noſtrorum præſenti pagina reſpondemus; quod ſuæ legitimæ vxori cohabitans, & neceſſaria ſubminiſtrans, ne cognoſcat eã, quãdiu vixerit, niſi ab ea fuerit requiſitus, & tũc ad ipſam, non ſine graui cordis ſui dolore accedat, qui etiam pro inceſtu, & adulterio, donec cum eadem permanſerint, iuxta moderamen tui arbitrij pœnitentiam agens, poſtmodum ſi ſuperuixerit ei, perpetuo ſine ſpe coniugij permanebit.

Caleſtinus iij. *pars c. Martinus Bertam.* c. 4.

c. 5. e.

SVPER eo vero, de quo reſcriptum Apoſtolicæ ſedis poſtulaſti; vtrum coniugatus, qui ante contractum matrim. vxoris ſuæ conſanguineam, vel propinquam carnali cõmixtione cognouit, cum id vterq. fateatur, & aliqua pars viciniæ id acclamare dicatur, ſit ab vxore ſua iudicio eccleſiæ ſeparandus, tali reſponſo tuæ f. reſcribimus; quod ſi aliter veritas ordinario iudicio venire non potuerit in lucem, propter eorum confeſsionem tantummodo, vel rumorem viciniæ ſeparari non debent, † cum & quandoq. nonnulli, cum † inter ſe contra matrimonium colludere velint, ad confeſsionem inceſtus facile proſilirent, ſi ſuo iudicio crederent iudicium eccleſiæ concurrendum. Rumor autem viciniæ non eſt momenti vſq. adeo validi iudicandus; quod niſi rationabiles, & fide dignæ probationes acccedant, poſsit bene conſtitutum † matrimonium irritari.

† al. debet † al. deceſſum † al. cõtractũ

DE CONSANGVINITATE, ET AFfinitate. Tit. viij.

Vrbanus iij. Burdegalẽ. † Archiepiſcopo. pars c. Conſu. Cap. 1.

† al. Burgegalẽ. De cõſ. c. a.

SVPER eo quod iuuenem quẽdam aſſeris puellam quandam nõdum nubilem fide interpoſita iuraſſe, quæ iam facta nubilis virũ repetit, & ipſe † excipit dicens ſe non debere eam ducere, pro eo quod poſt quam puellam affidauit, carnaliter propinquam eius cognouit. Inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus: quod ſi manifeſtum fuerit † eundem iuuenẽ cognouiſſe propinquam iam dictæ puellæ, aut ſi manifeſtum nõ eſt etiam † id fama loci non habet, † cum ſponſa ſua eſſet tantum de futuro, idem iuuenis ab impetitione puellæ debet abſolui.

† al. ille † al. fuit † al. & al. ac al. & ad

Caleſtinus iij. Cap. 2.

† al. habeas c. 3. et † al. ab eodem

QVOD dilectio tua &c. Quæſiuiſti a nobis, vtrum is, qui a † ſtipite per lineam deſcendentem, ſexto, vel ſeptimo gradu diſtat, poſsit ei, qui ex altera parte per lineam deſcẽdentem ab eodem ſtipite, ſecundo, vel tertio gradu diſtat, matrimonialiter copulari, propter indulgentiam fe. me. Adriani Papę, tunc Albanẽ. Epiſcopi in Noruagiam † legati, qua permiſſum eſt omnibus † illius terræ in ſexto gradu coniungi: quod tibi videtur cõuenienter fieri poſſe, ſecundum regulam a quibuſdam doctoribus approbatam, qua dicitur, quoto quis gradu diſtat a ſtipite, toto diſtat a quolibet deſcendentium: cum tamen de conſuetudine Noruagiæ, ſi quando † talis caſus emerſerit, incolæ terræ propter proximiorem gradum coniunctos ſeparant, copulari autẽ volentes nõ permittunt inſimul copulari, ſicut literarũ tuarũ ſeries demõſtrauit. Nos vero ſic conſultationi tuæ duximus reſpondendũ; quod indulgentia ſic eſt intelligenda, vt vterq. cõiungendorũ a ſtipite ſexto gradu diſtet, cognatione ſecundũ canones cõputata. Si vero alter ſexto, vel ſeptimo gradu diſtet † a ſtipite, alter vero ſecundo, vel tertio gradu coniungi non debẽt: vnde in hac parte cõſultius duximus multitudini, & obſeruatæ conſuetudini deferendũ, quã aliud in diſſenſionem, & ſcandalum populi nouitate quadam adhibita ſtatuendum.

† al. in Origelam al. in origenã † al. hominib. † al. quandoq. † al. diſtat

DE FRIGIDIS, ET MALEFIciatis. Tit. ix.

Alexander iij. Cap. 1.

V

EX

De frigid. c. ij. † al. xvj

EX litteris tuis accepimus, quod quidam xv. † annorũ, vel eo amplius quandam xiij. annorũ duxit in vxorem, verum cum debitum reddere deberet, & non poſſet, mulier tam grauem contraxit infirmitatem, vt omnino viro ſit facta inutilis, & inſtrumentum eius ita ſit impeditũ, quod viro non valeat cõmiſceri: ſed quia nobis dubium eſt, an pro † culpa viri infirmitas peruenerit; ſuper hoc plenum, vel certũ dare reſponſum non valemus. Quod ſi tibi conſtiterit, quod illud vitium a natura contraxerit, nec ope † medicorum poterit iuuari, viro aliam accipiendi liberam tribuas facultatem; ſi vero ex culpa viri hoc prouenit, licet non ſit tutum indulgeri † ei, vt aliam accipiat, tamen ſub diſsimulatione poteris ſuſtinere. quia tutius eſt vnam, tamquam vxorem habere, quam cum multis peccare.

† al. deeſt pro — *† al. opere.* — *† al. indulgere*

Lucius iij. *Cap. 2.*

c. 4. e.

CONSVLTATIONI tuæ, qua nos conſuluiſti, vtrum feminæ clauſæ impotentes commiſceri maribus matrim. poſsint contrahere; & ſi contraxerint, vtrum debeat reſcindi. taliter reſpondemus, quod licet incredibile videatur, quod aliquis cum talibus matrim. contrahat; & quamuis de huiuſmodi expreſſum canonẽ non habemus, ſacroſancta tamen Romana eccleſia conſueuit in conſimilibus iudicare; vt quę nõ poſſunt haberi tamquam vxores, habeantur tamquam ſorores. Veruntamen talibus artificio aliquãdo † cõſueuit ſuccurri, vt valeãt apte reddere debitum, & accipere.

† al. aliquando

Cæleſtinus iij. *Cap. 3.*

c. 5. c.

LAVDABILEM &c. & infra. Sollicite quoq. ad vltimum requiſiſti; quantum tempus indulgendum ſit naturaliter frigidis ad experientiã copulæ nuptialis, in qua ſi defecerint, ſeparentur. † Nos vero quamuis in antiquis tam canonibus, quam legibus ſuper hoc diuerſa tempora concedantur; id tamen in præſenti conſultatione ſentimus; vt ſi naturaliter frigidus non poteſt illa, quã duxit, vti pro coniuge, a tempore celebrati contractus, ſi frigiditas prius probari nõ poſsit, vſq. ad triennium, ſecundum authenticum legale cohabitent. quo elapſo ſi nec tũc cohabitare † voluerint, & iuxta decretum Gregorij mulier ſi per iuſtum iudicium de viro probare potuerit, quod cum ea coire non poſsit, accipiat alium. ſi autem ille aliam acceperit, ſeparentur. quod ſi ambo conſentiunt ſimul eſſe; vir eam etſi non vt vxorem, ſed ſaltem vt ſororem habeat. At vero, ſi quod numquam ſe inuicem cognouerint, ambo fatentur, ſeptima manu propinquorum, vel vicinorum bonæ famæ: ſi propinqui defuerint, tactis ſacroſanctis euangelijs vterq. iure iurãdo dicat, † quod numquam per carnis copulam vna caro effecti fuiſſent; & tunc videtur, quod valeat ad ſecundas nuptias cõuolare. Verũ ſi ille aliam duxerit, tunc ij, qui iurauerant, rei periurij teneantur, & peracta pœnitentia cogantur ad priora conubia redire.

† al. ſeparantur — *† al. habitare* — *† al. decet*

DE MATRIMONIO CONTRA interdictum eccleſiæ contracto. Tit. x.

Clemens iij. *Cap. vn.*

Nota pe. mitur.

CVM ſis præditus ſcientia litterarum, & ad ea ſufficiens, quæ a nobis requirere voluiſti, quia tamen ad maiorem certitudinem iudicium noſtrum ſollicitudine paſtorali requiris, & prudentiam tuã exinde commendamus; & reſponſum noſtrum pro ſuſcepto † officij noſtri debito deſtinamus. Cõſuluit nos ſane tua diſcretio, vtrum ij, qui contra inhibitionem annuatim in ſua ſynodo cum excommunicatione in genere facta clãdeſtina coniugia contraxerunt, ſeparandi ſint, † an tolerari debeant ſic contracta matrimonia; vel taliter contrahentes excommunicandi ſunt, † donec ſatisfaciant eccleſiæ, quã læſerunt. Super quo vtiq. f. t. duximus reſpõdendum: quod licet ſic contracta * matrimonia * coniugia eſſe negentur, † ſacri tamen canones ideo prędicta prohibere noſcuntur, ne ſi alter contrahentium mutata voluntate in aliud votum ſe publice transferret, pro coniugio, quod incertum eſt, iudicis † ſentẽtia promulgari non poſsit. Verum ſi contrahentiũ volũtas propria ſuffragauerit, & legitima vota ſuccurrerint, † licet ab initio tale matrim. non tenuerit, ex poſt facto tamen ſubſequẽte voto vtriuſq. legitimo roboratur, & tolerãdi ſunt taliter contrahentes, niſi matrim. fuerit accuſatũ. Sed quoniam contra interdictũ eccleſiæ, & excõmunicationem generaliter factam agere præſumpſerunt, † nominatim excommunicati denuntiandi ſunt pro contemptu, donec eccleſiæ ſatisfecerint, & poſtmodum eis inſpecta perſonarum, & tẽporis qualitate, pœnitentia eſt indicenda.

† al. ſuſcepti — *† al. ſit* — *† al. ſint* — *† al. videatur* — *† al. eſt iudicis* — *† al. ſuccurrunt* — *† al. præſumpſerint*

QVI SVNT † FILII LEGITIMI. Tit. xj.

† al. ſint

Cæleſtinus iij. Eboracen. Archiepiſcopo. Cap. 1.

DE-

Qui fil. ſint leg. c. 10. †al. Referente

DEFERENTE † nobis &c. Tibi taliter reſpondemus, quod publicæ honeſtatis iuſtitia prohibente, matrim. inter eos contrahi nõ potuit, & contractum debuit ſeparari. ac per hoc cũ filij nec per eccleſię permiſſionem, † nec per paternã ignorantiam excuſentur, ad ſucceſsionem paternorum bonorũ non videntur aliquatenus admittendi.

†al. remiſſionem †al. Lincoln.

Cæleſtinus iij. Lincolieñ. † Epõ, & Abbati T. c. 2.

PERVENIT ſane ad nos ex inſinuatione Luciæ viduæ, quod cũ inter G. patrem ſuum, & A. matrem illius matrimonium fuiſſet legitime celebratum, & quamdiu vixerãt quiete obſeruatum, poſt illorum deceſſum quidam aſſerentes eam de non legitimo matrimonio fuiſſe ſuſceptam, a paterna hereditate tamquam illegitimam amouere conantur. m. itaq. diſ. v. per A. s. m. † qua. ſi vera ſunt, quæ pręmiſimus, dictam viduam auctoritate noſtra legitimam nuntietis.

†al. deeſt m.

QVI MATRIMONIVM ACCVSARE, vel teſtificari poſſunt. Tit. xij.

Clemens iij. *Cap. 1.*

EX litteris tuæ fraternitatis accepimus, quod cum B. miles L. mulierẽ xxv. annis tenuerit in vxorem, nunc dictus miles ab ea, ſeparari deſiderans, matrimonium ipſum accuſauit aſſerens, ſe admuicem in ſeptimo cõſanguinitatis gradu attingere, idemque † coram te ſufficienter ſe probaturũ idoneis teſtibus proponebat, adiciens inſuper, quod ob hanc cauſam a G. prędeceſſore tuo in primo nuptiarum anno, vinculo fuit excõmunicationis aſtrictus: ex aduerſo vero præfata mulier dixit, accuſationem ſuam nullatenus audiendam, eo quod ſicut ſe manifeſte probare dicebat, per xxv. annos idem vir tãquam legitimã vxorem eam tenuiſſet. Vnde quia ſuper hoc nos conſulere voluiſti; conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quod ſi tibi conſtiterit prædictum virum mulierem illam xxv. annis tamquam vxorem legitimã tenuiſſe, ipſum ad eam in † vxorem de cetero detinendam, & maritali affectione tractandã ap. re. compellas, perpetuum ipſi viro ſuper eadem quæſtione ſilentium auctoritate Ap. imponens.

†al. ideoq. al. ſedẽ quoq. †al. vt

Clemens iij. *Cap. 2.*

Non poteſt.

DILECTVS filius noſter Archipreſbyter tuus per ſuas nobis litteras intimauit, quod cum duo viri duas accepiſſent ſorores; altera ſine liberis ex hac vita ſubtracta, vir eius accepit aliam in vxorem, ex qua filium generauit. cui filia ſororis alterius fuit tẽpore procedente (in matrim. † copulata; cum qua iam permanens filios ex ipſa, ac filias, qui adhuc ſuperſtites ſunt, accepit. quia vero ex matrimonio illo ſiniſtra opinio eſt exorta, per memoratas litteras idẽ Archipresbyter Apoſtolicum duxit ſuper hoc conſilium requirẽdum. Vnde licet publicæ honeſtatis iuſtitia huiuſmodi prohibeat matrimonia contrahi, quia tamdiu inſimul permanſerunt, vt accuſatores (ſi qui † fuerint, debeant ſuſpecti haberi, qui cum præſentes extiterint per tam longa temporis ſpatia tacuiſſe noſcũtur, hoc tibi ſuper hoc duximus conſulendum; vt cõtra matrimonium illud accuſatio nullatenus deinceps admittatur; ſed potius ſub diſsimulatione perſonæ illæ permittantur inſimul permanere.

†al. matrimonio †al. qui

Cæleſtinus iij. *pars c. Laudabilis.†* *Cap. 3.*

† laudabile. Qui mat. acc. poſ. c. 4.

INSVPER adieciſti, quod aliquis cõtraxit cum quadam puella innubili, quæ tandem ætatis metas attingens, & ab illo cognita plures poſt quatuor, aut quinq. annos a præfata ætate decurſos, contra matrimonium allegauit, aſſeuerans ſe ab initio diſſenſiſſe ſemper ab illo; & quod dicit per teſtes probat fama, & conuerſatione præclaros. In hoc itaq. caſu ſentimus, quod aduerſus matrim. audiri non debet, quæ ante cognitionem ſui legitimum annum attingens, cum potuit, † minime reclamauit. ſicut enim ante cõſenſum legitimum, qui in anno xij. ſperatur, ſecundum ius canonicum potuit diſſentire: ſic poſtquam legitimo tempore accedente, ſemel etiam carnali copulæ conſenſit, ex ratihabitatione ſibi ſuper hoc ſilentium non ambigitur induxiſſe.

†al. potuerit

Clemens iij. *Cap. 4.*

A nobis eſt ex parte eccleſiæ veſtræ † requiſitum; vtrum aliqui ſuper accuſatione matrimonij nil voce propria depromentẽs, debeant per ſolam chartulæ cõſcriptionem admitti. Ad hoc reſpondemus, quod in talibus niſi quantũ ad præſumptionem nullius momenti eſt conſcriptio, quo ad ſententiæ calculum proferendum, niſi alia legitima † ſuffragentur. Præterea quia & hoc conſultationi fuit additũ, proinde reſpondemus; quod qui ſponſalib. interfuerunt, & tacuere quęſiti, nõ ſunt poſtea recipiendi, ſi velint contra matrimonium aliqua cõfiteri, niſi de his aliqua velint dicere, quę in veritate poſtea didicerunt; de quibus tamen † conſtet eos nil ſcię interrogationis tempore cognouiſſe.

c. 2. e. †tuæ †al. legitima †al. ...

V 2 Qua-

Qualiter vero ab iis,qui accuſant matrim. vel aliquod proteſtantur, accipiendũ † ſit ſacramentũ,& poſt quot annos ſint aliqui in accuſatione matrimonij audiẽdi, pręſentib. litteris nõ duximus adnectendũ: quia forma huius ſacramenti pæne in omnibus patet canonib. diligenter expreſſa,& quia per varietatem caſuum,& diuerſitates perſonarum certa de annorum ſpatio his non poſſit meta præfigi. *† al. excip.*

Clemens iij. *Cap. 5.*

Non ponitur. SICVT ex litteris tuis, & petitionis tenore nobis oblatę cognouimus,cũ olim inter H. † & R. mulierem matrimonium eſſet iuramento firmatum,quod quidam aſſerebat eos adinuicem conſanguinitatis ſe gradu attingere,tunc vocato plebano, de cuius parochia vir,& mulier fuerant oriundi,ei diſtrictius iniunxiſti,vt ſuper negotio illo veritatem inquireret diligentius,& accuſatorib. ipſius matrimonij ex tua parte pręciperet,vt infra terminum,quẽ plebanus ille † illis ſtatueret,ad accuſationem conuenirent. quod ſi in illo termino non accederent, vlterius minime audirentur. Vnde quia idẽ accuſatores in ſtatuto eis termino minime acceſſerunt,matrimoniũ illud fuit vtriuſq. copula confirmatum. quia vero poſtmodum patruus prædictę puellę ad illius,vt dicitur,hereditatẽ anhelans; accuſaturus matrimoniũ illud ad præſentiã tuã acceſsit,duos ſecũ teſtes adducens,quos præfatus vir, & mulier parati erant infames eſſe in continenti probare,& quia verbis eorũ minime adquieſcere videbaris,idẽ vir ad noſtrã audientiã appellauit.quia vero contracta matrimonia ſine magna deliberatione ſeparari nõ debent,nec contra ea recipi quęſtiones;ſ.t,m. qua.ſi vera ſunt,quę prędiximus,teſtes,& accuſatores ipſius matrimonij, tãquã ſuſpectos abicias,nec tu ipſe admittas,nec ſinas, quamtum in te fuerit,a quoquam admitti. *† M.* *† al. ipſi*

DE DIVORTIIS. Tit. xiij.

Alexander iij. *Cap. 1.*

Non ponitur. AD aures &c.& infra.Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus,quatenus,ſi coram eccleſię tuę canonicis probatum eſt,quod conſobrinus latoris præſentium eiuſdem vxorem,& ante,& poſt contractum matrimonium carnaliter cognouit,cum illud fuerit nullum matrim. † accipiendi aliam liberam tribuas facultatem, niſi cum prædicta muliere poſt factũ cognitũ inceſtum probetur cõmiſiſſe. *† inde*

Clemens iij. *Cap. 2.*

Non ponitur. COMES (Wil. de Rumareñ. † vir nobilis parochianus tuus, prout nobis per tuas litteras retuliſti, tibi fuit ſecreto confeſſus, quod cum ipſe cum quadam muliere nobili matrimoniũ contraxiſſet,ipſa inſtinctu quorundam admonita,cõſanguinitatem inter ſe,& eum eſſe propoſuit, & per Ricardum olim Cantuarieñ. Archiepiſcopũ poſtulauit diuortium celebrari.licet autem prædictus Comes illam crederet ad ſe nulla conſanguinitatis linea pertinere; ferens tamen indigne, quod vxor ſua eum contempſerat, cum contradicere potuiſſet,obticuit, nec aliquatenus ad ſedem Apoſtolicã appellauit,† ſed poſt cõſanguinitatem probatam, & diuortio iudicio eccleſiæ conſecuto,muliere iamdicta ad matrimonium cuiuſdam nobilis tranſeunte, idem Wil. † aliam ſibi matrimonialiter copulauit. quia vero ipſum propria conſcientia remordet,vt aſſeris,de eo,quod ſciens inter ſe,& primam vxorem nullam eſſe cõſanguinitatem, ab ea ſuſtinuit ſeparari,cũ ab ipſo cõmonitus quid ſibi agendũ ſit,diligenter inquiras. Præſenti pagina reſpondemus,quod quamuis in conſcientia ſcrupulum gerat de prima coniuge derelicta,non debet tamen a ſecunda recedere,& cõiugale debitũ denegare; expedit tamen,† vt pænitentiam ei competentem iniungas; pro eo quod cõtra conſcientiã ſuam ſeparari conſenſit, & inſuper eam pęnitentiã ſibi experiatur inflictam; vt ad ſecũdæ coitũ cum dolore,ſi fuerit requiſitus, etiam teneatur accedere;tamen arbitretur ſe ius repoſcẽdi ab ea carnale debitum amiſiſſe. *† al. W de Rumaro* *† al. voluit appellare* *† al. W* *† al. autem ei*

DE DOTE POST DIVORTIVM reſtituenda. Tit. xiiij.

Clemens iij. *Cap. 1.*

DE prudentia veſtra valde miramur,quod cum vobis cauſam matrimonialẽ, quę vertebatur inter B. Piſanum ciuem,& M. mulierẽ commiſiſſemus canonice terminandam; & vos conſanguinitatem inter eos in † vj. & vij. gradu † inuenientes, ſententiam diuortij tuliſſetis; de dote, quam a viro mulier repetebat,quidquam ſtatuere diſtuliſtis. quia igitur ſecundum iura vos quidem † de matrimonio principaliter cognouiſtis , & de dote, quæ eſt cauſa incidens,acceſſorie cognoſcere valuiſtis,& ſententialiter diffinire; diſcretioni veſtræ per Ap. ſcripta mandamus,quatenus prędictũ B.moneatis attẽtius,& app.ceſſante cogatis,vt prædictæ mulieri totã dotem ſuã, ſicut canonicũ fuerit, reſtituere nõ moretur. *De don. int. vir. c. 1.* *† al. 7.* *† al. gradũ* *† al. qui*

Caleſtinus iij. *Cap. 2.*

PLE-

FLERVMQVE accidit, vt propoſuiſti, quod in tua parochia mulieres a viris ſuis fornicationis cauſa recedunt; & ſic vſque ad mortem ipſorum permanere noſcũtur, ipſis autem † defunctis, cum a conſanguineis, ad quos hereditates eorum deueniunt, dotem ſuam cum dotalicio ſuo repetunt, eis audientiam denegãt, & eis † nolunt reſtituere, quod repoſcunt ob hanc cauſam, quia eo ipſo ſe indignas feciſſe † noſcuntur, quod a viris ſuis cauſa fornicationis duxerint recedendum. In hoc caſu itaq. dicimus, quod ſi aliqua † mulier ob cauſam ſuæ fornicationis iudicio † eccleſiæ, aut propria volũtate a viro ſuo recedit, † nec poſtea reconciliata eſt eidem, inde † defuncto ipſo dotem, vel dotalicium ſuum repetere non poteſt.

† al. vero † al. deeſt eis † al. fuiſſe. † al. hec † al. per iudiciũ † al. receſſit al. recedat † al. deeſt inde

DE SECVNDIS NVPTIIS. T. xv.

Alexander iij. *Cap. vn.*

CAPELLANVM nihilominus, quem benedictionem cũ ſecunda tibi cõſtiterit celebraſſe; ab officio, beneficioq. ſuſpẽtum, cum litterarũ tuarũ teſtimonio, appellatione ceſſante, ad ſedẽ Apoſtolicam, nullatenus deſtinare poſtponas.

De ſec. nup. c. 1.

LIBER QVINTVS

DE ACCVSATIONIBVS. TIT. I.

Cæleſtinus iij. † *Cap. 1.*

SI conſtiterit, quod ſæpedicto D. præſcripta eccleſia non fuerit perpetuo conceſſa, ſed ad tempus commendata &c. & infra. De violentia, & quod in taberna pernoctauerit, ita quod altera die nulla præmiſſa dormitione miſſam cantaſſet † &c. & infra. Sed etiam ſi de hoc rationabiliter fuerit cõuictus in iudicio ante † Epiſcopum, vel Archiepiſcopum ſuum accuſatus, vel ad rationem poſitus, ſine coactione coram pluribus fuerit confeſſus, ei nullus ap. ob. ſuper eadem eccleſia perpetuum ſilentium imponatis, & ipſum ab impetitione G. deſiſtere compellatis. Ceterum ſi eidem D. fuit eccleſia ipſa canonice conceſſa, † & tradita, & poſtea de crimine aliquo non fuit † conuictus, propter quod debuit † de iure ſpoliari, vel poſt appellationem, ſicut aliquando allegauit, eccleſia illa fuerit ſpoliatus, ipſam facias † ei reſtitui, & in pace dimitti.

† al. Clemens al. Alex. iij. De accuſ. c. 11. † al. cantauerit † al. apud † al. cõmiſſa † al. fuerit † al. debeat † al. ſpoliatis

Alexander iij. *Cap. 2.*

MEMINIMVS iam pridem tibi præcipiendo mandaſſe, vt dilectæ filiæ n. Caſſiotæ Abbatiſſæ monaſterij ſancti Zachariæ, cuius electionem confirmauimus, † munus benedictionis impenderes; ſed quia Henricus pro altera parte ad noſtram † præſentiam acceſſit, & te † exinde ad noſtram audientiam appellauit, proponens, quod eam accuſaret de ſimonia; & ideo mandatum noſtrum diſtuliſti effectui mancipare. quia vero non decet te in hac parte appellationi eiuſdem H. deferre, cum non liceat laicis contra clericos, & monachos teſtimonium ferre; & cũ idem H. fuerit memoratæ Caſſiotæ manifeſtus † inimicus, & cõtra eam teſtimonium tulerit; nos ſi bene meminimus, eandem Abbatiſſam benedici mandauimus; & adhuc ap. rem. mandamus; quatenus, cum inde fueris requiſitus, præfatæ Abbatiſſæ contradictione, & appellatione ceſſante, munus benedictionis nõ differas impertiri.

c. 11. e. † al. cõfirmauimus † al. veſtram † al. a te † al. manifeſtiſſimus

DE SIMONIA. Tit. ij.

Alex. iij. *Cap. 1.*

VENIENS ad nos F. presbyter nobis ſimplici † relatione propoſuit; quod Abbas, & fratres ſancti R. noluerunt eum in monachũ recipere, quouſq. illis pro monachatu triginta libras dare conuenit; cõuentione autem facta, ſtatim eum ſequenti die monaſticum habitum induerunt. Idem vero † monachi triginta ſol. Abbas vero xl. & familiæ xij. pro paſtu, aſſerentes hoc eſſe de conſuetudine monaſterij poſtulauerũt. Quoniam ergo rei veritas nobis non conſtat, & factum huiuſmodi pernicioſum videtur: f. v. † per A. s. m. p. † qua rei veritatẽ diligẽter in-

De Sim. c. 10. † ſimplici † al. deeſt vero † al. s. † al. deeſt pr.

† al. no ueris inquiras,& ſi ita inueneris † eſſe, Abbatem, & monachos ad reſtituendam pecuniam prę † al. ac ceptã fato F. tam indigne receptam,† inſtanter admoneas;& cum omni diſtrictione compellas; & Abbatem, & maiores perſonas monaſterij pro tantæ prauitatis exceſſu,ab officio ſacerdotali ſuſpendas. Prædicto autem F. in † al. Deo alio monaſterio præcipias,vt in habitu monaſtico domino † ſtudeat deſeruire.

Alexander iij. *Cap. 2.*

c.10.e. EX tuæ fraternitatis litteris,& confeſsione ſacerdotis præſentium latoris accepimus, quod cum ad ſacerdotis ordinem non aliter voluiſſet eum eius Archidiaconus præſentare: v. ſol. eidem Archidiacono ſoluit,& ſic poſtea ordinem ipſum per eum præſentatus accepit. Vnde ſuper eo,de quo noſtrum conſilium poſtulaſti,tibi ſic duximus reſpondendum; vt ſi hoc non eſt publicum, ſed ſecretũ; eundem ſacerdotem ſecreto conuenias, monens,ſine vlla tamen coactione eum propenſius,& inducens,vt ordinem alicuius religionis aſſumat,& perpetuo ab officio,quod illicite adquiſiuit,abſtineat. Si vero ad religio- † al. aſſumẽdũ nis ordinem obſeruandum † inducere eum forte non poteris;ſtudeas ei ad ſuſtentationẽ ſuam aliquod beneficium eccleſiaſticũ conſtituere:ad hoc,vt a ſacerdotio debeat in perpetuum abſtinere. Alioquin non erit tutum, cum ſit ſecretus exceſſus, ipſum inuitum ab eodem officio coërcere; ſed tamen ſecretam pęnitentiam,ſecundum quod tibi viſum fuerit,iniungere non poſtponas.

Alexãder iij. Hereſordeñ Archidiacono. † c.3. † al. Epo.& Archidi. Hereford.

c. 21 e. AD noſtram noueris † audientiam perueniſſe,vnde,ſi verum eſt,plurimum admiramur,& aduerſus vos,† iure mouemur; quod in eccleſijs in veſtra iuriſdictione conſtitutis vicarios,niſi ab eis extorta pecunia nulla ratione miniſtrare permittis,† & perſonas eccleſiarum,quaſi ſeruos,& cenſuarios ſingulis annis indebitis exactionibus grauare pręſumitis,† extorquendo ab eis pecuniam,& procurationes eas † diuerſis nominibus, aliquando auxilium Epiſcopi, interdum eiuſdem † Epiſcopi, & veſtras conſuetudines nuncupãtes; quas ſi vobis forte reddere contendunt; vos eaſdem perſonas,& eccleſiarum vicarios ab officio ſuſpenditis, & in eorum eccleſijs diuina prohibetis officia celebrari, & inter cetera denarium † chriſmatis pro † voluntate veſtra ab eis in veſtræ ſalutis periculum extorquere pręſumitis huiuſmodi exactionem; vt eam † liberius videamini exigere,quãdoq. conſuetudinem Epiſcopalem, quandoq. ſynodalia,quandoq. paſchales denarios appellantes. & infra. Quia vero non deceret † vos clericos ita viliter, & inhoneſte tractare: diſ. v. per A.s.m. qua.ab eis pro miniſterio eccleſiaſtico exercendo, ſiue pro vicarijs aſsignandis, ſeu pro chriſmate nullatenus exigatis pecuniam, & eos indebitis exactionibus, aut procurationib. de cetero grauare, vel perſonas eorum,aut eccleſias ſine manifeſta ratione,& rationabili cauſa nullatenus interdicto ſubponere præſumatis &c. Alioquin, ſi ad nos exinde iterata querella peruenerit,&c.

(Margin: † al. noueritis † al. to † al. permittitis † al. præſumis † al. eaſdem † al. ipſius † al. denarios † al. ex † al. tã. al. deeſt † al. decet)

Lucius iij. *Cap. 4.*

AD aures noſtras perueniſſe agnoueris, quod cum G. de Seueuilla † propter pecuniã, quam debebat,vinculo fuiſſet excõmunicationis aſtrictus,creditoribus ſatisfecit;ſed excommunicatoribus x. libras pro abſolutione quærentibus abſolutionis gratiam nõ valuit obtinere. Quoniam igitur indignum eſt, & rationi eccleſiaſticæ contrarium, vt abſolutionis beneficium redimatur:d. v. † per A. s. m. qua. ſi præfatus G. debitum ſoluit,pro quo fuerat † per ſententiam nominatus, ipſum nullius ap. ob. gratis faciatis † auct. Ap. abſolui, etſi † excommunicatores requiſiti id ei noluerint exhibere.

(Margin: c.24.e. † al. Senenilla † al. s. † al. fuit al. fue ris † al. faciatis † al. deeſt &)

Clemens iij. *Cap. 5.*

SVPER eo vero, quod quærere voluiſti,ſi alicuius electio caſſata fuerit,& idem ad regimen eiuſd. † eccleſiæ iterum concorditer nominatus,an † ſecunda electio debeat confirmari. hoc tuam tenere volumus diſcretionem,quod ſi prior electio non vitio perſonæ,ſed modo electionis caſſatur,niſi forte ſimoniacę prauitatis aliquid (interceſſiſſe conſtiterit,† promotionem † eius in eadem eccleſia non debeat impedire.†

(Margin: Non ponitur. † al. eius † al. deeſt an, al. vtrũ † al. interceſſerit † al. promotio † al. impedire Non ponitur.)

Clemens iij. *Cap. 6.*

QVAMVIS ad abolendam ſimoniacam prauitatem a prædeceſſoribus noſtris varia emanauerint inſtituta; vſq. adeo tamen in quoſdam Satanæ filios ille morbus irrepſit, vt adhuc peccatis exigentibus,nec leui potuerit † medicamine, nec igne curari,quin in eo potius iniquitatis ſemina pullularent,† quo amplius ſollicitudo meſſorum eſt viſa ſuffocare. quia vero interdum ex defectu teſtimonij non poteſt in pleriſq. huiuſmodi peruerſitas canonica pœna feriri,& † tu ſedem Apoſtolicam duxiſti conſulendam; vtrum mediatores, & † interlocutores, per quos ſcelus illud plurimum † cõmittitur, ad teſtimonium poſ-

(Margin: † al. potuerint † al. pullularẽt † al. deeſt & † al. vel † al. plerumq.)

poſsint cõtra ſceleris auctores admitti. quod in odiũ criminis admitti debeant, reſpondemus, quia cum tanta ſit labes huiuſmodi † criminis, ſicut in canone continetur; quod ad ferendum in ea teſtimonium quilibet admittatur. †

Clemens iij. *Cap. 7.*

DE regularibus canonicis, ſeu monachis nos voluiſti conſulere, qui per ſimoniam ingreſſum ipſis ſcientibus, & machinantib. habuerunt; vnde cũ ſuper hoc auctoritates multæ inueniuntur † expreſſæ; non aliud, quam ſtatutum eſt, reſpondemus. vt locum, quem taliter adepti ſunt, omnino dimittant, & ſolitudinem, ſeu alia monaſteria diſtrictiora adeant, in quib. tam execrabilem exceſſum ſine intermiſsione deplorent. Si autem † ignorantibus ipſis pecunia data fuerit, cogas eos ad renuntiandum loco eidem, & poſtmodum in ipſum reducere, ſi ibi abſq. ſcãdalo remanere potuerint, aut † eos in aliquo, quod † ſit de ordine ipſo, ad ſeruiendum Deo poteris collocare.

Clemens iij. *Cap. 8.*

VENERVNT ad clementiam Ap. ſedis dil. filij noſtri P. & I. † & Iu. † eccleſiæ veſtræ canonici, & tam ex veſtris litteris, quas gerebant, quam ex propria relatione nobis humiliter intimarunt, quomodo alter eorum ſcilicet P. in eccleſia veſtra quondam ea condicione ſocius fieri meruit, vt ad opus eius quendã librũ ſcribere teneretur; alius vero videl. I. canonicam non habuit † in eadem, niſi prius libros quoſdam, quos ſecum habebat, ipſi eccleſiæ curaret offerre. Poſt huiuſmodi vero ingreſſum, cum ſuas conſcientias ſuper hoc ſæpe requirerent, & ſe in eis culpabiles inuenirent, tamquam viri prouidi, & honeſti; † ac ſuarum animarum lucra quærentes, ad te frater Epiſcope diuerſis temporib. acceſſerunt, & ſuis conſcientijs referatis, idem P. ſocietatem illius eccleſiæ, & Archidiaconatum, quo fungebatur, in tuis manibus reſignauit. Ad vltimum quidem ambo licentia veſtra communiter impetrata, de mandato veſtro Rom. eccleſiam adeuntes, cum maxima deuotione, ac humilitate, quod fuerant, vt dictum eſt, cõdicionibus iniquis adepti, in noſtris manibus coram fratrum noſtrorum præſentia refutarunt. † Nos igitur conſiderantes deuotiones eorum, † & quod vltro eis renuntiauerant, † nihilominus attendentes eos de benignitate ſedis Apoſtolicæ accedente fratrum conuenientia † ſupradictæ † ſocietati, & canonicis eccleſiæ veſtræ duximus reſtaurandos; & ab omni infamia, ſi quam ſuper hoc contraxerant, abſoluendos. Verum † veſtræ v. † m. qua. eos de cetero, tamquã canonicos veſtros habentes, in illis beneficijs, & honorib. quos habebant, ſeruetis indemnes; & ſicut fratres veſtros, & ſocios, vt condecet, honoretis; nec ob hoc impediantur, vel aliquatenus perturbentur, quominus, vt perſonæ legitimæ honores, & gradus eccleſiaſticos valeant optinere. Volumus tamen, & præcipimus † Ap. auctoritatẽ. vt quia memoratus P. Archidiaconalẽ dignitatẽ, quã prius habebat, ſpontaneus reſignauit, & tu eam frater Epiſcope alij cõceſsiſti; ſi nũc facultates apparẽt, † vel quã citius apparebunt, † & eum interim in veſtrũ canonicum admittatis; & tu Epiſcope pro reſignatione Archidiaconatus recompenſationem facias cum eo indignitate conſimili, vel alia competenti.

Caleſtinus iij. *Cap. 9.*

NOBIS fuit ex parte tua cum magna diligentia propoſitum, † quod cùm quattuor eſſent a capitulo cõſtituti, qui debebant quẽdam in plebanum eligere; amici eius de electione, cuius ſpes habebatur, vni eligentium, vel omnibus promiſerunt ſe pecuniam ſoluturos, eo tamen ignorante, qui huiuſmodi interueniente promiſsione poſtmodum eſt electus. Quia igitur ſuper hoc nos conſulere voluiſti, ſollicitudini tuæ breuiter † reſpondemus; quod niſi forte conſtaret illos, qui præmiſſum tale fecerunt, per fraudem in diſpendium ipſius, qui eligendus erat, id malitioſe feciſſe; quamuis ipſe promiſsionis conſcius non fuerit, tamen electio huiuſmodi tãquam ſimoniaca, per † prauitatem huiuſmodi adquiſita, eſt penitus reprobanda: &c. Ad vltimum ſuper hoc, quod in fine tuæ conſultationis inuenimus, hoc duximus reſpõdendum, quod aliquis in plebanum, ſeu in quemlibet eccleſiæ prælatum electus, & vt dictũ eſt, per prauitatem ſimoniacam reprobatus, ab Epiſcopo ſuo diſpenſationem aliquam optinere de iure non poteſt.

Caleſtinus iij. Lincoñ. Epiſcopo, & Priori de Fraſtopome, & Archidiacono de Marin. † *Cap. 10.*

DILECTVS filius noſter R. præpoſitus nobis pateſecit, quod cũ ve. f. n. G. Eboraceñ. Archiepiſcopus eum multis grauaminibus, & varijs iniurijs afficere non ceſſaret, promiſsit ei certam quantitatem pecuniæ ſe daturum, vt ab ipſius deſiſteret læſione. verum Archiepiſcopus poſt receptionẽ pecuniæ cũ

† al. de eſt modi
† al. ad mitti-tur
c. 15. e.
† al. reperiuntur
† al. vero
† al. vel al. vt
† al. qui al. alio loco, qui Non ponitur.
† al. Petrus Iohãnis al. P. Iohannes al. P. Iohãnis
† al. Iulianus al. Vdlamus al. Iulianus
† al. habuerit
† al. diſcreti
† al. reſignarunt
† al. ipſorum
† al. renũtiauerunt
† al. cõniuentia
† al. ſupradictos

† al. Vn de
† vniuerſitati
† al. præſentiũ
† al. facultas appareret
† al. apparebit
c. 17. e.
† al. intimatũ
† al. t.
† al. per ſimoniacã
† al. Marien.
c. 28. e.

eum, ſicut promiſit, in pace non dimiſit, nec ſuper dignitatibus, & beneficijs ſuis ab eius moleſtatione quieuit. Ideoq. diſ. v. per A. s. m. quatenus ſi res ita ſe habet, Archiepiſcopum re ſtituere, quod accepit, & ſi eum contra promiſſionem ſuam veniſſe conſtiterit, auctoritate noſtra ap. re. compellatis; & prohibeatis etiã ipſum Archiepiſcopum ex parte noſtra diſtrictius, ne pendẽte lite Prępoſitum ipſum, vel ſuos moleſtare præſumat, & ſi forte fecerit, per veſtram ſollicitudinem corrigatur.

DE MAGISTRIS, ET NE ALIquid exigatur ab eis. Tit. iij.

Alexander iij. Remenſi Archiepiſcopo. Cap. vn.

PERVENIT ad nos, quod cum in eccleſia Lameñ. † & eccleſia Tornaceñ. ad ſuſtentationem eius, qui ſcholas regit, beneficiũ ... ſolium deputatum † fuiſſet, ſicut per omnes fere alias eccleſias maiores Gallicanas, & fuiſſe quondã, & in quibuſdam adhuc eſſe dinoſcitur, ab aliquantis retro temporibus clerici eccleſiarum ipſarum auaritia depravati idem beneficiũ in cõmunem vſum redigere præſumpſerunt, qua de re ſtatim doctrina ceſſauit, dum doctoribus ſtipendium eſt ſubtractum. nos autem in concilio Lateran. nuper auctoritate domini celebrato, ac tota eccleſia, quæ conuenerat, approbante ſtatuimus, vt per omnes eccleſias cathedrales ad ſubſidium magiſtri, qui ſcholas regat, prębenda vna debeat deputari. quo circa, † ne in vacuum decreta, quæ recta ſunt, fieri † videantur, ſi per noſtram, † & Epiſcoporum induſtriam non fuerint obſeruata, tuę fraternitati m. qua. ad eccleſias ſupradictas accedẽs, † & ad opus magiſtri, qui ſcholas regat, aliquod reſtituas beneficium, quod ad illud opus deputatum fuit antiquitus; aut aliud facias de nouo ap. re. deputari, vt competentibus ſtipẽdijs doctori prouiſis, pauperes, qui parentum opibus non iuuantur, per miſericordiam eccleſiæ doctrinam ſibi lætentur adeſſe, & diuites, qui eccleſiaſticis poſſunt vtilitatibus deſeruire, ab eccleſia pro ſtudio litterarum lõge fieri non cogantur.

DE IVDAEIS, ET SARRACENIS, & eorum ſeruis. Tit. iiij.

Alexander iij. Cap. 1.

CONSVLVIT &c. Iudęos etiã de nouo conſtruere ſynagogas, vbi eas non habuerunt, † pati non debes; verum ſi antiquæ corruerint, vel ruinam minantur, vt reędificent, poteris † æquanimiter tolerari, † non autem, vt eas exaltent, aut ampliores, aut pręcioſiores faciant, quam antea fuiſſe noſcuntur, qui vtique pro magno debent habere, quod in veteribus ſynagogis, & ſuis obſeruantijs tolerantur.

Alexander iij. pars c. Licet. Cap. 2.

AD hoc † præſentium auctoritate mandamus, atq. præcipimus, quatenus omnibus Chriſtianis, qui ſunt in iuriſdictione veſtra, penitus interdicatis, & ſi neceſſe fuerit, eos † eccleſiaſtica diſtrictione compellatis, ne ipſi Iudæorum ſeruitio aſsidue pro aliqua mercede ſe exponant. quod etiam obſtetricibus, & nutricibus eorum prohibere curetis, ne infantes Iudæorum in domibus eorum nutrire præſumant, quoniam † Iudæorum mores, & noſtri in nullo concordant, & ipſi de facili ob continuam conuerſationem, & aſsiduam familiaritatem inſtigante humani generis inimico, ad ſuam ſuperſtitionem, & perfidiam ſimplicium animos inclinarent. †

Clemens iij. Cap. 3.

SICVT Iudæi non debent ſine licentia in ſynagogis, vltra quã lege † permiſſum eſt, pręſumere; ita in his, quę eis conceſſa ſunt, nullum debent præiudicium ſuſtinere: ſtatuimus enim, vt nullus Chriſtianus inuitos, vel nolentes ad baptiſma eos venire compellat. Si quis autem ad Chriſtianos cauſa fidei confugerit, poſtquam voluntas eius fuerit patefacta, Chriſtianus abſq. calumnia efficiatur. quippe Chriſtiani fidem habere nõ creditur, qui ad Chriſtianorum baptiſma non ſpontaneus, ſed inuitus cognoſcitur peruenire. † nullus etiam Chriſtianus eorum quemlibet ſine iudicio terrenę poteſtatis, vel vulnerare, † vel occidere, vel ſuas illis pecunias auferre præſumat, aut bonas, quas hactenus habuerunt conſuetudines, immutare, præſertim in feſtiuitatum ſuarum celebratione, quiſquam fuſtibus, vel lapidibus, eos nullatenus perturbet; neq. aliquis ab eis coacta ſeruitia exigat, niſi quæ ipſi præterito tẽpore facere conſueuerunt. Ad hæc malorum hominum prauitati; & auaritiæ obuiantes, decernimus, † vt nemo cœmeterium Iudæorum mutilare, aut inuadere audeat, ſiue † obtentu pecunię corpora humata effodere. ſi quis autem huiuſmodi tenore decreti cognito, quod abſit, contraire præſumpſerit; honoris, & officij ſui periculum patiatur, aut excommunicationis vltione plectatur, niſi præſumptionem ſuam digna ſatisfactione correxerit.

Clemens iij. Cap. 4.

QVAM

c. 10. e.

QVAM ſit laudabile &c. & infra. Tuis frater Epiſcope petitionibus annuentes, tibi tuiſq. ſocijs, cum ad prædicandam † Chriſti fidem paganis exibitis, Ap. auctoritate concedimus, vt vobis his cibis, cum modeſtia, & gratiarum actione, ſeruata temporum qualitate, iuxta canonicas ſanctiones, vti liceat, quæ † vobis ab ipſis infidelibus apponūtur. inſuper indulgemus, vt quicumq. viri, ſeu monachi, ſiue † clerici idonei ad adnuntiandā † gentibus euangelicam veritatem, requiſita, & habita prælatorum ſuorum licentia, tibi † voluerint adhærere, id abſq. contradictione qualibet exequēdi liberam habeant Apoſtolica auctoritate facultatem.

† al. prædicādū — *† al. qui* — *† al. ſiu* — *† al. adnunciādum* — *† al. vbi*

Idem. *Cap. 5.*

c. 11. e.

SIGNIFICAVIT nobis tua fraternitas, quomodo aliqui ciuium tuorū in Alexandriam valeant proficiſci pro recuperandis conciuibus ſuis, † qui illic in captiuitate tenentur, hæc arbitramur poſſe licite fieri, dū modo nihil in mercibus, vel alio modo ſecū illic † deferant; vnde poſſit Sarracenis, excepto redemptionis articulo, aliquod commodum, vel ſubſidium prouenire, † quod etiam corā te prius iuramēto firmabūt. Illi quoq. † qui poſt treugam in tranſmarinis partibus factam, cum cōmercio Alexandriā adiuerunt, † ſi detulerunt † merces prohibitas cauſa lucrandi, excōmunicationis vinculum non euadunt, † ſimiliter & † illi, qui in perſonis proprijs non euntes, merces eo per alios deſtinarunt. Ad vltimum illos, qui iurauerunt ſe amplius in terram Sarracenorum cum mercibus non ituros, niſi pax eſſet inter Chriſtianos, & ipſos, & poſt treugam factam venerunt illuc, illa cōdicione de pace, vel de treuga habenda ab excōmunicationis vinculo non abſoluit.

† al. tuis — *† al. illuc* — *† al. peruenire* — *† al. vero* — *† al. adierint* — *† al. detulerint* — *† al. euadent* — *† al. ſimiliter, al. deeſt nec* — *† al. Alex. iij. c. 12. e.*

Clemens iij. † *Cap. 6.*

QVOD olim præceptum fuit &c. & infra. Sane licet hoc fuerit in Lateranē. concilio diſtricte inhibitum; nos tamen de conſilio fratrum noſtrorum omnes illos excōmunicationi ſupponimus, qui iam amplius cū Sarracenis mercimonium habuerint, vel per ſe, vel per alios nauibus, ſeu quocumq. alio ingenio eis aliqua rerum ſubſidia, ſeu † conſilia impenderint, quamdiu inter vos, † & illos guerra durauerit. veſtræ igitur diſ. man. atq. diſtricte præcipimus, qua. nec per vos, nec † per veſtras naues, nec alio quocumq. modo, aut ingenio eis mercimonia, conſilia, ſeu † alia ſubſidia tranſmittatis: ne † ſi forte aliqui in ſua malitia indurati, ſecus agere præſumpſerint, non ſolum ipſo iure incidant in excommunicationem illam, verū etiam illi iram Dei viuentis incurrant.

† al. vel — *† al. nos* — *† al. vel* — *† al. vel* — *† al. &*

DE HIS, QVI FILIOS OCCIderunt. † Tit. v.

Alexander iij. *Cap. vn.*

DE infantibus autem, qui mortui reperiuntur cum patre, & matre, & non apparet, vtrum a patre, vel a matre oppreſſus ſit ipſe, vel ſuffocatus, vel propria morte defunctus; nō debent inde ſecuri eſſe parentes, nec ſine pœna: † ſed tamen conſideratio debet eſſe pietatis, vbi non voluntas, ſed euentus mortis cauſa fuit, † ſi autem eos non latet ipſos interfectores eſſe, ſcire debent ſe grauiter deliquiſſe, quod Ancyritano concilio probabatur. † Quidam autem pænitentiam trium annorum indicant † eſſe debere, quorum vnum peragant in pane, & aqua.

† al. De homicidio voluntario, vel caſu. — De ijs, qui fil. c. vlt. — *† al. pænitentia* — *† al. fuerit* — *† al. prebatur.* — *† indicant.*

DE HOMICIDIO VOLVNTARIO, ſeu † caſuali. † Tit. vj.

Clemens iij. *Cap. 1.*

AD audientiam Apoſtolatus noſtri peruenit, quod cum quidam presbyter volens corrigere quendā de familia ſua eo cingulo, quo cingi ſolebat, illum verberare temptauit; contigit, quod † cultellus de vagina, qui † cingulo adherebat, elapſus eum in dorſo ſuo aliquātulum vulnerauit; poſtmodum vero cū ille vulneratus aliquamdiu vixiſſet, & cōualuiſſet a vulnere, grauiore, vt dicitur, infirmitate percuſſus ſanamente, ac deuotione debita viam eſt vniuerſæ carnis ingreſſus. Quia vero vtrum occaſione vulneris deceſſiſſet, dubium habebatur; † eodem presbytero ab omni officio, beneficioq. † ſuſpenſo, quid ſuper hoc vobis eſſet agendum, Ap. ſedem conſuluiſtis. nunc itaq. (veſtræ diſcretionis induſtriæ duximus reſpondendū, † quod cum in dubijs ſemitam debeamus eligere tutiorem, vos † conuenit iniungere presbytero memorato, vt † de cetero in ſacris ordinibus miniſtrare non præſumat † iniuncta tamen ei pænitentia congruenti poteris † ei concedere, vt ſit contentus in minoribus ordinibus miniſtrare. Si vero vobis legitime conſtiterit, quod ex alia infirmitate obierit, † de noſtra † licentia poterit, ſicut erat ſolitus, diuina officia celebrare.

† al. vel — *† al. de ſunt verba tituli* — De homic. c. 12 — *† al. vt* — *† al. quæ* — *† habetur* — *† al. &* — *būis* — *tal. diſ.* — *v. reſpō'demus* — *† al. nos* — *† al. ne* — *† al. accedas* — *forte ad deas* — *al. deeſt non* — *† al. ſoteriis* — *† al. obijt.* — *† al. ſua*

Clemens iij. *Cap. 2.*

CVM monaſterium &c. & infra. Super eo vero, quod tuis litteris adnectere ſtuduiſti, quid

De conſeſ. c. 1.

quid tibi faciendum ſit, de quodam eiuſdem monaſterij ſacerdote, qui diabolo inſtigante quendã ex fratribus, ſicut eũ publice propoſuiſti confeſſum, occidit; hoc fraternitati tuæ reſcribimus, & per A.s.m. quatenus eum ſollenniter ab omni officio diuino non differas degradare: & in monaſteriũ aliquod Ciſtercien.† ordinis reducere, in quo iniunctam ſibi tanti facinoris pœnitentiã agens ibi, dũ vixerit, digne lugeat, quæ commiſit. eos autem, de quorum ſuggeſtione ſcelus prædictum perpetraſſe proponit, niſi tibi alijs modis, & iuſtis rationibus verum eſſe cõſtiterit, nulli cenſemus pœnæ ſubdendos; quia ſecundũ vtriuſq. iuris ſtatuta, de ſe confeſsi ſuper aliorum conſcientijs † interrogari non debent, & † crimine maieſtatis excepto, de reatu proprio cõfiten is periculoſa confeſsio non eſt aduerſus quemlibet admittenda; ſi tamẽ infamia hos† huiuſmodi laborare cognoueris, ſingulis eis adiunctis tribus ſocijs ſui ordinis purgationẽ iniungas.

[Marg.: † al. Ciſtren. — † al. cõſcientijs — † al. de eſt & — † al. eos — al. oẽs — al. huiuſmodi vas.]

Clemens iij. *Cap. 3.*

SCRIPSISTI nobis fili Decane, & capitulum, quod cum B. ſacerdos præſentium lator ad petitionem communitatis inductus, eccleſię ædificationi diligenter intenderet, & eum † compagem cuiuſdam laquearis vetuſtate attriti diſſoluere voluiſſet; quidam famulus ſibi laboranti in auxilium deputatus, licet prçmonitus eſſet, vt ab ipſo laqueari ſecederet; neglexit tamen, & id aure ſurda præteriens, cum laqueari ruit in terram, & hac occaſione poſtea, duobus menſibus, & † tribus diebus † ęgrotans, rebus eſt humanis exemptus. cumq. ſuper hoc valde triſtatus, Autholegij † tunc Epiſcopi veſtri mandatum, & conſilium requiſiſſet; & ipſe † eum ad tẽpus ex habundanti ſuſpendens cautela, deinde habito prudentium conſilio virorum duxit reſtaurandum. Tu vero frater Epiſcope, qui nunc Ildenenſi eccleſiæ præſides, ipſum voluiſti manere ſuſpenſum, donec ſuper hoc recepturus conſilium, præſentiam noſtram adiret. nos quoq. conſiderantes, quod idem B. cũ daret operam rei licitæ, ſecundum quod in iure cautum eſt, omne ſtudium adhibuit, dicens. caue frater, vt damnum quodlibet euitaret, attendentes etiam, quod ſuſpenſus ad maiorem cautelam aliquamdiu fuit, & nunc propter hoc ſpecialiter ad ſe. Ap. veniendo in perſona, & ſumptibus proprijs laborauit. cõſultationi tuæ taliter reſpondemus p̃. auctoritate Ap. mandantes, vt prædictus B. ob hãc cauſam non impediatur, quo minus integre ſuo reſtituatur officio, & cum omni pace permittatur ap. re. cum integritate beneficij miniſtrare. † Præterea volumus, vt quia prędictus † B. proprietatem non habens, pro expenſis itineris coactus eſt pecuniam mutuari, facias ei recompenſationem congruam expenſarum.

[Marg.: Non ponitur. — † al. de eſt — al. cum — † al. vel — † al. de eſt dieb. — † al. ad Helegij — † al. ad Elegij — † al. de eſt & — al. & ipſe de eſt — † al. ma nere — † al. dilius]

Clemens iij. *Cap. 4.*

SVGGESTVM eſt auribus noſtris, quod cum D. ſubdiaconus præſentium lator aliqua die per quendam pontem tranſitum faceret, & caſu in eo moram faciens, iuuenes† quendam puerum comprehendentes, vt in mergerent eum † in flumine violenter, timẽs bono zelo ductus, ne ab eis ſuffocaretur in aqua, ipſos leniter arguere, vt puerum relaxarent, cœpit. illi vero puero dimiſſo ſubdiaconem eundem conati ſunt per pedes ad † flumen pertrahere, verum cum ad murum, qui proximus erat, ne pro eorum violento tractu inpræceps rueret, & ſe, vt poterat, tenuiſſet; lapis inde euulſus † eundem puerum, quem prius liberare voluerat, interfecit. Quo circa f. t. p A.s.m. qua. ſi res ita ſe habet, eodẽ ſubdiacono per aliquod tẽpus, prout viſum tibi fuerit, ab ordinis ſuſcepti executione ſuſpẽſo ipſum in eodem † poſtea miniſtrare permittas. Ad maiores autem ordines, ne ſcandalũ in populum Dei generetur, licet quo ad hoc in culpa non videatur fuiſſe; nequaquam aſcendat, † niſi forte tranſierit ad monaſteriũ, ſeu ad canonicam regularem, vt circa ipſum de ſuſcipiendis ordinibus fiat diſpenſatio, ſi † maiori ſuo viſum fuerit faciendum.

[Marg.: Non ponitur. — † al. iuuenes — al. cum iuuenis ſet — † al. de eſt eum — † al. in — † al. euulſus — † al. eiſdem — † al. aſcendet — † al. & id]

Clemens iij. *Cap. 5.*

INSPECTIS litteris, quas bonæ memorię Vrbano prędeceſſori noſtro miſiſti, plene † cognouimus, quod prçſentiũ lator C. ſubd. dum olim in minori ætate poſitus cum quodam puero ludum exercens iactu lapidis vteretur, ipſum puerum non ſtudioſe, ſed caſualiter vulnerauit. de quo vulnere vix fuit cura medicorum agente, in breui temporis ſpatio, ſicut credebatur, plene curatus; tamen elapſo anno vulnus fecit poſtmodum aperturã: ſed quia medicus, qui fuit adhibitus ad curandũ, circa ipſum negligentia, ſeu ignorantia, vel etiam alia culpa, minus neceſſariam ſollicitudinem creditur habuiſſe: puer occaſione ipſius † vulneris expirauit. reſpondentes igitur ad hoc f. t. m. quatenus, cum res ita proceſſerit, eundem in minoribus ordinibus miniſtrare permittas, acturus circa eundem † de be-

[Marg.: Non ponitur. — † al. plane — † al. illius — † al. eũ]

beneficio, quod per te illi poſtulas conferendum, ſicut eius merita poſtulant, & tuæ melius inſederit voluntati, ad altaris vero officiũ non accedat, qui occaſionem mortis eiuſdem pueri dediſſe videtur.

DE TORNEAMENTIS. Tit. vij.

Alexander iij. Abarieñ.† Epiſcopo. *Cap. vn.*

AD audientiam noſtram noueris perueniſſe, quod cum acceſsiſſet quidam ad locum deputatum torneamentis cauſa requirẽdi debita ſua a quibuſdã militib. quos eo† venturos putabat, accidit, quod violenter, & incõſiderate ab equo, in quo ſedebat, ſuper eũ cadente compreſſus, & mortuus eſt, ſed prius dominicum corpus ſuſcepit, & ſacri olei vnctione perunctus eſt. Vnde pro eo quod in torneamento mortem accepit, ei † ſepultura fidelium prohibetur. nos vero attendentes, quod his tantũ, ſicut credimus, eccleſiaſtica ſepultura debeat interdici, qui ad torneamentum animo id faciendi tantum accedentes, ibidem decedunt: fraternitati t. m. quatenus ſi tibi† conſtiterit, quod præfatus I. ad prædictũ torneamentum non animo ludendi, ſed animo recipiendi credita perueniſſet, licet ibi fortuito caſu obierit, corpus eius diſpenſatiue facias eccleſiaſticę † tradi ſepulturæ, maxime ſi dominicum corpus ſuſceperit, & ſacri olei fuerit vnctione perunctus.

†al. Abbatinen. al. Ambianen. De torn. c. 1. †al. ibi †al. a †al. vobis †al. eccleſiæ †al. bello

DE CLERICIS PVGNANTIBVS IN duello.† Tit. viij.

De cler. pug. c. vl.

Celeſtinus iij. *Cap. 1.*

HENRICVS† presbyter lator præſentium ad nos cum litteris tuis humiliter accedẽs intimauit, quod cum laicum quendam ſuper furto in ſæculari placito† cõueniſſet, ſed ipſe quia teſtes ſui defecerunt, pugilem ſecundum prauam terræ conſuetudinem indixit,† qui reum vſq. adeo ictibus gladij vulnerauit, quod coactus eſt nocte proxima expirare. quia ergo † ſuper hoc nos conſulere voluiſti, ambiguitatem tuam reſponſione huiuſmodi remouemus; quod tales pugiles homicidæ veri exiſtunt, nec prædictus ſacerdos, licet non ipſe, ſed aliquis pro eo† (in duello pugnauerat,† debet in ſacris ordinib. miniſtrare, ſicut etiam tradunt ſacrorum canonum inſtituta, homicidium † tam facto, quam præcepto, ſiue conſilio, aut defenſione non eſt dubium perpetrari: poteris tamen cũ eo circa habendum beneficium miſericorditer diſpenſare.

†al. Vgo †al. palatio †al. induxit al. conduxit †al. igitur †al. ipſo †al. ante duellum inuauerat al. in duello pugnauerit †al. homicidia

Celeſtinus iij. *Cap. 2.*

QVIA ſuſcepti regiminis cura nos inducit, vt fratrum noſtrorum debeamus conſultationibus reſpondere, & ab eis, quantum humana fragilitas permittit, dubitationis ſcrupulum amputare. Inde eſt, quod cum tua duxit f. ſedem Ap. conſulendam, vtrum ſuper eccleſiarum pręſentationib. duella debeant ſuſtineri: tuæ duximus ſollicitudini reſpondendum; quod in eo caſu, nec etiam in alijs debes aliquatenus tolerare.

De purg. vulg. c. 1. & eod. tit. in hac collect. c. vn.

DE FALSARIIS. Tit. ix.

Lucius iij. † *Cap. 1.*

IMPROBA peſtis falſitatis, quã falſarij quidam in terra kariſsimi in Chriſto filij noſtri Illuſtris H. Regis Anglorum morantes, ad confingendas † litteras publicas inuenerunt, in communem noſcitur excreuiſſe perniciẽ, ita vt litterarum noſtrarum auctoritas in aliquibus locis in quadam dubitatione iam fluctuaret, niſi tantæ præſumptionis exceſſum cenſura eccleſiæ † quærat pariter, & emendet. Vnde nos de tua pręſertim induſtria cõfidentes, executionem rei huiuſmodi tibi duximus committendam, per A. s. p. mandantes, quatenus falſarios ipſos† qualicumq. caſu reperire, Deo volẽte, poteris, ſi clerici ſunt, ab ordine, & beneficio, ſi quod habẽt, abſq. vlla dilatione, & appellatione priuatos, diſtricta† facias ſub cuſtodia detineri, donec quid de ipſis agendum ſit, plenius tibi ex noſtra reſpõſione mandetur. ſi quos vero laicos deprehenderis inter eos, † Kariſsimo in Chriſto filio noſtro Illuſtri R. Anglorum Regi tradas illos † pro meritis iudicandos, vt in † iudicio videlicet, tam eccleſiaſtico, quam mundano, peſtis illa, quæ communiter omnibus pernicioſa dinoſcitur, cum ſuis auctoribus † condemnetur.

†al. Caſſ. al. Idem Nos pro nunc †al. reſignandas al. confingẽdas, al. confingentes †al. eccleſ. †al. illos †al. diſtricte †al. alios †al. de eſt illos †al. deeſt in †al. actoribus

Vrbanus iij. *Cap. 2.*

De cri. fal. c. 3.

AD audientiam noſtram te ſignificante peruenit, quod cum † quoſdam peruerſos clericos, qui falſauerant ſigillum kariſsimi † in Chriſto filij noſtri Phi. Regis Illuſtris Francorum carcerali cuſtodiæ mancipaueris, quid vero faciendum tibi ſit de ipſis, ab Apoſtolica ſe. † duxiſti conſilium inquirendum. † vnde f. t. de fratrum noſtrorum conſilio reſpon-

†al. de eſt cum †al. dilecto †al. a ſede ap. †al. requirendum

ſpondemus; vt eis nec membrum auferri, nec pœnam infligi facias corporalem; per quam periculum poſſint mortis incurrere; ſed eis penitus a ſuis proprijs ordinibus degradatis, ad ſignum maleficij, characterem aliquem imprimi facias, quo inter alios agnoſcantur, & prouinciam ipſam eos abiurare compellas, & abire permittas.

Cæleſtinus iij. *Cap. 3.*

PER falſarios, qui nuper ſunt in vrbe reperti, quædam ſunt litteræ deſtinatæ, quas timemus ab aliquibus tanquam veras admittendas, ideoq. † f. v. † per A. s. m. qua. ſi quos tales valueritis † inuenire, quos cognoſcere poteritis † ex conparatione † bullæ, & qualitate ſtili faciatis † eos omni dilatione poſtpoſita capi, & tamdiu ſub arta cuſtodia detineri, donec id nobis fuerit intimatum, vt exinde quid fieri debeat, vobis † ſignificare poſſimus, quidquid enim occaſione litterarum illarum actum † fuerit, vacuum, & in irritum volumus reuocari.

DE CLERICO PERCVSSORE. T. x.

Cæleſtinus † iij. *Cap. 1.*

CONTINENTIA litterarum veſtrarum inſpecta, qua ſignificaſtis nobis, quod cum P. acolytus præſentium lator cum quibuſdam hominibus ad reſiſtendum prædonibus arma præſumpſiſſet, † in conflictu illo tres fuerunt † ab alijs vulnerati ad mortẽ; ita tamen quod illa homicidia, neq; facto eius, neq. conſilio perpetrata fuerunt. † quia vero ſuper hoc noſtrum requiſiſtis † conſilium, vobis taliter reſpondemus; quod cum prædictũ acolytum ad frugem melioris vitæ tranſiſſe dicatis, & in monachali religione fere per annos viij. laudabiliter huc vſq. vixiſſe, meritis eius aliis non repugnantibus, ad ſubdiaconatus ordinem valeat promoueri, & merito altaris miniſterium † exercere.

DE CLERICO MALEDICO. Tit. xj.

Clemens iij. *Cap. vn.*

INNOTVIT nobis &c. & infra. Ad vltimum f. t. mãdamus, atq. præcipimus quatenus, quia nobis per litteras tuas retuliſti, S. † quod Ioannes † clericus ſanctæ Trinitatis multis coram aſtantibus, verba quædam in depreſſionem, & contumeliam Romanæ, eccleſiæ protulit, † ipſum a temeritate ſua per ſuſpenſionem officij, & beneficij ſub ap. ob. compeſcas; vt pœna illius alijs terrorem (incutiat, nec † de cetero contra Rom. ecãn talia verba prorumpant. †

DE EO, QVI FVRTIVE ORDINES ſuſcepit. Tit. xij.

Clemens iij. *Cap. 1.*

CVM Maſter lator præſentium, ſicut nobis ſua quæſtione † monſtrauit, adiuerit præſentiam ordinationis cauſa acceſſiſſet; t. t. † iuxta conſuetudinem patriæ illi quatuor ordines minores contulit, quibus nullatenus contentus, ſubdiaconatum auſu temerario recepit. quia vero idem clericus in facto iſto nullum excepit, mandamus quatenus eum in minoribus ordinibus permittas miniſtrare, ſi vero domum religionis intrauerit, & vita eius, & mores exegerint, Abbas eius † in alijs poterit etiam ordinibus diſpenſare.

Idem. *Cap. 2.*

INNOTVIT nobis ex tenore tuarũ litterarum, quod G. clericus lator p. & alij duo de tua diœceſi ad G. quondam Saguntin. Epiſcopum accedentes, licet ab eodem Epiſcopo ſub excommunicationis ſententia fuiſſet diſtricte prohibitum, ne quis ſe ad duos ordines ſuſcipiẽdos ingereret, prædicti clerici non minus diaconatus, & ſubdiaconatus ordinem † clanculo † ſuſceperunt. Quia igitur quid tibi faciendum ſit pro his, tua nos duxit fraternitas conſulendos; tibi auctoritate Ap. reſpondemus, quod ordinati de rigore iuris in ſuſceptis ordinibus miniſtrare non debẽt, veruntamen, ſi ſe ad religionem aliquam voluerint tranſferre, & peracta pœnitẽtia eis pro tuo arbitrio iniũcta, ibidem laudabiliter fuerint conuerſati, proceſſu temporis cum eis poteris de noſtra licentia diſpenſare, vt poſtmodum ſuſceptorum ordinum executione lætentur. præterea pro prædicto † autem † G. cum † in perſona propria laborauerit, † f. tuã rogamus attentius, & monemus, vt eum facias in canonicum † regularem Sancti Petri de Seia; † vel in alium religioſum locum, vbi deploret exceſſum † tamquam fratrem aſſumi, vt † ſi eubidem viuenti regulariter ſua merita videris ſuffragari, miniſtrandi, prout diximus, tribuas facultatem.

DE EXCESSIBVS PRAELATORVM in ſubditos. † Tit. xiij.

Alexander iij. Vniuerſis Abbatibus. † *Cap. 1.*

SANE ſi Epiſcopi aliqui † ab Abbatibus aliquid præter debitam obedientiam contra libertatem ordinis

dinis a prædeceſſorib. noſtris, & a nobis indultam exigunt, † liberum ſit eiſdem Abbatib. Ap. auctoritate denegare, quod petitur, ne occaſione iſta, ordo iſte, qui hactenus liber extitit, perpetuæ ſeruitutis laqueo vinciatur.

Lucius iij. Eboracen. Archiepiſcopo, & Lunden.† Decano & Abbati de Filien. † *Cap. 2.*

RETVLIT nobis dil. fi. noſter I. Archidiaconus Ciſtren. † quod Epiſcopus eius, pro eo quod decanatum tãquam quem ſibi de iure credit competere, vindicare laborat. ipſi prorſus infeſtus, iura ipſius minuere, & quæ ad Archidiaconatum de conſuetudine, & de iure ſpectare noſcũtur, turbare, & ſubtrahere poſt app. ad ſedẽ Ap. factã nõ deſiſtit. præterea homagium, & fidelitatem nouam ab eo pro ſua requirit volũtate. Volẽtes itaq. patientiæ, & iuſtitiæ ipſius Archidiaconi paterna dilectione prouidere, d. v. per A. s. m. quat. inquiſita diligentius veritate, ſi eum prædeceſſori Epiſcopo, & ſucceſſorib. eius fidelitatem iuraſſe cõſtiterit; iam dictum Epiſcopum ex parte noſtra moneatis, & eccleſiaſtica cenſura nullius app. ob. auctoritate noſtra cogatis, vt iura Archidiaconatus integre poſſidere ſine cõtradictione, & app. ceſ. permittat, & ab exactione homagij, & fidelitatis omnino deſiſtat. Indignũ ſiquidem eſt, & a Rom. eccleſiæ conſuetudine alienum, vt pro ſpiritualibus facere homagium quiſquam compellatur &c.

Clemens iij. *Cap. 3.*

CVM ad quorundam malitiam coërcẽdam in concilio fuerit Lateranen. multa deliberatione ſtatutum, vt Archiepiſcopi, Epiſcopi, Archidiaconi, Archipresbyteri etiam, & Decani certum euectionis numerũ, & perſonarum in eccleſiarum viſitationibus non excedant; quia ſicut audiuimus, quidam ex prædictis perſonis id in eccleſijs veſtris nequaquam obſeruant, ſuper hoc commoditati veſtræ duximus ſalubriter, & attentius prouidendum. ideoq. dil. v. præſentium auctoritate concedimus, vt ſi prænominatæ perſonæ numerum euectionis, & perſonarum in concilio conſtitutum, cum eccleſias viſitant, excedere forte præſumpſerint, & pro illis procurationem exegerint, liberum ſit vobis auctoritate Apoſtolica denegare, & ſi propter hoc in eccleſias veſtras, † vel clericos veſtros aliquam ſententiam promulgauerint, ipſam auctoritate Apoſtolica decernimus † nõ tenere.

Cæleſtinus iij. Fauentin. Epiſcopo. *Cap. 4.*

SICVT vniuerſe Epiſcopatus, atq. poteſtati ſubiicere alienę, ad ſupremum Pont. pertinere dinoſcitur; ita Epiſcoporũ eſt iuę diœceſis eccleſiarum vnio, & ſubiectio earũdem; cũ ita, † ſicut nobis innotuit, Prior Graden. monaſterium ſuum, quod eſt in tua diœceſi, & de tuo debet ordinari conſenſu, monaſterio de Cerat. † tuo aſſenſu minime requiſito, ſubiecerit, ſiue vnierit: f. t. per A. s. m. & indulgemus, vt quod fecit ſuper hoc te inconſulto, tibi liceat auctoritate noſtra, ſicut iuſtũ fuerit, infirmare; non obſtante aſſenſu, vel cõfirmatione; quam metropolitanus interpoſuiſſe proponitur, cum in diœceſi ſui ſuffraganei, abſq. ſui Epiſcopi conſenſu, non debeat aliquid huiuſmodi contra conſtitutiones canonicas attemptare. Nos quoq. id † decreuimus, prout dictum eſt, irritandum, ſtatuentes &c.

DE PRIVILEGIIS, ET EXCESSIB. † priuilegiatorum. Tit. xiiij.

Alexander iij. I. A. S. Legato. *Cap. 1.*

RECEPIMVS litteras, quas de eccleſijs cenſualib. Epiſcopatus veſ. fi. n. Nouacen. † Epiſcopi direxiſti, & ex eis † perpẽdimus, qualiter ad iura noſtra ſeruãda † vigil exiſtas. Ceterum diligentiam tuam volumus non latere, quod ſicut nõ omnes, † quę ſpecialiter beati Petri iuris exiſtunt, annuatim Ap. ſedi cenſum exſoluunt; † ita nec † omnes noſtri cenſuales ab Epiſcoporum ſubiectione habentur immunes. Inſpiciẽda ſunt ergo priuilegia ipſarum eccleſiarum, & ipſorum tenor diligentius eſt attendendus, vt ſi fuerit deprehenſum, quod eccleſia, quæ cenſum ſoluit, ſpecialiter beati Petri iuris exiſtat, & ad iudicium perceptæ libertatis cenſus annuus conferatur, nõ immerito poterit ſpeciali prærogatiua gaudere. ſi vero ad iudiciũ perceptæ protectionis cenſus perſoluitur, nõ ex hoc iuri † diœceſani Epiſcopi ſubtractum aliquid videtur. Cum igitur conſtet presbyterum ſancti Petri præfato Epiſcopo obedientiam promiſiſſe in ordinatione ſua, ſicut in iure confeſſus aſſeruit, nolumus, quod eum, vel aliquos tuearis, quin ſicut iuſtitias noſtras a fratrib. noſtris, & coepiſcopis noſtris volumus reſeruari, ita eorum iura illis conſeruata illibata cuſtodire.

Cæleſtinus iij. Ambianen.† Epiſcopo. *Cap. 2.*

PATENTIBVS litteris noſtris certificari deſideras, vtrum templarijs, hoſpitalarijs, & alijs oratoria habentibus in domib. ſuis, liceat campanas in eiſdem ponere, publiceq. pulſare. Reſpondemus autem conſultationi tuæ, quam facis, & dicimus, quod non licet eis hoc facere: † quin potius per te a p. re. coërcẽdi ſunt cenſura eccleſiaſtica, vt ita ſint ſuo iure contenti; quod iuſtitiam non impediant aliorum.

DE PVRGATIONE CANONICA. Tit. xv.

Clemens iij. H. Abbati de Riſebi, & Abbati de Criſmeb. † *Cap. vn.*

VENIENS ad nos R. canonicus regularis de G. inieſdi. † lacrimabili nobis conqueſtione monſtrauit, quod cum inſtigante canonico ſuo R. de cil. † nomine, qui ſeminare ſolebat diſcordias, de crimine fuiſſet coram fratribus impetitus, non tamen † cõuictus, nec confeſſus ex habundanti coram priore, & canonicis ſuis de innocẽtia ſua, manu propria purgationem obtulit, ſed quorundam inſtinctu purgatio tertiæ manus fuit ei malitioſe indicta; cum non deberet purgationem huiuſmodi pro viuus tantum † S. R. de ſcolt † voce † ſubire, ipſe tamen in conſpectu ſui capituli promiſit, quod amotis illis c. quos de ratione ſuſpectos habebat, prioris ſui, & ſanioris partis capituli † iudicio ſiſteret.

DE PVRGATIONE VVLGARI. Tit. xvj.

Celeſtinus iij. *Cap. vn.*

CVRA ſuſcepti regiminis nos inducit, vt fratrum noſtrorum debeamus reſpondere conſultationibus, & ab eis, quantum humana fragilitas permittit, dubitationis ſcrupulum amputare. Inde eſt, quod cum tua fraternitas duxerit ſe. A p. conſulendam, vtrum ſuper eccleſiarum præſentationibus duella debeant ſuſtineri: tuæ duximus ſollicitudini reſpondendum, quod in eo caſu, vel in alijs etiam hoc non debes † aliquatenus tolerare.

DE PAENITENTIIS, ET REMISſionibus. Tit. xvij.

Alexander iij. Beluaceñ. Epiſcopo. *Cap. I.*

QVOD † quidam, ſicut aſſeris, ad confeſsionem de criminibus conueniũt, & quamuis confiteri velint; ſe tamẽ aſſerunt non poſſe abſtinere: conſultationi tuæ taliter reſpõdemus; quod eorum confeſſionem accipere debes, & eis de criminibus conſilium exhibere, & licet non ſit vera pænitentia, admittenda eſt confeſsio, & crebris, & ſalutaribus † monitis pænitentia eſt inducenda.

Alexander iij. † *Cap. 2.*

QVAESITVM eſt a nobis, vtrum ſacerdotibus Græcis, quibus legitimo matrimonio licet vti, pænitentia publica ſit imponenda, ſi eam ſibi poſtulent pro filijs oppreſſis iniungi. huic igitur conſultationi taliter reſpondemus, quod ſi ipſis procurantibus, vel ſtudioſe negligentibus filij in lectis reperiuntur oppreſsi, ab officio altaris debeant perpetuo abſtinere, & eis grauior, quam laicis, non tamen publica, niſi id in publicum veniat, pænitentia debet imponi; qui tamen nõ ſolum a ſacrorum ordinum † executione ceſſabunt; verum etiam ſi ſint † infra ipſos, ad eos minime aſſumantur. verum etiam ſi extra incuriam † mortui inueniantur in cunis, & illud fuerit occultum, pænitentia eis pro arbitrio pænitentiarij imponatur, & in terrorem aliorum ad tempus abſtineant a celebratione miſſarum.

Alexander iij. † *Cap. 3.*

DE muliere, quæ, vt nobis ſignificaſti, cupiens viri ſui ampliorem amorem ſibi acquirere, ſuſcepto corpore Chriſti, & in ore retento, cum viro oſculum porrexerat, & ipſum traicere, † cum voluit, non potuit; ſed poſtea verſum eſt in carnem, cum tangeret iuxta dentes molares, † & caro ſuccreuit, & adhuc eſt in ore. Fraternitati tuæ non poſſumus ſanius dare conſilium, niſi quod eam inducas, † & cõpellas, vt tanta per condignam † pænitentiam, & bona opera ſatagat expiare delicta. Nempe credimus, quod ſi vere contrita † fuerit, & pænitentiam egerit condignam, & tu pro ipſa ad Deum oraueris, corpus Domini traicere † poterit diuina gratia ſuffragante.

DE SENTENTIA EXCOMMVNIcationis, & abſolutionis. Tit. xviij.

Clemens iij. *Cap. I.*

EA

De ſent. exc. c. 13.
† al. igitur
† de his

EA noſcitur &c. Quod vtiq. † fraternitas tua diligenter attendens certificari humiliter poſtulauit, de eis, † qui violentas manus in clericos aliqua temeritate iniciũt, nec eis ſuppetunt facultates, vt ad ſedem Ap. valeant laborare: quomodo his .ſ. poſsit ſalubriter prouideri. ſuper quo taliter tibi duximus reſpondendum; vt mulieres, quas ſexus fragilitas nõ permittit ad ſedem venire Apoſtolicam, ſenes, & valitudinarij, ſeu alij membrorũ deſtitutionibus impediti, licet ad Ap. ſe. non venerint, ab Epiſcopis valeant ſalutis remedium accipere, † & ex eorum officio fidelium communioni reſtitui ſatisfacto iuxta facultates ijs, quibus per eos conſtiterit iniurias irrogatas. alios autem ſiue pauperes, ſiue diuites ſedi Ap. vel eius legato, vt beneficium abſolutionis obtineant, neceſſe eſt præſentari. Si vero huiuſmodi infirmitatis tempore, timore mortis beneficium fuerit abſolutionis indultum, per † iuramentum eis iniungatur, vt poſtquã fuerint ſanitati reſtituti, ad Rom. eccleſiam, vel eius legatum accedant, mandatum ſuper talibus recepturi.

† recipere
† al. de eis per

Clemens iij. *Cap. 2.*

Non ponitur.
† al. direxiſtis
† al. Abuñ.
† al. Ciſtarieñ.

INSPECTIS literis, quas ad ſedem Apoſtolicam direxiſti, † ex earum tenore perpendimus, quod cum G. Petri miles, dum ludendo ſe lancea propria perforauit, coram filio noſtro Abiañ. † Abbate fuiſſet cum humilitate confeſſus, quod ven. fratrem noſtrũ Cuſtren. † Epiſcopum cum quibuſdam alijs carcerali cuſtodiæ mancipaſſet, & W. Bricet presbyterum eccleſiæ veſtræ, cum in hac temeritate fautoribus temerario auſu cepiſſet, varijsq. tormentis afflictum compuliſſet ad redemptionem non modicam; & aſſeruiſſet cũ ſuſpirijs, & dolore præter alia crimina, hæc eadem de alijs clericis ſe feciſſe. Quia ſe promiſit hæc omnia correcturum, & heredibus ſuis diſtricte mandauit, vt ad veſtrum, & memorati Abbatis arbitrium de his omnibus ſatis facerent cõpetenter nobilib. viris de G. geñe. † & R. Bernardi de monte Petroſo ſuper his fideiuſſorib. conſtitutis, & præterea matre ipſius R. de Armaniciſte † ſe ſatisfacturos de illis exceſsibus per interpoſitum iuſiurandũ firmiter promittentibus, prędictus Abbas audita confeſsione illius, & promiſsionibus aliorum, ad pænitentiã ipſum admiſit, & ei dato habitu monachali * eum * ſacramentis eccleſiaſticis apud idem coenobium poſt deceſſum eius Chriſtianę eum † tradidit ſepulturę. Verum cum per eaſdem litteras a nobis duxiſſẽ ſollicite requirendum, quid ſit faciendum de Abbate, qui eum apud monaſterium ſuum ſepulturæ tradidit, iuramento recepto ſuper ſatisfactionibus pro ipſo præſtandis; & verũ pro eodem milite, & alijs, qui in canonem latæ ſententię inciderunt, † & morte pręuenti, licet pænitentiam, vt miles præſcriptus, acceperunt, † & de ſatisfactione mandauerunt; † abſolutione tamen a ſe. Ap. nullatenus impetrata, oblationes ſint, & eleemoſynæ admittendæ; & ſollemniter pro ipſis, ſicut pro alijs Chriſti fidelibus ſit orandum. præſenti itaq. pagina vobis reſpondemus, quod cum tam præſcriptus Abbas, quam fideiuſſores, & heredes mortui, & alij etiam, qui de ſatisfaciendo † pro ipſo ſe, vt diximus, obligarunt, vt de rebus ablatis ab illo, & iniurijs, & damnis illatis ſatisfaciant competenter, ſunt diſtricte cogendi. & volumus, & mãdamus, vt vos eos auctoritate noſtra per cen. ec. † ſine appellationis obſ. compellatis. eius vtiq. oblationes, & eleemoſynæ, ex quo ad Deũ eſt corde cõtrito, & humiliato reuerſus, & recognito ex vera confeſsione reatu pænitentiam iniunctã accepit: licite a clero, & populo iuxta morem eccleſiaſticum poſſunt admitti. &c. Hæc eadẽ de alijs in conſimili caſu deprehenſis ſentimus, quamuis enim pro eo, quod cum potuerunt, pro † abſolutione ſedem neglexerint Apoſtolicam viſitare, grauius multum exceſſerũt, † ſi tamẽ mortis articulus interuenerit, pęnitentia non eſt eis deneganda, vel alia ſacramenta eccleſiaſtica, dummodo fuerint veraci contritione confeſsi, & paſsis iniuriam iuxta propriam ſatisfecerint † voluntatem, vel præſtiterint cautionem de his, ſuper quib. dum ageretur in rebus humanis, impediente mortis occaſu, eos ſatisfacere non contigerit: hęc tamen in confeſsione talium maturitas eſt conſeruanda, † vt eis ſollicite iniungatur, quod ſi eis ſoſpitas, vel corporis † valitudo fuerit reſtituta, ſedem Apoſtolicã viſitabunt.

† al. Gergene
† Armarriciſte
† al. ipſum
† al. incurrerunt
† acceperint
† mãdauerint
† al. ſatisfaciens
† al. canonicã
† al. de
† exceſſerint
† al. ſatisfecerint
† ſeruanda
† corporalis

Clemens iij. *Cap. 3.*

c. 14. &
† al. iterum

CVM non ab homine. & infra. A nobis itaque fuit ex parte tua quęſitum; an † tenearis a communione illius abſtinere, qui pro temeraria manuum iniectione in ſententiam incidit; ante quam excommunicatus publice nuntietur; & an incidant

in canone latæ ſententiæ interfectores clericorum, aut presbyterorum illorum, qui abiecto ſuſcepti ordinis miniſterio, in publicis bellis, vel etiam præter bella ſe homicidijs polluere non verentur; cum in comeſſationib. & ebrietatibus, atq. rapinis, & alijs enormitatibus æque ſunt, vt laici, vel deterius debacchantes. In ſecunda igitur conſultatione taliter reſpondemus; quod a communione eius, qui pro ſacrilega manuum iniectione in clericum intedictum excommunicationis incidit; licet denuntiatus non ſit, ab hoc debeas abſtinere, niſi forte id tibi ſoli pateret, in quo caſu ipſum priuate † tantummodo euitabis, quamdiu ab eccleſia toleratur; vt ſaltem verecundię rubore ſuffuſus, pro latenti exceſſu taliter ſatisfacere cōpellatur. In articulo vero quæſtionis tertiæ tale præbemus reſponſum, vt occiſores clericorum, vel † presbyterorū, qui vt dictum eſt, contempto clericali habitu tyrannidi, & enormitati, ſe inuerecunde cōmiſcent, in odium clericalis exceſſus, & in terrorem, atq. correctionem † ſimilium canonice† latæ ſententiæ laici minime coerceātur,† iniungatur tamen eis pænitentia cōpetens aliquantulum aſperior, quam ſi omnino in laicos talia cōmiſiſſent. præterea, quia nemo deſperandus eſt, dum fuerit in mortali corpore conſtitutus, cum id, quod differtur, aliquando conſilio poſtmodum maturiore perficiatur. Ad vltimum quoq. quod † conſuluiſti nos, ſi de iure communi tibi liceat, ac † ſuffraganeis tuis, illos, qui pro temeraria manuum iniectione excōmunicationis ſentētia percelluntur, abſoluere. huic † manifeſtius reſpondemus; quod obſeruata exceptione quorundam, quæ in decretalibus Alexandri iij. continetur, hoc nemini liceat, niſi Ap. ſe. gaudeat priuilegio ſpeciali. verumtamen volentes illis, qui in tam remotis partibus tuæ prouinciæ commorantur, diſpenſatione prouidere paterna: f. t. p̄. litteris indulgemus, vt illos, qui taliter excōmunicati ſunt ipſo iure, ſi corporum impotentia, aut paupertas eos impediat, aut aliqua ineuitabilis, & † manifeſta neceſsitas, dummodo ſatisfaciant ijs, quos offenderint, & aliquam agant pænitentiam, ad correctionem ſui, ceterorumq. terrorem a ſententia excōmunicationis, auctoritate Ap. fretus abſoluas. ſi tamen ex perſecutione † huiuſmodi læſio corporalis enormis, aut mors non fuerit ſubſecuta; nimirum in his omnibus, ſi quis ſanctorum patrum ſtatuta diligenter perſcrutetur, nihil nouum nos reſpondiſſe reperiet, ſed quod antiquum eſt, quaſi quadā manu ſollicitudinis innouaſſe.

† al. priuatim · *† al. aut* · *† al. correptionem* · *† al. canone* · *† al. coarctantur* · *al. coerceantur* · *† al. de eſt quod* · *† al. aut* · *† al. huic q̄ſtioni* · *† al. aut* · *† al. percuſſione*

Clemens iij. Cap. 4.

CVM deſideres, quid tua fraternitas obſeruare debeat ſuper ijs, quæ dubietatem continent, Apoſtolicæ ſedis reſcripto plenius edoceri; nos qui licet immeriti ex † accepto adminiſtrationis officio conſultationibus reſpondere cogimur ſingulorum. &c. & infra. Fuit autem primæ quæſtionis tenor huiuſmodi, vtrum alicui excommunicato, qui mādato eccleſiæ ſtare iurauit, & ante abſolutionem Epiſcopus ei communionem reddidit, ſit communicandum ab alijs; & an Epiſcopus id facere debeat. cui ſiquidem † quęſtioni taliter, duximus reſpondendum. quod cū cautio iuratoria, quam hodie, qui excommunicati ſunt, præſtant, potius ad cautelam ex † conſuetudine eccleſiæ, quam ex rigore canonum ſit inducta, neq. † momenti tam validi reputetur, vt niſi abſolutionis beneficiū ſubſequatur ille, qui excommunicatur, debeat communioni aliorum reſtitui, præſertim cū ex eo iuramento abſolutionem conſecutus non ſit, & conſtat † eum excommunicatum fuiſſe, & verum ſit abſolutum non eſſe; non poteſt Epiſcopus, nec debet ei communionē dare; neq. alij eidem communicare, niſi fuerit ſecundum formam eccleſiaſticam poſt iuramentum præſtitum abſolutus; quia ſecundū Apoſtolorum canones, & Fabiani ſtatuta Pontificis, qui cum excommunicato ſcienter communicauerit, eſt cōmunione priuandus, immo iuxta Iſidori ſtatuta cum eo excommunicationis contrahit pœnam. Secundæ quæſtioni ſtatuta canonum, & præcipue piæ memoriæ Alexandri iij. prædeceſſoris noſtri ſequentes, hūc finem duximus imponendum, quod ſi publicā fāma eſt, aliquem verberaſſe clericum, neq. Epiſcopus, neq. alij ei communicare debent, niſi ad arbitrium Epiſcopi de hoc ſe purgauerit, vel ad maiorem cautelam beneficium abſolutionis acceperit. Tertio loco tua diſcretio requiſiuit, ſi clericus verberatus ab aliquo, querimoniā apud ſuum Epiſcopum depoſuerit, † & teſtes producere paratus fuerit, ſed † Epiſcopo mediante, & communicante ei, qui clericum verberauit, amicabiliter cum eo compoſuerit, † & reconciliatus ei fuerit, an

c. 15. · *† pro* · *† al. ſcilicet* · *† al. de* · *† al. conſtet* · *† al. depoſuit* · *† al. de eſt ſed* · *† al. cōpoſuit*

an ei cõmunicandum ſit ab alijs. Super quo
taliter reſpondemus, quod licet ille, qui vio-
†al. in- lentas manus iniecerit †ei, quem † læſit, ſatiſ-
iecit feciſſe videatur; eccleſiæ tamen, quam oſten-
†al. qui dit ex hoc, non ſatisfeciſſe dinoſcitur, niſi for
al. cui ma eccleſiaſtica, quę pro abſolutione talium,
vt ſupradictũ eſt, introducta eſt, obſeruetur,
non eſt ei communicandum. Vltimæ prætere-
rea quæſtionis omnes perplexiones reſolui-
†al. qua mus, quod non † in pari ſtilo criminis cõqua
non dratur, qui clericum captiuum retinet, licet
violentas manus in ipſum non iniecerit, vt is;
†al. vi- qui violentas manus iniecerit, eſt euitandus, †
tandus neq. eſt communioni fraternæ reducendus,
niſi iuxta formam eccleſiæ fuerit, vt ſupra-
dictum eſt, abſolutus.

Clemens iij. *Cap. 5.*

c.16.e. VENIENS ad Ap. ſe. L. † lator præ-
† al. I. ſentium, ſua nobis aſſertione propoſita mõ-
ſtrauit, quod cum matutina officia celebra-
ret, quædam monialis eccleſiam ipſam ingre-
diens, cum alio clerico ludendo impedimen-
tum præſtabat, quominus poſſet Deo diuinũ
†al. ab- officium † exhibere. vnde mẽmoratus ſacer-
ſiquũ dos commotus, vt liberius poſſet circa diui-
norũ celebrationem vacare, manibus in eã
† pone- appoſitis, vt extra eccleſiam apponeret, † cũ
ret nollet exire, vi † trahendo ipſam coëgit tan-
† al. in dem † intra eccleſiam reſidere; ſed tu † illũ
†al. cã- propter hoc tamquã excõmunicatũ vitaſti,
dem & facis † ab alijs euitari, ideoq. tibi per Ap. ſ.
†al. cũ m. quatenus ſi res ita ſe habet, eum de cetero
† al. fe- non euites, cum ex hoc ipſum excommunica
ciſti tum nullatenus iudicamus † detineri.
†al. vi-
deam⁹

Clemens iij. *Cap. 6.*

c.17.e. PERVENIT ad nos &c. Illos autem
†al. va qui ægritudine † præpediti pro abſolutionis
litudi- beneficio ad ſe. Ap. nequeunt laborare, re-
ne cepto ab eis, ſicut moris eſt, iuramento, potes
abſoluere; ita quod ſanitati priſtinæ reſtituti,
Apoſtolico ſe conſpectui repręſentent; ſexui
vero feminꝭo, ac pueris, & ſenibus ſatis ſuper
hoc te credimus poſſe libere diſpenſare. de ijs
etiam, qui clericis non enormem, ſed modicã,
vel leuem iniuriam irrogarunt, tuæ fraterni-
tatis arbitrio duximus committendum.

Clemens iij. *Cap. 7.*

c.18.e. SIGNIFICAVIT nobis &c. & in-
fra. Verũ clericos, qui ſcienter, & ſponte par-
ticipauerunt excõmunicatis a nobis, & ipſos
in officijs receperunt; eadem ſententia cũ ip-
ſis non dubitamus inuolui, quos etiam pro
beneficio ſuæ abſolutionis habendo, ad nos
volumus cum inſinuatione litterarum tuarũ
tranſmitti.

Clemens iij. *Cap. 8.*

TVA nos duxit fraternitas conſulendos, c.19.e.
an ij ſoli ſint ad ſe. Ap. deſtinandi, qui in la-
tæ ſententiæ canonem incidentes, manus in
clericos iniciunt violentas; & vtrum poſſint
ab eadem ſententia, niſi per Rom. Pontificẽ
liberari. Vnde fraternitati tuæ breuiter reſpõ
demus, quod non ſolum ij, qui in clericos te-
merarias manus iniciunt, ſed etiã incendiarij,
ex quo ſunt per eccleſiaſticam ſentẽtiam pu-
blicati, pro abſolutionis beneficio, ad ſe. ſunt
Ap. deſtinandi, & non niſi per Romanũ Pon
tificem abſoluendi. Illi vero, qui eccleſiaſtica
beneficia de manib. accipere præſumunt lai-
corum, non conſueuerunt pro tali exceſſu ad
ſedem Apoſtolicam laborare.

Clemens iij. *Cap. 9.*

AD eminentiam ſedis Apoſtolicæ, eſt c.20.e.
recurrẽdum, quotiens articulus dubitationis
emergit, vt tanto quis promptiori conſcien-
tia recipiat, & obſeruet, quod ſuper re dubia
ſibi fuerit a ſe. Apoſtolica reſponſum; quãto
prærogatiua dignitatis illius certiori noſcitur
ipſius ſententia veritatis roborata; † quæ in †al. cõ
beato Petro Apoſtolorum principe præ om probata
nibus alijs amplitudinem prælationis acce-
pit. ſicut autem ex parte fraternitatis tuæ no
ſtris eſt auribus intimatum, dubium tibi exi-
ſtit, † vtrum ij ſint pro (abſolutionis habẽdi †al. ex
beneficio, † qui, cum pro iniectione manuũ tat
in clericos, vel alias religioſas perſonas excõ- † al. ab
municationem incurrerint: † a legatis Cardi- ſolutis
nalibus, qui a latere Rom. Pont. deſtinantur habẽdi
pro tempore, fuerint abſoluti, cum idem le- †al. in-
gati mandatum ſibi ſuper hoc nõ oſtendant curre-
expreſſum. ſuper quo id a te, ac tuis ſuffraga- runt
neis volumus obſeruari; vt eos habeatis abſq.
omni hæſitationis ſcrupulo abſolutos, quos
conſtiterit a talibus beneficium fuiſſe abſo-
lutionis adeptos.

Clemens iii. *Cap. 10.*

A nobis fuit ex parte tua quæſitum, vtrũ c.21.e.
ſi quis ita pronuntiauerit; quiſquis furtũ fece †al. ge
rit, excõmunicatus ſit, hęc generalis † clauſula neraliter

ad ipſius excommunicatoris ſubditos referatur; an generaliter extendatur ad omnes, qui nō ſunt de iuriſdictione illius: ad quod vtiq. dicimus, quod hac ſententia non niſi ſubditi obligantur, niſi forte poſtea contulerit maior, & largior auctoritas delegantis.

† al. Cleme's iij.

Caeleſtinus iij. † *Cap.* 11.

c. 22. e. † al. W † al. Caualca † al. Iuliaco

CONQVESTI ſunt nobis dil. fi. Regin. canonici, quod I. de Malafrena, & I. † filius Caualca, † & eorum ſequaces, eccleſiam de Miliaton. † & alias quaſdam eccleſias Regin. Epiſcopatus violenter fregerunt, eaſque ſpoliare minime dubitauerunt, & quoſdam homines Reginẽ. eccleſiæ deprædari nullatenus dubitauerunt. Quoniā igitur hæc grauia ſunt, nec clauſis debent oculis pertranſiri; mandamus, qua. ſi ita eſt, memoratos ſacrilegos publice accenſis candelis ap. ceſ. excommunicatos denuntietis, & faciatis, ſicut excōmunicatos, artius euitari, donec paſſis iniuriā congrue ſatisfaciant, & illata damna data reſarciant, & cum litteris veſtris rei veritatem continentibus, ſe ſedis Apoſtolicæ cōſpectui repræſentent.

Caeleſtinus iij. *Cap.* 12.

c. 23. e.

PERPENDIMVS ex litteris tuis, quod quidam ſacerdos tuæ diœceſis, pro eo quod ſe filium Regis nominare præſumpſit, & armis acceptis ſeditionẽ fecit, & guerram; a dilecto filio H. comite per vicos iuſſus eſt fuſtigari, qui poſtea eius mādato traditus patibulo expirauit. Quia igitur † tam ipſum comitem, quā alios huius facti participes velle ſuper hoc ſatisfacere intimaſti; præſenti pagina duximus reſpondendum, quod ſi memoratus ſacerdos tali modo exceſsit, & arma ferens, non propulſando iniuriam, ſed eam inferendo fuit occiſus, nō videtur nobis, quod interfectores eiuſdem propter hoc ad optinendam abſolutionem Ap. ſe. adire cogātur; tu vero, qui merita perſonarum bene noſti, eis pœnitentiam competentem iniungas.

† al. ergo

Caeleſtinus iij. *Cap.* 13.

c. 24. e. † al. requiſitis † al. excōit

VNIVERSITATIS veſtræ conſultationem accepimus, qua a nobis requiritis, † vtrum ille laicus inciderit in excōmunicationis † edictū, qui ad iuſsionem Abbatis, in cuius ſeruitio cōmoratur, in clericum, aut monachum, aut conuerſum manus temerarias præſumit inicere; maxime vbi cauſa non ſubeſt, propter quam debent verberari. nobis autem videtur, quod niſi cauſā regularis diſciplinæ hoc faciat Abbas in propria perſona, vel vbi eum † neceſsitas vrget, per clericum, aut † monachum fieri iubeat; tam qui tales verberare præcipit, quam illi, qui verberant, etiā ſi cauſa ſubeſſet, excōmunicationis † ſententiam, donec ad ſe. Ap. venerit, nequaquam euadant.

† al. ſi † al. vel † al. excōis

Caeleſtinus iij. *Cap.* 14.

e. 25. e.

IN audientia noſtra talis fuit ex parte tua conſultatio propoſita, vtrum clerici, qui arma militaria, etiam relicto habitu clericali geſtare nullatenus erubeſcunt; ſi ei † fuerit iniuria corporalis illata, vel ſe a captione redemerint, illa clericorum debeāt † immunitate gaudere, qua pro temeraria manuum iniectione facta in clericū excōmunicatus quis ipſo iure notatur. Ad hoc tibi breuiter reſpondemus; quod cum fruſtra eccleſię inuocat † auxilium, qui cōmittit in ipſam; & lex ſæcularium principum huic reſponſo ſatis efficax offerat argumentum; qua † manifeſte cautū habetur; matronam, cuius pudicitia attemptata fuerit, non poſſe iniuriarum agere, ſi fuerit in veſte meretricali deprehenſa; huiuſmodi clerici ſi * fuerint * a prælatis ſuis tertio commoniti, noluerint arma militaria deponere, de priuilegio aliorum † clericorum ſubſidium aliquod habere non debent.

† al. eis † al. debent † al. implorat † al. qua † al. illorum

Caeleſtinus iij. *Cap.* 15.

e. 26. e.

QVOD de his etiam, de quibus nō dubitas, & quid de his ipſis ſeruari debeat, plurimum agnouiſti, Ap. ſe. reſponſa requiris: tanto fraternitatem tuam magis in domino commendamus; quanto in iis, quę ſacrorum canonum inſtitutionibus ſunt expreſſa, noſtra auctoritate procedere deſideras, & diſponis. Sane requiſiuit a nobis tua fraternitas; vtrum, qui ſe confitetur in latæ ſententiæ canonem incidiſſe, nec ad hoc poteſt induci, vt ad ſe. Ap. veniat abſoluendus, ab Epiſcopo, vel etiam ſimplici presbytero abſolutionis poſsit, vel debeat beneficium promereri; & vtrum presbyteris biganis, & viduarum maritis eorum vxoribus viam vniuerſæ carnis ingreſsis, miſſarū liceat ſollemnia celebrare. Verum licet, quid de his obſeruari debeat, ſacris canonibus ſit diffinitum, hoc tamen tuæ fraternitati ad præſens duximus reſpondendum: quod is, qui ſe aſſerit in canonem latæ ſententiæ incidiſſe, non niſi per ſe. Ap. abſolutionis poteſt beneficium promereri, niſi forte in mortis ſit articulo conſtitutus, vel paupertate, vel infirmitate, vel ſenectute tanta grauetur, quod ad eccleſiam Rom. laborem ſubire non valeat veniendi, vel ab hoc † alio impedimento canonico retrahatur. Ceterum

† al. ob hoc ab

ab

ab his in forma ſacramenti exigi conſueuit, vt reſumptis viribus,& oportunitate cōceſſa Rom. eccleſiam in perſona propria debeant viſitare.

†al.De puero baptizato De bap. c. 1.

DE BAPTISMO PVEROR.† tit.xix.

Alexander iij. *Cap. 1.*

SI quis ſane puerum in aqua ter immerſerit,in nomine pa. &c. f.& ſpiritus ſ. amen, † & non dicit, † ego baptizo te in nomine pa.& f. & ſ. ſ. amen.† non eſt puer baptizatus.

†al.deeſt,amē †al.dixeris †al. deeſt amē c.1.e.

Alexander iij. *Cap. 2.*

DE quibus dubium eſt, an baptizati fuerint,baptizentur his verbis præmiſsis,nōn te rebaptizo,ſed ſi nondum baptizatus es,ego baptizo te &c.

DE CONSECRATIONE ECCLEſiæ,vel altaris. Tit.xx.

†al. dū fuerit De cōſe. eccl. c.1.

Alexander iij. *pars c. deſinunt.†* *Cap.vn.*

AD hęc ſi altare motum fuerit,aut lapis ille ſolummodo ſuppoſitus, qui ſigillum continet,confractus, aut enormiter deminutus extiterit,debet denuo conſecrari;eccleſia vero propter hoc nequaquam ſuam conſueuit † conſecrationem reiterare;licet id quidam canones innuere videantur, non tamen id facere prohibetur.

†debes

DE VENERATIONE SANctorum. Tit.xxj.

Alexander iij. *Cap. vn.*

De re. & ven. ſan. c.1. †al.ſuis

AVDIVIMVS, quod quidā inter vos ſint,†qui diabolica fraude decepti,hominem quendam in potatione, & ebrietate occiſum, quaſi ſanctū more infidelium venerantur;cū vix pro talibus in ebrietatibus peremptis orare permittat †eccleſia; dicit n. Apoſtolus,quod ebrioſi homines regnū Dei non poſsidebunt.hominem ergo illum de cetero colere non præſumatis,cum etiam ſi per eum miracula plurima fierent,non liceret vobis pro ſancto abſq.auctoritate Rom.ec.eum publice venerari.

† permittit

DE SVFFRAGANEIS.† Tit.xxij.

†De ſuffragijs forte De cele. miſſ.c.1.

Ex concilio Agathenſi. *Cap.1.*

PRESBYTER mane matutinali officio expleto penſum ſeruitutis ſuę canendo,primam,tertiam,ſextam,nonam,veſperamq. perſoluat,ita tamen,vt horis competentibus, & ſignatis , iuxta poſsibilitatem aut a ſe,aut a ſcholaribus publice compleantur.deinde peractis horis, infirmis viſitatis, ſi voluerit,ad opus rurale exeat ieiunus,vt iterū neceſsitatibus peregrinorum , & hoſpitum, ſiue diuerſorum commeantium,infirmorum quoq.atq. defunctorū ſuccurrere poſsit, vſq. ad ſtatutam horam pro qualitate temporis, & oportunitate. Ex dictis beati Benedicti. Propheta dicente, ſepties in die laudem dixi tibi,qui ſeptenarius numerus,a nobis ſic implebitur,ſi matutini,primæ,tertiæ,ſextæ,nonæ veſperæ,completorij tempore,noſtræ ſeruitutis officia perſoluamus. quia ſicut propheta ait, † ſepties in die &c.nam de nocturnis vigilijs idem ipſe propheta ait,media autem† nocte ſurgebam ad confitendū tibi &c. ergo his temporibus referamus laudes creatori noſtro ſuper iudicia iuſtitiæ ſuæ.

†al. dixit †al.deeſt autē

Alexander iij. Ex concilio Triburien.† *Cap.2.*

†al.Triburum c.1.e.

QVIDAM etiam laicorum habent in conſuetudine, vt per ſingulos dies audiant euangelium In principio erat verbum,& miſſas peculiares, hoc eſt de ſancta Trinitate, & de ſancto Michaele, & ideo ſancitum eſt in eodem concilio,vt hæc † vlterius non faciāt, niſi ſuo tempore, & niſi aliquis velit audire propter reuerentiam ſanctæ Trinitatis, non pro alia deuotione.ſed ſi voluerint,vt ſibi miſſæ cātentur de eodem die,audiant miſſas pro ſalute viuorum,vel defunctorum.

†al.hoc

DE VERBORVM SIGNIFICAtione. Tit. xxiij.

Caleſtinus iij. *Cap. vn.*

De verb. ſign.c.1ſ

IN ijs,quæ in ſe ambiguitatem cōtinent,ad ſe. Ap.ex debito recurſus habetur,ad quam reuera,tamquam matrem, † & caput omniū eccleſiarum maiores,& difficiliores quæſtiones ab antiquis patribus conſtitutum eſt, & moribus vtentium recte approbatum, vſq. quaque cōferri, † debere.Innotuit ſiquidem Apoſtolatui noſtro , quod cum de controuerſia,quæ inter magiſtrum Math.† & conuerſos hoſpitalis ſancti Simpliciani ſuper eodem hoſpitali haberetur,in præſentia v. fratris noſtri.O. Archiepiſcopi Mediolaneñ.cōcertatio verteretur,ipſe Archiepiſcopus poſt cognitionem cauſæ in prolatione ſententiæ his verbis non fuit vſus, vt ſecundum ius ciuile diceret talem partem cōdemno,& talem abſoluo;ſed pronuntiauit ita,ſtatuo, & præcipio, ne decetero, & reliqua, & infra, vt expreſsim continetur in inſtrumento. Quoniā igitur † ſicut ex relatione dilectorum filiorū noſtrorum Cinthij tit. ſancti Laurentij in Lucina,& Ioānis ſanctæ Priſcæ presbyteror. Car-

†matricem †al.referri †al. Mech. †al. ergo

Cardinalium didicimus, quos ad hoc conceſſimus auditores, ſuper hoc † fuit in † prolatione ſententiæ dubitatum. Nos † attendentes, quod hoc verbum ſtatuo, ſecundum legẽ rem perfectam ſignificat; & cum effectu, nõ verbotenus accipitur. Item ſecundum Gregorium, quod præcipitur, imperatur, & quod imperatur, neceſſe eſt fieri, & aliquando ſi nõ fiat, pœnã habet; conſiderantes nihilominus, quod iuxta eundem Gregorium, non debet aliquis verba conſiderare, ſed voluntatem, & intentionem. quia intentio non debet verbis deſeruire, ſed verba intẽtioni. Interpretamur in præſenti articulo, & de fratrum noſtrorũ conſilio, procuratoribus vtriuſq. partis præſentibus definimus, quod præfati Archiepiſcopi verba, tali forma prolata perpetuo valituræ ſententię obtineant firmitatẽ. Nos itaq. ſententiã ipſam, licet appellationis obſtaculo huc vſq. fuerit impedita, præſenti pagina ſe. Ap. confirmamus, & huius ſcripti patrocinio communimus, ſtatuentes, & auctoritate Ap. pręcipiẽtes, vt ipſius hoſpitalis præfati fratres Abbati, eiuſq. ſucceſſorib. obediant in perpetuũ, tanquã prælatis illis, † & dominis, ſicut ipſe Archiepiſcopus præcepit.

† al. hac *† al. deeſt in* *† al. quod* *† al. ſuis*

TERTIA COLLECTIO
DECRETALIVM
LIBER PRIMVS

INNOCENTIVS EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei, vniuerſis magiſtris, & ſcholaribus Bononiæ commorantibus ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Non ponitur.

DEVOTIONI veſtræ inſinuatione præſentium innoteſcat, Decretales epiſtolas a dilecto filio magiſtro P. ſubdiacono, & notario noſtro compilatas fideliter, & ſub competentibus titullis collocatas, in noſtris vſq. ad xij. annum contineri regiſtris, quas ad cautelam vobis ſub bulla noſtra duximus tranſmittendas; vt eiſdem abſq. quolibet dubitationis ſcrupulo vti poſsitis, cum opus fuerit, tam in iudicijs, quam in ſcholis.

DE CONSTITVTIONIBVS. Tit. j.

Idem Senoñ. Archiepiſcopo, & Epiſcopo Trecenſi. Cap. 1.

De conſtit. c. 6.

CVM omnes vnum corpus ſimus in Chriſto, ſinguli autem àlter alterius membra, non debent maiores minoribus, aut ſeniores iunioribus inuidere. ſed omnes, qui in vna eccleſia vni domino famulantur, pari gaudeant libertate; cum pondus, & pondus, menſura & mẽſura vtrũq; abominabile ſit apud Deũ; & euangelicus paterſamilias pari mercede primos vineę ſuæ operarios remunerauerit, & extremos. Verũ ad audientiã Apoſtolatus noſtri peruenit, quod dilecti filij Treceñ. canonici proprijs inhiantes commodis, & aliorum profectibus inuidentes, nouum fecerunt in Treceñ. eccleſia conſtitutum; vt eis tam in præſentia ſua, quam abſentia redditus ſuos ex integro percepturis, qui in eadem eccleſia poſt illam conſtitutionem fuerunt, vel decetero fuerint inſtituti, redditus ex ea in abſentia non percipiant, ſed tunc ſolum cum in ea fuerint reſidentes: cum ſecundum Treceñ. eccleſię conſuetudinem, omnes in hoc conſueuerunt eſſe pares. ſtatuerunt etiam, vt cum ſingulis præbendis adnexæ ſint vineæ, ipſis ſuas, dum vixerint, poſsidentibus, vineæ decedentium ad ſucceſſores non tranſeant, ſed prouentus eorum inter ſingulos diuidantur. cum igitur, quod quiſq. iuris in alterum ſtatuit, ipſe debeat vti eodem, & ſapientis dicat auctoritas: patere legem, quam tu ipſe tuleris: ſ. v. per A. s. m. qua. antiquos canonicos iuniorib. & iuniores in perceptione fructuum tam prębendarum, quam vinearum coæquetis antiquis, ſecundum priorem conſuetudinem vſq. ad tempus prędictę inſtitutionis ſeruatam; vel ſecundum rationabilem inſtitutionem deinceps obſeruandã, illos per diſtrictionẽ eccleſiaſticã percellentes, ſi qui duxerint renitendũ.

Idem

† Ceteñ. in reg. c. 2. &

Idem Epiſcopo Ceteñ. † *Cap. 2.*

QVAE in eccleſiarum, & eccleſiaſticorũ virorum præiudicium attemptantur, firmitatem ſortiri non debent, ſed ad eccleſiarum indemnitatem debent potius infirmari. ſane peruenit ad audientiam noſtram, quod Teruſionen. † & Conneglanen. conſtituendi legem ſibi, & vtinam ſibi tantum, iuriſdictionẽ temere vſurpantes, impietatem palliant ſub nomine pietatis; & dum quibuſdam ex alieno gratiam exhibere volentes, eccleſijs ſunt, & viris eccleſiaſticis oneroſi. Conſtituerunt ſiquidem, ſicut accepimus, quod ſi quis ſe ad inopiam vergere probabiliter allegauerit, alienandi feudum, quod ab eccleſia, vel alijs tenent, per officiales ad hoc a Teruiſineñ. ciuibus, & Conglan. deputatos liberam habeãt facultatem; nec emptor priori teneatur domino reſpondere, niſi tantummodo in ſexta parte pretij, quam ipſe, ſi recipere voluerint, exhibebit; ex quo eccleſiaſtica nõ modicum iura læduntur. Volentes igitur eccleſiarum indemnitati conſulere, & huiuſmodi grauaminibus prouidere, conſtitutionem huiuſmodi, & venditiones feudorum eccleſiaſticorũ factas ſine legitimo eccleſiaſticarum perſonarum aſſenſu, occaſione conſtitutionis, immo verius deſtitutionis, vel deſtructionis iſtius præſentium auctoritate caſſamus, & vires decernimus non habere.

† Teruiſini in reg.

Idem Ameliensi Epiſcopo. *Cap. 3.*

De iure iu c. 27. SICVT noſtris eſt auribus intimatũ, dudum eccleſia Tundentina † vacante ipſius canonici & ven. quoq. frater noſter Epiſcopus Tundentinus † cum eis, dum in minori eſſet officio conſtitutus, iuramenta quædam in damnum Epiſcopalis iuris fecerunt, priuſquam de Pont. electione tractatus aliquis haberetur, quæ vtrum ſeruari debeant, cum ex eis præſertim contingeret Epiſcopales redditus minorari; tamquam vir prouidus, & diſcretus, olim nos duxit idem Epiſcopus conſulendos. Nos igitur ſaluti eius paterna volentes ſollicitudine prouidere, ipſi pro iuratione incauta imponi * ei * fecimus pœnitentiam congruentem, & nihilominus attendentes, quod iuramentum non, vt eſſet iniquitatis vinculum fuerit inſtitutum; & quod non iuramenta, ſed periuria potius ſunt dicẽda, quę contra vtilitatem eccleſiaſticam attemptantur: f. t. per A. s. m. quatenus perſonaliter ad eccleſiam Tudentinam † accedens, ab ipſis canonicis inquiras ſuper pręmiſſis diligẽtius veritatem; & ſi ea, quæ dicta ſunt ſuperius, inueneris eſſe vera; quod in damnum Epiſcopalis iuris repereris taliter attemptatum: noſtra ſuffultus auctoritate in ſtatum debitum ap. re. reducas: faciens, quod decreueris, per cenſurã eccleſiaſticam firmiter obſeruari.

† Tudertina Greg. 9 † Tudertinus male

† Tudertinam ſcribo.

Idem. *Cap. 4.*

CVM acceſsiſſent ad Apoſtolicã ſedem dil. S. Archid. Tull. & G. Tull. capituli procurator venerabilem fratrem n. Hoſtieñ. Epiſcopum eiſdem conceſsimus auditorem; in cuius præſentia Archidiaconus propoſuit memoratus, quod cũ olim dil. fil. magi. Gil. ſubd. M. H. & F. Tulleñ. canonici noſtris aurib. intimaſſent, quod primiciatus in Tulleñ. eccleſia tanto tempore vacauiſſet, vt ad manus noſtras illius perſonatus eſſet donatio deuoluta: dilectis filijs Altę Siluæ, & Belliparti Abbatibus, & Columbę monaſterij Decano dedimus in mãdatis, vt ſuper hoc inquirerent veritatem, & ſi perſonatus ille tanto tempore vacaſſe conſtaret, quod iuxta Lateraneñ. ſtatutum concil. ad nos ipſius eſſet deuoluta donatio; ipſi perſonam idoneam de Tulleñ. eccleſia, vel aliunde in ipſo primiceriatu inſtituerent vice noſtra, & eundem facerent ab illa pacifice poſsideri. & ita fuit inſuper ex parte capituli allegatum; quod reſcriptum ad prædictos iudices impetratũ, extiterit per falſam ſuggeſtionem optentum. cum enim cõmuni conſenſu, & vnanimi voluntate canonicorũ Tull. fuerit conſtitutum, ne primiceriatus dignitas eſſet vlterius in eccleſia memorata, inter canonicos ipſos primiceriatus prouentib. & poſſeſsionibus diſtributis, & eadem inſtitutio a bonæ me. Alexandro Papa prænominato fuerit poſtmodum confirmata; euidenter apparet, quod primiceriatus ipſe multo tẽpore non vacauerit, ſicut nobis fuerit falſa inſinuatione ſuggeſtum. & infra. Quo circa d. u. per A. s. m. qua inquiſita diligentius veritate, ſi vobis conſtiterit Tullenſes canonicos, ne vlterius in Tulleñ. eccleſia primiceriatus eſſet officium, communiter ſtatuiſſe, ac ſtatutum ipſum auctoritate ſe. Ap. fuiſſe poſtmodũ cõfirmatum; vos illud faciatis in ſuo robore permanere; niſi poſtea dicti canonici cõtrauenerint, aliquẽ videlicet in Primicerium eligendo. De conſtit. c. 8.

Idem Flugieñ. Epiſcopo. *Cap. 5.*

CVM M. Ferrarieñ. canonicus F. W. B. & G. canonicorum, & magiſter G. Ferrarieñ. capituli procuratores ad ſedem Ap. acceſsiſſent ſuper quæſtione, quam & de præbendis, & redditib. habebant adinuicem; dil. filiũ noſtrũ ſanctæ M. in Coſmidin diaconũ c. 9. e.

Car-

Cardinalem eis conceſsimus auditorem. coram quo dictus M. pro ſe, ac quattuor ſocijs propoſuit; quod Ferrarieñ. canonici, vt eo amplius ſuos redditus augmentarent, quo prouentus eccleſiæ, qui diuidi conſueuerant inter plures, in vſus cederent pauciorum, quattuordecim præbendis tantũ præter id, quod menſæ communiter deputarunt, in eadem eccleſia contra antiquam conſuetudinem ſtatuerunt. poſtmodum vero contra conſtitutionem ipſam volũtarie venientes, dictos quinque in canonicos receperunt, nullis præbendis aſsignatis eiſdem. & licet eorum redditus non modicum fuerint augmentati, nondum tamen eis voluerint ex ſupercreſcentibus redditibus prouidere. Verum dictus magiſter ex adverſo propoſuit, quod olim de communi tam canonicorum, quam Ferrarieñ. Epiſcopi voluntate quattuordecim prębendarum numerus in Ferrarieñ. eccleſia prouida fuerat deliberatione ſtatutus, & Ap. protectionis præſidio roboratus. tandem cum vna in eadẽ eccleſia præbenda vacaſſet, ad quorundam inſtantiam duos ad eam, & poſtmodum ad preces ven. f. n. Ferrarieñ. Epiſcopi dictum M. & quendã alium ſine pręiudicio dictæ cõſtitutionis in canonicos receperunt, ita quod ipſi de canonica nihil perciperent, donec primi duo præbendas eſſent integre aſſecuti. cumq. per canonicorũ induſtriam fuerit procuratum, vt ex poſſeſsionibus, quas eccleſia tempore longo poſſedit, plures eis redditus ſoluerentur ſuperexcreſcentes redditus cõmuni menſæ, quę minus ſufficiens fuerat, cõmuniter deputarunt, quos dicti quinque ſibi poſtmodum petierunt contra capituli conſtitutionem in beneficium aſsignari. Quia vero ſuper his plena nobis, ſicut idem aſſerit, exhiberi non poterat certitudo, cauſam ipſam tuo duximus examini committendam, mãdantes, qua. cum in conſtitutione prędicta, & confirmatione ſedis Ap. vel fuerit, vel eſſe debuerit, ſicut conſueuit, expreſſum, niſi tantũ excreuerint eccleſiæ facultates, quod plurib. poſsint ſufficere competenter, & cum idem canonici in derogatione ſuę conſtitutionis ad vacaturas præbendas quattuor receperunt vltra numerum conſtitutum ab antiquis canonicis præbendas cum integritate percipientibus conſuetas, ſuperexcreſcentes redditus prædictis canonicis ap. re. facias aſsignari. ita tamen, quod ſi ex eis pares cum alijs potuerint ſortiri præbendas, quod ſuperfuerit, in communes canonicorum vſus, ſiue vt prius ſtatuerant, ſiue alter, prout melius videbitur, conuertatur. reuocatis in irritũ omnibus, quæcumq. ab alterutra partium in prę iudicium alterius poſt motam quęſtionẽ coram Epiſcopo Ferrarieñ. circa præbẽdas, vel poſſeſsiones fuerint innouata.

DE RESCRIPTIS, ET EORVM INterpretationibus. Tit. ij.

Idem Abbati Imoleñ. Cap. 1.

PORRECTA ex parte tua petitio continebat, quod plures ex monachis tuis, qui Prioratib. præſunt, a nobis ſuper ipſis Prioratibus, quo ad vixerint, poſsidendis confirmationis litteras ſe aſſerunt impetraſſe, quarum occaſione bona ipſorum Prioratuum diſtrahunt, & conſumunt, aſſerentes ſe tibi, quo ad Prioratus illos, nulla ratione ſubeſſe. Cum igitur a Cancellaria noſtra non credimus huiuſmodi emanaſſe: d. t. per a. m. qua. illos, qui tales litteras exhibuerint, in quibus Prioratus, tamquam monachis confirmãtur, eoſdem punias, tamquam falſitatis auctores. Si vero in eis non ſit mẽtio Prioratus, vel monachatus, illas tamquam tacita veritate ſubreptas, † denunties non valere. Decret. vel. vel inu. c. 6. † ſubreptias

Idem vniuerſis Chriſti fidelibus per Lombardiã conſtitutis. Cap. 2. Greg. 9

SI aliquando forte cõtingat, quod ab eis, qui auctoritate Apoſtolica ſunt excommunicationi ſubiecti, noſtræ litteræ cum ſalutationis alloquio obtineantur, non propter hoc excommunicationis credatur ſententia relaxata; cum per ignorantiam, vel negligentiã, aut occupationem nimiam, vel etiã per ſubreptionem contingat huiuſmodi litteras impetrare. ſicut in Placentiñ. nuper dicitur contigiſſe, qui cũ ſint propter iniquitatem, quam in Deum, & eius eccleſiam commiſerunt, excommunicationis vinculo innodati, ſe quaſi abſolutos per huiuſmodi litteras, quas eis pro templarijs miſiſſe dicimur, gloriantur; quamuis non ſimus memores talium litterarum. cum etſi eis iam excommunicatis exhibitæ fuerint, forſan tamen prius fuerãt impetratę. Quo circa vniuerſitati v. per A. s. m. qua. eos ſicut excommunicatos artius euitetis, donec a ſuo reſipiſcant errore. in ſimilib. ſi quando forte contigerit, ſimile iudicium obſeruate. De ſent. exc. c. 41

Idem Epiſcopo Elieñ. Cap. 3.

PASTORALIS officij & infra. Prętera quæſiuiſti, quando de reuocatione ambigitur litterarum, vtrum iudicum priores, aut poſteriores cognoſcere debeant; vtrum De reſc. c. 14.

per

per ſecundas ſint primæ litteræ reuocatę. Ad quod taliter reſpōdemus, quod niſi poſteriores prioribus, vel e conuerſo duxerint deferendum, ſimul vtriq. cognoſcant, & ſi forte nequiuerint in vnam ſententiam concordare, quãuis plures ſint ex vna parte, quam ex altera, per arbitros cõmuniter electos a partib. huiuſmodi cõcertatio ſopiatur. Quoniã autẽ ſub huiuſmodi forma, videlicet cauſam, quã talis aduerſus talem, & quoſdam alios ſuper hoc, & quibuſdam alijs ſe proponit habere, tibi duximus committendam; a nobis multotiens litteræ impetrentur, ſollicite quæſiuiſti, an iudex ex delegatione huiuſmodi ante perſonarum, vel rerum expreſsionem ſuper perſonis, vel rebus exprimendis habeat poteſtatem, adiciens, vtrum ſi antequam perſonę, vel res expreſſæ fuerint nominatim, ſuper nõ expreſsis in commiſsione priori, ſed generaliter comprehenſis ſpeciales litteræ, quæ de prima commiſsione nullam faciant mentionem, ad alios iudices a ſede Ap. emanauerint, eãdem vigorem debeant obtinere. Nos igitur ad hæc duo, taliter reſpondemus; quod cum generali per ſpeciale proculdubio derogetur, iuriſdictio per generales litteras attributa, per ſpeciales, quantum ad ea, quæ ſpecialiter exprimuntur, penitus eneruatur; licet de prioribus non faciant mentionem. Vnde ſuperflua relinquitur prima quæſtio, etſi merito dici poſsit, quod donec iuriſdictio reuocetur, eam ſuper rerum, vel perſonarum articulis exprimẽdis optinet delegatus; ſed antequam exprimantur perſonæ, vel res, delegatus nequit iuriſdictionem huiuſmodi exercere.

Idem Senonen. Archiepiſcopo. *Cap. 4.*

e.13.c. SEDES Apoſtolica conſueuit exhibere ſe petentibus liberalem, ſed quidam eius gratia nequiter abutuntur, dum quod ipſa de benignitate concedit, ipſi ad malignitatem retorquent. Quidam enim malignari volentes in commiſsionibus noſtris minores, & viliores perſonas proprijs nominib. exprimũt, maiores autem, & digniores ſpecialibus vocabulis non deſignant; ſed ea ſub quodam generalitatis inuolucro comprehendunt; vt cõmiſsiones ipſas a nobis facilius inpetrent ſub hac forma. Conqueritur talis de iſto, vel de illo; & alijs quibuſdam proprijs nominibus exprimendis; qui eis ſuper tali negotio, & rebus alijs iniurioſi nimis, & graues exiſtunt. Nos igitur eorum volentes malitijs obuiare, decernimus, vt cum in commiſsionibus veſtris minores, & viliores perſonę ſolummodo deſignantur; maiores, & digniores ſub generali clauſula non intelligantur includi; ſed nec liceat occaſione generalitatis huiuſmodi multitudinem effrenatam in iudicium euocare; nec ſuper maioribus, & grauiorib. negotijs audiantur, qui de leuioribus, & minoribus tantum faciunt mentionem. Si qui vero maiores perſonas expreſſerint, non vt velint cum eis in iudicio experiri, ſed vt deſcendere valeant ad minores, quia fraus, & dolus eis patrocinari non debent, tamquam mendax precator careat penitus impetratis.

Idem R. Cantori. & R. Priori de Monte Leproſorũ, & I. de Sagio Canonico Rothomagen. *c. 5.*

EX tenore litterarum, quas nobis per dil. f. Ph. latorem præſentium deſtinaſtis, intelleximus euidenter R. ſacerdotem de Colleuill. ad dilectos f. de Prato, de Monte Leproſorũ, & ſancti Laudi Priores Rothomagen. ſuper quæſtione, quæ inter ipſum, & dilectũ f. Abbatem, & conuentum de Beato ſuper manerio de Colle vill. & rebus alijs vertitur, litteras Ap. impetraſſe, qui cũ partem citauiſſent aduerſam, dictus presbyter coram eis voluit litigare. poſtmodum vero idem presbyter ſuper eodem negotio vobis litteras noſtras pręſentauit, in quibus de prioribus mentio non fiebat. Cumq. vos in cauſæ cognitione velletis procedere, partib. ad veſtram præſentiam conuocatis, memoratus Abbas coram vobis propoſuit, quod non tenebatur per illas litteras ſæpedicto presbytero reſpondere; cum per alias fuiſſet citatus, quæ auctoritate illarum non fuerant reuocatæ. Vnde quia ſuper hoc dubitaſtis, ſedem duxiſtis Ap. conſulendam. Nos igitur attendentes fraudem presbyteri memorati, duas commiſsiones ſuper eodem negotio inpetrantis, quarũ altera non faciebat mentionem de reliqua; quia fraus, & dolus alicui patrocinari non debent, decernimus, vt ipſe commodo careat vtriuſq. — e.26.c. — Innocẽtius Greg. 9

Idem Patriarchæ Graden. *Cap. 6.*

OLIM tibi ſcripſiſſe recolimus; vt ſi dil. f. Archipresbyter, & canonici Paduani, quib. ſuper hoc ſcripta noſtra direximus; dil. f. ma. G. canonico Paduano, præbendam, quę tantum reſidentib. de communi confertur, ſicut vni ex alijs, de cõmunib. prouentib. & manualia beneficia omni dilatione poſtpoſita non conferrent, tu eos ad id ap. ceſſante conpelleres. Verum, quia, ſicut noſtro Apoſtolatui relatum: eſt, quidam mandatum noſtrum in- — De ver. ſig. c. 16.

interpretari aliter, quam deceat, moliuntur; cum beneficia principalia ſint interpretanda largiſsime, volentes a mandato noſtro dubietatem auferre, non quæſtionis ſcrupulum reſeruare; vt quæ mandamus, diligentius, & liberius exequaris; noſtrum tibi in eo aperiendum duximus intellectum. videlicet, quod præbendam, quæ tantum reſidentib. in victu, & veſtitu de communi confertur; ipſi mag. G. plene, ſicut vni ex alijs reſidentibus, mandauimus conferendam. Quocirca f. t. per A. s. m. qua in negotio ipſo malitioſam interpretationem aliquam non attendens, ſic quod de præfato magiſtro tibi præcipimus, ſub. cuius con. ap. ob. exequi ſtudeas diligenter.

Idem Mediolanẽ. Archiepiſcopo. *Cap. 7.*

De reſc. c. 17. CVM adeo ſcripta ſe. Ap. moderemur, vt ex certa ſciẽtia nihil in eis faciamus apponi, quod de iure debeat reprehendi: miramur nõ modicum, & mouemur; quod, quotiens ad te, vel ad aliquos tibi ſubiectos noſtras litteras deſtinamus; te ſuper eis mirari reſcribis; ac ſi mandaremus aliquid inhoneſtum. Scripſiſti etenim nobis, quod cũ P. clericus in eccleſia Mediocẽ. † ſufficientem ſibi ſit præbendã adeptus; mirabaris, quod pro receptione ipſius in eccleſia de Grontoſola Præpoſito, & fratribus eiuſdem eccleſiæ litteras Apoſtolicas miſeramus. Cum ſi litterarum noſtrarum diligenter ſeriem attendiſſes, nihil penitus inueniſſes in eis; quod tuum debuiſſet animũ offendiſſe. cum enim in litteris ipſis, nec de præbenda ipſius P. mentio haberetur, nec Mediocẽ. canonicus, immo nec clericus diceretur in eis, & in litteris ipſis hæc eſſet adiecta cõditio, ſi dignus exiſteret ad eccleſiaſticum beneficium obtinendum, & ſi eadem eccleſia ex dono parentum ipſius quãdam capellam cum dote fuiſſet adepta, & a conſanguineis eius oblationes, & mortuaria pro tempore, & decimas perciperet annuatim: intelligere potuiſſes, qualiter ipſæ fuerãt impetratæ, in quibus de beneficio ipſius, pro quo ſcribebatur, mentio non fiebat. Ideoq. f. t. per A. s. m. quatenus cum ad te, vel ad tuos litteræ Apoſtolicæ diriguntur, earum tenorem diligenter attẽdas, & quod mandatur in eis, dum tamen nec per ſuppreſsionem veritatis, aut expreſsionem falſitatis obtentæ fuerint, facias effectui mancipari.

† Me- dioc.

Idem Abbati de Alcobatia, F. & P. monachis Alcobatiæ. *Cap. 8.*

c. 18. e. CAVSAM, quæ inter Præmonſtratẽ. & Prumacẽ. eccleſias ſuper poſſeſsionibus de Anapia vertitur, d. v. commiſiſſe meminimus fine canonico terminandã. ſed quia in litteris illis animaduertimus fuiſſe inſertũ, quod ſi alterutra partium legitime citata præſentiam veſtram adire, vel iudicio parere cõtemneret, vos nihilominus præſentis partis probationes recipere, & quantũ de iure poſſetis, in cauſæ cognitione, ac deciſione procedere minime tardaretis. Nos volentes, vt clauſula illa, quantum de iure poteratis, quæ antequam de probationum receptione mentio fieret, fuerat inſerenda, clauſulam illam de probationum receptione præcedatis. v. p A. s. m. qua ipſam intelligentes ibidem, in eadem cauſa iuxta tenorem litterarum illarum procedere non tardetis; attentè prouiſuri, vt ſi litterarum auctoritate priorum in eodem negotio legitime eſt proceſſum; firmum, & ſtabile perſeueret, alioquin ſi occaſione clauſulæ memoratæ aliud conſtiterit in alterutrius partis præiudicium attemptatũ, id viribus decernimus cariturũ; volentes, & mandantes, vt in deciſione ipſius negotij, ſicut præmiſſũ eſt, tam ſuper principali, quam ſuper incidentibus quæſtionib. ap. re. canonice procedatis.

Idem Archiepiſcopo Senonẽ. & P. Sanctæ Mariæ in via lata Diaco. Cardin. A. S. L. *Cap. 9.*

CONSTITVTVS in præſentia dil. f. noſtri G. ſancti Angeli Diaconi Cardinalis P. clericus, quem ei conceſſeramus, & partis alteri auditorem; propoſuit coram ipſo, quod cum bonæ memoriæ G. Papa p. noſter dilecto f. Decano, & capitulo Bituricẽ. dederit in mandatis, vt ipſum reciperent in canonicum, & in fratrem, & præbendam ei cõferrent, ſi qua tunc in eorum vacaret eccleſia, vel proximo vacaturam; vẽn. f. noſtro Bituric. Archiepiſcopo ei monitore conceſſo; etſi ipſi mandatum eius admittere nõ curaſſent, eis præcipiendo mandauit, vt quod eis mandauerat, adimplerent, dicto Archiepiſcopo, & vẽn. f. n. Claromõtẽ. Epiſcopo ſuper hoc executorib. deputatis. & infra. Verum dil. f. P. ex aduerſo reſpondit, quod cum in Bituricẽ. eccleſia certus eſſet numerus canonicorum inſtitutus firmatus iureiurando, & per multos Rom. Pont. cõfirmatus, & de hoc memoratus P. non feciſſet in ſuis litteris mentionem, intelligendum erat circumueniſſe p. n. & dictas litteras veritate tacita impetraſſe. licet enim cum in aliqua eccleſia certus ſtatuitur numerus, hæc apponatur conditio, vel intelligatur apponi, ſalua ſedis Ap. auctoritate; non tamen erat credendum, quod eum ex

c. 19. e.

certa

certa ſcientia contra iuramenta eorum recipi mandauiſſet; cum de hoc in ſuis litteris nihil fuiſſet expreſſum. Nos igitur de prędictis per Gard. inſtructi, d. v. per A. s. ni. quã. ſi legitime vobis conſtiterit numerum canonicorũ, qui nunc in eccleſia per Decanum, & capitulum eiuſdem eccleſiæ iuramento firmatum, antequam prædictus clericus a p. n. litteras executorias impetraſſet; quidquid factum eſt occaſione litterarum, quas idem clericus a ſe. Ap. impetraſſe dignoſcitur, caſſum, & irritum decernatis haberi; alioquin ei faciatis in eadem eccleſia præbendam, ſi qua vacat ſub. cuius. ap. ob. aſsignari.

Idẽ Aymon ſancti Hilarij canonico Pictauiẽ. c. 10.

c. 20. e. SVPER litteris, quæ ab aliquib. ex malitia, & a nonnullis ex ignorantia, tacita veritate, vel ſuggeſta falſitate impetrantur a nobis; diuerſos intelleximus diuerſa ſentire: alijs aſſerentibus eos debere prorſus carere omni commodo litterarum, cum mendax precator carere debeat impetratis; alijs vero dicentib. quod etſi forma carere debeant in litteris noſtris expreſſa, nihilominus tamen iuxta rigorem iuris ſit a delegato iudice in negotio procedendum. Nos igitur inter eos, qui per fraudem, vel malitiam, & illos; qui per ſimplicitudinem, vel ignorantiam litteras a nobis impetrant huiuſmodi, credimus diſcretionem habendam; vt hi, qui priori modo falſitatem exprimunt, vel ſupprimunt veritatem, in ſuæ peruerſitatis pœnam nullum ex litteris commodum conſequantur; ita videlicet, quod delegatus, poſtquam ſibi ſuper hoc facta fuerit fides, nullatenus de cauſa cognoſcat. Inter alios autem, qui poſteriori modo litteras impetrant, dicimus diſtinguendũ, quę falſitas ſuggeſta fuerit, vel quæ veritas ſit ſuppreſſa. Nã ſi talis expreſſa ſit falſitas, vel veritas occultata, quæ quamuis fuiſſet tacita, vel expreſſa, nos nihilominus ſaltem in forma communi litteras dediſſemus, delegatus nõ ſequens formam in litteris ipſis appoſitam, ſecundum ordinem iuris in cauſa procedat. Si vero per huius falſitatis expreſsionem, vel ſuppreſsionẽ etiam veritatis litteræ fuerint impetratæ, qua tacita, vel expreſſa, nos nullas prorſus litteras dediſſemus; a delegato nõ eſt aliquatenus procedendum, niſi forſan eatenus, vt partib. ad ſuam præſentiam vocatis de precum qualitate cognoſcat, vt ſic in vtroq. caſu eadem ratio, quę delegantem moueret, moueret etiã delegatum, & vbi delegans ſuas litteras denegaret, delegatus etiam ſuæ cognitionis officium nullatenus interponat.

Idem Abbati, & conuentui Præmonſtraten. c. 11.

EDOCERI a nobis per veſtras litteras poſtulaſtis, vtrũ per litteras aduerſus Abbates veſtri ordinis nulla mentione habita de ſuis conuentibus impetratas teneantur Abbates ipſi ſuper cauſis, quæ ad conuentus pertinent, & eiſdem de ipſis querelantibus reſpõdere, ac licet appellatio ſit inhibita per appellationis obiectum poſsint, ne reſpondeant, ſe tueri. ſuper quo vobis duximus reſpondendum, quod idem Abbates, niſi alia cauſa rationabilis ſuffragetur, per appellationem ſe tueri non poſſunt, quominus debeant auctoritate litterarum huiuſmodi legitime reſpondere; cum ex officio ſuo teneantur Abbates congregationum ſuarum negotia procurare, niſi forte Abbatis, & conuentus negotia eſſent omnino diſcreta. c. 11. e.

Idem Archiepiſcopo, & magiſtro V. Canonico Magdeburgen. Cap. 12.

CVM dilecta in Chriſto filia R. cuſtos Hereſien. eccleſiæ, ac V. clericus procurator G. monialis olim ad ſedem Ap. acceſsiſſent ſuper electionibus celebratis de cuſtode, ac moniali prædictis, litigauerunt aliquamdiu coram nobis. & infra. Nos igitur hæc, & alia, quæ tam cuſtos prædicta, quam I. clericus, qui pro eodem negotio venerat cõtra ipſam, nuper apud ſe. Ap. conſtituti, proponere voluerunt, & acta iudicij ab eiſdem nobis exhibita diligentius attendentes, deprehendimus manifeſte prædictas litteras ad memoratum Abbatẽ de Remeshuſem, & ſuos coniudices impetratas per ſubreptionem optentas; cum in eis illius articuli videlicet de ſubtractorum reſignatione fuerit præter conſcientiam noſtram cognitio demandata; qui prioribus litteris ad ſcholaſticum Hildeſemen. cuſtodem, ac ſcholaſticum Mideſeñ. obtentis inſertus fuerat, de quibus in ſecundis litteris mentio aliqua non fiebat. & ideo quod ipſarum litterarum occaſione dignoſcitur attemptatum, duximus penitus irritandum; dictum inſuper ſcholaſticum Hildeſemen. & coniudices ſuos inuenimus minus prouide proceſsiſſe, quia cũ in noſtris litteris eiſdem principaliter mãdaretur; vt ad prædictam eccleſiam perſonaliter accedentes, perſonæ idoneæ adminiſtrationem committerent Abbatiæ, cui ad opus eiuſdem Abbatiæ fieret hinc inde reſignatio ſubtractorũ; ipſi formam mãdati Apoſtolici c. 12. e.

tranſponentes, illo capitulo prætermiſſo, de alijs articulis inordinate plurimum cognouerunt; propter quod proceſſum ipſorum contra noſtri formam reſcripti, ac iuris ordinem attemptatum irritum decernimus, & inane præſentium vobis auctoritate diſ.p. mandantes, qua. conuenientes in loco competenti, & tuto G. A. & quibuſdam alijs eiuſdem eccleſiæ ſororibus, ſicut iuſtum fuerit, reſtitutis, & forma mandati noſtri exacta diligentia obſeruata, in negotio ipſo iuxta tenorem præcedentium litterarum ap. re. ratione præuia procedatis, ita quod per veſtram ſollicitudinem circumſpectam, ſaltem hac vice negotio tam diu prorogato finis debitus imponatur.

Idem. *Cap.* 13.

c.13.c. PLERVMQVE contingit, quod aliqui contra quoſdam ſuper aliquibus rebus noſtris litteris impetratis, illis vti multo tempore proponentes, tunc demum eas exhibere procurant, cum aliarum litterarum auctoritate ab eiſdem, contra quos ipſi primitus litteras impetrarunt, cœperint conueniri dicentes, poſteriores litteras non valere, vt pote nõ facientes de priorib. mentionem. Cum igitur non ſit malitijs hominum indulgendum, præſentium auctoritate ſtatuimus, qua. ſi quis noſtras litteras impetrans infra annum, poſtquã copiam iudicum habuerit, ex malitia, vel negligentia poſtpoſuerit vti, eis auctoritate poſteriorum valeat conueniri, licet in illis nulla de prioribus mentio habeatur.

DE CONSVETVDINE. Tit. iij.

Idem Archiepiſcopo, & Capitulo Lundimenſi. *Cap.* 1.

Dec.ſia. c. 2. EX litteris, quas tu frater Archiepiſcope deſtinaſti, intelleximus manifeſte, quod regnum Daciæ, quantum ad ea, quę ius fori contingunt, conſuetudinibus ſuis, & inſtitutionibus Regum ſuorum omnino regatur. vnde nullum vſum teſtamentorum illius prouinciæ habere contingit, qui alibi in vltimis decedentium voluntatibus ſecundum legalem obſeruantiam cuſtoditur. Si vero aliquis poſſeſsiones aliquas clauſtris, vel alijs religioſis locis in bona valitudine, vel voluntate vltima conſtitutus vult pro ſuorũ remedio peccatorum conferre: hanc eccleſiæ conferendi formam eſſe proponis, quod in huiuſmodi donationibus modicum terræ cõſueuit accipere, aut in extremitate pallij, quod manu Epiſcopi, vel cuiuſlibet alterius prælati eccleſiæ ſuſtinetur, aut ſuper ipſum altare aliquo inuolutum panniculo cum debita humilitate ponendum ſub teſtimonio videntiũ, & audientiũ, forma donationis huiuſcemodi ſubſequente, quæ ſcotatio vulgariter appellatur. Verum, quoniam huiuſmodi donatio malitioſe a quibuſdam cauillatoribus, ſicut aſſeris, impeditur, a nobis humiliter poſtulaſti, ne loca religioſa, & eccleſiæ, quibus multę poſſeſsiones ſub ſcotatione huiuſmodi ſunt collatæ, ab aliquibus poſsint, vel debeant temere perturbari; plurima debeamus ſollicitudine prouidere. Nolentes igitur, vt tales conſtitutiones, quas diuturnitas temporis, vt aſſeris, obſeruauit, & vſus conſuetudinis hactenus approbatæ retinuit, temeritate qualibet infirmetur; d.v. per A. s. m. qua. donationes eorum, quæ ſub optentu conſuetudinis clauſtris, eccleſijs, vel quibuſlibet locis religioſis pie, ac prouide conferuntur, vel etiam ſunt collatæ, faciatis irreuocabiles obſeruari, cum huiuſmodi ſignum, quod ſcotatio dicitur, nõ tam factæ donationis, quam traditæ poſſeſſionis ſit euidens argumentum, ſi quos contradictores inueneritis, aut rebelles, auctoritate freti Apoſtolica per cen. ec. monitione præmiſſa ſub. ap. ob. compeſcentes.

Idem Epiſcopo Pitauieñ.† *Cap.* 2. †al. Pataníeñ.

AD noſtram audientiam noueris peruenisse, quod in tua diœceſi etiam in cauſis ec- c.3.c.
cleſiaſticis conſuetudo minus rationabilis habeatur; quod cum aliqua cauſa tractatur ibidem, allegationibus, & querelis vtriuſq. partis auditis, a præſentibus litteratis, & illitteratis, ſapientibus & inſipientibus quid iuris ſit quæritur, & quod illi dictauerint, vel aliquis eorum præſentium, conſilio requiſito pro ſententia teneatur. Nos igitur attendentes, quod conſuetudo, quæ canonicis obuiat inſtitutis, nullius debeat eſſe momenti; cum ſententia a non ſuo iudice lata nullam optineat firmitatem, vt in cauſis eccleſiaſticis ſubiectorum tuorum poſtquam tibi de meritis earum conſtiterit, ſententiam proferre valeas, ſicut ordo poſtulat rationis, auctoritate tibi præſentium, præmiſſa conſuetudine non obſtante, concedimus facultatem.

Idem Luci. Vicario noſtro apud Conſtantinopolim conſtituto. *Cap.* 3.

QVANTO de benignitate ſe. Ap. locum optines celſiorem, tãto tibi eſt ſollicitius procurandũ, vt te talem exhibeas in agendis, nõ declinãs ad dexterã, vel ſiniſtrã, quod nõ minus re, quã nomine vices Ap. gerere videaris. Peruenit ſane ad audientiam noſtram, quod qui- c.4.c.

quidam ſimplices ſacerdotes apud Conſtantinopolim ea ſacramenta præſumunt fidelib. exhibere, quę ab Apoſtolorum tempore rite fuerunt ſolis Pontificib. obſeruata, vt eſt ſacramentum confirmationis, quod chriſmãdo renatos ſoli debent Epiſcopi per manus impoſitionem conferre. ad excuſandas excuſationes in peccatis, & ſui erroris fomentum, ſolam conſuetudinem prætendentes; cũ diuturnitas temporis peccata non minuat, ſed augmentet, quæ tanto grauiora exiſtunt, quãto infelicem animam diutius detinent obligatam. Volentes igitur hæc, & alia, quæ oculos diuinæ maieſtatis offendunt, de agro dominico exturpari, d. t. per A. s. m. qua. omnibus Latinis presbyteris apud Conſtantinopolim conſtitutis, diſtricte prohibeas; ne talia decetero ſua temeritate præſumant. quæ licet non ſint a fidelibus contemnenda, tutius tamen eſt ea ſine periculo ex neceſſitate, quæ legem non habet, omittere, quam vt ab iis, quibus ea conferre non licet, ex temeritate, quæ legę damnatur, non ſine graui periculo maniter conferantur, cum vmbra quædam oſtendatur in opere, veritas autem non ſubeat in effectu. *Idem Decano, & capitulo Camerin. c. 4.*

e. 5. e. C V M inter vos ex vna parte, & canonicos ſancti P. de Curia ex altera, ſuper eo quod dicti canonici ſancti P. generale interdictum a ve. fratre noſtro Epiſcopo veſtro, vel vobis in ciuitate Cenomañ. poſitum nõ ſeruabant, quæſtio verteretur: vtraq. pars, vt eadem cauſa poſſet fine debito terminari, ſuum nuntiũ ad ſedem Ap. deſtinauit. partib. igitur in noſtra præſentia conſtitutis per procuratores idoneos audientiam præbuimus liberam, & benignam, & quidam eccleſiæ veſtræ propoſuit procurator, quod cum Cenomañ. eccleſia ſuo loco, & tempore pro exceſsib. ſæcularis poteſtatis interdicto voluit ſupponere ciuitatem, eccleſia beati P. de Curia tanquam menbrum ſuo capiti non adhærens, campanis pulſatis, apertis ianuis diuina officia celebrare, aliis ceſſantibus non omiſit. Cum autẽ ve. f. noſter B. Hoſtieñ. Epiſcopus tunc in partib. illis legationis officio fungeretur, idem ad eius præſentiam accedẽtes ſuam ei ſuper hoc querimoniam exponere curauerunt. Qui partib. conuocatis, & rationib. vtriuſq. diligenter auditis, & cognitis, cum pars eccleſię ſancti P. per priuilegia ſe. Ap. non poſſet oſtendere ſe munitam, immo ei firmiter conſtaret, quod ex ſuperbia potius, quam ex cauſa rationabili ducerentur, ſententialiter diffiniuit, quod cum in ciuitate Cenomaneñ. poſitum fuerit interdictum, eadem eccleſia obſeruaret. vinculo quoq. excõmunicationis, ac pœnæ ordinis, ac beneficii eos ſupponens, qui ſui ducerent ſententiæ reſiſtẽdum. poſtmodum vero, cum propter quoſdam exceſſus ſæcularis poteſtatis tota Cenomaneñ. ciuitas ſupponeretur eccleſiaſtico interdicto, & ipſis canonicis ſancti P. denuntiatum fuiſſet, vt a diuinorũ celebratione ceſſarent, & obſeruarent; ſicut aliæ eccleſiæ illius ciuitatis interdictum, ipſi maiorem temeritatem ſuæ audacię adiũgentes, cum maiori ſollemnitate ſuum ſunt officium executi, venire contra Legati ſentẽtiam non verentes. Procurator vero ipſorum propoſuit ex aduerſo, quod ipſa eccleſia ſancti P. ab ipſa ſui fundatione libera extitit, & exempta, & de bonis progenitorum Kariſsimi in Chriſto filii n. I. Anglorum Regis illu. fundata fuerat, & dotata, firmiter aſſeuerans, & ex hoc ſuam credens intentionem fundare, quod Decanatum, & præbendas illius eccleſiæ idem Rex, & progenitores ſui conferebãt diœceſano Epiſcopo inconſulto. propoſuit etiam, quod ex conſuetudine tali hactenus eadem eccleſia gauiſa fuerat libertate, & hoc idem multotiens veſter Epiſcopus recognouit, quod vos parochialẽ poteſtis interdicere capellanum, qui extra chorum celebrat eccleſiæ antedictę, allegans de conſuetudinę antedicta, quod in generali etiam interdicto licitũ erat eis pulſatis campanis, alta voce, interdictis tamen & excõmunicatis excluſis diuina officia celebrare. Nos igitur auditis hinc inde propoſitis, quod ex tali conſuetudine, ſi qua foret, diſrumperetur neruus eccleſiaſticę diſciplinę; ipſam de cõſilio f. noſtror. penitus duximus irritandam: cum non conſuetudo, ſed corruptela potius ſit cenſenda.

Idem Helieñ Epiſcopo. *Cap. 5.*

C V M olim ve. f. n. Londonieñ. Epiſcopus noſtris aurib. intimaſſet, quod in ſua eccleſia propoſuerat ſtatuere Pręcentorem, certum redditũ aſsignaturus eidem ſine lęſione cuiuſquam: nos eius precib. inclinati, licentiã ei conceſsimus Pręcentorẽ huiuſmodi ordinandi, dũmodo, in conferendis ſibi redditib. nulli pręiudiciũ inferretur. nihilominus ſtatuentes, vt Pręcentor taliter inſtitutus in ſeſſionib. proceſsionib. & aliis illã haberet in Lõdonieñ. eccleſia dignitatẽ, quã habẽt alii Pręcentores in aliis eccleſiis Anglicanis. Poſtmodũ autẽ noſtris fuit aurib. intimatũ, quod licet idẽ Epiſcopus dil. f. B. in eadẽ inſtituiſſet c. 6. e.

ec-

eccleſia Præcentorem, quod tamen a nobis fuerat de prælibata dignitate ſtatutum, biennio iam elapſo exequi non curarat. Qua propter tibi dedimus in mandatis, vt illud ſub. cuius.contrad.& ap.ob. exequi non poſtponeres, contradictores per cen. eccleſiaſticam conpeſcendo. Nouiter vero dil. f. Decanus, & quidam alij perſonatus habentes in eccleſia memorata ſuam nobis traſmiſere querelam; quod cum per Anglicanas eccleſias conſuetudines ſint diuerſæ, ac quidam Cantorum minorem, quidam vero maiorem habeant dignitatem, nec poſſunt dignitates eorum, cũ ſint, vel variæ, vel repugnantes, conuenire ſimul in vnam: is, qui nouiter eſt inſtitutus in eccleſia Londonieñ. Pręcentor, non contentus eo, quod habere poteſt ſine præiudicio aliorum, occaſione litterarum noſtrarum quaſdam ipſius Decani, & aliarum perſonarum eiuſdem eccleſiæ dignitates ſibi nititur in eorum pręiudicium arrogare. Quo circa f.t.per A.s.m. qua. ſi ſecundum diuerſas locorum conſuetudines, diuerſas noueris habere Pręcentores in Anglicanis eccleſijs dignitates, iam dictũ Pręcentorem illam habere facias in Londonieñ. eccleſia dignitatem, eaq. ap.re. permanere cõtentum, quam rationabilib. & approbatis cõſuetudinibus eius ſaluis, ſine alieno præiudicio poterit obtinere.

Idem Conuentui Corbieñ. monaſterij. Cap. 6.

c.7.e. CVM v.f.n. Epiſcopus Hoſtieñ, & dilectus filius L. tituli ſanctæ Crucis presbyter Cardinalis olim in partibus Alamaniæ legationis officio fungeretur, inuenerunt dilectũ f. Abbatem de monaſterio HerWordeleñ. quod ad Romanam eccleſiam nullo mediante noſcitur pertinere, ad monaſteriũ Corbieñ. quod eſt etiã Romanæ eccleſiæ ſpeciale, propria temeritate migraſſe, licentia illud deſerendi, vel confirmatione a nobis, vel ab ipſis etiam, qui vices noſtras in illis partibus tunc gerebant, nec habita, nec petita. & infra. Poſtmodum autem, cum ſuos ad ſedem Ap. nuntios deſtinaſſet; idem volentes eum multipliciter excuſare, ad defenſionem generalem illius terræ conſuetudinem allegarunt. Cũ igitur hæc non tam conſuetudo, quã corruptela merito ſit cenſenda, quę profecto ſacris eſt canonibus inimica, ipſam mandauimus decetero non ſeruari.

Idem Decano Saleſbieñ. A. Archidiacono. & magiſtro P. Peuerel Canonico Pariſieñ. Cap. 7.

CVM dilectus filius W. Andreñ. eccleſię monachus, qui pro electo eiuſdem eccleſię ſe gerebat, & G. Daubitus monachus, ac procurator monaſterij Karoſeñ. ſuper iure eligẽdi Abbatem Mandreñ.† monaſterio, & de electione eiuſdem W. inuicem in noſtra præſentia litigarent: idem W. electionem ſuam a fratribus Andreñ. cõcorditer celebratam auctoritate petijt Apoſtolica confirmari: aſſerens tam de iure communi, quam priuilegio ſpeciali eis a fe. re. Alexandro Papa prædeceſſore noſtro conceſſo, & a nobis poſtmodũ cõfirmato, liberam eligendi auctoritatem ad eoſdem fratres tantummodo pertinere. Nam de iure communi omnis congregatio monachorum eligere ſibi debet Abbatem, & in eiuſdem Alexandri priuilegio continetur, vt obeunte monaſterij Andreñ. Abbate, in illis † ibi, qualibet & ſubreptionis aſtutia, ſeu violentia præponatur, niſi quem fratres, vel eorum pars conſilij ſanioris, ſecundum Deũ, & beati Benedicti regulam, duxerint eligendum. A nobis quoq. prædictis fratribus dinoſcitur eſſe conceſſum; vt licitum ſit eiſdẽ, cum eccleſiam Abbate vacare contigerit, perſonam idoneam de gremio eiuſdem eccleſię, vel aliunde per regularem electionẽ ſibi pręficere in paſtorem Karoſeñ. monaſterio pręſentandam; vt ab ipſo confirmationem accipiat, & reuerentiam ei, quam debet, impendat. Dictus vero G. procurator propoſuit ex aduerſo, quod cum olim ad petitionem Comitis Balduini vxoris, & filiorũ eius Aldreñ. eccleſiæ patronorum a bonæ memoriæ G. Moriñ. Epiſcopo fuerit conſtitutum, quod ſi pręfatus locus, quod diuino munere adeo pullularet, vt Prior, aut Abbas cõſtitueretur ibidem, electio eius penes fratres eiuſdem loci, & capitulum Karoſeñ. penderet, & huius obtentu ſtatuti ſic fuerit longe retroactis temporibus obſeruatum; vt monaſterio Andreñ. vacante, Andreñ. fratres in Karoſeñ. capitulo aliquem de gremio monaſterij Karoſenſis ſibi eligerent in Abbatem; electio prædicti W. tam contra ſtatuti tenorem, quam etiam cõtra conſuetudinem approbatam, quę optima eſt legum interpres, minus canonice attemptata merito caſſari debeat, & mandari fratribus antedictis, vt iuxta quod eſt hactenus obtentum, procederent ad electionem Abbatis. & infra. His igitur, & alijs, quæ corã nobis vtrinq. fuere propoſita, perſpicaciter intellectis; quia nobis conſtitit electionẽ ipſam a ſuſpẽſis, & de ſuſpẽſo etiã celebratã; ipſã de cõ.

c.8.e. † Andren. ſium † al. nullus

ſt.

fr. noſtrorũ iuſtitia caſſauimus exigente. Ceterum cum ſupradictum ſtatutum, videlicet quod penes fratres eiuſdem loci, & capitulũ Karoſeñ. pendeat Abbatis electio; ita ſane poſſet intelligi, quod per illud nec iuri cõmuni, nec priuilegio derogetur; vt videlicet ad ſæpe dictos fratres electio ſpectet Abbatis, ad Karoſeñ. capitulum confirmatio, deuotioni veſtræ pr. auctoritate m. qua. auditis hinc inde propoſitis, ſi ex parte Karoſeñ. cœnobij talis fuerit conſuetudo probata, quod iuri cõmuni præiudicet in hac parte, vos ſecundum illã conſuetudinem decernatis electionem Andreñ. Abbatis decetero faciendam. Quod ſi talis conſuetudo probata non fuerit, per quã in hoc caſu præiudicetur iuri communi, vos Andreñ. monachis ius eligendi Abbatẽ ſub. ap. ob. adiudicare curetis; vt ſic decetero liberam habeãt facultatem, vt de gremio eccleſiæ ſuæ, vel aliunde per electionem canonicam eligendi perſonam idoneam in Abbatem pręſentandum Karoſeñ. capitulo, vt ab eo ſi fuerit canonica, confirmetur.

DE POSTVLATIONE. Tit. iiij.

Idem Decano, & capitulo Senon. *Cap. 1.*

Depoſt. prel. c. 1.

AD hæc in beato P. & infra. Sane cum eccleſia Senoñ. ſemper fuerit eccleſiæ Rom. deuota, non immerito ipſius eccleſiæ paſſioni compatimur, & doloribus condolemus, cũ eo ſit viduata paſtore, qui etſi nobilis eſſet genere, nobilior tamẽ fuit, ſicut credimus, ſanctitate. & infra. Dolemus inſuper, quod dolori nimio, quem de tanti patris obitu conceperat eccleſia Senoñ. dolor alius ſuperuenit, cum ea vix ſurgente ab officio funeris tam funeſti vix digne celebratis exequijs tanti patris, Rex ipſe iniuſte commotus poſſeſſiones ipſius, tam ad menſam Archiepiſcopi, quam canonicorum etiam pertinentes, non vt decuit, vel debuit, ſed vt voluit, & valuit, occupauit, & perſonas etiam, quę de mandato noſtro ſuſpenderant organa ſua, compulit exulare. & infra. Cumq. propter perſecutionem inſtantem, & diffidentiam animorum, quam in talibus, & zelus mouet interdum, & vſus excuſat; de facili non poſſetis in vnum locũ, & propoſitum conuenire; ſi ad nos fuiſſet ab aliquibus appellatum, tandem non ſine difficultate conuenientes in vnum, Altiſsiodoreñ. Epiſcopum in Archiepiſcopum vnanimiter poſtulaſtis; poſtulationem veſtram per magiſtrum R. Pręcentorem veſtrum virum in vtroq. iure peritum, honeſtum, prouidum, & diſcretum, qui apud nos ſuper aſſumpti promotione negotij fideliter inſtitit, & de cõtingentibus nihil omiſit, & per Abbatem ſancti P. & per veſtras etiam litteras exponentes, ac petentes humiliter, vt faciendæ trãſlationi fauorem Apoſtolicum, & pium præberemus aſſenſum, conſiderata præſertim perſecutione, quæ communiter inſtat eccleſiæ Gallicanæ, ac neceſsitate, quæ incumbit ſpecialiter eccleſiæ Senoñ. Verum quoniam antequam idem magiſter ad ſedem Apoſtolicam acceſſiſſet; audieramus a multis, immo etiã nobis quaſi pro certo conſtabat, quoniam idem Epiſcopus interdicti ſententiam non ſeruaſſet, quod & idem magiſter non negauit, a nobis in noſtra, & fratrum noſtrorum pręſentia requiſitus, in ipſius Epiſcopi excuſationem allegans, quod ſententiam illam ſeruare nullatenus tenebatur, quæ ad eius notitiam nec per noſtras litteras, nec per dil. filium P. ſanctæ M. in via Lata diaconum Cardinalem tunc Ap. ſe. Legatum, qui eandem ſententiã promulgauerat, nec per deputati ad hęc executoris mandatum, vel litteras perueniſſet, & quod in Altiſsiod. diœceſi Rex ipſam terram propriam non haberet, & quod eadem Altiſſiod. diœceſis ex alia cauſa fuerat interdicta & infra. Nec ſufficit, immo nec profuit ad excuſationem prædicti Altiſsiod. Epiſcopi, & aliorum ſimilium, quod mãdatum noſtrum, & Card. eiuſdem, vel executoris etiam ad ſe per ſpeciales litteras ad ipſos directas, vel ſpeciale mandatum non perueniſſe proponunt. Cum Card. idem ſententiam interdicti præſentibus multis Archiepiſcopis, & Epiſcopis ſollemniter, ac publice promulgauit, & eadẽ interdicti ſententia in regno Francorum iam a multis publice cœperit obſeruari; nec ſit neceſſarium, cum cõſtitutio ſollemniter editur, aut publice promulgatur, ipſius notitiam ſingulorum aurib. per ſpeciale mandatum, vel litteras inculcare; ſed id ſolum ſufficit, vt ad eius obſeruãtiam teneatur, quod nouerit eam ſollemniter editam, aut publice promulgatã; cum etiam contra quoſdam, qui Sardicen. cõcilium non ſeruabant, tanquam illud nõ habuerint, aut receperint, canonica tradat auctoritas, quod eis nõ facile facultas credendi tribuitur, cũ idem penes illos in ſuis regionib. actum fuerit, & receptum. nec valet, quod in Altiſsiod. diœceſi dictus Rex propriam terram dicitur non habere; cum nos totam

terram Regis ipſius ſubici mandauerimus interdicto, & Cardinalis interpretatus mandatum in terram illam ſententiam promulgauit, quę Regi tunc temporis adhęrebat, quod ſi Epiſcopatus eius ex alia cauſa fuerat interdictus, interdicti ſententiam, & tenebatur fortius, & poterat facilius obſeruare. ſed inde liquido conſtat ſæpedictum Epiſcopum ſufficienter excuſari non poſſe, quod ſuam metropol. eccleſiam generalis interdicti ſententiam, & recepiſſe nouerat, & ſeruare. Ideoq. vnus eorum extiterat, qui deliberantes ſuper eadem ſententia, communi conſilio decreuerunt, ſed errauerunt; vt ipſam ſententiam nõ ſeruarent. cum ſi verbum Apoſtoli P. de Clemente dicentis diligentius attendiſſent, commonitionem ſuper hoc non debuerint expectare, ſed obſecundare prudenter, & humiliter obedire. Nos igitur, qui ſecundum Apoſtolum prompti ſumus inobedientiam omnem vlciſci, eiuſdem Altiſsiod. inobediẽtiam attendentes; ne nihil obedientia prodeſſe videretur humilibus, ſi contemptus contumacibus non obeſſet; cum iuxta canonicas ſanctiones quædam ſint culpæ, in quib. culpa eſt relaxare vindictam: habito cum fratribus ſuper hoc diligenti tractatu, quantumcumque vobis tamquam obedientiæ filijs deferre vellemus; poſtulationem tamen huiuſmodi non propter poſtulantem eccleſiam, ſed propter poſtulatam perſonam repulimus, vt indignã; licet autem ex eo, quod hominem, qui veſtro non conueniebat propoſito, poſtulaſtis, cum vos interdicti ſententiam ſeruaretis, ipſe tamen eam contemneret obſeruare, permiſſa vobis abuſi fueritis poteſtate, ac ideo vos eam non immerito priuare poſſemus, cum iuxta diuinæ legis edictum, non liceat veſtem induere de lana, linoq. contextam; ne tamen veſtræ videamur deuotionis ingrati, de ſolita Ap. ſedis benignitate concedimus; vt vobis, & eidem eccleſiæ vel per poſtulationem idoneam, vel per electionem canonicam de perſona congrua conſulatis.

Idem Hoſtien. Epiſcopo Ap. ſe. Legato. *Cap. 2.*

c. 2. e. GRATVM gerimus, & acceptum, & fraternitatem tuam plurimum commendamus, quod ad promotionem venerabilis f. noſtri P. quondam Camaraceñ. Epiſcopi, nunc autem Senoneñ. Archiepiſcopi prudenter, & efficaciter intendiſti. Accepimus etiam ex litteris tuis, quod canonici Senoneñ. vt cum poſtulatio, quam fecerunt, noſtra fuiſſet auctoritate caſſata, licet caſſationis litteras ſuppreſſiſſent in fraudem, vt cõcorditer, & canonice ad electionem procederent, mandauiſti, addens etiam, quod niſi forſitan in talem perſonam concorditer ſua vota transferrent, pro qua merito tuũ optinere deberent aſſenſum; de prouiſione ipſius eccleſiæ poſtmodum faceres, quod crederes expedire. Cumq. plures eorum poſtulationem caſſatam a nobis innouare denuo niterentur, quidam vero prædictum Cameraceñ. in Archiepiſcopum poſtularunt, tu intelligens eos, qui caſſationem noſtram quodammodo reuocare volebant, eligendi priuilegium amiſiſſe; quia conceſſa ſibi ex Apoſtolicę ſedis benignitate abuterentur temere poteſtate; ac ideo ad alios, licet pauciores numero, quantum tamen ad hæc pertinet cõſilio ſaniores eligendi, vel poſtulandi deuolutam eſſe licentiam; prædictum Camaraceñ. ad eorum inſtantiam in paſtorem auctoritate ſ. Apoſtolica prouidiſti, & deputaſti ad regimen eccleſiæ Senoneñ. Nos igitur tanto id magis gratum, & ratũ habentes, quãto in eius promotione de mandato noſtro, & beneplacito potius proceſsiſti, a ſollicitudine Camaraceñ. eccleſiæ ipſum reddimus abſolutũ, vt liberius gerat curã metropolis Senoñ. quod a te factum eſt, auctoritate Apoſtolica confirmantes.

Idem Clericis Raueñ. eccleſiæ. *Cap. 3.*

BONAE me. W. Archiepiſcopo veſtro viam vniuerſę carnis ingreſſo, eius nobis obitum per veſtras litteras intimaſtis. Nos autem vobis dedimus in mandatis, vt perſonam idoneam, quæ in noſtra deuotione perſiſteret, vobis eligeretis canonice in paſtorem. Cumq. vos poſtmodum receptis litteris ſuper electione ſubſtituendi Põtificis tractaretis, vota veſtra fuerunt in diuerſa diuiſa. Nam quidã veſtrum di. fi. n. S. tt. ſanctę Praxedis presbyterum Cardinalem, quidam vero ven. f. noſtrũ Imoleñ. Epiſcopum poſtulauerunt. Cumq. partes poſtulationes ſuas per ſuos nuntios præſentaſſent, proponebatur ab ijs, qui Cardinalem poſtulauerant memoratum, quod plures, quam duæ partes veſtrum, conuenerant in eundem. Verum pars altera proponebat, quod digniores perſonę poſtularant Epiſcopum Imoleñ. & quod in poſtulatione ipſius, & forma canonica, & tenor cõpromiſsionis fuerat obſeruatus: cum tamquam ſuffraganeus Rauennatis eccleſię poſtulatus de ipſius gremio extitiſſet. fuerat enim cõpromiſſum, vt de corpore Rauẽnat. eccleſiæ, vel Archiepiſcopatu perſonã eligerent congruentẽ; c. 3. e.

quod

quod pars altera friuolum aſſerebat, cum etſi talis condicio fuiſſet adiecta, poterat tamen de Romanæ ſedis collegio propter ipſius priuilegium præfata poſtulari perſona: cum mẽbra capitis a membris corporis cenſeri non debeant aliena. Nos igitur auditis, quæ de facto fuerunt hinc inde propoſita, & de iure inſuper allegata, deliberauimus cum fratrib. noſtris, & plenius etiam pro vtralibet partiũ curauimus allegare. Cõſiderauimus vero quod eiuſdem Cardinalis præſentia vtilior ſit, non ſolum Romanæ, ſed etiam eccleſiæ generali apud Ap. ſedem, quam apud Rauennatẽ eccleſiam; & quod maioris meriti ſit, in huiuſmodi neceſsitatis articulo pręire in ſanctę terrę ſubſidium exercitui Ieſu Chriſti, quam ſuſcipere pondus officij paſtoralis. Vnde nõ immerito præferentes ſpeciali vtilitati cõmunẽ, & minori maiorem; prædictum Cardinalem poſtulationi veſtræ non duximus concedendum. attẽdentes autem ex altera parte, quod prędictus Epiſcopus Imoleñ. a minori, quam tertia parte fuerit poſtulatus, & quod Ap. ſe. poſtulationes huiuſmodi non conſueuerit in tanta diuiſione, ac contradictione recipere, cũ quando etiam aliquis ab alijs vnanimiter poſtulatur, admittendam poſtulationem eorũ, non tam ex iuſtitia, quam gratia moueatur; poſtulationem ipſius nõ duximus admittendam. monemus igitur di. v. & exhort. at. & per A. s. m. qua. infra menſen poſt ſuſceptionem præſentium, cum ijs, qui vocem in electione habere noſcuntur, per electionem, poſtulationem, ſeu nominationem canonicã in perſonam idoneam, quæ in eccleſiæ Romanę deuotione perſiſtat, concorditer cõuenire curetis, & electionem, poſtulationẽ, ſeu nominationem veſtrã per idoneos nuntios ſedi Ap. præſentetis. Venient autem ijdem nuntij parati; vt ſi forte, quod abſit, factũ veſtrũ fuerit exigente iuſtitia reprobandum; illũ recipiãt, quem nos vobis prouidebimus in paſtorem. Alioquin cũ eidem eccleſiæ cupiamus ſollicitius prouidere, nullatenus omittemus, quin ei auctoritate Ap. paſtorem idoneum aſsignare curemus. *Idẽ Prepoſito, & C. Strigonieñ.* c. 4.

c. 4. e. BONAE me. W. Archiepiſcopo veſtro viam vniuerſæ carnis ingreſſo, cũ in ve. f. noſtrũ Coloceñ. Archiepiſcopũ poſtulãdum a nobis contuliſſetis vnanimiter vota veſtra, & regiũ ſuper hoc obtinuiſſetis aſſenſum, ſuffraganei Strigonieñ. eccleſię. Quinq. eccleſieñ. videlicet, Watieñ. Weſprũeñ. & Nitrieñ. Epiſcopi poſtulationi vrę ſe opponere curauerũt, aſſerentes, quod eis contemptis, qui ius habebant eligendi vobiſcum, poſtulatio eadẽ fuerat attẽptata; licet nuntij veſtri proponerent ex aduerſo, quod ſuper pręficiẽdo vobis Põt. de gratia multotiens ſuffraganeorũ fuerat requiſitus aſſenſus; ſed Epiſcopi vobis conſiliũ denegauerũt. nuntijs igitur in noſtra pręſentia cõſtitutis, & proponentib. aduerſarijs quædam alia cõtra poſtulationis veſtrę proceſsũ, quæ in priorib. litteris meminimus nos plenius expreſsiſſe, quia nobis de propoſitis nõ conſtabat, ita duximus prouidendũ, vt ſi ſuffraganeis perſiſtentib. in contradictione ſua, vos poſtulationi veſtræ volentes inſtare, vſq. ad ſeptuageſimam tunc primo vẽturam, per procuratores idoneos ad omnia ſufficiẽter inſtructos ad ſedem Ap. veniretis, vt ſtatueremus vtraq. parte præſente, quod iuſtitia ſuaderet. ſi autem illi a contradictione ceſſarent, & vos propoſito veſtro inſtaretis, mitteretis ad præſentiam noſtram perſonas idoneas infra terminum ſupradictũ, qui ſuper ijs, quæ oportuna forẽt, nos redderet certiores. Quod ſi contradicentib. Epiſcopis memoratis vos contingeret de iure veſtro diffidere, ne laborem, & dolorem ſubiretis incaſſum, aliã perſonam idoneam prouideretis vobis canonice in paſtorem. Ceterum cũ inclitæ recordationis Rex Vngariæ viam fuiſſet vniuerſæ carnis ingreſſus; quidam veſtrũ a poſtulatione, quam nobis præſentaueratis cõmuniter, temere recedentes, alijs perſiſtentib. in eadem, & ad ſe. Ap. appellantib. prędictũ Quinq. eccleſieñ. Epiſcopũ in Archiepiſcopũ poſtulauerunt, quorũ votis nullus ſuffraganeorũ aſſenſit, excepto dũtaxat Epiſcopo Nitrieñ. & licet Kariſsimus in Chriſto filius nr. A. Vngarię Rex Illuſ. tunc Dux regni Vngarię L. nepotis ſui Regis nomine, cuius tutelam, & regni curam ipſi frater eius cõmiſerat gubernator, †precũ ſuarum primitias ad nos prædicti Coloceñ. poſtulationẽ tranſmiſerit, poſtmodum tamẽ pro Quinq. eccleſieñ. Epiſcopo ad Strigonieñ. metropolim transferendo nobis per litteras ſuas humiliter ſupplicauit. Nos igitur ſuper poſtulatione ipſa, cũ fratrib. noſtris habito diligenti tractatu; quoniã inuenimus eam poſt appellationes interpoſitas in multa diſcordia non ſolum ſuffraganeorum, verum etiam canonicorũ Strigonieñ. eccleſię contra formam mandati noſtri, regulari ordine prętermiſſo, temere celebratã. illam exigente iuſtitia nõ duximus admittẽdam; ſed vobis dedimus in mandatis; vt ad prouidẽdum vobis pa-

† *forte gubernandã.*

paſtorem idoneum, per electionem canoni-
cam, vel poſtulationem cõcordem requiſito
ſuffraganeorum aſſenſu, ſi eſſet de antiqua, &
approbata conſuetudine requirendum, intra
menſem poſt ſuſceptionem litterarum no-
ſtrarum procedere curaretis. alioquin extũc,
ne gregi dominico deeſſet diutius cura pa-
ſtoralis, nos ipſi prouideremus eccleſiæ vidua
tæ, ſecundum officij noſtri debitum, ex ple-
nitudine Apoſtolicę poteſtatis. Verum ante-
quam ad vos noſtræ litteræ peruenirent, in-
nitentes mandato priori, ſuffraganeos, qui
erant in regno præſentes, præter prædictum
Quinq. eccleſieñ. Epiſcopum ad concordiam
reuocaſtis. ita quod Watieñ. & Veſprimeñ.
& Iacieñ. Epiſcopi pro tranſlatione Coloceñ.
Archiepiſcopi ſaluo ſuo iure in poſterum, cui
propter afflictionem, & neceſsitatem Strigo
nieñ. eccleſiæ ſuperſedebant ad præſens; nos
humiliter rogauerunt prædicto Nitrieñ. ſcri-
bente, quod ſi non placeret vobis, electionem
factam de Quinq. eccleſieñ. admittere poſtu-
lationem alterius ſine pręiudicio iuris ſui, ſup
pliciter exorabant. Poſt hęc autem mandato
noſtro ſuſcepto ij, qui conuenerant in Archi
epiſcopum Coloceñ. ab eius poſtulatione, ſi-
cut fuit propoſitum coram nobis, recedere
noluerunt, ſed innouantes eandem, quibuſdã
canonicorum, qui in partem alteram declina
uerant, reuerſis ad eos, cum prædicti Regis, &
ſuffraganeorũ litteris, dn̄s. A. magiſtrũ ſcho-
larum, M. Theſaurarium, A. Archidiaconũ,
& A. & N. canonicos Strigonieñ. eccleſiæ ad
ſedem Ap. deſtinauerunt, ſuper poſtulatione
diſpenſationis gratiam petituros, ceteri vero,
qui Quinq. eccleſieñ. Epiſcopũ poſtulauerãt,
ſicut ex eorum parte fuit propoſitũ coram
nobis, conuenientes in vnum, ceteros canoni
cos ad capitulum conuocarunt ad poſtulatio
nem concordem, vel electionem canonicam,
iuxta mandatum Apoſtolicum, infra termi-
num præfixum procedere cupientes; ſed illis
nolentib. conuenire, intelligentes penes ſe tã
tum remanſiſſe facultatem liberam eligendi;
quia reliqui ius ſuum proſequi negligebant;
prædictum Quinq. eccleſieñ. Epiſcopũ, licet
ne id fieret, fuiſſet ab alijs appellatum, denuo
poſtularunt. Cum ergo vtriuſq. partis nuntij
ad ſedem Ap. perueniſſent, ij, qui pro Quinq.
eccleſieñ. Epiſcopo venerant, proponebant
partem ſuam, iuxta mandatum Apoſtolicũ
proceſsiſſe, nec obſtante diſcordia, vel contra
dictione eorum, qui iuxta formam mandati
noſtri procedere contemnentes, illo recepto
nec elegerant quemquam canonice, nec con-
corditer poſtularant. Vnde concors debebat
eorum poſtulatio reputari, cum ceteri tam-
quam iuſsionis Apoſtolicæ contemptores,
eligendi, & poſtulãdi ſe iure priuaſſent, dum
nec poſtulare, nec eligere voluerunt, immo
etiam nec ad capitulum conuenire. Ad hoc
autem poterat reſponderi, quod illi, qui Colo
ceñ. Archiepiſcopum poſtulauerant, formam
ſecuti fuerant per noſtras litteras ſibi datam:
quoniam innitentes poſtulationi priori iuxta
tenorem litterarum priorum noſtrarum, con
cordem fecerant, quæ fuerat prius diſcors, dũ
ſuffraganeos ad concordiam reuocauerunt;
nec nocebat eorum diſcordia, qui alium po-
ſtulauerunt, cum prius in poſtulatione Archi
epiſcopi ſupradicti conueniſſetis pariter vni
uerſi, & conſenſum veſtrum annotatum lit-
teris, & ſubſcriptionib. proprijs roboratum
petiſſetis a nobis per communes nuntios cõ-
firmari. noſq. veſtram recepiſſemus poſtula-
tionem diiudicandam, ſuffraganei forſitan
in contradictione perſiſterent, vel ſi conſen-
tirent, aut concederent approbãdam. Si enim
poſtquam poſtulatio ſubſcriptionib. poſtulã
tiũ roboratur, & pręſentatur Romano Pont.
approbanda, poſſent ab ea recedere poſtulã-
tes, nobis frequenter illuderent, & iudicium
noſtrum ex eorum pendere arbitrio videre-
tur. Poterat quoq. addi, quod pars altera mã-
datum Ap. non ſeruarat, vt pote, quæ nec po
ſtulationem concordem, nec electionem ca-
nonicam celebrarat, cum in maiori contradi-
ctione, quam prius non ſolum canonicorum,
ſed ſuffraganeorum etiam ipſo Rege aduerſę
parti fauente, prædictum Quinq. eccleſieñ.
Epiſcopum poſtulaſſet. Auditis igitur his, &
alijs, quæ fuerunt hinc inde propoſita, & ha-
bito ſuper his cum fratribus noſtris diligenti
tractatu, intelleximus, quod etſi neutra eſſet
poſtulatio approbãda, iuxta tenorem tamen
poſterioris reſcripti ad nos decetero Strigo-
nieñ. eccleſiæ prouiſio pertineret. Quia vero
non plenam de perſonis illius regni notitiam
habebamus: ideoq. non poteramus, ſalua con
ſcientia noſtra, eidem eccleſię in alia perſona,
quæ de regno Vngarię originem duceret, cõ
grue prouidere; nec vellemus ei pręficere alie
num, quamuis & honeſtius videretur, ſi ſuf-
fraganeus ad metropolim ſuã accederet, quã
Archiepiſcopus ad metropolim trãsferretur;
partem tamen elegimus potiorẽ, vt & eũdem
Archiepiſcopum, in quem omnes, quorum
cõſenſus in electione, vel poſtulatione paſto-

ris requiritur, licet temporibus diuerſis conuenerat; a vinculo, quo tenebatur Coloceñ. eccleſiæ, abſoluentes, ad metropolim Strigonieñ. transferimus, & ei licentiam tribuimus tranſeundi; pallium ei ad nomen, & vſum euiſdem eccleſiæ tranſmiſſum.

Idem Capitulo Strigonieñ. *Cap. 5.*

c. 5e. POSTVLATIONEM, quam celebratis. & infra. Licet ergo per poſtulationẽ huiuſmodi nullum ius ſit alicui acquiſitum, ideoq. ſine præiudicio alicuius poſtulationem potuiſſemus repellere memoratam; vt tamen vobis, quantum cum Deo poſſumus, de ſpeciali gratia conſulamus; ita duximus prouidẽdum; quod ſi præfati Pontifices in contradictione perſiſterent, & vos ad poſtulationem eorum inſtiteritis optinendam, quia nobis non conſtitit de præmiſsis, vſq. ad ſeptuageſimam proximo venturam per procuratores idoneos ad omnia ſufficienter inſtructos, noſtro vos conſpectui præſentetis, qua vtraque parte præſente, quod iuſtum fuerit, decernamus.

DE TRANSLATIONE EPISCOPI, & electi. Tit. v.

Idem Antiocheno Patriarchæ. *Cap. 1.*

Decret. Epi c. 1. CVM ex illo generali priuilegio, quod beato Petro, & per eum eccleſiæ Romanæ dominus noſter indulſit, canonica poſtmodum manauerint inſtituta continentia, maiores eccleſiæ cauſas eſſe ad ſedem Ap. perferendas, ac per hoc tranſlationes Epiſcoporum, ſicut depoſitiones eorum, & ſedium mutationes ad ſummum Ap. ſedis Antiſtitem de iure pertineant; nec ſuper his aliqua præter eius aſſenſum debeant inmutari; miramur non modicum, & mouemur, quod prędeceſſoris tui exempla ſecutus, qui motu propriæ voluntatis Manuſtañ. in Tarſeñ. dicitur tranſtuliſſe, Ia. quondam Apamieñ. electum in Tripolitanã eccleſiam tranſtuliſti, nec tibi ſufficit dictam prædeceſſoris tui præſumptionem ſolummodo imitari; immo etiam iniuriam noſtram ipſius tranſgreſſus exceſſum, nouo quodam mutationis genere paruificaſti maiorem, & magnum quodammodo minoraſti, Epiſcopare Archiepiſcopum, immo potius dearchiepiſcopare præſumens, cum dictus prædeceſſor tuus dictum Archiepiſcopum de Tarſeñ. eccleſia in eccleſiam tranſtulit ſimilis dignitatis. Licet enim dictus L. nondum fuiſſet in Archiepiſcopum conſecratus, confirmationis tamen munus receperat, & Archiepiſcopalia, quantum ei licuerat, miniſtrarat, ſicut ipſius relatione nobis innotuit, qui Senalimeñ. Epiſcopum, cum in noſtra eſſet præſentia conſtitutus, aſſeruit confirmaſſe. Ne igitur perpetrandi ſimilia ceteris audacia tribuatur, ſi tantus exceſſus relictus fuerit impunitus, te a cõfirmatione Epiſcoporum duximus ſuſpendendum, quo vſque ſuper hoc aliud ſtatuamus.

Idem Decano, & Capitulo Andegaueñ. *c. 2.*

INTER corporalia, & ſpiritualia eam cognouimus exiſtere differentiam; quod corporalia facilius deſtruuntur, quam conſtruantur; ſpiritualia vero facilius cõſtruuntur, quã deſtruantur. Vnde iuxta canonicas ſanctiones, Epiſcopus ſolus honorem dare poteſt, ſolus autẽ auferre nõ poteſt. Epiſcopi quoq. a metropolitanis ſuis munus conſecrationis accipiunt, qui tamen non poſſunt, niſi per Romani Pont. ſententiam damnari. Cũ ergo fortius ſit ſpirituale vinculum, quam carnale, dubitari non debet, quin omnipotens Deus ſpirituale coniugium, quod eſt inter Epiſcopum, & eccleſiam ſuo iudicio reſeruauerit diſſoluendum; qui diſſolutionem carnalis coniugij, quod eſt inter virum, & feminam, ſuo tantum iudicio reſeruauit, præcipiẽs, vt quos Deus coniunxit, homo non ſeparet. nõ enim humana, ſed etiam diuina poteſtate coniugiũ ſpirituale diſſoluitur, cum per tranſlationem, vel depoſitionem, aut etiam ceſſionem, auctoritate Romani Pontificis, quem conſtat eſſe vicarium Ieſu Chriſti, Epiſcopus ab eccleſia remouetur. & ideo tria hæc, quæ præmiſimus, non tam conſtitutione canonica, quam inſtitutione diuina ſoli ſunt Romano Pont. reſeruata. ſicut autem Epiſcopus conſecratus ſine licentia Romani Pont. ſuam non debet eccleſiam derelinquere, ſic & electus, & confirmatus præter eius aſſenſum, ſuam nequit deſerere eccleſiam, cui eſt matrimonialiter alligatus, cũ nõ debeat in dubium reuocari, quin poſt electionem, & confirmationem canonicam inter perſonas eligentium, & electi coniugium ſit ſpirituale contractum. cui profecto Epiſcopalis dignitas nil addit, cum quis Epiſcopali præditus dignitate, nullius tamẽ eccleſiæ poſuit Epiſcopus eſſe, quemadmodũ de illo contingit, qui oneri pontificali renuntiat, nõ honori. Vnde, cum non maius ſit vinculum Epiſcopi ad eccleſiam, quam electi; ma- c. 2. e.

maxime cum fuerit cõfirmatus, immo idem penitus, & non aliud idem iuris optinet in vtroq. Sicut enim Epiſcoporũ tranſlatio, vel etiam depoſitio, ſic & electorum ceſsio poſt confirmationem ſpiritualis ratione coniugij, ſoli eſt Rom. Pontifici reſeruata, vſq. licet ad tempora iſta, quod cautum fuerat de Epiſcopis, expreſſum non fuerat de electis, propter expreſſam, tamen ſimilitudinem, vel indemnitatem † potius nemini poterat videri dubiũ ſubtiliter intuenti: cum idem iudicium de ſimilib. ſit habendum. ſed neq. illud, quod in canone legitur de electo, ſi vltra ſex menſes per ſuam negligentiam eccleſiam retinuerit viduatam, nec ibi, nec alibi donum conſecrationis accipiat; immo metropolitani ſui cedat iudicio, aliter intelligentibus poterat ſuffragari, cum non intelligatur eccleſia viduata, quaſi ſponſum nõ habeat; ſed quia, cum ſpõſus eius nondum ſit conſecratus; adhuc, quo ad quædam, quaſi viri maneat ſolatio deſtituta, ſicut iuxta communem modum loquẽdi; illa dicitur eccleſia viduata, quæ licet Epiſcopum habeat, inutilem tamen perhibetur habere. nec quod de ceſsione ſubſequitur, & ſtatutum fuit ad pœnam, trahi debet ad gratiã, vt ſicut metropolitani iudicio electus deiicitur, ita etiam ad aliam eccleſiam poſſit transferri, præſertim cum nec ſine auctoritate Romani Pontificis fiat ceſsio, vel deiectio memorata, qui vt hęc poſſent ex canone illo, metropolitañ. indulſit. Vnde ſi circa tranſlationem idem fieri voluiſſet, quod de ceſsione dixerat, & de tranſlatione poterat expreſiſſe; & quod nõ eſt ſanctorum patrum decreto ſancitum, ſuperſtitioſis non eſt adinuentionibus præſumendum; pręſertim cum numquam intelligatur prohibitum, quod non inuenitur expreſſum. Sane nos, qui ſacra docente ſcriptura monemur, ne noſtrum alij demus honorem, quoniam Apoſtolatui noſtro multis referentibus innotuerat, quod ve. f. nr. Turoñ. Archiepiſcopus magiſtrum W. qui electus fuerat in Epiſcopum Abriceñ. & per metropolitanum ſuum poſtea confirmatus, qui aliquamdiu tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus miniſtrauerat in eccleſia veſtra, præter Ap. ſe. auctoritatem transferre præſumpſit, & Epiſcopum conſecrare, quem etiam ve. f. n. Rothomageñ. Archiepiſcopus pręter Ap. ſe. mandatũ abſoluit, & ei præbuit licentiam tranſeundi, ve. f. n. Bituriceñ. Archiepiſcopo, de quo plenam fiduciã optinemus, dedimus in mandatis; vt inquiſita plenius veritate, ſi rem geſtam taliter inueniret, tam memoratũ Turoñ. quam ipſum Rothomageñ. Archiepiſcopos, qui ſaltẽ Ap. ſe. ſuper hoc, quod nouũ emerſerat, præſertim cũ iuxta canonicas ſanctiones maiores eccleſiaſticę cauſę ad ſe. Ap. ſint referendæ, conſulere debuerunt, a confirmatione pariter, & conſecratione Pontificũ, memoratum vero W. ab executione Pontificalis officij, noſtra fretus auctoritate ſuſpenderet. qui mandati noſtri diligens executor, ſuper quo deuotionem eius digna gratiarum proſequimur actione, cum per confeſsionem ſpontaneam eidem Bituriceñ. Archiepiſcopo de veritate negotij conſtitiſſet, dictos Archiepiſcopos, & Epiſcopũ, iuxta tenorem mandati noſtri, ſuſpendit, & quamuis iidem Archiepiſcopi Turoñ. & Rothomageñ. tãquam maiores plus exceſſerint in præmiſsis, præfatus vero Epiſcopus minus, vt pote illorum tamquam maiorum errorem ſecutus; nos tamen intellecta per litteras, & per nuntios eorundem Archiepiſcoporum confeſsione ſpõtanea, & ſupp. deuota veniã errori dedimus, quia non ex malignitate, ſed ex ſimplicitate peccauerãt. & quoniam præfatus Epiſcopus & minus peccauerat, ſicut ex pręmiſsis apparet, ſeuerius fuerat caſtigatus, ad Ap. ſe. licet ſpontanea voluntate, non tamen ſine multis laborib. & expenſis acceſsit, reatum ſuum recognoſcens humiliter, & deuote miſericordiã poſtulans, & iudicium non requirens. Nos ſuper facto eius cum fratrib. noſtris cõmunem tractatum habentes, & ſubtiliter indagantes, quod licet ſibi munus conſecrationis impenſum, nec prioris eccleſiæ ipſum Pontificem fecerit, nec ſecundæ; cum ad primam non fuerit conſecratus, & ad ſecũdam priori vinculo perdurante non potuit canonice conſecrari, adhuc autem coniugaliter alteri alligatus; illud tamen prouide attendentes, quod & vrgens neceſsitas, & euidens vtilitas eccleſiæ veſtræ; quoniam non poteratis in aliam perſonam idoneam conuenire, diſpenſationis gratiam requirebant; eo de plenitudine poteſtatis, tam a vinculo prioris eccleſiæ, quam a pœna ſuſpenſionis penitus abſoluto, de benignitate ſibi ſe. Ap. duximus concedendum, vt priore cõſenſu hactenus perdurante, ſicut per litteras perſonarum eccleſiæ veſtræ nobis intimatum eſt, Andegaueñ. eccleſiam, tãquam proprius Pontifex ad gloriam, & laudem nominis Dei, ad honorem, & exaltationem ipſius, & ad ſalutem, & vtilitatem ſuam, & tam cleri, quam populi ſibi commiſsi ſtudeat guber-

† *identitatẽ forte*

bernare; vt præueniente diuina gratia, & ſequente, plus prodeſſe velit, & valeat, quam præeſſe.

Idem Bambergeñ. Epiſcopo, & P. ſcholaſtico Magunt. Cap. 3.

c.3.ea. QVANTO perſonam ve. f. noſtri Hildeſem. quondam Epiſcopi ſinceriori diligebamus affectu, tãto ſecurius ſperabamus, quod nihil aduerſus matrem ſuam Romanam eccleſiam in præiudicium ſui ordinis, & eccleſiaſticæ diſciplinæ diſpendium attemptaret. ſane ſicut certa multorum aſſertione comperimus, & ſuarum didicimus nihilominus teſtimonio litterarum, quibus ad nos directus, Herbipolenſem ſe Pontificem nominabat, ipſe relicta Hildeſem. eccleſia, cui fuerat ſpirituali gratia coniugio copulatus, ad Herbipoleñ. ſine auctoritate Romani Põt. auctoritate propria tranſiuit. non attendens, quod veritas in euangelio proteſtatur: quos Deus coniunxit, homo non ſeparet. Poteſtatem tranſferendi Pontifices, ita ſibi retinuit dominus, & magiſter, quod ſoli beato Petro vicario ſuo, & per ipſum ſucceſſorib. ſuis, & nobis ipſis, qui locum eius, licet indigni, tenemus in terris, ſpeciali priuilegio præbuit, & conceſſit, ſicut teſtatur antiquitas, cui decreta patrum ſanxerunt reuerentiam exhibendam, & euidenter aſſerunt ſacrorum canonum ſanctiones. non enim homo, ſed Deus ſeparat, quos Romanus Pontifex, qui non puri hominis, ſed veri Dei vicem gerit in terris, eccleſiarum neceſsitate, vel vtilitate penſata, nõ humana, ſed diuina potius auctoritate diſſoluit. Nolentes autem tantæ præſumptionis audaciam relinquere inpunitam: cum ſecundum Apoſtolum, omnem inobedientiam prompti ſumus vlciſci, ne facti peruerſitas tranſeat præſumptorib. in exemplum. quod quidem ſi verum eſt, nõ poteſt non eſſe notorium; auctoritate omnipotentis Dei, & beatorum P. & P. Apoſtolorum, & noſtra, de communi fratrum n. conſilio, in virtute ſancti S. diſtricte tibi † præcipimus, vt viſis litteris noſtris, omni contradictione, & ap. ceſ. adminiſtrationem ipſius Herbipoleñ. eccleſiæ, tam in ſpiritualib. quã tẽporalib. penitus derelinquat. ſi vero, quod non credimus, hanc ſuſpenſionem noſtram nõ curauerit humiliter obſeruare, & inhibita ſibi vſurpare præſumpſerit, excõmunicationis vinculo ipſum decernimus innodatum. omnib. etiam tam clericis, quam laicis Herbipoleñ. diœceſis ſub anathematis interminatione præcipimus, vt non obſtante iuramento fidelitatis, omnem ipſi obedientiam ſubtrahant, quam ipſe ſibi contra ſacros canones vſurpauit; non attendens, quod dicit Apoſtolus. Nemo ſibi aſſumat honorem, ſed qui vocatur a Deo, tamquam Aaron. Ceterum, quoniam Herbipolen. canonici vota ſua in ipſum prorſus illicite contulerunt, volentes, ſicut dignũ eſt, vt in eo puniantur, in quo peccauerunt, eligendi eos hac vice poteſtate ſuſpendimus, etſi contra ſedis Apoſtolicæ interdictum ad cuiuſquam nominationem proceſſerint, quod ab eis factum fuerit, irritum decernimus, & inane. Quia vero iam dictam Hildeſemeñ. eccleſiam, cui fuerat alligatus, vnde ſecundum Apoſtolum, ſolutionem quærere non debebat, nimis inprobe dereliquit, ne ad ipſam redeat vlterius, in virtute S. S. ei diſtrictius inhibemus. cum ſecũdum canonicas traditiones, qui ad maiorem ſe plebem tranſtulerit, a cathedra debet pelli aliena, & carere propria; vt nec illis præſideat, quos per ſuperbiam ſpreuit, nec illis præſideat, quos per auaritiam cõcupiuit.

† ſibi Greg. 9

Idem Bened. Burgeñ. Epiſcopo, & P. ſcholaſtico Maguntaneñ. Cap. 4.

LICET in tantum & infra. Quædam vero ſibi Ap. ſe. quodam modo ſpecialiter, & ſingulariter reſeruauit, vt præter ſpecialẽ auctoritatem ipſius nec iure agi debeant, nec attemptari valeant cum effectu. In his autem ſpecialiter tranſlationes Epiſcoporũ adeo non tam conſtitutio canonica, quam diuina eius tãtũ poteſtati cõmiſit; vt ſicut legitimũ matrimoniale vinculum, quod eſt inter virum, & vxorem, homo diſſoluere nequit domino dicente in euangelio: quos Deus coniunxit, homo non ſeparet: ſic & ſpirituale fœdus coniugij, quod eſt inter Epiſcopũ, & eccleſiam, quod in electione initiatur, ratũ in confirmatione, & in conſecratione intelligitur cõſummatũ; ſine illius auctoritate ſolui nõ poteſt, qui ſucceſſor eſt Petri, & vicarius Ieſu Chriſti. hæc autem S. quondam Hildeſem. Epiſcopus nõ attẽdens, licentiam noſtram, nec poſtulatam, nec habitam, contra canonicas ſanctiones, & iniuriam Ap. ſe. cuius ſuper hoc fuerat, & requirendus, & optinendus aſſenſus, ad Herbipoleñ. eccleſiam ab Hildeſem. non auctoritate noſtra, ſed propria temeritate tranſiuit, & adminiſtrationi eius ſe ingerens, Herbipoleñ. ſe fecit Epiſcopũ nominari. & infra. Nec illa fe. re. Cæleſtini Papæ prædeceſſoris n. indulgentia, quã impetraſſe refertur, in hoc præſumptionem excuſat ipſius, ſed ambitionem ac- c.4.

accuſat, vt pote, quæ ipſum reddidit de ambitione notabilem; non autem cōtulit ad aliam Epiſcopalem eccleſiam trāſeundi licentiam; cum ſit in ea expreſſum, quod ſi ad maiorem vocaretur forſitan dignitatem, eā liceret ſibi aſſumere; dum tamen nihil ei de ſtatutis canonicis obuiaret. Vnde licet forſitan aliquibus videatur indulgentiæ occaſione ipſius, vt ad dignitatem poſsit trāſire maiorem, ad parem tamen ipſi tranſire non licuit; cum in maiori dignitate propter maiorē vtilitatem, facilius ſoleat diſpenſari. Propterea cum poſtulatio, ſicut & electio, examinari ſoleat diligenter, & tenor illius indulgentiæ non ſolum videatur poſtulationis examinationē, ſed perſonę etiā reſeruaſſe, ſubiungens, dummodo nihil appareat, quod tibi de canonicis obuiet inſtitutis, antequā per eū poſtulatio examinata fuiſſet, cui fuerat facienda, nulla debuerat ratione tranſire.

DE ELECTIONE, ET ELECTI poteſtate. Tit. vj.

Idem de Calla ſancti P. & Nutrieñ. Abbatibus, & Prępoſito Vercelleñ. *Cap. I.*

De elec. c. 16.

CVM inter dilectū fi. R. ſeniorem, & R. iuniorem ſuper Abbatia Scafuſeñ. quæſtio verteretur; eis in nſa præſentia conſtitutis, dilectos fi. G. ſanctor. Coſmæ & Dam. & ſanctæ M. in Acquiro dia. Card. dedimus auditores: in quorum præſentia fuit propoſitū, quod cū cōtrouerſia ipſa fuerit diuerſis iudicib. cōmiſſa, deinde ambę partes ad ſe. Ap. acceſſerunt. quib. a bo. me. Cæl. Papa prædeceſſore noſtro nos ipſi cū in minori eramus officio conſtituti, & di. fi. n. tt. S. Stephani presbyteri Car. dati fuimus auditores, & cū vtrinq. corā nobis eſſet diutius allegatū, & eidem prędeceſſori noſtro per nos eſſet proceſſus negotij declaratus; ipſe prędictū R. ſententiā cū inſtantia poſtulātem, ad componendū coēgit inuitū. & ſic Abbatiæ renuntians de manu eius cuſtodiam, & etiā Prioratū recepit ab eo, dum viueret, ſine quæſtione qualibet poſsidendos. Huic autem ordinationi licet inuitus conſentiret, domum tamen reuerſus aduerſarijs cōpoſitionem ipſam in nullo volentib. obſeruare, non potuit, quæ conceſſa ſunt, optinere; quin potius in eum, quod deterius eſt, manus iniecerunt poſtea monachi violentas, ſed adiutus ab illius loci hominib. & monachorū manus euadens, ad app. ſubſidiū conuolauit. Interim vero dil. fi. n. P. ſanctæ M. in via Lata Diaconus Car. Ap. ſe. Legatus ad partes illas accedēns pro iā dictis, & alijs multis exceſsib. & ſuſpēdit monachos, & monaſteriū interdixit, ipſi vero cōtempta ſententia Car. diuina promptius; quā antea celebrarūt, & poſt ap. ab eodē R. ſeniore ad nos interpoſitā, dictū R. iuniorē pariter eligentes, ipſum benedicendū diœceſano Epiſcopo pręſentarūt. qui poſt ap. interpoſitā benedixit eū, & in eccleſia interdicta. & infra. Cū autē, quę præmiſſa ſunt, & alia quędā præfati Car. nobis, & fratrib. noſtris prudenter, & fideliter retuliſſent; nos attendentes, quod ex conſenſu cōpoſitionis receptę, quam p̄. n. cōfirmauerat, ius, quod ſibi cōpetierat, R. ſenior amiſiſſet; ac per hoc ne monachi procederent ad electionem, appellare de iure minime potuiſſe; cū niſi quorū intereſt, audiri non ſoleant appellantes: de cōſilio f. n. app. illam dicimus legitimam nō fuiſſe, vnde per eam electio non potuit inpediri. & infra. Sane quāuis dilectus f. P. Prępoſitus, & capitulū Cōſtantien. de interdicto prænuſſo a Car. quod poſuerat, illud in ſuis litteris inſeruerit, quia tamē per id, quod R. iuniori diœceſ. Epiſcopus munus benedictionis inpēdit, ei videtur, quod præmiſimus, obuiare. Vnde vel ſcriptura facto, vel factū ſcripturæ præiudicat; nec probatū fuit, licet obiectum, quod ab interdictis electio fuit celebrata, ipſam nō potuimus irritare, præſertim cū contra perſonā electi nihil fuerat intemptatū. Ideoq. cauſam ipſam ſub eadē forma vobis duximus de cōmuni cōſenſu partiū cōmittendam; vt ſi cōſtiterit, quod electio facta fuerit a ſuſpenſis; ea omnino caſſata ipſi monaſterio poſt ſatisfactionē condignā ſuſpenſionis, interdicti ſentētia relaxata, de perſona idonea cōſulatur. alioquin, ne vtilitas mo. retardetur, præmiſſam electionē per vos ap. re. volumus cōfirmari, & R. iuniorem Abbatiæ pacifica poſſeſsione gaudere.

Idem Capitulo Peñ. *Cap. 2.*

QVALITER poſt obitū bonę me. Peñ. Epiſcopi eccleſia veſtra vacante, receptis prius ſuper electione facienda litteris noſtris Primicerium veſtrum vobis eligeritis in paſtorem; vos tamquam auctores electionis ipſius plenius cognouiſtis. Verum quoniam electus ante confirmationem optentam, adminiſtrationi Epiſcopatus ſe irreuerenter immiſcuit, & tam a clericis, quam laicis iuramenta recepit, non attendens, quod ſecundū Apoſtolum; nemo debet ſibi honorem aſſumere, ſed qui vocatur a Deo tāquam Aaron; nec donū ſcientiæ pōtificis fuerat aſſecutus, cum c. 17.

cum iuxta verbum dominicum; qui fecerit, & docuerit, magnus vocetur in regno cęlorũ. poſtquam nobis eundem pręſentaſtis electũ, ſufficienti examinatione pręmiſſa, cõmunicato f. n. conſilio, electionem de ipſo factam, exigente iuſtitia duximus irritandam, quidquid ex ea, vel ob eam factum eſt, denuntiantes penitus non tenere.

Idem Capitulo Capuano. *Cap.* 3.

c. 18. CVM inter vniuerſas metropoles Capuañ. ſit Ap. ſe. vicinior, ad prouiſionem ipſius ſpiritualius aſpiramus, talem ipſi perſonam præfigi cupientes, quæ ſicut alios metropolitanos loci vicinitate, ſic & deuotionis affectu pręcellat, per quam & ipſa metropol. tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus ſuſcipiat incrementum. Intelleximus autem per dil. f. L. & F. canonicos veſtros, & litteras, quas ad ſedem Ap. detulerunt, quod ad Decanũ, & ad alios canonicos veſtros Panormi manentes, cum ex eorum parte fuiſſet per litteras intimatum, vt eccleſiæ Capuanæ damna penſantes, ſic tractaretis ſuper electione ſubſtituendi paſtoris, quod nullum deberetis in eorum abſentia nominare; quendam ſocium veſtrum cum litteris deſtinaſtis, xij. terminũ dierum aſsignãtes, infra quem poſt receptionem litterarum veſtrarum iter arriperent redeundi, quamuis eccleſiaſtica conſuetudo nõ exigat, vt ad electionem paſtoris canonici tã remoti vocentur; & illi præcipue, qui longe antequam vos metropolitani veſtri obitum pręſentialiter cognouerint, quorũ aliqui poſt eius deceſſum ad Capuanam eccleſiam ſunt reuerſi. Quia vero mora lõgior in electionib. eſt valde ſuſpecta, immo ſæpe damnoſa, di. v. per A. s. m. qua inuocata ſpiritus S. gratia, perſonam idoneam per electionem canonicam cõcorditer aſſumatis ad regimen eccleſię Capuanæ: cõſequenter ad noſtram audientiam nuntios idoneos tranſmiſſuri, per quos a nobis vice Regia poſtuletis aſſenſum, & Ap. cõfirmationis gratiam requiratis, attentius prouiſuri, vt in eo diſcretionis, & karitatis ſtudio procedatis, quod nec in electione vitium, nec in electo defectus valeat inueniri. Alioquin & factum electionis reuocaremus in irritum, & perſonas eligentium puniremus.

Idem Archidiacono, & Capitulo Capuano. c. 4.

c. 19. CVM nobis olim de obitu. & infra. Cum autem ex vtriuſq. partis aſſertione conſtaret interpoſitam fuiſſe ap. canonicã, ne fieret electio, niſi canonica ſecundũ mandati noſtri tenorem, ad noſtrã fuit audientiam appellatũ, videri poterat, quod poſt eam medio tẽpore nihil debuit innouari. Vnde talis electio iudicanda erat irrita, & inanis, vtpote poſt ap. canonice interpoſitam attemptata. ſed ecõtra cum appellatũ fuiſſet, non vt nulla fieret electio, ſed vt fieret canonica; ſi factũ electionis fuit canonice ſubſecutũ, nõ vtiq. cõtra formã appellationis huiuſmodi, ſed magis ſecũdum eam videbatur eſſe proceſſum: & ideo licet poſt app. non tamen contra fuit eadem electio celebrata; propter quod non erat aliquatenus irritanda. Nam cum duæ partes, & amplius electioni conſenſerint, & conſentiant: licet cautũ reperiatur in canone, vt tunc alter de altera eligatur eccleſia, cum nullus in propria fuerit repertus idoneus, quia tamen hoc in fauorem introductum eſt clericorũ, & cuiq. licet renuntiare iuri, quod pro ſe noſcitur introductum; vos qui duæ partes eratis, & amplius; cũ hoc, quod duę partes capituli faciũt, totum facere videatur, in hac parte iuri, quod pro vobis facere videbatur, renuntiare potuiſtis, & electionem de perſona alterius eccleſiæ celebrare, præſertim cũ illud decretũ locum videatur habere, quãdo clericis renitentib. & inuitis per alicuius violentiam poteſtatis extraneus ingeritur ex aduerſo, propter quod ſequitur in decreto, vt ſit facultas clericis renitendi, ſi ſe viderint pręgrauari; etſi quos ingeri ſibi viderint ex aduerſo, nõ timeant refutare. Præterea, cum ſe. Ap. caput omnium eccleſiarum exiſtat, & Romanus Pont. iudex ſit ordinarius ſingulorũ, quando de ipſa quis aſſumitur in pręlatum alterius, ei poſſe obici non videtur, propter capitis priuilegiũ, quod optinet plenitudinẽ poteſtatis; quod de aliena eccleſia eligatur, cum a capite membra reputari non debeant aliena. Item cũ poſt app. emiſſam non vt fieret electio, quia talis appellatio nulla foret, ſed vt fieret canonica; dictus Archidiaconus Theatinus cũ ſuis fautoribus chorum exiſſet, & vos illos, vt intereſſent electioni faciendæ vobiſcũ curaſſetis ſollicite reuocare, quoniam ad electionem faciendã accedere noluerunt, alienos ſe feciſſe videntur, propter quod electioni a vobis concorditer celebratæ non poſſe de iure contradicere videbantur. Præſertim cum idem Archidiaconus poſtea requiſitus reſpõderit, quod in pręſentia noſtra ei vellet ſuum præbere conſenſum; & ideo, cum ſecundum ſtatutum Lateraneñ. concilij appellatione re. ſemper id debeat præualere, quod a pluribus, & ſanioribus fuerit ordinatum; niſi forte a paucioribus

& inferioribus aliquid rationabile obiectum fuerit, & oſtenſum: a vobis celebrata electio, tamquam a maiori, & ſaniori parte, non obſtante contradictione, vel ap. paucorum, debeat, & poterat rationabiliter confirmari; cum id, quod obiectum fuerat, & oſtenſum, rationibus præmiſsis appareat rationabile non fuiſſe. His igitur allegatis quamquam contra perſonam illius, quem eligiſtis, nihil vnquam dictum fuerat, vel obiectum, quia tamen verbum Apoſtoli dicentis: nemini cito manum inponas: debemus attendere diligenter ad ea, quæ circa perſonam inquirenda fuerant, duximus ex officio noſtro, ſicut decuit, procedendum. & quidem, cum tria ſint† in perſona electi præcipue inquirenda, videlicet ætas legitima, morum honeſtas, & litteratura ſufficiens: licet de honeſtate morum, tamquam ei, qui nobiſcum eſt aliquamdiu laudabiliter conuerſatus, poſsimus† ipſi laudabile teſtimonium perhibere; illius quoque litteraturæ, licet non eminentis, tamen conuenientis exiſtat, vt pro defectu ſcientiæ, ſicut plenius intelleximus ab ijs, qui eū melius cognouerunt, ab electione nō deberet excludi; de legitima tamen ætate plene ſcire non potuimus veritatem, de qua nec vos, vt accepimus, cogitaſtis; cum a multis, cuius ætatis exiſteret, curauimus indagare, a nemine vmquam audiuimus, quod ætatis annum triceſimum attigiſſet. Cum autem ſecundum præ dicti ſtatuta concilij, nullus debeat in Epiſcopum eligi, qui triceſimum ætatis annum non egerit, licet ſenectus venerabilis ſit, non diuturna, nec annorum numero computata: ſed cani hominis ſint ſenſus eius, & ætas ſenectutis vita inmaculata; quia tamen poſt illa tria, quę Salomon aſſerit difficilia, quartum quaſi reputat impoſsibile, viam videlicet viri in adoleſcentia ſua tamquam inueſtigari non poſsit, nos eccleſiæ pariter & perſonæ prouidere volentes, & tam rationes, quam canones obſeruare, habito ſuper hoc cum fratribus noſtris diligenti tractatu, quia propoſitum veſtrum prouidum intelleximus, & ideo propter vrgentem neceſsitatem, & euidentem vtilitatem eccleſiæ Capuañ. quam in hac par te potius approbamus, volumus ipſum firmiter perdurare; præfatum ſubdiaconum noſtrum de communi f. n. con. vobis in procuratorem concedimus, liberam adminiſtrationem ei tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus committentes.

†al. ſūt

†al. poſſumus

Idem Cantuarieñ. Archiepiſcopo. Cap. 5.

INNOTVIT nobis olim tam per tuas litteras, quam quorundam ſuffraganeorum tuorum, & dilectorum filiorum Prioris, & conuentus Wigornieñ. eccleſiæ, quod eadem eccleſia deſtituta paſtore, dicti Prior, & & conuentus dil. fi. magiſtrum M. Eboraceñ. Archid. in paſtorem animarum ſuarum vnanimiter elegerunt, & cum eius tibi fuiſſet electio præſentata, confirmationem vſq. in aduentum ipſius, qui abſens eligebatur, & inſcius, diſtuliſti; qui tandem, quod fuerat factum, audito ad præſentiam tuam deuotus acceſsit, & præter opinionem omnium, qui nihil obſtare credebant; quin ſtatim concors, & canonica deberet electio confirmari, ſpontanea tibi, & ſecreta confeſsione monſtrauit, quod conſcientia eius aliquantiſper ex natalibus eſſet læſa, & quod ad tantæ dignitatis apicem, præter indulgentiam Apoſtolic. ſedis nollet aliquatenus promoueri, propoſuit: etiam ſi promouentem benignum, & facilem inueniret. Tu autem ſicut vir prouidus, & diſcretus intellecta conſcientia eius, noluiſti protinus ad confirmationem procedere, ſed nobis rei ſeriem per tuas inſinuans litteras, & per eas ipſius magiſtri merita, & conſcientiam commendaſti. Capitulum autem eiuſdem eccleſiæ; quare per te fuiſſet electionis confirmatio protelata, ſe ignorare per litteras ſuas nobis tranſmiſſas expoſuit, & eam petijt per ſedem Apoſtolicam confirmari, pręſentato nobis decreto electionis ſub ſcriptionibus eligentium roborato, quidam tamen ſuffraganeorum tuorum, quod per tuas litteras videbaris obſcure aliquantulum innuiſſe, per ſuas litteras in aliquibus expreſ ſerunt, aſſerentes eum filium fuiſſe cuiuſdam militis, & ab eo ex quadam ingenua, & non coniugata ſuſceptum. Interim vero idem magiſter ex inſperato ad præſentiam noſtram acceſsit, & quod nobis de natiuitate ipſius per litteras aliquorum ſuffraganeorum tuorum fuerit intimatum, expoſuit, & adiecit, quod nūquam pater eius habuerat vxorem, ſed matri eius virginitatis florem ſubripuerat, quaſi furtim, & ipſam infra quadriennium a natiuitate ipſius matrimonium contraxit. Nos ergo cum fratribus noſtris habito ſuper hoc diligenti tractatu relectis canonib. quoſdam inuenimus, qui nō legitime genitos promoueri vetant ad officiū paſtorale. Cauſā for-

c. 10. e.

ſorte trahentes ex lege diuina, per quam ſpurij, & manzares vſque in decimam generationem in eccleſiam Dei prohibentur intrare. Inuenimus etiam alios, qui vndecumque genitos non prohibent ad ſacros ordines promoueri; dummodo ſibi merita ſuffragentur; aſſerentes, quod culpa parentum non eſt filijs inputãda. Et ad hoc probandũ inducũt, quod dominus noſter Ieſus Chriſtus non tantum ex alienigenis, ſed etiam adulterinis voluit commixtionibus naſci, qui eſt ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech. Hi etiam diuinæ ſcripturę videntur inniti, qua dicitur: filius non portabit iniquitatem patris, & pater non p. ini. fi. per quam antiquum videtur prouerbiũ remoueri, quod inter filios Iſraël dici ſolebat. patres com. † vuam acerbam, & dentes filiorum obſtupeſcunt.

† al. comederunt

Quidam vero ad concordiam diſcordantia reuocantes, repugnantiam canonum prædictorum quodam modo ſopire videbantur, dicentes, quod illegitime geniti, ſi religioſi fuerint, aut in cœnobijs, aut in canonicis conuerſati, a ſacris miniſterijs minime reuocentur, & inter illegitime genitos quidã aſſerunt eos ſolos a ſacris officijs prohibendos, qui paternam incontinentiã imitantur, & ij quoq. videntur auctoritate diuinæ legis inniti, qua dicitur, Ego ſum Deus zelotes viſitans peccata patrum in filios vſq. in tertiam, & quartam progeniem in ijs, qui oderunt me gratis; quaſi dicat, in ijs, qui circa me paternũ odiũ imitantur. Verum canon concilij Lateranen̄. a bo. me. Alexandro Papa p̄. noſtro editus in ſynodo generali, primis concordans canonibus, nõ ſolum tales vetat in Epiſcopum † promoueri, verum etiam eligentibus talem perſonam, pœnam infligit, immo ipſo facto eandem pœnam aſſerit incurriſſe; vt ſecundum hoc canon latæ ſententiæ eſſe videatur, cuius tenor talis eſt. Ne videlicet, quod de quibuſdam pro neceſsitatibus temporis factum eſt, in exemplum trahatur a poſteris: nullus in Epiſcopum eligatur, niſi qui de legitimo matrimonio ſit natus. circa finem ſubiungens. clerici ſane, ſi contra formam iſtam quemquam elegerint, & eligendi tunc poteſtate priuatos, & ab eccleſiaſticis beneficijs triennio ſe nouerint eſſe ſuſpenſos. Sane prædictus canon, qui non per eum, qui canones non noſſet antiquos, ſed per illum, qui plene nouerat canonicas ſanctiones, in concilio multorum iuris peritorum eſt editus, & ipſius approbatione concilij roboratus; natis de non legitimo matrimonio, omnem videtur in Epiſcopos promouendi aditum præcluſiſſe. Cum id etiam ad conſequentiã trahi prohibeat; quod pro neceſsitate innuit prioribus temporibus eſſe factum; licet nihil amplius, quam neceſsitas diſpenſantẽ ad diſpenſationem inducat.

† Epiſcopos

Præterea electionem talium innuit nullam eſſe, dum in pœnam ſtatuit electorum, vt tũc eligendi poteſtate ſe nouerint priuatos; quod nihil eſſet, ſi tunc non occurreret electio facienda, quod fieri nõ poſſet priori electione, ſeu etiam nominatione durante. Ex quo patet electionem huiuſmodi per ipſum canonẽ irritatam. quamuis autẽ, etſi canon iſte nõ legitime genitos fortius proſequatur, nobis tamen per eum adepta non fuerit diſpenſandi facultas, cum ea non fuerit prohibentis intentio, qui ſucceſſoribus ſuis nullum potuit in hac parte præiudicium generare, pari poſt eũ, immo eadem poteſtate functurum; cum non habeat poteſtatem par in parem, ſed ea tantum fuerit mens ipſius, vt quia ex eo quod aliquando ex diſpenſatione pro neceſsitate temporis factum fuerat, quidam gratiam in licentiam extendentes, & inde ſumentes exemplum, ſe licite credebant eligere tales, & indifferenter huiuſmodi eligebant, cum talia fieri prohiberet, vnde grauem electoribus pœnam inflixit. Deliberauimus tamen cum fratribus noſtris, vtrum in tali caſu, & cum tali perſona deberemus miſericorditer diſpẽſare, vel iuris potius ſeruare rigorem. Inuenimus enim a bonę memorię Vrbano Papa p̄. n. in caſu multo difficiliori cum Cenoman̄. diſpenſatum electo, qui fuerat filius ſacerdotis, & Legion̄. Epiſcopo, qui poſt conſecrationem ſuam humiliter fuerat, & ſponte confeſſus, quod fuiſſet ex matre non legitima † procreatus, quam pater viuente vxore propria cognouiſſet. ſed idem Vrbanus prohibuit, ne id quaſi pro regula in poſterum ad conſequentiam traheretur. Videbatur enim quod cum illegitime natus fuiſſet, aliquandiu diſpenſatum, & ex certa cauſa forſitan in poſterum diſpenſandum, in hoc caſu deberet celerius diſpẽſatio indulgeri illi perſonæ videlicet, quę minus inperfectionis, plus perfectionis habebat. Multa enim in hoc caſu diſpenſationẽ inducere videbantur: litterarũ ſcientia, morũ honeſtas, vitę virtus, † & fama perſonę, multipliciter a quibuſdam etiam ex fratribus meis, qui eum in ſcholis cognouerant ap-

† forte legitime

† al. victus

approbatæ.faciebant etiam ad id non modicum concors capituli Wigornieñ.electio,petitio populi,aſſenſus Principis,votum tuum, ſuffraganeorũ ſuffragia, & humilis deuotio confitentis,quod ſponte, & humiliter ſuum maluit confiteri defectum, quam læſa cõſcientia thronum aſcẽdere paſtoralem. Habito ergo ſuper hoc cum fratrib. noſtris diligenti tractatu intelligentes Wigornieñ.capitulum eundem magiſtrum nõ humiliter poſtulaſſe, ſed inprouide potius elegiſſe,cũ ad optinendum diſpenſationis beneficium procedendũ fuiſſet,non per electionem inhibitam,ſed per poſtulationem pręmiſſam,electionem ipſam prædicti canonis auctoritate caſſatam denuntiauimus irritam, & inanem, parcentes non modicum Wigornieñ.capitulo,quod eis nec pœnam infligimus expreſſam in canone ſupradicto,nec probare cogimus ignorantiam, quam allegant,quamuis poſt caſſationem huiuſmodi a nobis a multis fuerit humiliter ſupplicatum;vt propter cauſas prædictas dignaremur cum eo miſericorditer diſpenſare; cũ ad diſpenſandum in talib.nullus ſe caſus habilior poſſet aſſerre.quia tamen prædicto capitulo liberam facultatem eligendi,vel poſtulandi volumus reſeruare,ſupplicationẽ huiuſmodi, quæ nomine capituli non fiebat, cum non ad poſtulandam diſpenſationem,ſed petendam confirmationem ipſius capituli,nuntij fuerint deſtinati:ad præſens non duximus admittendum,decernentes irritum,& inane, ſi quid ſuper ordinatione ipſius Epiſcopatus ante ſuſceptionem litterarum noſtrarum ſuerit attemptatum. Volumus igitur,& mandamus,qua.per Cantuarieñ.prouinciã ex parte noſtra facias diſtrictius inhiberi: ne quod de multis in eadem prouincia,quod ſine pudore non dicimus, inordinate noſcitur eſſe factum,de cetero contra formam pręſcriptam nullatenus attemptetur.ſed ſi Wigornieñ.capitulum eundem magiſtrum propter prærogatiuam meritorum ipſius,duxerit poſtulandum, poſtulationẽ ipſius apud ſedem Apoſtolicam præſentare procuret.

† Ianuen. *Idem Ianeueñ.† Archiepiſcopo,Placentino, & Bobieñ. Epiſcopis.* *Cap. 6.*

ſtre. CVM inter dil.fi.canonicos Saoneñ.ſuper electione Pont.quæſtio verteretur,eligentium votis in diuerſa diuiſis,ad ſe.Ap. di. fi. G.ſubd,Saoneñ.& I. procurator capituli acceſſerunt,quibus veñ.f.n.I. Albañ. Epiſcopum,& di.fi.n. A. tituli ſancti Martini preſbyterum Cardinalem dedimus auditores. In quorum præſentia ſubd.propoſuit memoratus,quod cum vij.eſſent canonici Saoneñ. ſe in capitulo receperunt de futura electione Pontificis tractaturi, vbi diuerſi a diuerſis nominati fuere, ſed Archid. Archipresbytero, Præpoſito Aſten.Præpoſitum nominantib. fuit a præfato S.fortiter obuiatum, aſſerente ipſum electũ morbo epileptico laborare; pro quo alia vice fuerat tamquam inhabilis recuſatus,nec ad eccleſiam aliam debere fieri trãſitum, donec reperiretur idoneus in eccleſia Saoñ.& infra. Sed Præpoſitus Saon.ſpretis appellationib.interpoſitis Præpoſitũ Aſteñ. elegit,obiciente parte aduerſa,quod huiuſmodi electio propter appellationes interpoſitas, & alia etiam obſtacula non teneret.& infra. Sed & ciuitatem idem Prępoſitus,& alij omnes egreſsi,exceptis presbytero, & ſubdiacono ſæpedictis,ſecum ſigillum eis ignorantib. detulerunt,& ad Mediolaneñ.Archiepiſcopum accedentes,petierunt electionem,quam fecerant confirmari,licet a ſolo Prępoſito,& poſt ap.facta fuiſſet. Sed quoniam indebitus electionis proceſſus Archiepiſcopo antea innotuerat,petitioni eorum nõ annuens,quendam de fratribus ſuis ad inueſtigandum electionis proceſſum Saonam direxit:ſed cum teſtes producerentur coram eo,& poſtularetur, vt nuntium ipſum pariter procurarent; pars aduerſa iam dictum Archiepiſcopum: altera vero ſedem Ap.inuocauit. ſed cum ad mãdatum nuntij partes Mediolañ. iuiſſent Apoſtolos petituræ,ab Archiepiſcopo, vt ad pacem redirent,fuere monitæ diligenter, cuius arbitrio Prępoſitus ſe ſtare velle conſtanter aſſeruit, ſi hoc & ipſum faceret pars aduerſa; quod deliberato cõſilio præfatus ſubdiaconus repromiſit.poſt hæc reuerſi ad propria, & demum ab Archiepiſcopo euocati, Archipresbyter pro parte altera de rato, vt dicebat,litteris pręmunitus,ipſe vero,& pro parte ſua Mediolanum acceſsit,& iterum ab eo † in Archiepiſcopum compromiſſo, ipſe † al.ea habito fratrum noſtrorum † conſilio magi- † ſuorũ ſtrum B. Medioceñ. canonicum eis dedit in forte Epiſcopum, & etiam confirmauit, quem in Saonen. eccleſia præſente clero, & populo ciuitatis adhibitis ſollemnitatibus conſuetis electum publice nuntiarunt, cui Archiepiſcopus Præpoſito ſedem Apoſtolicam prouocante conſecrationis munus diſtulit inpertiri.& infra. poſtquam igitur coram præfatis au-

auditorib. ſuis ſuper his, & ſimilibus diſputatum, qui nobis ea ſufficienter, ac fideliter retulerunt; quoniam de ipſis nobis non potuit fieri plena fides, cauſam ipſam veſtro duximus examini committendam; di. veſtræ per A.s.m. quatenus conſlet electionem de Præpoſito memorato a maiori, & ſaniori parte capituli celebratam, fuiſſe publicatam etiam, & ſubſciptam, ſi dictus Præpoſitus eidem electioni cõſenſerit, vt per mutuum conſenſum eligentium, & electi, quaſi coniugale vinculũ ſpiritualiter ſit contractum, niſi ſufficienter ſit oſtenſum eundem Prępoſitum morbo epileptico laborare; ſuper quo contra ipſum dicit appellatum; vos non obſtante appellationis obiectu, ſi qua forſan ex alijs cauſis ſuperius memoratis proponitur interpoſita; cum ex ijs, quæ coram nobis allegata fuerunt, eas appellationes certa ratione friuolas reputemus: electionem ipſius noſtra freti auctoritate, ſub. cuius. contradi. & ap. ob. confirmetis; non obſtante, quod poſt talem electionem a præfato Archiepiſcopo proponitur eſſe factum, etiam ſi a partibus in eum fuerit cõpromiſſum, cum electores a tali electione ſic nequiuerint reſilire. Quod ſi electores illius non compromiſerint in Archiepiſcopum memoratum, etſi dictus Præpoſitus nondum electioni factæ conſenſerit, eo tamen conſentire volente, dummodo a morbo ſit immunis obiecto, vos electionem ipſius nihilominus cõfirmetis.

Idem Præneſtino Epiſcopo. Cap. 7.

DVDVM ad audientiam noſtram quęſtione prolata, quod vacante prępoſitura Colon. eccleſiæ in duo ſe vota eligentium diuiſis etiam cauſam ſuper his dil. fi. N. de Lacu, & I. de Clauſtro, & G. de Valle ſancti P. in Heſterbach. Abbatibus ſub eo tenore duximus cõmittendam; vt auditis, quæ proponerentur hinc inde, ſi de partium procederet volũtate, diffinitiuam ſententiam promulgarent; alioquin cauſam ſufficienter inſtructam ad noſtram remitterent audientiam, ſtatuentes partibus terminum competentem, quo per ſe, vel per reſpõſales idoneos ad Ap. ſe. accederent ſententiam recepturæ. ipſi vero mandatum Apoſtolicum fideliter exequi cupientes, partes ad ſuam pręſentiam conuocarunt, receperunt teſtes hinc inde productos, examinarũt eligentium conſcientias, audierunt allegationes vtrinq. & quoniã Prępoſitus ſancti Georgij communis ſententiæ ſe tandem aſſeruit nolle ſtare, depoſitiones teſtiũ hinc inde receptas, & allegationes partis alterius ſub ſigillis ſuis ad ſe. Ap. deſtinarunt, partibus feſtum beati Michaëlis tunc primo venturum, veniẽdi ad ſedem Ap. terminũ pręfigentes. & infra. Cũq. nuntij Præpoſiti ſanctorum Apoſtolorũ ad noſtram præſentiam acceſsiſſent, Præpoſitus ſancti Georgij nec venit, nec miſit idoneum reſponſalem. & infra. Viſis ergo atteſtationibus, & geſtis iudicũ diligenter inſpectis inuenimus, quod pro Præpoſito ſanctorũ Apoſtolorum auctoritas, pro Præpoſito vero ſancti Georgij numerus eligẽtium faciebat, cum primus a xiiij. tum perſonis, tum canonicis, qui alios dignitate, & ætate, & tempore præcedebant: ſecundus vero a xxiiij. fuiſſet electus. Obiciebatur autẽ Prępoſito ſancti Georgij minor ſcientia, defectus ætatis, & quod in minorib. ordinib. erat cõſtitutus. Vnde cũ pręposituræ illis eſſet Archidiaconatus annexus, nõdũ erat ei dignitas cõferenda, ratione cuius cogebatur, intra præfixum a canonibus ſpatium, in diaconum promoueri. Proponebatur autem pro altero, quod erat vir ætate ſcientia, & moribus commendandus. Vnde meliori ducti zelo propter hoc electores ipſius in eum ſe confeſsi fuerant conueniſſe, non ſolum ſui; ſed etiam quidam alterius electores eum prudentiorem eſſe, præſertim in ſpiritualib. aſſerebant; quamuis alium magis vtilem maxime circa temporalia propter potẽtiam fuerint proteſtati. Cum autem allegationes pro eodem Pręposito S. Georgij coram iudicib. ipſis propoſitæ nobis non fuerint pręſentatę; propter quod nõ potuimus ſcire per nos, quod obiecerint, vel quod reſpõderint ad obiecta; ſicq. cauſa remiſſa nõ fuerit ad nos ſufficienter inſtructa, ad diffinitiuam ſententiam non duximus procedendũ; ſed deciſionẽ ipſius cauſæ dil. fi. ſancti Gedeonis, & S. Seuerini Præpoſitis, & Decano Bruen. ſub ea forma potius cõmittendã; vt vel ſi notoriũ eſſet, vel per ea, quę iam dicta erant, cõſtaret; quod Prępoſitus S. Georgij in electionis tẽpore pateretur, vel in ordinib. vel in ſciẽtia, vel ætate defectũ; qui eũ iuxta ſanctiones canonũ impedirent ad huiuſmodi officium promoueri, ei ſub. ap. ob. nõ obſtante ipſius abſentia corporali, ſilentium inponentes, Præpoſito ſanctorum Apoſtolorum præpoſituram iudicarent eandem, & eum in poſſeſsionem corporalem mittentes, eum pacifica facerent poſſeſsione gaudere. Alioquin cum in eum non ſolum plures, ſed duæ pæne partes

conuenirent,& impedimentis ceſſantib. apparet, quod eum bono zelo elegerunt; Præpoſiti ſanctorum Apoſtolorũ electione caſſata ap.ceſ.auctoritate noſtra ſuffulti, electroni confirmarent ipſius,& ei facerent Præpoſituram aſsignari prædictam, & de cetero tamquam Præpoſito reſponderi.

Idem Canonicis Maguntin. Cap. 8.

c.23.e. BONAE me.C. Maguntiñ. Archiepiſcopo Sabiñ. viam vniuerſæ carnis ingreſſo, cum vota veſtra ſe in varia diuiſiſſent, quibuſdam petentibus Warcieñ.† Epiſcopum, quibuſdam vero ve.f. n. nunc Archiepiſcopum veſtrum, tunc Præpoſitum ſancti P. Maguntiñ. ſibi eligentib. in paſtorem: di. fi. magiſter P. ſcholaſticus Maguntiñ. cum quibuſdam alijs pro illis, qui Warmacieñ. Epiſcopum poſtularunt; procurator ad Ap. ſe. acceſsit, pro alijs vero di.fi. E.& R. clerici venerunt, quorum alter inſtitutus fuit procurator: partibus igitur in noſtra præſentia conſtitutis,& eis in conſiſtorio noſtro diligenter, & ſufficienter auditis; de conſenſu fratrum noſtrorum ve.f. n. Prænestino Epiſcopo Ap.ſe. Le. dedimus in mandatis, vt ſi eundem Epiſcopum, quo ad temporalia, ſiue ſpiritualia recepiſſe cõſtaret, eccleſiam Maguntiñ. vel miniſtraſſe in temporalibus, aut in ſpiritualib. in eadem; prout obiectum fuerat ex aduerſo: poſtulationem factam de ipſo, ſub.cuius.ap.ob. irritam nuntiaret; de gratia noſtra concedens eidem, vt Warmacien. ſibi eccleſiam retineret. Nam de iure communi, quia præter auctoritatem noſtram tranſire præſumpſit, vtraq. erat ſpoliandus; vt & ea careat, quam cõcupiuit auare; ac ea, quam ſuperbe deſpexit. quod ſi parere contemneret, vtraq. ipſum denuntiaret eccleſia auctoritate noſtra priuatum. Deinde inquireret de electione ipſius Archiepiſcopi diligentius veritatem,& ſi ea de vi, quam ipſe,& ſui metuebant, conſtaret: eo non obſtante; quod poſt appellationẽ ad nos interpoſitam in ipſius fuerat electione proceſſum, cum alij, qui appellationi ad nos interpoſitæ non duxerant deferendum, vti cõtra ipſum hac exceptione non poſſent; quoniam fruſtra legis auxilium inuocat, qui committit in legem. Vnde nec ab eis poſſe obici videbatur, quod idem eſſet a paucioribus ſecundũ eorum aſſertionem electus, cum ipſi appellationem ad nos legitime interpoſitam contemnentes, & præter licentiam noſtram recipientes Epiſcopum memoratum, reddiderunt ſe indignos, electionem Archiepiſcopi, dummodo nihil obſtaret de canonicis inſtitutis, ſub ap. ob. cõfirmaret. quod ſi nec recepiſſe prædictam eccleſiam, quo ad temporalia, vel ſpiritualia, nec in ſpiritualibus, vel in temporalib. miniſtraſſe Epiſcopum, ne cõſtaret, idem Legatus audiret, quæ ſuper poſtulatione ipſius, & electione Archiepiſcopi proponerentur: huiuſmodi teſtes vtrinq. reciperet, & eorum depoſitionibus publicatis vſq. ad calculum diffinitiuæ ſententiæ procedens, geſta omnia ſub ſigillo ſuo ad noſtram præſentiam deſtinaret; ſtatuens partibus terminum competentem, quo Apoſtolico ſe conſpectui repræſentarẽt ſententiam recepturæ. Licet autem eſſent notoria, quæ fuerant cõtra dictum Warmacieñ. Epiſcopum, & eius fautores obiecta, prædictus Legatus ad maiorem cautelam multos, & magnos teſtes recepit, ex ipſius Archiepiſcopi parte productos, qui ſuper prædictis depoſuere iurati. Vnde ipſe iuxta mandati noſtri tenorem procedens, poſtulationem factã de Warmacieñ. caſſauit,& electionem Archiepiſcopi memorati curauit auctoritate Ap. confirmare, ipſumq. ordinauit in presbyterũ, & tandem in Epiſcopum conſecrauit, ipſe autem humiliter ad noſtram præſentiam accedens ſuppliciter poſtulauit, vt pallium ſibi videlicet inſigne põtificalis officij, de conſueta ſe. Ap. beniuolentia conferremus. Verũ quidam nuntius ab aduerſarijs eius ad ſe. Ap. deſtinatus ex eorum parte apertas nobis litteras cũ pendente ſigillo præſentauit, per quas idem ſignificabant canonici, quod prædictus Legatus corruptus pecunia iniquam ſententiam protuliſſet, & addebant etiã, quod Maguntiñ. ciues pariter iurauerunt, quod eum numquam haberent in Epiſcopum, & quod vniuerſi clerici, paucis exemptis, ſuo fauebant electo. Cum autem ſuper his cœpiſſemus deliberare cum fratribus n. electioni eiuſdem Archiepiſcopi duo videbantur obſtare; videlicet, quod a paucisſimis,& poſt interpoſitam app. a ſe ipſo dicebatur electus; nam cum poſtulatio Warmacieñ. Epiſcopi fuerit præcedentis ap. ratione caſſata, Archiepiſcopi electio debebat, etiam ex eadem cauſa caſſari. ſed econtra, ſicut ſuperius eſt expreſſum, qui in appellatione deliquerant, appellationem contra eundem Archiepiſcopum non poterant allegare. poterat quoq. dici, quod etſi poſt appellationem, non tamen contra formam appellationis fuiſſet electus Archiepiſcopus ſæpedictus, cum appellauerit in hac forma, ne canonici Maguntinæ reſidentes, ſine

ſine ipſo, & ſocijs ipſius haberent in electione proceſſum. nec nocet, quod poſſet ex parte altera replicari, quia nec ipſe, nec ſocij ſui debuerant procedere ſine ipſis, quia ipſi ap. ad nos interpoſitam contemnendo, reddiderant ſe indignos; & abuſi fuerant iure ſuo. Vnde cum in Lateran. concilio de ijs, qui quaſdam perſonas inhibitas eligunt, ſit ſtatutum, vt eligendi tunc poteſtate priuatos, & ab eccleſiaſticis beneficijs trienniq nouerint ſe ſuſpenſos; illis pro longe maiori delicto, tamquam indignis ab electionis poteſtate cadentibus, penes eundem, ac ſocios ſuos tantum ius remanſerat eligendi. quia ſi multo pauciores in ipſum cõueniſſent, intelligendum eſt tamen, quod omnes, qui tunc eligere poterant, elegerunt eundẽ; contra Legati vero proceſſum hoc facere videbatur; quod dicebatur in loco ſuſpecto, & non citatis Warmacieñ. Epiſcopo, & eius fautorib. proceſsiſſe. Porro iuxta canonicas ſanctiones exceſſus notorius examinatione non indiget, & pro ijs, quæ a iudice ſunt acta, præſumitur, quod omnia rite fuerint celebrata; quamuis, & quod citati nõ fuerint, non poſſent de facili cõprobare; quia negantis factum ſecundum rer. naturam nulla eſt probatio. cum etſi quilibet de ſe poſſet aſſerere, quod ad eum citatio minime perueniſſet; ſinguli tamen veſtrum eſſent in ſuo teſtimonio ſingulares; ad ipſum quoq. Legatũ, ſi voluiſſent, ſecure potuiſſent procuratorem idoneum deſtinare, ſicut nũtium deſtinarũt; quemadmodum ex ipſorum ad nos directis litteris comprobatur, qui ſecure ad eundem Legatum acceſsit, & ad propria remeauit, cũ & ipſe Legatus paratus fuerit ſecuritatẽ omnimodam prouidere. nec obeſt, quod idem nuntius dicitur appellaſſe, cum appellationi renuntiauerit, & in commiſsione noſtra, quã pars reportauit vtraque, obſtaculum fuiſſet appellationis amotũ. ſed nec apparebat etiã; quod contra factum Legati quidquam poſſet obicere, ac probare, cum non procurator ſufficiens, ſed ſimpliciter ad nos contra prædictum Archiepiſcopum fuiſſet nuntius deſtinatus. & infra. Nos igitur, etſi propter auctoritatem iudiciariam præſumamus pro ijs, quæ acta ſunt a Legato, illi tamen plus innitimur rationi, quam quod aduerſarij Archiepiſcopi ex tribus cauſis prędictis ſe vſq. adeo reddiderunt indignos, quod contra eum non debebant audiri. Vnde quod de ipſo factum fuerat, nõ poterat per eos impediri, quin etiã ſi electores eiuſdem pariter deliquiſſent, vt ſe reddidiſſent indignos, ad nos deuoluta fuiſſet hac vice ordinatio Magũtiñ. eccleſiæ, quia dictum Archiepiſcopũ ſine iuris iniuria potuiſſemus eidem eccleſiæ præficere in paſtorem, præſertim cum per Legatum Ap. ſe. fuiſſet in Maguntiñ. Archiepiſcopum conſecratus. ſuper his ergo cum fratribus noſtris habito diligenti tractatu, de ipſorum conſilio caſſationem poſtulationis factæ de Warmacieñ. Epiſcopo ratam habemus, & electionẽ Archiepiſcopi memorati auctoritate Apoſtolica duximus confirmandam.

Idem clericis ſanctæ Agathes. *Cap. 9.*

QVERELAM dil. fi. G. tt. ſancti Vitalis nunc presbyteri, tunc ſanctæ M. in Acquiro diaconi Cardinalis per œconomum eccleſiæ veſtræ, cuius idem Cardinalis eſt gubernator, contra P. nunc presbyterum, tunc vero diaconum, ſuper eccleſia ſancti Saluatoris, quæ dicitur de Cornutis, coram bo. m. p̄. n. propoſuit, ipſe nobis in minori officio cõſtitutis audiendam, & examinandam commiſit. petebat igitur idem œconomus, vt pręfatus Petrus ab eccleſia ſancti Saluatoris, quã in præiudicium eccleſiæ veſtræ, ac iniuriam Cardinalis prędicti præſumpſerat occupare, remoueretur; cum ipſa eccleſia ſancti Saluatoris plebano iure pertineat ad eccleſiam ſanctę Agathes, petens etiam penſionem xvj. denari. Papieñ. mo. debitam eccleſiæ ſanctæ Agathes pro eccleſia ſancti Saluatoris, & Therinis ſibi reſtitui de nouo ſubtractam. Prędictus vero P. clericus reſpondebat, quod ipſe nullam iniuriam irrogauerat Card. nec in præiudicium eccleſiæ ſanctæ Agathes acceperat eccleſiam ſancti Saluatoris; cum hoc ad illam nullo iure pertineat, nec aliquam ſibi debebat reddere penſionem; ſed ipſe per electionem populi, quæ de antiqua conſuetudine ei pertinet, ad eundem A. Card. ſanctæ Suſannæ præſentatus, cui eadem eccleſia ſancti Saluatoris tamquam capella ſuo titulo in ſpiritualib. eſt ſubiecta, canonice fuerat inſtitutus. cumq. ad ſuam aſſertionem probandã vtraq. pars teſtes multotiens produxiſſet; nos illos recepimus, & examinauimus diligenter, quorum depoſitionibus publicatis, diſputationem audiuimus ſuper illis; ſed antequam huiuſmodi controuerſia finem accipere potuiſſet, præfatus prædeceſſor n. debitum carnis exſoluit. demum vero a nobis vtraq. pars cum inſtantia poſtulauit, vt cauſam ipſam decidere dignaremur. Nos igitur atteſtationib. ac inſtrumẽtis vtriuſq. partis diligenter audi-

c. 24. e.

tis, & plenius intellectis, habito fratrum noſtrorum conſilio prędictum presbyterum ab impetitione œconomi veſtri ſuper electione, ac inſtitutione de ſe facta in eccleſia ſancti Saluatoris abſoluimus, & ſuper his præfato œconomo ſilentium duximus imponendum. Cumq. per teſtes idoneos nobis cõſtiterit euidenter, quod populus, quaſi in poſſeſsione præſentandi clericũ ad illam exiſtebat; quãdo prædictum clericum ad illam elegit, & eadem eccleſia ſpectat ad titulum ſanctę Suſannę in ſpiritualibus pleno iure; ſalua quæſtione ſuper iure patronatus inter eccleſiam veſtram, & populum ſancti Saluatoris; quia per teſtes omni exceptione maiores fuit liquido comprobatum, quod penſio xvj. d. Papienſ. mo. fuit clericis eccleſiæ veſtræ pro eccleſia ſancti Saluatoris, ac Thermis annuatim per multa tempora perſoluta, ſed de nouo ſubtracta; nos in eundem ſtatum percipiendi huiuſmodi de eccleſia ſancti Saluatoris, & Thermis; eccleſiam veſtram decreuimus reducendam, & ad ſolutionem penſionis ſubtractæ condemnauimus presbyterum antedictum, ſalua quæſtione proprietatis inter eccleſias memoratas.

Idem. *Cap.* 10.

c.15.a. CVM Wintoñ. eccleſia paſtore vacaret, Archidiaconus cũ fautoribus ſuis Salesbrieñ. Decanum, Prior autem, & complices eius Pręcentorem Lincolñ. in Epiſcopum elegerũt, & infra. Licet igitur omnes in communi de facienda electione tractauerint, quia tamen nequiuerunt eſſe concordes, infecto negotio ad nos habuere recurſum; & ij quidem, qui Præcentorem elegerant, aſſerebant, quod illi erant eligendi poteſtate priuati, pro illa maxime cauſa, quod hominem non legitime natum ſcienter eligere præſumpſerunt. Vnde ſecundum Lateranẽ. concilium; & eligendi hac vice perdiderant poteſtatem, & per trienniũ eccleſiaſticis beneficijs carere debebant: ſuppliciter poſtulantes, vt ſuper hoc interloqui dignaremur. illi vero taliter reſpondebant, quod licet is, quem elegerant, fuiſſet minus legitime natus, per gratiam tamen Ap. ſe. legitimari promeruit, & hoc aſſerebant ſe legitime probaturos. Nos ergo attendentes, quod iſti poſt primã electionem admiſerãt illos ad celebrandã ſecundã, & quod decretũ concilij memorati decernit huiuſmodi præſumptores, vna vice dumtaxat eligendi poteſtate priuatos, quoniam electio, quam coram nobis celebrare volebant, non iam ſecunda, ſed tertia cõcurrebat, ad eligendum illos cenſuimus admittendos.

Idem Abbati Caſternieñ. & R. & P. monachis Montis Frig. (Ap. ſe. Le..* *Cap.* 11.

PER inquiſitionem, quam de mandato noſtro feciſtis, ſuper ſtatu facto Epiſcopatus, & Epiſcopi Toloſani perſpicaciter intelleximus, quod Maſcaron Cancellarius iuratus aſſeruit ſe ſciuiſſe pro certo, Raimundum olim Toloſanum Epiſcopũ, & amicos ipſius ante ſuam electionem habuiſſe colloquium cum quibuſdam canonicis nominatim expreſsis, eoſq. ſollicitaſſe precibus, vt ipſum eligerent in Epiſcopum; ſeq. vidiſſe pariter, & audiſſe, quando prędictus Epiſcopus exiſtens in domo ſancti Petri de Coquinis, recognouit in quorundam canonicorum præſentia, ſe canonicis illis, qui aduerſati fuerant ſuæ primæ electioni, iuramentum in domo Actonis de Montib. pręſtitiſſe, credens pro certo, quod iuramentum illud illicite fuerit factum, vt idẽ Raimundus eligeretur ex pacto; & quod ipſe M. poſt ipſius electionem caſſatam domum Epiſcopalem eius nomine detinebat, recipiẽs quoſdam redditus, & prouentus, quos de ipſius conſcientia, & conſenſu in eiuſdem negotijs expendebat. Cum igitur talem ſcienter in Epiſcopũ eligendo, ſicut ipſe ſuo iuramẽto firmauit, eccleſiaſticis beneficijs reddiderit ſe indignum, graue gerimus, & moleſtum, quod dil. fi. Toloſano Præpoſito in Epiſcopum cõmuniter electo idem Maſcaron in Prępoſitũ dicitur conſtitutus. Quo circa diſ. v. per Ap. ſc. m. qua. eundem Maſcaronem ab officio Prępoſituræ penitus amouentes, faciatis virum idoneum ad officium illud aſſumi. c.26.a.

Idem A. Priori S. Fridiani, G. & G. canonicis Lucañ. *Cap.* 12.

CVM cauſam, quæ inter presbyterum Bonum, & Brunum Canonicum eccleſię ſancti P. Lucañ. vertitur, ſuper eo quod dictus presbyter Bonus a maiori parte canonicorũ eiuſdem eccleſiæ prædicto Bru. & quodam alio contradicentib. in Priorem, ſicut dicitur, eſt electus, olim vobis duximus committendam, vos, ſicut ex litteris veſtris accepimus, partes citare curaſtis, vt iuxta mandatum noſtrum cauſam ipſam fine poſſetis canonico terminare. Cumq. eſſent in veſtra præſentia conſtitutæ, dictus presbyter Bonus cum inſtantia poſtulabat, vt electionem de ſe factam auctoritate curaretis Apoſtolica confirmare. ſed præfatus Brunus e contrario reſpondebat, illum non eſſe dignũ regimine Prioratus, c.17.a.

cri-

crimen obiciens ei ſimoniæ, quodq. ipſius electio non erat canonice celebrata, & quia profeſſus non erat, ipſum aſſerebat merito repellendum. Verum cum de ſimonia nil fuiſſet probatum, nec aliquid contra modum electionis oſtenſum, mouit vos vehementer ipſius eccleſiæ priuilegium, in quo continebatur expreſſum, vt nullus qualibet ſubreptionis aſtutia præponatur, niſi quem fratres cõmuni conſenſu, vel fratrum pars conſilij ſanioris, ſecundum Dei timorem, & beati Auguſtini regulam prouiderint eligendũ. Vnde quamuis multi Priores continue vnus poſt alium in ipſa eccleſia per multa, & longa tempora fuerint non profeſſi, quod tamen præfatus presbyter Bonus non eſt profeſſus obſeruantiam regularem; dubitatis, & merito nobis inconſultis procedere contra priuilegium ſe. Ap. conceſſum eccleſiæ me. Quia vero debemus attendere non ſolum, quod modo factum ſit, ſed quid ſit potius faciendum; cõſultationi veſtræ taliter reſpõdemus, quod cum ſecundum legem diuinam non ſit in boue arandum, & aſino, nec quiſquã debeat veſtem induere de lana, linoq. contextam; electionem prędictam ſub. cuius. ap. ob. irritetis, & conpellatis prefatum presbyterum, alioſq. clericos non profeſſos, vt vel beati Auguſtini regulam in eandem eccleſiam conſtitutam profiteantur, & ſeruent, aut ipſam eccleſiam omnino dimittant.

Idem I. tt. ſancti Ste. in Cœlio monte presbytero Car. Ap. ſe. Legato. *Cap.* 13.

QVOD ſicut ex litteris tuis & infra. Nos igitur litterarum tuarum tenore diligenter inſpecto, ſex in eis proſpeximus cõtineri, quorum tria contra prædictum Armacañ. electum, & alia tria contra eius electionem facere videbantur. Primum nominatio facta de tribus, quam ex litteris tuis aliquotiens electionem appellas; contra quam, ſi electio vere fuit, antequam caſſaretur, non debuerat aliquid attemptari. ſecundum ap. interpoſitam, quæ ſi legitima fuit, ſequentẽ electionem penitus impediuit. Tertium quoniam Mideñ. Epiſcopus, & Abbas Mellifontis, qui intereſſe debuerant, ad electionem minime conuenerunt. Vnde ſi cõtempti fuerunt, vel ambo, vel alter plus eorum contemptus, quam multorum contradictio electionem prædictam debuit impedire. Quartũ quia præfatus Abbas ſic electus ante confirmationem obtentã adminiſtrare præſumpſit. Quintum quia in die conſecrationis ſuæ ordines celebrauit, cũ non dum pallium optineret. ſextum dilapidatio, quia tabulam argẽteam alienare minime formidauit. Verum cum ad primam electionem, quæ facta de tribus dicenda videtur potius nominatio, nõ niſi quattuor de omnib. ad quos electio pertinebat, videlicet duo ſuffraganei eccleſiæ Armacanæ, & prædictus Abbas Mellifontis, & Archidiaconus Armacanus conuenerant, ex illa tali nominatione nihil iuris acquiſitum fuerit nominatis, licite procedi potuit ad electionem regulariter celebrandam, præſertim in eccleſia Armacana, cum iuxta canonicas inſtitutiones, ſi fieri poteſt, in cathedrali eccleſia electio debeat celebrari. Nec talis appellatio interpoſita electionem illam potuit impedire, cum in ea nihil attemptatum fuerit in præiudicium Regiæ dignitatis, qood non ſimpliciter nominatio, ſed ſollemnis electio debet Principi præſentari, vt poſtulato præſtet aſſenſum, & ſi ſecus aliquando per vſurpationem aliqui faciant abuſiue. Si autem præfati Mideñ. Epiſcopus, & Abbas Mellifontis non contẽpti fuerant, ſed ad electionem vocati, ſi tamen ſine periculo potuerunt conuocari, ſiue nequiuerint, ſiue noluerint ad electionem celebrãdam accedere, ipſorum abſentia electionem non potuit impedire. Quoniam ſi ad locum illum inter Hibernenſes ſecure non poterant proficiſci, nec ceteri ad alium locum inter Anglicos tute poterãt cõuenire propter hoc; quod tibi ſuper hoc credimus veritatem diligentius inquirendam, & ſi eos vocatos fuiſſe conſtiterit, ſi vocari abſq. periculo potuerint, & illos noluiſſe, vel non potuiſſe ad electionem celebrandam venire propter eorum abſentiam, ſi canonicum aliud non obſiſtat, electio ipſa non debet aliquatenus irritari. Quod ſi eos vocatos fuiſſe nõ conſtiterit, ſed cõtemptos, infirmãda penitus erit electio taliter celebrata, niſi poſtea propter bonum pacis diligẽter admoniti curauerint conſentire. Ceterum, cũ antequam tu ad partes Hibernicas perueniſſes, illa fuit electio celebrata, & electus ipſe ſtatim cœperit miniſtrare; tu ſatis id potes ſub diſsimulatione tranſire, cum id, ſicut noſti, de metropolitanis Angliæ, & Franciæ, & Alemaniæ, & aliarum partium remotarũ, qui concorditer ſunt electi, Romana eccleſia patiatur eccleſiarum vtilitate penſata. quia ſi tanto tempore, quouſq. poſſet electus confirmationem cum pallio a ſe. Ap. optinere, regalia non reciperet eccleſia, quæ interim adminiſtratione careret, non modicum incurreret

reret detrimentum. ¶ Super eo autem, quod in die conſecrationis ſuæ, antequam miſſar. ſollemnia finirentur, acolytum ordinauit; pro tali exceſſu eum corripias, & caſtiges, niſi forte hoc eſſe de antiqua conſuetudine cognoueris eccleſiæ Armacanæ, de qua ſi tibi conſtiterit, quod nunc factũ eſt, propter ſimplicitatem, & ruditatem gentis illius, poteris miſericorditer ſuſtinere; diſtricte ei ex parte noſtra prohibeas, ne decetero aliquid ſimile attemptetur, cum ſolus Romanus Pontifex, qui ſicut noſti ante hymnum Angelicum cõſecratur, & poſtmodum ipſe miſſar. ſollemnia incipit, & perficit conſecratus, in die conſecrationis ſuæ valeat ordines celebrare. Ceteri vero, qui inter epiſtolam, & euangelium conſecrantur, quia conſecratori concelebrãt principaliter celebranti, ne diuidatur myſterium vnitatis, non debent tunc ordines celebrare. Præterea cum non liceat Archiepiſcopo ſine pallio conuocare concilium, cõficere chriſma, dedicare baſilicas, ordinare clericos, & Epiſcopos conſecrare, multum profecto pręſumit, qui antequam inpetret pallium, clericos ordinare feſtinat, cum idem non tamquam ſimplex Epiſcopus, ſed tamquam Archiepiſcopus facere videatur. Quod autem tabulam argenteam dicitur vendidiſſe, dummodo eccleſiam Armacanam, ſicut promiſit, reddat indemnem, æquanimiter poteris pręterire, cum id de cleri, vel populi proceſſerit voluntate. Sane ſecundum ea, quæ nobis tuis litteris intimaſti, tibi præſcripto modo duximus reſcribendum; ſed cum de circunſtantijs eiuſdem negotij habere valeas notitiam pleniorem, & nos de diſcretione tua plurimum confidamus, in iſto negotio, & in alijs te ſic credimus auctore domino proceſſurũ, quod tuæ ſollicitudinis prudentia poterit merito commendari, & tua legatio ad honorem, & cõmodum ſe. Ap. multipliciter redundabit.

Idem Dolñ. Epiſcopo, & Sangneo, & de Ardeñ. Abbatibus. *Cap.* 14.

c.19.e. AVDITIS, & intellectis meritis cauſæ de duabus electionibus celebratis in eccleſia Baioceñ. vnam de R. Archid. & alteram de magiſtro R. inuenimus vtramq. contra formam canonicam attemptatam, cum inquiſitis voluntatibus ſingulorum Decanus cum paucioribus in Rob. & Cantor cum plurib. in W. Archid. conueniſſent, ſolo Cantore magiſtrum R. de Ablegijs nominante, ad noſtrã fuit audientiam appellatum; ne Decanus, qui primam in electione vocem habebat, ad electionem procederet ſine conſenſu totius capituli, vel maioris, & ſanioris partis ipſius, vt diſcordiæ ianua, quæ iam videbatur aperta, per ap. ob. clauderetur; ipſe vero Decanus nõ habito conſenſu maioris partis capituli; ſed longe minoris, ſubito in electione prorupit appellans, nequis contra ipſam electionẽ aliquid attemptaret; quamuis aſſereret, quod electioni factæ plures alij conſenſerunt; cum tamen ex poſt facto nequiuerit conualeſcere, quod ab initio non valebat. quoniam electio, quæ fuerat irrita ipſo iure, per ſubſequentem conſenſum ap. pendente nõ poterat eſſe rata. eis ergo ad propria recedentibus Cantor, & alij, qui remanſerant in capitulo, poſt illam electionem nondum caſſatam, & ap. ad nos interpoſitam a nominatione W. Archid. recedentes, de nouo magiſtrum R. abſq. Rom. Pont. vel metropolitani proprij conſcientia, cum ſubd. eſſet, proceſſerunt non ſolum eligere, verum etiam pulſatis campanis cũ proceſſione ſollemni cantando hymnum in eccleſia deportare. Nos igitur his, & alijs, quæ coram nobis fuere propoſita, diligenter auditis, de communi fratrum noſtrorum conſilio electionem vtramq. duximus irritandam.

Idem Epiſcopo, & Grandi ſilua, & Balleportica Abbatibus. *Cap.* 15.

IN cauſis, quæ ad Ap. ſe. & infra. Nimirũ cum in eccleſia Toloſana vacante duo per diſſenſionem capituli ſui, videlicet ve. f. n. Epiſcopus Cõuenarum, & dil. fi. R. Archid. Ageñ. † nominati fuiſſent, & R. canonicus ſancti Licerij, R. Archid. & R. canonicus ſancti Stephani Toloſani pro parte dicti Epiſcopi, pro parte vero altera dilectus filius magiſter P. de Rama, & G. ſocius eius ad noſtram præſentiam acceſſerunt. quib. ve. f. n. Albañ. Epiſcopum, & dil. filium H. tt. ſancti Martini presbyterum Cardinalem deputauimus auditores. coram quibus propoſuerunt nuntij prædicti, quod, cum capitulum Toloſan. eccleſiæ ad tractãdum de electione Epiſcopi conueniſſent, duos ſ. R. de Ponte, & M. cellerarium elegerunt, vt quinq. de eodem capitulo eligerent electores; qui præſtito iuramento de ſubſtituendi Pont. electione tractarent, & a ſingulis de capitulo ſtatutum eſt, & conceſſum; vt illum, quem illi quinq. cõcorditer, vel tres ex illis eligerent; ſi perſona eſſet idonea, pro Epiſcopo, ſine contradictione qualibet, haberetur. & etiam ſtatutũ fuit expreſſe, quod ſi quinq. electores in vnam perſonam conuenire non poſſent, tribus ex eis concordan-

c. 30. e. † Agennen. infra.

dantibus, reliqui duo illorum ſequi tenerentur aſſenſum, & electionem eorum ratam habere. Poſtmodum vero cũ a prædictis duob. electi quinq. electores fuiſſent, & ad tractandum de electione ſeceſsiſſent in partem, & non poſſent omnes pariter in vnam perſonam concordare, tres ex eis conuenerunt in prædictum Conuenar. Epiſcopum, qui erat Archidiaconus eccleſiæ Toloſanæ, & antequam pronuntiarent nominationem ipſius, eam ſub protectione Apoſtolica poſuerunt,

† al. deinde

& demum † electionem, quam de poſtulãdo eodem Epiſcopo fecerant, capitulo publicarunt; ac reliqui duo ſubſequenter, tertia die cum paucis de capitulo, reliquis abſentibus, elegerunt prædictum Archidiaconum Agemineñ.

† Agennen. ſupra

† adiecerunt inſuper prædicti R. & alij nuntij me. quod a dilecto filio I. tt. ſanctæ Priſcæ presbytero Cardinale Ap. ſe. Legato fuit ex parte illa ſpecialis nuntius deſtinatus, & quoniam Epiſcopus ipſe poſtulandus erat a nobis, & Legatus nullam concedendi, vel transferendi eum poteſtatem habebat: cum huiuſmodi diſpenſatio ſedi dumtaxat Apoſtolicæ reſeruetur, ne quid contra fieret, noſtram audientiam appellauit. Nuntij vero prædicti Archidiaconi coram prædictis auditoribus e contrario reſponderunt; quod cũ prædicti quinq. electores, in quos totum capitulum eligendi trãſtulerat poteſtatem, ſeorſum de electione tractantes; inter ſe diſsiderent, ita quod contentioſæ voces eorum a fratribus, qui remanſerant in capitulo, auditæ fuerunt, capitulum ipſos propter huiuſmodi cõtentiones ſuſpectos habentes, ad eos duos de canonicis deſtinarunt, per quos inhibuerunt eis ex parte n. & prædicti Legati, ne vlterius in facto procederent, & ita poteſtatem eligendi, quam eis commiſerant, reuocarunt, mandantes eis, vt redirent ad capitulũ, & pariter cum alijs fratribus de electione tractarent; & huiuſmodi reuocationi duo ex ipſis electoribus adhibentes conſenſum, reliquis tribus non contradicentibus, cum nuntijs capituli ad ipſum capitulum ſunt reuerſi; ſed alij tres vſque ad fores capituli ſubſecuti, ab eis poſtmodum diſceſſerunt. capitulum vero illorum abſentiam admirantes, cum tota die illa ipſorum præſentiam expectaſſent, ſubſequenti die campanam pulſari fecerunt, & ſicut moris eſt, ad capitulum congregandum prædictis tribus cum paucis complicib. ſuis ſe ſe contumaciter abſentantibus, Prior, ſacriſta, & maior cellerarius eccleſiæ ſancti Stephani, quia † ſpeciale ſuper hoc Præpoſiti abſentis mandatum habebant, cum maiori, & ſaniori parte conuocatis Abbatibus, Priorib. ac monachis, & alijs viris religioſis, ſupradictum R. in Epiſcopum elegerunt, exhibuerunt etiam eiuſdem Archidiaconi nuntij litteras prædicti Legati, quas nobis ſuper hoc deſtinauit. & infra. Cũ autẽ prædicti auditores præmiſſa nobis, & fratribus noſtris fideliter retuliſſent, nos memoratum Legatũ piam intentionem in hoc facto adhibuiſſe pro certo credentes, ex ipſo tamen tenore litterarum ſuarum intelleximus, eum circumuentũ fuiſſe, & per ſubreptionem tacita veritate perpendimus elicitum, & extortum, quidquid ab eo fuit obtentum, cum in ipſis litteris non expreſſerit formam poſtulationis de Epiſcopo Conuenarum, quæ præceſſerat, & facta erat per eos, in quos totũ capitulum eligendi tranſtulerat poteſtatem; propter quod vnanimiter, de conſenſu totius capituli intelligitur eſſe factum. quam poteſtatem, cum res nõ eſſet integra, quia iam in tractatu proceſſerant electores; & tres duobus diſsidentib. cõuenerant in vnam perſonam: capitulum minime potuit reuocare, præſertim ex illa cauſa, quia illi quinq. erant diſcordes, cum in trãſlatione poteſtatis illius manifeſte fuiſſet expreſſum, quod ſi illos quinq. contingeret diſsidere, electionem trium ratam haberent, & firmam. Præterea liquet eundem Lagatũ fuiſſe deceptum, quoniam in commiſsione ſua prętermiſſo de electione Epiſcopi, qui erat a nobis ſolummodo poſtulandus, inquiſitionem de ſola electione Arclud. ſub forma ſuperius expreſſa commiſit, ſuper quibus nequaquã taliter proceſiſſent, ſi omnia ex ordine, prout fuit in veritate proceſſum, ſibi enarrata fuiſſent, vnde communicato fratrum n. conſilio, electionem ipſius Archid. non ex vitio, vel culpa perſonæ ipſius, ſed quia proceſſum eius minus canonicum eſſe cognouimus, & ipſum Légatum multipliciter circũuentum, decreuimus penitus irritandũ. Quo circa diſ. v. per A. s. m. qua. omni gratia, & timore poſtpoſitis, circa perſonam Epiſcopi Conuenarũ perſcrutari ſtudeatis indagatione ſollicita veritatem, ſi ſit vtilis, & neceſſaria ad regimen eccleſiæ Toloſanæ, & idonea, tam ſcientia litterarum, quam ſuæ conuerſationis exemplo ad hæreticorum perfidiam de Toloſana diœceſi extirpandam, quæ ibi per negligentiam Præſulis miſerabiliter, & damnabiliter hactenus pullulauit; & ſi vobis ita conſtiterit, trãſ-

† quia quod

eundi

eundi ad eccleſiam Toloſanam propter vrgentem neceſsitatem,& eorũdem vtilitatem auctoritate noſtra,ſub.cuius.cõtradict. & ap. ob.ei licentiam tribuatis;alioquin ipſius poſtulatione repulſa,capitulo eiuſdem eccleſię, auctoritate Ap.iniũgatis,vt perſonam ad hoc idoneam eligant in paſtorem.

Idem Florentino Epiſcopo. *Cap.16.*

c.31.e. CVM eccleſia Vulterana debito canonicorum obſequio longo fuiſſet tempore deſtituta,ven.f.n.Wulteranus Epiſcopus volẽs miniſtrorum defectum in eadem eccleſia reſtaurare, canonicos quoſdam elegit, & inſtituit in eadem, quos reſidentes canonici recipere noluerunt,aſſerentes; quod talis electio fuerat in eorũ præiudicium attemptata. cũq. ſuper hoc ſuam ad nos idem Epiſcopus querimoniam deſtinaſſet , cauſam ipſam tibi cõmiſimus fine canonico terminandam.&c. & infra:Nos vero vtriuſq.partis atteſtationib.& rationib.diligenter inſpectis,de com.f.n.con. p̃.tibi auct.m.qua.ſuper primo articulo petitionis Epiſcopi,in quo poſtulauit a te,vt prænominatos canonicos ab iniuria,quę ei ſuper electione canonicorum Vulteranæ eccleſiæ infertur,prohiberes:ab impetitione ipſius Epiſcopi ſæpedictos canonicos ap.poſt.abſoluere non poſtponas.quia,ſicut iuris regula dicit; non videtur iniuriam facere, qui vtitur iure ſuo. cum per teſtes longe melius ſit probatũ, quod canonici ſupradicti hoc iure vſi fuerint, quã Epiſcopus memoratus.In ſecũdo quoq. pręſcriptæ petitionis articulo,quo idem petebat Epiſcopus , vt dicti canonici ipſum iure electionis vti libere paterentur, abſoluere ſtudeas canonicos ſæpedictos,maxime ſi ſit notorium,quod in Tuſcia generalis conſuetudo ſeruetur,vt in cathedralib.eccleſijs ſolum capitulum inrequiſito Epiſcopo,eligendi canonicos habeat facultatem.

Idem Abbati ſancti Victoris, Decano Pariſieñ. & mag.R.de Coizon Canonico Nouiomeñ. c.17.

c.32.e. CVM dil.fi.H. Archidiaconus Morin. & magiſter H.Atrebateñ.canonicus Morin.electi procuratores,& B. Morin. canonicus ad ſe. Ap. acceſsiſſent, procuratores ipſi proponere in noſtra præſentia curauerunt ; quod eccleſia Morin.Epiſcopi ſolatio deſtituta,canonici eiuſdem eccleſiæ de paſtoris ſubſtitutione tractantes in dil. fi. A. presbyterũ, G.diac. T. ſubdiac. canonicos Morin. poteſtatem eligendi Epiſcopum vnanimiter contulerunt, iuramento interpoſito promittentes,vt illum reciperent in paſtorem,quem de gremio ipſius eccleſiæ ducerent in Epiſcopũ eligendum, qui poſtmodum examinatis voluntatib.ſingulorũ Ioãnem Archid. eiuſdem eccleſiæ virum literatum,prouidũ,& diſcretum in Epiſcopum elegerunt, & eadem electione a capitulo cõmuniter approbata,a metropol.ſuo pariter petierũt,vt electionem cõfirmaret eandem; qui tam electionem,ac electi perſonam diligenter examinãs,quãm etiã ſuper ipſius ætate,de cuius defectu fuerat ab aliquib.dubitatum,inquirens ſollicitę veritatem,per ſententiam declarando electũ ipſum minime ſuſtinere in ætate defectum, electionem de ipſo factam,vt pote canonice celebratam ſollemniter confirmauit.qui poſtea regalibus receptis a Rege, ad petitionem eiuſdem capituli a v.f.n. Atrebateñ.Epiſcopo,de mandato metropolitani prædicti fuit in presbyterum ordinatus,& aliquandiu,nullo contradicente,liberam,& pacificam,tam in ſpiritualib. quam in temporalib. adminiſtrationem optinuit in eccleſia Morinen. Vnde procuratores ipſi a nobis humiliter petierunt, vt iis, qui poſt hæc omnia inuidiæ ſtimulis agitati contra factum proprium temere veniendo aduerſus electum ipſum materiam diſcordiæ ſuſcitare præſumunt, ſilentium imponentes, & memoratam electionem tam concorditer celebratam, & confirmatam ſollemniter approbantes,eidem faceremus electo munus cõſecrationis impendi ; multor. ſuper hoc non ſolum Abbatum, & capellanorum ciuitatis, & diœceſis Morin.ſed etiam alior.presbyterorũ nobis litteris præſentatis,qui ſuper pręmiſsis omnibus teſtimonium perhibentes,electum ipſum de litteratura,diſcretione,ac honeſtate reddiderunt apud nos multipliciter commendatum.quin immo & elector.ipſorũ ſuper hoc nobis litteras optulerunt , quibus erat litterarum illarum de verbo ad verbum, ſicut iidem aſſerunt electores,tenor inſertus, quæ de poteſtate ipſis tradita iuxta præmiſſam formam confictæ in capitulo fuerant,& ſigillo capituli ſigillatę. Verum ſupradictus B. qui contra electum venerat memoratum, propoſuit ex aduerſo, quod in ſupradictos tres ſub hac forma iuramento pręſtito fuerit eligendi conceſſa poteſtas; vt capitulum eum recipere teneretur, quem illi tres ab omnib. vel maiori, & ſaniori parte de gremio ipſius eccleſiæ nominatum eligerent in paſtorem. Electores ipſi terminos poteſtatis ſibi traditę non ſeruantes,prædictum Archidiaconũ eligere præſumpſerunt;quem pauci de capitulo

nominarant. Vnde canonici Morin. poſtmodum admirantes, qualiter Archidiaconus electus fuerat memoratus, cum plures eſſent in eadẽ eccleſia digniores, ſuper electionis proceſſu inuicem colloquendo, cœperunt fere omnes publice profiteri, quod nullatenus Archid. nominauerant ſupradictum, & reputantes ſe illuſos in hac parte, quod ſuper hoc factum fuerat, per eundem B. cui ſuas litteras teſtimoniales aſsignarunt, noſtro curauerunt Apoſtolatui reſerare. Qui coram nobis ſollicite poſtulauit, vt eadem electione caſſata faceremus ipſi eccleſię de perſona idonea canonice prouideri. Cũ omnes fere canonici Morin. ſicut aſſeruit, ſint parati pręſtito iuramẽto firmare, quod præfatum Archid. nũquam in Epiſcopum nominarant, & legitime poſſet oſtendi, quod iuxta præmiſſam formam ſupradictis tribus collata fuerit auctoritas eligendi; vt videlicet de gremio eccleſię illius eligerent, in quam omnes, vel maior, & ſanior pars capituli conſentirent; aſſerens idem B. ſe nihilominus probaturum, quod ſæpe dictus electus pateretur in ætate defectũ. Nos vero his, & alijs, quæ fuerunt hinc inde propoſita coram nobis, diligenter auditis, quod res perniciosa eſſet exemplo, ſi per ſurreptionis aſtutiam quis aſcenderet ad apicem dignitâtis, de con. f. n. ita duximus prouidendũ, vt præſtito a contradictoribus iuramento, quod ipſi contra præfatum electum malitioſe nõ moueant huiuſmodi quæſtionem; prædicti tres electores iuramenti vinculo aſtringantur dicere veritatem; quot ex canonicis, examinationis tẽpore in præfatum Archid. conuenerunt; etſi tres ſimul, aut duo ſaltem ex ipſis iurati dixerint, maiorem canonicorum partem in ipſum Archidiaconum conueniſſe; vos contradictoribus ſilentium imponatis, cum contra hoc eorũ eſſet probatio inſufficiens; eo quod singuli eſſent in ſuis teſtimonijs ſingulares. Si vero per eorum depoſitiones conſtiterit ſępe dictum Archid. extitiſſe a paucioribus nominatum: tunc demum ſollicite audiatis, quod vtraq. pars propoſuerit, ad probandum formam, ſecundum quam eligendi poteſtas præfatus tribus electoribus aſſeritur fuiſſe conceſſa: etſi fuerit ſufficienter oſtenſum, quod illum de gremio eccleſiæ, ſecũdum formam ſibi datam, debebant eligere; in quem omnes, vel maior, & ſanior pars capituli cõuenirent: vos electiõnem ipſius Archid. omnino caſſetis, & faciatis eccleſiæ Morinen. per electionẽ canonicam de perſona idonea in Pontificem prouideri; alioquin, quod de ipſa factum eſt, ratum habentes, contradictores ab eius impetitione per cen. ecc. ap. re. compeſcatis; præfatum B. præbenda Morin. eccleſiæ ſpoliantes, qui ſe ad hanc pœnam, ſi forſan in probatione defecerit, obligauit; non obſtante, quod ſuper ætatis defectu obiectum eſt contra illum, cũ idem canonicus huic obiectioni nõ multum inſtiterit, & ſuper hoc a metropol. fuerit iudicatum; cuius ſententia in rem tranſijt iudicata, cum infra decendium non fuerit legitima prouocatione ſuſpenſa.

Idem Epiſcopo Baiocẽn. *Cap. 18.*

CVM in iure peritus exiſtas, & copiam habeas peritorum, non poſſumus non mirari, c.33.a. quod ſuper quibuſdã iuris articulis nos cõſulere voluiſti, qui nihil, aut modicũ dubitationis cõtinere noſcũtur. Primus ſiquidẽ tuæ cõſultationis articulus cõtinebat; quod cuiuſdã eccleſię Decano defũcto, eiuſdẽ loci capitulũ ſub hac forma in ſeptẽ ex ipſis canonicis cõpromiſit, vt illum, quem ex ſe, vel ex alijs de gremio ipſius eccleſiæ omnes pariter, vel maior eorum pars eligerent, idem capitulum reciperet in Decanum. Verum cũ vnus ex illis vij. a tribus ipſorum, & alius, qui non erat de numero eorundem, a tribus alijs in Decanũ fuerint nominati; a nobis tua fraternitas requiſiuit, vter eorum aſſumi debeat a capitulo in Decanum. ſuper quo taliter reſpondemus, quod is, qui de numero vij. a tribus eorum dinoſcitur nominatus, iuxta compromiſsi tenorem debet in Decanum aſſumi, dũmodo electioni de ſe factæ conſentiat, & aliquod canonicum non obſiſtat.

Idem Duci Laringiæ. *Cap. 19.*

VEN. f. n. Saleſburgen. Archiepiſcopũ, c.34.e. & dil. fi. Abbatem de Sal. & nobilem virum Marchionem Orientalem quorundam Principum nuntios ad ſedem Apoſtolicam deſtinatos benigne recepimus, & eis beniuolã duximus audientiam indulgendã. Litteras quoque, quas per eos quidam nobis Principes deſtinarunt, diligenter perlegi fecimus, & quæ continebantur in eis, notauimus vniuerſa. Inter cetera vero quæ dicti Principes per eaſdẽ nobis litteras intimarunt, hac præcipue obiectione ſunt vſi dicentes, quod ve. f. n. Prænestinus Epiſcopus Ap. ſe. Le. aut electoris geſſit, aut cognitoris perſonã: ſi electoris, in alienam meſſem miſerat falcem ſuam, & electioni ſe ingerens Principum derogauerat dignitati; ſi cognitoris, abſente altera partium videtur perperam proceſsiſſe, cũ citata nõ fuerit,

& ideo non debuerit contumax iudicari. Verum nos, qui ſecundum Apoſtolicæ ſeruitutis officium, ſumus ſingulis in iuſtitia debitores, ſicut iuſtitiam noſtram ab alijs nolumus vſurpari, ſic ius Principum nobis nolumus vindicare. Vnde illis Principib. ius, & poteſtatem eligendi Regem in Imp. poſtmodum promouendum, cognoſcimus, vt debemus, ad quos de iure, ac antiqua conſuetudine noſcitur pertinere: præſertim cum ad eos ius, & poſteſtas huiuſmodi ab Ap. ſe. peruenerit, quæ Rom. imperium in perſona mag. Karoli a Græcis tranſtulit in Germanos. ſed Principes recognoſcere debent, & vtique recognoſcunt, ſicut idem in noſtra recognouerunt pręſentia, quod ius, & auctoritas examinandi perſonam electam in Regem, & promouendum ad imperium, ad nos ſpectat, qui eam inungimus, conſecramus, & coronamus. Eſt enim regulariter ac generaliter obſeruatum, vt ad eum examinatio perſonæ pertineat, ad quem impoſitio manus ſpectat. Numquid n. ſi Principes nō ſolum in diſcordia, ſed etiam in concordia ſacrilegum quemcumq. vel excommunicatum in Regem, tyrannum, vel fatuum, hęreticum elegerint, aut paganum; nos inungere, conſecrare, aut coronare hominem huiuſmodi debemus? abſit omnino. Obiectioni ergo Principum reſpondentes aſſerimus, quod Legatus noſter Epiſcopus Præne ſtinus approbando kariſsimum in Chriſto fi. n. Regem Othonem, & reprobando Philippum Ducem Suauiæ, nec electoris geſsit perſonam, iuxta quod nobis per litteras ſuas quidā Principū opponebant; vtpote qui nec fecit aliquem eligi, nec elegit, & ſic electioni ſe nequaquam ingeſsit; nec cognitoris perſonā exhibuit, cum neutrius electionem quo ad factum eligentium cōfirmandam duxit, aut etiam infirmandam; & ſic ius ſibi Principum nullatenus vſurpauit, aut venit contra illud. exercuit autem denuntiatoris officium, quia perſonam Ducis eiuſdem denuntiauit non idoneam quo ad imperium optinendum, nō tam propter ſtudia eligentium, quam propter merita electorum, quamuis plures ex illis, qui eligendi Regem in Imp. promouendū de iure, ac cōſuetudine optinent poteſtatem, conſenſiſſe perhibeantur in ipſum Regem O. & ex eo quod fautores Ph. abſentib. alijs, & contemptis ipſum eligere pręſumpſerunt, pateat eos perperam proceſsiſſe; cum exploratı ſit iuris, quod electioni plus contemptus vnius, quam cōtradictio multorum obſiſtat; vnde priuilegium meruerunt amittere, qui permiſſa ſibi abuſi ſunt poteſtate; videri nō immerito poteſt, quod iniuria huiuſmodi non obſtante ceteri vti poterant iure ſuo. & quoniam Dux prædictus nec vbi debuit, nec a quo debuit, coronam, & vnctionem accepit; memoratus vero Rex, & vbi debuit, videlicet Aquiſgrani, & a quo debuit, ſ. a ve. f. n. Colonieñ. Archiepiſcopo recepit vtrūque. Nos vtique non Ph. ſed O. reputamus, & nominamus Regem, iuſtitia exigente. In reprobatione vero præfati Ph. Ducis Suauiæ propter manifeſta impedimenta perſonæ non accuſatione, ſed condemnatione indigent manifeſta. Quod autem cum in electione vota Principum diuiduntur, poſt admonitionem, & expectationem alteri partium fauere poſsimus, maxime poſtquam a nobis vnctio, conſecratio, & coronatio poſtulantur; ſicut vtraque pars a nobis multotiens poſtulauit, ex iure patet pariter, & exemplo. nūquam † enim ſi Principes admoniti, & expectati, vel non potuerint, vel noluerint conuenire, Ap. ſe. aduocato, & defenſore carebit, eorumque culpa ipſi redundabit in pœnam. ſicut autem Principes, & tua nobilitas non ignorat, quod cum Lotharius, & Corradus in diſcordia fuiſſent electi, Rom. Pont. Loth. coronauit, & imperium optinuit coronatus, eodem Conrado tunc demum ad eius gratiam redeunte. Nos ergo per nūtios Principum me. eos duximus commonendos, vt ſicut nos a iuris ipſorū ceſſamus iniuria, ſic ipſi contra ius noſtrum ſene quaquam iniurioſos oſtendant, ſed a præfato Duce iuſto quidem a nobis iudicio reprobato recedant, & pręfato Regi O. non abnuant adhęrere, niſi tunc demum contra perſonam, vel factum legitimum aliquid ab eis obiectū fuerit, & oſtenſum. ſunt enim notoria impedimenta Ducis Suauiæ: ſ. excōmunicatio publica, periuriū manifeſtū, & perſecutio diuulgata, quam progenitores eius, & ipſe præſumpſerunt in Ap. ſe. & alias eccleſias exercere. Fuit enim a bonæ me. G. † Papa prędeceſſore noſtro propter inuaſionem, & deuaſtationem patrimonij beati P. commonitione ſæpe præmiſſa publice, ac ſollemniter excommunionis vinculo innoda tus, cum in Tuſcia moraretur; quod ipſe poſtmodum recognouit, dum per nuntium ſuum ab ipſo p̄. n. abſolutionis beneficium poſtulauit: & poſtmodum A. tunc Sutrino Epiſcopo, quem cum

† Numquid Greg. 9

† C. ſtrto

Ab-

Abbate ſancti Anaſtaſij pro liberatione ve.
f.n. Saliſniter. Archiepiſcopi nos in Theuto-
niam miſeramus, contra formam mandati
noſtri de facto ſolummodo, quia de iure nō
potuit, poſt ſuam electionem apud Warma-
tiā occulte ſe fecit abſolui. Vnde patet, quod
fuit excōmunicatus electus, & videtur non
immerito, quod adhuc ſit ex eadem cauſa ex
communionis ſententia innodatus, cū præ-
dictus Epiſcopus eū auctoritate ſua nō poſ-
ſet abſoluere; auctoritate vero noſtræ delega
tionis, nec plus, nec aliter liceret hoc ipſi, quā
quod ei fuerit ab Ap. ſe. cōceſſum. ex eo etiā
excommunionis ſententiæ ſubiacere credi-
tur manifeſte, quod cum perfidus Marcoal-
dus Dei, & eccleſiæ inimicus cum vniuerſis
fautorib. tam Theutonicis, quā Latinis excō
munionis vulgatę vinculis, ſuę iniquitatis me
ritis ſit aſtrictus, ſicut iā vobis per litteras no-
ſtras directas per P. iudicē Placeñ. ipſius Phi.
nuntiū intimaſſe meminimus, quas ad ipſius
Phi. audientiam credimus perueniſſe; nihilo-
minus, quamuis id non tantum ex relatione
ipſius iudicis, ſed etiam per publicam famam
ad notitiam eius deuenerit, eidem excōmuni-
cato non ſolum cōmunicat, ſed eum in mali-
tia ſua fouet, & per nūtios, & litteras ſuas exa
cuit furorem ipſius, vt Kariſſimū in Chriſto
fi. n. F. Siciliæ Regem Illu. nepotem eius, quē
iam hereditate paterna priuauit, adhuc pri-
uet poſſeſsione materna. Idem etiam contra
proprium iuramentum, ſuper quo nec con-
ſilium a ſe. Ap. requiſiuit, ambitionis vitio re
gnum ſibi vſurpare præſumpſit, non aliunt
cauſa neceſsitatis in Regē eligere, quod vtrū-
que † tolerabilius videretur, cū ſuper illo iu-
ramento ſe. Ap. prius conſuli debuiſſet, ſicut
& eam quidam conſuluere prudenter, apud
quam ex inſtitutione diuina plenitudo reſi-
det poteſtatis. Nec valet ad plenam excuſa-
tionem ipſius, ſi iuramentum illud dicatur il-
licitum, cum nihilominus ſuper eo nos prius
conſulere debuiſſet; quam contra ipſum pro
pria temeritate venire, illo præſenti † exēplo,
quod cum Gabaonitæ a filijs Iſraël per frau
dem ſurripuerint iuramentum, ipſi tamen co
gnita fraude noluerunt cōtra illud ſua teme-
ritate venire. Vtrum vero dictum iuramentū
licitum ſit, an illicitum, & ideo ſeruandum,
aut non ſeruandum extiterit, nemo ſanę mē
tis ignorat, ad noſtrum iudicium pertinere.
Quod autem Ph. de genere perſecutorū exi-
ſtat: Principes non credimus dubitare; cum
Henricus, qui primus imperium hoc de genē
re accepit, Paſch. PP. prędec. n. cum Epiſco-
pis, & Car. multis Romanorum præſumpſe-
rit captiuare. Fredericus vero pater ipſius Ph.
contra fel. re. PP. A. præ. n. longo tempore
ſchiſma fouit. Henricus frater ipſius Ph. qua
liter ſe habuit circa interfectores ſanctę Ma. †
A. Leodieñ. Epiſcopi, quem ipſe prius coē-
gerat exulare, ac Corradum, qui Hoſtieñ. Epi
ſcopū ceperat, ſatis noſtis, qui, & qualiter ve.
f. n. Auximanum Epiſcopum alapis cędi fe-
cerit, & pilos de barba eius auelli, & tractari
eū in plurib. inhoneſte; qualiter quoq. quoſ-
dam familiares eccleſiæ Rom. naſo fecerit
mutilari; qualiter prædictum Salernitanum
Archiepiſcopum captiuauerat, & quoſdam
viros eccleſiaſticos flāmis torreri fecerit; quoſ
dam vero viros in mare ſubmergi: ad tuam,
& aliorum Principum credimus audientiam
perueniſſe. Inſuper ſi prædictus Dux, quod
abſit, imperium obtineret, libertas principū
in electione periret: imperij obtinendi dece-
tero ceteris fiducia tolleretur. Nam ſi prout
olim Fredericus Corrado, vel Henricus poſt
modum Frederico, ſic nunc vel Fredericus
Ph. vel Phi. Henrico ſuccederet; videretur im
perium non ex electione, ſed ex ſucceſsione
deberi. Præterea cum multi Principum ex im
perio æque ſint nobiles, & potentes, in eorū
pręiudicium redundaret, ſi non niſi de domo
Ducum Sueuię videretur aliquis ad imperiū
aſſumendus. Cū ergo nos flecti a noſtro pro-
poſito, nulla penitus occaſione poſſumus; ſed
in eo potius firmiſsime perſiſtamus; & tu no
bis ſępe per litteras tuas duxeris ſuggerendū,
vt eidem Duci nullatenus faueremus: nob.
tuam admo. & exhor. in domino, & per A. ſ.
m. qua ſicut de gratia noſtra confidis, & nos
de tua deuotione ſperamus; decetero a præ-
fato Duce Ph. recedas omnino, non obſtante
iuramento, ſi quod ei ratione regni feciſti, cū
eo quantum ad optinendum imperium repro
bato, iuramentum huiſmodi non debeat ob-
ſeruari: prædicto vero Regi O. quem nos cō
cedente domino ad coronam imperij diſpo-
nimus euocare, patenter adhæreas, & potens-
ter; vt cum ei ad cōmonitionem noſtram ad-
hæſeris; inter primos gratiam, & beniuolen-
tiā eius optinere præcipue merearis, ad quod
pro tuæ nobilitatis honore dabimus operam
efficacem.

DE AVCTORITATE, ET VSV pallij. Tit. vij.

Idem O. tt. ſancti Laurentij in Lucina preſbytero Card. A. Ap. ſ. Legato. Cap. I.

De auct. & vſu pal. c.1.

NISI ſpecialis illa dilectio. & infra. Sane ſi poſtulatio ve. f. Troianeñ. Epiſcopi regni Siciliæ Cancellarij ad Panormitañ. eccleſiam fuiſſet per nos etiam approbata, non tamen deberet ſe Archiepiſcopum appellare, priuſquam a nobis palliũ ſuſcepiſſet, in quo Põtificalis officij plenitudo, cum Archiepiſcopalis nominis appellatione cõfertur. tu ergo ſicut vir prouidus, & diſcretus, quod factum eſt, ſic ſtudeas palliare, vt id in confeſsionem tuam, & Ap. ſe. obproprium non redundet. quoniam ſi oporteat, vt vel nos in hoc facto confuſionis obproprium incurramus, vel tu ex hoc negotio cõfundaris: eligemus te potius confundi, quam lædamus ſe. Ap. dignitatem.

Idem. *Cap. 2.*

c. 4. e.

AD honorem Dei. & infra. Sane ſolus Rom. Pont. in miſſarũ ſollemnijs pallio ſemper vtitur, & vbiq. quando aſſumptus eſt in plenitudinem eccleſiaſticæ poteſtatis, quod per pallium figuratur, alij autem eo nec ſemper, nec vbiq. ſed in eccleſia ſua, in qua iuriſdictionem eccleſiaſticam acceperunt, certis debent vti diebus, quoniam vocati ſunt in partem ſollicitudinis, non in plenitudinem poteſtatis.

Idem Compoſtell. Archiepiſcopo. *Cap. 3.*

c. 5. e.

EX litterarum tuarum tenore accepimus, quod, cum fuerit in conceſsione pallij tibi dictum, vt ipſo infra tuam eccleſiam vtereris, & tibi tam de mandato regio, quam etiam pro eccleſiæ tuæ negotijs procurandis frequenter extra tuam prouinciam commoranti verecundum ſit abſq. pallio miniſtrare; cum cõſuetudo ſit talis, ſicut aſſeris, in Hiſpania generalis, quod Archiepiſcopi extra ſuas prouincias pallio indifferenter vtantur, vt extra tuam prouinciam vti pallio valeas, indulgeri tibi a ſe. Ap. poſtulaſti. licet autem vſus huiuſmodi ſit abuſus, & conſuetudo talis dicenda ſit potius corruptela, & ij grauiter offendere dinoſcantur, qui vtuntur pallijs extra ſuas prouincias abſq. licentia ſe. Ap. ſpecialis nos tamen in hac parte volentes fraternitati tuæ gratiam facere ſpecialem; auctoritate tibi præſentium indulgemus, vt ſi quando neceſſitate aliqua pręperditus, ad eccleſiam tibi ſubiectam accedere forte nequiueris, pro conſecrandis ſuffraganeis tuis, vel clericis ordinandis, & ad eccleſiam alienam propter hoc te cõtigerit declinare, dummodo is, ad quem eccleſia pertinet, id permittat, vtẽdi pallio in iam dictis caſibus liberam habeas facultatem.

DE RENVNTIATIONE. Tit. viij.

Idem Nidronieñ. Archiepiſcopo. *Cap. 1.*

De renũ. c. 8.

QVOD in dubijs. & infra. Ij prę terea, qui beneficium eccleſiaſticum ſibi collatum ſponte in manum laicam reſignantes, illud denuo a laico ſuſceperunt, eodem ſunt beneficio ſpoliandi, licet reſignatio taliũ laico facta nullam optineat firmitatem.

Idem Eboraceñ. Archiepiſcopo. *Cap. 2.*

c. 9. e.

AD ſupplicationem inſtantem ve. f. n. Archiepiſcopi Raguſinen. eum a cura, & ſollicitudine, qua tenebatur, eccleſiæ Raguſineñ. duximus abſoluendum, eo videlicet, quod ibi non poterat ſecure morari, etſi acceſſum haberet ad illam, mortis ſibi periculum imminebat. & infra. Ne vero idem Archiepiſcopus in vituperium miniſterij noſtri defectum in rebus temporalibus patiatur: f. t. mo. attentius, ac per A. s. m. qua. de munificentia, & liberalitate kariſsimi in Chriſto fi. n. L. Regis Anglorum Illu. ac conceſsione tua in Epiſcopatu Karleoli, & eccleſia de Malebor. eſt illi collatum, ad ſuſtentationem conſerues ipſius. Nos etenim de ſedis Ap. benignitate conceſſimus, vt in Epiſcopatu abſq. vſu pallij officium Epiſcopale valeat exercere; tibi tamquã metropolitano reuerentiam, & obedientiam inpenſurus.

Idem Conuentui, & Abbati ſancti Saluatoris de Teleſio. *Cap. 3.*

Non põnitur.

CAVSAM, quæ inter P. quondam Abbatem veſtrum ex vna parte, & vos ex altera vertebatur; ve. f. n. Beneuentano Archiepiſcopo, & Epiſcopo Teleſino, & di. fi. Priori ſancti Andreæ recolimus cõmiſiſſe; ſed Epiſcopo ipſo propter ægritudinem excuſato, dicto Archiepiſcopo vices ſuas propter emergentia negotia di. fi. Beneuẽtano Primicerio cõmittente, cum præfatus Prior, & Primicerius controuerſiam vellent ſeruato iuris ordine pertractare: tandem, ſicut accepimus, factum eſt de conſenſu partium, quod Abbas ſponte renũtiauit Abbatiæ, etſi placeret nobis, in vno caſali ſibi monachi prouiderent. Nos igitur attendentes, quod cuilibet licet abrenuntiare ijs, quæ pro ſe introducta ſunt, ratam reſignationem eius habentes, eligendi paſtorem facultatem liberam tribuimus.

Idem Archiepiſcopo Calaritañ. *Cap. 4.*

Niſi

c.10.e. NISI cum pridem in officio paſtorali ad diuinum ſeruitium acceſsiſti, pręparaſſe te ad temptationes animum crederemus, ac pręuidiſſe prudenter, nequaquam in humana fragilitate conſentire varios anguſtiarum langores, quos in ipſo ſciebas officio perpeſſurum non poſſe abſq. magno Dei adiutorio ſuſtinere; formidaremus vtiq. ne paruulos tuos poſtmodum ad petram allidere neglexiſſes, eoſq. tantum in te permiſeris inualeſcere, vt ipſorum ſuggerentium tibi ſuſcepti miniſterij ceſsionem inſtantiæ vix iam valeas repugnare. Verum, quoniam, ſicut credimus, cum te ſcires contra ſpirituales nequitias pugnaturũ, armaturam Dei, qua poſſes ſtare contra inſidias temptatoris, ab Apoſtolo monitus induiſti, & inexpertus non ignoraſti ſollicitudinis anguſtias paſtoralis, quas forſitan expertus abhorres: neſcimus, cur tam inſtanter ſuſceptum velis regimen inutiliter derelinquere; quod ſuſceptũ vtiliter non deberes vſquequaq. irritare. ſi enim in huiuſmodi ceſsione frugem tibi melioris vitæ promittis, ſcire te debes non eſſe ſanctificato in vtero ſanctiorem, & ideo non oportet te prædicationis deſerere miniſterium; cum ille, cuius fieri baiulus recuſabat, tandem prædicando receperit verbum Dei. Quod ſi forſan humilitatis cauſa de culmine quæris Pontificali deſcendere, ac cõtra superni nutus arbitrium datum tibi per illud in terris te deſerere præſulatum; eo ipſo videris humilitatis erigere male verticẽ, quo te nimis in reſignandi propoſito exhibes pertinacem, quia tunc in te veram humilitatem cuſtodies, cum & per eam locum ſublimem fugies, & per obedientiam nõ dimittes. Intueri te itaq. v. f. n. in Chſo volumus, quod hæc ſunt illa, per quæ cedendi Epiſcopus officio paſtorali licentiam poſtulare poteſt: conſciẽtia criminum, debilitas corporis, defectus ſciẽtię, malitia plebis, irregularitaſq. perſonæ. ſed in his omnib. eſt adhibenda diſcretio, & obſeruanda cautela. Propter conſcientiam n. criminus cedẽdi paſtorali officio poteſt licentia poſtulari, & forſitan nõ cuiuſlibet, ſed dũtaxat illius, propter quod ipſius officij executio poſt peractam etiam pœnitentiam impeditur. Cum enim quacumq. hora pec. conuerſu. omnium iniquitatum ſuarum non recordari ſe dominus fateatur: & neminẽ eſſe ſine peccato, ſacra ſcriptura teſtatur: apparet, quod non pro cuiuſlibet criminis conſcientia quẽquam cedere oporteat officio paſtorali. Cum, ſi omnes, quos arguit conſcientia cuiuſlibet culpæ, cederent; pauci, vel nulli forſitã in illo miniſterio remanerent. In multis enim offendimus omnes; & ſi dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt; quia miſericordia illum excuſat, qui miſerabiliter ſe excuſat. Debilitas vero corporis cauſa eſt, propter quam petere poteſt aliquis ab honore ſollicitudinis paſtoralis abſolui, quę videlicet, vel ex infirmitate, vel ex ſenectute procedit; nec tamen omnes, ſed illa ſolummodo, per quam inpotens redditur ad exequendum officium paſtorale. Nã ſi pro qualibet corporali debilitate ſuſceptæ ſeruitutis officium poſſet deſeri, fruſtra ſe fateretur Apoſtolus in ſuis infirmitatibus gloriari, & ſenectute grauatus a cura ſe nõ debet quiſpiam omnino paſtoralis regiminis excuſare; cum interdum non plus hortetur ſenilis debilitas eum cedere, quẽ moralis maturitas, quæ in ſenibus eſſe ſolet, ipſum in ſuo ſuadet officio permanere. pro talibus n. de ſe dicit Apoſtolus; cum infirmor, tunc fortior ſum: quia nonnumquam infirmitas corporis fortitudinẽ cordis augmẽtat. Pro defectu quoq. ſcientiæ plerumq. poteſt quis paſtoralis officij petere ceſsionem; quia cum ipſa circa ſpiritualium adminiſtrationem ſit potiſsimum neceſſaria; & circa curam temporalium opportuna: Præſul, qui commiſſam ſibi debet eccleſiam regere, in vtriſq. ſalubrius eius regimini abrenuntiat; ſi ſcientiam, in qua ipſam regat, ignorat. quoniam, cum ſubiectos docere habeat, quid facere debeant, quid cauere, nec bene docebit eos, quod neſcierit ipſe fugere, nec illud, quod ignorauerit, exercere. Tu enim inquit dominus, ſcientiam repuliſti; & ego te repellam, ne ſacerdotio fungaris mihi. quamquam, & ſi deſideranda ſit eminens ſcientia in paſtore, in eo tamen ſit competens toleranda; quia ſecundũ Apoſtolum ſcientia inflat, caritas autem ædificat. & ideo inperfectum ſcientiæ ſupplere poteſt perfectio caritatis. Propter malitiam quoq. plebis cogitur interdum prælatus ab ipſius regimine declinare, & quando plebs adeo duræ ceruicis exiſtit, & in rebellione ſua ita pertinax inuenitur; vt proficere nequeat apud ipſam, ſed propter eius duritiam; quo magis ſatagit, eo magis iuſto iudicio deficere permittitur, dicente domino per prophetam; linguam tuam adhærere faciam palato tuo, quia domus exaſperans eſt: & Apoſtoli dixiſſe leguntur Iudæis; ecce conuertimur ad gentes, quia vos feciſtis indignos. non tamen pro qualibet culpa paſtor

debet deſerere gregem ſuum, ne forte mercenario comparetur, qui videt lupum venientem, & fugit; ſed de ſuperioris licentia tunc demum poteſt non tam timide fugere, quam prouide declinare: cum oues conuertuntur in lupos, & qui debuerant humiliter obedire, rã irreuocabiliter contradicunt. cum etſi tales ſint grauiter pro crimine puniendi; ſunt tamen pro tempore vtiliter tolerandi; quia ſanguinem elicit, qui nimis emungit. Et pro graui quoq. ſcandalo euitando, cum aliter ſedari non poteſt; licet Epiſcopo petere ceſsionem; ne plus temporalem honorem, quam æternam videatur affectare ſalutẽ; memor illius, quod dicit Apoſtolus. Si eſca ſcandalizauit fratrem tuum, non manducabo carnem in æternum; ne fratrem tuum ſcandalizem. ſed inter ſcandalum, & ſcandalum eſt ſubtiliter diſtinguendũ, ſicut dominus ipſe diſtinguit. qui cum dixiſſent Apoſtoli; ſcis, quia Phariſæi audito hoc verbo ſcandalizantur: reſpondit; ſinite, cęci ſunt, duces cęcorum. alibi vero dicit, qui ſcandalizauerit vnũ de puſillis iſtis, qui in me credunt, expedit ei, vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius, & demergatur in profundum. nam ſi neceſſe fuerit, vt ſcãdala veniant, vę tamen homini illi, per quem ſcandalum venit. Perſonæ vero irregularitas, vt ſi forte ſit bigamus, viduæq. maritus, eſt cauſa, propter quam licentiam petere poteſt aliquis reſignandi Pontificis dignitatem Apoſtolo atteſtante; qui dicit: oportet Epiſcopum eſſe vnius vxoris virum; non tamen propter quãlibet irregularitatem perſonæ debet ei, qui regulariter miniſtrauit, cedendi licentia indulgeri, vt pote ſi de legitimo matrimonio non ſit natus. quia licet irregularitatem huiuſmodi non poterit ſubticere, ſi tamen & culpa latet, & cauſa; cum eo, qui laudabiliter ſuum impleuit officium, iniuncta ſibi pænitentia competenti poteſt non minus vtiliter, quam miſericorditer diſpenſari. Ego ſum, inquit, Deus zelotes viſitans peccata patrum in filios vſq. in tertiam, & quartam generationem, in ijs, qui oderunt me: i. in illis, qui contra me paternum odium imitantur. Vnde patet, quod illi, qui paterna vitia non ſequuntur, propriæ poſſunt in talibus ſuffragari virtutes, illo diſcretionis adhibito moderamine, vt inter nothos, mãzeres, naturales, & ſpurios diſtinguatur. Cum autem vitia plerumque ſe virtutes eſſe mentiantur; ſubtiliter aduertere te oportet, vtrum reſignandi propoſitum, quod tam

feruenter geſtas in pectore, dignum ſit Dei odio, vel amore. ſi enim propter cauſam aliquam præmiſſarum cedere poſtulares, tam ſuper cauſa, quam ſuper eius affectu pariter doleremus. ſed ne prouidæ pietatis amictu ad reſignandum deteſtabilius impietas te impellat: conſiderare te volumus, & alias eſſe cauſas, per quas male quis petit, & peius appetit officium huiuſmodi reſignare. ſi enim ex puſillanimitate fortaſsis, vt laborem deponat, vel perſecutionem effugiat; aut ex vanitate, quod abſit, vt plenius vacet otijs, ſeu liberius indulgeat voluptatibus; curam vult aliquis deſerere paſtoralem; ab ea non meretur abſolui; quamuis per huiuſmodi vanitatem, tanquam qui mortaliter peccat, ea ſe reddat indignum: ſed ſatagere debet, vt vanitate depoſita ſatisfaciat de peccato. Aliam vero cedendi cauſam omnino credimus deteſtandam; ſi quis aut a Pontificali velit deſcendere dignitate, vt gloriam captet humanam, tanquam eligat abiectus eſſe in domo domini magis, quam habitare in tabernaculis peccatorum; vel vt mundanum non amittat fauorem, quẽ per hypocriſim acquiſiuit, ſiue quod eius ſimulatio reuelari iam incipit; ſiue quod feruor ipſius ex qualibet cauſa tepeſcat, nec vult videri, quod malus fuerit, aut quod fiat; & ideo ſub religionis prætextu ſuam vult contegere prauitatem, vt quaſi deſerens Martham, amplexetur Mariam, & Liæ faſtidiens lippitudinem, Rachelis pulchritudinem concupiſcat. Quid autem, ſi propterea velit cedere, quod tempore proſperitatis, arridente fortuna, viſus eſt laudabiliter miniſtrare; quoniam omnia ſibi proſpere ſuccedebant; ſed aduerſitatis tempore imminente veretur, ne ſi quolibet caſu ſiniſtra contingant, illius negligentiæ imputentur. Plane ſi propter hoc petit cedere, nautæ ſe poterat inprouido comparere, qui cum mari ſub tranquillitate iacente, cũ multo labore nauis exercuerit gubernaculum, ipſam tempore neceſsitatis deſerit, & deuenire patitur in profundum. Illam quoq. cedendi cauſam penitus deteſtamur, ſi forte cedere velit Epiſcopus, vt alter ſibi ſuccedat, vel obtentu pretij, vel affectu carnali, vel vt cum peior ſibi ſucceſſerit, ipſe velut optimus extollatur. Illud autem quaſi nefas reſpuimus, & damnamus, quod Epiſcopus propter occupationes mundanas, & ſollicitudines ſęculares non valeat ſine crimine pontificale officium exercere; cum multos ſanctos eccleſiæ

venerετur,qui ſpiritualia ſimul, & tempora-
lia miniſtrarunt. Verũtamen læua debet eſſe
ſub capite,& dextera in amplexu. Sed illud
te volumus aduertere diligenter,ne ſorte hoc
tuæ diſpoſitionis propoſitum effici velis ex
illis, de quibus dicitur per prophetam: filij
Effrem inten.ar.& mit.ſag.ſuas. cõuerſi ſunt
in die belli cum potius pro domo Iſraël mu-
rum te debeas opponere aſcendentib.ex ad-
uerſo; quia iuxta ſententiam veritatis, non
qui inceperit,ſed qui per.ſ.erit:cauens atten-
te,ne maculam in gloria tua ponas, non ſolũ
apud homines,ſed etiam apud Deum,quoniã
ſub hoc pallio tu non poteris occultare, ne
dum apud Deum, qui renes rimatur, & cor-
da;ſed nec etiam apud homines,qui ex veriſi
milibus coniecturis talia ſuſpicantur.illudq.
prudenter attendas, quod iuxta ſententiam
ſapientis,ſpiritus diſciplinæ effugiet fictum,
& auferet ſe a cogitationibus,quæ ſine intel-
lectu conſiſtunt. Si vero pro tuenda eccleſiæ
libertate difficultatis onus incurrere pertime
ſcis; non ideo deſerere debes preſulatus ho-
norem conſiderans diligenter, ne forte iuſto
iudicio tempteris ab illo,qui malorum eſt in-
temptator; vt probetur, vtrum ſatisfacere ve-
lis in eo, in quo deliquiſti: qui vero contem-
nit,aut negligit ſatisfacere pro delicto,theſau
rizat ſibi iram in die iræ, cum reuelabit do-
minus abſcondita tenebrarum. Ecce quidem
admonuimus te,vt te ipſum contempleris, in
ipſo tuam conſcientiam percunctanter agno
ſcas,ex qua cauſa cedendi licentiam poſtula-
res inportune. Nos enim nouit altiſsimus,
ignoramus,quare in cedendi propoſito per-
ſeueres;quoniam nec infirmitas corporis,nec
longæuitas temporis, nec defectus ſcientiæ,
nec malitia plebis, nec perſonæ irregularitas
te reddit ineptum; neque conſcientiã ſæui
criminis te fateris habere. Verum ſi propter
alias cauſas ceſsionem affectes,non eſt in hoc
poſtulanti fauendum,cum huiuſmodi poſtu-
latio videatur non eſſe diſcreta. quoniam vt
id tamquam notiſsimum omittamus, quod
otioſitas, & voluptas,arma ſunt hoſtis anti-
qui,ad miſeras animas captiuandas; propter
laboris anguſtias, aut perſecutionis incurſus
non debes deſerere ſponſam tuam, cui te fi-
de media copulaſti;ſciens quod beati ſunt illi,
qui perſecutionem patiuntur propter iuſti-
tiam, quoniam cum probati fuerint, accipi-
ent coronam vi. quam re. Deus di. ſe. ſed
dices,quod ſpiritus,vbi vult,ſpirat, & neſcis,
vnde veniat,aut quo vadat; & ideo non eſt,
qui poſsit vias illius ſpiritus perſcrutari; qui
vero ſpiritu Dei aguntur, non ſunt ſub lege,
quoniam vbi ſpiritus Dei,ibi libertas. quare
ſi cedendi tibi licentia ab homine data non
fuerit, nihilominus tamen cedes; quia data
eſt tibi cedendi poteſtas a Deo.Certe deſipis,
ſi ſic ſapis, nam quomodo ſpiritu Dei agun-
tur, qui contra ſpiritum Dei agunt. ſi enim
vera ſunt,quæ præmiſimus,inimo quia indu
bitanter ſunt vera;proculdubio contra ſpiri-
tum Dei agit,qui aliquid horum contra veri
tatem attemptat;quoniam ipſe eſt ſpiritus ve
ritatis. Porro ſi dicas,quod forſan eſt alia la-
tens cauſa, propter quam cedendi voluntas
tibi cęlitus inſpiratur;& nos ſiquidem reſpõ-
demus, Tu quomodo ſcis,quod talis inſpira-
tio ſit cęleſtis? nonne recolis,quod ille glorio-
ſus Pontifex dixerit, cum cœpiſſet viribus
corporis repente deſtitui? Domine ſi adhuc
populo tuo ſum neceſſarius,non recuſo labo
rem,fiat voluntas tua? illius exemplum ſecu
tus,qui dixerat: Cupio diſſolui, & eſſe cum
Chriſto;manere autem in carne neceſſarium
eſt propter vos.Quia igitur diuerſas tibi cau-
ſas ſub hac cauſa diſtinximus,& propter quã
earum cedere deſideres,ignoramus; te ipſum
tibi duximus cõmittendũ,vt de propriæ men
tis tribunali te iudicans,videas,ſi ſic poſsis re-
ſignandi deſiderio ſatisfacere:vt gregis tibi cõ
miſſi curam ſine culpa valeas declinare. ſi n.
cedendo proficere appetis, tibi ſoli profectui
tuo ſine dubio tantum ſubtrahis, quantum
quod impendere poteras alijs,non impendis.
quia tunc maiora animæ tuæ lucra cõquire-
res,cum ſine tua ſalute, ſalutem plurium pro
curares. potioris eſt enim meriti ſe cum Deo
quemquam lucri facere, quam ſalutem pro-
priam quærere ſine illis,quorum ſalus ad eius
curam noſcitur pertinere. Quippe ſi quantũ
cumq. virtutum flore refulgeas,& in te non
habeas caritatem,nihil comproberis habere,
ſub quo virtutis prætextu deponere quæris
onus ſollicitudinis paſtoralis; quod vix po-
teſt abſq. iactura deſeri caritatis. nulla ſiqui-
dem maior poterit eſſe caritas, quam vt ani-
mam ponat quis amicis pro ſuis. Cum au-
tem propter hanc te deceat animam tuam
pro ſubditis tuis ponere, nulla occaſio-
ne, dummodo proficere ipſis poſsis, etſi nõ
omnibus, tamen multis ab eorum regimine
te cõuenit excuſare.quoniã ſi laboris cauſam

 præten-

prætendis, exemplum te Apoſtoli ſubleuabit, qui ſuadet tibi laborem huiuſmodi non refugere, dum ſe aſſerit pro communi ſalute plus ceteris laboraſſe. quia licet non ſequatur ſemper laborem effectus, nihilominus tamen ipſe labor meritorius eſt apud Deum, iuxta quod legitur. Reddet Deus mercedem laborum ſanctorum ſuorum. Sed eſto, quod multum hactenus laboraueris, & bonum certamen certaueris, cum eodem Apoſtolo poſsis dicere tamen, vt corona tibi iuſtitiæ de reliquo reponatur, curſum te decet perfecti operis conſumare. quantumlibet enim in anguſtiar. laboribus, qui comitantur officium paſtorale, noctes tibi laborioſas enumeras, & tãquam fatigatus ceruus vmbram quietis affectes; quantumlibet inter viæ calores, anguſtiarum patriæ dilectione traharis, & velut emeritus mercenarius operis tui finẽ anxius præſtoleris: expedit tibi tamen virtutem in infirmitate perficere, ac pugnam tuam perſeuerãtia coronare. ſciensq. quod apud extraneum defixeris manum tuam, cum animas tibi cõmiſsi gregis in tuam animam ſuſcepiſti; non ſic debes tibi portum quietis appetere; vt nauigãtes hactenus tecum filios ſine remigis adiutorio patiaris in hoc mari magno, & ſpatioſo cũ timore naufragij fluctuare. nec putes, quod ideo Martha malam partem elegerit, quæ circa plurima ſatagebat, quia Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Quoniam illa magis licet ſit ſecura, iſta tamen magis eſt fructifera; & licet illa magis ſit ſuauis, iſta tamen magis eſt vtilis; cum in fecũditate ſobolis lippitudo Liæ, Rachelis pulchritudini ſit prælata; quamuis ſimul in vnũ, & contemplatiuus eſſe valeas, & actiuus, legiſlatoris exemplo, qui nunc aſcendebat in montem, vt ibi gloriam domini cum maiori cerneret libertate; nunc vero deſcendebat in caſtra, vt cum vtilitate neceſsitatibus populi prouideret. Quapropter facilius indulgetur, vt monachus ad præſulatum aſcendat, quam præſul ad monachatum deſcẽdat. Monemus ergo f.t. & exhortamur attentius per A. s.m. qua. illam vocem Dauidicę inprecationis abhorrens, tibiq. formidans eam per effectũ operis adaptari, quæ dies impij paucas fieri, vt Epiſcopatum eius alter accipiat, inprecatur; laborem paſtoralis regiminis non recuſes, iactans in domino tuum cogitatum, nihil cõtra voluntatem altiſsimi ſtatuas de te ipſo, qui cũ te viderit eſſe populo ſuo neceſſarium, forte graue ferret, cum ipſum a te contingeret eſſe neglectum, ac fortaſsis ad pedes ſuos cũ Maria ſperneret te recipere, qui ſibi apud te diuertendi ſperauiſſes cum Martha ſollicita miniſtrare. Illud quoq. te debet fortius in miniſtrãdi propoſito ſtabilire: quia cum hactenus in eccleſia tibi commiſſa laudabiliter miniſtrares, ſi quod abſit, alius te cedente minus vtilis aſſumeretur, ad ipſam quietem profecto non parum ab illa quiete, quam appetis, turbareris, cũ vbi bene tuum exercueras miniſterium, non abſq. dolore cerneres inutilis miniſtri defectum, fieretq. in tantum, vt in cõtemplationis arce tibi deperiſſe cognoſceres, quantum eccleſiæ, cui præſides, non ſine tua cõfuſione per te ſubtractũ eſſe videres. Quia vero tam per te, quam per nuntios, & litteras tuas, iam nimis in poſtulando cedendi licentiam inſtitiſti, ecce te tibi duximus relinquendum, vt diſtinctis tibi cauſis, propter quas cedere oporteat, vel non cedere; ſi propter aliquam cauſam vtilem, & honeſtam in huiuſmodi propoſito perſeueres, de licentia noſtra cedas; quod tamen graue nobis plurimũ eſſe noueris, & moleſtum: alioquin cedendi licentiam auctoritate Ap. tibi ſcias eſſe penitus interdictam. quoniam etſi pennas habeas, quib. ſatagas in ſolitudinem auolare; ita tamẽ aſtrictæ ſunt nexib. præceptorum, vt liberum nõ habeas abſq. noſtra permiſsione volatũ. quod ſi deniq. tua voluntas te impulerit ad volandum; volumus, & mandamus, vt noſtras litteras in audientia tui capituli facias recitari.

Idem H. Epiſcopo in Archiepiſcopum Rauennat. electo. *Cap. 5.*

POST tranſlationem tuam ad eccleſiam Rauennat. cum dil. fi. Præpoſitus, Canonici, Abbates, & Primicerij Fauentin. totuſq. ciuitatis clerus, ſicut per litteras eorundem accepimus, in dilectum fi. I. presbyterum Canonicum Fauent. liberam eligendi auctoritatem vnanimiter contuliſſent, ipſe ſancti S. gratia inuocata; dil. fi. I. ſancti Fridiani Lucañ. Canonicum olim Epiſcopum Sanxoñ. in Fauen. Epiſcopum poſtulandum elegit: per cuius ſollicitudinem circunſpectam, qui primo canonicus, & poſtea Prępoſitus in Fauent. eccleſia fuit laudabiliter conuerſatus, multiplicia ſperantur eidem eccleſiæ commoda profutura. Porro a dilect. fil. Sancti Fridiani Priore ſuper hoc requiſito, & optento conſenſu Præpoſitus, & alij ſupradicti poſtulationem eandem approbari a nobis humi- c. ii. e.

mi-

militer petierunt. Verum poſtulationi huiuſmodi videbatur concilij Conſtantinopol. capitulum prima facie obuiare. In quo ſtatutũ eſſe dinoſcitur; vt quicũq. de Põt. dignitate ad monachor. vitã, & pęnitentię locum deſcendebat, nequaquam vlterius ad Pontificatum reſurgat. Vnde contra dictum concilium, cũ ſit vnũ ex quattuor principalibus, quæ ſicut quattuor euangelia catholica eccleſia veneratur, nullatenus videbatur eadem poſtulatio admittenda. Ceterum ſpeciales quidam caſus inueniuntur, in quibus prædicto concilio non obſtante is, qui vitam monachalem elegit, licite rurſum poteſt ad Epiſcopatum aſſumi. ſi enim quiſquam perſecutoris rabie ſæuiente, vel præpediente in valitudine corporis, cum proficere nequeat in regimine paſtorali, de ſuperioris auctoritate ad monaſticam vitam deſcendat, perſecutionis, vel ægritudinis impedimento ceſſante ad Epiſcopalem reſurgere poterit dignitatem. Item ſi quis propter litteraturæ defectum, ne tamquam cæcus cæco ducatum præbeat, locum regiminis auctoritate Ap. deſerendo, ad otium ſe cõtulerit monachale, ac per exercitium lectionis, ſcientiæ repererit margaritam: proculdubio poterit denuo vocatus ad cathedram reaſcendere paſtoralem. Rurſus ſi quis cupiditate parentum, eo tamen penitus ignorãte, fuerit Epiſcopatum adeptus, & hoc comperto Epiſcopatum ipſum de licentia ſuperioris dimittens, obſeruantiam elegerit regularem, etſi ad Epiſcopatum eundem redire poſtmodũ nequeat iuxta canonicas ſanctiones; ad alium tamen licite poterit reaſſumi. Quamquã autem in his, & conſimilibus caſibus is, qui Epiſcopatu dimiſſo monaſticam vitam elegit, reſurgere valeat ad officium paſtorale; nihil tamen in his caſibus contra pręſcriptum intelligitur concilium attemptari; quod in eo loquitur caſu, cum propter aliquod crimen Epiſcopatum quis deſerens ad vitam monaſticã pęnitentię cauſa deſcendit. Vnde quidam in eo caſu loqui dixerunt capitulum ſupradictum, cum quis pro crimine, de quo cõuictus fuerat, vel confeſſus, ab Epiſcopali dignitate depoſitus in monaſterio extitit ad pęnitentiã agendam incluſus; vel cum aliquis propter graue crimen, pro quo Epiſcopatum retinens pęnitentiam digne agere non valebat, cedendi optenta licẽtia vitam monachalem elegit. alijs aſſerentibus ſic intelligendum eſſe præſcriptum capitulum, vt per ſe reſurgere nequeat, ideſt repetere quaſi debitum, quod tali modo dimiſit, quamquam eligi poſsit, præſertim ſi locum tantum, & non ordinem reſignauit. Cum ergo nobis plene conſtare nequiuerit, ob quam cauſam prædictus L. olim Epiſcopatui ceſſerit, cum in veſtris litteris ſuper hoc tranſmiſsis eidem hoc ſolummodo exprimatur, quod nos litteris ſuper ſua reſignatione receptis eius propoſitũ in domino commendantes, quod temporali honori ſalutem animæ proponebat, eundem abſoluimus ab onere ſollicitudinis paſtoralis, quam quam per quendam S. Fridiani canonicum, nobis nuperrime ſit ſuggeſtum; quod id circo dictus L. cedendi licentiam poſtulabat, quod ad notitiam eius peruenerat, quod quidã parentes ipſius, vt eligeretur in Epiſcopum, quædam dederant, licet paucaſ. t. p̃. auct. m. qua. ſuper his diligentiſsime veritate inquiſita, ſi tibi conſtiterit, quod propter aliquam ex pręmiſsis cauſis, ſeu conſimulib. idem L. Epiſcopatui ceſſerit memorato, tu auctoritate noſtra; ſub cuius. con. & ap. ob. dũmodo neceſsitas, vel vtilitas id expoſcat, licentiam ei tribuas accedendi ad regimen eccleſiæ Fauent. maxime ſi veritate ſubnititur; quod tam præfati Præpoſitus, & canonici Fauẽn. quam Prior, & capitulum ſancti Fridiani nobis ſuis litteris expreſſerunt, quod videlicet dictus L. loco tantũmodo ceſſerit, & non ordini, vel etiã dignitati. Tunc enim eſſet vehementiſsime pręſumendum, quod nõ propter crimen ab ipſo cõmiſſum cauſa pęnitentiæ peragẽdę ad vitã migrauerit regularem, præſertim cum Ap. ſe poſt ceſsionem multo minus, quam ante permiſiſſet, eidem tali crimine irretito in Pont. ordine miniſtrare. Alioquin cum durum nimis exiſteret, contra tam ſollenne cõcilium, huiuſmodi poſtulationem admittere, Præpoſito, & canonicis memoratis iniungas, vt aliã perſonam idoneam ſibi eligant in paſtorem.

De reg. o. ti. c. 10.

c. 11. e.

DE TEMPORIBVS ORDINATIONUM, & qualitate ordinandorum, & ordine præficiendor. Tit. ix.

Idem. Cap. 1.

Non ponitur.

EX parte tua fuit propoſitũ corã nobis, quod quidam presbyteri Gręci pariter, ac Latini a Græcis Epiſcopis abſq. vnctione manuũ ſe faciunt ordinari; & ſimul accipiunt omnes ordines extra quattuor tẽpora contra canonicas ſanctiones. Cũ igitur huiuſmodi præſumptio ſit ſagaciter extirpãda; di. tuæ per A. s. m. qua. huiuſmodi presbyteros tuæ diœceſis ab executione ordinis ſic ſuſcepti ap. re. noſtra fretus auctoritate ſuſpendas, niſi

c. 1. e.

niſi forſitan eorum aliqui, de tua, vel prædeceſſoris tui licentia fuerint ab Epiſcopis Græcis taliter ordinati, circa quod ſuppleas, quod ab illis fuerat prætermiſſum; & prouideas tamen attente, ne clericos tuæ diœceſis ab Epiſcopis Græcis vlterius ordinari permittas; etſi qui præter tuam voluntatem ab eis ſe fecerint ordinari, tu eos ſuſpendas perpetuo ab executione ordinum taliter ſuſceptorum.

Idem Abbati, & Conuentui Cariloci. *Cap. 2.*

De tēp. ordin. c. 10. EX parte veſtra noſtro fuit Apoſtolatui reſeratum, quod quidam monachus veſter ſe ad nigros monachos transferens, & habitū nigrum ibidem aſſumens, ad ſacerdotij ordinem in ipſo habitu eſt promotus. Vnde, quia in hoc articulo dubitaſtis, vtrum in aſſumpto taliter ordine debeat miniſtrare: nos huiuſmodi dubietatis ſcrupulum enodantes, vni. v. per A. ſ. m. qua. niſi ei aliud canonicum videritis obuiare, ipſum monachum officium ſacerdotis exequi libere permittatis.

Idem C. tt. ſancti Laurentij in Lucina presbytero Car. Ap. ſe. Legato. *Cap. 3.*

c. 11. c. 3 QVOD tranſlationem Pont. & infra. Super eo vero, quod nos conſulere voluiſti, quod multi Græcorum clerici conſiſtentes in diœceſib. Latinor. ab Epiſcopis Græcis non in quattuor temporib. interdum omnes ordines ſimul, non numquam partem recipiūt, qui poſtmodum prohibentur a Latinis Epiſcopis celebrare: com. t. taliter duximus reſpōdendum, quod cū clericus Græcus Epiſcopo Latino ſubiectus a Græco Pont. ordinatur, niſi de mādato, vel licentia ſui Epiſcopi fiat; interdicenda eſt ei ordinis executio ſic ſuſcepti; tamquam ab alieno Pont. ſine mandato, vel licentia ſui Epiſcopi ordinato. Si vero de mandato, vel licentia ſui præſulis a Græco Pont. ſecundum morem Græcor. fuerit ordinatus; licet culpand. ſit Epiſcopus Latinus, qui clericos ſuos a Græco facit antiſtite ordinari; quamdiu tamen talis mos ab eccleſia tolleratur; impediri non debet ab executione ordinum taliter ſuſceptorum. Nos tamen ſuper hoc articulo diſpoſuimus tempore opportuno de conſilio f. n. quod honeſtum viſum fuerit, ordinare.

Idem Mutin. Epiſcopo, & magiſtro Vberto. *c. 4.*

c. 12. c. CVM in diſtribuendis. & infra. Meminimus enim id a nobis fuiſſe ſimpliciter poſtulatum, & clementer indultum; vt quia præfatus A. eccleſiæ Rom. ſubd. erat, mādaremus; ipſum per Bonon. Epiſcopum promoueri.

Idem Mutin. Epiſcopo, & magiſtro H. Theologo ſubd. noſtro Mediocien. Canonico. *Cap. 5.*

LITTERAS veſtras recepimus reſponſiuas ſuper inordinata ordinatione Imolen. electi, quem Bononien. Epiſcopus præcedenti ſabbato in diaconum, & ſequenti dominica continuato ieiunio in presbyterū ordinauit, in quo quantum vterq. deliquerit, euidenter intelligit, qui prudenter attendit. ſi enim vtrumq. ordinem eodem die illi cōferri non licuit, pari non licuit ratione vnum ordinem vno die, & alium altero continuato ieiunio conferri. Cum propter continuationē ieiunij fictione canonica, ſiue mane diei dominicæ trahatur ad ſabbatum, ſiue veſpera ſabbati ad diem dominicam referatur; profecto mane cum veſpera, ſeu veſpera cū mane ad eundem diem pertinere dicetur. Nam ſi quantum ad hunc neceſſitatis articulum pertinet, mane ad eundem diem, & veſpera referatur ad alium, cur eſſet continuatio ieiunij neceſſaria, cū & ſabbato ante cenam, & dominica ante prandium intelligantur eſſe ieiunia? Ne autem ſi factum huiuſmodi ſub ſilentio tranſiremus, id alij licitum reputantes ſimilia facere attemptarent, & ſic facti peruerſitas a poſteris traheretur in exemplum; præfatum Epiſcopū Bonon. vt puniatur, in quo deliquit, a collatione ordinis diaconij ſ. & presbyterij, alterū vero ab executione officij ſacerdotalis volumus manere ſuſpenſos, donec de illis aliter diſponamus. vt igitur mandatū Apoſtolicum debitum conſequatur effectū; per A. u. s. m. qua. quæ præmiſſa ſunt, faciatis tam ab ipſis Epiſcopis, quam per Bonon. & Imolen. diœc. publicari. c. 3. a.

Idem. *c. 6.*

De æta. & qual. c. 9. A multis multotiens an ſubd. in Epiſcopum eligi valeat hęſitatur. ſiquidem Vrbanus primus Papa decreuit, vt nullus in Epiſcopū, niſi in ſacris ordinib. & religioſe viuēs inuētus fuerit, eligatur. ſacros, inquit, ordines dicimus, diaconatū, & presbyteratū, hos ſiquidem ſolos primitiua eccleſia legitur habuiſſe: ſubdiaconos vero quia & ipſi miniſtrant altaribus, oportunitate exigente concedimus; ſi tamen ſpectatæ ſcientiæ, ac religionis exiſtant, quod ipſum non ſine Romani Pont. vel metropolitani licentia fieri permittimus. in quib. verbis innuitur, quod Vrbanus ad ſtatum primitiuæ eccleſiæ ſe referens, in quo ſubdiaconatus ordo ſacer minime dicebatur, inſtituit, vt de ſubdiacono, niſi vtilitatis cauſa, & tūc etiā de permiſſione metropolitani, vel Rom. Pōt. non poſſet electio celebrari: verum cū hodie ſub-

ſubdiaconatus inter ſacros ordines computetur; ſicut Vrbanus Papa ij. ſub his verbis expreſsit. Erubeſcant impij, & intelligant iudicio ſancti ſpiritus eos, qui in ſacris ordinib. presbyteratu, diaconatu, ſubdiaconatu ſunt poſiti, ſi caſte non vixerint, excludendos ab omni eorundem graduum dignitate. & iterũ. Nemo ad ſacrum ordinem permittatur accedere, niſi aut virgo, aut probatæ caſtitatis, & qui vſq. ad ſubdiaconatum vnicam, & virginẽ vxorem habuit, & ad ſimilitudinem diaconi, & presbyteri ſubdiaconus continentiam debet obſeruare, ſicut eſt in ſexta ſynodo conſtitutum. vt ſi quis eorum, qui ad clerum accedunt, in nuptiali iure mulieri voluerit copulari; hoc ante ſubdiaconatus ordinem faciat. & beatus Gregorius ſtatuiſſe legatur, vt nullum facere ſubd. præſumāt Epiſcopi, niſi qui ſe caſte victurum promiſerit. nos volẽtes ſub hoc articulo diſceptationis materiam anputare; ſtatuimus, vt ſubdiaconus libere valeat in Epiſcopũ eligi, ſicut diaconus, vel ſacerdos.

Idem L. tt. ſanctæ Crucis presbytero Cardi. Cap. 7.

c. 10. de ætate

TVAM in domino diligentiam cõmendamus, quã ſuper monaſterio ſancti Quirici reformando dignoſceris adhibere. Deuotioni tuæ p̃. auctoritate m. qua. ſi non potes eidem monaſterio de perſona idonea melius prouidere, tu monachum illũ, quem in litteris tuis de honeſtate, ac induſtria commendaſti, per quem ſtatus eiuſdem loci creditur reformandus, nullum prorſus habens reſpectum ad petitionem illicitam, quam quidam laici faciebant, ſed ex tuo dumtaxat prouiſionis officio inſtituas in Abbatem: ita videlicet quod ad ſacros ordines non aſcendet, cum inſtante neceſsitatis articulo poſsit in Abbatẽ aſſumi, etiam in minorib. ordinib: conſtitutus; & laici memorati non ſint conſanguinitate, vel affinitate coniuncti monacho memorato, vt ex ipſorum petitione debeat contra eum aliqua ſiniſtra ſuſpicio ſuboriri.

DE SCRVTINIO FACIENDO. Tit. x.

Idem. Cap. vn.

De ſcru. in ord. c. vn.

EX parte tua fuit propoſitum. & infra. Quæſiuiſti præterea per ſe. Ap. edoceri; vt, cum Epiſcopi ad conſecrationes Epiſcoporum ab Archiepiſcopo ſuo, vel alio euocentur, & ipſi metropolitano electũ offerant cõſecrandũ, dicẽtes: Reuerẽde pater poſtulat ſancta mater eccleſia hunc electum in Epiſcopum conſecra ri; & interrogante Archiepiſcopo, ſi ſciant illum eſſe dignum, reſpondeant, quod illum ſciunt, & credunt pariter eſſe dignum; & te in reſponſione huiuſmodi ne offenderes hominem, Deum extimes offendiſſe, quandoq. præter, quandoq. contra conſcientiam reſpondendo, cum electi conuerſatio, aut minus tibi bene cognita, aut penitus ſit ignota; qualiter in huiuſmodi interrogationibus ſalua conſcientia valeas reſpondere. Ad quod f. t. reſpondemus, quod cum nos aliquem in diaconum, vel presbyterum promouemus, prior diaconor. qui nobis aſsiſtit, dicit. pos. ſancta mater eccleſia catholica hunc ſubdiaconum, vel diaconum ad onus presbyteratus, vel diaconatus aſſumi; & nobis interrogantibus, ſi eum cognouit eſſe dignum, idem reſpondet, quod quantum humana fragilitas noſſe ſinit, & ſcit, & teſtificatur, illum ad huiuſmodi onus officij eſſe dignum. Vnde in tali reſponſione aliquem peccare non credimus, dum hoc modo contra conſcientiam non loquatur; quia non ſimpliciter illum aſſerit eſſe dignum; ſed in quantũ humana fragilitas noſſe ſinit: cum illũ, quem indignum eſſe non nouit, dignum debeat extimare. huiuſmodi ergo reſpõſione ſecure poteris vti, niſi forte de indignitate tibi conſtiterit conſecrandi. ſi autem illum indignum eſſe cognoſcis; metropolitano prius, quam ad huiuſmodi ſcrutinium veniatur, ſtudeas nunciare. quãuis, vt diximus, nos interrogationi huiuſmodi non in conſecratione Pont. ſed in ordinatione diaconi, vel presbyteri faciamus.

DE SACRA VNCTIONE. Tit. xj.

Idem. Cap. vn.

De ſacra vnct. c. vni.

CVM veniſſet ad Ap. ſe. ve. f. n. Brandiciberẽ. Epiſcopus, clara nobis inſinuatione mõſtrauit, quod in cõſecratione ſua ſacram nõ acceperat vnctionem: quoniã apud vos non conſueuere Pontifices, cum cõſecrantur, inungi. Nos ergo, quod illi defuerat, mãdauimus in ipſo ſuppleri, facientes caput eius, & manus per ve. f. n. S. Epiſcopũ Albañ. aſsiſtentib. ei duob. Epiſcopis ſecundum morem eccleſiaſticũ ſacro chriſmate deliniri. hoc enim catholica tenet eccleſia, non ſolum ex pręcepto diuino, verum etiam Apoſtolor. exemplo. In exodo quoq. legitur præcepiſſe dominum Moyſi, vt Aaron, & filios eius inungeret, qua. ei ſacerdotio fungerentur; & Anacletus origine Gręcus, qui a beato Petro fuit in presbyterũ ordinatus, & poſtea in Apoſtolatus officio Clemẽti ſucceſsit, tradidit in ordinatione ſua vngẽdos Epiſcopos more Apo-

Apoſtolorum,& Moyſi.quia omnis ſanctificatio in ſpiritu ſancto conſiſtit,cuius inuiſibilis virtus facto eſt chriſmati permixta. Vnde ſcire te volumus duas eſſe ſpecies vnctionis: exteriorem,quæ materialis eſt,& viſibilis; & interiorem, quæ ſpiritualis eſt, & inuiſibilis. exteriore viſibiliter inungitur corpus:interiore inuiſibiliter vngitur cor. De prima Iacob. Apoſtol. ait, infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros eccleſię,& orent ſuper eũ, vngentes eum oleo in nomine domini;& oratio fidei ſaluabit infirmum. De ſecunda Iacobus Apoſtolus ait, vos vnctionem, quam accepiſtis ad ea,maneat in vobis,& non neceſſe habetis,vt aliquis doceat vos,ſed ſicut vnctio eius vos docet de omnibus. Vnctio viſibilis, & exterior ſignum eſt interioris,& inuiſibilis vnctionis; vnctio vero inuiſibilis, & interior non ſolum modo eſt ſignum,ſed etiam ſacramentũ.quia ſi digne ſumitur,vel agit,vel auget abſq.dubio, quod deſignat. ad exhibendum autem exteriorem,& viſibilem vnctionem,benedicitur oleũ,quod dicitur catechuminorum,vel infirmor. & conficitur chriſma, quod ex oleo fit,& balſamo myſtica ratione. Per oleum enim nitor conſcientiæ deſignatur,iuxta quod legitur:prudentes virgines acceperũt o.in v. ſuis c.lam. Per balſamũ enim exprimitur odor famæ; propter quod dicitur,ſicut balſamũ aromatizans od. dedi. hoc igitur chriſmate vngi debet Epiſcopus, non tam in corpore,quam in corde; vt & interius habeat nitorem conſcientiæ,quantũ ad oleũ, & exterius habeat odorẽ famæ, quo ad proximum. De nitore conſcientiæ dicit Apoſtolus,gloria mea hæc eſt,teſtimonium conſcientiæ meę. Nam omnis gloria filiæ Regis ab intus:de odore famæ idẽ Apoſtolus ait, Chriſti bonus odor ſumus in omni loco, & alijs ſumus odor vitæ in vitam, & alijs odor mortis in mortem. debet enim Epiſcopus bonũ habere teſtimonium,& ab ijs,qui intus ſunt, & ab ijs,qui foris ſunt,vt cortina cortinam trahat,& qui audit, dicat veni.hoc vnguento caput,& manus Epiſcopi conſecrantur.per caput enim mens intelligitur,iuxta illud, vnge caput tuum,& faciem tuam laua; per manus opera deſignãtur,iuxta illud:manus meæ diſtillauerunt. Manus igitur vngũtur oleo pietatis, vt Epiſcopus operetur bonum ad omnes,maxime autem ad do.fi. caput autem vngitur balſamo caritatis; vt Epiſcopus diligat Deum ex toto corde,& ex tota mente, & ex tota anima,& proximũ ſuum,ſicut ſe ipſum.

Caput inungitur propter auctoritatem, & dignitatem. Manus propter miniſterium, & officium. Caput inungitur, vt oſtendatur illius repræſentare perſonam,de qua dicit Propheta,ſicut vnguentum in capite eius &c. Caput enim viri Chriſtus, caput Chriſti Deus. qui de ſe dicit, ſpiritus domini ſuper me, eo quod vngit † me,euangelizare me miſit pauperibus. Manus vnguntur Epiſcopo,vt oſtendatur accipere poteſtatem benedicendi, & conſecrandi. vnde cum eas conſecrator inungit; conſecrare inquit,& ſanctificare digneris domine manus iſtas per iſtam vnctionem, & noſtrã benedictionẽ: vt quemcũq. cõſecrauerint,cõſecretur,& quoſcũq. benedixerint,benedicãtur in nomine domini. Vnde in veteri t. non ſolũ vngebatur ſacerdos, ſed etiã Rex, & Propheta, ſicut in libro Regum dominus præcepit Heliæ. Vade, & reuertere in domũ tuam,per deſertum in Damaſcum. Cumque perueneris illuc, vnges Azael in Regẽ ſuper Syriam, & Geu filium Nauſi vnges Regem ſuper Iſraël. Heliſeum autem filium Saphar, qui eſt de Abel, vnges Prophetam pro te. ſed vbi Ieſus Nazarenus,quẽ vnxit Deus de ſpiritu ſancto,ſicut in actibus Apoſtolorum legitur; vnctus eſt oleo præ conſo. ſ. qui ſecundum Apoſtolum eſt caput eccleſiæ, quę eſt corpus ipſius Principis. Vnctio a capite ad brachium eſt tranſlata, vt Princeps extunc non vngatur in capite,ſed in brachio,ſiue humero,vel in armo,in quibus principatus congrue deſignatur,iuxta quod legitur:factus eſt Principatus eius ſ. h. e. &c. Ad quod etiam ſignificandum Samuel fecit poni armũ ante Saul,cui dederat locum in capite ante eos,qui fuerant inuitati. In capite vero Pont. ſacramẽtalis eſt dilinitio conſeruata, quia perſonam capitis in Pontificali officio repręſentat. Refert ergo inter Pontificis,& Principis vnctionẽ,quia caput Põt. chriſmate cõſecratur,brachiũ vero Principis oleo dilinitur, vt oſtẽdatur quãta ſit differẽtia inter auctoritatẽ Põt. & Principis auct. Quia vero Chriſtus fecit nos in ſanguine ſuo Deo noſtro regnum,& ſacerdotes, propter quod Petrus Apoſtolus ait. Vos eſtis genus electum,regale ſacerdotium. Idcirco in nouo teſtamento,non ſolum ſacerdotes, & Reges vnguntur, ſed omnes Chriſtiani bis ante baptiſmum, ſed oleo benedicto primũ in pectore, deinde inter ſcapulas, & bis poſt baptiſmum, ſed chriſmate ſacro primũ in vertice,demum in fronte. in pectore namq. baptizandus inungitur, vt per ſancti ſpi-

† al. vnxit

ſpiritus donũ abiciat errorem, & ignorantiã, & ſuſcipiat fidem rectam: quia iuſtus ex fide viuit. Inter ſcapulas autẽ baptizandus inungitur, vt per ſpiritus ſ. gratiam excutiat negligentiam, & torporẽ, & bonam operationem exerceat; quia fides ſine operib. mortua eſt, vt per fidei ſacramentũ ſit mundiтia cogitationum. In pectore; vt per operis exercitium ſit fortitudo laborum. In ſcapulis quatenus fides per dilectionem ſecundum Apoſtolum operetur. In vertice vero baptizatus inũgitur, vt ſit paratus omni petenti de fide reddere rationem, quia per caput mens intelligitur; iuxta quod legitur: oculi ſapientis in capite eius, cuius ſuperior pars eſt ratio, & inferior eſt ſenſualitas. Vnde bene per verticẽ, quæ ſuperior eſt pars capitis, intelligitur ratio, quę ſuperior pars eſt mentis. In fronte vngitur baptizatus, vt libere cõfiteatur, quod credit. quia corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutẽ. memor eius, quod dominus ait: qui me conf. ſ. c. ho. conf. & ego, &c. Ante baptiſmum ergo quod vngitur oleo benedicto, & poſt baptiſmũ chriſmate ſacro, quia chriſma ſoli competit Chriſtiano; Chriſtus n. a chriſmate dicitur; vel potius a Chro dicitur chriſma, non ſecundum nominis formam, ſed ſecundum fidei rationem, a Chriſto vero Chriſtiani dicuntur, tamquam vncti deriuentur ab vncto, vt omnes concurrant in odorẽ vnguenti illius, cuius nomẽ oleum eſt effuſum. Per frontis chriſmationem manus impoſitio deſignatur, quæ alio nomine dicitur confirmatio: quia per eam ſpiritus ſancti ad augmẽtum datur, & robur. Vnde, cũ ceteras vnctiones ſimplex ſacerdos. i. presbyter valeat exhibere; hanc nõ, niſi ſummus ſacerdos. i. Epiſcopus debet conferre, quia de ſolis Apoſtolis legitur; quorum vicarij ſunt Epiſcopi, qui per manus impoſitionem ſpiritum ſ. dabant, quemadmodum actuum Apoſtolorũ lectio manifeſtat. Cum audiſſent, inquit, Apoſtoli, qui erant Hieroſolymis, quia recepiſſet Samaria verbum Dei, miſerunt ad eos Petrũ, & Ioãnem; qui cũ veniſſent, orauerunt pro ipſis, vt acciperent ſpiritũ ſanctũ, nondum n. in quemquam illorũ venerat, ſed baptizati tãtũ erãt in nomine domini Ieſu. Tunc imponebant manus ſuper illos, & accipiebant ſpiritũ ſ. cuius aduentus per vnctionis myſterium deſignatur, quia colũba, in qua ſpi. ſ. ſuper Chriſtum in baptiſmo deſcendit, ad veſperã in cataclyſmo reuertens, ramum retulit virentis† oliuę. cuius vtiq. ſacramẽtũ Dauid Propheta prępnoſcens exhilarandam faciem in oleo prędicauit. Vngitur pręterea ſecundũ ecc. morẽ, cũ cõſecratur altare, cũ dedicatur templũ, cũ benedicitur calix, non ſolũ ex mandato legis diuinæ; verũ etiã exemplo beati Silueſtri, qui cũ conſecrabat altare, illud chriſmate perungebat. præcepit n. dominus Moyſi, vt faceret oleum vnctionis, de quo vngeret tabernaculũ teſtimonij, & arcã teſtamenti, menſamq. cũ vaſis, de quib. etiam ſi forſitan dubitaueris, cũ a te fuerimus requiſiti, f. t. plenius inſtruemus. Verũtamen vnctionis ſacramentũ aliud quidem efficit, & figurat, tam in nouo, quam in veteri teſtamẽto. Vnde nõ iudaizat eccleſia, cũ vnctionis celebrat ſacramentũ; ſicut aliqui mentiuntur, qui neq. ſcripturas, neq. Dei nouere virtutẽ. Monemus igitur, f. t. & ex. at. ac per A. s. m. qua. ad mãdatũ dil. fil. n. tt. ſanctæ crucis presbyteri Card. Ap. ſe. Leg. tu quoq. ſacram accipias vnctionem: ne quid tibi deſit ad virtut ẽ ſacramẽti, cũ & † ſacro fueris chriſmate delinitus, Archiepiſcopos, & Epiſcopos tuos ſimiliter vngas, & per eos facias manus ſacerdotum inungi oleo benedicto. Illũ de cetero in ordinandis presbyteris, & conſecrãdis Epiſcopis morẽ ſeruans, & faciens obſeruari, quẽ Ap. ſe. obſeruat; quæ diſponẽte domino cunctorũ fideliũ mater eſt, & magiſtra. Mittimus autem tibi per Car. prędictũ Pontificalia ornamenta, caligas, & ſandalia, amictũ, & albam, cingulum, & ſuccinctorium, orariũ, & manipulum, tunicam, & dalmaticam, chirothecas, anulũ, planetã, & mitram. palliũ vero per di. fil. capellanũ noſtrũ antea miſeramus, & licet Rom. Pont. non vtatur baculo paſtorali, tum propter hiſtoriam, tum etiã propter myſticam rationem, tu tamẽ ad ſimilitudinẽ aliorũ Põt. poteris eo vti; quorũ omniũ rationem idem Card. ſicut a nobis accepit, te poterit edocere.

† al. virentis *† et eſt forte*

DE SACRAMENTIS NON ITERANDIS. Tit. xij.

Idem Epiſcopo Helien. *Cap. vn.*

PASTORALIS officij diligẽtia. & infra. Præterea nos conſulere voluiſti, an permitti debeat miniſtrare, ſiquis ſine impoſitione manuũ fuerit ad ordinem diaconatus aſſumptus; etſi confirmationis ſacramentum in eo debeat iterari, qui per errorem fuit non chriſmate, ſed oleo delinitus. ad quæ ſit. breuiter duximus reſpondendum, quod in talibus non eſt aliquid iterandum, ſed caute ſupplendũ, quod incaute fuerat prætermiſſum.

De ſacr. non ite. c. 1.

DE CORPORE VITIATIS. Tit. xiij.

Idem Parien. Epiſcopo. *Cap. 1.*

De corp. uit. c. 5. EX parte dilecti fi. M. preſbyteri fuit in audientia noſtra propoſitū; quod cū ſibi ſentiret lepræ periculum imminere; de conſilio medici virilia ſibi fecit abſcindi, vt poſſet a tam grauis infirmitatis vitio liberari; & vt prouideremus ei, ſuper executione ſui officij a nobis humiliter poſtulauit. quoniā igitur canones ſanctor. patrū huiuſmodi a ſacri altaris adminiſtratione nō prohibent; fr. t. p A. ſ. m. qua. ſi ita ſe rei veritas habet, & me. M. eſt alias idoneus, vt ſui officij miniſteriū exequatur, nullius cōtradictionis, vel ap. ob. auctoritate fretus Ap. liberā ei tribuas facultatē.

Idem Militeñ. Epiſcopo. Cap. 2.

c. 6. EXPOSVISTI nobis in noſtra præſentia cōſtitutus, quod I. quondā prædeceſſor tuus P. in Abbatem promouit neſciens, quod ipſe manu altera eſſet mutilatus, quia vero Abbas ipſe noſcitur ſiniſtra carere; quid ſuper hoc agendum ſit, noſtra voluiſti reſponſione doceri. Nos igitur f. t. t. reſpōdemus: quod, cū pro tam enormi defectu ad ſacros non poſſit ordines promoueri, & ipſe in promotione ſua id tacuerit fradulenter, ab Abbatię officio eſt non inmerito amouendus.

DE BIGAMIS NON ORDINANDIS. Tit. xiiij. *Idē Wtlameñ. Epō. c. 1.*

De biga. c. 4. NVPER a nobis t. f. & infra. Tertius, & vltimus inquiſitionis articulus videbatur habere nō modicum quæſtionis; quoniā, cū in matrimonijs contrahendis, nō iuris affectus, ſed animi deſtinatio attēdatur, vnde illum comitatur infamia, qui duas ſimul habet vxores; quod partim ad factum cōuenit retorqueri, ſicut & quod in canone legitur de presbytero, qui nō legalib. nuptijs detinetur; eadem cenſura tales videntur inter bigamos reputādi. licet optinet† ex aduerſo, quod opinioni ſit veritas pręferēda; & quod iuxta pręmiſſa, qui nullā vxorē habuit, foret bigamus reputandus; quod cōtingeret, ſi quis de facto cōtraheret cū diuerſis, quib. de iure nō poſſet matrimonialiter copulari. Nos autem in hac quæſtione taliter reſpondemus, quod cū clericis huiuſmodi, qui quantum in ipſis fuit, ſecundas ſibi mulieres coniunxerunt, tamquā cū bigamo nō licet diſpenſari, licet in veritate bigami non exiſtant, non propter ſacramēti defectū, ſed propter affectum intentionis cū opere ſubſecuto. *Idē Moteñ. Epō. c. 2.*

† obuiet forte

c. 5. 6. DEBITVM paſtoralis officij. & infra. Secundus autem tuæ dubitationis articulus cōtinebat, an is, qui mulierem ab alio viro traductam, ſed non cognitam ſibi matrimonialiter copulauit, valeat ad ſacerdotiū promoueri. licet autē is, qui ab alio viro relictā duxit in cōiugem, ſiue cognita fuerit ab illo, ſiue incognita manſerit, videatur duxiſſe viduam in vxorē, vt pote cuius vir erat mortuus, cū duxit eandem; ſicut & ille bigamus eſſe videtur, qui cū duab. legitime cōtraxit vxorib. ſiue alteram, ſiue neutrā cognouerit, quia vir extitit duarū vxorū. Nos tamen f. t. ita duximus reſpōdendū, quod cū duo ſint in cōiugio, videlicet conſenſus animor. & cōmixtio corporū, quorū alterū ſignificat caritatē, quę cōſiſtit in ſpiritu inter Deū, & iuſtā animā, ad quod pertinet illud, quod dicit Apoſtolus: qui adhæret Deo, vnus ſpiritus eſt cū eo; reliquū vero deſignat cōformitatē, quę conſiſtit in carne inter Chriſtū, & ſanctā eccleſiam; ad quod pertinet illud, quod euāgeliſta teſtatur, verbū caro factū eſt, & habitauit in nobis. profecto cōiugiū illud, quod nō eſt cōmixtione corporis cōſummatū: nō pertinet ad illud cōiugiū deſignādū quod inter Chriſtū, & eccleſiā per incarnationis myſteriū eſt cōtractū, iuxta quod Paulus exponens illud, quod dixerat protoplaſtus: Hoc nunc os ex oſſib. meis, & caro de carne mea, & propter hoc relinquet homo patrē, & matrē; & adhęrebit vxori ſuæ, & erūt duo in carne vna. ſtatim ſubiūgit: hoc autē dico magnū ſacramētum in Chr̄o, & eccleſia. cū ergo propter ſacramēti defectū indubitū ſit, ne bigamus, aut maritus viduę pręſumat ad ſacros ordines promoueri, quoniā nec illa eſt vnica vnici, nec iſte vnus vnius: profecto, vbi deficit inter huiuſmodi cōiuges cōmixtio corporū, nō deeſt iſtiuſmodi ſignaculū ſacramēti. Vnde is, qui mulierē ab alio ductam, ſed minime cognitā duxit in cōiugē, quia nec illa, nec ipſe carnē ſuā diuiſit in plures, propter hoc impediri nō debet, quin poſſit ad ſacerdotiū promoueri.

DE SERVIS ORDINANDIS. Tit. xv. *Idem Vacieñ. Epiſcopo. c. vn.*

EO libentius. & infra. Adiecisti aliam quæſtionem, an illorum filij, qui eccleſię ſeruili cōdicione tenentur, traditi a parentib. militię clericali, cū ſuor. cōniuētia dominor. vt Deo in ea, cuius ſunt, eccleſia debeāt deſeruire, aſſequētes propterea libertatē, poſt tēpus eadem relicta poſſint ad aliā ſe trāſferre. in quo capitulo credimus diſtinguendū, vtrum eo tenore fuerint manumiſſi, & oblati ordini clericali, quod manumittenti eccleſię, dū vixerint, debent impendere famulatū in obſequijs diuinorū, & tunc trāſferendi ſe ad aliam eſt eis licentia deneganda, vel manumiſſi extiterint abſolute; ſicq. libertatem habeant ad aliam tranſeundi. De ſeru. nō ord. c. 6.

DE

DE CLERICIS PEREGRINIS. tit. xvj.

Idem Conſtantinopol. Patriarchæ. *Cap. 1.*

De cler. per. c.2. INTER quattuor animalia. & infra. Conſuluit nos inſuper tua fraternitas, vtrum clericos ad te ſine ſuor. ordinatorum litteris venientes, & offerentes præſtare corporaliter iuramentum, quod ſint in quouis ecc. ordinū cōſtituti, debeas ad ſuperiores ordines promouere. Nos igitur inquiſitioni tuę taliter reſpōdemus, quod niſi de ipſorū ordinatione canonica, per idonea tibi cōſtiterit argumēta, eos nec in illis ſuſcipere, nec ad maiores debes ordines promouere, præſertim antequam eorū conuerſatio fuerit approbata. *Idē. c.2.*

c.3.& TVAE f. diſcretio poſtulauit per ſedem Ap. edoceri, vtrum clericos illos, qui ad partes Hieroſolymitanas ſine cōmendatiçijs litteris veniunt, permittere debeas celebrare diuina; cum pleriq. eorum, de quor. canonica ordinatione non conſtat, ſtatim vt veniunt, prę ſumunt non expetita licentia celebrare. & infra. Nos autem tuam in domino ſollicitudinē commendantes, ſuper primo articulo f. t. reſpondemus; quod niſi legitime tibi conſtiterit, ſiue per litteras, ſiue per teſtes de illorum ordinatione canonica, qui penitus ſunt ignoti, nō debes ipſos permittere tuis plebibus celebrare. ſed ſi forſā eor. aliqui ſecreto ex deuotione celebrare voluerint, poteris ſuſtinere.

DE OFFICIO VICARII. Tit. xvij.

Idem Abbati ſancti Eugenij, & plebano ſancti Petri in Pixide, & B. Canonico plebis de Martuberiſeñ. & Floreñ. diœc. *Cap. vn.*

De off. vic. c.5. QVA nobis veñ. f. n. & infra. Nos igitur vicarij litteras æſtimantes per ſubreptionem obtētas, quoniam iuriſdictio vicarij, quem Rom. Pont. in vrbe relinquit, non extenditur extra vrbem, niſi ſpecialiter ſit ei conceſſum, præſertim, cum ipſe moratur in ſua prouincia ſpeciali, videlicet inter Capuanā prouinciā, & Piſanam: diſ. v. p Ap. ſ. m. qua. quidquid occaſione litterarū illarū actum eſt, in irritum reuocantes, prędictam excōmunicationis ſententiā, ſicut rationabiliter lata eſt, faciatis re. ap. ob. firmiter obſeruari.

DE OFF. IVDICIS DELEGATI. t. xviij.

Idem Regiñ. Archiepō, & Epō Cephaludeñ. *c.1.*

De off & pot. iudic. c.22. CVM cauſa, quæ vertitur inter f. n. Montiſregalis. & Roſaneñ. Archiepiſcopos, ſuper quibuſdam decimis, ve. f. n. Parnomino, † & Capuano Archiepiſcopis, & tibi frater Regin. cōmiſſa fuiſſet a nobis ſine debito terminanda, prędictus Archiepiſcopus Montiſregalis, ſicut ex litteris tuis accepimus, ad primā prædictorū Panormitañ. & Capuañ. Archiepiſcopor. citationem acceſſit, in quorū præſentia cōſtitutus excipiēdo propoſuit, quod pro duab. cauſis eorū non deberet ſtare iudicio, tum videlicet, quia cauſa ipſa trib. fuerat delegata, & ab illis duob. tātū, te frater Regin. prę ſente inconſulto, ac inſcio, nec vices tuas eis ſuper hoc cōmittente, fuerat ad iudiciū euocatus, tum etiā quia ante ipſor. citationē pro eadem cauſa nuntiū ad ſe. Ap. trāſmiſerat, in quo decretalem felicis me. Alex. PP. iij. p̄ .n. ſibi affirmabat apertius ſuffragari. At vero ijdem Archiepiſcopi exceptiones ipſius nolentes admittere, cōtra eū, vt reſpōderet, interlocutoriā ſententiā protulerūt, propter quod idē Archiepſ ſe ſentiens prægrauari, ſe. Ap. appellauit. Nos igitur prędictor. inquiſitionē, & deciſionē canonicā veſtrę deciſionis examini cōmittētes, f. u. p A. ſ. m. qua. vocatis ad prę ſentiā veſtrā, qui fuerint euocādi, & inquiſita ſuper his diligentius veritate, ſi vobis cōſtiterit, prædictos Archiepiſcopos exceptiones prędictas nullatenus admiſiſſe, nō obſtāte eo, quod per ipſos factū eſt, decimas ipſas, quib. prædictus Montiſregalis Archiepiſcopus ſe, poſtquā nuntij ſui propter hoc ad ſe. Ap. acceſſerūt, aſſerit ſpoliatū, pręcipue cū eaſdē tā ſibi, quā eccleſiæ ſuæ a ſe. Ap. aſſerit fuiſſe cō firmatas, ſiue per laicalē potētiā, ſiue etiā per eoſdē iudices ſit factū, cū fructib. inde perceptis, ſub. cuius. contr. & ap. ob. reſtitui faciatis, audientes poſtmodū, quantū de iure poteritis quidquid fuerit quæſtionis, & ap. re. fine debito decidētes. *Idē Conuentui de Concubiis. c.2.*

CVM ſuper Abbatia monaſterij v̄ri inter vos, & S. quondā Abbatē fuiſſet quęſtio diutius agitata, demū ſuper cauſa ipſa ad Lexouioñ. Epiſcopū, & Abbatē noſtrę fuerūt litterę deportatę. & infra. Quāuis ſolus Abbas, ante quā appellaretur ab eo, iuxta formā litterar. noſtrar. procedere pōtuiſſet, quia tamen ex eo, quod cū ipſo Epiſcopo interlocutus eſt, app. nō tenuiſſe de iure ſine ipſo, dū poſſet. & nollet negotio intereſſe; per cōſequētiā cōfeſſus eſt ſe nō poſſe mādatū Ap. adimplere; nec ſuæ intētionis extitit, vt ſine cōiudice ſuo aliquid diffiniret; & cū eo, qui iā iudex eſſe deſierat, aliquid ſuper pręmiſſo negotio rite diſponere nō valebat, volūtate, ac poteſtate ſibi mutuo aduerſantib. cū noluerit, quod potuerit; & quod voluerit, adimplere nequiuerit: quod a duob. factū fuit, effectū de iure nō potuit optinere. *Idē Epiſcopo Torlecañ. † c.3.* e.2.3 & 3

Margin notes: † Parnormitano. forte — † Tortoſſā forte.

c.24.c. CONSVLVIT nos tuæ f. prudentia; vtrum, cum ad recipiendos teſtes, depoſitiones publicandas eorũ, vel ſententiam proferendam, peremptorio citaſſes partes, & eorum altera ſe cõtumaciter abſentat die data; an circa vltimam ſaltem partem diei ſit in negotio procedendum, vel in diem expectandum potius ſubſequentem; & ſi expectaueris, vtrum contumax iterum ſit citandus, cũ non fuerit die partibus aſsignata proceſſum. Nos autem credimus diſtinguendum, vtrum iuriſdictio duret poſt terminum peremptorium, an expiret in illo; ſi durat, in diem alterã æquitate ſuadente poteris expectare, nec erit pars contumax peremptorio elapſo citanda, niſi gratiam ei fecerit benignitas iudicantis; ſi autem expiret, niſi partes, maxime cũ id nouerint, ſe tibi pręſentauerint ea hora, qua cõgrue poſsis procedere ad exequẽdum id, propter quod eis legitime terminum peremptorium aſsignaſti; extunc exequi poteris, quod intendis, ne fruſtra iudicialis inſtantia euaneſcat. Nec eccleſiaſticũ vero iudicium exerceatur in tenebris, quia iuxta teſtimonium veritatis; qui male agit, odit lucem: licet etiam ſecundum conſuetudinem, & cõſtitutiones legitimas more Romano dies a medietate noctis incipiat, & in media nocte definat ſubſequentis; vnde, quod in duabus dimidiatis noctibus agitur, perinde ſanxit habendum legalis auctoritas, ac ſi qualibet parte lucis agatur. Nos tamen eam procedendi horam congruã intelligimus, ex qua poſsis ante noctis tenebras perficere, quod incumbit. Porro diſcretus iudex in aſsignatione peremptorij non debet iuriſdictionem ſuam, niſi adeo neceſsitas exigat, coartare.

Idẽ Abbati de Bordelia & Priori S. ſepulchri c.4.

c.25.c. INSINVANTE dil. fi. R. rectore ſancti Albati, ad audientiam noſtri Apoſtolatus peruenit, quod cũ olim cauſa ſuper iure parochiali inter ipſum, & Thomã rectorem capellæ ſancti I. de Glouernia Wigornieñ. diœc. vertebatur, ve. f. n. Wigornieñ. Epiſcopo, & coniudicibus eius a nobis obtinuit delegari. poſtmodum licet fuerit in eadem quæſtione proceſſum, tractu temporis, antequam ad diffinitiuę ſententiæ calculum veniretur, idem Epiſcopus ipſum R. in ſuũ familiarem admiſit, ſine quo ſecundi duo iudices, ſecundum quod in noſtris litteris mandabatur, in cauſa procedere non valebant, & alter ipſorũ officialis eſt Epiſcopi ſupradicti, propter quod aduerſę parti poterat ſuſpectus haberi. Vnde cũ ex cauſa huiuſmodi tã Epiſcopus, quam officialis prędictus, vt pote quos idem R. iudices poſtularat, & ipſe familiaris eorum poſtmodũ eſt effectus, ab aduerſa parte poſſent merito recuſari, deciſionem ipſius cauſę veſtræ petijt diſ. cõmitti. Quo circa f. t. per A. ſ. m. qua. ſi eſt ita, niſi poſtquam eius familiaris eſt effectus, litigare conſenſerit coram illo, in cauſa ipſa ſecundum priorum continentiam litterarũ, ratione prævia, re. ap. ob. procedere non tardetis. Alioquin partes ad priorum iudicum reuertantur examen.

Idem Priori ſancti Fridiani. Cap.5.

QVAERENTI, quid per cen. eccleſiaſticã. & infra. Si vero delegatus a nobis excõmunicet illum, qui rei iudicatæ parere cõtemnit, licet aliquibus videatur, quod ſuo ſit functus officio, vt vlteriorem non habeat ex delegata ſibi iuriſdictione proceſſum; alij autem dicãt, quod iuriſdictio eius duret, donec ſententiæ pareatur, vt interim abſoluere poſſit parere volentem: nos tamen per æquitatis ſemitam incedentes, p̃. auct. ſtatuimus; vt delegatus a nobis, non ſolum vſq. ad quadrimeſtre tempus, quod ad ſoluendum debitum a lege reo conceditur, ſed vſq. ad integrũ annũ iuriſdictionem ſibi cõmiſſam ad exequendũ ſententiam valeat exercere, ſicut obſeruatur in illo, qui ante litis conteſtationẽ contumax inuenitur. c.26.c.

Idẽ Cãtuarieñ. Archiepo. c.6.

SVPER quęſtionũ articulis, de quib. nos cõſulere voluiſti, f. t. taliter reſpõdemus, quod per cõſtitutionem noſtrã conſultationi bo. me. Alex. Papæ ij. p̃. n. nullatenus derogatur; ſed illa per iſtam exponitur, immo in illa verius, quę in illa fuerant prætermiſſa, ſupplentur. ipſe namq. reſpondit, quod ſi ſuper cauſa, quæ alicui ex Ap. delegatione committitur, a perſonis ecc. vni, vel plurib. quib. delegatus, vt parcat laborib. & expenſis, cauſæ cognitionẽ ipſius, & teſtiũ examinationem ſententia ſibi reſeruata cõmittit, app. fuerit interpoſita, huiuſmodi app. intuitu cauſam indefinitam relinquere non tenetur. Nos autem ſtatuimus, quod licet is, cui cauſa cõmittitur, ap. re. non poſsit eam alijs ſine prouocationis obſtaculo delegare: ſi tamen delegatus a nobis, vt iudex quicũq. nõ tam cognitorem, quã executorem ad aliquẽ certũ articulũ quempiam deputauerit ab eo, niſi modũ excedat, nõ liceat appellari, dũmodo de partiũ deputetur, vel recipiatur aſſenſu. Quod ſi delegatus anobis, vel litis exordiũ, vel cauſę finẽ ne dũ totũ negotiũ ei duxerit cõmittendũ, ab ipſo tãquam a iudice c.27.c.

dice

dice licite prouocetur, cū & lis ante iudicem debeat conteſtari, & cauſa per iudicem diffiniri. Intentionis igitur noſtræ fuit, ſicut ex tenore conſtitutionis præmiſſæ poteſt liquido deprehēdi; quod &, vt iudicialis auct. liberius valeat exerceri, delegatus a nobis licite poſsit, & principium, & finem, & medium cauſę ſibi cōmiſſæ non ſolum coniunctim, ſed & diuiſim alij delegare, non obſtante quod dicitur, quod iudex debet cognoſcere per ſe ipſum in principio, in medio, & in fine, cū antequam ferat ſententiam, vniuerſa, quæ acta ſunt in iudicio, inueſtigare debeat diligenter. Verum cum totam cauſam cōmittit alicui, vel principium, aut finem ipſius, ab eo tamquam iudice poteſt licite prouocari. Cum autem alicui media tantum cōmittit, ab ipſo tamquam ab auditore prouocari poteſt, niſi mandati fines excedat, vel merito ſit ſuſpectus. Vnde ne valeat recuſari, prouide ſtatuimus, vt de partiū detur, vel recipiatur aſſenſu. Porro ſi delegatus a nobis iuriſdictionem ſuā in aliū transfert totam, ſi fuerit appellandum, non ad eum, ſed ad nos appellari debet. cū autem aliquid ſibi de iuriſdictione reſeruat, ſi cauſa ei ap. re. ſit commiſſa, non ad nos, ſed ad eum de iure poterit appellari. Vnde ſi forſitan appelletur ab eo, cui media quæq; cōmittit, ſiue cognitor, aut executor dicatur, vel quod melius eſt, auditor; pro eo quod vel mandati fines excedat, vel merito ſit ſuſpectus, nihilominus tamen delegatus a nobis, iuxta conſultationem præmiſſam, cauſam poterit diffinire, vt parcat laboribus partium, & expēſis. Eum vero quem delegatus a nobis deputauerat auditorem, neutra partium poterit recuſare, niſi corā eo iuſtam recuſationis cauſam oſtēdat. Si vero duo ſunt a Principe delegati, & vnus committit vices ſuas alteri, ille nec poteſt ap. re. procedere, nec cauſam alij delegare; quamuis in cōmiſsione facta duobus contineatur expreſſum, vt ap. re. procedere alter poſsit ſine reliquo, ſi non poſſunt ambo pariter intereſſe. quia quod poteſt ex ſola iuriſdictione ſibi a Principe delegata, non poteſt cū iuriſdictione ſibi a condelegato commiſſa. Vnde, ſi ab eo fuerit appellatum, licet aliquibus fuerit viſum, quod ad delegatum etiam valeat appellari; nobis tamen videtur, quod ad primum dumtaxat appellandum eſt delegantem, propter rationem ſuperius aſsignatam. Eius ergo appellatio, de quo fraternitas tua nobis ſcripſit, ſi noſtræ conſultationis occaſione ad noſtram audientiam appellauit, pro eo quod delegatus a nobis reſeruata ſibi diffinitiua ſententia audientiam cauſæ commiſit quibuſdam, qui de ipſius aſſenſu nec dati ſunt, nec recepti, niſi contra eos iuſtam recuſationis cauſam oſtenderit, vel paratus fuerit oſtendere coram iudice delegato, non debuit impedire, quo minus procederent auditores, qui etiam ſi tanquam ſuſpecti fuiſſent merito recuſati; delegatus tamen a nobis nihilominus potuiſſet ſub. ap. diff. cauſam ipſam iudicialiter expedire. Quod ſi iuſtam recuſationis cauſam noluit admittere delegatus, ſed coram ſuſpectis eum audiri cogebat, a tali grauamine licite potuit ad noſtram audientiam appellare: quodq; poſt ap. huiuſmodi eſt præſumptū, iudicari debet irritum, & inane.

Idem Epiſcopo Helien. *Cap. 7.*

PASTORALIS officij diligentia, & ſollicitudo, quā geris circa executionem mandatorum noſtrorum, & zelus rectitudinis tuę nos inuitant, vt quamuis ſimus multiplicibus negotiorum occupationib. præpediti, eis tamen ad horam ſubtrahimus nos metipſos, in quibus attendamus conſultationibus reſponſiua. conſuluit etenim nos tua diſcretio, vtrum ſi delegatus a Principe cauſam ſibi commiſſam alij voluerit delegare, nolentē delegationem ſuſcipere, ad ipſam ſuſcipiendā valeat coartare. Ad quod tibi de fr. n. conſilio taliter duximus reſpondendū; quod cū delegato a Principe iuriſdictio dandi iudicem ſit a lege conceſſa, dummodo ipſe exonerare ſe ipſum malitioſe non quærat; poteſt compellere renuentem; eo quòd iuriſdictio illa nullius videretur eſſe momenti, ſi coertionem aliquam nō haberet. debet tamen delegatus prædictus ſollicite prouidere; vt ſi perſonis ſuperiorib. exigente neceſsitate negotium duxerit delegandum, in coartationib. † inferendis dignitati deferat, & perſonæ. Subſequenter etiam quæſiſti, vtrum, cui voluerit delegatus, ſi viderit expedire, poſsit iniūgere, vt ad ſuā præſentiā citet partes, & eis ſi obedire contēpſerint, pœnam infligere pro contēptu. Ad quod f. t. breuiter reſpondemus; quod cū totū negotiū alij poſsit cōmittere, ſicut ſuperius eſt expreſſum; citationis officium poteſt cuilibet, diſcretione præuia, demandare, ac punire merito contēptorem & infra. Preterea poſtulaſti per ſe. Ap. edoceri; ſi cū a ſententia lata litterarū auctoritate noſtrar. in quib. app. eſt inhibita, fuerit appellatū; & litteræ poſt appellationē ad iudices alios emanauerint, ad mādatū poſteriorū iudicū executio ſētētiæ a prioribus delegatis

† *al. coactionibus*

debeat retardari, vt priores iudices ipſam, nec per ſe, nec per alios exequantur. Nos autem inquiſitioni tuæ ſic duximus reſpondendũ; quod, cum nos appellationis cauſam ex certa ſcientia iudicibus committimus alijs cognoſcendam; appellationem videmur recipere, ac iuriſdictionem priorũ iudicum reuocare, vt interim executio ſententiæ ſuſpendatur, donec app. merita plenius ſint diſcuſſa. & infra. Quia vero ſępe contingit, quod executio ſententiæ ordinario demandatur, ſe. duxiſti Ap. conſulendam, vtrum ſi ordinarius ipſam iniuſtam eſſe cognouerit, debeat eam executioni demandare; an ſit ei potius ſubſiſtendũ. Attendentes itaq. quod non cognitio, ſed executio tantum † demandatur eidem, inquiſitioni tuæ taliter duximus reſpondendum; quod, cum ordinarius teneatur obſequi, &, ſi ſciat illam ſententiam iniuſtam, exequi nihilominus tenetur eandem, niſi apud iudicem poſsit efficere, vt ab hoc onere ipſum abſoluat. & infra. Cum autem ſæpe contingat, ad diem, quam iudex delegatus a nobis partibus aſsignauit, eorum altera procurante, vt negotium prorogetur; iudicem ipſum, a Rege, vel Archiepiſcopo euocari: nos peruerſorum volentes malignitatib. obuiare, decernimus; vt ſi delegato conſtiterit hoc fuiſſe alicuius partis malitia procuratũ, ipſam puniat animaduerſione condigna; & ne aliquod lucrũ ex huiuſmodi fraude reportet, perſonæ neutri parti ſuſpectę, quantum ad diem illum committat ipſum negotium audiendum: quæ in ipſo ap. re. procedat, niſi forte partes ipſę conſenſerint negotium prorogari.

Idem Abbati ſancti Hilarij, Plebano ſancti Pauli Caſtell. dioceſ. & magiſtro G. Tercacineñ. Cap. 8.

EX litteris ve. f. n. Patriarchæ Graden. accepimus; quod cum dilectus fi. Gradeñ. Primicerius, & Plebanus ſanctæ Sophiæ de Venetijs, quibus cauſa, quæ inter clericos ſanctę Iuſtinæ, & presbyterum A. ſuper eo, quod idem presbyter clericum ſe ipſius eccleſię aſſerebat, agitari dignoſcitur, a nobis fuerat delegata, mandaſſent eidem; vt memeratos clericos, qui per Archipresbyterum Paduanũ, ad quem fuerat ſuper eodem negotio quoddam a nobis reſcriptum obtentum; in quo, ſicut aſſeritur, de priorib. litteris mentio non fiebat; denuntiati fuerant excommunionis ſententiæ ſubiacere, niſi dictum presbyterũ in ſocium reciperent, & in fratrem; idem Patriarcha denuntiaret anathematis vinculo nõ ligatos. ipſe volens eiſdem iudicibus in hac parte parere, qui noſtra fungebantur auctoritate, maxime cum ve. f. n. Caſtell. Epiſcopus ipſis ſuper hoc parendum non duxerit requiſitus, clericis ſanctæ M. Formoſæ mãdatum ſupradictorum iudicum per ſuas litteras nũtiauit, quas dil. filius Archidiaconus Caſtell. plebanus eiuſdem eccleſiæ legi publice corã populo non permiſit, & infra. Vnde conſiderans Patriarcha Archidiaconum ipſum per tantarum iniuriarum exceſſum non ſe tantũmodo, ſed etiam Gradeñ. eccleſiam, immo nos ipſos grauiter offendiſſe, tam ipſum Archidiaconum, quam prędictam eccleſiam eccleſiaſtico ſuppoſuit interdicto. & infra. Cum igitur ſuper prę̨miſsis, & alijs vtriuſq. partis per procuratores fuiſſet coram dil. fi. I. ſanctorum Coſmæ, & Damiani diac. Card. quem auditorem eiſdem dedimus, litigatum, & ipſe nobis, quæ audierat, fideliter retuliſſet, quia nobis conſtare nõ potuit, an per litteras, quæ ad Paduañ. Archipresbyterum impetratæ dicuntur, cum nobis oſtenſę non fuerint, reuocatæ fuerint litteræ ad prędictos Primicerũ, & Plebanum obtentę. Cauſam ipſam veſtro duximus examini committendam, per A. s. m. qua inquiſita ſuper præmiſsis plenius veritate, niſi vobis conſtiterit; quod litteræ, quę ſecundo loco ad prędictũ Archipresbyterũ impetratæ dicũtur, de priorib. litteris ad ſępedictos Primicerium, & Plebanum obtentis expreſſam fecerint mentionem; vt per ſecundas primæ appareant litterę reuocatæ, cum primos iudices auctoritate litterarum noſtrarum iuriſdictionem nõ ſit dubium habuiſſe, quam potuerunt poſtmodum Patriarchæ, quo ad executionem ſuę ſententię demandare, ex qua coërtionem etiam idem Patriarcha recepit; cum huiuſmodi demandata iuriſdictio deluſoria videretur; ſi ſubdelegatus huiuſmodi coërtionem aliquam non haberet, interdicti ſententiam ab eodem Patriarcha in ſupradictum Archidiaconum promulgatam: pro eo quod ipſe Patriarcha prædicti executionem impediens, eius litteras legi in publicũ non permiſit; tam diu faciatis ſub. ap. ob. inuiolabiliter obſeruari, donec eidem Patriarchæ de iniurijs irrogatis ſufficienter fuerit ſatisfactum. Si vero conſtiterit primas litteras per ſecundas legitime reuocatas, cum appareat primos iudices iuriſdictionem nullam penitus habuiſſe, & ita conſtet per conſequentia Patriarcham ipſum non recepiſſe iuriſdictionem, vel coërtionem aliquam ab eiſdem; prædictam interdicti ſententiam ab eodem Pa-

Patriarcha prolatam denuntietis irritam, & inanem.

Idem Epiſcopo Pictauien. *Cap.9.*

c.30.a. LICET vndiq. confluentium negotiorum multiplicitas copioſa noſtrum animum ad curas varias impellere nõ deſiſtat: f. tamen tua, quam ſincera complectimur in domino caritate, ſollicitudinem ad tempus deponere compulerit, quam in exequendis alijs ex debito paſtoralis officij gerebamus, atq. tuã dubitationem Apoſtolico certificare reſponſo. Cum igitur a nobis duxeris requirendum, ſi cauſam aliquam tribus iudicibus delegamus, in noſtris apponi litteris illam clauſulam facientes, quod ſi non omnes his exequendis poteritis intereſſe, duo veſtrũ eam nihilominus exequantur; & vnus, poſtquam cõmiſerit cuidam ex alijs vices ſuas, de medio ſit ſublatus, tertius vt ſuſpectus merito recuſetur, an collega ſuperſtes ſuo nomine, ac defuncti poſsit negotium diffinire. Inquiſitioni tuæ t. reſpondemus, quod ſi iuriſdictione a ſuo ſibi collega delegata, eo viuẽte vti non inceperit, quia mandatum huiuſmodi reintegra morte mandatoris expirauit, non habet ſolus officium iudicandi. ſi vero ante mortem illius, iuriſdictione vti cœperit taliter demandata, vices ſuas, & illius poterit adimplere.

Idem Epiſcopo Baiocen. *Cap.10.*

ăjn.c. CVM in iure peritus. & infra. Prętereaquę ſiuiſti, cũ tibi ab aliquo ſub hac forma mãdatur; auctoritate, qua fungor, iniungo, vt talem denunties excommunionis ſententię ſubiacere; ac tibi ſuper mandato Apoſtolico hæſitanti ab aliquo non ſit fides, an mandatum huiuſmodi exequi tenearis. ſuper quo huiuſmodi tibi damus reſpõſum, quod niſi de mãdato ſe. Ap. certus extiteris; exequi non cogeris, quod mandatur.

Idem Pariſien. & Trecen. Epiſcopis, & Abbati ſanctæ Genouephæ. *Cap. 11.*

c.31.c. CVM olim dil. fi. Abbas, & conuentus Wireſaliacen. ſua nobis conqueſtione monſtraſſet, quod nobilis vir P. Comes Altiſiodor. quoddam ſtagnum, molendinum, & domum in terra eorum conſtruere nitebatur, in ipſorum pręiudicium, & grauamen. ve. f. n. Epiſcopo, & dilecto f. Theſaurario Niuernen. commiſimus cauſam ipſam, in quor. prę ſentia partibus conſtitutis, ſicut per litteras eorũdem accepimus, lite ſuper petitionib. eccleſiæ conteſtata, receptis vtrinq. teſtib. & atteſtationib. publicatis, cum ſuper dictis teſtiũ inter partes fuiſſet poſtmodum diſputatum; tãdem pars Comitis propoſuit corã eis, quod de damnis in nemorib. & rebus alijs datis, ſuper quibus teſtes deponere videbantur, cognoſcere non debebant; cum in reſcripto noſtro nulla de damnis mentio haberetur. Ad quod inter alia fuit ex aduerſo reſponſum, quod cum ſuper omnibus articulis, de quib. teſtes depoſuerant, lis fuiſſet ſollenniter conteſtata, de ipſis cognoſcere, ac pronuntiare iudices tenebantur. Ad hoc pars Comitis replicauit, quod etſi ſuper damnis a procuratore ſuo lis fuerit conteſtata, ei tamen ex hoc non poterat præiudicium generari: cũ ad hoc procurator datus non fuerit, ſed ad illam duntaxat cauſam, quæ fuerat in litteris commiſsionis expreſſa, ſuper caſtro videlicet, ſtagno, & molendino. Ad hoc parte altera reſpõdente, quod procuratoris factum Comes vlterius impugnare non poterat; quo vſq. poſt publicationem teſtium minime duxerat reuocandũ. Iudices autem ſuper hinc inde propoſitis, habito conſilio diſcretorum interlocuti ſunt, quod ſuper damnis datis a Comite, ad eos cognitio pertinebat. Quo audito Comes ad appellationis beneficium conuolauit. Vnde ipſum iudices euocarũt, & nec per ſe, nec per reſponſalem idoneum competentem † excõmunionis vinculo aſtrinxerunt. & infra. Quia vero ſuper damnis datis, antequam lis fuerit conteſtata, nequaquam ad dictos iudices cognitio pertinebat, cum in reſcripto noſtro nulla de ipſis mentio haberetur, nec ad ipſos potuerit iuriſdictio prorogari. Cũ procurator ad illa intelligatur ſolummodo conſtitutus, quæ in commiſsionis litteris inueniuntur expreſſa, & poſtquam Comes publicatis atteſtationib. intellexit ſuper illis depoſitum fuiſſe, protinus cõtradixit. Nos eoſdem iudices pronuntiauimus minus iuſte interlocutos fuiſſe, ac ſæpedictum Comitem, qui ob hoc ad ap. beneficium conuolauit, excõmunionis ſententia non fuiſſe ligatum.

† comparẽtẽ Greg 9

DE OFFICIO LEGATI. Tit. xix.

Idem C. tt. ſancti Laurentij in Lucina preſbytero Car. Ap. ſe. Legato. *Cap. 1.*

NISI ſpecialis illa dilectio, quam ad perſonam tuam habuimus, & habemus; iuſtum, immo iuſtiſsimum motum noſtri animi temperaret, pœna docente cognoſceres, quantum in perſonam tuam exceſſeris, quantũ in Romanã ecc. deliqueris matrẽ tuã, quæ cum te nutriuerit, & exaltauerit, tu eam penitus ſpreuiſſe videris. Tu autẽ ſpretis ca- De off. leg. c.31

nonicis ſanctionib. & conſuetudine generali
motu proprio præſumpſiſti, quod nec factũ
fuit, nec auditum; ve.f.n. Troiañ. Epiſcopum
regni Siciliæ Cancellarium præter ſpeciale
mandatum noſtrum de Troiana eccleſia ad
Panormit. de facto, quia de iure non potuiſti,
transferre.

Idem eidem. *Cap. 2.*

QVOD tranſlationẽ Pontificis de Tro
c.4.c. iano Epiſcopatu ad Panormitañ. metropo-
lim a te factum ratam nolumus habere, zelus
vtiq. rectitudinis, non amaritudinis nos indu
xit. quia licet in regno Siciliæ generalis ſit ti-
bi cõmiſſa legatio, ad ea tamen ſine ſpeciali
mandato non debuiſti manus extẽdere, quæ
in ſignum ſingularis priuilegij ſunt ſummo
Pont. reſeruata; tamen, etſi quædam ex ijs,
quę de ſpeciali conceſsione ſæpe fuere Lega-
tis indulta, vt illorum videlicet abſolutio, qui
propter ſacrilegas manuum iniectiones in
clericos, inciderũt in canonem ſententię pro-
mulgatæ, videantur & ex ipſo Legationis of-
ficio iã licere Legatis: an exiſtimas, quia vices
noſtras tamquam Legato tibi commiſimus,
exequẽdas; quia Panormi. eccleſiã poſſes ſub
icere Meſſañ. vt illã iſti præficeres, conceſſo
ſibi priuilegio primatiæ? an putas ex eadem
cauſa tibi licere duos Epiſcopatus vnire, vel
vnum diuidere ſine licentia ſpeciali? Nõ ergo
in eius odiũ, vel ad iniuriam tui reputes eſſe
factum, ſed vt priuilegium Petri maneat in
concuſſum, cum et fe. me. Alex. Papa. p̃. n.
quaſi ſimile fecerit, obuiando præſumptioni
Legati, quem in Hiſpaniã deſtinarat, volenti
ſimile attemptare.

Idem Barẽſiñ. Epiſcopo, & Marſicañ. Capellano,
& ſubdiacono noſtro. *Cap. 3.*

c.5.c. LICET Tran. canonici ab initio diſſen
ſiſſent, tandem tamen omnes vnanimitet cõ-
ſenſerunt, dil. f. G. fratrem Caſin. Abbatis in
Archiepiſcopum eligentes, cuius electionem
ve. f. n. P. Portueñ. Epiſcopus tunc Ap. ſe.
Legatus examinari præcepit, & examinatio-
nem redactam in ſcriptis fecit ſigillis dilecti
filij Archidiaconi, & magiſtri Petrach. mu-
niri, cum ſuo quoq. ſigillo ad ſedem Ap trãſ-
mittendam. litteras quoq. ſuas nobis pro fra-
tre dicti Caſin. Abbatis deprecatorias deſti-
nauit; quas cum decreto electionis omnium
canonicorum ſubſcriptionibus roborato, nec
non & litteris ſuffraganeorum, & populi; tres
de canonicis Traneñ. eccleſiæ ab vniuerſo
capitulo deſtinati nobis humiliter præſenta-
runt, petentes electionem canonicam de per-
ſona idonea celebratam auctoritate Ap. cõ-
firmari. Nos autem ad maiorem cautelam a
præfatis canonicis iuramentum recepimus,
non a nobis exactum, ſed ab illis oblatum; &
factũ electionis, ſicut eſt & moris, & iuris, exa
minauimus diligenter. Interim vero nuntius
præfati Caſin. Abbatis ſuas nobis litteras prę
ſentauit, grauem contra iam dictum Legatũ
querimoniam continentes, quod poſtquam
electionem examinauerat, & eam ad noſtræ
deliberationis examen trãſtulerat, nuntijs iã
directis, eandem electionem malitioſe nimis
examinare præſumpſit. Vnde petebat per
viros idoneos ſuſpicione carẽtes de ipſo facto
inquiri. Cumq. præfatus ſuperueniſſet Epi-
ſcopus, & ea, quæ geſta ſunt, intelleximus ab
ipſo, de conſilio fratrum n. examinationem
ſecundam, tamquam a nõ ſuo iudice factam,
poſtquam negotium ad noſtrum fuerat tran
ſlatũ examen, cenſuimus irritam, & inanem.

Idem ſancti Apri & ſancti Leonis Abbatib. &
magiſtro R. Archidiacono Tulleñ. *Cap. 4.*

DILECTVS f. R. Meteñ. canonicus c.6.c.
nobis humiliter intimauit, quod, cum ve. f. n.
Pręneſtinus Epiſcopus Ap. ſe. Le. eccleſiam
ſancti Trudonis eidem ad reſignationem pro
prij paſtoris in manibus eius factam libera-
liter cõtuliſſet, dil. f. R. Meteñ. Archidiac. ad
quem illius eccleſiæ præſentatio pertinebat;
aſſerens, quod eodem inconſulto conferri
non potuit a Legato, donationi eius minus
rationabiliter ſe opponẽs, canonicum ipſum
ſuper eadem eccleſia indebite moleſtare præ
ſumpſit. cum igitur plus iuris habeat in con-
ceſsione prælatus, quam in præſentatione pa
tronus; ne præiudicetur prælato, ſi quando
per Ap. s. Legatum, eo incõſulto, eccleſia cõ-
cedatur: dil. v. per A. s. m. qua. dictũ Archid.
vt ab eius ſuper hoc indebita moleſtatione
deſiſtat, mo. p̃. per cen. eccleſiaſticam ap. re.
cogatis.

Idem Illu. Regi Francorum. *Cap. 5.*

NOVIT ille, qui nihil ignorat; quod c.7.c.
Regiæ ſublimitati. & infra. Nuper autem pri-
mo dil. f. M. & Walt. milites, & poſtmodum
dil. f. magiſtrum F. Decanum Aurel. cũ litte-
ris tuis benigne recepimus, & curauimus mul
tipliciter honorare, ſicut per ipſos poterit ple
nius tuæ ſerenitati patere; ipſi autẽ in noſtra,
& f. n. præſentia cõſtituti contra eund. Card.
ex parte tua querimoniam intenderunt, vide
licet quod cum tibi eſſet certa ratione ſuſpe-
ctus, poſt ap. ad nos interpoſitam extra fines
regni Francorum in terram tuam interdicti
ſen-

ſententiam promulgauit; qui etiam in animā tuā promiſerunt, & obtulerunt iurare, quod tu corā legatis, & delegatis noſtris ſuper hoc negotio ſtabis iuri, & quod propter huiuſmodi negotium nec per nos, nec per alium fueris ex parte noſtra citatus, vt iuri pareres, prædictam petens ſententiam, recepta huiuſmodi cautione iuratoria, relaxari. Ceterū ad ea, quę contra Card. obiecerant, & eis reſpondimus, & tuæ magnificentiæ reſpōdemus, quod etſi fines regni Francorū exierat, nondum tamen fuerat terminos ſuæ legationis egreſſus, cum nō ſolum in regno Francorum, ſed in Vien. Lugduñ. & Biſunctun. † prouincijs iniunctā ſibi a nobis legationis ſollicitudinem ſuſcepiſſet.

† Biſūt ſcribe.

DE OFFICIO IVDICIS ORDINARIJ. Tit. XX.

Idem Auſitañ. Archiepiſcopo. *Cap. 1.*

De off. iud ord. c. 7.

QVANTO deuotio religioſorum virorum ſtudioſius mandatis diuinis inhęret, & creatori ſuo placere per opera ſanctæ conuerſationis intendit, tanto humani generis inimicus ad ſeductionem eorum, ſuæ fraudis malignitate laborat, & varijs modis eis pręſtat materiam excedendi, & animas eorum inextricabili laqueo nititur irretire: ad audientiam ſiquidem noſtram noueris peruenisse; quod monachi canonici regulares, & alij in tua prouincia conſtituti, cum deberent potius in clauſtro, iuxta regularia conſtituta, diuinis obſequijs vigilare; de obedientijs, & redditibus, quorum curam geſſerunt, pecunia cōgregata, clauſtrū abhorrentes, per curias principum, & potentum diſcurrere non verentur; & muneribus ſuis illor. ſibi gratiam, & fauorem acquirunt, ac de ipſor. familiaritate confiſi, in conuentu ſuo graues diſſenſiones commouent; & ceterorum humilitatem in ſpiritu arrogantiæ contemnentes, mandatis pręlatorum ſuorum inobedientes, contumaces exiſtunt, & contra illorum prohibitionem ſęcularium negotiorum ſollicitudinibus ſe inmergunt. Quoniam igitur propter hoc ordo religionis non modicum eneruatur; f. t. per A. ſ. m. qua. quoſcumq. tales inueneris, niſi ad cōmonitionem tuam reſipuerint, vt proprium ſuum in manib. pręlatorum ſuorum ſine difficultate reſignent, conuertendum in vtilitatem domus, ſecundum Abbatis conſilium, & regularem vitam obſeruent; ſi pręlati eorum poſt tuam cōmonitionem id exequi negligēter omiſerint, per ſuſpenſionem officij, & beneficij ap. re. compellas.

Idem Rothomageñ. Archiepiſcopo. *Cap. 2.* c. 8 e.

AD reprimendam malitiam peruerſorū pœnæ certæ ſunt in canonib. cōſtitutæ; quas ſicut latas a vobis interdū in ſubditos vultis inuiolabiles obſeruari; ita latas ab alijs debetis inuiolabiles obſeruare. Inde eſt, quod vni. v. p. A. s. in. qua. ſententias, quas ve. f. n. Lexoneñ. Epiſcopus duxerit in ſubditos ſuos canonice promulgādas, & vos ipſi ſeruetis, & a vſis ſubditis faciatis inuiolabiliter obſeruari. Tu vero frater, cū excōmunionis ſententia per appellationis non ſuſpendatur obiectū: ſi quis excommunicatus ab ipſo, de iniuſta tibi fuerit excōmunicatione cōqueſtus, ad ipſum ei quaſi coepiſcopo deferens, abſoluendum ſecundum eccleſiæ formam remittas. Quod ſi forte noluerit illum abſoluere, tu recepta iuratoria cautione abſolutionis ei munus poteris exhibere; ita tamen, quod niſi tibi legitime conſtiterit eum contra iuſtitiam excōmunicatum fuiſſe, ex debito ſibi iuramento pręcipias; vt ſuper eo, de quo fuerit excōmunicatione notatus, eidem Epiſcopo ſatisfaciat competenter. Quod ſi facere forte contempſerit, eum in excōmunicationis ſententiam ap. re. reducere non omittas.

Idem Tyreñ. Archiepiſcopo. *Cap. 3.* c. 9. e.

DVO ſimul conſultationem ſcilicet, & querimoniam vnica tuæ fraternitatis petitio continebat, per quam a ve. f. n. Hieroſol. Patriarcha querebaris, clericos tuos tecum iniuſte grauari, qui eos ſpreto iudicio tuo, corā quo parati ſunt de ſe querimoniam deponentib. iuſtitiā exhibere; licet ad eū per appellationē cauſa minime deferatur; coram ſe reſpondere cōpellit; & vtrū ad id poſſint de iure cōpelli, per noſtras poſtulabas litteras edoceri. Volentes igitur tibi ſuper grauaminib. prędictis prouidere, & conſul. t. quod canones ſentiūt, reſpondere; cum ſit in canonib. diffinitum, Primates Patriarchas nihil iuris prę ceteris habere, niſi quantum ſacri canones concedunt, & priſca illis conſuetudo cōtulit ab antiquo; ita vt ſecundum Nicęnas regulas ſua priuilegia ſeruentur eccleſijs; præter quam, ſi Ap. ſe. aliquam eccleſiam, vel rectorem ipſius quolibet ſpeciali priuilegio decreuerit honorare: de con. f. n. con. reſpondemus, quod quādiu clerici tui coram te voluerint ſtare iuri, compelli non debent, iudicium eiuſdem Patriarchę ſubire; niſi cauſa forſitan per ap. ad eius audientiā perferatur, aut, quod nō credimus, ali-

aliquid ſit ei a ſe. Ap. indultum.

Idem Turoñ. Archiepiſcopo. *Cap. 4.*

c. 10. c. QVOD ſe. Ap. conſulis ſuper ijs, quæ dubia tibi exiſtunt, gratum gerimus, & acceptũ, & tua exinde fraternitas videtur merito cõmendanda; cum lex diuinæ conſtitutionis eã dem ſedem totius poſuit orbis terrarum magiſtram: vt quidquid dubitatur ab aliquo, ab ea tandem eius ratio requiratur. Nos ſiquidẽ decreuiſti prouide conſuiendos; vtrũ ſi forte aliqua infirmitate, vel alia iuſta de cauſa detentus aliquem ſuffraganeorum tuorum conſecrare non poſſes, alicui coëpiſcoporum tuorum, vices tuas licitum committere tibi eſſet; & vtrum electus, qui pro conſecratione inſtaret ab eo, cui vices tuas taliter cõmiſiſſes, deberet licite conſecrari. In quo tale damus cõſul. t. reſponſum; quod in tali articulo conſtituto, & tuas vices, vt dictum eſt, tibi committere licet; & cõſecrandus munus debet ab eo conſecrationis accipere, cui eas duxeris committendas; dummodo catholicus habeatur, & impedimentũ ex ſubtractione gratiæ ſe. Ap. non obſiſtat.

Idem Epiſcopo Helieñ. *Cap. 5.*

c. 11. c. PASTORALIS officij. & infra. Ex parte tua fuit inſuper requiſitum, vtrũ ſi aliqua cauſa fuerit ad Archiepiſcopum per ap. delata, poſsit eandem, iure ordinariç poteſtatis ſuffraganei ſui ſubdito delegare, vel animaduertere in eundem, ſi cauſam renuerit ſuſcipere delegatam. Ad quod vtiq. reſpondemus, quod Archiepiſcopus ipſum ad ſuſcipiendam delegationẽ huiuſmodi cõpellere nequit inuitum, cum in eum, exceptis quibuſdã certis articulis nullam habet poteſtatem, licet Epiſcopus ſuus eidem ſit metropolitica lege ſubiectus. & infra. Edoceri præterea poſtulaſti; an alicui liceat ſine ſpeciali mandato Ap. ſe. delegato, qui reũ propter cõtumaciam manifeſtam excõmunionis vinculo innodauit, vel petitorem cauſa rei ſeruandæ, in poſſeſsionem petitorum induxit, rebus humanis exempto, eidem volenti iuri parere, abſolutionis beneficium impertiri, vel poſſeſsionem reſtituere infra annum ſufficienti recepta primitus cautione. Ad quod vtiq. dicimus, quod cum delegatus quantum ad illud ſit maior ordinario, ſine mandato ſummi Pont. excõmunicatus ab huiuſmodi delegato nõ poteſt per alium, præter quam in mortis articulo, abſolutionis gratiam obtinere, niſi forſan delegatus talis extiterit, cui alius ſuccedat in onere, ac honore; nec per alium, quam per ſummum Pont. recupare poterit poſſeſsionẽ amiſſam. Verumtamen ne alius poſt annum verus efficiatur poſſeſſor, coram ordinario, vel ſi eius copiam habere nequiuerit, coram publicis, & honeſtis perſonis, vt quaſi præſcriptionẽ interrumpant annalem, offerre, ac præſtare, quod iuri parebit, poterit cautionem; vt ſic poſt annum recupare poſſeſsionem per ſedẽ Ap. mereatur.

Idem Archiepiſcopo Senoñ. *Cap. 6.*

LICET in corrigendis exceſsib. iuxta canonicas ſanctiones ap. ſit diffugium interclu- c. 12. c.
ſum, & ideo ve. f. noſter Parieñ.† Epiſcopus a nobis recepit in mandatis; vt tam circa monachos, & alios viros religioſos, quam etiam clericos ſæculares ſuæ iuriſdictioni ſubiectos, qui multa grauia committere proponuntur, quæ cedunt non ſolum in animarum diſpendium, ſed etiam ſcandalum plurimorum, inquirat, & corrigat ap. re. quæ viderit corrigenda, ſtatuens ad reformationem eorum, quod regulare fuerit, & honeſtum. quia tamen intentionis noſtræ nec fuit, nec eſſe debuit iuriſdictioni tuæ per mandatum huiuſmodi derogare, auctoritate præſentium duximus declarandum. Quod ſi forſitan inquiſitionibus ab eodem Epiſcopo nõ tamquam delegato, ſed tamquam ordinario faciendis, aliquis caſus emerſerit, in quo licitum ſit ad ſedem metropolicam appellare; prædicti occaſione mandati, auctoritati tuæ, quominus ad te, tamquã ad Metropol. appellare valeat, nolumus aliquatenus derogare. Tu tamen nec impedias per te ipſum, nec per alios facias impediri, quominus idem Epiſcopus in corrigendis exceſsib. ſubditor. officij ſui debitum exequatur, etſi forſan in caſu conceſſo ad te fuerit appellatum, in appellationis cauſa prudenter, & iuſte procedas.

† Pariſieñ. Greg. 9

DE MAIORITATE, ET OBEdientia. Tit. xxj.

Idem Capitulo Herbipoleñ. *Cap. 1.*

ILLVD dominus in beato Petro. & infra. Ve. f. n. quondã Hildeſin. Epiſcopus Imp. aulæ Cancellarius non attendens, quia multa ſunt, quæ præter ſpecialem auctoritatẽ Ap. ſe. de iure non poſſent, nec deberent impune ab aliquib. attẽptari; vtpote ceſsiones, & tranſlationes Epiſcoporum, & alia, quç nota ſunt vobis non ſolum non obtenta licentia noſtra, ſed nec etiã poſtulata, eccleſia Hildemeñ.† relicta, Herbipoleñ. eccleſiam occupauit

De maio. & obe. c. 5.

† al. Hildeſemẽ.

pauit. & infra. Munitiones autem, & oppida Herbipolen̄. eccleſię in vtilitate illius ſe aſſeruit tenuiſſe, ne ſi ad alienas manus forſitan deueniſſent, non eſſet, qui eam poſtmodum liberaſſet. ſed cum ſpiritualia ſint temporalib. digniora, & obedientia melior ſit, quam victimę, & auſcultare magis, quam adipem arietū offerre, nō debuerat idem Epiſcopus pro tēporali cōmodo Herbipolen̄. eccleſiæ, notam incurrere inobedientiæ, & Apoſtolicis iuſſionibus contraire.

Idem Illu. Conſtantinopol. Imp. *Cap. 2.*

c.6.e. SOLITAE benignitatis affectu recepimus litteras, quas per dilectum f. Archid. Durachij virum prouidum, & fidelem Imp. nobis excellentia deſtinauit; per quas intelleximus, quod litteræ, quas per dilectum filiū capellanum n. tunc Ap. ſe. Legatū tibi tranſmiſimus, Imperio tuo præſentatæ fuerant, & perlectæ. Mirata eſt autem Imp. ſublimitas, ſicut per eaſdē nobis litteras deſtinaſti; quod te viſi fuimus increpare, licet non increpandi animo, ſed affectu potius cōmonendi, quod ſcripſimus, meminerimus nos ſcripſiſſe. huic autem tuæ admirationi non cauſam, ſed occaſionem præbuit, ſicut ex eiſdem coniecimus litteris, quod legiſti beatum Petrum Principem Apoſtolorū ſic ſcripſiſſe. ſubditi eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum, ſiue Regi tamquam præcellenti, ſiue ducib. tamquam ab eo miſſis, ad vindictam malefactor. laudem vero bonor. Volens enim de quo nos rationabilius admiramur, Inperatoria celſitudo per hoc, & alia, quæ induxit, imperium ſacerdotio dignitate, & poteſtate præferre, ex auctoritate præmiſſa voluit triplex trahere argumentum. primum ex eo, quod legitur, ſubditi eſtote; ſecūdum ex eo, quod ſequitur, Regi tamquam pręcellenti, tertiū ex eo, quod eſt adiectum ſubſequenter, ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum. Per primum ſubeſſe ſacerdotium, per ſecundū Imperium præminere, per tertium Imp. tam in ſacerdotes, quā laicos iuriſdictionem, immo etiam gladij poteſtatem accepiſſe. Cum enim & boni quidam ſacerdotes, & quidam eorū malefactores exiſtant; is, qui ſecundum Apoſtolum gladium portat, ad vindictam malefactor. laudem vero bonorum, in malefacientes presbyteros, & eorum exceſſus præſumptos vltore poteſt gladio vindicare. Cū inter presbyteros, & alios Apoſtolus nō diſtinguat. Verum, etſi perſonam loquentis, & eorū, ad quos loquebatur, ac vim locutionis diligentius attendiſſes; ſcribentis non expreſsiſſes taliter intellectum. ſcribebat enim Apoſtolus ſubditis ſuis, & eos ad humilitatis meritum prouocabat. ſi enim per hoc, quod dixit, ſubditi eſtote, ſacerdotio voluit imponere iugum ſubiectionis, & eis prælationis auctoritatem auferre, quib. eos ſubiectos eſſe monebat; ſequeretur ex hoc, quod etiam ſeruus quilibet in ſacerdotes imperium accepiſſet, cum dicatur omni humanę creaturæ. quod autem ſequebatur Regi, tamquam præcellenti, nō negamus, quin præcellat † Imp. in temporalib. *tal. præcedat* illis dumtaxat, qui ab eo recipiunt temporalia, ſed Pont. in ſpiritualibus antecellet, quæ tanto ſunt temporalib. digniora, quanto anima præfertur corpori, licet non ſimpliciter dictum fuerit ſubditi eſtote, ſed additum fuerit propter Deum, nec pure ſcriptum ſit Regi præcellenti, ſed interpoſitū forſitan non ſine cauſa ſit, tamquam. quod autem ſequitur, ad vindictam ma. laudem vero bonorum: intelligendum nō eſt, quod Rex, vel Imp. ſuper omnes bonos, & malos gladij acceperit poteſtatem; ſed in eos ſolummodo, qui vtentes gladio eius ſunt iuriſdictioni commiſsi. iuxta quod veritas ait, Omnes, qui acceperint gladium, gladio peribunt. Non enim poteſt, & debet quiſquam ſeruum alterius iudicare; cū ſeruus domino ſuo, ſecundum Apoſtolū, ſtet, aut cadat. Ad id etiam induxiſti, quod licet Moyſes, & Aaron ſecundum carnem fratres extiterint. Moyſes tamen princeps populi, Aaron ſacerdotij poteſtate præerat, & Ieſus ſucceſſor ipſius Imperium in ſacerdotes accepit. Dauid quoq. Rex Abiathar Pontifici præminebat. Ceterum, licet Moyſes Dux populi fuerit, fuit etiam ſacerdos: quia Aaron in ſacerdotem inunxit, & cui Propheta ſacerdotium recognoſcens, Moyſes inquit, & Aaron in ſacerdotib. eius. Quod vero de Ieſu Beniamin ad cōmendandam prælationem eius ſcripſiſti, magis ſecundum ſpiritum, quam ſecundum litteram debet intelligi, quia ſecundum Apoſtolum, littera occidit, ſpiritus autē viuificat, pro eo quod ipſe veri Ieſu figuram expreſsit, qui populum ſuum in terram promiſſionis induxit. Dauid etiam quamuis diadema Regum obtineret, Abiathar ſacerdoti, nō tam ex dignitate Regia, quā auctoritate prophetica imperabat. Verū quidquid olim fuit in veteri teſtamento, nunc aliud eſt in nouo, ex quo Chriſtus factus eſt ſacerdos in æternū ſecundum ordinem Melchiſedech; qui ſe, nō vt Rex, ſed vt ſacerdos in ara crucis hoſtiam ob-

obtulit Deo patri, per quam genus redemit
humanũ, circa illum præcipue; qui ſucceſſor
eſt Petri, & vicarius Ieſu Chriſti. Potuiſſes au
tem prærogatiuã ſacerdotij ex eo intelligere
potius, quod eſt dictum non a quolibet, ſed a
Deo, nõ Regi, ſed ſacerdoti; nec de Regia ſtir-
pe, ſed de ſacerdotali proſapia deſcẽdenti; de
ſacerdotib. videlicet, qui erant in Anathot.
Ecce cõſtitui te ſuper gentes, & regna, vt euel
las, & diſsipes, ædifices, & plantes. dictum eſt
etiam in lege diuina, dijs nõ detrahes, & Prin
cipem populi tui non maledices, quę ſacerdo
tes regib. anteponens, iſtos deos, & alios Prin
cipes appellauit. Præterea noſſe debueras,
quod fecit Deus duo magna luminaria in fir
mamento cæli, luminare maius, vt præeſſet
diei, & luminare minus, vt pręeſſet nocti, vtrũ
que magnum, ſed alterum maius, quia nomi
ne cæli deſignatur eccleſia, iuxta quod veri-
tas ait, ſimile eſt regnum cælorum homini p.
f. qui ex. ſu. ma. condu. op. invi. ſuam. per diem
vero ſpiritualis accipitur, per noctem carna-
lis, ſecũdum propheticum teſtimonium, dies
diei eructat verbum, & nox nocti indicat ſci-
entiam. ad firmamẽtũ igitur cæli, hoc eſt vni-
uerſalis eccleſiæ fecit Deus duo magna lumi
naria, id eſt Deus inſtituit dignitates, quę ſunt
Põtificalis auctoritas, & Regalis poteſtas. ſed
illa quæ præeſt dieb. id eſt ſpiritualib. maior
eſt; quæ vero carnalib. minor; vt quanta eſt
inter lunam, & ſolem, tanta inter Pontifices,
& Reges differẽtia cognoſcatur. Hoc autem
ſi prudẽter attenderet Imperatoria celſitudo,
non faceret, aut permitteret ven. f. n. Conſtan
tinopolitanum Patriarcham, magnũ quidẽ,
& honorabile membrum eccleſiæ, iuxta ſca-
bellum pedum ſuor. in ſiniſtra parte ſedere:
cum alij Reges, & Principes Archiepiſcopis,
& Epiſcopis ſuis, ſicut debent, reuerenter aſ-
ſurgant, & eis iuxta ſe venerabilẽ ſedem aſ-
ſignent. Nam & piiſsimus Conſtantinus quã
tum honoris exhibuit ſacerdotibus, tua ſicut
credimus, diſcretio non ignorat. Nos autem,
etſi nõ increpãdo ſcripſerimus, potuiſſemus
tamen rationabiliter increpare, cum beatus
Paulus Apoſtolus Epiſcopum inſtruens ad
Timotheum ſcripſiſſe legatur. Prædica ver-
bum, inſta oportune, importune; argue, obſe-
cra, increpa in omni patientia, & doctrina. nõ
enim os noſtrum debet eſſe ligatum, ſed pa-
tere debet ad omnes, ne ſecundum Prophetã
ſimus canes muti non valentes latrare. Vnde
correctio noſtra tibi non debuit eſſe moleſta,
ſed magis accepta; quia pater, quem diligit,
filium corripit, & Deus, quos amat, arguit, &
caſtigat. Debitũ igitur officij paſtoralis exe-
quimur, cum obſecramus, arguimus, increpa
mus, & non ſolum alios, ſed Imp. & Reges
oportune ad ea ſtudemus inducere, quę diui-
nę placita ſunt voluntati. Nobis enim in bea
to Petro ſunt oues Chriſti commiſſæ, dicente
domino, paſce oues meas, non diſtinguens in-
ter has oues, & alias, vt alienum a ſuo demõ-
ſtraret ouili, qui Petrum, & ſucceſſores illius
magiſtros non recognoſceret, & paſtores: vt
illud tamquam notiſsimũ omittamus; quod
dominus dixit ad Petrum, & in Petro dixit
ad ſucceſſores ipſius. Quodcumq. ligaueris
ſuper terram, erit l. &c. nihil excipiens, qui
dixit quodcumq. Verũ his diutius inſiſtere
noluimus; ne vel concedere† videamur, vel in † al. cõtẽdere
huiuſmodi delectari, vel ſi gloriari expediat,
non in honore, ſed onere, nõ in magnitudine,
ſed in ſollicitudine ſit potius gloriandum; cũ
& Apoſtolus in infirmitatib. glorietur. noui
mus eſſe ſcriptum: Omnis, qui ſe humiliat, ex
altabitur, & qui ſe exalt. &c. & iterũ. quanto
maior es, humilia te in omnib. & alibi. Super-
bis Deus reſiſtit, humilibus autem d. g. pro-
pter quod exaltationem noſtram in humili-
tate ponamus; & humilitatem exaltationem
maximam reputemus. Vnde & ſeruos, non
ſolum Dei, ſed etiam ſeruor. Dei, nos eſſe ſcri-
bimus, & fatemur, & tam ſapientib. quam in
ſipientib. ſecundum Apoſtolum debitores,
vtrum autem Imperatoriam excellentiam ad
bonum, & vtile per litteras noſtras duxeri-
mus mutandam; † vtrum iuſta tibi ſuggeſſeri † imitãdam Greg. 9
mus, & honeſta: tua celſitudo diſcernat; cum
non niſi ad vtilitatem eccleſiæ, & terræ Hie-
roſolymitanæ ſubſidium nos te meminери-
mus inuitaſſe.

Idem Epiſcopo Florent. *Cap. 3.*

PER tuas litteras intimaſti, quod, cũ ali- c.7.e.
qui Romanæ eccleſiæ ſubdiaconi prælatio-
nes in tua dioc. aſſecuntur, pro quibus tibi te
nentur obedientiam exhibere, ſi quando exi
gente iuſtitia te cõtigeret exercere in ipſis ec
cleſiaſticam diſciplinam; illi ſubdiaconatus
priuilegium allegantes, ea ſe aſſerunt non te-
neri, ac ſi per huiuſmodi ſubdiaconatus offi-
cium ab obedientia, qua tibi tenẽtur ratione
obtenti beneficij, ſint exempti. ſuper quo po-
ſtulaſti per Ap. ſe. oraculum edoceri; vtrum
per ordinem ſubd. officij a Romano Põt. per-
ceptum, hi tales a debita tibi reuerẽtia ſubtra-
hantur. Ad quod tibi breuiter reſpondemus,
quod etſi decens ſit, vt illis, quantũ conuenit,

a te inter alios tibi ſubditos deferatur, quos benignitas Apoſtolica collatione ipſius ordinis honorauit, per eam tamen ab obedientia, quã alias tibi debent, minime abſoluũtur.

Idem Conſtantinopol. Patriarchæ. Cap. 4.

o.1.c. INTER quattuor. & infra. Subſequẽte vero petitione, qua eccleſias illas tibi ſubijci poſtulabas, quæ priuſquam Cõſtantinopol. ciuitas caperetur, Cõſtantinopol. Patriarchæ minime reſpondebant; duplici ratione non duximus admittendam. Iuris namq. ratio poſtulauit, vt in eorum præiudicium, quib. eędẽ eccleſiæ ſunt ſubiectæ, nihil ordinaremus de ipſis, cum nec citati ſunt, nec cõuicti, nec per contumaciam ſe abſentent. & infra. Super obedientia vero, quã vt tibi faceremus impendi ab Archiepiſcopo, & Epiſcopis regni Cypri, ſimiliter poſtulaſti, fere idem, quod in præcedenti petitione tibi duximus reſpondendũ, cum & ipſi ante tuam extiterint promotionẽ exempti; quando videlicet Conſtantinopol. eccleſia erat inobediens, & rebellis, & in eorũ abſentia circa ſtatum ipſorum non debuerimus aliquid immutare, iuſtitiam tamen non negabimus tibi, cũ eam duxeris poſtulãdam.

Idem Pariſieñ. Epiſcopo. Cap. 5.

De præſcr.c.16. & infra. eo.ti.c.5 in hac collectione. CVM ex officij ſui debito Senoñ. prouinciã viſitaret ve.f.n. Archiepiſcopus Senoñ. per Pariſieñ. dioec. tranſitum faciens ad Abbatis ſancti Maglori, Prioris de Caſtres, et quorundam aliorum eccleſias neceſſe habuerit declinare, a quib. cum procurationem ſibi debitam poſtularet, ipſi eam exactam inhumaniter negauerũt, illam ſoluere penitus contemnentes; ad ſuæ negationis defenſionem, hoc ſolummodo allegantes, quod non meminerint ſe procurationem huiuſmodi prædeceſſoribus eiuſdem Archiepiſcopi exſoluiſſe, nec ab eis fuiſſe petitam. idem vero Archiepiſcopus propter procurationem ſibi minus rationabiliter denegatam, illos auctoritate reſcripti, quod ſuper hoc a ſe. Ap. impetrarat, ab officiorum executione ſuſpendit; eoſdem poſtmodum, quoniam ſuſpenſionis ſententiam non ſeruabant, vinculo excõmunicationis aſtringens. & infra. Tu quoq. obedientiã, & reuerentiam ſibi debitam impendere non detractes; quia qui ſe ſcit alijs eſſe præpoſitum, moleſte ferre non debet alium ſibi eſſe prælatum. Vnde mirari cogimur, & moueri, quod cum idem Archiepiſcopus tibi mandaſſet, vt præfatam ſententiam per dioec. tuã faceres obſeruari, diceris reſpondiſſe, te non teneri ad executionem ſententiæ, de qua dubitares, an fuerit iuſte prolata; quod quã friuolũ ſit, & abſurdũ, nemo iuriſperitus ignorat.

DE PROCVRATORIBVS. Tit. xxij.

Idem. Cap. 1.

IN noſtra præſentia conſtitutus ve.f.n. Epiſcopus Tulleñ. lacrimabiliter eſt conqueſtus, quod cum olim ad procurandã cauſam, quæ inter ipſum, & bo.me. Decanum Tulleñ. ſuper dilapidatione, excõmunione, periurio, ac quibuſdam alijs vertebatur, W. & T. presbyteros procuratores inſtituens, ipſos ad ſe. Ap. duxerit deſtinandos, cum de ipſorum fide poſtmodum titubaſſet, mãdatum, quod eiſdem dederat, infra modicum temporis ſpatium reuocauit; ſed ipſi, licet mandati reuocatorias litteras recepiſſent, nihilominus in negotio proceſſerunt, & pro procuratorib. ſe gerẽtes, cũ aduerſario Gaufredo ſ. Archid. Tulleñ. iudiciũ ſunt ingreſſi cũ eodẽ. demũ ad dil. f. G. Pariſieñ. Archid. & magiſtrũ R. de Cozzon, & R. S. Victoris pęnitentiarium in eiuſdem præiudicium noſtras litteras impetrantes. quorum citatio, licet eidem Epiſcopo minime fuerit præſentata; cũ tamen ad eius notitiam deueniſſet, quod eiſdem erat cauſa cõmiſſa, quæ inter ipſos, & dictos Decanum, & Archid. vertebatur, ad eorũ pręſentiam properauit. Cumq. prędictus Epiſcopus per multam inſtantiã noſtri reſcripti copiam habuiſſet, & eiuſdem tenorem cum iuriſprudentib. inſpiceret diligẽter, admirans plurimũ, quod ſupradicti presbyteri tãquam procuratores huiuſmodi litteras impetrarunt ad probãdũ, quod falſi procuratores fuerant, ab ipſis iudicibus inducias poſtulauit, qui exceptionẽ oppoſitam inutilem, & ſuperuacuam reputantes, ad probationem ipſius dilationem concedere noluerunt. propter quod idem Epiſcopus ad appellationis beneficium conuolauit, & ab ipſorum iudicum præſentia receſſit appellans. Ipſi vero appellationi minime deferẽtes, in negotio ipſo procedere, ac lite non conteſtata, & iuris ordine prętermiſſo, teſtes cõtra ipſum Epiſcopũ recipere præſumpſerũt, ipſum a Tulleñ. eccleſia per ſententiã remouendo. Nos vero licet vix fidem adhibere potuerimus, quod ſæpedicti iudices, vt pote viri litterati, prouidi, & honeſti taliter, vt dictum eſt, proceſsiſſent, & maxime cum in ſua relatione, quam ad noſtrã pręſentiã tranſmiſere, de eius exceptione propoſita nullam fecerint mentionẽ, quia tamen Epiſcopus ſępedictus per viros religioſos pariter, & honeſtos, dequi- De procur.c.4.

bus nō eſt veriſimile, quod ſuę ſalutis obliti, ac iuramenti religione contempta, falſum teſtimonium tulerunt, nobis tecū ſuper iis, quæ ſunt propoſita, plenam fidem; attendentes, quod falſi procuratoris exceptio nō ſolū ante ſententiā, verū & poſt ſententiā poteſt obiciiuxta canonicas, & legitimas ſanctiones, vt poſt qua prolata iudiciū nullū, & nullius momenti cōtrouerſiæ reputāt, de cō. f. n. proceſſum ſuprædictor. iudicum ſententialiter duximus irritandum.

Idem Bratiſ. Epiſcopo. c. 2.

TVAE. & infra. Cōſuluit etenim tua f. vtrū vir per procuratorem valeat ſuper adulterio coniugem accuſare, cum videantur illud tam leges, quam canones inhibere: ad quod fraternitati taliter reſpōdemus; quod, ſi vir accuſet vxorem de crimine adulterij coram iudice ſæculari ad pœnam legitimam infligendam; quia tunc inſcriptionis vinculū debet arripere, ſeq. ad pœnam talionis aſtringere: nō per procuratorē, ſed per ſeipſum præſentē oportet præſentialiter accuſare. Si vero vir accuſare velit vxorem de adulterio corā eccleſiaſtico iudice, vt ab eius cohabitatione diſcedat; quia tunc etſi forſan oporteat ipſum inſcribere, vt deſignet in ſcriptis nomen locum, & tēpus, & omnia, quæ cōprehenduntur in lege ciuili, ad talionem tamen non debet ſe aliquatenus obligare, ne forte cū in probatione defecerit, intentionis ſuæ conſequatur effectum, ſuſtineri poteſt, ſi neceſſitas id poſtulauerit, vt per procuratorem accuſet, quoniam huiuſmodi accuſatio, etſi de crimine fiat, non tamen eſt criminalis; ſed quaſi mixta inter ciuilem, & criminalem: quanquam in præſentia principaliū perſonarum ſecurius procedatur.

DE IIS, QVAE VI, METVS VE CAVſa fiunt. Tit. xxiij.

Idem Decano, & ſubdecano Lincoñ. Cap. 1.

De iis, quæ vi. c. 4.

AD audientiam noſtram dil. fi. magiſtro H. de Cheuell. ſignificante peruenit, quod cū eccleſiā de Cheuell. auct. ſe. Ap. canonice fuiſſet adeptus, & aliquandiu pacifice poſſediſſet, grauiſſimo tandem Regis metu, quod eam reſignaret iurare coactus, eam in eorū, ad quos pertinebat, manib. reſignauit. quia vero quę vi, metuſue cauſa fiunt, carere debent robore firmitatis; dis. v. per A. s. m. quā ſi eundem magiſtrum ad reſignationem faciendam vobis conſtiterit per talem metū fuiſſe coactum, qui potuerit, & debuerit cadere in virum conſtantem, non obſtante prædicto iuramento, quod non ad repetendum, ſed ad reſignandum ſolummodo tenebatur, præfatam eccleſiam ei per cen. eccl. ſub. cum app. ob. reſtitui faciatis.

Idem Nidroſien. Archiepiſcopo. Cap. 2.

SACRIS canonib. & infra. Diſtinguimus autem, vtrum is qui communicat excōmunicatis inuitus, ſit per coactionē attractus, an per metum inductus. in primo ſiquidem caſu talem non credimus excōmunicationem teneri, cum magis pati, quam agere conuincatur. In ſecundo vero licet metus culpam attenuet, quia tamen non eam prorſus excludit, cum pro nullo metu debeat quis mortale peccatum incurrere; talem excommunicationis ſæpe credimus inquinari. c. 5. e.

Idem * *& Agathen. Epiſcopis.* Cap. 3.

CVM dil. f. & infra, Nos igitur rationib. & allegationib. canonicor. inſular. & Abbatis de Florcia Ciſtercien. ordinis per iam dictū Epiſcopū Portuen. eiſdem auditorem conceſſum a nobis, qui eas in ſcriptis nobis exhibuit, quibus plenius intellectis, quia conſtitit nobis de voto emiſſo, & præſtito iuramento a canonicis inſularum, quod regulam Ciſtercien. obſeruarent, vel quod ordinationē huiuſmodi nullatenus impedirent; cum vtrumq. ſeruatū nō vergat in diſpendiū ſalutis æternæ, nolentes viam periuriis aperiri, nō obſtante violentia, quæ prætendebatur illata, cū neq. metū mortis, nec cruciatum corporis contineret, & ideo nō debuerat cadere in cōſtantes; nec obſtāte dolo, quo ſe proponebant fuiſſe ſeductos; cū talis dolus, non tam ad circumuentionem Abbatis, quam ad fatuitatem eorum debeat retorqueri, ſuper reſtitutione petita ſilentiū eiſdem de fratrū noſtror. conſilio duximus ſententialiter imponendum. c. 6. e.

DE RESTITVTIONE IN INTEgrum. Tit. xxiiij.

Idem ſancti Sergij & S. Georgij Abbatibus. Cap. 1.

CVM veniſſent ad Ap. ſe. dil. fi. electus, & monachi Rothon. pro ſe, ac monaſterio ſuo dil. f. magiſter A. pro ve. f. nro Epiſcopo Veneren. nis dil. f. n. G. ſancti Georgij ad velum aureum diac. Card. dedimus auditorem; coram quo idem magiſter pro Epiſcopi parte propoſuit, quod, cum monaſteriū Rothonen. ſit ſitū in dioec. Venet. & eccleſię Venet. ſubiectū, prædictus Epiſcopus poſſeſſionem ſubiectionis vſus eſt hactenus incōcuſſe, ſed cū occaſione cuiuſdam electionis, quæ ibidem facta fuerat, partes de cōmuni aſſenſu ad ve. f. n. Nanneten. Epiſcopū, & dil. fi. de Mallen. & de Granon. Abbates ſuper his, & multis aliis cōmiſſionis litteras impetraſſent, duo eorum aſſignatis in

De in integrum reſt. c. 2.

ducijs

ducijs ad inſtantiam monachor.tandē admonaſterium acceſſerunt, quorū aduentum intruſus præſentiens renuntiauit electioni huiuſmodi,& ſe a monaſterio abſentauit;ſed iudices auct. Ap. monachis iniunxerūt,vt ſyndicū,vel procuratorem eligerēt, qui in cauſis monaſterij,& cōſulte ageret,& vtiliter reſpōderet; diſtrictius inhibentes eiſdem,ne aliquē eligerent in Abbatem,donec plenius cognoſceretur de iure, quod Epiſcopus ſe habere in electione dicebat; monachi vero etſi procuratorem ad mandatum iudicū elegiſſent, Abbatē tamen in monaſterio interdicto excōmunicati nihilominus contra inhibitionē eorū eligere præſumpſerunt; cuius electionē Epiſcopus petijt infirmari,& ſe ad poſſeſſionem reſtitui,qua eū monachi ſpoliarant; demū vero iudices auditis,quæcūq. partes proponere voluerunt,& plenius intellectis, poſt dilationes multiplices tam ad teſtes,quam ad inſtrumenta partib.producenda cōceſſas,receptis teſtib. & atteſtationib. publicatis, pro eodem Epiſcopo ſuper præmiſsis articulis diffinitiuam ſententiam protulerūt;electionem prædictā Ap.freti auctoritate caſſantes.propter quod idem magiſter eandem ſententiam a nobis cū inſtantia petijt confirmari. Ad hęc fuit inter alia ex aduerſo reſpōſum,quod dictus Epiſcopus, & Abbas de Malegio abſente Abbate de Gnanter,qui in iudicem fuerat ab ipſis electus, cū nec abſentiæ ſuæ cauſas, vel quod alij in cauſa ſine eo procederēt,mādauiſſet; licet per procuratorem ex parte mōnachorū fuiſſet propoſitū, quod monaſteriū ipſum ad Rom. ecc. nullo medio pertineret, & eſſet ſe. Ap.cenſuale,contra eos procedere nimis animoſe cœperunt.& infra.Nos igitur auditis per Card. eundem, quæ fuerant hinc inde propoſita coram eo,& inſpectis priuilegijs prędec.n.Leon.GG.& Clement.quę monaſteriū illud ad ius,& proprietatem indicāt ſe. Ap.pertinere,intelligentes,quod monaſterij procurator,etſi eadem priuilegia corā prędictis iudicib.exhibere omiſit negligēter, ius
† quam Greg.9 tamen nō tam ſuū, quod † noſtrū fuerit proteſtatus,videli. quod monaſterium ipſum ad Rom.ecc.nullo medio pertineret,ne ipſius negligentia in damnū tam noſtri,quā monaſterij redundaret, ad audientiam monachos reſtituimus Rotoneñ.& infra.Electionē a monachis,ſicut dicitur,concorditer factam pendente controuerſia,ex qua pendet,nec confirmandam duximus, nec etiam infirmandam.

Idem Helieñ.& Roffen. Epiſcopis. *Cap. 2.*

c.3.c. AVDITIS, & intellectus atteſtationib.inſtrumētis, & allegationib.in cauſa,quæ vertiturinter v.f.n.Wigornieñ.Epiſcopū,& dil.fi. Euelchā † Abbatē ſuper eccleſijs in valle de Eueſham.cōſtitutis,quas Epiſcopus aſſeruit ad ſe diœc.lege ſpectare. Abbas autē eas eſſe ab eius iuriſdictione prorſus exēptas;cognouimus euidenter eccleſias illas per priuilegia Rom.Pōt.non eſſe ab Epiſcopali iuriſdictione ſubtractas,niſi forte vall. de Eueſham. ſit ille locus,qui fuit a duob.Regib.Konrado videl.& Offa.libertate donatus,& quē bo.me. G.Papa libertate donauit,ſicut in ipſius priuilegijs continetur. Verum tanto tempore probātur per teſtes ab Abbatib.Eueſham.pleno iure poſſeſſę,vt videātur in eis ius Epiſcopale legitime pręſcripſiſſe; niſi forte per tantū tēporis Wigornieñ.eccleſia interim vacauiſſet, vt tēpore vacationis ſui ducto pręſcriptio minime ſit cōpleta.& infra.licet autem vtrimq. ſit in cauſa cōcluſum, quia tamen vtraq.pars neceſſariā,vt aſſerit,probationem omiſit:nos attendētes,quod vtraq.eccleſia fungitur iure minoris, æquitate penſata vtrāq. reſtituimus contra reliquā ad probandam rationem omiſſam,ne alterutra propter huiuſmodi negligētiam graui iactura lædatur.

† Eueſham forte

Idem Priori ſanctæ Mariæ ad carceres,& L.canonico ſanctæ Mariæ de mandria. *Cap 3.*

EX litteris dil.fi. Abbatis de Calaueñ.didicimus,quod cum dil.fi.de Ramuſañ.& Grimol.Archipresbyteri inter I.virum & L.mulierem ex delegatione noſtra ſententiā diuortij protuliſſent;& propter hoc fuiſſet ad noſtrā audientiā appellatum,ac nos ſentētię cognitionē ipſi,& dil.fi. Archidiacono Paduano,ſub.cuius.ap.ob:duxerimus cōmittēdam, Archipresbyter ipſe,qui non poterat his exequendis intereſſe,cōmiſit ſuo coniudici vices ſuas:cumq.Abbas partib.peremptoriū terminū aſsignaſſet, quia pars mulieris ad peremptoriū terminū non acceſsit,Abbas ipſe allegationib.viri diligenter inſpectis,latam a prædictis iudicib.ſententiam cōfirmauit.ſed poſt octo dies pater puellę accedens ad ipſum,intellecto, quod ſententiā protuliſſet, firmauit proprio iuramento,quod quidam ad eum,& filiam eius accedens, fraudulenter ſub ipſius Abbatis nomine falſas ei litteras pręſentauit, quib.mādabatur eidem,vt quia iudex ad diē, quā aſsignauerat,venire nō poterat,poſt octo dies a termino cōſtituto ipſius ſe conſpectui pręſētaret,& poſtmodū appellauit ad ſe.Ap. &etiā ſupplicauit. Licet autē de fraude taliter inpetrata per huiuſmodi iuramentū non cōſtet ad plenū,in fauorē tamen matrimonij

de benignitate canonica contra fraudem propoſitã, ſupplicationẽ mulieris admiſimus, & ad audientiã reſtituimus eã pro matrimonio poſtulãtẽ. Ideoq. dis. v. p A. s. m. qua. de cauſa prioris app. ordine iudiciario cognoſcentes, cõfirmetis, vel infirmetis, ſicut iuſtum fuerit, ap. re. ſententiam a primis iudicib. latam, facientes, quod decreueritis. &c.

Idem Epiſcopo & Capitulo Oſcen̄. Cap. 4.

c. 5. e. TVM ex litteris bo. m. C. Papæ p̄. n. tum ex his, quæ ipſius tẽporib. in pręſentia veſtra frater Epiſcope, & ve. f. n. Ilerden̄. Epiſcopi apud ſe. Ap. geſta fuerunt, grauem Ilerden. eccleſiæ intelleximus quęſtionem per ſentẽtiã ſe. re. Eugenij PP. p̄. no. ſuper eccleſijs de Barbaſtro, de Belſa, de Geſtau, & de Alear † cũ pertinentijs earũ prolatã, ſe lęſam enormiter, & olim, & nunc cõquerentis. vnde, cũ idẽ C. p. n. tẽpore pię re. Anaſtaſij Papę. p̄. n. proximi ſucceſſoris eiuſdem Eugenij in minori adhuc officio cõſtitutus, in partib. Hiſpaniar. legationis officio fungeretur, ex delegatione ipſius cognoſcere cœpit de cõtrouerſia memorata. Cui etiã Alexãder ſucceſſor ipſius officio legationis denuo in partib. eiſdem fungenti, cauſam cõmiſit eandẽ, quã etiam ſine debito terminaſſet, niſi ab eo fuiſſet ex parte Oſcen̄. eccleſiæ prouocatũ; quę quidẽ omnia in ſuis litteris ipſe, & viua voce coram nobis, & fratrib. noſtris eſt ſæpius proteſtatus. Idem quoq. ad apicem ſummi Pont. promotus, di. fi. n. S. Angeli diac. Card. tunc Ap. ſę. Leg. dictam cõtrouerſiam ſub eo tenore cõmiſit, vt inſpectis diligẽter Ilerden̄. eccleſię priuilegijs, auditis etiã rationib. & allegationib. partiũ; nõ obſtante ſententia memorata, vel quibuſcũq. reſcriptis, tam occaſione illius ſententię, quã alio modo in pręiudiciũ iuris Ilerden̄. eccleſiæ quondã a ſe. Ap. vel a quocumq. impetratis, omni cõtradictione, & ap. ceſſantib. tã ſuper principali, quã ſuper incidenti quæſtione remotis, diffinitiuam ſententiã proferret, eãq. ſine difficultate qualibet executioni mãdando faceret per cen. ec. firmiter obſeruari. Verũ quoniã per ipſum Legatũ, aut etiã per Tyraſon̄. Oſamen̄. & Calagurritan̄. Epiſcopos, quib. ſub eodem tenore cauſa eadem cõmiſſa extitit; licet teſtes producti ex parte Ilerden̄. Epiſcopi ſuſcepti fuerint, mandatũ tamẽ Ap. in hac parte nõ extitit adimpletũ; dil. fi. magiſter A. Canonicus Ilerden̄. ad pręſentiam noſtrã accedens, præmiſſam querelã nomine Ilerden̄. replicauit, obnixe depoſcẽs per officiũ noſtrũ iã dictã ſententiã in melius reformari, & contra eã reſtitui eccleſiã Ilerd. Nos igitur cũ fratrib. noſtris, alijſq. viris prudentib. & in vtroq. iure peritis, canonico, videl. & ciuili, ſuper ipſa ſupp. deliberauimus diligenter; nõnullis firmiter aſſerentib. quod cũ iam dictus C. p. n. cõtra dictã eccleſiã viſus fuerit Ilerden̄. eccleſię beneficiũ reſtitutionis indulſiſſe, cũ ea nõ obſtãte duxerit negotiũ cõmittendũ, & nos ſupp. eiuſdẽ eccleſiæ admittere debebamus, prętertim cũ in hoc canonica, & ciuilia iura pariter concordarent. Nã & per ſtatuta canonica ſententia Ro. ſed. nõ negatur poſſe in melius cõmutari, cũ aut ẽ ſubreptum aliquid fuerit, aut ipſa pro cõſideratione ætatum, & tẽporum, ſeu grauiũ neceſſitatũ diſpẽſatiue quiddam ordinare decreuit; & ſecundũ iura ciuilia Principes etiã aliqua res bis iudicatas in auditorio ſuo examinari reſtitutionẽ in integrũ permiſerunt. Perpeximus etiam ex data ſententiæ in regiſtro iã dicti Eugenij PP. p̄. n. reperta; quod ſententia illa primo menſe ſui Põt. fuerit promulgata, quãdo nõ plene de meritis ipſius cauſę tunc videbatur inſtructus, maxime ea præcipue ratione, quod priuilegium Vrbani ſecundi ab altera parte productũ, ſubiectũ fuerit falſitati; cuius tenorem nos in regiſtro ipſius ſubtiliter inueniendo integrũ inuenimus, & penitus incorruptũ. Ceterũ licet iura Ilerden̄. ecc. illæſa ſeruare velimus; quia tamẽ & eccleſiã Oſcen̄. in ſua volumus iuſtitia cõfouere: in hoc tandẽ deliberatio n̄ra reſedit, vt, an data ſit reſtitutio, an dãda contra pręmiſſam ſententiã partib. pręſentib. decernatur; quar. aſſertione merita cauſarũ pandãtur iuxta legitimas ſanctiones. vt cũ nihil de contingentib. omiſerimus, neutra partiũ habeat, quod nobis merito valeat imputare. Quocirca di. v. per. A. s. m. quatenus vſq. ad feſtũ beatę Lucię proximo venturum, vel in perſonis proprijs, vel per ſufficientem, & idoneũ reſponſalẽ noſtro vos conſpectui pręſentetis, quod antedicta ſententia retractari non debeat, ſi poteritis, oſtenſuri; vel ſi forſitã exigente iuſtitia fuerit retractanda; per vos, vel per reſponſalem eundem appareatis ſufficienter inſtructi, vt in principali negotio canonice procedatur, pro certo ſcituri, quod cũ finẽ litib. imponere cupiamus, & in quęſtione pręmiſſa propter multã locorum diſtantiã nõ poſsit ad nos ſine magnis laborib. & expenſis ſæpius haberi recurſus; ſi ad præmiſſum terminũ, quẽ vobis peremptoriũ aſsignamus, iniuncta contẽpſeritis adimplere; nos nihilominus in ipſo negotio, quãtũ de iure poterimus, procedemus. Miramur autẽ nõ modicum, & mouemur, quod cõfirmationẽ eiuſdẽ ſententię,

† Al. Kezar. ſcriben

tiæ,& reuocationem omniũ,quæ ſæpedictus pr. n. C.egit pro eccleſia Ilerdeñ. tamquam ſubrepta fuerint, tu frater Epiſcope, diceris impetraſſe; cũ vix de ipſo poſsimus ſuſpicari, vt contra ſcripturas,& aſſertiones ſuas, quas frequẽter coram nobis,& alijs fratrib. noſtris viua voce propoſuit,ſubito venerit, niſi fuerit circũuentus.

DE ARBITRIS. t. xxv.

Idem Cancell.& mag. Lothario cano. Pariſieñ. c. 1.

De arbi. c. 4. DILECTI f. Abbas,& conuentus de Eſcad. Ciſtercieñ. ordinis ſua nobis querela mõſtrarũt,quod cũ inter eos ex vna parte, ac dilectos filios hoſpitalarios de Cereſeis Senoñ. dioec. ſuper vſuario cuiuſdam nemoris inochia, quod dicitur fagetum, & territorio vall. mortui quæſtio verteretur,in Kariſsimã in Chriſto filiam A. Reginã Franco. Illu. fuit compromiſſum vtrinq. quę auditis hinc inde propoſitis,& cauſę meritis plenius intellectis, de plurimor. prudentũ virorũ conſilio, arbitrium duxit per diffinitiuã ſententiã promulgandũ,& redactum in ſcripto proprio,& Epiſcoporũ, qui interfuerũt,fecit firmari ſigillis, contra huiuſmodi ſententiam hoſpitalarij temere venire non timent. Quamuis autem ſecundum regulam iuris ciuilis,feminę ab huiuſmodi publicis officijs ſint remotæ;alibiq. dicatur,quod licet ſummæ opinionis,& optimæ conſtitutæ arbitriũ in ſe ſuſceperint,vel ſi patronæ inter libertos ſuos interpoſuerint audientiam, ab omni iudiciali examine ſunt ſeparandæ, vt ex eat. electione. nulla pœna aduerſus iuſtos earum contemptores,nullaq. pacti exceptio habeatur; quia tamẽ iuxta cõſuetudinẽ approbatã,quæ pro lege ſeruatur in partib. Gallicanis,huiuſmodi feminæ præcellentes in ſubiectos ſuos ordinariã iuriſdictionẽ habere noſcuntur: fr. t. per A. s. m. quatenus præfatos hoſpitalarios,vt arbitriũ ratum,pręſertim cũ Epiſcopor. fuerit pręſentia,& conſilio roboratum, ſicut ſine prauitate prouide latum eſt,& ab vtraq. parte ſpõte receptum, obſeruẽt,monere,ac inducere procuretis eos ad hoc,ſi neceſſe fuerit per pœnam in cõpromiſſione ſtatutam ap. poſtpoſita cõpellentes.

Idem Abbati,& conuentui de Pigamia. Cap. 2.

c. 5. CVM tempore bo. me. G. PP. p. n. tu fili Abbas,ad Rom. eccleſiam acceſſiſſes,& priuilegium,& alia ſcripta a ſe. Ap. merueris obtinere: Magdeburgeñ. Epiſcopus,ſicut aſſeris propter hoc cõtra te grauiter eſt cõmotus: tu vero timens tibi, & monaſterio tuo periculũ imminere ſuper controuerſijs,quę inter te,& Epiſcopum,& quoſdam tuos monachos vertebatur,arbitrium Magdeburgeñ. Archiepiſcopi a te promiſiſti † fidem manib. eius hinc inde poſita ſeruaturũ, ſicq. factum eſt, vt idẽ Archiepiſcopus admonitis ſibi tã clericis,quã laicis,ſub certa forma,arbitriũ promulgauit, & infra. Tibi igitur,& procuratorib. Epiſcopi ſupradicti ve. f. n. Hoſtieñ. Epiſcopũ,& di. fi. P. tt. S. Cæciliæ presbyterũ Card. dedimus auditores. qui cum ea, quæ fuerant hinc inde propoſita,& oſtenſa,nobis,& fratrib. noſtris fideliter retuliſſent;& quia tam per confeſsiones, quã atteſtationes legitime conſtitit, quia fide hinc inde data cõpromiſſum eſt in arbitrium Epiſcopi memorati, & quorundã etiã aliorum: nos de cõſilio f. n. ipſum arbitrium decernimus obſeruãdum, illis dũtaxat exceptis capitulis,quæ cõtra libertatẽ ipſius monaſterij,& duar. capellar. eiuſdem in arbitrio ſunt expreſſa; cũ etſi ſponte volueris, de iure tamen nequiueris ſine licentia Rom. Pont. renuntiare priuilegijs, vel indulgentijs libertatis,quę monaſterium illud indicant,ad ius,& proprietatẽ Rom. eccleſiæ pertinere. præſertim cum in ſvltimæ confeſsionis litteris contineatur expreſſum,quod præ. nr̃ ſuper renunciatione a te,ſuper priuilegio, vel alijs ſcriptis facta nullum tibi,vel ſucceſſorib. tuis,aut etiã monaſterio,& duab. capellis de Pigamia pręiudicium voluerit generari. (tal. promouisti)

Idẽ Priori S. Andreæ, Abbati de Beroth, T. Priori, R. Archid.& magiſtro A. officiali S. Andreæ. c. 3.

c. 6. CVM dil. f.& infra. Vnde, vtrum corã arbitris recõuentioni ſit locus, poſtulatis per ſe. Ap. explicari. Nos igitur dis. v. ſuper primo articulo taliter reſpondemus; quod licet in iudicio cõuenientem reconuenire valeat is, qui coram iudice conuenitur; corã arbitris tamẽ recõuenire non poteſt, cũ arbitri iudicare nõ valeant, niſi de ijs tantum, ſuper quib. in eos extiterit compromiſſum.

Idem Rectori,& fratrib. hoſpitalis ſancti Bartholomei in Ilice Lucani. Cap. 4.

c. 7. CVM olim ſuper eligendis in hoſpitali vr̃o rectore,& fratrib. inter vos,& di. fi. Priorem eccleſiæ S. Bartholomæi Lucañ. coram Priore S. Fridiani,& Primicerio S. Martini † Lucañ. a ſe. Ap. & iudicib. delegatis quæſtio verteretur;& vtraq. pars in eodem iudicio cõpromittens ipſorum arbitrium ſe promiſerit ſeruaturã; ac ipſius iudices certum d. xerint arbitrium proferendũ: ſuper prolato arbitrio vtrinq. dubitatio eſt exorta, quam petijſtis p ſe. Ap. declarari. Nos igitur publico inſtrumẽto arbitrium continẽte diligenter inſpecto cognouimus; quod ſecundum formã arbitrij († al. Maximi)

Prior ſancti Bartholomæi in Lucañ. tenetur habere cõſilium cũ familia hoſpitalis eiuſdẽ, & tractare cum ea de inueniendo rectore; ſed ſiue concordet, ſiue diſcordet familia cũ ipſo Priore, idẽ Prior eligere debet in vtroq. caſu rectorem. propter quod dicimus, quod niſi Prior ſuper inueniẽdo rectore tractauerit cũ familia hoſpitalis, & ipſius conſilium requiſierit, nõ habet poteſtatem eligẽdi rectorem, etſi alio modo rectorem elegerit; eius electio haberi debet irrita, & inanis. Vnde habito cũ familia conſilio, & tractatu de inueniendo rectore, ipſe Prior libere poteſt rectorem eligere duntaxat idoneum, ſiue concordet, ſiue diſcordet familia cum ipſo ſuper inuentione rectoris.

DE IVRAMENTO CALVMNIÆ. Tit. xxvj.

Idem Epiſcopo Placentino. *Caput.*

CVM cauſam, quæ inter ve. f. n. Rauennat. Archiepiſcopum, & cõmune Fauent. ſuper villis Lucei, & quibuſdam alijs vertitur, delegatis iudicib. duximus cõmittendã, & ijdem in negotio minime proceſsiſſent; nos partib. dedimus in mandatis, vt pro ipſa cauſa noſtro ſe cõſpectui præſentarent. quorũ procuratoribus cum inſtrumentis debito in noſtra præſentia conſtitutis, cum aliquamdiu ſuper lit. cont. receptione quorundam teſtiũ, & multis exceptionibus fuiſſet in noſtra præſentia diſputatum: nos tandem petitionem ipſius Archiepiſcopi per procuratorem eius fecimus exhiberi: & ad eam partem alteram &c. reſpondere, ac interrogationib. & reſponſionibus redactis in ſcriptis, & lite coram nobis pleniſsime conteſtata, iuramentum calumniæ fecimus vtrimq; præſtari. — De iura. cal. c. 6.

LIBER SECVNDVS.

DE IVDICIIS. TIT. I.

Idem Vercelleñ. Epiſcopo. *Cap. 1.*

TVA nobis &c. & infra. Porro cũ laicis nulla ſit de ſpiritualibus reb. concedendi, vel diſponendi attributa facultas, Imperialis conceſsio, quãtũcũq. generaliter fiat, neminem poteſt à ſolutione decimarum eximere, quæ diuina conſtitutione debentur. — De decim. c. 25 & 4 col. li. 3. t. 9. c. 4.

Idem ſancti Sergij & ſancti Georgij Abbatib. & Cantori Andegaueñ. *Cap. 2.*

De iud. c. 12. — CVM veniſſent. & infra. Cũ enim ſuper priuilegijs ſe. Ap. cauſa vertitur, nolumus de ipſis per alios iudicari.

Idem Archiepiſcopis, & Epiſcopis per Franciam conſtitutis. *Cap. 3.*

NOVIT ille, qui nihil ignorat, qui ſcrutator eſt cordium, ac cõſcius ſecretorum, quod Kariſsimum in Chriſto filium n. Phi. Regem Francorum Illu. de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta diligimus, & ad honorem, & profectum, & incrementum ipſius efficaciter aſpiramus, exaltationẽ regni Francor. ſublimationem Ap. ſe. reputantes. Cum hoc regnũ benedictũ a Deo, ſemper in ipſius deuotione permanſerit, & ab eius deuotione nullo vnquam, ſicut credimus, ſit tempore diſceſſurũ, quia licet interdũ hinc inde fiant inmiſsiones per angelos malos: nos tamen, qui Sathanæ non ignoramus aſtutias, circumuentiones ipſius ſtudebimus euitare; credentes, quod idem Rex illius ſeduci ſe fallacijs nõ permittet. Non ergo putet aliquis, quod iuriſdictionem, aut poteſtatẽ ipſius minuere, aut perturbare velimus; cum ipſe iuriſdictionem noſtrã, & poteſtatẽ non debeat, aut velit etiã coartare. Cũq. iuriſdictione propriã nõ ſufficiamus explere, cur alienã vſurpare velimus. ſed, cũ dominus dicat in euãgelio: ſi peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eũ inter te, & ipſum ſolũ; ſi te audierit, lucratus eris fratrem tuũ; ſi te nõ audierit, adhibe tecũ adhuc vnũ, vel duos, vt in ore duor. vel trium teſtiũ ſtet omne verbũ; quod ſi non audierit eos, dic eccleſiæ, ſi autem eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus, & publicanus. & Rex Angliæ, ſicut aſſerit, ſit paratus ſufficienter oſtẽdere, quod Rex Francorum peccat in eum, & ipſe circa eum in correctione proceſsit ſecundum regulam euangelicã; & tandẽ, quia nullo modo profecit, dicit eccleſiæ. quomodo nos, qui ſumus ad regimẽ vniuerſalis eccleſiæ ſupernã diſpoſitione vocati, & mãdatũ diuinũ poſſumus exaudire, vt procedamus ſecũdũ formã ipſius, niſi forſan ipſe corã nobis, vel delegato noſtro ſufficientẽ in contrariũ rationẽ oſtendat? Non. n. intendimus iudicare de feudo, cuius ad ipſum ſpectat iudiciũ, niſi forte iuri cõ-

muni

muni per ſpeciale priuilegiũ, vel cõtrariã cõſuetudinẽ aliquid ſit detractũ; ſed decernere de peccato, cuius ad nos pertinet ſine dubitatione cenſura, quam in quolibet exercere poſſumus, & debemus. nõ igitur iniurioſum ſibi debet Regia dignitas reputare, ſi ſuper hoc Apoſtolico iudicio ſe cõmittat: cũ Valentinianus inclitus Imp. Mediolañ. ſuffraganeis eccleſiæ dixiſſe legatur, talem in Pont. ſede cõſtituere procurate, cui & nos, qui gubernamus imperiũ, ſincere noſtra capita ſubmittamus, & eius monita, dũ tamquã homines deliquerimus, ſuſcipiamus neceſſario, velut medicamenta curantis. Vt illud humiliter omittamus, quod Theodoſius ſtatuit, & Carolus innouauit, de cuius genere Rex ipſe noſcitur deſcendiſſe. Quicumq. videlicet litem habens, ſiue petitor fuerit, vel initio litis, vel decurſis tẽporum curriculis, ſiue cũ negotiũ peroratur, ſiue cũ iam cœperit promi † ſententia, ſi iudiciũ elegerit ſacroſanctæ ſedis Antiſtitis, illico ſine aliqua dubitatione, etſi pars aliqua refragauerit, ad Epiſcoporũ iudiciũ cũ ſermone litigantiũ dirigatur. Cũ nõ humanę cõſtitutioni, ſed diuinę legi potius innitamur; quia poteſtas noſtra nõ eſt ex homine, ſed ex Deo. Nullus n. qui ſit ſanę mentis ignorat, quin ad officiũ noſtrũ ſpectet de quocũq. mortali peccato corripere quẽlibet Chriſtianum, etſi correptionẽ contẽpſerit, ipſum per diſtrictionem eccleſiaſticã coërcere. quod enim debeamus corripere, & poſſimus, ex vtriuſq. patet pagina teſtamẽti, cũ clamet dominus per Prophetã: Clama, ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocem tuã; & an. populo in. ſ. e. & ſubiungit ibidem; niſi annũciaueris impio impietatem ſuã, ipſe in iniquitate, quã operatus eſt, morietur; ſanguinẽ autẽ eius de manu tua requirã. Apoſtolus quoq. nos monet corripere inquietos, & alibi dicit idẽ; argue, obſecra, increpa in omni patiẽtia, & doctrinã. Quod autẽ poſſimus, & debeamus coërcere, patet ex eo, quod inquit dñs ad Prophetã; qui fuit de ſacerdotib. Anathot; ecce cõſtitui te ſuper gẽtes, & regna, vt euellas, & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes, ædifices, & plãtes. Cõſtat verò quod euellendũ, deſtruẽdũ, & diſperdendũ eſt mortale peccatũ. Præterea, cũ dominus claues regni cælorũ beato Petro tradidit, dixit ei. Quodcũq. ligaueris ſuper terrã, erit ligatũ & in cælis, & quodcũq. ſ. ſuper t. e. ſ. & in cęlis. Verũ nullus dubitat, quin omnis mortaliter peccãs, apud dominũ ſit ligatus. Vt ergo Petrus diuinũ iudiciũ imitetur, ligare debet & in terris, quos ligatos eſſe cõſtat in cęlis. ſed forſan dicetur, quod aliter cũ Regib. & aliter cũ alijs eſt agẽdũ. Ceterũ ſcriptũ nouimus in lege diuina, ita magnũ iudicabis, vt paruũ, nec erit apud te acceptio pſonar. quã beatus Iacobus interuenire teſtatur, ſi dixeris ei, qui indutus eſt veſte pręclara, tu ſede hic bene, pauperi autẽ dicas, tu ſta illic, aut ſede ſub ſcabello pedũ meor. & licet hoc modo procedere valeamus ſuper quolibet criminali peccato; vt peccatorẽ reuocemus ab errore ad veritatem, & a vitio ad virtutẽ, præcipue tamẽ, cũ cõtra pacẽ peccatur, quod eſt vinculũ caritatis. & infra. Nũquid apud nos debet eſſe põdus, & pondus; menſura, & menſura. quor. vtrumq. eſt abominabile apud Deũ. Poſtremo, cũ inter Reges ipſos reformata fuerint pacis fœdera, & vtrimq. pręſtito iuramẽto firmata; quæ tamẽ ſeruata vſq. ad præfixũ terminũ nõ fuerũt; nũquid nõ poterimus de iuramẽti religione cognoſcere, quod ad iudiciũ eccleſię nõ eſt dubiũ pertinere, vt rupta pacis fœdera reformẽtur? Ne igitur tãtã diſcordiã videamur ſub diſſimulatione fouere, diſſimulare religioſor. locor. excidiũ, & ſtragẽ negligere populi Chriſtiani; dil. fi. Abbati Caſemarij dedimus in pręceptis, vt niſi Rex ipſe, vel ſolidã pacẽ cum prędicto Rege reformet, vel treugas ineat cõpetentes, vel ſaltem humiliter patiatur, vt idẽ Abbas, & ven. fr. n. Archiepiſcopus Bituricẽñ. de plano cognoſcãt, verũ iuſta ſit querimonia, quã cõtra eum proponit corã eccleſia Rex Anglor. vel eius exceptio ſit legitima, quã contra eũ per ſuas nobis duxit litteras exprimẽdã; iuxta formã ſibi datã a nobis, procedere nõ omittat. Ideoq. vniuerſitati ve. per A. ſ. m. & in virtute obedientię diſtricte pręcipimus, quatenus poſtquã idẽ Abbas ſuper hoc mãdatũ fuerit Apoſtolicũ executus, ſententiã eius, immo noſtrã verius recipiatis humiliter, & vos ipſi ſeruetis, & faciatis ab alijs obſeruari; ſcituri; quod ſi ſecus egeritis, inobediẽtiã vr̃am grauiter puniemus.

DE FORO COMPETENTI. Tit. ij.

Idem Vercellẽñ. Epiſcopo. Cap. I.

LICET ex ſuſcepto ſeruitutis officio ſimus omnib. in iuſtitia debitores; ſic tamẽ in iure ſuo nos conuenit quibuſdã prouidere, ne alijs iniuriã facere videamur; &, quod abſit, inde ſumatur materia ſcãdali, vnde prouida debet cõſideratione ſedari. Ex inſinuatione ſane di. f. Cõſulũ, & cõmunis Vercelleñ. nos nouerũs accepiſſe, quod cũ de ſingulis quęſtionib. quę motę fuerint cõtra eos corã Cõſulib. iuſtitię, iuxta cõſuetudinẽ approbatã, velint cuilibet cõquerẽti iuſtitię plenitudinẽ exhibere: quidã laici, vt eorũ iuriſdictionẽ euacuẽt, & fatigent eos laborib. & expẽſis ſuper reb. quę iudiciũ ecc. nõ cõtingũt, litteras Ap. impetrãt, & ſic pręter iuriſdict. Conſulũ, quã

Cc 4 ener-

eneruant, eos cogunt multipliciter laborare. Volentes igitur ſic eorum vtilitati cõſulere, ne patiamur eorum iuſtitiam deperire, f. t. per A. s. m. qua. ſi quãdo a laicis tales litteras ſuper reb. præcipue, quæ forũ ſæculare requirunt, a ſe. Ap. cõtigerit impetrari, ſub. cuius. ap. ob. decernas auct. noſtra inutiles, & inanes, dum modo dicti cõſules, & cõmune de ſe conque rentib. in iudicio ſæculari exhibeant iuſtitiæ cõplementũ. liceat tamẽ ipſis, qui cũ eis taliter duxerint contendere, ſi ſe in aliquo ſenſerint prægrauari; ad tuã, ſicut hactenus ſeruatum eſt, vel ad noſtram, ſi maluerint, audientiã appellare; hoc præſertim tempore, quo vacante imperio ad iudicem ſæcularem recurrere nequeunt, qui a ſuperiorib. in ſua iuſtitia opprimuntur. ſi vero conſules iuſtitiæ tamquã me rito ſuſpecti fuerint recuſati, corã arbitris cõmuniter electis de cauſa ſuſpicionis agatur, quæ ſi probata fuerit eſſe iuſta, ad te, vel ad nos pro iuſtitia recurratur, ſicut ſuperius eſt expreſſum.

Idem Archiepiſcopo, & Baccallaurario Turon. c. 2.

q. l. c. EX tenore litterar. nobiles viri G. Britanniæ Comitis noſtris eſt aurib. intimatũ, quod cum cauſam, quæ inter mulierem nobilẽ F. & nobilem virum L. de Meduano ſuper hereditate ſua noſcitur agitari, vobis, & bo. me. G. magiſtro ſcholarum beati Martini cõmiſerimus fine debito terminandã, ipſe Comes eidẽ mulieri, cum tam ipſa, quã prędictus L. eſſent de foro ipſius, mandauit, vt cauſam ipſam deferret ad ipſum, promittens eidẽ, quod in curia ſua faceret ei iuſtitiæ plenitudinem exhiberi, nobis nihilominus intimare procurans, quod in curia ſua debeat huiuſmodi negotiũ terminari. at vos, & mulier ſupradicta ei nequaquam obtemperare volentes, ſatagitis in cauſa procedere, & ſibi ſuam minus rationabiliter iuriſdictionẽ auferre. Vnde nobis humiliter ſupplicauit, vt cauſam ipſam ad eum, ad quẽ ſpecialiter pertinet, mittere dignaremur. Nos igitur attendentes, quod ſic ſumus viduis in iuſtitia debitores, quod alijs iniuriã facere non debemus, di. v. per A. s. m. qua. niſi ſit talis cauſa, quę ad eccleſiaſticũ iudicẽ pertinere noſcatur, ei ſuperſedere curetis, dummodo per iudicem ſęcularem ſuã poſſit iuſtitiam optinere, alioquin non obſtante contradictione ipſius, cauſam ipſam ratione præuia terminetis.

Idem iudici Turritano. Cap. 3.

Non po nitur. AD noſtrã noueris audientiã perueniſſe; iuraſſe te olim ad inſtantiã Piſanor. vt ſi quã do eorum aliquis ſuper debito quolibet bullatas litteras, vel pu. exhibuerit iſtrumentũ, ex tunc infra xx. dies ſatisfieri facias, iuxta quod inſtrumentũ cõtinet, quod inducit. Tu vero timens, ne contra huiuſmodi venias iuramentũ, nõ ſolum laicos, ſed etiã clericos, & eccleſias, & ve. f. & coëpiſcopos nr̃os in Turritana prouincia conſtitutos, iuris ordine prætermiſſo, cõpellis Piſanis ſoluere, quæcũq; ab eis duxerint poſtulanda; dũ tamen ſuper hoc vel litteras ſigillatas, vel publicum exhibeãt inſtrumentũ. ſicq. cõtingit, vt & multa indebita, & quędã credita, bis, vel ter cũ vſuris grauiſsimis exſoluãtur. Cũ igitur per huiuſmodi iuramenta tibi nihil accreuerit poteſtatis, nec Piſani potuerint clericos, aut eccleſias tuę ſubicere iuriſdictioni, vt coram te debeant cõtra ius canonicũ cõueniri; nobilitatem t. mo. & exhor. attẽtius, & p. A. s. m. qua. occaſione huiuſmodi viros eccl. de cetero non moleſtes, ne dum vis pla[illegible] h[illegible]s, Deũ offendas. & incurras Ap. [illegible] ſam, quæ hoc non poſſit æquanimite[illegible]

Idem Piſano [illegible] hiepiſcopo. Cap. 4.

SI diligenti meditatione. & infra. Super eo autẽ miramur multũ, & mouemur; quod cũ te reputemus viru prouidũ, & diſcretũ, & iuxta debitũ Pon. officij ſanctor. patrũ ſtatuta ignota tibi e[illegible] debeant, & iuris peritorũ copiã habere nop[illegible] aris. aſſeruiſſe te vſq. ad hęc tẽpora tenuiſſe, & habere pro certo, quod licitum ſit cuilibet clerico renuntiare ſaltẽ in tẽporalib. iuri ſuo, & ſibi laicũ iudicẽ cõſtituere, præſertim vbi aduerſarij volũtas acceſſit, ac per hoc tacite te minus rationabiliter redargutum; pro eo quod huiuſmodi pacto tenere iuramentũ interpoſitũ reſpõdiſti, inmemor cõſtitutionis illius, qua cauetur pacto priuato, iuri publico minime derogari. Cũ hoc ergo ius in Mileuitañ. & Carthagiñ. cõcilio ſit ſpecialiter promulgatũ, ne clerici clericos relicto ſuo Põt. ad iudicia publica ptrahãt: alioquin cauſam perdant, & a cõmunione habeantur extranei, & tã Epiſcopi, quã diaconi, ſeu quilibet clerici in criminali, ſeu ciuili negotio ſi derelicto ecc. iudicio publicis iudicijs ſe purgari voluerint, etiã ſi pro eis lata ſit ſententia, locũ ſuũ amittãt, & hoc in criminali actione, in ciuili vero perdãt, quę euicerũt, ſi locũ ſuũ optinere maluerint. Manifeſte patet, quod non ſolũ inuiti, ſed & volũtarij paciſci nõ poſſũt, vt ſęcularia iudicia ſubeãt, cũ non ſit hoc beneficium perſonale, cui renuntiari valeat; ſed potius toti collegio ecc. publice ſit indultum; cui priuator. pacto derogari nõ poteſt. nec iuramẽtũ licite ſeruari potuit, quod cõtra canonica ſtatuta illicitis pactionib. informatur.

Idem

Idem & Abbati, & conuentui ſancti Silueſtri. c. 5.

Vt lite pen. c. 3. de cōſtit. c. 10.

ECCLESIA ſanctæ Mariæ in via Lata cōtra I. de Ateia, qui quaſdā poſſeſsiones ipſius dicebatur contra iuſtitiā detinere, mouit tempore B. Caroſonij dicti ſenatoris ſub L. iudice quæſtionē. in ipſo autem iudicio præfato I. de Ateia, ſyndicus mon. veſtri aſſtitit, & ab eo teſtes producti quidam de monachis extiterūt. Iudex vero auditis rationib. partiū pro eodē I. abſolutionis ſententiā promulgauit, a cuius ſententia pars altera vocem app. emiſit. Super hoc poſtea quęſtione ſuborta, proponēte parte victrice, quod non potuerit appellari, cum dictus L. nō vt iudex, ſed tāquā arbiter fuiſſet electus, victa e contrario aſſerente, quoniā cū arbitrio fuerit contradictū, quod partes, non niſi metu pœnę conſtringit, quę in præmiſſo arbitrio nō fuerat cōprehenſa, merito potuit appellari, & fortius, quā ſi iudiciū extitiſſet. De hac igitur ad iam dictū B. Caroſoniū quęſtione perlata, cauſam app. Sy. primicerio iudicum delegauit; in cuius pręſentia partib. cōſtitutis, dictus I. de Ateia propoſuit ſe conueniendū nō eſſe, cum non poſsideret id, quod pars altera requirebat, ſed monaſteriū veſtrū rem poſſideret petitam. dictus autem B. Caroſonius, quoniam quoddam ſtatutum emerſerat a populo Romano approbatū pariter, & acceptum; quòd ſi quis poſt litem cō. rem a ſe petitam transferret in alium, daretur poſſeſsio petitori, & alter fieret de poſſeſſore petitor; & idem I. poſt litem cont. rem ipſam in monaſterium trāsferre præſumpſit, poſſeſsionem rei petitæ aſsignauit eccleſię memoratę. Verū quoniam dictus I. dē poſſeſsionib. ipſis monaſterio veſtro annuam reddiderat poſſeſſionem, † adiecit; vt hoc ipſum ab eccleſia S. M. fieret, donec de proprietate ſuniſ cognoſceretur; ſed ſolutio, quæ fieret eccleſię S. M. in via Lata in iure ſuo penitus nō noceret &c. & infra. Et quia ſæpe ſtatū monaſteriū veſtrū ſe querebatur a præmiſſo B. Caroſini contra iuſtitiā ſpoliatū, & ipſum per officiū noſtrū reſtitui humiliter poſtulabat. quod ſtatutum eius nullius valoris extiterit, multipliciter aſſeuerans, & infra. his ergo, & ſimilib. in noſtra, & frat. n. p. prudenter a partib. allegatis; nos attendentes, quod laicis etiā religioſis ſuper eccleſijs, & perſonis ecc. nulla ſit attributa facultas, quos obſequendi manet neceſsitas, nō auctoritas imperandi; a quib. ſi quid motu proprio ſtatutum fuerit, quod eccleſiarum reſpiciat etiam cōmodum, & fauorem, nullius firmitatis exiſtit, niſi ab eccleſia fuerit approbatū. Vnde ſtatutum Baſilij de non alienādis

† penſionem ſorte

prædijs ruſticis, vel vrbanis miniſterijs, & ornamentis eccleſiarum, illa reprobata fuit potiſsimum ratione, quod auctoritate non fuit Rom. Pōt. roboratū, ne in exemplū tranſeat ſimilia præſumendi; quod a ſupradicto B. factum fuerit in præiudiciū monaſterij nō cōuenti, nec confeſsi etiā, vel cōuicti, prorſus in irritum reuocantes, eaſdem reſtituendas ſibi ſententialiter diffinimus, nec ipſas, quæ in ſtatu, & ius illar. quas ab I. de Ateia eccleſia S. Ma. petierat, ſucceſſerunt, interim alienare valeat, prohibentes, vt ſi eccleſia S. M. vel de vitio litigioſi contractus, vel de proprietate forſitan voluerit in iudicio experiri; ne ſi opetinuerit in iudicio, in vanū laboret, monaſterio minime poſsidente; ſit, quod euincere valeat, & habere.

VT LITE NON CONTESTATA, non procedatur ad teſtium receptionem, vel diffinitiuam ſententiam. Tit. iij.

Idem Abbati S. Proculi, & Lanfranco Canonico Bononien. *Cap. 1.*

D. hoc Deus in Ap. ſe. voluit ... tius ecc. magiſtratū. &c. & infra. Ad Apoſtolatus noſtri notitiā literar. veſtrar. inſinuatione peruenit; quod, cū cauſa, quæ inter B. & B. vxorē eius vertatur, a ſede nūc Ap. ſe. leg. vobis commiſſa fuiſſet; tādē procurator euſdē B. libello vxoris, quo virū ad ſeparationem thori, aut dotē reciperet, de adulterio accuſabat; noluit reſpondere, donec aduocatus eius veniret inducias poſtulādo. ſed cū idē procurator huiuſmodi inducias ſæpe petēdo, vobis illudere videretur; vos teſtes mulieris habito cōſilio recepiſtis; quo facto procurator ad pręſentiā vrām accedēs, dixit ſe reſpōdere paratum. qui die ſtatuto, cū crederetur libello, de quo prœmiſimus, reſpōſurus, reſtitutionē vxoris ex parte viri primo fieri poſtulauit, ne ſecus fieret, appellādo. Verū, quia mulier dicebat ſe virū habere ſuſpectū, tū quia in domo eius coācta fuerat ſe adulteratā cū plurib. cōfiteri; tum quia meretricē publice retinebat; & idē procurator nec de mulieris impunitate cauere, nec viro ſe curaſſet poſtmodū cōſpectui pręſentare; vos teſtes mulieris iterū recepiſtis, & atteſtationib. publicatis diligēter auditis, quę fuerūt ipſius nomine allegata. Quia vero ſuꝑ deferenda ſentētia cū viris prudētib. tractaſtis, vniuerſor. inueniſtis diuerſa cōſilia, quibuſdā dicentib. ap. ſimpliciter deferendū, a lijs autē app. deferendū nō eſſe; nōnullis etiā aſſerentib. app. nullatenus tenuiſſe, cū mulier non ſit viro reſtituenda ſuſpecto, niſi de impunitate

Vt lite nō cō. c. 2.

nitate ſufficienti præſtita cautione;vos in tãta varietate nos conſulere voluiſtis , qualiter eſſet in hoc negotio procedendũ. Nos ergo conſult.v.de conſilio f.n.taliter reſpõdemus, quod licet ordo iudiciarius in alijs cõtrouerſijs ſit obſeruandus,in matrimonialib. cauſis nõ vſq.quaq.ſeruatur;quia tamẽ in præſenti negotio non eſt actũ de fœdere matrimonij, ſed de crimine adulterij, per quod ad ſeparationem coniugũ,nõ ad coniunctionem intenditur ; cum lite non conteſtata teſtes fuerint recepti,& atteſtationes etiam publicatæ;ſiue deferendũ, ſiue non deferendum app.fuiſſet, non eſt ad diffinitiuam ſententiam procedendum.potuit tamen præfatus R.propter contumaciam excõmunionis ſententia innodari.

Idem Hieroſolymit.Patriarchæ,& Archiepiſcopo Caſarien. *Cap.* 2.

c.1.e. ACCEDENS ad præſentiam noſtrã ve. f.n.Paphen.Epiſcopus ve.fratr.nſor.Accon. Tiberiad.&Beryten.Epiſcopor.nobis litteras præſentauit,ſententiã continentes,quã ſuper cauſa,quę inter ve.f.n. Turren.† Archiepiſcopũ ex vna parte,& plebanũ S.Marci ex altera vertebatur; ijdem Epiſcopi promulgarũt. aſſerebant tamẽ Epiſcopi memorati per ſuas litteras; quod cũ cauſam ipſam de mandato noſtro ſuſceperint terminandã,partes ad ſuã præſentiã cõuocarunt.ſed plebanus nec eorũ litteras,in quib.mandati noſtri tenor erat expreſſus,recipere voluit, nec eorũ ſe cõſpectui pręſentauit,& ſecundo citatus,licet,nec eorũ litteras recipere voluiſſet,coram eis apparuit, prioris abſentiæ ſuę cauſas allegans,& inſpecto tenore litterar. noſtrarũ petitis etiã inducijs,& receptis ab eis,licẽtiatus abſceſsit,ſe ſtatuto die ad eos redire promittens.Cũq.poſtmodum vtraq.partiũ in eorũ fuiſſet pręſentia cõſtituta, & Archieps reſtitutionis beneficiũ poſtularet,pleban⁹ nihil ad obiecta reſpõdit, ſed ad noſtrã audientiam appellauit , & licet ſępe per ipſos fuiſſet admonitus, vt iuri pareret,quia eius appellatio non tenebat,cũ in litteris noſtris app.eſſet obſtaculũ partib.intercluſum,& per ipſorũ nuntios ad iudiciũ fuerit reuocatus, noluit tamen reſpondere amplius,vel corã eis etiã cõparere.Ipſi vero iudices accedẽtes ad ciuitatẽ Tyren. cũ plebanus ipſe in ſua cõtumacia perduraret,teſtes receperũt ab altera parte productos,& depoſitionib.teſtiũ redactis in ſcriptis, eidem plebano mãdauerunt;vt ad eos accederet,in perſonas, vel dicta teſtiũ obiecturus;ſed cũ ipſe ad eor. pręſentiã noluiſſet accedere;in plebanũ,& cõplices eius excommunionis ſententiam protulerunt, poſſeſsionem iuris parochialis adiudicantes Archiepiſcopo memorato; & eum, quantũ in eis erat,reſtituentes in integrũ,auctoritate ſe.Ap.diſtrictius vetuerunt,ne quis poſſeſsionem Tyren.eccleſię reſtitutã perturbare pręſumeret,vel inſtitutioni Ap.cõtraire: & ne plebanus S.Marci,vel quilibet alius parochiale ius exerceret in Tyro.Cũ igitur nobis ex inſpectione ſententiæ cõſtitiſſet, quod lis corã eiſdem iudicib.nõ fuerat cõteſtata,& ex tranſcripto litterarũ,quas ijdem prędeceſſores noſtri conceſſerant Venetis, manifeſte pateret, litteras ipſas per veri ſuppreſsionem obtentas;cũ nõ veniret in dubiũ,ſed eſſet potius manifeſtũ,dictos Accon.& Beryten.Epiſcopos eidem Archiepiſcopo,tãquã ſuffraganeos ſuo metropolitano ſubeſſe,ac ex eis plebanũ ipſum legitime appellaſſe conſtaret,an quẽ etiã ſi minus legitime appellaſſet,iudices ipſi,licet per cõtumaciam excõmunicationis forte potuerint proferre ſententiã,tamen nõ debuerint ſuper principali negotio diffinitiuam lite nõ cõteſtata ſententiã promulgare; prædictas ſententias ab ipſis iudicib.latas de con.f.n. caſſauimus, immo caſſas denũciauimus,& inanes, & per eas nullũ pręiudiciũ eccleſiæ S.Marci,vel eius fautorib.volumus irrogari.Vnde Tyren.Archiepiſcopo dedimus in mãdatis,vt ipſi eccleſię S.Marci inſtrumẽta reſtituat,& etiã vniuerſa, quæ huiuſmodi occaſione ſententiæ per ſe,vel per alios occupauit;nec impediat,quominus,ſicut ante latã ſententiã Venetũ eccleſia parochialis iuris,& aliar. dignitatum ſuarũ poſſeſsione lætetur.

† Tyrẽ. ſcrit

Idem Epiſcopo Brixien. *Cap.* 3.

TVAE fraternitatis deuotio.& infra.Cõ c.3.e.
ſuluiſti præterea,vtrũ ſi aliquis citatus legitimis perẽptorijs cõparere noluerit, iudex lite nõ cõteſtata cõtra ipſum debeat ſentẽtiã promulgare;vt idẽ affectus tędio appellatus ſaltẽ ſe iudicis conſpectui repręſentet:ad quod f.t. taliter duximus reſpõdendũ;quod ſi cõtumaciter reus ſe curauerit abſentare,taliſq.ſit cauſa,quod actor poſsit in poſſeſsionem rerũ petitar.induci;eſt in eadẽ cauſa cuſtodiæ inducendus,quod ſi cauſa talis exiſtat,quod idem in poſſeſsionẽ nequeat intromitti, vt iuri pareat is,qui cõtumaciter ſe abſentauit, eſt per cen.ecc.cõpellendus.

Idẽ de Curia Dei,& de eleemoſyna Abbatib. Aurel.& Carnoten.dioc.c.4.

ACCEDENS ad Ap.ſe.dil.f.nobilis vir W. c.4.e.
Vicecomes Cenaici. & infra. grauem coram nobis contra dictos iudices expoſuit queſtionẽ; quod cũ dictus Coriſopiten. Eps no. virũ Guidonem de Coratio comitem Britanniæ pro-

proximæ linea conſanguinitatis attingat, & Archidiaconus eius ſit clericus cōmēſalis, qui eidem vicecomiti eſt aduerſarius principalis, vt pote qui vxorem ſuam, & terrā publice detinere præſumit, & magiſter P. de Burten. de terra vxoris ſuæ oriundus exiſtat, nimis fauēs eidē, & omnes ſub diſtrictu, & poteſtate ipſius G. exiſtant, nec niſi per diſtrictū ipſius ei patuerit acceſſus ad eos; ipſi, quibus cauſa inter ipſum, & vxorē ſuam cōmiſſa fuerat, nūquā ei voluerunt, niſi in terra inimicorū ſuorū locū, & terminū aſsignare, vbi ſine mortis periculo accedere nō audebat; & licet literas nō habuit de conductu, ſi tamen miſſæ fuiſſent, non debebat ſe credere ſuis capitalib. inimicis: qui li. non. con. teſtes ſuper conſanguinitate recipere præſumpſerunt, & infra. Cū igitur in matrimonialib. cauſis ad cōiungendū, quam ad diſiungendum debeamus exiſtere proniores; ne forte, quos Deus cōiunxit, homo ſeparare præſumat: d. n. per A. s. m. quatenus, ſicut idem aſſerit vicecomes, propinquiores ſitis terræ nobilis iamdicti, quam ſuæ, ac cauſa ipſa per vos cōmodius valeat terminari; cū ad vos ſecurius pateat acceſſus vtrinq. partes ad veſtrā præſentiā conuocetis, & inquiſita ſuper præmiſſis diligentius veritate, ſi vobis cōſtiterit, quod ante litē legitime conteſtatam, vel poſt app. rationabiliter interpoſitam, teſtes ſuper conſanguinitate cōtra matrimonium abſq. culpa maxime contumaciæ recepti fuiſſent, vos atteſtationes huiuſmodi decernatis irritas, & inanes, ap. ceſ. compellentes per cen. ecc. prædictā nobilem, vt reuertatur ad virum ſuum, quem inconſulte dimiſit, mandatū Apoſtolicū ſub. cuius. contradi. & ap. ob. impleturi; ita quod poſtquam ipſe vir plenariam reſtitutionem habuerit, tam vxores, quam terræ cauſam ſuper matrimonio audiatis, eamq. fine canonico terminetis.

Idem. *Cap. 5.*

c. 5. QVONIAM frequenter in dubiū reuocatur a multis, an lite nō conteſt. teſtes recipi valeant; auctoritate præſentium duximus declarandum: regulariter verum eſſe, quod lite non conteſt. non eſt ad receptionem teſtium procedendū, niſi forte de morte teſtiū timeatur, vel abſentia diuturna; in quib. caſib. cum ciuiliter eſt agēdum, ne veritas occultetur, & probationis copia fortuitis caſib. ſubtrahatur; ſenex, & valitudinarij. & alij teſtes, de quibus ex aliqua rationabili cauſa timetur, etiam lite non conteſtata ſunt proculdubio admittendi, ſiue pars inuenta ſit contumax, ſiue ſit abſens abſq. malitia, vt conueniri non poſsit. Sed ſi actor non conueniret aduerſariū infra annum, ex quo conuenire poterit, vel ſaltem receptionem huiuſmodi teſtium non denunciauerit illi; atteſtationes receptæ non valeant; ne forte hoc procuret in fraudem, vt † proceſſu tēporis exceptiones legitimæ ad repellendum teſtes, vel aliæ locū habere non poſſint. Porro ſpeciales cauſæ poſſunt occurrere, in quib. caſualiter eſt aliud obſeruandum, verbi gratia ſi ſuper alicuius electione, vel copula maritali quæſtio mouetur; tunc etenim, ne propter longam morā in ſpiritualib. vel tēporalib. patiatur eccleſia læſionem, vel viro, ſeu mulieri fornicationis occaſio præbeatur; maxime cū propinquitatis gradus opponitur lege diuina prohibitus, in huiuſmodi caſib. teſtes ſunt merito admittendi; ſi videlicet cōtumax apparuerit is, in quē fuerit accuſatio dirigenda; ſiue quia peremptoria citatione recepta venire cōtēnit, ſiue quia malitioſe ſe ipſū occultat, ſiue quod impedit, ne poſsit ad eū citatio peruenire. Si vero aliter abſens fuerit, & agatur de ſpirituali cōiugio inter prælatū & eccleſiam iā cōtracto, electione maxime cōfirmata, illud in hoc articulo volumus obſeruari, quod ſuper exſpectatione taliū perſonarum in ſacris eſt canonib. diffinitū; quod ſi forſan agatur de ſpirituali cōiugio cōtrahēdo, is, qui, eſt in prælatū electus per ſpatiū ſex mēſium expectetur, niſi penſatis negotij circūſtantijs per ſuperioris prudentiā magis, vel minus fuerit expectandū. Si autē de carnali cōiugio ſit agendū, tādiu alter coniugū expectetur; donec de ipſius obitu veriſimiliter præſumatur, quia cū ſine culpa ſit abſens, vt ſi captiuitate, vel ægritudine, aut alio iuſto impedimēto forſitan teneatur; aut etiā propria, ſed nō malitioſa volūtate in remotis partib. morā faciat, vt de facili, vel in breui citari nō poſsit; ei quidem præiudicari nō debet, cū habeat forſan exceptiones legitimas ad intentionē cōtrariā elidēdā, eo nequaquā obſtāte, quod de lapſu carnis poſſet opponi, quoniā in cōiugio multi caſus occurrūt, in quib. cōiuges ſine culpa, ſed nō ſine cauſa cōtinere coguntur. Sunt alij caſus ſimiliter ſpeciales, quos alibi nos meminimus diſtinxiſſe, in quib. abſq. litis cōteſtatione poſſūt teſtes produci, vt quādo exceſſuū inquiſitio, vel teſtiū publicatio imminet faciēda. In alijs vero caſib. prudēter eſt attendēdū, vtrū cōtumax accuſatione reali, vel perſonali conueniatur; ſi reali, mittendus eſt vtique actor in rei petitæ poſſeſſionem, vt tædio affectus reus veniat reſponſurus, quod ſi venerit infra annum, iudicio ſiſti præſtita cau-

† al. de eſt vo

cautione, ac exhibita ſatisfactione cõgrua ex penſarũ, poſſeſsionem recuperet. quod ſi cautionem offerre neglexerit infra annũ, actor poſt annum verus conſtituatur poſſeſſor, ſuper proprietate dũtaxat aduerſæ parti defenſione legitima reſeruata. Quod ſi ſuper reb. inmobilibus quiſquam conueniatur, qui eas nomine poſſidet alieno; debet ſtatim in iudicio dominum nominare, certo dierum ſpatio a iudice finiendo, eoq. ad eius notitiam perducendo; vt vel ipſe veniens, vel idoneum dirigens reſponſalem, actoris intentionem excipiat. ſi vero poſt tempus indultum, quod diſpoſitum eſt, noluerit adimplere, tamquam lite, quæ ingeritur ex eo die, quo poſſeſſor ad iudicium vocatus eſt, ad interrũpendam præſcriptionem longi temporis conteſtata, dominum poſſeſsionis iudex edictis legitimis euocabit, & tunc ipſo in eadem voluntate manente, negotiũ ſummatim examinans, in poſſeſsionem ipſarũ rerum actorem mittere nõ tardabit, omni allegatione abſenti ſuper principali quæſtione ſeruata. ſi autem ſuper perſonali actione conueniatur; vel mittendus eſt actor in poſſeſsionẽ mobiliũ bonorũ ipſius, vel inmobilium, ſi ſorte mobilia non habeat, pro modo debiti declarati, vel in cõtumacem eſt eccleſiaſtica ſententia proferenda; ita videlicet, quod alterutra pœna, quæ magis timeri debeat, iudex a principio ſit contentus, ad alteram nihilominus proceſſurus, ſi hoc meruerit proteruitas contumacis, qui veniens infra annum, vel poſt annum etiam audietur, iuxta diſtinctionem in alio caſu ſuperius annotatam.

DE ORDINE CONDICIONVM t.t.iv.

† cogni tionum Greg. 9 De ord. cog. c. 1.

Idem Marinen. Epiſcopo. *Cap. vn.*

CVM dil. f. Abbas de Ferentino ad noſtrã præſentiam acceſsiſſet, conquerens de nobilib. viris O. & A. fratre ipſius, & filijs R. dominis de Arion, partib. in noſtra præſentia conſtitutis, dil. f.n. G.tt. ſanctę Mariæ trans Tiberim, & L.tt. ſanctę Prudẽtianę presbyteros Card. deputauimus auditores, in quorum præſentia ſuam Abbas depoſuit quæſtionem; quod præfati nobiles nulla requiſitione prẽmiſſa manu armata, & cũ exercitu, ad caſtra monaſterij Ferentini, & Gab. venientes in prædis animalium, ſegetum cõbuſtionib. captionibus hominum, homicidijs perpetratis, & damnis alijs vſq. ad L. libras Lucen. præter ſtragem hominum, & iniurias irrogatas, damnificare cœnobium dictũ præſumpſerunt; de quib. & alijs pariter, quę vellet proponere contra ipſos, ſuſtitam ſibi fieri poſtulabat. cui citra lit. conteſt. ſub forma exceptionis fuit ex aduerſo reſponſum, quod cũ Abbas ipſe nobilib. viris O. & R. promiſerat præſtito iuramento, quod eos contra omnes homines, exceptis Rom. Pont. & Imp. ac Legatis ipſor. ad retinendum, quod tunc habebant in caſtris, villis, & bonis alijs, & recuperandum ſine fraude, & malo ingenio, ſi eorũ aliquid amitterent, adiuuaret; per ipſius dolum, & violentiam caſtrum Samiti † amiſerãt fraudulenter; quod & progenitores eorum tenuerant, & ipſi poſſederant in quiete, & ſibi petentes prius reſtitui, quã ipſius petitionib. reſponderent, præſertim cum teſtes haberẽt præſentes, per quos intentionem ſuam in cõtinenti probare volebant, & quod reſtitutio ante cauſę ingreſſum deberet fieri ſpoliatis, vtriuſq. iuris auctorib. oſtendere conabantur. Verum ex parte Abbatis fuit taliter replicatum; quod libello ſuo ſecundum regulam iuris, qua dicitur, vt qui prior appellat, prior agat; debebat primitus reſponderi; nec ab eo reſtitutio peti poterat, qui non fuerat ſpoliator, † præſertim cum caſtra ſamati † ad ius, & proprietatem ſui monaſterij pertineret, quod etiã pars aduerſa nullatenus denegabat. Vnde, vt verus dominus, ad quem ab alio res ſua poſſeſſa reuertitur, etiam poſt tẽpora longiora retentionis debebat commodum optinere, & iudicium reſtitutorium contra ſpoliatorẽ tantũ cõpetere dinoſcatur. pro damnis quoque illatis reſtitutio poſtulari nõ poterat; ſed ad ea debebat actio cõpetens intentari; alioquin cum & pars Abbatis damna grauiſsima ſibi quereretur illata, prius reſtituẽda fuerant, ſi pro huiuſmodi eſſet reſtitutio faciẽda ſecundum tenorem regulæ memoratæ: capitula quoq. de reſtitutione facienda loquentia locũ habere in criminalib. aſſerebant, & quãdo quis ab aduerſario ſpoliatur, & ſuper re ipſa, qua ſpoliatus fuerat, cõueniatur. Ceterũ ex parte Abbatis regulã introductã aduerſa pars in mutuis petitionib. locũ habere dicebat, cũ cauſę viciſsim tractatę, vna poſteã ſententia terminẽtur. Cũq. vero pars aliqua poſt reſtitutionem, vel alio modo aliquid ſibi deberi proponit, & altera in modum exceptionis ſe aſſerit ſpoliatam, & ante reſtitutionem ſuam nullatenus reſponſurã, de incidenti aſſerebat antea cognoſcendũ. Cũ autem ea, quæ prẽmiſimus, & alia quædã prædicti Card. nobis, & fratrib. noſtris fideliter retuliſſent, nos diſtin-

† al. Samiti

† al. ſpoliatus

† caſtrũ Samiti ſitũ

diſtinguendum eſſe credentes, vtrum ſpoliationis quæſtio ab eiſdem nobilib. ſit obiecta in modũ actionis ad reſtitutionem petendã, an in forma exceptionis ad intentionem aduerſarij repellendam; cum ea in modũ actionis propoſita intelligãtur diuerſæ petitiones ſeſe minime cõtingentes; ac per hoc iuxta regulam iuris præmiſſam, quæ prius eſſet propoſita, prius foret tractanda, quãquã in idem iudicium ambæ deductæ, viciſsimq. tractatæ ſimul eſſent eadem ſentẽtia terminandæ. ſed quoniã illa quæſtio fuit ab eiſdem nobilib. tãtum in modum exceptionis obiecta, de cõmuni f.n. con. interloquẽdo pronuntiauimus, vt probationes eorũ ſuper ipſa exceptione primitus audirentur, & ea probata legitime reſpondere nõ cogerẽtur Abbati ſuper petitionib. memoratis; donec reſtituerentur ab ipſo: cũ ſpoliatus ſpoliatori ante reſtitutionem nõ cogatur vllatenus reſpõdere. ſpoliatione tamen in modũ tãtũ exceptionis probata, nõ eſt per hoc reſtitutio faciẽda; queadmodũ cũ in modũ exceptionis aliquod teſti crimẽ obiicitur, vt ſic a teſtimonio repellatur, etſi crimẽ cõtra eũ ciuiliter probatũ fuerit, nõ ideo pœna ſibi infligitur ordinaria; ſed eius duntaxat teſtimonio nõ credetur. quod ea ratione contingit, quoniã in ipſum accuſatio nõ procedit. teſtes etiã, quorũ teſtimonium reprobatur, infames, quaſi ex falſo teſtimonio, nõ habẽtur.

DE CAVSA POSSESSIONIS, ET proprietatis. Tit. v.

Idem Epiſcopo. & Canonicis Sutrieñ. *Cap. 1.*

De cau. poſ. c. 3. CVM eccleſia Sutrina paſtore vacaret, vos cõuenientes in vnũ, &, ſicut moris eſt, ſpiritus ſancti gratia inuocata, paſtorem vnanimiter elegiſtis, petentes ipſum a ſe. Ap. confirmari. Verũ dil. fi. clerici cõuentualium eccleſiar. ciuitatis eiuſdem apud nos de vobis cõſequẽter tuã depoſuere querelã; quod cũ in Epiſcopor. electionib. faciendis, ipſi, ac prædeceſſores eorũ conſueuerint intereſſe, vos eis inuitis, renitentib. & excluſis ad faciendã electionẽ procedere præſumpſiſtis, quã ob hoc nõ cõfirmandam, ſed infirmandam potius aſſerebant. partibus ergo pro quæſtione huiuſmodi apud ſedem Ap. cõſtitutis, dil. f.n. B. tt. S. Petri ad vincula, & I. tt. S. Priſcæ presbyteros, & H. S. Mariæ in Coſmedin diac. Card. dedimus auditores, in quorum præſentia teſtes vtrimq. producti fuerũt, & eor. depoſitionib. publicatis pars canonicorũ per teſtes a ſe productos intentionẽ ſuã, quod ad eos tantũ ſpectaret electio, ſufficienter dicebat eſſe probatã; parte clericor. nihilominus aſſerente, quod per dicta teſtium, quos produxerãt, & ipſi ſuã aſſertionẽ, quod electioni Põtificũ intereſſe deberẽt, plenius probauiſſent; per quæ conſtare dicebant eos electionib. trium Epiſcopor. qui eccleſię Sutrinę vltimo, & immediate præfuerãt, cũ canonicis cathedralis eccleſiæ adfuiſſe, vocẽq. habuiſſe cũ alijs eligendi. Nos ergo auditis allegationib. & rationib. partiũ, & depoſitionib. ipſis diligenter inſpectis, quoniã liquido deprehẽdimus teſtes veſtros in perhibẽdis teſtimonijs varios extitiſſe, atq. aduerſus fidẽ atteſtationis ſuæ corã dictis Card. vacillaſſe, ſicut ipſi nobis poſtea retulerũt; & quod negationẽ quodãmodo aſtruere ſatagebãt, probare volẽtes ius electionis itaquidẽ ad ſe ſpectare, quod ad aduerſarios minime pertineret; per teſtes vero partis aduerſæ fuit ſufficiẽter oſtẽſum, quod in triũ Epiſcopor. electionib. de quib. pręmiſſum eſt, clerici præſentes adfuerunt, & vocem habuerint eligẽdi, præmiſſam electionẽ factã eis cõtradicentib. & excluſis de f.n. cõ. decernimus irritandã, clericos ſępefatos in eã quaſi poſſeſſionẽ, quã ante cõtrouerſiam motã habuerant, reducentes. Verũ, quoniã in quęſtione prędicta quidquid iuris vtraq. pars in electione habebat, deductũ in iudiciũ videbatur; cũ iure ciuili ſit cautũ id venire in iudiciũ, nõ de quo actũ eſt, vt veniret; ſed id non venire, de quo nominatim actũ eſt, ne veniret; & ſecũdũ ſtatuta canonica, electiones Epiſcopor. ad cathedralium eccleſiar. clericos regulariter pertinere noſcuntur, niſi forte alibi ſecus obtineat de cõſuetudine ſpeciali; nec ex eo, quod clerici ante dicti, ſe inter eligentes Sutrinen. Epiſcopos probauerũt tertio extitiſſe, ius eligendi propter breuitatẽ tẽporis vſq. ad præſcriptionẽ legitimã nõ producti, ſibi acquirere nõ potuerũt; & actore nõ probãte, qui cõuenitur, etſi nihil pręſtiterit obtinebit; ab eor. inpetitione ſuper electionib. faciẽdis, vos duximus abſoluẽdos, ſæpedictis eccleſiarum clericis ſuper hoc ſilẽtium perpetuũ inponẽtes.

Idem Canonicis Bethleemitañ. *Cap. 2.*

CVM ſuper electione Bethleemitañ, inter R. ſubd. & P. canonicũ ſepulchri dominici nuper in nr̃a pręſẽtia quęſtio verteretur, vtroq. ſe pro electo gerẽte, cũ primus etiã a v.f.n. Patriarcha Hieroſolymitano fuerit cõfirmatus, alter vero fauorẽ Regũ obtineret, eis dil. f. P. Baſilicę xij. Apoſt. I. tt. S. Stephani in Cœlio mõte presbyteros, & G. S. Ma. in porticu diac. Card. dedimus auditores; in quorũ præſentia receptis vtrimq. teſtibus, & eorum depoſitionibus publicatis, quæ hinc inde allegata c. 4. e.

fuerunt, nobis, & fratrib. noſtris retulerunt fideliter, & prudenter. nos vero tam per relationes ipſorũ Card. quã per geſta de cauſæ meritis ſufficienter inſtructi, cõmunicato fr. no. conſilio iamdictũ ſubd. R. qui ſe probauerat per ſæcularẽ potentiam ſpoliatũ, reſtituendũ decreuimus iuſtitia mediante. Verũ, quoniã tam poſſeſſoriũ, quem etiã petitoriũ deductũ fuerat in iudicium, & tam reſtitutionis, quam electionis quæſtio plenius agitata, & cõſtitit nobis electionem vtriuſq. minus canonicam extitiſſe; cũ iudex, de qua re cognouerit, etiã pronuntiare debeat, iuxta canonicas ſanctiones, vtrãq. duximus ſententialiter irritãdam.

Idem Epiſcopo Nouioñ. *Cap. 3.*

c. 5 e. PASTORALIS officij debitum ſollicita mente proſequeris, cũ iuſtitiæ zelo ſuccenſus ſuper iuris articulis per Ap. ſe. oraculũ, a qua tuæ pendet iuriſdictionis auctoritas, reſpõſa humiliter appetis, & deuotus exſpectas; ne forte noua opinionũ varietas, aut iuris exceptio varia nouitate diſtincta non iuris effectũ pariat, ſed iuſtitiæ potius defectum inducat. Sane ſicut nobis per tuas litteras intimaſti, cõtingit aliquãdo; vt, cum is, qui ſe aſſerit ſpoliatum, ſuũ trahit ſpoliatorẽ in cauſa, inter ipſa iuris auſpicia requiſitus, quo malit experiri iudicio, litem proprietatis ingreditur, de illata ſibi violẽtia, nullam faciens mentionẽ. Cum autẽ adeo fuerit in cauſa proceſſum, vt teſtes ſint hinc inde producti, nouũ iudiciũ ſuper poſſeſſorio nititur inchoare, dicens, quod non videtur poſſeſſorio renuntiare iudicio, qui rẽ cœperit vindicare. Cui ex aduerſo reſiſtitur; quia dum querelã proprietatis ſponte propoſuit, prçiudiciũ ſibi fecit in quæſtione poſſeſſionis, quã ſecundũ iuris ordinem prius proponi licuit, & debuit terminari. Quid igitur in his ſtatuendũ ſit, tua f. requiſiuit: nos autẽ conſul. tuç taliter reſpondemus; quod poſſeſſorio quidem iudicio, quod de recuperanda, ſeu adipiſcenda poſſeſsione proponitur, ante quã renuntiatũ ſit, aut cõcluſum in proprietatis iudicio primitus inſtituto, agi poteſt ab eo, qui rẽ cœperit vindicare; cũ legali ſit prouiſione ſtatutũ; eũ, qui fundũ vindicauit ab eo, cũ quo interdicto vnde vi potuit experiri, pẽdente iudicio interdictũ poſſe nihilominus intentari. Alijs poſſeſſorijs iudicijs ſuo robore duraturis, quç vindicationem dominij ſui natura prçcedunt. Si vero renuntiatũ fuerit, ſeu cõcluſum, vt iam poſsit proprietatis cauſa diffinitiuæ ſententiæ calculo terminari; ne lites litib. inculcẽtur, & via poſsit fraudib. aperiri; cauſa non deciſa poſſeſſorio nõ erit vtendũ, niſi iudex, qui de cauſa cognoſcit, hoc ipſum ex iuſta cauſa viderit expedire; puta cum ex perſpicuis indicijs facile arguitur iniquitas inuaſoris, & ſpoliato caſus, ſeu malitia probãdi dominiũ ſubtraxerit facultatem. his igitur, & alijs cauſis inſpectis, quæ continent çquitatẽ, aut iuſte mouerint animum iudicantis, poſtquam etiam concluſum fuerit poſſe agi poſſeſſorio iudicio, non negamus.

Idem Epiſcopo S. Andreæ, Abbati de Beroch T. Priori, R. Archidiacono, & magiſtro L. officiali Sancti Andreæ. *Cap. 4.*

CVM dil. f. Abbas, & canonici. & infra. Ad quartum autem breuiter reſpondemus; quod cum ſuper poſſeſſorio, & petitorio ſimul eſt actũ: vtrũq. vna debet ſentẽtia terminari; ſed licet in pronũtiatione ſit poſſeſsio prçmittẽda in executione tamẽ debet proprietas præualere. c. 6. e.

DE RESTITVTIONE SPOLIATORũ. t. vj. *Idẽ Abbati, & cõuẽtui ſ. Silueſtri. c. 1.*

ECCLESIA S. Mariæ. & infra. Cõſequenter vero poſt deceſſum præfati prçd. noſtri partib. in nã prçſentia cõſtitutis eccleſia beatç Mariç poſſeſsionẽ, qua fuerit prçtermiſſo iuris ordine ſpoliata, ſibi reſtitui poſtulabat; & quoniã alij ſenatorũ ſententiã pro monaſterio, alij latã pro eccleſia proceſſu tẽporis cõfirmarant; nos quidquid ab eis factũ fuit, poſtquã dictus prçdeceſſor nr. ad curam ſuã idẽ negotiũ reuocauit, de cõſilio fr. no. irritũ decernimus, & inane. Cũ ergo nobis cõſtiterit, & ex ipſa cõfeſsione partiũ tenuerimus, quod vnus cõſiliarior. cõtra ſententiã de volũtate eor. executioni mãdatã, de facto, quia de iure nõ poterat, veniẽs, eccleſiã ipſam poſſeſsione ſua ſpoliauerat violẽter, & nihilominus attẽdẽtes, quod etiã iniuſto poſſeſsori violenter eiecto reſtitutionis ſit beneficio ſuccurrendũ, ſpoliatã eccleſiã in eum ſtatũ decreuimus reponendã, in quo fuerat tẽpore violentiæ perpetratæ. Verũ quoniã prçfatã poſſeſſionẽ poſt reſtitutionem factã ab L. de Ateia monaſteriũ alij locationis titulo aſsignarat; ne quod reſtituere poterat eccleſiæ ſpoliatæ, loco ipſius tantundẽ poſſeſsionum æquiualentiũ, ſecũdũ arbitriũ dil. f. I. Timioſi capellani, & P. hoſtiarij noſtrorũ eiuſdẽ ecc. fecimus aſsignari, quç quoniã alij fuerãt iure pignoris obligatç a creditorib. eas liberari fecimus, qui nobis inſtrumẽtũ pignoris poſtea reſignarũt. Vt lite pẽd. c. 4.

Idem Epiſcopo, & capitulo Terdoneñ. *Cap. 2.*

OLIM cauſa, quæ inter vos nomine Terdoneñ. eccleſiæ, & dil. f. B. magiſtrum, & fratres templi militiæ in Lõbardia, ſuper domo Cal- De reſt. ſp. c. 12.

Caluentiæ vertebatur, dil. fi. de Lucedio, & de Colūba Abbatib. ſub certa forma meminimus cōmiſiſſe. Ipſi autem Abbates partib. conuocatis, & lite in eorū præſentia cōteſtata teſtes receperūt ex vtraq. parte productos; & cū renūtiatū fuiſſet vtrinq. depoſitiones eor. ſollēniter publicarūt, & eas per manū publicā redigentes in ſcriptis, cauſam plene inſtructā ad noſtrā præſentiā remiſerūt. Nos ergo dil. fi. C. canonico, & procuratori eccleſię Terdonen. & prædicto magiſtro dil. f. n. I. tt. S. Stephani in Cœlio mōte presbyterū, & H. S. Euſtachij diac. Card. cōceſsimus auditores. corā quib. fuit ex parte veſtra propoſitū, quod cū olim humiliati quidam a bo. m. V. Epiſcopo Terdonen. licentiā poſtulaſſent, hoſpitale, & oratoriū in loco Caluentię conſtruendi idem Epiſcopus poſſeſsiones quaſdam a quibuſdā militib. qui eas tenebant in feudū ab eccleſia Terdon. redemit, & illas humiliatis petētib. ſub ea condicione conceſsit, quod ad honorē Dei, & beatæ virginis, nomine Terdon. Epiſcopi oratoriū ibidē, & hoſpitale cōſtruerēt: & tres ſolidos cēſuales Terdonen. Epiſcopo annis ſingulis exhiberēt, a quo etiā perſona, quæ loco præficeretur eidem, inueſtiturā perciperet, & per ſe, & alijs fratrib. ei, & ſucceſſorib. suis obediētiā faceret manualē, Epiſcopo ſibi loci dominiū nihilominus retinēte. Cūq. id fuiſſet diutius obſeruatū, ſępedictus magiſter ad eandem domū aſpirans, & volens eam copulare domui de Caſellis, præfatos humiliatos adeo circūuenit, quod præter conſcientiā veſtrā, ſe, & ſua in eius manib. tradiderūt, ea tamen condicione appoſita, ſi vobis, quod facerent, cōplaceret, ſine quorū aſſenſu ſe nihil poſſe facere aſſerebant. magiſter vero cōdicionem acceptauit appoſitā, & quod aliter eos non reciperet, affirmauit. & infra. Tunc vero magiſter accedens Caluentiam exinde paramenta eccleſiæ, inſtrumēta domus, & libros accepit, & nonaginta oues fecit abduci; ac poſtmodum reuerſo ad vos, cum ei fuiſſet, quod petierat, denegatum; quia paratus eſſet vobis facere rationē, ſi forſan vos offenderat, adiecit; vos autē intentionē eius maliuolam attendentes, & ne ſe de domo intromitteret memorata, diſtrictius inhibētes, ad ſe. Ap. appellaſtis; & cū tu frater Epiſcope, quæ geſta fuerant, audiuiſſes, omnes pariter ad domum acceſsiſtis eandem, & eos, quos inueniſtis ibidem, ad domus cuſtodiam a magiſtro relictos eiecistis ex ea; vim vi, ſecundū quod omnia iura permittūt, licite repellentes. Vnde, cum poſſeſsio prædictæ domus ſub cōdicione tradita fuerit eidem magiſtro, non extante condicione, traditio non tenebat. præterea cum idem magiſter clam domum illam intrauerit, nullū vobis eſt præiudiciū generatū, quominus eum poſſetis repellere, cū id ad veſtrā audientiā perueniret; præſertim, cū verus dominus cōtrouerſiam ipſi moueret, vel ſuſpicatus fuerit, vel debuerit ſuſpicari. Cū autē Card. prædicti, quæ coram eis tam ex veſtra parte, quā ex alia propoſita fuerant, nobis fideliter retuliſſent, intelligentes prædictam domum eidem magiſtro traditam fuiſſe ſub condicione, atq. nullum iuri veſtro præiudiciū fuerat irrogatū ex eo, quod idem magiſter iuſtitiæ veſtræ nō inſcius vobis ignorantib. poſſeſsionem accepit, præſertim cū ſtatim, ex quo id vobis innotuit, vim vi duxeritis repellēdam, attendentes etiā, quod idem magiſter ſua temeritate poſſeſsionem* nouerat pertinere, & quos quæſtionē ſibi moturos ſuſpicari debuerat, eſt ingreſſus; dictū procuratorē veſtrū vro nomine ab impetitione ipſius magiſtri nomine domus militiæ tēpli, quo ad faciendā reſtitutionem, de cō. f. n. reddimus abſolutū, ſalua ei quęſtione proprietatis, de qua in hoc iudicio nihil eſt actum, ſicut prædictus Abbas de Locedio nobis expoſuit viua voce; decernentes nihilominus vos magiſtro ipſi ſatisfactionem debitam exhibere, ſi defendendo ius veſtrū in offenſam ipſius, vel domus militię tēpli modum forſitan exceſsiſtis.

Idem Bituricen. Archidiacono. *Cap. 3.*

LITTERAS tuas nuper recepimus continentes, quod cū quædā matrimonialis cauſa ve. f. n. Bituricen. Archiepiſcopo in remotis agente in tua pręſentia tractaretur, Imberga mulier ſeparari a C. viro ſuo inſtantiſsime poſtulabat, cui quarto gradu conſanguinitatis, proponebat ſe eſſe cōiunctā; apparebant etiā accuſatores, & teſtes exhibētes certā ab vtroq. latere cōſanguinitatis lineā contingentē; qui ſe cōtractu matrimonij tēpore abſentes fuiſſe dicebāt, & quod in cōtinenti parati erāt, quę propoſuerāt, cōprobare; vir autē ecōtra vxorē ſibi poſtulabat reſtitui, quę ab eo ſua temeritate diuerterat, quēadmodū allegabat. Ceterū pars replicabat vxoris, tū propter futurū inceſtus periculū, tū quia probationib. paratis, & promptis ſine diffugio, quod intendebatur, poterat demōſtrare, reſtitutionē penitus denegandā. Ad hęc notā eſſe mariti ſæuitiam proponebat, cui erat impetuoſa leuitas, & crudelitas beſtialis, etſi liberam reſtitutæ ſibi facultatē haberet vxoris, eius amici timebāt mortis ex hoc ſibi periculū imminere, vel cor- c.13.e.

poris cruciatũ, & ſic ab accuſatione deſiſte-
rent, eam qualitercumq. viuere, quã interire
malentes, adicientes nihilominus, ipſam licen
tiatam a viro receſsiſſe cũ lacrimis, & inuitã;
ipſe vero miles nihilominus ſibi vxorẽ pete-
bat libere, ac pacifice reſtitui, & ne ſecus fie-
ret, ſe. Ap. appellauit. Cũ igitur in cauſis ma-
trimonialib. exceptiones huiuſmodi ſæpius
proponãtur, quid ſit agẽdũ in talib. reſcripto
petebas Apoſtolico edoceri. ex pręmiſsis ve-
lut quodã themate multas eliciens quæſtio-
nes; primo quidem, vtrum quãdo aliquis cõ-
ſanguinitatis gradus obicitur, in quo ſe. Ap.
diſpenſare non poteſt, nec conſueuit, & pro-
bationes prõptæ ſint & paratę, an indulgẽda
ſit reſtitutio, an neganda. Secundo quærebas,
an idem iuris exiſtat, ſi aliquis gradus diſpen
ſabilis, vel aliud impedimentũ diſpẽſabile al-
legetur, & probationes ſimiliter ſint præſen-
tes; vtrũ reſtitutio concedi debeat, an negari.
Tertio loco quærebas, ſi mariti crudelitas, &
ſæuitia nota ſint iudici, vt propter motam cõ
† tortu rus ſerio — trouerſiam indignatus vxorẽ tortius † ſit, &
iniurijs affecturus, & ſic accuſatores de morte
feminę metuẽtes accuſare deſiſtant; vtrũ hoc
in primo, vel ſecundo caſu reſtitutioni præ-
beat adminiculũ denegandę. poſtremo quęre
bas, ſi denegãda ſit reſtitutio in aliquo caſuũ
pręmiſſorũ, ad ſe. Ap. appellaretur, vtrũ app.
ſit huiuſmodi deferendũ. Sane circa ſolutio-
nem propoſitæ quęſtionis diuerſę ſunt ſentẽ
tiæ diuerſorũ, alijs aſſerentib. reſtitutionẽ in
pręmiſsis caſib. faciendã, alijs ſentiẽtib. in cõ-
trariũ, nonnullis viã mediã eligentib. ac dicẽ-
tib. eam faciendã interdũ, quandoq. vero pe-
nitus denegandã. primi per decretalem epi-
ſtolam bo. me. Lu. PP. pręd. n. iuuari videntur,
arguentis quoſdam iudices delegatos, qui re-
ſtitutionem viri, qui ſine iudicio eccleſiæ vxo
rem dimiſerat, & ei cõſanguinitatem poſtmo
† ſpolia te ſerio — dum opponebat ſpoliare, † ac repetenti cõiu
gem denegabant, & mandantis prius reſtitui
taliter ſpoliatã, & poſtea de matrimoniali cau
ſa cognoſci; harũ autem aſſertionẽ inceſtus vi
detur periculũ oppugnare. ſed ipſi timorẽ in
ceſtus inanem eſſe reſpõdent, cum etiã bene-
ficio reſtitutionis optento, qui cõſanguinita-
tis habet notitiam, nec exigere debitũ, nec cõ
tra conſcientiam ſoluere teneatur; quoniã ſi
ſecus egerit, ædificat ad gehennam, ſicut nec
conſanguinitatis conſcius, ſuper cuius coniu-
gio quęſtio non mouetur. ſecunda vero aſſer
tio per oraculũ fe. re. Clemẽtis PP. pręd. n. ful-
citur, a quo cũ fuiſſet quæſitum, vtrũ muliere
quadam quemdam in virũ petente, qui vt
eam repelleret, exceptionem cõſanguinitatis
obiecit, prius eſſet de impedimẽto cõſangui-
nitatis agendũ, quã ſuper matrimonio ſenten
tia proferretur; ſic inquiſitioni factę reſpõdit,
quod cũ exceptione probata principalis quę
ſtio perimatur; prius eſt cognoſcẽdũ de ipſa,
quam ad diffinitionis articulũ procedatur; cũ
& in multis caſib. reſtitutio differatur ſecũdũ
canonicas ſanctiones. Opinioni autẽ vltimæ
videtur nõ incongrue adaptari; vt in gradib.
cõſanguinitatis diuina lege prohibitis reſtitu-
tioni aditus pręcludatur, ſed cõſtitutione in-
terdictis humana reſtitutio locũ habeat cũ ef-
fectu; cũ in illis diſpẽſari nõ poſsit, ſed in iſtis
valeat diſpenſari, ſicut beatus Gregorius, &
multi alij diſpenſauerint. Vnde non peccat,
qui in hoc articulo ad mãdatũ eccleſiæ red-
dit debitũ cõiugale. Nos autẽ ad præſens nul
lam de prædictis ſententijs reprobamus; nec
cuiquã earum aliquod. præiudiciũ ex noſtra
reſponſione volumus generari; quamuis pręe-
ſcriptum Lucij PP. mandatũ ad poſſeſſoriũ,
reſpõſum vero patris, & prædeceſſoris noſtri
Clementis ad petitoriũ referatur. porro cum
mulier illa, quę conſanguinitatis habet noti-
tiã, pręſertim in gradib. quos lex diuina pro-
hibuit, nõ poſsit huiuſmodi viro ſine mortali
peccato carnaliter cõmiſceri: quoniã omne,
quod nõ eſt ex fide, peccatũ eſt. & quidquid
fit contra conſcientiã, ædificat ad gehennam;
fruſtra in tali caſu adiudicaretur reſtitutio
ſpoliato, cũ illa contra Deũ nõ debeat in hoc
iudici obedire, ſed potius excõmunicationem
humiliter ſuſtinere, ſicq. difficultas occurre-
ret quaſi perplexa; quia propter ſententiam
oporteret eam reddere debitũ, & propter cõ-
ſcientiam debitũ reddere non deberet, vnde
cõtingeret grauiter impediri, & vtriq. laqueus
pararetur, cũ inter ſe carnaliter coniungi non
poſſent, nec alteri matrimonialiter copulari.
propterea melius nobis videtur, quod, cũ op-
ponitur cõſanguinitas, pręſertim in gradibus
diuina lege prohibitis, & probationes offerũ
tur incontinenti paratę; in ceteris quidem ad
iudicanda ſit reſtitutio; ſed ad maiorem cau-
telam iuramẽto recepto, quod talis obiectio
malitioſe non fiat, ſola quo ad commixtio-
nem carnalem, maxime ſi fama conſentit, eſt
reſtitutio differenda, donec auditis probatio
nibus, & diſcuſſis, cauſa ſine diffugio termine
tur: cũ vtrinq. ſit melius taliter expediri, quã
manere aliter impeditos. Quod ſi non habeat
probationes in continenti paratas, ſed dilatio
nes expetat † longiores, quia pręſumitur cõ- — † al. ex pectas
tra eam, quæ ſine iudicio eccleſiæ, ſua tãtum
te-

temeritate receſsit a viro,ad reſtitutionē plenariam,eccleſiaſtica debet cenſura compelli, quam tamen ipſa thori negando conſortium debet humiliter tolerare, donec probationes offerat præparatas,& tūc abſolutione petita ſecundum formam eccleſiæ abſoluetur; ſed antequam fiat illi mandatum,ſub debito iuramenti receptis probationibus procedetur, quemadmodum eſt præmiſſum. ſi vero tanta ſit viri ſæuitia,vt mulieri trepidanti nō poſſit ſufficiens ſecuritas prouideri,non ſolū nō debet illi reſtitui, ſed ab eo potius amoueri; alioquin ſufficienti, ſi fieri poteſt, ſecuritate prouiſa,profecto videtur coniux ante cauſæ cognitionem reſtituenda marito.

Idem Wberano Epiſcopo. *Cap. 4.*

c.14.e. EX parte M.mulieris fuit propoſitum corā nobis, quod cū eā adhuc infra pubertatis tempora conſtitutam quidam patruus ſuus filio Seneñ.ciuis nondum ſeptem annor.voluerit in matrimonio copulare,ac eadem traducta fuerit in domum ciuis eiuſdem,ipſa ex quo ad nubiles annos peruenit, ratū nolens habere, quod a dicto patruo ſuo circa hoc fuerat procuratum;a ve.f.n.Seneñ.Epiſcopo nubendi alij licentiam poſtulauit.Cumq.partes idem Epiſcopus citaſſet,& prefata M.per procuratorem idoneum in iudicio cōpareret, quærens poſſeſsiones,& res alias ſibi reſtitui dotis nomine pro ſe datas,& pars altera reſtitutionem peteret mulieris eiuſdem, aſſerens, eam non poſſe per alium cauſam agere; ſed debere ipſius tractatui perſonaliter intereſſe, præfatus Epiſcopus dubitans,quid ſuper his ſtatuere poſſet de iure,pro vt nobis ſuis litteris intimauit, proceſſui negotij ſuperſedit. Quia igitur non credimus ambigendū, quin ipſa mulier, quamuis minor eſſe dicatur, & cauſam poſsit matrimonij per procuratorem tractare, ac pars alia reſtitui nequaquam debeat,quæ nullo iuris, ſeu poſſeſsionis eſt cōmodo deſtituta;cum per ſolam traductionem prædictam, quam non præceſſerunt ſponſalia, vel conſenſus legitimus, nec fuerit etiam ſubſecutus,nullum inter eos obligatoriū vinculum ſit contractum; vt finis litibus imponatur,f.t.per A.s.m.qua.ſi eſt ita, non obſtantib.exceptionib.ſupradictis,partib.cōuocatis audias,quę hinc inde duxerint proponenda; & quod canonicum fuerit, ap.re.decernas.

Idem Archiepiſcopo Mediolañ. & Prepoſito canonica Petron. PP. *Cap. 5.*

c.15.e. CVM ad ſedem Ap. acceſiſſent olim A. ve.f.n.Cum.Epiſcopi,& frater G.dil.fi.fratrū hoſpital. Hieroſolymit. procuratores, & inſtrumenta nobis,& acta cauſæ,quę ſuper eccleſia,& hoſpital.de monte Cinaro inter eos agitabatur, prout geſta fuerant in præſentia ve.f.n. Papieñ. Epiſcopi, qui ex delegatione noſtra de cauſa cognouerat, præſentaſſent, nos diligenter inſpectis, quæ coram eodem Epiſcopo acta fuerant,haberi ea decreuimus pro infectis,cùm conſtiterit nobis eū in cauſa ipſa iudicem non fuiſſe;ſicut ipſemet ad vltimum recognouit;eandem cauſam dil.f. Abbati de Arron.de aſſenſu partium taliter cōmittentes;vt audiret omnia,tam ad poſſeſſorium,quam ad petitorium iudicium pertinētia,quæ vtraq. pars duceret proponenda; & cauſam ipſam fine debito terminaret. coram quo poſt procurator hoſpitalis Hieroſol. eccleſiam,& hoſpitale prędicta cū poſſeſsionib. &pertinentijs ſuis,quę dictus Cumanus Epiſcopus iniuſte tenebat, ſibi reſtitui poſtulabat,aſſerens ſupradicta omnia de iure ad hoſpit.Hieroſol.ſpectare;ac ea diutius poſſediſſe. Ad hoc reſpondit procurator Epiſcopi ſe neſcire,nec credere ſupradicta vnquā ab hoſpitali Hieroſol.poſſeſſa,vel ad illud aliquatenus pertinere, quæ Cumanus Epiſcopus, vt pote in ſua diœc.cōſtituta rationabiliter detinebat. Cū ergo ad fundandā intentionē ſuā teſtes pars vtraq.produxerit;dictus Abbas deinde vtriuſq.partis atteſtationib.rationib.& inſtrumētis inſpectis procuratorē Epi condēnauit ad reſtitutionē omniū prędictorū.& infra. Nuper autē vtriuſq.partis procuratorib. propter hoc comparentib.corā nobis,prioris actus iudicij nobis fideliter prę ſētatis,cauſam ipſam interdū per nos,quādoq.p di.f.n.P.tt. S.Marcelli,& R.tt.S.Anaſtaſiæ presbyteros Card.examinauimus diligenter;& quidē per teſtes videbatur eſſe probatū,quod Crat' Cū. Epiſcopi nūtius cruces hoſpitalarijs olim abſtulit, inhibēdo ipſis, ne ad ſupradictā eccleſiā, vel hoſpitale redirent;& quod Epiſcopus ſupradicta omnia poſsidebat, vnde procurator hoſpitalariorū petijt ſupradictā reſtitutionis ſententiā auct.Ap.cōfirmari. Ex aduerſo vero proponebatur,quod etſi per teſtes eſſet forſan ſufficienter oſtēſum,quod per nuntiū Epiſcopi fuerint hoſpital.ſpoliati,cū tamē nō cōſtitent, quod de mandato eius hoc fecerit, vel quod Epiſcopus ratū habuerit factū ipſius reſtitutio ſibi locū nō potuit vindicare; quāquam conſtaret Epiſcopum prędicta tenere, qui vtique ipſa de iure poſsidet, vt pote ad ſe ſpectantia, & in ſua diœceſ. conſtituta. ſed ad hoc pars altera replicauit,quod quamuis prædicta teſtium, euidenter mandatum

Epiſcopi, vel ratihabitio non probetur; quia tamen iudex motũ animi potuit ex alijs cauſis informare; pro ſententia erat merito præſumendum. His igitur, & alijs intellectis, quę vtriuſq. partis procuratores proponere procurauerunt; nos prioris acta iudicij, quæ nobis fuerant, ſicut præmiſſum eſt, plene, ac fideliter præſentata, diligentius recenſentes; quia nec per dicta teſtium, vel cõfeſsionem partiũ, cum nullæ penitus in iudicio factæ fuerint, vel etiam inſtrumẽta, quæ nullatenus de ſpoliatione tractabant, nec etiam per euidentiam facti nobis conſtare potuit; quod Cumanus Epiſcopus ſupradictos hoſpitalarios ſpoliauerit, vel mandauerit ſpoliari; vel ſpoliationẽ ſaltem ratam habuerit: de conſilio f.n. pronũtiauimus in quæſtione prædicta, interdictũ. Vnde vi locum nullatenus habuiſſe, reſtitutionis ſententiam a prædicto Abbate latam iuſtitia exigente caſſantes.

DE DOLO, ET CONTVMACIA. t. vij.

Idem. *Cap. 1.*

De dolo & cont. c. 1.

FINEM litibus cupientes inponi; ne partes vltra modum grauẽtur laborib. & expẽſis, præſertim cum de beneficijs, vel officijs eccleſiaſticis litigatur, quæ ſine diſpendio diu vacare non poſſunt; pręſenti decreto ſtatuimus, vt poſtquã intentionem ſuam altera pars fundauerit, ſi reliqua forte voluerit legitimam exceptionem opponere, quam nolit, aut nequeat in continenti probare; quia frequenter ad impediendum, vel differendũ proceſſum exceptiones huiuſmodi per excogitatam malitiam opponuntur; ad ſoluendas alteri moderatas expenſas extunc in iudicio faciendas, cum acceptis inducijs, ſi forſan in probatione defecerit, condemnetur. etſi ſoluendo nõ fuerit, alias (ſatisfactum, †ſecundũ arbitrium diſcreti iudicis puniatur; vt hoc ſaltem timore perterritus, non facile quis in grauamen alterius falſas exceptiones opponat.

†Greg. 9. hoc verbũ omiſit

Idem Præneſtino Epiſcopo Ap. ſ. Legato & Decano Bunneñ. *Cap 2.*

c. 4. e.

CVM dil. f. magiſter S. Leodieñ. & H. Lũduneñ. canonici nuntij dil. fi. H. dicti Leodieñ. electi, pro eo quondam ad ſe. Ap. acceſſiſſent, dil. f. L. Archidiaconus, & H. canonicus Leodieñ. nomine ſuo, & quorundam canonicor. ſuorũ L. Archid. H. cantoris, L. Prępoſiti ſancti Petri, & quorundam aliorũ, quorum litteras de rato ſuper eodem negotio exhibuerant, ad noſtram poſtmodum præſentiam venientes, contra eundem H. quędam crimina proponebant, per quæ nitebantur eum ab electione Leodieñ. eccleſiæ repellere, vt indignum. & infra. Quamuis autem ex eo, quod prædictus H. a grauamine prędictorũ Archid. & Henr. & ſociorum ipſorum canonicorum Leodieñ. ſicut dicebatur, ad ſe. Ap. appellarat, & appellationem non fuerat inter poſitam per ſufficientes procuratores, cũ poſſet illis proſequentib. proſecutus; non leuis exorta eſſet ſuſpicio contra eum. volentes tamen in omnib. iuris ordinem obſeruare; ipſi diſtricte præcipiendo mandauimus, vt vſque ad dominicam, qua cantatur, ego ſum paſtor bonus, tranſactam; per ſe, vel per ſufficientẽ procuratorem ſufficienter inſtructũ, ne poſt modum per dilationes, vel occaſiones quaſlibet ſubterfugere videretur examen, ad præſentiam noſtrã accederet, ſuper prędictis omnibus reſponſurus, alioquin, cum aſsignaremus ei peremptorie terminum ſupradictum, ſciret, quod, quantum de iure poſſemus, procederemus extunc in negotio memorato. Expectantib. igitur aduerſarijs eius apud Ap. ſe. ipſum diu, etiam vltra terminũ duximus expectandum; ſed ipſe nec venit, nec ſufficientem procuratorem direxit; ſed ſimplicem ſolummodo nuntium excuſationis eius litteras deferentem. ſcribebat enim, quod prędictum magiſtrum S. nuntium ſuum cui nos, cum a nobis recederet, iniunximus viua voce, vt citaret eundem, ſero receperat, vnde non poterat tum propter termini breuitatem, tum propter viar. diſcrimina, noſtro ſe conſpectui præſentare. ſed contra hoc pars proponebat aduerſa, quod ſicut excuſatorem ad nos direxerat, ſic dirigere potuerat reſponſalem; cum ei non fuiſſet iniunctum, vt ad cauſam dumtaxat in propria perſona veniret; ſed vel ipſe accederet, vel procuratorem idoneum deſtinaret. Præterea, cum mandatur alicui, vt ad certum terminum ſe iudici repræſentet, duo ſub hac forma mandantur; vt ad iudicem veniat, & ad diem ſibi pręfixam accedat. Vnde, ſi venire non poſsit ad diem aſsignatum, tenetur ſe nihilominus iudici præſentare, ſicut ratio ſuggerit, & legitima ſanctio manifeſtat. ſi enim mandatur alicui, vt alij ad certum diem rem certam exoluat, non ideo erit a mandato ſolutus, ſi ſoluere nequiuerit die data, immo ad ſolutionem elapſo etiam die ſolutioni pręfixo tenetur. Qua propter quia prędictus H. nec venerat, nec ſufficientem miſerat reſponſalem, ad diem ſibi ſtatutum, vel poſt etiam diutius expectatus, nec de vicino eius aduẽtu

ſpes.

ſpes erat, vt pote qui per litteras vtrumq. excuſauerat moram ſuam, & calores æſtiuos, & inſidias ſibi poſitas formidabat, eum de conſilio fratrum noſtrorum reputauimus contumacem, & ad legitimas, & moderatas expenſas, quas aduerſarij eius fecerant, a tempore citationis emiſſæ, quam † extunc expectare inceperant, ipſum curauimus cõdemnare; quod de H. Prępoſito ſancti Dioniſij dicebatur interim ab aliquibus attemptatum, friuolũ reputantes.

tal. quã

Idem Armacano. & Caſſellẽ. Archiepiſcopis, & Epiſcopo Laniñ. *Cap. 3.*

CVM olim dil. D. clericus ad ſe. Ap. de Hiberniæ partibus acceſsiſſet, bo. me. C. PP. præ. n. diuerſas diuerſor. prælator. Hiberniæ litteras præſentauit, quib. ſe aſſerebat in Epiſcopum fuiſſe Roſcẽn. electum; cumq. nullus appareret, qui aliquid proponeret contra eũ, dictus prędeceſſor n. eip bo. me. A. Albaneñ. Epiſcopum munus fecit conſecrationis impendi, & ad ſuam eum remiſit eccleſiam cõſecratũ. Poſtmodum vero dil. fi. F. & G. monachi ad eiuſd. prædeceſſoris noſtri præſentiam acceſſerunt, quorum vterq. ſe aſſeruit a canonicis eccleſiæ Roſceñ. electum, ſed idem F. quod prędictus D. ad eandẽ eccleſiam fuiſſet apud ſe. Ap. quam per falſas litteras circũuenerat, conſecratus expoſuit: propter quod idem prædeceſſor noſter cauſam eorum vobis fratres Caſſelleñ. & Laareñ. † Epiſcopi ſub ea forma cõmiſit, vt de forma, & proceſſu electionis memorati D. ſollicite quæreretis; etſi eum electum canonice fuiſſe cõſtaret, ipſum faceretis pacifica poſſeſsione gaudere; alioquin inter prædictos F. & G. audiretis cauſam, & cuius electionem canonicam, & magis rationabiliter factam inueniretis, ratione pręuia curaretis alterius electioni præferre, ac tu frater Caſſelleñ. alterum eorum, quem rationabiliter duceres confirmandum, in Epiſcopum conſecrares. Verum, ſicut ex litteris veſtris accepimus, cum dictæ cõmiſsionis vobis fuiſſent litteræ pręſentatæ, iuxta tenorem earum, primo de electione prędicti D. inquirere voluiſtis, ſed cũ a vobis tertio citatus veſtro ſe nollet conſpectui præſentare; procedentes in cauſa, tam ex teſtimonio cleri, & populi Roſceñ. eccleſiæ, quam aſſertione Illu. Regis Corcaiæ, & prælatorum ipſius prouinciæ, de prædicto F. electionem fuiſſe celebratam canonice didiciſtis, & eam poſtmodum auctoritate curaſtis Ap. confirmare, pręſertim cum Decanus, Archid. Cantor, Theſaurarius, & totus clerus, & populus Roſceñ. eccleſiæ dictum. D. ſe nõ elegiſſe conſtanter aſſererent, nec de prædicti G. monachi electione aliquatenus cogitaſſe. Interim autẽ memoratus D. ad Ap. ſe. accedens nullam penitus de commiſsione prædicta, vel etiam de prædictorũ electionib. faciens mentionẽ, ſuper quibuſdã alijs grauaminib. & iniurijs contra prędictos Regem, & Decanum Roſceñ. ad Epiſcopum Corcaieñ. & F. monachum quaſdam litteras impetrauit. Ceterum eodem D. a nobis cum huiuſmodi litteris recedente fere poſt trium menſium ſpatium dictus F. monachus ad ſe. Ap. acceſsit, & ex parte veſtra nobis litteras præſentauit; quæ, qualiter a vobis in cõmiſſione prędicta proceſſum fuerat, continebãt. Cum fratribus igitur noſtris habito ſuper his diligenti tractatu, timentes, ne ſicut prædeceſſor noſter per litteras, quas idem D. ei præſentauerat, dicitur circumuentus: nos etiam circumueniri contingeret per litteras veſtras nobis ab eodem monacho præſentatas, volentes adhuc miſericorditer agere cũ abſente; vt eius malitia conuincatur; dictum F. monachum ad vos communiter duximus remittendum; f. v. per A. s. diſ. p. mandantes, qua eo nõ obſtante, quod eius electio fuit confirmata, ſæpedictũ D. ſi in Hibernia poterit inueniri, legitime citetis ad cauſam, & facultate ſibi defenſionis indulta, Deum ſolum habentes præ oculis, in cauſa ipſa canonice procedatis. Quod ſi forſan in Hibernia inuentus nõ fuerit, indulto ſibi vnius anni ſpatio, ex quo ad nos, etſi non verbo, facto tamen intelligitur prouocaſſe arrepto itinere ad ſe. Ap. veniẽdi; dicto F. adminiſtrationem Roſceñ. eccleſiæ, tam in ſpiritualib. quam in temporalib. auctoritate freti Ap. cõmittatis. Quo elapſo eum non differatis in Epiſcopum, ſicut canonicũ fuerit, conſecrare. ſi vero prædictus D. inuentus in Hibernia, & citatus legitime, infra tres menſes veſtro ſe conſpectui denuo contempſerit præſentari, ad conſecrationẽ prædicti F. ſicut dictum eſt, omni contradictione poſtpoſita procedatis.

ſed eſt & ſ. c.

† Laniñ. ſirre

DE EO, QVI MITTITVR IN POSſeſsionem cauſa rei ſeruandæ. Tit. viij.

Idem Epiſcopo Edueñ. & Priori ſancti Symphoriani Edueñ. diœc. & magiſtro R. de Eneeuoi Canonico Diuoñ. Lingoñ. diœc. *Cap. 1.*

EX litteras dil. fi. & infra. Quo circa dis. v. per A. s. m. qua. prædictã ſententiam, ſicut eſt iuſta, faciatis inuiolabiliter obſeruari; & inqui-

Non pœnitus.

 ſita

ſita ſuper præmiſsis diligētius veritate, ſi prædictos Diuion. inueneritis adeo contumaces, vt etiam infra annum nullam obtulerint cautionem, Clareuallen. conſtituatis auctoritate Ap. poſſeſſores, aduerſarijs ſuper iure proprietatis defenſione legitima reſeruata.

Idem Vrbinati, & Senogallen. Epiſcopis. Cap. 2.

De eo, qui mit. c. 9.

CVM veniſſent ad Ap. ſe. dil. fi. Abbas ſancti Angeli pro monaſterio ſuo, & nobilis vir P. Gal. miles pro ſe, patre, & vxore ſuis, idē miles propoſuit coram nobis, quod cum prædictus Abbas eum ſuper quadam poſſeſsione coram dilecto f. n. I. tt. ſanctæ Priſcæ presbytero Cardinali tūc Ap. ſe. Legato in Marchia traxiſſet in cauſam, quod ei ſecundum bonā terræ conſuetudinem reſponderet, coram eodem aſſeruit Cardinali: verū Card. ipſe cauſam ipſor. ve. f. n. Eſino Epiſcopo, & dil. f. Abbati ſanctæ Elenę commiſit ſecundum ius, & bonam terræ illius conſuetudinem terminandam, ſed cum iudices ſecundum ius tantum, & non huiuſmodi conſuetudinem vellent in cauſa procedere, ipſe ab eis, tamquam qui formam mandati volebāt excedere, ad noſtram audientiam appellauit, ſed iudices nihilominus partem aduerſam in poſſeſsionem rerū petitarum inducendam cauſa cuſtodię decreuerunt, ſic videlicet vt ſi miles ipſe vſq. ad annum, & diem pręſtaret ſiſtendi iudicio cautionem parti alteri triginta libras reſtitueret pro expenſis, & reciperet poſſeſsionem eorum, de quib. quæſtio vertebatur. Cumq. poſtmodū dil. f. n. G. tt. ſanctæ Mariæ trās Tiberim preſbyter Card. Ap. ſe. Le. infra annum Marchiā fuiſſet ingreſſus, ipſe cautionē ſtandi iuri optulit corā eo, & poſſeſsionem ſibi reſtitui poſtulauit. ſed idem Legatus prædictum Abbatem citauit ad cauſam, cui poſtmodū voluit idem miles expenſas reſtituere factas in lite, quæ ſex librar. ſummam, ſicut aſſeruit, non excedunt, ſed Abbas triginta librar. ſibi reſtitui petijt quantitatem. & infra. Nos igitur cū ſæpedictus miles poſſeſsionem ſibi reſtitui peteret, Abbas vero ex ſecundo decreto verū poſſeſſorem ſe conſtitui poſtularet, intelligētes Abbatem ipſum ſe eſſe cōfeſſum in iure, quod ſæpe dictus miles infra legitimum tempus Card. interpellaſſet eundem, immo etiam infra annum coram eodem Card. cautionem optulit ſtandi iuri, & Card. ad eum infra annum ſuas litteras deſtinauit, licet ad longiorē terminum citaretur, militem ipſum cautione præſtita in poſſeſsionem credimus reducendum; hoc etiam decernentes, vt ſi conſuetudi-

Non po nim

nem illam, quam miles allegabat, laudabilem eſſe conſtiterit; quia ex hoc ſequitur eum rationabiliter appellaſſe, ad reſtituendū expenſas nullatenus compellatur. Quod ſi conſuetudinem illam inueneritis reprobandam, cū ex hoc appareat eū fruſtratorie proclamaſſe, ad reſtitutionem cogatur expenſarum illarū, quas Abbatem conſtiterit propter hoc neceſſarias feciſſe.

DE SEQVESTRATIONE POSSESſionum, & fructuum. Titu.

Idem Mediolan. Archiepiſcopo. Cap. vn.

De ſeq. poſ. c. 4.

AD hoc vnxit nos Deus. & infra. Veniens ſiquidem ad Ap. ſe. Abbas de Strogula nobis expoſuit, quod cum M. prędeceſſor tuus, ſuper cauſa, quæ inter ipſum, & monaſterium ſancti Donati de Strogula diutius fuerat agitata, poſt multas commiſsiones tandem optinuiſſet Vercellen. Epiſcopo litteras deſtinari, & ipſe ſuper iudicio poſſeſſorio, partim pro monaſterio, partim pro Archiepiſcopo ſententiam protuliſſet, procuratore ipſo monaſterij quæſtionem de proprietate poſtmodum intentare volente, Archiepiſcopus iuriſdictionem Epiſcopi oppoſuit expiraſſe, aſſerens cauſam poſſeſsionis tantum, & non proprietatis fuiſſe commiſſam; & quia ſuper poſſeſsione pronuntiauerat, ſemel functus officio ſuo, ſuper quæſtione proprietatis de inceps cognoſcere non valebat. Ad hæc pars monaſterij inter alia reſpondebat, quod cauſa, quæ inter Archiepiſcopum, & monaſteriū vertebatur, fuerat memorato Epiſcopo abſolute, & indiſtincte cōmiſſa, & ſic continentiā cauſæ diuidi nō debere, dicebat. & infra. Hæc nimirum, & alias rationes cum iudex plenius aduertiſſet, & actorem in poſſeſsionem, quæ fuerat per ipſum Archiepiſcopo adiudicata, mitti decreuit, a qua tamen Archiepiſcopus monaſterium violēter eiecit. Cumq. proceſſu temporis, vtriuſq. partis nūtij propter hoc ad ſe. Ap. acceſsiſſent, bonæ me. C. PP. pr. n. ſupradictis omnibus per ſancti Martini presbyterum, & ſanctæ Mariæ in Acquiro diac. Card. quos eis auditores conceſſerat, plenius intellectis, per A. tunc Albanen. Epiſcopum ſic ſuum interpretatus fuit reſcriptum, quod tam cauſa poſſeſsionis, quā proprietatis fuerat iudici delegato cōmiſſa. Volens igitur idē p. n. Archiepiſcopo, & Abbati ſine iuſtitię læſione deferre, prælibatam poſſeſsionem apud ve. f. n. Vercellen. & bo. me. Nouarien. Epiſcopos pro ſuæ voluntatis arbitrio, ſequeſtrari

præ-

præcepit, Regineñ.& Mutineñ. Epiſcopis p A.s.præcipiens,vt tam de cauſa proprietatis, quam poſſeſsionis infra duos menſes plenius cognoſcentes,eam debito fine deciderent,& poſſeſsionem ei parti poſtmodum reſignarent, quæ optineret de proprietate triũphũ. & infra. Nos autem Abbati ſupradicto mãdauimus, vt litteris illis, quas ad Bobieñ. & Ferrarieñ. Epiſcopos ſuper reſtituenda ſibi poſſeſsione cũ fructib. per mendacium impetrarat, omnino careret,& infra. In eum ſtatũ continentiã cauſæ reducimus,in quo fuerat, cũ prædictus prę.n.cauſam proprietatis Mutineñ.& Regineñ. commiſit, mandato ſequeſtrationis penitus reuocato.& infra. Ne autẽ monaſterio in ſuo videamur iure deeſſe,moderatas expenſas,ex quo Veroneñ. ipſum in poſſeſsionem induci decreuit,vſq.ad tempus ſatisfactionis oblatæ propter hoc factas ipſi reſtituendas eſſe cenſemus,& a te ſufficientẽ præberi ſtandi iudicio cautionem.

DE CONFESSIS. Tit. x.

Idem Canonicis Bethleemitañ. Cap. vn.

De confeſ. c.2.

CVM ſuper electione Bethleemitaneñ.inter R.ſubd.v.& F.canonicum ſepulchri dominici nuper in noſtra præſentia quæſtio verteretur,vtroq.ſe pro electo gerente, cum primus etiã a ve. f.n. Patriarcha Hieroſolymit. fuerit confirmatus, alter vero fauorem Regũ optineret,eis dil.fi.P.baſilicæ xij. Apoſtolor. I.tt.ſancti Stephani in Cęlio monte presbyteros,& G.ſanctę Ma.in porticu Diac.Card. dedimus auditores. & infra. Ceterum, quoniam W. Canonicus Bethleemit. fuit in iure confeſſus, quod pro præſtando alterius electioni conſenſu quingentor. Sarracenor. obligationem acceperat,& promiſſum,& mediator extitit ſimoniacæ prauitatis, nos intelligentes contractum huiuſmodi continere ſimoniacam prauitatem, quam perſequi volumus,vt debemus,ipſum ab omni ordine clericali per diffinitiuam ſentẽtiam duximus ab omni officio,& beneficio eccleſiaſtico deponendum.

DE PROBATIONIBVS. Tit. xj.

Idẽ Epiſcopo Pariſieñ & magiſtro R.de Curcon. Canonico Nouiomeñ. Pariſius cõmoranti. Cap. 1.

De proba. c.7.

POST ceſsionem dil. f. & infra. Cum igitur ſuper hoc coram nobis diſceptatum fuiſſet, quia per litteras iudicis ordinarij, quibus ſtandum eſt,donec probetur cõtrarium, nobis conſtitit,quod ſæpe dictus V. tunc excommunicatus erat,cum officiũ procuratoris aſſumpſit,ipſum tamquam procuratorem non duximus admittendum.

Idem Abbati,& conuentui Caſſemarij. Cap.2. c.8.e.

IN præſentia noſtra dil.f.n. G.ſancti Hadriani diac.Card.G.ſubdiac. & B. mulier ſoror eius Verulaneñ. ciues cum veſtro ſyndico conſtituti coram Epiſcopo fecere proponi, quod cum Amatus quõdam frater ipſorum conderet teſtamentum,Milonem filium ſuũ ſibi heredem inſtituit,& præcepit; vt ſi abſq. liberis forte decederet,ad eoſdem G. & B.bona deuoluerentur ipſius. Vnde illa, quæ de bonis ipſius veſtrum monaſterium detinebat,ſibi reſtitui poſtulabant,& petebant ſyndicum veſtrum a ſua moleſtatione compeſci. Verum ſyndicus ipſe propoſuit ex aduerſo, quod prędictus Milo monaſterio Caſſemarij optulit ſe,& ſua, vnde vniuerſa, quæ habuerat, erant ad monaſterium deuoluta; quare vniuerſa,quæ dicti G.& B.de bonis eius inuaſerant,reſtitui monaſterio veſtro petebat, & ſuper ceteris ſilentium illis imponi. Ad hoc autem pars altera replicauit,quod prædictus M.oblationis ſuæ tempore fuerat minor annis,ſicut per teſtes legitime probauit,& quod facti pęnitens,id quod feruore infirmitatis fecerat, poſt conualeſcentiam curauit penitus reuocare. Vnde tum ex eo, quod Milo infra ætatem legitimã monaſterio Caſemarij optulit ſe,& ſua;tum quia,quod incõſulte fecerat, poſtmodum reuocauit,eius oblatio non tenebat. Vnde, cum ſine liberis deceſsiſſet, ex teſtamento patris illius ad ipſos eius erat hereditas deuoluta. Verum ad hæc ſyndicus reſpondere curauit;quod licet dictus M.de monaſterio ipſo de ſua licentia fili Abbas fuiſſet egreſſus, poſtmodum cum auo ſuo, qui eius erat procurator,ad præſentiam tuam,cũ Verulas iuiſſes accedẽs, ſe monaſterio humiliter optulit,& deuotus;& vniuerſa bona ſua tibi monaſterij nomine tradidit inter viuos; & quod, nec contra oblationem, & donationem ſuam veniret vlterius,iuramento firmauit,ſicut publicum continet inſtrumentum, Vnde cum conſtet ex his, quod idem M. bis monaſterio veſtro contulit ſe, & ſua; nec ex aduerſo probatur, quod vtriuſq. oblationis tempore M.fuerit minor annis, ſecundæ tamen maior potuit extitiſſe. præterea,cũ verbum illud minor annis,duob. modis potuerit intelligi,vt videlicet,qui minor xiiij.annis, & qui xxv.minor fuerit,dici ſoleat minor annis: intentioni veſtræ verbum dubium non no-

nocebat, cum infra xxv. annum teneret donatio, præſertim iuramento firmata; ſed etſi teneret, quod factum fuerat ab Amato, quia intelligendus non erat ſine herede decedere, qui monaſteriū ſibi inſtituerat in heredem; hoc monaſterio non nocebat. Cumq. Card. prædictus ea, quæ coram ipſo propoſita fuerant, in noſtra, & fratrum noſtrorum audientia retuliſſet, nos ad conſilium dil. fi. H. ſancti Euſtachij diac. Card. duximus deputādū. idem igitur ſancti Euſtachij Card. cauſæ meritis plenius intellectis, attendens, quod ſyndicus veſter intētionem ſuā plene fundaſſet, & quod nihil ſufficienter fuiſſet ex aduerſo probatū; cum et ſi oſtenſum eſſet per teſtes, quod M. ſuæ oblationis tempore fuerit minor annis, vtrū tamē primæ, vel ſecundę oblationis minor fuerit, & quot annis minor non fuiſſet expreſſum, de mandato noſtro ſententiam protulit, & prædictis G. & B. ſilentium impoſuit ſuper ijs, quæ a monaſterio poſtulabant, & eos ad reſtitutionem illorum, quæ de bonis prædicti Milonis propria temeritate inuaſerant, condemnauit. Nos igitur ſententiam ipſam auctoritate Ap. confirmamus.

Idem Priori de Eſebi, & magiſtro H. de Gileuill. Canonico Lincolnien̄ & magiſtro A. de W illa rectori eccleſiæ de Bares Vrch Lincolinen̄. diœc. c 3.

Nos ponitur. LITTERAS veſtras accepimus continentes, quod cū A. mulier in veſtra feciſſet præſentia recitari, quod pater, & nouerca ipſius Lincolnien̄ diœc. vt eam ſua hereditate fraudarent, renitentem penitus, & inuitam in monaſterio de A Werhohū. detruſerunt, & fecerunt ibidem in vinculis diutius detineri. vnde, quamcitius fuit a vinculis expedita, receſsit. Nos vobis ſuper hoc cauſam duximus committendam, coram quibus cum ipſa teſtibus fide dignis, & omni exceptione maioribus prædicta omnia in iure probaſſet, canonici, & moniales de Sempigham, in quorum monaſterio dicebatur fuiſſe detruſa, firmiter aſſerebant eam religionis habitum deuote ſuſcepiſſe, ſuam tamen aſſertionem ſimplicem ſacramēto ſemper affirmare negantes, quare merito dubitatis, vtrum eorum eſſet ſimplici aſſertioni credendum; & vtrum veritas eſſet ab actricis aduerſarijs elicienda; de quorum iniuria ſuam ſemper depoſuerat quæſtionē. Nos igitur attendentes, quod contra depoſitiones teſtium iuratorum, eorum ſimplici non eſt aſſertioni credendum: diſ. v. per A. s. m. qua: in eodem negotio, ſi res ita ſe habet, ſecundū atteſtationes receptas, ratione præuia ap. poſt. ſon

procedatis.

Idem Ariminen̄. Epiſcopo. *Cap. 4.*

LICET cauſam, quæ inter eccleſiam Rauennatem, & commune Fauentiæ ſuper iuriſdictione, honore, atq. diſtrictu in villa Luci ſancti Potiti, & caſtro Arioli, quę ad ſe de iure ſpectare dicta eccleſia proponebat. & infra. c 9. d Verum, quia vtriq. parti erat plurimū oneroſum, teſtes producere coram nobis, Placentino Epiſcopo dedimus in præceptis, vt infra tres menſes teſtes ap. re. reciperet, quos vtraq. pars, tam ſuper principali negotio, quam in perſonas teſtium duceret producendos, ita videlicet, vt refrenata multitudine, hinc inde quadragenarium numerum excedere nullatenus pateretur. & infra. ſicq. poſtmodū vtriuſq. partis procuratores cum atteſtationibus ſollemniter publicatis ſyndicus Fauentinor. propoſuit ſe velle in perſonas teſtiū ex parte altera productorum quædam obicere, ac probare oeconomo eccleſiæ aſſerente id fieri nō debere; ſuper quo cum fuiſſet hinc inde aliquamdiu altercatum, tandem interloquēdo decreuimus ipſum ſuper hoc nullatenus audiendum: cum & intra trium menſium ſpatium in noſtris litteris comprehenſum, teſtes huiuſmodi producere non curauit, infra quē terminum pars vtraq. teſtes inducere potuit, tam in perſonas teſtiū, quam ſuper negotio principali. Poſt hæc idem ſyndicus obiecit in teſtes prędictos, quod corrupti falſa dixiſſēt, De con. ſen. c. 2. & ad querelam falſi probandam concedi ſibi petijt facultatem. Vnde quia talis exceptio, non ſolum ante, ſed etiam poſt ſententiam poteſt opponi ſecūdum legitimas ſanctiones, licet nonnulli crederent Fauentinorū partē exceptionem huiuſmodi per excogitatā malitiam ad impediendum proceſſum negotij obieciſſe. quia vero nolumus a iuris tramite declinare, dil. f. magiſtris C. & G. Bononiæ cōmorantib. per ſcripta noſtra præcipimus, vt partibus conuocatis teſtes, quos ſuper hac exceptione procurator Fauētinor. duceret producendos, infra menſem recipere, ac examinare curarent, de ſingulis circunſtantijs ſubtiliter inquirentes, & depoſitiones eorum fideliter redigentes in ſcriptis indulto ex tunc altero mēſe procuratori eccleſiæ ſupradictę, infra quem ſi vellet, ad reprobationem illorū teſtium teſtes produceret coram eis, & eorum dicta fideliter conſcribentes xx. dierum terminū vtriq. parti præfixerit, † infra quem cū atteſtationibus ipſis ſe veſtro conſpectui præſentarent, ſententiam recepturæ: pars h[illegible] itaq: † præfigerent malo

com-

comparentib. iterum coram nobis, & huiuſmodi atteſtationibus publicatis audiuimus, quæcumq. proponere voluerũt. quamquam autem pars Fauentinor. teſtes multos produxit ſuper negotio principali ad probandum, quod homines prædictor. locorum a longis retro temporib. eis exhibuerunt ſeruitia in bandis, & placidis, foſſatis, & collectis, & caualcatis, & quibuſdam alijs pertinentibus ad diſtrictum, vix tamen ex illis ſex tantũmodo remanſerunt, cum alij multi ſibimet in ſerie ſui teſtimonij cõtradicant, & quidam alij fuerint in dicto ſui teſtimonij ſingulares. Ad reprobandum vero quoſdam teſtium Rauen. etſi ex parte Fauentinor. quidam tinoteſtes inducti, plures illor. potius reprobantur, quia ſibi inuicem euidentiſsime contradicunt, quidam vero alij pauci numero, quamuis non reprobentur expreſſe, vſq. adeo cum † malę famæ ſunt, & leuis opinionis, ſicut per atteſtationes exhibitas eſt probatum, quod eorum dictis nulla, vel modica fides eſt adhibenda. Idem quoq. teſtes Fauẽ. generaliter repellũtur, quia non probant illud, ad quod ſyndicus eorundem ſe aſtrinxit, videlicet quod corrupti falſa dixiſſent. Quoniam etſi de corruptione videantur aliquid dicere, de falſitate tamen penitus nihil dicunt, per multos autem teſtes eccleſiæ Rauẽ. omni exceptione maiores probatum eſſet manifeſte, eccleſiæ Rauẽ. villam Lucij ſancti Ponti, & Caſtr. Ariorili a longiſsimo tempore poſſediſſe cũ omni honore, diſtrictu, & iuriſdictione nominatim expreſsis vniuerſis articulis exprimentib. iuriſdictionem, honorem, atq. diſtrictum. ex pręmiſsis igitur ſatis euidenter apparet, quod eccleſia Rauẽ. per teſtes (non plures, † quibus potius lux veritatis aſsiſtit, qui etiam aptiora negotia, & vero proximiora in ſuis teſtimonijs expreſſerunt, ſufficienter oſtendit, quod a xl. annis, & citra, cum omni iuriſdictione, honore, atq. diſtrictu loca ſupradicta poſſedit, per quod patet, etſi commune Fauẽ. a L. annis, & citra, ſicut eorum videntur teſtes deponere, aliqua ſeruitia in locis perceperint ſupradictis, illa proculdubio ſine iuſto titulo percipere inceperunt; cum duo inſimul eandem rem, & eodem modo inſolidũ poſsidere non poſsint, maxime cũ idem Fauẽ. iuſtũ poſſeſſionis titulum nõ oſtendant, & ex priuilegijs Imperatorum, & Romanor. Pontificum eccleſiæ Rauẽ. conceſsis euidentiſsime colligatur poſſeſsionem ipſius eccleſiæ in prædictis locis iuſtam fuiſſe. Cum ergo conſtet Fauẽ. ab eo tempore, quo ſe poſſediſſe probare contendunt, minus iuſte, ac ſine titulo aliqua in prædictis locis temeritate propria occupaſſe, ac proceſſu tẽporis per violentiam extorſiſſe, ſicut per multos teſtes eccleſiæ Rauen. manifeſte probatur, & œconomus eiuſdem eccleſiæ petierit coram nobis a vi turbatiua, ſeu inquietatiua ſuper pręmiſsis commune Fauẽ. prohiberi. Nos cognoſcentes in hoc caſu nõ ſic eſſe locũ interdicto, vt dicere debeamus, vti poſsidetis, ita poſsideatis; cum probationes eccleſiæ longe ſint potiores; & ideo ſit interdicto ſuperior; de fratrum n. conſilio commune Fauẽ. condemnamus eidem ſuper iuriſdictione, honore, atque diſtrictu, & alijs ad hęc generaliter pertinentib. in locis prędictis, quoad poſſeſſorium iudicium, quo tantummodo actum eſt; perpetuum ſilentium imponentes, & prohibentes eidem, vt neq. per ſe, neq. per alios ſuper his præſumat Rauẽ. eccleſiam, aut habitatores prędictorum locorũ aliquatenus moleſtare.

† tamē Greg. 9

† forte compluras

DE TESTIBVS, ET ATTESTAtionibus. Tit. xij.

Idem. Conſulibus, & populo Beneuentano. *Cap. 1.*

CVM a nobis petitur. & infra. Et canonica, & ciuilia iura ſequẽtes, diſtrictius inhibemus, ne vnius iudicis quantęcumq. fuerit auctoritatis, verbo credatur in cauſis, ſiue ſuper teſtimonijs, ſiue ſuper quibuslibet alijs contractibus agitantur; nec ſcriptum eorum, niſi teſtium adminiculo fulciatur, eam optineat firmitatem, quin ei poſsint, & debeant duorũ, vel trium teſtimonia bonor. viror. pręualere, ſalua in omnib. ſe. Ap. auctoritate. De teſt. & atteſt. c. 28.

Idem Ciren. Epiſcopo. *Cap. 2.*

DE teſtibus, qui ad exceptionem probandam a partibus inducũtur, tua nos duxit fraternitas conſulendos, vtrum cogendi ſunt, etiam ſuper principali negotio ferre teſtimonium veritati; & an illi ſint, ſicut ceteri teſtes, examinandi diſtricte, qui ad purgandam alicuius infamiam inducuntur. ſuper hoc igitur f. t. plurimum commendantes, quæ in dubijs A. p. ſe. vult certificari reſcripto, taliter ad propoſita reſpondemus; quod ſi teſtes iam inducti ſint ad exceptionem ſolummodo probandam, cũ ſuper ea tantũ iurauerint veritatem dicere, ſuper principali nec debẽt audiri, nec cogi teſtimoniũ perhibere, vt pote ſuper quo deponerent nõ iurati. ſi vero cũ ad probãdã exceptionem peremptoriã, ab alterutra partiũ inducũtur, reliqua pars ſuper principali etiam

c. 19 o.

etiam eos deponere forte petierit, vt cogantur ſuper toto negotio dicere veritatem, ſacramento eos poſtulauerit obligari, ad id ſunt ſine dubitatione cogēdi, niſi forsan ſufficiens productio teſtium ſuper principali facto iam fuerit, vel renuntiatum teſtibus, vel depoſitiones teſtium fuerint publicatæ.

Idem Heliẽn. & Caſtreñ. Epiſcopis, & Archid. de Norhantoñ. Cap. 3.

c. 30. e. CONSTITVTVS in præſentia noſtra dil. f. magiſter Robertus procurator magiſtri Rogerij de ſancto Caditiundo propoſuit, quod cum dil. f. Decanus, & capitulum Eboracenum eidem Rogerio tum auctoritate Lateran. concilij, tum priuilegij proprij ratione Archidiaconatum Rochemundæ canonice contuliſſent eidem, tam ſtallum in choro, quā locum in capitulo aſsignantes, & ipſe poſſeſſionem Archidiaconatus per eoſdē adeptus, obedientiam, & iuramentum ſolitum ab eiuſdem Archidiaconatus clericis recepiſſet, dil. f. magiſter Honorius de Rent. qui Archidiaconus Richmundiæ nominatur, ipſum eo præter iuris ordinem, & poſt ap. ad nos interpoſitam ſpoliauit. cumq; prædictus Rogerius ad dil. fi. Abbatem de ſancto Eadmundo, & coniudices ſuos ſuper reſtitutione litteras cōmiſsionis impetraſſet, memoratus magiſter Hoñ. ad ſe. Ap. appellauit, & ad prędec. n. accedens, litteras reuocatorias impetrarat, quas idem procurator per falſi ſuggeſtionem aſſeruit impetratas. & infra. Et inter alia poſtulabat, vt faceremus depoſitiones quorundam teſtium aperiri; ſed procurator prædictus eas aperiendas non eſſe dicebat, cum non in hac cauſa fuiſſent inducti, ſed in ea potius, quæ inter ve. f. n. Eboraceñ. Archiepiſcopum, & eūdem Rogerium vertebatur. & infra. Licet autem Archidiaconus, ſicut ſuperius eſt præmiſſum, ad faciendam nobis fidem ſuper omnibus pleniorem, atteſtationes quaſdam peteret aperiri, aduerſarius autem in alia cauſa aſſereret eas fuiſſe receptas, eas aperire noluimus, ſed cauſam eorundem ipſorum aſſenſu, veſtro duximus examini cōmittendā. Ideoq; di. v. per A. s. m. quat. partibus conuocatis inquiratis ſuper pręmiſsis omnibus diligentius veritatem, & quod canonicū fuerit, ap. poſt. diſcernatis, † facientes, quod decreueritis, per cen. ec. firmiter obſeruari. Ita tamen, quod ſi vobis conſtiterit Archid. teſtes pro ſe coram bo. m. Epiſcopo, & di. fi. Decano Lincolnieñ. & te fi. Archid. ac dilecto noſtro tt. S. Marcelli presbytero Card. tunc Ap. ſe. Le. delegatis iudicibus produxiſſe, atteſtationib. apud eum depoſitis ſit contentus; alioquin eo non obſtante, quod teſtes illi coram ipſis iudicib. & te fili Archid. fuere producti, pro Archid. ſi producti fuerint, ad teſtimonium admittantur.

† *decer naris malo*

Idem. Cap. 4.

PRAESENTIVM auctoritate ſtatuimus, vt ſi quis poſt depoſitiones teſtium publicatas obicere voluerit in perſonas eor. ei tunc tandem id liceat, cum iuramento firmarit, quod ad hæc ex malitia nō procedat; niſi forsan ante publicationem id fuerit proteſtatus, vel oſtendere poterit, quod poſt publicationem didicerit, quod obiecerit in perſonas. Ceterum cum quis perſonas teſtium ſe velle poſt publicationes depoſitionum repellere fuerit proteſtatus, ſi quid pro ipſo dixerint, de facili non credatur. c. 31. e.

Idem Ludoñ. & Helieñ. Epiſcopis. Cap. 5.

IN noſtra præſentia conſtitutis dil. f. magiſtro W. nomine dil. f. Archid. Cantuarieñ. a quo procurator fuerat deſtinatus, poſſeſsionem eccleſię de Multoñ. quam dil. f. Abbas, & monachi ſancti Auguſtini Cantu. illicite occuparant, cum fructibus medio tempore perceptis ſibi reſtitui poſtulauit. & infra. Cū agitur hinc plures, inde vero ſint teſtes numero pauciores producti, quos non ſolum diuerſa, ſed aduerſa penitus in quibuſdam conſtat teſtimonia reddidiſſe; quia etiam ad multitudinem tam† reſpici nō oportet, ſed ad teſtiū qualitatem, & ad ipſorum depoſita, quibus potius lux veritatis aſsiſtit, ex quib. motum animi ſui conuenit iudicem informare: d. v. per A. s. m. quaſi teſtes vtrinq. producti eiuſdem honeſtatis, & exiſtimationis extiterint, cum conſtet teſtes monachorum teſtib. Archid. numero pauciores, ſub. ciuius con. & ap. ob. pro ipſo Archidiacono ſententiam proferatis: ſi vero teſtes ex parte monachorū producti, tantæ pręminentiæ fuerint, quod eorū auctoritas, aliorū ſit merito multitudini pręferenda, contra. & ap. pariter non obſtante, ab impetitione Archidiaconi eoſdem Abbatem, & monachos abſoluatis. c. 32. e. † tantū Greg. 9

Idem Priori ſancti Frid. Lucañ. & magiſtro G. Canonico Piſano. Cap. 6.

TAM litteris veſtris, quam depoſitionibus teſtium diligenter inſpectis intellexinius euidenter, nihil eſſe contra dil. fi. Lucañ. electū ſufficienter oſtenſum, niſi de auditu tantum, & fama. Cum ſuper alijs, ſi qua forte videantur eſſe probata, teſtes ſint, vel ſoli, vel tales, c. 33. e.

tales, qui non potuerint ea legitime comprobare. quia vero ſuper matrimonio, quod idē electus dicitur contraxiſſe cum vidua, teſtes non fuere recepti propter ap. ob. ne videl. laici, vel feminę in tali reciperentur articulo cōtra ipſum, ſicut veſtris nobis litteris intimaſtis; licet nuntij eiuſdem electi coram nobis aliter probare niterentur: nos, vt tantę irregularitatis obiectio non remaneat indiſcuſſa; d. v. per A. s. m. atq. præcipimus, qua. teſtes ſiue laicos, ſiue feminas dumtaxat idoneos, qui ad hoc fuerint probandū infra mēſem inducti, recipiatis legaliter, & examinetis prudenter, excōmunicantes ſollemniter, ſi quis eos impedire præſumpſerit; quominus teſtimonium perhibeant veritati, demum † atteſtationib. publicatis, ſi forte contigerit irregularitatem huiuſmodi non eſſe probatam, indicatis eidē electo purgationem canonicam ſuper ijs, quę in cōmiſsione vobis facta comprehenſa fuerint, & in atteſtationib. quas vobis ſub bulla nīa remittimus, ſunt expreſſa, per ſeptē canonicos maioris eccleſiæ, vel priores eccleſiarū ſæcularium ciuitatis Lucañ. presbyteros, ſeu diaconos bonæ famæ præſtandam; qua recepta præfigatis ei terminum cōpetentem, quo conſecrandus noſtro ſe conſpectui repręſentet. ſi vero vel irregularitatis fuerit impedimē tum probatum, vel infra menſem non præſtiterit purgationem indictam; vos eum auctoritate noſtra ſuffulti, re. cuius. contrad. & ap. ob. a prælatione Lucañ. eccleſiæ penitus amouentes, mandetis ex parte noſtra capitulo, vt electionem de alio non differant canonice celebrare. Archipresbyterum autem Lucañ. & G. ſacriſtā, qui contra prædictū electū litteras nobis ſub nomine maioris partis capituli deſtinarunt; cum conſtet per atteſtationes prædictas longe maiorem partem capituli non fuiſſe conſcios huiuſmodi litterarum; ab officio, & beneficio denūtietis eſſe ſuſpenſos, donec noſtrā mereantur indulgentiā optinere.

† at. de inde

Idem Dunelmeñ. Epiſcopo, & Decano, & Priori S. Trinitatis Eboracen. *Cap. 7.*

c. 34. a. CVM olim dil. f. Archid. Meneueñ. aduerſus ve. f. n. Cantuarieñ. Archiepiſcopum ſuper ſtatu Meneueñ. eccleſiæ propoſuiſſet, in noſtra, & f. n. præſentia quęſtionem, Archiepiſcopo ipſi per litteras noſtras dedimus in mandatis; vt per ſe, vel per procuratorem idoneum ad præſentiam noſtram ſuper hoc accederet reſponſurus. Vnde, cum ipſe nec veniſſet, nec miſiſſet propter hoc idoneum reſponſalem, volentes Meueneñ. eccleſię paterna ſollicitudine prouidere, cauſam ſuper hoc ve. f. n. Epiſcopo Helieñ. & dil. f. Lundonieñ. Decano, & Archidiacono de Bochiusgā ſub certa forma duximus cōmittendam, a quibus nō fuit hactenus, iuxta mandatum noſtrum in negotio ipſo proceſsū. ne igitur cauſa ipſa remaneat indeciſa, d. v. per A. s. m. qua. niſi pars aduerſa prędictum Archid. per exceptionem legitimam repellere valeat ab agendo, partib. ſi poterit fieri, vel procuratorib. eorū ad locum idoneum, vel ſecurum per nuntios veſtros, & litteras conuocatis, & lite legitime conteſtata, teſtes, quos Archiepiſcopus duxerit producendos in Anglia, & quos Archidiaconus producere voluerit contra eum in Wallia, recipere procuretis. Verum ſi Archiepiſcopus citatus legitime corā vobis per ſe, vel per procuratorem idoneum comparere noluerit, aut litem etiam conteſtari, vos nihilominus ſenes, & valitudinarios, quos Archidia. per ſe, vel per procuratorem idoneū duxerit producendos, ſub. cuius. cōtra. & ap. ob. admittatis, & depoſitiones eorum cōſcriptas, & veſtris ſigillis incluſas ad ſe. curetis Ap. deſtinare, ſtatuentes partibus terminum peremptorium conpetentem, quo per ſe, vel per reſponſales idoneos noſtro ſe conſpectui repręſentent, ſententiam recepturæ.

Idem Priori de Bulens. & I. rectori eccleſiæ de Borell. *Cap. 8.*

EX tenore veſtrarum rececepimus litterarum, quod, cum vobis, & dil. f. Abbati de Sutreio cauſam, quæ vertitur inter R. filium W. de Eſtañ. militem, & M. mulierē ſororem W. de Archis commiſerimus fine debito terminandam; prædicto Abbate ſe rationabiliter excuſante, quod cognitioni eiuſdē cauſæ intereſſe non poſset, partes ad veſtram præſentiam citauiſtis. quibus in veſtra præſentia conſtitutis. pars mulieris propoſuit, quod dictus miles corporale præſtitit iuramentum, quod ipſam duceret in vxorem, & poſtmodum carnaliter cognitam tranſduxit in domū, & prolem ſuſcepit ex ea. Miles vero prædictus hoc infitiabatur omnino, adiciēs, quod etſi vera eſſent, quæ proponebantur ab ipſa, eam tamē de iure habere nō potuit, eo quod aliam tūc viuentem prius duxerat in vxorē. teſtib. itaq. ab vtraq. parte receptis, & atteſtationib. publicatis cū per teſtes militis ſæpedicti videretur eſſe probatū, quod ipſe anteſeſtū purificationis beatæ virginis Mariæ B. mulierem ſollēniter acceperit in vxorē, & teſtes M. mulieris de Archis dicerēt, quod in ſeptimana c. 35. a.

paſchali conſequenti feſtum prædictum de ea ducenda præſtiterit iuramentū, dictus miles ab impetitione ipſius abſolui cum inſtantia poſtulabat. Verū ex parte ſupradictæ mulieris extitit replicatū; quod eo tempore, nec non & ante, quo teſtes dicti militis dixerunt, eum cum alia matrimonium contraxiſſe; fuerat ſemper in Eborac. prouincia cōmoratus. Cum teſtes ipſi dicerent hoc longe extra dictam prouinciam extitiſſe, ac tum eſſe, determinantes tempus, & locum, quod per teſtes idoneos erat probare parata. ſed e contra fuit ex aduerſo reſponſum, quod cum atteſtationes iam eſſent hinc inde ſolleminiter publicatæ, productioni teſtium iam locus non erat. Quia igitur dubitatis, vtrum poſt publicationem atteſtationum ſuper articulo illo deberent teſtes admitti; nos inquiſitioni veſtrę inſinuatione præſentium reſpondemus, quod ad probandum illum articulum teſtes mulieris ſunt admittendi.

Idem Priori ſancti Victoris. *Cap. 9.*

e.36.e. SIGNIFICAVERVNT nobis per litteras ſuas ve. f. n. Siluaneñ. Epiſcopus, & di. f. I. Abbas ſancti Victoris Pariſieñ. & F. Aurelianeñ. Decanus; quod, cum cauſa, quæ vertitur inter Abbatē, & monachos ſancti Dionyſij ex vna parte, ac Abbatiſſa, & moniales de Fectel ex altera, tā ſuper proprietate, quā poſſeſsione prioratus de Argentolio ſibi a nobis commiſſa fuiſſet, & moniales ſuper cauſa proprietatis prius litem ingreſſæ teſtes produxerint in illa; poſtmodum poſſeſsionis iudicium ſuſpenſo petitorio intentarunt, quod eis de iure licere ipſi de prudentium conſilio per interlocutoriam ſententiam declararūt. Vnde in cauſa poſſeſsionis, quam moniales petebant, ea videl. ratione, quod illæ, quibus ipſę ſucceſſerant, inde fuerant violenter eiectæ, teſtes fuiſſent ab vtraq. parte producti, & eo vſq. erat proceſſum, vt publicatio fieri iam deberet. petebant moniales prædictæ, depoſitiones teſtium in cauſa poſſeſsionis tantummodo publicari, ſed cōtradicebant monachi allegantes, quod, ſicut cauſa proprietatis fuerat prius cœpta, ita debebat arripere prius finem, vel ſaltim tam ſuper petitorio, quam ſuper poſſeſſorio teſtes ſimul publicari debebant. Ipſi vero auditis hinc inde propoſitis, cum ſuper hoc vellent interloqui, habito ſuper hoc conſilio ſapientum, monachi adiecerunt, quod ſuper cauſa proprietatis productioni teſtiū renuntiauerant moniales. Quod cum pars aduerſa negaret, & inter partes quaſi dubiū verteretur, interlocuti fuerant, quod atteſtationes publicarentur, & ſuper renūtiatione monialium probationes monachorum audirent; ſed ab hac interlocutoria monachi ad noſtrā audientiam appellarunt, ipſi autē diem alteram præfigentes, vt deliberarent, an deberent huiuſmodi app. deferre; conuocatis prudentib. de ipſorum cōſilio ſententiam ſuā minime reprobantes, parti monachorum audientiam induſſerūt, ſi forte rationem aliquā allegarent ad retractandam prędictā ſententiam inefficacem, qui tandem poſt app. ſuas, appellationi prius factæ fortiter inſiſtebant. & infra. Nos igitur his, & alijs diligenter auditis, quæ fuerant hinc inde propoſita, de cō. f. n. con. dis. v. per A. s. m. qua. Pariſius conuenientes in vnum, ſi per legitimas vobis probationes conſtiterit, Abbatem, & monachos quartam productionem teſtium cū iuris ſollemnitate ſuper poſſeſſorio petiuiſſe, ſeq. propter hoc infra x. dies poſt interlocutoriā ſententiam appellaſſe, niſi forte iudices quartam productionē negauerint, pro eo quod voluerint effrænatam multitudinem teſtium refrænare, vos præfatos Abbatē, & monachos ad quartam productionem teſtium admittatis, adhibita ſollemnitate legali eos, ſi in probatione defecerint, in expenſas legitimas condēnantes, & niſi adeo ſit in petitorio iam proceſſum, vt plene poſsit de proprietate liquere, cauſam vos poſſeſsionis, ad quam de iuris beneficio Abbatiſſa, & moniales haberet† recurſum primitus terminetis, in cauſa proprietatis poſtmodū legitime proceſſuri; alioquin quęſtionem terminetis ſimul vtramque. †habuere Greg. 9

Idem Epiſcopo Placentino. *Cap. 10.*

CVM cauſam, quæ inter ve. f. n. Archiepiſcopum Rauennat. ac di. f. commune Fauent. ſuper villa Luci, & ſancti Pōti, & caſtro Aurialeñ. & ſuper eorum diſtrictu, honore, ac iuriſdictione noſcitur agitari; diuerſis iudicibus duximus committendam, nec potuiſſet per eorum aliquos terminari. & infra. Procuratoribus deinde vtriuſq. partis comparentibus coram nobis, iuramentum de calumnia fecimus vtrimq. præſtari. Quia vero vtrique parti minus † exiſteret onerolum, vt teſtes producerent coram nobis, f. t. de qua plenam fiduciam optinemus, per A. s. præ. m. qua. infra tres menſes poſt ſuſceptionem præſentiū, recipias ap. re. teſtes, quos vtraq. pars tam ſuper principali negotio, quam in perſonas teſtium duxerint producendos, ac eos diligenter examinare procures, & de ſingulis circūſtātijs e.37.e. † nimis Greg. 9

ſtantijs prudenter inquirens, de cauſis videlicet, de perſonis, loco, & tempore, auditu, & viſu, ſcientia, & credulitate, fama, & certitudine cuncta plene, ac curioſe conſcribas; & ea nobis fideliter ſub tuo ſigillo transmittas, iniungens partibus, vt ad præſentiam noſtram veniant ſic inſtructæ, quatenus atteſtationib. publicatis, & inſtrumentis exhibitis, poſtquã ſufficienter fuerit allegatum; iuſtam a nobis ſententiam, domino auctore reportent. teſtes autẽ &c. Quod ſi forte Fauentini, vel alij eos, quos dictus Archiepiſcopus ad perhibendũ teſtimonium veritati duxerit producendos, præſumpſerint impedire, tu ipſos ab huiuſmodi præſumptione ceſſare mo. p̃. per cen. ec. ap. re. compellas. Volentes autem effrænatam multitudinem teſtium refrænari: p̃. man. qua. hinc inde quadragenarium numerũ teſtium excedere non permittas, ita videlicet, vt ſi Fauentini teſtium depoſitiones ratas habere voluerint, quæ a ve. f. n. Ferrarieñ. Epiſcopo, & Abbate Pompoſianen. receptæ fuerint, teſtes ipſi computentur numero prælibato, alioquin cũ atteſtationes ipſæ ſint clauſæ, ijdem teſtes iterato, ſi neceſſe fuerit, producantur.

Idem de Nono Fontiñ. & Caſa Dei Abbatibus in Claromonteñ. diœc conſtitutis. *Cap. 11.*

c. 31. a. VENIENS ad Apoſtolicam ſedem dil. f. G. de Gros Archidia. Claromonteñ. nobis humiliter ſupplicauit, vt ſententiam per ve. f. n. Leouiceñ. Epiſcopum ſuper decanatu Claromonteñ. eccleſiæ pro eo rationabiliter latam, quę iam in parte fuerat executioni mãdata, faceremus in totũ executioni mandari. Cum autem dil. f. Abbas, & O. Dalamas Claromonteñ. procuratores dil. f. capituli Claromonteñ. in noſtra eſſent præſentia cõſtituti, nobis proponere curauerunt, quod ſententia illa contra iuſtitiam, & poſt appellationem ad nos legitime interpoſitam fuerat promulgata. & infra. Cumq. idem Archidiaconus ipſos tamquã procuratores nollet admittere, vel dictis eorum aliquatenus reſpondere, di. f. Parentius ſubd. noſter baſilicæ Principis Apoſtolorum canonicus ſe ipſum oppoſuit ex aduerſo, aſſerens canonice ſe fuiſſe in Decanum eccleſiæ Claremonteñ. electum. propter quod prędictus Archidiaconus in ſua petitione non erat aliquatenus audiendus, quia decanatus ipſe non ad illum, ſed ad ſe potius pertinebat. & infra. Cum igitur ſuper his aliquamdiu diſceptaſſent, interlocuti fuimus, vt dictus P. ſi poſſet, in cõtinenti ſuam intentionem fundaret, qui demum ad ſuam intentionem fundandã teſtes, & inſtrumenta produxit. ſuper quib. cũ vtrimq. fuiſſet aliquam diu diſputatum, nos interloquendo pronuntiauimus, quoniam per ea, quæ fuerant oſtenſa, conſtabat, quod ſua intereſſet, vt idem P. ſe poſſet opponere Archid. memorato. Lite igitur inter eoſdem tam ſuper electione, quã ſuper ſententia legitime cõteſtata, quæſitum fuit ab ipſo Archidiacono coram nobis, vtrũ atteſtationes prius exhibitas in articulo ſupradicto, hoc iudicio vellet admittere, qui prę habita deliberatione reſpondit; quod vellet, dummodo poſſet, obicere tam in perſonas teſtium, quam in dicta. Quo audito pars aduerſa reſpondit, quod atteſtationib. illis in hoc iudicio vti nolebat, cum non ſuper principali negotio, ſed ſuper incidenti articulo fuiſſent lite non conteſtata receptæ. Vnde ſuper toto negotio, vel illos, vel alios volebat producere teſtes. Pars autem reſpõdit aduerſa, quod cũ teſtes illi, tam ſuper ſententia, quam ſuper electione dixiſſent, & eorum atteſtationes fuiſſent in iudicio publicatæ, non licebat eidem, poſtquam teſtificata didicerat, ſuper eiſdem articulis alios producere teſtes, præſertim, cũ in hoc iudicio pars eadem atteſtationib. illis vſa fuiſſet. Nos igitur auditis, quę fuerũt hinc inde propoſita, iuſtitia pronuntiauimus exigente; quod teſtes eſſent recipiẽdi ſuper toto negotio, quos vtraq. pars duceret producendos. Quo circa d. v. per A. s. m. qua. receptis teſtibus, inſtrumentis inſpectis, & confeſsionibus, & allegationibus diligenter auditis, cauſam ipſam tam ſuper principali, quam ſuper incidenti ſub. cuius. contra. & ap. ob. fine canonico terminetis, facientes &c. & infra. Quia vero quæ in capitulo aguntur, non facile poſſunt, niſi per canonicos ipſos probare, volumus, & m. qua. ad cautelam abſoluatis eoſdẽ, vt vocati ad teſtimonium libere valeant pro vtraq. parte teſtari.

Idem Biſſuntino Archiepiſcopo. *Cap. 12.*

TVIS quæſtionibus reſpondemus. & infra. Monachi vero de ſuis fratribus, ac conuerſis teſtes in cauſis proprijs producere abſque iuramenti exhibitione non poſsint, niſi forte a parte remittatur aduerſa. c. 39. a.

Idem Atrebateñ. Epiſcopo, & de Dun̄. † & Vrſi Campi Abbatibus. *Cap. 13.* † *Diuer. ſorte*

c.40.c. DILECTO filio Atrebateñ. Pręposito nobis innotuit exponente, quod cũ cauſam, quæ inter ipſum, & nobilem mulierem Flandreñ. Comitiſſam ſuper donatione ſex præbendarum ſacerdotalium agitatur, vobis frater Epiſcope, ac fili Abbas de Diuerſis, nec non & dil. f. Atrebateñ. Decano duximus cõmittendam, idem Præpoſitus citra litis conteſtationem propoſuit coram nobis, quod teſtimoniũ ipſius Decani neceſſarium ſibi erat in cauſa prædicta, cum de iure ſuo, non niſi per ipſum, & alium vnicum teſtem tantũ facere fidem poſſet. Vnde poſtulauit inſtanter, vt vel duo in cauſa illo procederetis excluſo, vel ſuperſederetis negotio, quoad vſq. nos in loco eius alium ſubſtitui mandaremus. Vos autem petitionem eius in hoc admittere recuſaſtis, quin immo poſt appellationem, quã ad nos ipſe propter hæc, & alia interpoſuit, a præbendar. ipſar. donatione ſuſpendiſtis eundem. Ne igitur ob huius teſtis defectum Præpoſiti memorati iuſtitia valeat deperire, te fili Abbas Vrſi Campi loco prænominati Decani duximus ſubrogandum, per A. v. ſ. m. qua. ſi pręmiſsis veritas ſuffragatur, pręlibata ſuſpenſione Præpoſiti relaxata, in cauſa ipſa iuxta prioris mandati tenorẽ ratione præuia procedatis.

Idem Iudici Sabinæ. *Cap.* 14.

c.41.c. SIGNIFICAVIT nobis dil. f. presbyter Sancti Nicolai Diac. Sabiñ. quod fundatores eiuſdem eccleſiæ liberã eam eſſe volentes, fundationis tempore ſe in ea nihil iuris penitus retinere dixerunt. Vnde timens, ne proceſſu temporis probationis copia valeat deperire, prouideri ſibi ſuper hoc idẽ presbyter poſtulauit. Quo circa p. tibi auctoritate mandamus, qua. teſtẽs idoneos, quos dictus presbyter ſuper hoc tibi duxerit præſentandos, examines diligenter, & eorũ dicta in publica reduci facias munimenta; denuntiando fundatorib. antedictis, vel eorum heredibus, vt receptioni teſtium, ſi voluerint, interſint, & ſuper denũtiatione ſic facta confici facias publicum inſtrumentum.

DE FIDE INSTRVMENTORVM, & decretalium. Tit. xiij.

Idem Mediol. Archiepiſcopo. *Cap.* 1.

De fide instr. c.6. INTER dil. f. n. G. Abbatem S. Donati de Scozula ex vna parte, nomine monaſterij W. Balbũ. Mediolañ. canonicum procuratorem tuum nomine Mediolañ. Archiepiſcopatus ex altera, ſuper ſubiectis articulis diu fuerit in noſtro auditorio litigatum; petebat ſiquidẽ dictus Abbas nomine monaſterij S. Donati de Sexto, a præfato procuratore tuo nomine Mediolañ. eccleſię reſtitui monaſterio memorato portum Scozulę, ſiue Sexti cũ honore, diſtrictu, & iuriſdictione præfati loci, & Caſtellaniæ, dicens ad monaſterium hæc omnia pertinere, hoc ipſum dicens de omnibus, qui habitant in Curtebuceñ. & tenent res monaſterij memorati ſ. in Gralia Capitrieñ. Veſtri planeñ. Cordeplaneñ. Baueñ. ſuper manſo de Curte, de quib. monaſteriũ obtinuerat in iudicio poſſeſſorio per ſententiã Epiſcopi Voroneñ. & infra. Hęc omnia petebat cũ omnib. fructib. inde perceptis, ſaluo in omnib. iure addendi, vel minuendi, ſatagens multipliciter cõprobare omnia, quæ præmiſſa ſunt, ad ſuũ monaſteriũ pertinere. Primo per priuilegium Lucardi † Comitis, quondam Epiſcopi Ticiñ. qui monaſteriũ ipſum fundauerat, & ea, quæ præmiſſa ſunt, donauerat vniuerſa. ſecundo per inſtrumentum ſententiæ Aſperti quondam Mediolañ. Archiepiſcopi, quam ex delegatione Lodouici Imperatoris tulit de his pro monaſterio ſæpedicto contra A. præfati Lucardi nepotem, qui ſuper his monaſteriũ moleſtabat. Tertio per priuilegium Rom. Imperatorum, & præſertim Henrici, qui præmiſſa omnia monaſterio confirmabant, vel etiam conferebant. Quarto per inſtrumenta locationum, quas fecerãt diuerſis perſonis Abbates monaſterij memorati. Teſtes quoq. produxerat, per quos nitebatur probare, quod monaſteriũ a xl. annis, & infra, & a L. annis, & S. † tenuerat, & poſſederat omnia ſupradicta, & quod fama publica erat ea omnia pręfato monaſterio a iã dicto Lucardo fuiſſe donata. Sed contra priuilegiũ donatoris a præfato procuratore tuo multa fuerũt obiecta. primo quia ibi maxime apparebat conſumptum, vbi potuiſſet falſitas facilius deprehendi, videlicet in annotatione indictionis. ſecundo, quia cũ charta vetuſtiſsima videretur, recentior apparebat ſcriptura, tãquam non illo tẽpore facta fuiſſet. Tertio, quia falſum ſigillum vitioſe videbatur appoſitũ, eo quod a media parte ſigilli apparebat quędã imago, non cũ mitra in capite, ſed cũ pileo, nec induta põtificabilib. ſed regalib. tenẽs in manu nõ baculũ paſtoralẽ, ſed quaſi ſceptrũ regale, cuius facies nõ apparebat integra, ſed dimidia, tãquã in alia medietate reciperet aliã, quę tamẽ tota vacua remanebat, ſed quædã imago videbatur ex ea fuiſſe deleta quia cera in ea parte, nec in colore,

† Luitbardi Greg. 9

† ſupra fonte

re, nec in planicie parti reliquæ ſimilis apparebat. Vnde non Epiſcopi, ſed Imp. videbatur fuiſſe ſigillum, quod in vna medietate Cęſaris imaginem exprimebat, & in altera pręſumebatur filij, vel cõiugis imaginẽ habuiſſe. nam in ipſo ſigillo nullæ aliæ litteræ apparebant, niſi quę nomen proprium cum hac adiectione Dei gratia deſignobant, ſed cum proprium nomẽ ipſius Epiſcopi fuit Luitardus, in nomine proprio, quod exprimebat ſigillũ, deletæ fuerant duæ litteræ, ſecunda, quę fuerat inter L. & T. & ſexta, quæ fuerat inter R. & V. ita quod, ſi ſecunda fuiſſet O. & ſexta fuiſſet I. proculdubio non Luitardus, ſed Lotarius legeretur, quod etiam inde conici poterat, quod ſecundum diſpoſitionem aliarũ litterarum, inter L. & T. non erat ſpatium, niſi quod potuiſſet vnam litteram continere, cum ſecundum integritatem huius nominis Luitardus, inter L. & T. duæ litteræ ſint diuerſæ: præterea inter R. & V. tam modicum erat ſpatium, vt in eo non hæc littera D. quæ maius occupat ſpatium, ſed hæc littera I. quę minimum occupat, videretur formata fuiſſe. Rurſum, cum cera ſigilli ab interiore parte vetuſtiſsima eſſet, cera, quæ poſita erat ab exteriori parte, quaſi ad conſeruationem ſigilli, recens erat, & mollis. quod cũ diligenter fuiſſet inueſtigatum; certo certius eſt compertum; quod ſub vetuſto ſigillo carta fuerat perforata, & per glutinum nouæ ceræ, quæ poſita fuerat exterius, quaſi ad conſeruationem ſigilli, vitioſe fuit ipſi cartæ ſubiunctum. Eandem falſitatis ſpeciem, per vitioſam videlicet appoſitionem ſigilli cetera fere priuilegia Romanor. Imperator. præter priuilegium Henrici, vel falſa reperta ſunt, vel falſata, ſed & ipſum Henrici priuilegium ad fidem adſtruendam non videbatur ſufficere: quia nec erat publica manu confectum, nec ſigillum habebat authenticum; eo quod erat ex media parte fere cõſumptum, nec plus de nomine proprio, niſi vltima medietas, videl. icus, nec de ceteris litteris, niſi hæc adiectio Dei gratia cõparebat, ita quod ex litteris ipſis non magis poterat comprobari fuiſſe ſigillum Henrici, quã Lodoici. Inſtrumentum quoq. ſententię multis modis inueniebatur ſuſpectũ: tum quia quædam in ipſo apparebant liturę; tum quia ſubſcriptio notarij videbatur alterius manus fuiſſe, quam ſubſcriptio inſtrumẽti, cũ tamen notarius in ſubſcriptione profiteretur, ſe inſtrumentum propria manu conſcripſiſſe. Littera quoq. recentior videbatur, quam charta; & aqua videbatur encauſtum infectũ, vt antiquius appareret. In omnibus etiam Imperia lib. priuilegijs, quæ poſteriora fuerant, nulla prorſus habita mentio fuit de illa ſententia, quamuis in eorum aliquib. mentio facta fuerat Luitardi, qui dicebatur donationẽ feciſſe. Porro ſi legitimum eſſet, & verũ inſtrumẽtũ ſententiæ, tamen per illam ſententiam nullũ Mediol. Archiepiſcopatui præiudicium poterat generari, cũ ipſa ſententia lata fuerat inter alios, & res inter alios acta nõ alij præiudicet; nec atteſtationes, quæ cõtinebantur in inſtrumento ſententiæ, per quas legitima donatio Luitardi videbatur eſſe probata, poterãt eidẽ Archiepiſcopatui nocumentũ aliquod irrogare; cum inter alias perſonas, & in alio iudicio receptæ fuiſſent. Ceterum per memoratũ Henrici priuilegium, quod non ſolum cõfirmationis, ſed etiã donationis videbatur fuiſſe, rerum dominium donatarũ intelligi forte poterat monaſterio acquiſitũ, & traditũ; quãuis ex forma petitionis, quę in ipſo priuilegio declaratur, & quibuſdã alijs verbis, quæ proponũtur in ipſo, cõfirmatoriũ tãtũ videretur fuiſſe; tantum vt intelligatur eo modo, quo magis poſſet valere. diſtinguendum vtiq. videbatur, vt idem Henricus alia donauerit, & alia confirmauerit; cũ eadẽ legitime requiſiſſent, & confirmari pariter, & donari; confirmari tamquam prius habita, & poſſeſſa; donari, tãquam tunc tradita, & conceſſa; donauerit inquam illa, quæ ipſe circa trium miliariũ ſpatium monaſterio concedebat, confirmauerit autem, quæ prius ipſi monaſterio cõceſſa fuerant, & donata. inter quæ illa continebãtur, quæ deducta ſunt in iudicium, ac per hoc nõ poterant illa intelligi per priuilegiũ illud donata, ſed confirmata, cum iuxta ſanctiones legitimas, quod meum eſt, ex alia cauſa meum fieri nõ poſsit, niſi deſierit eſſe meum. pręſertim cum pars monaſterij viſa fuerit comprobare, tum per priuilegium conceſsionis, tum per inſtrumentum ſententiæ, quod † illa legitime fuerant a Luitardo donata, quod illi donationi per totũ iudiciũ eſt innixa. Vnde poſt donationem huiuſmodi eadem eidẽ non poterant redonari. Cum ergo confirmatoriũ tantum extiterit ſaltem quoad illa, quæ inducta ſunt in iudicium, ſi principale non tenuit, nec acceſſorium, quod ex eo, vel ob id dignoſcitur eſſe ſecutum, pari modo cetera priuilegia Romanor. Imperatorum, & ſententia ſi fuiſſet ſine ſuſpicione reperta, ad probationem tamen inualida probarentur. per inſtru-

† al. & al. quæ forte quodq.

menta vero locationis nec eſt vtcumq. probata proprietas, nec etiam plene poſſeſsio, cum iuxta canonicas ſanctiones ad probationem rei propriæ, ſiue defenſionem, non ſufficiet facta locatio.& infra. Cum autem ſuper ijs, quæ præmiſimus, in noſtra, & fratrum noſtrorum præſentia fuiſſet diutius litigatum, quæ legitime probata non fuerant, ea quæ petebant ad monaſteriũ pertinere, de com. f. n. conſilio ab impetione ipſius præfatum procuratorem tuum nomine tuo, & Mediol. ſententialiter duximus abſoluendum; quoniam cum obſcura iura ſunt partium, conſueuit cõtra eum, qui petitor eſt, iudicari.

Idem Cantuarieñ. Archiepiſcopo. *Cap. 2.*

e.7.e. QVOD ſuper his ſe. Ap. & infra. Quęſiſti præterea, quid agere debeas circa illos, qui dicentes ſe ab Ap. ſe. redire ſuper abſolutione ſua ignota Cardinalium ſigilla reportant, cum eis ſuper impedimentis expoſitis nõ fuiſſet de leui credendũ. Ad quod tuæ duximus fraternitati reſpondendum, quod, cum nos, ſi quando talibus litteras Apoſtolicas indulgemus, vel qui perſonas, & facultates eorum plenius nouerint, hoc modo ſcribamus, vt ſuper impedimentis expoſitis inquiſita diligentius veritate ſtatuant circa illos, quod animar. ſaluti, & ſuccurſui terræ ſanctæ magis nouerint expedire, attentius prouidentes, ſicut ſuperius continetur; nequid in fraude voti fallaciter conſtringatur; ſi tales per ſuppreſsionem veritatis, aut expreſsionẽ falſitatis litteras non ſolum Cardinalium, ſed & noſtras, nõ ſolum dubias, ſed & certas conſtiterit impetraſſe; carere volumus impetratis, & eis in nullo prorſus obſtantibus, ad executionem, vel redemptionem voti cõpelli præcipimus ap. re. ſicut ſuperius eſt expreſſum.

Idem Helieneñ. Epiſcopo. *Cap. 3.*

e.1.e. PASTORALIS officij diligentia & infra. Quæſiuiſti etiam, quib. indicijs fides adhibenda ſit decretalibus, de quarum auctoritate iudex poteſt non immerito dubitare; cũ plures inueniantur in cõpilatione ſcholariũ, & allegentur in cauſis, de quibus per bullam non cõſtitit, nec ipſe per metropoles inſinuatæ fuerint. Quia igitur ſæpe contingit, quod etiam coram nobis huiuſmodi decretales proponuntur, quas eſſe authenticas dubitamus; f.t. benignius reſpondentes auctoritate præſentium duximus ſtatuendum; vt, cũ aliqua decretalis, de qua iudex merito dubitet, allegatur; ſi eadem iuri communi ſit conſona, ſecundum eam non metuat iudicare, cum non tam ipſius, quam iuris communis auctoritate procedere videatur. Verum ſi iuri communi diſſona videatur, ſecundum ipſam non iudicet, ſed ſuperiorem conſulat ſuper ipſam.

Idem Epiſcopo ſancti Andreæ, Abbati de Beroth, T. Priori, R. Archidiacono, & magiſtro B. officiali ſancti Andreæ. *Cap. 4.*

ÇVM dilectus filius. & infra. Ad ſecundam autem quæſtionem taliter duximus reſpondendũ; quod vtralibet pars inſtrumenta poteſt etiam poſt publicationem atteſtationum vſq. ad diffinitiuæ ſententiæ calculum exhibere, antequam fuerit in ea concluſum. Super tertio vero articulo taliter reſpõdemus, quod inquiratis diligentius veritatem; & ſi conſuetudo illius patriæ obtinet approbata, vt inſtrumentis illius Regis fides adhibeatur in talib. ſecure poteritis admittere inſtrumentum, præſertim cum ſupradictus Rex tantæ fuerit honeſtatis, quod ipſius inſtrumẽta maximę auctoritatis ſint in partib. Scoticanis. e.9.e.

DE PRAESVMPTIONIBVS. Tit. XIV.

Idẽ Murneñ. Epiſcopo, & Archid. Bituriceñ. c.1.

LITTERAS veſtras recepimus continentes, quod cũ cauſa, quæ vertebatur inter ve. f. Altiſiodor. Epiſcopum, & quoſdam burgeñ. de Caritate, quos idem Epiſcopus de hæreſi impetabat, vobis, & dil. f. Abbati Callonij a ſe. Ap. delegata fuiſſet, vtraq. pars tandem, vt negotij prolixitas poſſet facilius expediri, vos duos ſub certa pœna ſibi arbitros ſtatuerunt, delegata vobis poteſtate nihilominus reſeruata, W. autem lator pręſentium vnus ex illis, quos pręfatus Epiſcopus impetebat, hęreſim ſuam apud Karitatẽ fuerat publica voce confeſſus, & de quodam fratre ſuo ſimiliter recognouerat, qui eodem ſecum laborabat errore. Qui cum de fide ſua coram ve. f. n. Bituriceñ. cõueniretur Archiepiſcopo, eique purgatio facienda per eundem W. qui vere credens, & catholicus credebatur, eſſet indicta; ipſe W. fratrem ſuũ, quem publice aſſeruerat hęreticum, pręſtito iuramento firmauit, & ſic a pręfato Epiſcopo contraria proponebatur dixiſſe. Vnde ab ipſo, & periurus, & hęreticus cẽſebatur. Ecõtrario vero idem W. propoſuit, quod licet de ſe publice cõfeſſus fuiſſet, nihil tamẽ de fratre fuerat cõfeſſus; vnde bene poterat illũ purgaſſe, maxime cũ a duob. capellanis de Albriaco, qui conſcientiam illius nouerant, audiuiſſet, quod tãquam catholicum poterat illũ ſecure purgare: quor. litteras poſtea vobis oſtendit. De prǣ ſũ c.14.

ſed

ſed Epiſcopus ſuper eo, quod de fratre negauerat, protinus eum per ſe ipſum, & vnum presbyterum, & alium diaconũ coram vobis cõuicit. Vnde ipſum relapſum in hæreſim appellabat; vos igitur has in prædicto W. contrarietates notabiles attendentes, ipſum cum litteris veſtris ad noſtrã præſentiam traſmiſiſtis, bonis etiã interim annotatis, donec de perſonæ eius, & bonis, quid ſtatuendũ foret, ſtatuere curaremus; adicientes, quod cũ idem W. apud vos cũ quibuſdã inſtaret, vt purgationem reciperetis ipſius, ſicut aliorũ quorũdam, vos iuramentũ eius, quia ſibi contrarius videbatur, admittere noluiſtis, purgatione tamen pro eo per viij. manum bonor. viror. admiſſa. Quia vero vulpeculæ, quæ moliuntur vineã domini demoliri, ſagaci ſunt ſtudio capiendæ: nam vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos; nos ex ijs, quæ ſcripta ſunt, prędictum W. ſuſpectum de hæreſi vehemẽter habemus, tũ, quia, quod ante dixerat, poſtea ſe dixiſſe negauit, ſicut conuictus eſt corã vobis: tũ, quia vel mendaciũ prius dixit in fratrẽ aſſerẽdo illũ hęreticũ, vel periuriũ poſtea cõmiſit in Deũ, purgando illũ de hæreſi; quorum vtrumq. reddit illum valde ſuſpectum. Quamquam veriſimilius videatur, quod eo tempore, quo tãquam pœnitens vere ab hæreſi vertebatur ad fidem, tam graue mendacium non dixiſſet præſertim in fratrem, quẽ vtiq. tamquam Kariſsimũ non aſſeruiſſet hęreticum, niſi fuiſſet accenſus zelo orthodoxę fidei. Vnde præſumitur, quod, cũ poſtea purgauit illum, turpiter peierauit. Quo circa d. v. per A. ſ. m. qua. cum propter ſolam ſuſpicionem, quamuis vtiq. vehementem nolumus illum de tam graui crimine cõdemnari: talem, & tantã ſecuritatem recipientes ab ipſo, pręter iuratoriam cautionẽ, quod timore pœnæ temporalis debeat coerceri: diſcretam ei pænitentiam iniungatis, ex qua valeat apparere, vtrum in tenebris ambulet, an in luce; vtrumve ſit vere pęnitens, an ficte conuerſus, et ſi eũ hoc modo verum catholicum cognoueritis; nõ ſinatis ipſum indebite moleſtari. alioquin eum tamquam hæreticum codẽnetis.

Idem Cenadieñ. Epiſcopo, & Abbati de Ciquedir. *Cap. 2.*

c.15.e. CVM in iuuentute ſua ve. f. n. G. Quinqueeccleſieñ. Epiſcopus adeo ſe maturum, honeſtum, & prouidum exhibuerit, vt propter ſuauem ſuæ probitatis odorem, ab eccleſia Rom. meruerit ornamento pallij decorari, non eſt de leui credendum, quod poſtquã ad ſenilem peruenit ætatem, turpiter abiecerit iugum domini, fetores, & fœditates libidinis amplexando; cum labes huiuſmodi, quæ nonnumquam in iuuentute cõtrahitur, in ſenectute frequentius expietur. Quis præterea de facili crederet, quod vir præditus ſcientia litterar. propriæ ſalutis oblitus ad eam paſſionis ignominiam ſe cõuerteret: vt cum propria nepte abominabilem perpetraret inceſtum, cum etiam ſecundum ſententias ethnicor. naturale fœdus inter tales perſonas nihil cõmittat ſæui criminis ſuſpicari. Licet igitur ille Rex Henricus eundem Epiſcopum nobis interdum per nuntios, & litteras de tali crimine detuliſſet, ſuppliciter poſtulans, & inſtanter, vt malum huiuſmodi perniciosum exemplo de Vngarica eccleſia tolleremus. Quia tamen eius ſuggeſtio, nõ de caritatis radice, ſed ex odij fomite procedere videbatur, cũ ipſum tamquam inimicum perſequi non ceſſaret, ſicut eſt in tota prouincia manifeſtum, noluimus aures noſtras, quaſi malignis delationib. inclinare, ſed vt probaremus ſpiritus, ſi eſſet ex Deo, bo. me. Gerieñ. Epiſcopo dedimus noſtris litteris in mandatis, vt prudenter, & caute a coẽpiſcopis indagaret, vtrum præfatũ Epiſcopum crederet tali labe reſperſum, qui nobis poſtmodum reſcripſerunt, quod eum virum honeſtæ conuerſationis eſſe credebãt, perſonam illius multipliciter cõmendantes.

DE IVREIVRANDO. Tit. xv.

Idem nobilib. viris H. L. M. Mauroceñ. † ciuibus Veneñ. *Cap. 1.* † *Mauriceñ. poſtea* De iure iur. c. 16.

VENIENS ad pręſentiam noſtrã di. f. A. lator pręſentiũ humili nobis relatione propoſuit, quod cũ olim fuiſſet in pręſentia di. f. nobilis viri Ducis Venet. cũ pluribus alijs conſtitutus pro multar. diſcuſsione cauſar. accidit, vt cũ M. Mauriceñ. alternatim cõuicia inferendo certaret; propter quod, cũ graues inimicitias incurriſſet, & vos, ac alij parẽtes veſtri propter hoc fuiſſetis vehemẽtius excitati, quidã qui partis vtriuſq. amatores extiterant, ſe in mediũ ingerentes, turbationẽ illã ad pacem ſtuduerũt, & cõcordiam reuocare; ſuggerentes, & cõſulentes prędicto H. vt in ſatisfactione iniuriarũ, veſtro iuraret obedire mãdato. Cũq. idem nõ credens ſe tale quid cõmiſiſſe, propter quod ei graue aliquod imponi deberet, iuramentũ illud ſub tali cõfidẽtia pręſtitiſſet, ipſi ſtatim ſub iuramẽti debito pręcepiſtis, quod a feſto beati Michaelis proximo pręterito in antea nũquã curiã prędicti Ducis intraret, niſi tũc, cũ oẽs per edictũ ipſius generaliter ad curiã vocarẽtur, aut niſi per nobilẽ

 virum

virum R.Comitem,& M.Mauriceñ.qui ab-
ſentes eſſe dicuntur, ipſum contingeret rela-
xari. Verum quia idem A.qui ſicut aſſerit,di
cti Ducis conſiliarius iuramẽto,& in iure ſuo
multis eccleſijs, quarum eſt aduocatus, pro-
miſſo tenetur adeſſe, nequaquam taliter iu-
rauiſſet, ſi mandatum illud ſibi contrarium
præſciuiſset,præſertim cũ animæ ſuæ timeat
obuiare ſaluti; per A.s.m.qua.mãdatũ ipſum
pro veſtrarum remedio animarum penitus
reuocetis.Quod ſi mandatum ipſum,aut no-
lueritis, aut nequiueritis reuocare, noueritis
nos ve.f.n.Patriarchæ Gradeñ. mandaſſe, vt
ſi mandatum priori iuramento licite facto
repugnat, ipſum auctoritate noſtra denũtiet
non ſeruandum.

Idem magiſtro Apollinari. Cap. 2.

c.17.e. BREVI a ſede Ap.ſciſcitatus es quęſtio
ne,vtrũ ille,qui iura alicuius eccleſiæ ſeruare,
ac propoſſe defendere iuramento tenetur, ſi
neceſsitate inminente ſub debito iuramenti
ad hoc fuerit requiſitus, & nolens hoc facere
ad ſe.Ap.duxerit appellandum,periurij rea-
tum incurrat.Nos autem quæſtioni t. reſpon
demus, quod in hoc articulo appellantem a
periurio talis appellatio non excuſat, immo
niſi aliqua difficultas obſiſtat, propter quam
non poſsit requiſitus eccleſiæ ſubuenire,cul-
pa periurij potius irritetur.

Idem Illuſtri Regi Nauarræ. Cap. 3.

Nos po... altur. AD audientiam noſtram noueris perue-
niſſe,quod,cum Caſtell.& Aragonum Reges
anno præterito regnum tuum cum ſuis exer
citibus introiſſent, de illo capiendo, & diui-
dendo adinuicem tractauerunt. Cumq. ibi-
dem duob. caſtris per violentiam occupatis,
tam eccleſias,quam priuatorum terras multi
pliciter afflixiſſent,quod deteriora in poſterũ
facerent,minabantur;ſi ſuum poſſent propo
ſitum adimplere. Vnde totus populus me-
tuens vehementer,quo ſe verteret,neſciebat;
vel qualiter inminentem poſſet effugere tem
peſtatem.Interim autẽ dictus Rex Aragonũ
ſuos ad te nuntios deſtinauit de cõponendis
treugis tecum pariter tractaturos,ſecreto per
eoſdem requirens, vt ſororẽ tuam ſibi trade-
res in vxorem.Tu vero attendens, quod vel
ſic ſaltem eorum poſſes inſtantiam euitare:
tam de treugis,quam de contrahendo matri-
monio reſpondiſti,quod ſuam perficeres vo
luntatem; prius tamen,quam de regno tuo
exirent,nihil horum duceres ad effectũ.Poſt
hæc autem ad Reges ipſos dicti nuntij rede-
untes,reſponſum,quod eis dederas, retule-
rũt; præfatus autẽ Rex Caſtellæ metuens,ne
ſi a regno exirent, ab ijs, quæ præmiſeras, † †promiſeras forte
reſilires, reſpondit ſe a terra tua nullatenus
egreſſuros,niſi prius iurares,quod nũtijs pro
miſeras,te firmiter ſeruaturũ.Cumq.hoc per
eoſdem nuntios tibi intimaſſent; tu conſide-
rans,quod in necem,& exheredationem tuã,
ſi fieri poſſet, præfati Reges intendere ſatage
bant;iuraſti coactus pariter, & inuitus; quod
a te fuerat de treugis,& matrimonio poſtula
tum. quamuis ſoror tua præfato Regi Ara-
gonum conſanguinitatis gradu tertio coniũ-
gatur.Nos igitur attendentes,quod iuramen
tum non vt eſſet iniquitatis vinculum, fuerit
inſtitutum, & quod in malis promiſsis fides
ſit potius reſcindenda: ſerenitati tuæ diſtri-
ctius inhibemus,ne ſi vera ſunt,quæ præmi-
ſimus, occaſione iuramenti pręmiſsi, quod
periurium eſt verius nominandum,procedas
ad inceſtuoſam coniunctionem cõplendam.

Idem Illuſtri Regi Aragoniæ. Cap. 4.

QVANTO perſonam tuã inter alios c.18.e.
Principes Chriſtianos ſinceriori caritate dili
gimus,tanto ſerenitati Regiæ diligentiori ſol
licitudine volumus præcauere, nequid ei
quod abſit, inmineat,quod vel in periculum
animæ,aut detrimentum terræ valeat redun
dare.Ex tenore ſiquidem litterar.tuar.& plu
rium prælatorum,nec non & aliorũ multo-
rum in tuo regno conſiſtentium nobis inno-
tuit;quod cum aduerſus inimicos Chriſtiani
tatis,qui prę magnitudine ſuæ potẽtiæ terrã
Hiſpaniæ tunc temporis occupabant, in au-
xilium Kariſsimi in Chriſto filij noſtri Regis
Caſtellę Regis Illuſtris cum armatorum mul
titudine feſtinares;quidam cõſiliarij tui,quin
immo potius deceptores tuum animum indu
xerunt, vt iurares irrequiſito aſſenſu populi
vſq. ad certum tempus patris tui conſeruare
monetam, quæ tamen circa mortem eius fue
rat legitimo pondere defraudata. Quoniam
autem eadem moneta eſt adeo deminuta, &
minoris valoris effecta, quod graue propter
hoc in populo ſcãdalum generatur: tu,quod
egeras indiſcretę,cupiens reuocare,ac neceſsi
tati populi ſatisfacere, ab obſeruatione iura-
menti prædicti,ex quo tibi,& regno tuo me- †al. poſtulaſti ſuppliciter
tuis graue periculum imminere, (ſuppli-
caſti humiliter † a nobis abſolui, ſuper quo
dili-

diligens indagator veritate comperta potuiſſet facile intueri, quod non tam erat abſolutio neceſſaria, quã interpretatio requirenda. quoniam, cum iuramẽtum feciſti, monetam aut falſam, aut legitimam eſſe credebas; ſi falſam, quod de Regia ſerenitate non credimus, iuramentũ fuiſſet illicitum, & nullatenus obſeruandum, & pro eo eſſet tibi pœnitentia iniungenda; cum iuramentum, vt eſſet iniquitatis vinculũ, non fuerit inſtitutũ; ſi vero ipſam legitimã eſſe credebas, iuramentũ licitũ fuit, & vſq.quaq. ſeruandum; & vt irreprehenſibiliter obſeruetur, conſulimus, & mandamus, vt reprobata moneta, quę a legitimo põdere fuerat deminuta, alia ſub nomine patris tui moneta cudatur, quam ad legitimum põdus reducas, ſecundum ſtatum, quem tempore patris tui habuerit meliorem; ita quod & antiqua moneta, quę ab illo ſtatu falſata nõ fuerat, cum ea pariter expendatur, per quod & diſpendium vitari poterit, & iuramentũ ſeruari. Verumtamẽ ſi forte monetam ipſam in præſtatione iuramẽti credebas a legitimo põdere deminutam, & tua ſuper hoc conſcientia te remorderet, ve.f.n. Cæſarauguſtañ. Epiſcopo, cui ſuper hoc ſcribimus, tuum humiliter confitere reatum, & ſatisfactionem, quã indixerit, tibi pro illicito iuramẽto deuote ſuſcipias, & ſtudeas adimplere.

Idem conſulibus, & populo Tudertiñ. *Cap. 5.*

c.19.e. VENIENTES nuper ad Ap.ſe. dil. f. Conſules veſtros benigne recepimus, & ſuper ijs, quæ ad nos de vobis ſæpius referuntur, & commonere paterne curauimus, & aliquantulũ aſpere conuenire. Cum enim app. interpoſitis ad Ap.ſe. teneamini humiliter, & deuote deferre, cum & leges etiam ſæculares poſt ſentẽtiam beneficium appellationis nõ denegent aggrauatis: vos id minus, quam vos deceat, attendentes, ſententias appellatione ſuſpenſas executioni mandatis, & grauatis in contemptum ſe. Ap. appellantes. Verũ ijdem Conſules nobis ad excuſationem veſtram exponere curauerunt, quod cum aliqui veſtrum vocantur ad officiũ conſulatus, firmant proprio iuramento, quod ſuper mutuis, & plerarijs, † ſecundum veſtræ conſuetudinem ciuitatis, iudicabunt, infra xxviij. dies, quod iudicauerint exequantur; vnde ſaluo huiuſmodi iuramento vos non poſſe ſuper his appellationibus deferre dicebant. Quia vero nõ minus iudices ſecundum leges, quã Cõſules veſtri, ſecundum conſuetudinem ciuitatis veſtræ iudicare iurarunt, & ideo ſicut iudices contra leges, ſic & Cõſules veſtri contra conſuetudinem poſſent ſubditos aggrauare; ne in his etiam videamur deeſſe grauatis: vniuerſi. v. per Apoſtolica ſcripta in. atq. pręcipimus, quã. cum approbatas conſuetudines veſtras ſeruari velimus; appellationibus ad nos interpoſitis deferatis humiliter, & deuote; cũ prędictũ iuramentũ vos excuſare non poſſit, in quo debet intelligi ius ſuperioris exceptũ.

†plegiarijs Greg. 9

Cum ergo ſicut accepimus, poſtquam di. f. S. lator præſentium ad te. Ap. a ſententia G. iudicis appellauit, ſententiam ipſam duxeritis executioni mandandam, in poſſeſsione rerũ, de quibus quæſtio vertebatur, appellantis aduerſarium inducentes, volumus, & mandamus, vt poſſeſsionem eidem S. poſt interpoſitam ad nos appellationẽ ablatam, ei ſine difficultate qualibet reſtituere procuretis, alioquin noueritis nos ve. f. n. Miteñ. † Epiſcopo per A. s. mandaſſe, vt vos ad id mo. prę. p cen. ecc. ap. re. conpellat.

†Nucerino Greg. 9

Idem Piſano Archiepiſcopo. Cap. 6.

AD noſtram noueris audientiã perueniſſe, c.20.e.¶
quod cũ I. Pellarũ, & G. filius eius Petro Sacañ. vſuras nõ modicas perſoluiſſẽt, pręſtito iuramento firmarunt, quod nec per ſe, nec per aliũ prędictas vſuras repeterent, vel apud eccleſiaſticum iudicem, ſeu etiam ſæcularem ſuper eis deponerent quęſtionem. Cumq. creditor ipſe in mortis articulo conſtitutus condiderit teſtamentum, ſuis pręcepit heredibus, vt omnibus, qui rationibus poſſent probare ſe dediſſe vſuras eidem, ipſas eiſdem reſtituere procurarent, & prædicti I. & G. vſuras repetere non attemptent, propter huiuſmodi iuramentum; heredes prædicti P. eis negligũt ſatisfacere de vſuris. Ideoq. f. t. per A. s. m. qua. ſub pœna excõmmunicationis publice in eccleſia proponere facias, vel proponas, vt qui ſuper hoc nouerunt veritatem, procedãt ad teſtimonium proferendum, etſi per dicta teſtium, vel alia documenta tibi legitime conſtiterit de præmiſsis, heredes eiuſdem P. vt vſuras, quas a prædictis I. & G. pater eorum accepit, reſtituant vniuerſas, mo. prę. per cen. ec. ap. re. compellas.

Idem Neapolitano Archiepiſcopo. *Cap. 7.*

AD

c. 21. e. AD noſtram audientiam noueris perueniſſe, quod dudum a te, quaſi per extorſionē tale fuit præſtitum iuramentum; quod in omni cauſa deberes ordinem iudicarium obſeruare. Verum, quoniam ſecundum traditiones canonicas, manifeſta accuſatione non indigent, nec in eis eſt ordo iudicarius obſeruādus, qui debet in alijs obſeruari; neq. tu, quando ſub præmiſſo tenore iuraſti, habebas in mente, vt propterea venires contra canonicas ſanctiones; alioquin non iuramentum, ſed periurium potius extitiſſet; nec aliqua ratione obſeruandum. nos iuramentum tuum benignius interpretari volentes, ita quod conſonet canonicis inſtitutis; f. t. auctoritate præ. intimamus, quod in manifeſtis, & notorijs ratione iuramenti præmiſſi, non credimus te teneri ſeruare ſollemnitatem ordinis iudiciarij, quam in his non ſeruari per omnia, ipſa quoq. iuris ratio poſtulat, & requirit; vnde videbitur nec inmerito ſubtiliter intuenti de ordine iudiciorum procedere, vt in præmiſſis non per omnia ordo iudiciarius obſeruetur; quamquam & ſecundum approbatum intellectum ſcripturæ diuinæ, recte poſsit intelligi, quod iuraſti; vt in omnibus cauſis ordinem iudiciarium obſeruares, in illis videlicet, in quibus eſt ordo iudiciarius obſeruandus. Sic ergo faciens, & iuramenti tenorem ſeruabis, & inſtituta canonica non omittes.

Idem Iudic. Calaritañ. *Cap. 8.*

c. 22. e. EA te credimus diſcretione vigere, vt intelligas per te ipſum, quod onus non remittitur, ſed augetur, cum cuiquam inprouide ſoluitur, quod alij ex debito eſt præſtandum. Sane ve. f. n. Archiepiſcopus Turrilitanus per ſuas nobis litteras intimauit, quod, cum a te non noſtro nomine iuramentum fidelitatis ſicut a nobis in mandatis acceperat, exegiſſet, illud exhibere in eius manibus diſtuliſti, aſſerens, quod ve. f. n. Piſano Archiepiſcopo, ſaluo Apoſtolicæ ſedis honore, huiuſmodi præſtiteras iuramētum. Cum igitur nobis, & eccleſiæ Romanæ fidelitatem facere tenearis, ſicut tua etiam prudentia recognoſcit, ſi præſtitum iuramentum ei, quod a te nobis tamquam debitum eſt præſtandum, contrarium reputes, illud illicitum iudicabis, & illicito non obſtante, quod licite, immo ex debito petitur, exhibebis; vel ſi præſtitum pręſtādo contrarium non exiſtit, illud ſine difficultate præſtabis. Monemus igitur nobilitatem tuam, & exhortamur attentius, & per A. s. m. atq. p̄. qua. omni excu. & occaſione ceſſ. in manibus eiuſdem Archiepiſcopi fidelitatis nobis, & eccleſiæ Rom. exhibeas iuramentum.

Idem Alatrino Epiſcopo. *Cap. 9.*

c. 23. e. QVINTAVALLIS vicarius noſtris auribus intimauit, quod cum olim filiæ ſuæ cū Giburga, & Venetia filiabus Ioannis Bertij ad verba, & etiam ad verbera deueniſſent, idē Quintauallis pro offenſa, quam filiæ illius alijs irrogauerant, ſatisfacere cupiens, de conſilio conuicinorum mulieribus illis, & cōſanguineis ſuis præſtitit iuramentum, vt pro ipſa offenſa earum mandato pareret; quæ ab ipſo iuramento recepto tale illi ſub debito iuramenti dedere mandatum, quod ſi quando filij, vel filiæ, aut vxor illius aliquod factū, vel verbum contumelioſum mulieribus illis obijcerent; idem Quintauallis, & filios ſuos exheredaret, & filias, & a ſe propriam remoueret vxorem. Quo circa f. t. per A. s. m. qua. inquiras de præmiſsis diligentius veritatem, & ſi rem noueris ita eſſe, cum licitum fuerit iuramentum, ſed mandatum illicitum, prædictis filiabus Ioannis Bertij, vt reuocent mandatū illius iniungas, alioquin prædictum Quintauall. ad mandati obſeruationem illius, auctoritate noſtra ſuffultus, denunties non teneri.

Idem Archiepiſcopo Tarraconeñ. *Cap. 10.*

TVA nos duxit fraternitas conſulendos; quid tibi ſit ſuper hoc articulo faciendū videl. quod B. de Belloloco, & Agnes vxor eius olim adinuicem iurauerunt, ſe nūquam mutuo petituros. idem vero nunc reperit † illam inſtanter, illa in contrarium affirmante, quod prius ſe faceret Sarracenam, & perderet animam ſuam, quam rediret ad eum; ſed adulterum, cui adhæſit, poſtquam receſsit ab eo, libenter dimitteret, & caſtitatem promitteret, & iuraret. Nos igitur f. t. ſuper hoc reſpondentes, tibi per A. s. m. qua. vtrumq. ad continentiam ſeruandam moneas attentius, & inducas; quam ſi promittere voluerint, & ſeruare, vtrumq. dimittas ſine alio cōmorari. alioquin, ſi vir noluerit continere, prędictam vxorem ipſius, vt reuertatur ad ipſum, & tāquam vxor cum viro moretur, per excommunionis ſententiam ap. re. compellas, cum & temerarium fuerit huiuſmodi iuramentū, & adulterium ſit vtrimq. commiſſum. c. 24. e.

† repetit forte

Idem Ianueñ. Archiepiſcopo. *Cap. 11.*

QVEMADMODVM, ſi vir mulieri iuraſſet, quando contraxit cum illa, quod eā ſemper pro legitima teneret vxore, ipſe c. 25. e.

ipſe quidem pro fornicatione, quam mulier antea commiſiſſet, nõ poſſet illam dimittere, ſed pro fornicatione, quam poſtea perpetraret, eam dimittere poſſet non obſtante huiuſmodi iuramento. Quoniã in eo talis erat ſubintelligenda conditio, ſi videlicet illa in lege coniugij non peccaret, ita ſi quis iurauit ſe ducturum aliquam in vxorem, ipſe profecto non poteſt ei fornicationem opponere præcedentem, ſed ſubſequentem ei poteſt opponere, vt illam non ducat in coniugem; quoniã in illo iuramento talis debet conditio ſubintelligi; ſi videl. illa contra regulam deſponſationis nõ venerit. alioquin, ſi poſt huiuſmodi iuramentum publica meretrix fieret, teneretur eam ducere in vxorem; quod eſt prorſus abſurdum. Nam ſi poſt contractum coniugiũ vir propter fornicationem licite poteſt vxorem a ſua cohabitatione dimittere, longe fortius ante coniugium celebratum propter eandem cauſam ſponſus licite poteſt in ſuam cohabitationem non admittere ſponſam, quia turpius eiicitur, quam non admittitur hoſpes; non obſtante in alterutro caſu vinculo iuramenti, quod quidem propter ſubintelligendam conditionem eſt tale, vt is, qui iurauit, ad vtrumq. ſine tranſgreſsione ſe poſsit habere. quod ſi poſt huiuſmodi iuramentum mulier fieret nõ ſolum leproſa, ſed etiam paralytica, vel oculos, aut naſum amitteret, ſeu quicquã ei turpius eueniret, numquid vir teneretur eã ducere in vxorem? profecto ductam nõ poſſet dimittere. ſed nunquid non ductam admittere teneretur? quamuis interdum contractum non dirimat, quod impedit contrahendum. Illud autem iuramentum eſt proculdubio temerarium, ſi vir iuret vxori, quod eam ſuper nullo crimine accuſabit; quia ſi mulier fieret infidelis, & nollet cohabitare viro abſq. contumelia creatoris, vel, vt illum protraheret ad infidelitatis errorem, vir incunctanter deberet illam impetere apud iudicem ſuum, vt eam niſi penitus reſipiſceret, omnino dimitteret, ſecundum canonicas ſanctiones. Quod ſi expreſſe iuraſſet, quod eam ſuper adulterio non impeteret, eſſet ne ſeruandum huiuſmodi iuramentum? cum ſcriptura teſtetur, quod patronus eſt turpitudinis, qui celat crimen vxoris, ſecundum regulam euangelij, ſi primo, & ſecundo correcta reſipiſcere nollet, dicendum eſſet eccleſiæ; vt tamquam ethnica, & publicana deinde vitaretur, ne per hoc præberetur ei libera peccandi facultas propter impunitatem peccati. ſed numquid vir non poteſt dimittere ipſi peccanti non ſolum ſepties, ſed vſq. ſeptuagies ſepties ſecundum euangelicam veritatem? Tutius igitur in hoc caſu videtur, vt propter iuſiurandi religionem vir accuſare deſiſtat vxorem ad diuortium celebrandum; quamquam eam denuntiare poſsit ad pœnitentiam peragendã. Penſato itaq. huiuſcemodi reſponſionis tenore procedas in cauſa, ſuper qua nos conſulere decreuiſti.

Idem vniuerſis doctoribus Pariſius commorantibus. *Cap. 12.*

EX litteris veſtræ deuotionis accepimus, quod cum quidam moderni doctores liberalium artium a maiorum ſuorum veſtigijs in tribus præſertim articulis deuiarent, habitu videlicet inhoneſto, in lectionum, diſputationum ordine non ſeruato, & pio vſu in celebrandis exequijs decedentium clericorum iam quaſi penitus neglĕter omiſſo. Vos cupientes veſtræ conſulere honeſtati, octo ex vobis iuratos ad hoc vnanimiter elegiſtis, vt ſuperdictis articulis, de prudentium virorum conſilio bona fide ſtatuerent, quod foret expediens, & honeſtum, ad illud in poſterum obſeruandum, vos iuramento interpoſito communiter aſtringendo, excepto duntaxat magiſtro G. qui iurare renuens, & formidans fideiuſſoriam pro ſe tamen optulit cautionem. fuit inſuper ad cautelam a vobis fide præſtita protinus conſtitutum, vt ſi quiſquam magiſtrorum commonitus infra triduum vniuerſitati parere cõtemneret magiſtrorum, extunc beneficio ſocietatis eorũ in magiſtralibus priuaretur, & quidem hoc vltimum quidam ex vobis ſimpliciter, quidam vero niſi ſatisfaceret, & nonnulli, niſi per nos ſe admitti, vel ab alijs obtineret, ſe intellexiſſe fatentur. cum autem ſupradictus magiſter G. infra triduum vniuerſitati non paruerit requiſitus, iuxta condictum veſtrum, extunc a vobis habitus eſt excluſus, qui cum ſatisfactioni condignæ ſe poſtmodum optuliſſet, in quattuor veſtrum iuramento interpoſito compromiſit, illorum dictum pro bono pacis ſe gratum, & ratum pariter habiturum. Illi vero vſi conſilio ſapientum dictum ſuum communiter promulgarũt, memorato magiſtro in virtute iuramẽti prohibentes, ne deinceps in licitis vniuerſitati reſiſteret magiſtrorum, & iniungentes eidem, vt tamdiu in eo ſtatu perſiſteret, quo

De conſtit. c. 11.

quo tunc erat, donec per ſe, vel per procuratorem ſuũ ſe poſſe ab alijs magiſtris admitti per ſedem Ap. optineret, ſalua in omnibus honeſtate. Vnde nobis humiliter ſupplicaſtis, vt eundem magiſtrum, virum vtiq. prouidũ, & honeſtum, qui tamquam obedientię filius, quid ſibi prædicti quattuor iniunxerint, ſuſcepit humiliter, & patienter obſeruat, ex benignitate Ap. faceremus cõmunioni reſtitui magiſtrorum. Nos igitur ex pręmiſsis intelligentes eidem magiſtro fuiſſe mandatum, vt tamdiu in eo ſtatu perſiſteret, quo tunc erat, donec magiſtrorum communioni de mandato ſedis Ap. redderetur, & paratus ſit ſuper præmiſsis ſatisfactionem congruã exhibere, licet fuerit conſtitutum, vt ſi quis magiſtrorũ aduerſus alios duceret reſiſtẽdum, & primo, & ſecundo commonitus intra triduum vniuerſitati parere contemneret, extunc magiſtralibus priuaretur, & ob hoc ipſe fuit eorũ communione priuatus. Quia tamen conſtitutum non fuit, vt in perpetuum huiuſmodi priuatio perduraret, & tam iuris canonici, quam noſtri moris exiſtat; vt is, qui propter contumaciam cõmunione priuatur, cum ſatisfactionem congruam exhibuerit, reſtitutionem obtineat: v. v. præ. auct. m. qua. ſupradictum magiſtrum ſtatutis veſtris humiliter parere curantem, ad cõmunionis veſtræ conſortium in magiſtralib. admittatis.

Idem Abbati, & capitulo Caſtellionis. *Cap.* 13.

De iure iu. c. 26. ETSI Chriſtus præceperit ſecundũ euãgelicam veritatem, ſit ſermo veſter; eſt, eſt, nõ, non; vt affirmatio, vel negatio; ſicut procedit ex ore, ita procedat ex corde. Quia tamen hominum excreſcente malitia, ſimplici aſſertioni, vel negationi vix creditur; idcirco prudenter adiunxit, quod amplius eſt, a malo eſt. a malo quidem, non tam culpæ, quam pœnæ, nec exhibẽtium, ſed exigentium iuramentũ. nam incredulitas huiuſmodi magis eſt pœna, quam culpa. vnde non dixit maiũ, ſed dixit a malo. Licet enim iuramentum prohibuiſſe dñs videatur, nuſquã tamẽ per creatorẽ, ſed per creaturã iurare prohibuit, ne per huiuſmodi iuramentũ trãsferretur ad creaturã honorificentia creatoris. Quare, cum in euangelio præmiſiſſet, dico vobis non iurare omnino, ſtatim ſubiunxit, neq. per cęlũ, quia thronus Dei eſt, neq. per terram, quia ſcabellum eſt pedum ipſius, neq. per Hieroſolymam, quia ciuitas eſt Regis magni, neque per caput tuũ, quia non potes vnum capillum albũ facere, vel nigrum. & quamuis non ſit per creaturã iurandum, ſi tamen iuretur per creaturam, ſeruandum eſt quidem, dummodo ſit licitum, quod iuratur; quia teſte veritate, qui iurat in cælo, iurat in throno Dei, & in eo, qui ſedet ſuper eum. Iacobus quoq. nõ ſimpliciter prohibet iuramentum, ſed voluntatem iurandi, cum ait. Ante omnia fratres mei nolite iurare, quoniam ad iurandum non debet quemquam ſpontanea voluntas inducere, ſed neceſsitas importuna, & tunc poteſt ſine culpa iurare, dummodo illos tres comites habeat iuramentum, de quibus propheta ſic ait. Et iurabũt, viuit dominus in veritate, & iudicio, & iuſtitia; & benedicent eum omnes, ipſum quoq. laudabunt. Quod autem Iacobus ſubdit, neq. per cælum, neq. per terram, neq. per quodcumq. aliud iuramentum, iurare vetat, per quamlibet creaturã, quodcumq. ſit illud. alioquin nõ dixiſſet Apoſtolus, homines per maiores ſui iurant, & omnis cõtrouerſiæ eor. ad confirmationem finis eſt iuramentum. in quo patenter oſtendit, per quem ſit iurandũ, cum ait, homines per maiores ſui iurant, ideſt per Deum, & cur ſit iurandum, vt videlicet omnis controuerſiæ finis ſit iuramentũ. Angelus quoq. quem vidit in Apocalypſi Ioannes ſtantem ſupra mare, & ſuper terram, leuauit manum ſuam ad cælum, & iurauit per viuentem in ſæcula ſæculorum. Chriſtus etiam plus legitur dixiſſe in euangelio, quam eſt eſt, non non; cum ſæpiſsime dixerit, amen dico vobis, quod ipſe ſecundum Lucam exponẽs, cum pręmiſiſſet, amen dico vobis, quia nemo propheta acceptus eſt in patria ſua, cõſequẽter adiunxit in veritate dico vobis, quia multæ viduę erant in diebus Helię in Iſraël. Apoſtolus quoq. iurabat, cum diceret, teſtis eſt mihi Deus, & iterum. cotidie morior per gloriã veſtram fratres, quam Gręca exemplaria manifeſtiſsimam eſſe iurationem oſtẽdunt. ſi n. per ſe malum eſſet iurare, profecto non iuraſſet dominus, cum tam in veteri teſtamento legatur, Quia iurauit dominus, & non pœnitebit eum. Rurſum. iurauit dominus veritatem. immo, & præcepit in veteri teſtamento. Redde domino iuramenta. Quędam etenim prohibentur, quia per ſe mala ſunt, vt furtũ, adulterium, & huiuſmodi, quæ non ſunt aliquatenus facienda. Quædam vero prohibentur ex cauſa, non quia per ſe mala ſunt, ſed quia ſi fiant frequenter, & multum; ex his mala ſequuntur, vt vinum per ſe malum nõ eſt, & tamen prohibet Apoſtolus dicens: nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria, quoniã

ex

ex frequenti, & inmoderata potatione vini luxuria generatur. ſic & iuramentum per ſe quidem malum non eſt, cum ſit confirmatio veritatis, ſed tamen prohibetur ex cauſa, quoniam ex frequenti, & incauta iuratione periurium ſæpe contingit; ſicut in eccleſiaſtico legitur. Vir multum iurans implebitur iniquitate, & nō diſcedet a domo eius plaga. Quemadmodum ergo Paulus per neceſsitatem indulget diſcipulo ſuo Timotheo, vt vtatur modico vino propter ſtomachum, & frequentes infirmitates, ſic profecto cum neceſsitas exigit, pro re vera, licita, & honeſta poteſt ſecure iurari. quia ceſſante cauſa, ceſſat effectus. Licet ergo debeatis eſſe profecti, † vt quantū poteſtis, iuramenti vinculum euitetis; volentes tamen indemnitati monaſterij veſtri paterna ſollicitudine prouidere, ne propter defectum teſtium ſui iuris ſuſtineat læſionem, eius auc. qui dicit in euangelio. Si peccauerit inte frater tuus, corripe eum inter te, & ipſum ſolū, etſi non audierit te, adhibe tecum duos, vel tres teſtes, vt in ore duor. vel trium teſtiū ſtet omne verbum; præſenti vobis pagina indulgemus, qua. vos, & monaſterij veſtri conuerſi poſsitis in cauſis eiuſdem, deficientibus alijs teſtibus pro ipſo perhibere teſtimonium veritati.

† perfecti Greg. 9

DE EXCEPTIONIBVS. Tit. xvj.

Idem Archidiacono Richemundiæ. *Cap. 1.*

De exce. c. 1.

A Nobis fuit ex parte tua quæſitū, vtrum is, qui excōmunicato in locutione, vel oratione ſcienter cōmunicat, excōmunicatum ipſum a ſua poſsit accuſatione repellere: cum ille communionem huiuſmodi replicet contra eum. Nos igitur inquiſitioni tuæ t. reſpōdemus, quod, ipſe ab accuſatione ſua poterit remoueri, cum primus a communione fidelium ſit excluſus, ſecundus vero tantum a ſacramentorum participatione remotus.

Idem Landuñ. Epiſcopo. *Cap. 2.*

c. 3. e.

CVM eccleſiaſticę prouiſionis officium. & infra. Pro quæſtione ſiquidem quæ inter dilectos f. Nouarieñ. capitulum, & Iacobum clericum ſuper præbenda Nouarieñ. eccleſię vertebatur, tam nuntij capituli, quam idem Iacobus ad ſe. Ap. acceſſerunt, & dum in noſtra, & fratrum n. præſentia foret vtraq. partium conſtituta, pro ipſo Iacobo fuit taliter in noſtro auditorio allegatum, quod cum placuiſſet bo. me. C. præ. n. Iacobo præbendam Nouarieñ. eccleſiæ, quæ fuerat magiſtri B. de Sim. † ad preces quorundam Card. cōferre & ipſum de illa manu propria inueſtire, de Ap. ſe. mandato fuit poſtmodum in corporalem ipſius poſſeſsionem inductus, quam non permittebant eum canonici poſsidere. & infra. E contrario vero Nouarieñ. canonici reſpondentes, exceptiones quam plurimas allegabant, quib. ipſum Iacobum a perceptione præbendę repellere omnino intendebant. & infra. mandamus qua. ceteris exceptionibus non obſtantibus, ipſum I. faciatis præbendæ illius, de qua per præfatū prædeceſſorem noſtrum noſcitur inueſtitus, pacifica poſſeſsione gaudere, pręſertim cū exceptionem illam, quod præfatus I. in alia eccleſia beneficium poſsidet, ei non poſſent opponere, qui varia beneficia in diuerſis eccleſijs obtinebant.

† al. Sañ.

Idem Epiſcopo Helieñ. *Cap. 3.*

c. 4. e. & de iudicijs c. 14.

PASTORALIS officij diligentia. & infra. Quoniam autē per dilatorias exceptiones malitioſe nonnunquam cauſarum terminatio prorogatur, inquiſitioni t. reſpōdendo decernimus, vt infra certum tempus a iudice aſsignandum, omnes dilatorię proponātur; ita quod ſi partes extunc aliquas voluerint opponere, quas non fuerint proteſtatæ, nullatenus audiantur, niſi forte aliqua de nouo ſibi cōpetens exorta fuerit, vel is, qui eam voluerit opponere, fidem faciat, iuramento ſe poſtmodum ad illius notitiam perueniſſe. ſtatuimus præterea, vt principales perſonæ nō per aduocatos, ſed per ſeipſos factum proponant, niſi forte adeo fuerint indiſcretæ, vt earum defectus de iudicis licentia per alios ſuppleatur.

DE PRAESCRIPTIONIBVS. Tit. xvij.

Idem Abbati de Cetreco. *Cap. 1.*

De præſ. c. 1.

ACCEDENTES ad præſentiam noſtram dil. f. Prępoſitus ſancti Nazarij, & A. canonicus ſancti Stephani ſyndici, & procuratores dil. f. Primicerij, & cleri Mediolañ. de ordinarijs maioris eccleſiæ nobis grauiter ſunt conqueſti, quod cum ipſi legatos, & nuntios Apoſtolicæ ſe. deuote recipiant, & procurent, dicti ordinarij procurare ipſos renuunt, & procurantibus ad expenſas ſubſidium impertiri. Vnde clerici Mediol. grauę querebantur ſibi præiudicium generari. Cū n. per ciuitatem ipſam ſępe cōtingat trāſitū facere nr̃os nuntios, & legatos, quanto in

eorũ procurationib. faciendis pauciores exiſtunt,tanto facientes amplius prægrauantur, & quãto per plures onus procurationis eſſet diuiſum, tanto a facientib. facilius portaretur,quod ſi quidem ordinarij,cum pro eis,& alijs vigilare iugiter non ceſſemus,& ſpiritualia ſicut Deus dederit,omnib. miniſtrare,cur in huiuſmodi ſpeciali ſe iure tueri ſatagant, nõ videtur,præſertim,cũ & Apoſtolus dicat, ſi vobis ſpiritualia ſeminauimus,nõ eſt magnũ, ſi carnalia veſtra metamus. & inſtãtia noſtra cotidiana ſit omnium eccleſiar.ſollicitudo cõtinua,ſicut plenius norunt præſentes pariter, & remoti. Volentes autem, vt quod omnib. imminet,ab omnib.conportetur:dis.t.per A. ſ.m.qua.prædictis ordinarijs ad tuam pręſentiam cõuocatis,niſi per ſpeciale priuilegiũ ſe. Ap.præſtandis procurationib.oſtenderint ſe inmunes,etiam ſi longiſsimo tẽpore procurationis obſequiũ non impenderint;cũ in talib. præſcriptio ſibi locũ nequeat vindicare,ipſos ad procurationis ſarcinam ordine debito ſubeundum,ap.re.teneri decernas.

Idem Vimacien̄. de Coſta, & de ſancto Tornaco Prioribus. *Cap* 2.

c.11. CVM non liceat a capite membra recedere,non ſufficimus admirari, quod ſicut referente ve.fratre noſtro Bracharen̄. Archiepiſcopo noſtris eſt aurib.intimatũ, licet veſtræ eccleſiæ in ipſius ſint diœc.conſtitutę,vos tamen nullum exemptionis priuilegiũ prętendentes,obedire ſibi tamquã Epiſcopo veſtro contumaciter recuſatis.Cum igitur crimen ariolãdi ſit repugnare,& ſcelus idolatriæ nolle acquieſcere;ſuſtinere nolentes, quod ſubditi pręlatis ſuis non obediant, vt tenentur,de cõmuni f.n.con.per A.v.ſ.m.& in virtute obedientiæ diſtricte pręcipimus,qua.pręfato Archiepiſcopo,& eccleſię Bracharen̄.obediẽtiã, & reuerentiam debitam, ſicut alij clerici ſuæ diœc.faciũt,de cetero ſine cõtradictione qualibet impendatis, præſcriptione tẽporis non obſtante,alioquin ſententiam,quam idem in vos,vel eccleſias veſtras propter hoc rationabiliter tulerit,ratam habebimus, & faciemus auctore domino inuiolabiliter obſeruari.

Idem nobili viro Mataſil. *Cap*. 3.

c.13. AD audiẽtiam Apoſtolatus noſtri te cõquerente peruenit,quod quędam iura de Caſtro Palatioli,a fe.me.Alexandro Papa. p̄.n. tibi conceſſa,Caſtellanus eiuſdem caſtri reddere denegabat.porro te,ac di.fi.Leonis Conſulem ipſius Caſtri propter hoc in noſtra pręſentia conſtitutos audiri fecimus diligenter. proponebatur quidem ex parte tua præfatũ præ.n.Alex.Pap. tibi in iamdicto caſtro conceſſiſſe ſingulis annis xl.ſol.denarior.Papien̄. quos Rom.eccleſia conſueuerat ibi recipere annuatim. Inſuper comeſtiones,placita, banna,foris facta, & omnia iura, quæ ibi Ap. ſe. habebat,ſed ea tibi nulla ratione deberi Caſtellanus eiuſdem caſtri conſtantiſsime aſſerebat.Ad hoc autem probandum inducebas priuilegium prædicti PP. in quo continebatur expreſſum,prædicta omnia tibi ab eo cõmuni fratrum conſilio fuiſſe conceſſa. Inducebas etiam librum Rom.eccleſiæ cẽſualem, in quo ſimiliter continetur,ſicut Conſul cum alio concaſtellano ſuo in noſtra pręſentia recognouit;quod omnes de Palatiolo annis ſingulis tenentur eccleſiæ Rom. perſoluere xl. ſol.Papien̄.monetę.Hoc etiam nitebaris probare per teſtes,qui dicebant ſe vidiſſe prædictum cenſum nũtijs Rom.Pontificũ a quinquaginta annis infra fuiſſe ſolutum. Alia inſuper capitula per multos teſtes probare multipliciter nitebaris : ſed inter alia fuit ex aduerſo reſponſum, quod nec priuilegiũ Alex. PP.nec liber cenſualium tibi aliquid commodi afferebant;cum priuilegio vſus non fuiſſes ſpatio annorũ triginta, & librum cenſualem dicebant ſuſpectum, quia non fuerat in noſtra,ſed in magiſtri G.ſancti Hadriani diaconi Card.camera tunc inuentus.Dicebant etiã ſcriniarium alio modo ſcripſiſſe dicta ſuorũ teſtium, quam dixiſſent.Nos ergo atteſtationib.allegationibus,rationibus,& inſtrumentis vtriuſq.partis diligenter auditis,& cognitis magis auctoritatẽ priuilegij,quã depoſitiones teſtium attendentes, conſiderantes etiam librum cenſualem,quem non ſuſpectum habuimus,licet in prædicti Card. camera ſit inuentus;quia eum,quando camerarius fuerat, de camera beati Petri ſuſcepit,non credentes ipſum ſcriniarium cum iuratus ſit officium ſuum fideliter exequi, aliud ſcripſiſſe, quam a teſtib.diceretur,reſpicientes inſuper, quod eſt longe validius, ipſum negotium tangere principaliter Romanam eccleſiam, cõtra quã non niſi centenaria,currit pręſcriptio:ipſum Conſulem nomine Caſtell.in ſolutione prædicti cenſus ſ.xl.ſol.Papien̄. monetæ,& aliorum petitorum, de con.f.n.condemnauimus, auctoritate Apoſtolica firmiter iniungentes, vt tibi,nõ tamquam tibi,ſed tãquam eccleſiæ Rom.cuius auctoritate percipere debes,cuius

etiam

etiã propter prædicta beneficia vaſſallus exi ſtis, ſine difficultate perſoluant, quod conſtat a nobis de communi f.n. con.iudicatum.

Idem de Hel, Quartesſuñ. & de Hel. Werteſnuñ. Abbatibus. *Cap.4.*

c.14.c. CVM vobis alijs litteris dederimus in mã datis, vt in cauſa, quæ inter eccleſiam Hildeſemeñ. ex vna parte, & eccleſiam de Gandeſeneñ. & eccleſiam Rom. ex altera dinoſcitur agitari, teſtes ad probandam præſcriptionem recipere debeatis; inſinuatione præſentiũ vobis duximus declarandum, quod poſtquam pręſcriptio contra monaſterium ſępedictũ, & libertatẽ ipſius dicitur inchoata, ſciſſura triũ ſchiſmatum aduerſus Rom. eccleſiam interuenit. licet igitur tam legali, quã canonica ſit diffinitione ſtatutum, vt cõtra ſacroſanctam Ro. eccleſiam, quæ gaudet priuilegio ſpeciali, non niſi C. annorum præſcriptio locum ſibi valeat vindicare: tẽpora tamen intercedentiũ ſchiſmatum, quæ ſecundũ iuris ordinem curſum præſcriptionis impediunt, noluimus aliquatenus computari; ſed diligenti cõſideratione adhibita, de ipſa ſupputatione deduci.

Idem Helieneñ. & Roſiñ. Epiſcopis. *Cap.5.*

c.15.c. AVDITIS, & intellectis atteſtationib. inſtrumẽtis, & allegationib. in cauſa, quæ vertitur inter ve.f.n. Wigorneñ. Epiſcopũ, & dilectum filiũ Euashamereñ. Abbatem ſuper eccleſijs in valle de Vasham conſtitutis, quas Epiſcopus aſſerit ad ſe diœceſana lege ſpectare, Abbas autẽ eas eſſe ab eius iuriſdictione prorſus exemptas; cognouimus euidẽter eccleſias ipſas per priuileg. Rom. Põt. nõ eſſe ab Epiſcopali iuriſdictione ſubtractas, niſi forte vallis de Euashã ſit ille locus, quẽ a duob. Regibus Kenredo videlicet, & Offa. libertati donatum bo.me. Conſtantinus PP. libertati donauit, ſicut in ipſius priuilegijs continetur. Verum tanto tempore probantur per teſtes ab Abbatib. Euashãmeñ. pleno iure poſſeſſę, vt videantur in eis ius Epiſcopale legitime præſcripſiſſe, niſi forte per tantum temporis Wigornieñ. eccleſia interim vacauiſſet, vt tẽpore vacationis ſubducto pręſcriptio minime ſit completa. & infra. Quo circa diſ.v. per A. ſ.m. qua. inſpectis priuilegijs prædictorũ Regum, quæ Abbas ſuper prædicta libertate aſſerit ſe habere, ſi per illa conſtiterit, quod vallis de Euesham. ſit ille locus, quem præ. libertati donauit, abſoluatis Eueshameñ. Abbatem ab impetitione Wigorneñ. Epiſcopi ſuper eccleſijs me. & adiudicantes illas Abbati pleno iure ſubiectas, Epiſcopo ſuper illis ſilentium imponatis. Quod ſi Abbas in hac probatione defecerit, audiatis probationes ſuper tempore, quo infra xl. annos ſedes Epiſcopalis vacauit, etſi per tantum temporis vacaſſe conſtiterit, vt illo ſubducto non ſit quadragenaria completa præſcriptio: vos in illis eccleſijs ius epiſcopale adiudicetis Epiſcopo, & ſuper illo perpetuum ſilentium imponatis Abbati: ſi autem exceptionem huiuſmodi Epiſcopus non probauerit, quia tamen interruptionem probauit circa proceſsionem pentecoſtalem in villa, & in eccleſia de Mortuna, & receptionem, ac procurationem Archidiaconi, nec non ſolutionem denarior. ſancti Petri in valle de Euesham. circa cognitionem quoq. cauſarum matrimonialium, & capellã, ſuſpenſionem in prædicta villa de Mortuñ. & interdictum capellanum, in præfata villa de Eueſtan. vos ſuper his ius epiſcopale adiudicetis eidem, ſi tamen circa ſuſpenſionem, & interdictum huiuſmodi infra xl. annos interruptio facta fuit, in ceteris ei ſilentium imponentes, quæ Abbas pręſcripſiſſe probatur.

Idem Pariſieñ. Epiſcopo. *Cap.6.*

C V M ex officij ſui debito Senoneñ. prouinciam viſitaret ve.f.n. Archiepiſcopus Senoñ. per Pariſieñ. diœc. tranſitum faciens ad Abbatis ſancti Maglorij prioris de Caſtres, & quorundam aliorum eccleſias neceſſe habuit declinare, a quibus cum procurationem ſibi debitam poſtularet, ipſi eam exactam inhumaniter negauerunt, illam ſoluere penitus contemnentes; ad ſuæ negationis defenſionem hoc ſolum allegantes, quod non meminerint ſe procurationem huiuſmodi, prædeceſſoribus eiuſdem Archiepiſcopi exſoluiſſe, ſed nec ab eis aliquando fuiſſe petitam. Idem vero Archiepiſcopus propter procurationem ſibi minus rationabiliter denegatam; illos auctoritate reſcripti; quod ſuper hoc a ſe. Ap. impetrauit, ab officiorum executione ſuſpendit; eoſdem poſtmodum, quoniam ſuſpenſionis ſententiam nõ ſeruabant, vinculo excommunicationis aſtringens, quod totum in ipſius Archiepiſcopi litteris perſpeximus contineri, qui eandem ſententiam petebat auctoritate Apoſtolica confirmari. Nos igitur præmiſſam allegationem eorum nullam penitus reputantes, cum contra procurationem, quæ ratione viſitationis debetur, pręſcribi nequiuerit, quemadmodũ nec

c.16.c. & ſupra de maior. & ob. c.5. has collectione

cōtra viſitationem ipſam poteſt aliquo modo pręſcribi, & ſi alius contra eum pręſcribere poſſet vtramq. ſ.t. per A.s.m.qua. ſentētiam, quam incontemptores prædictos, tam noſtri auctoritate reſcripti, quam antiqua metropolis conſuetudine tulit Archiepiſcopus memoratus, vſq. ad ſatisfactionem condignam, per tuā diœc. facias inuiolabiliter obſeruari. Quia ſecundum legem diuinam, non eſt os boui trituranti claudendum, & ſecundum Apoſtolum, qui ſpiritualia ſeminat, non eſt magnum, ſi metat carnalia; cum nemo cogatur ſuis ſtipēdijs militare. Si quid enim aliud, quam ſuperius fuerit allegatum, contra intentionem Archiepiſcopi ſæpefati obicere voluerint, & probare: nos eis faciemus iuſtitiæ plenitudinem exhiberi.

Idem Archiepiſcopo Piſano. *Cap. 7.*

c.17.e. SI diligenti. & infra. Licet igitur ex his, quæ præmiſimus, cōtemptis monitis noſtris, & mandatis, quibus fraternitatem tuam frequenter niſi ſumus inducere; vt dil.f.G.Marchionem Maſſæ iudicem Calaritañ. a iuramento fidelitatis abſolueres, quod exhiberi tibi, & eccleſiæ Piſanæ feciſti; vt eo non obſtante nobis, & eccleſiæ Rom. iuraret, non ſolum aſperitate verborum, ſed executione forſitā in te potuiſſemus procedere eccleſiaſticę diſciplinæ, cū iudicatus Calaritanus ad ius, & proprietatem beati Petri pertineat, ſicut tota Sardinia nullo pertinet mediante, nec ex parte tua ſit quicquam rationabiliter allegatum, quare tibi licuerit pro te, vel eccleſia tua a prędicto Marchione fidelitatis exigere iuramentum. & infra. Super alio vero articulo taliter reſpondiſti, quod ab eo tempore, quo fuiſti aſſumptus ad præſulatus officium, iuramentum fidelitatis per ſe. Ap. ab ipſis iudicib. recepiſti, ſciens Archiepiſcopum Villanum p̄. tuum virum magnæ auctoritatis, & honeſtatis, qui longo tēpore in curia Romana extitit Card. ipſe plenius nouit conſuetudines, & ſtatuta, & omnes p̄. tui, qui fuerūt viri magnæ auctoritatis, ſic de antiqua cōſuetudine tenuiſſe pariter, & feciſſe, cum nihil tibi, vel ipſis hactenus ab Ap. ſe. fuiſſet obiectū. Nos igitur his, & alijs, quę di. f. magiſter Bondinus nuntius tuus proponere voluit, plenius circūſpectis, non intelleximus te, vel eccleſiam tuā aliquo iure ſubnixam, quo valeas a mandati noſtri executione rationabiliter excuſari, cū auctoritatē ſe. Ap. non oſtēdas, per quā a prędictis iudicib. tu, & anteceſſores tui fidelitatis exegeris iuramenta, nec pręſcriptione aliqua muniaris, cum ſecundum confeſsionem tuā, non eccleſia Piſana, vel tu fueris in quaſi poſſeſsione iuris exigēdi huiuſmodi iuramentū, quod pro ſe. Ap. ab ipſis iudicib. receptū fuiſſe fateris, per quod conſtat eccleſiam Ro. ſemper quaſi in poſſeſsione fuiſſe, cum pro ea miniſterio tuo, & anteceſſorū tuorum exactum fuerit, & præſtitum iuramentum, & is etiam poſsidere dicatur, cuius nomine poſsidetur. ſi vero dicatur, quod nomine tuo, & anteceſſor. tuor. & non nomine noſtro, & eccleſię Rom. ſępe nominatum fuerit iuramentum exactū, poſſet inferri, quod iuramentum pręſtitū de conſeruādo iure, & honore Ap. ſe. fuerit violatum. Vnde licite retineri non poſſet, quod contra iuramentū huiuſmodi fuerit ſcienter obiectum; cum etiam ſecundū hoc locū præſcriptio habere nō poſſet, cum in pręſcriptione rerum eccleſiaſticarum, bona fides, & iuſtus titulus exigatur; cum ſi etiam locum potuiſſet habere pręſcriptio, non credimus centenariam pręſcriptionem, quæ ſola currit ad uerſus Rom. ec. poſſe probari.

Idem Lucañ. Epiſcopo. *Cap. 8.*

CVM olim frater Epiſcope cū dil. f. Abbate, & monachis ſancti Saluatoris de Fiche co ſuper plebe de Salamazañ. & adiacentib. capellis ipſius in noſtra præſentia litigando, inſtitutionem in eis, & alia ad ius Epiſcopale ſpectantia vindicares, ad fundandam intentionem tuam, ius cōmune principaliter allegabas, cuius auct. dicebas, vniuerſa ſpiritualia in prædictis locis, quæ ſunt in tua diœc. cōſtituta, ad te tamquā ad diœceſanū Epiſcopum pertinere; arbitrium præterea ſuper hoc promulgatū a bo. me. Piſtorieñ. Epiſcopo, & Archipresbytero, ac Primicerio Lucano a partibus electis allegās, quod ab vtraq. parte fuerat cōmuniter approbatum. & infra. Ad elidendam autē intentionem tuā Abbas prędictus felicis re. Greg. vij. Papæ. p̄. n. priuilegium exhibuit, quod prædictū arbitrium multo videbatur tēpore proceſſiſſe, per quod tam Fithen thę monaſterū, quā plebs, & capellæ prædictę videbātur libertate donatę. & infra. Aliorū quoq. Rom. Pont. Vrbani. i. Paſchalis, Calixti, Eugenij, Anaſtaſij, Hadriani, Alexādri, & Lucij dictus Abbas priuilegijs vtebatur, poſt arbitriū promulgatū optentis, quæ libertatis ſibi priuilegia concedere videbantur. & infra. Nos igitur his, & alijs, quæ corā nobis vtrimq. fuere propoſita, perſpiciter intellectis, quia prædictus Abbas ſufficienter oſtendit, monaſterium ſuum ſuper inſtitutionib. de- c.18.e.

deſtitutionibus, & ordinationibus Plebani, & clericorum, baptiſmo, & pænitentia in leuioribus culpis, ſepultura, decimarum perceptione, a diuinis officijs celebrandis tam in plebe, quam in capellis etiam ſupradictis, in excommunicando, atq. interdicendo, & etiã abſoluendo, legitima præſcriptione inunitũ, Abbatem ipſum ab impetitione tua ſuper iamdictis articulis, de conſilio f. n. duximus abſoluendum, ſuper illis tibi perpetuũ ſilentium imponendo: ſuper alijs omnibus, quæ ad ius Epiſcopale ſpectare noſcuntur, iuxta tenorem arbitrij eundem Abbatem, quoad plebem, & capellas prædictas ſententialiter condemnantes.

DE SENTENTIIS, ET RE IVdicata. Tit. xviij.

Idem Atrebaten. Tornacen. Morinen. Epiſcopis, & electo Cameracen. Cap. 1.

Non ponitur.

CVM illius. & infra. Sane licet tẽpore fe. re. C. PP. prę. n. quęſtio inter dilectam in Chriſto filiam nobilem vxorem quõdam Philippi Comitis Flandriæ, & capitulũ Siclinien. eccleſiæ ſuper electione Prępoſiti fuerit diutius agitata, & ſuper cauſa ipſa reſcripta a ſe. Ap. emanaſſent, nouiſsime tamẽ vtriuſq. partis nuntij ad ſe. Ap. accedentes poſt euiſdem. p̃. n. obitum ſuas propoſuerunt in noſtro auditorio quæſtiones. Et primo quidẽ dil. f. magiſter C. præfatę Comitiſſę procurator, & nuntius pro ea taliter allegauit, quod cũ obeũte G. quondã Siclimeñ. Prępoſito Siclimeñ. prępoſitura vacaret, ipſa, ad quã terra illa iure dotalicij ex dono p̃dicti Comitis fuerat deuoluta, ſicut idẽ Comes a lõgis retro tẽporib. cũ Siclimeñ. præpoſitura vacauerit, in eadẽ eccleſia Prępoſitũ dinoſcitur elegiſſe, vti iure ſuo cupiens, virum idoneum, litteratum & honeſtum, qui non habebat alium perſonatum, magiſtrum C. in Præpoſitum Siclimeñ. elegit, & ad Siclimeñ. † eccleſiam deſtinauit. Rogans, & poſtulans a canonicis eccleſiæ me. vt ei ius ſuum conſeruantes illęſum, illum, quem ad eos deſtinauerat, recipere in Præpoſitum non differrent. Quem cum in eccleſia canonici reſidentes admittere penitus recuſaſſent, ipſa Comitiſſa ius ſuum, & electionem, quã fecerat, ſub Apoſtolica protectione conſtituit, & ad Rom. eccleſiam appellauit. Poſtea vero de communi aſſenſu capituli eccleſiæ me. fuerit interpoſita appellatione prohibitum, ne quis ab eis nominaretur in Præpoſitum, niſi communi deliberato cõſilio, ſicut in litteris quorumdam canonicorũ eiuſdem eccleſiæ manifeſte conſpicitur contineri, quinq. tamen canonicorum dil. f. Io. de Betunia, qui ſeptem alias habere dignoſcitur prælaturas, aliorũ aſſenſu minime requiſito, qui erant abſentes, & qui reſidentes in eadem eccleſia erant apud Siclinium, nõ vocatis, nullumq. aſſenſum ipſi electioni præbentibus in Præpoſitum elegerunt, & inſtallauerunt eundem, cõtra cuius inſtallationem ex parte Comitiſſæ iterato fuit ad ſe. Ap. appellatũ. Verũ cum cauſa eadem tibi frater Atrebateñ. Epiſcope, & tuis coniudicibus fuiſſet ab Ap. ſe. commiſſa, & ab examine veſtro neutra partium appellaſſet, prædictus Ioannes de Betunia ignorante parte altera nuntium ſuum latenter ad ſe. Ap. deſtinauit, & ſe ſimplicem clericũ Ioannem ſ. de Betunia doloſe faciens appellari, & falſo ſignificans violentiam per Comitiſſam Siclimeñ. Canonicis irrogatam, & de interpoſitis appellationibus ab eadem Comitiſſa mentione nõ habita ſe aſſerens electum canonice in Præpoſitum a pręfato p̃. n. ad ve. f. n. Epiſcopum, & dil. f. Decanũ, & Prępoſitum Sueſsioñ. litteras impetrauit, quibus datum eſt in mãdatis, vt eandem Comitiſſam denuntiarent excommunionis vinculo detineri, & tamdiu ab omnib. euitandam, donec canonicis Siclimeñ. eccleſiæ paſsis iniuriã de ablatis omnib. & irrogatis iniurijs ſatiſfaceret competenter; & de ſpeciali eſſet mandato ſe. Ap. abſoluta. Qui etiam ſollicite prouiderẽt, vt ſi electionẽ Præpoſiti ad dictos canonicos ex legitimis eorum aſſertionib. cognoſcerent pertinere, ſæpe nominatæ nobili, & cuilibet laicæ perſonæ perpetuum ſilentium imponerent, & facerent Prępoſitũ ipſum collatę ſibi canonicæ dignitatis ap. re. pacifica poſſeſsione gaudere. Nos igitur, quib. ex ſuſceptæ incumbit administrationis officio diligere iuſtitiam, & odire iniquitatem, cũ fratrib. noſtris vtriuſq. partis allegationib. & † reſcripta diligentius intuẽtes, cognouimus euidenter, cõmiſſionẽ ad Sueſsioñ. iudices per precũ mẽdacia impetratã, cũ ipſius Ioannis ſuppreſſum fuit nomẽ cuiuſlibet dignitatis, & interpoſitę app. a Comitiſſa, vel ab alio, nulla in eis mẽtio haberetur, & mendax precator carere debeat impetratis. Pręterea nõ eſt aliqua ratione credendum, quod idem prædeceſſor noſter ſine cauſæ cognitione pręfatam Comitiſſam voluit excommunicatione notari, vel ei ſuper iure ſuo perpetuum ſilentium imponi;

† Siclinien.

† allegationes malo

cum

cum merita cauſarũ partium aſſertione pan-
dantur. Item ipſi iudices Sueſſioneñ. videtur
in reſcriptis, quæ perſpeximus, diſcordare,
cum in litteris, quas poſteriorib. iudicibus di
rexerint, ſe aſſerant vtriuſq. partis receptis te
ſtibus ad ſententiam proceſsiſſe, & in reſcri-
pto prolatæ ſententiæ ſe non vtrimq. ſed ex
parte canonicorum recepiſſe teſtimonia fate-
antur. ex præmiſsis itaq. & alijs rationib. tam
priorum, quam poſteriorum iudicum inor-
dinatas ſententias cognoſcentes, quidquid
ſuper cauſa ipſa occaſione prædictarum cõ-
miſsionum ordinatũ dinoſcitur, vel ſtatutũ,
de f.n. cõſilio decernimus non tenere: ad illũ
ſtatum illud negotium reducẽtes, quem ante
cõmiſsionem primam dinoſcitur habuiſſe.

Idem Archid. & ſacriſtæ Magalon. Cap. 2.

De ſent C V M olim bo. me. Magalon. Epiſcopus
& re iu P. de Caſtro nouo ad vacantem Archidiaço
c.12. natum eiuſdem eccleſiæ nominaſſet, Præpo-
ſito, vt nullus ibi, niſi prius duplici ſibi voce
conceſſa inſtitueretur, per app. interpoſitam
inhibente. & infra. Epiſcopus dictum P. de
Archid. per ſuum anulum inueſtiuit in locũ
Archid. corporaliter illũ induens. Vnde Præ
poſitus alium ad eundem Archidiaconatum
nominare præſumpſit, cuius facti occaſione,
tam Prępoſitus, quam idem P. Apoſtolico ſe
conſpectui præſentauit. & infra. Tandem di-
ctus præ. noſter, quod ab vtraq. parte factum
fuerat pro ſua voluntate caſſauit; ſententian
do pronũtians, quod aliquibus de prouincia
ſcriberet, vt tam Epiſcopum, quam perſonas
ad ordinandum concorditer Archidiaconatũ
monerent, & eorum forte monitis non admiſ
ſis, hoc ipſi auctoritate Ap. exequi non diſ-
ferrent. poſt hæc vero G. qui nondum ad dia
conatus erat promotus officium, præter con
ſcientiam prælati P. procuratoris Epiſcopi
apud Ap. ſedem tunc morantis ipſum Archi
diaconatum contra propriam pronuntiatio-
nem contulit, ſicut credimus, circumuentus.
Nos igitur inhærentes veſtigijs præ. n. dicen-
tium ſententiam Ro. ſe. poſſe in melius com-
mutari; cum aliquid fuerit ſubreptum, quod
in prędicto G. factum eſt, non obſtante dona
tione, quã a te frater Epiſcope in eluſionem
donationis Ap. nuper dicitur recepiſſe, de cõ
muni f.n. con. in irritum reuocamus, & ei licet
abſenti, cum de ſubreptione liquido conſtet,
ſuper ſupradicto Archidiaconatu perpetuũ
ſilentium imponentes vobis præſentium au-
ctoritate mandamus, quatenus nullius con-
trad. vel ap. ob. infra vnius menſis ſpatiũ poſt
harum ſuſceptionem litterarum ſępedictum
Archidiaconatum de perſona, cui nihil de ca
nonicis obuiet inſtitutis, plena omnium ve-
ſtrum, qui præſentes fuerint in eccleſia, inter
ueniente concordia ordinare curetis.

Idem Abbati, & conuentui ſancti Zenonis Veroneñ. Cap. 3.

C V M inter vos pro eccleſia veſtra, & eiuſ
Muſeñ. Archipresbyterum, & clericos ſancti
Proculi nomine eccleſiæ ſuæ ſuper ſubiectio
ne eccleſiæ ſancti Proculi, & alijs multis ar-
ticulis quæſtio verteretur coram Cõpoſtell.
Archiepiſcopo, & R. ſubd. & capellano no-
ſtro, quos vobis dedimus auditores: ex parte
tua fili Abbas fuit propoſitum, quod dicta
eccleſia monaſterio ſancti Zenonis pleno iure
debet eſſe ſubiecta, vid. inſtitutione, deſtitu-
tione, vel inueſtitura Archipresbyteri, & eiuſ
dem fidelitate, ipſius, & fratrum obedientia,
correctione, repræſentatione ad ordines, ton-
ſuratione, ſuſceptione chriſmatis, litanijs, &
alijs ſimilibus, per quę plena ſubiectio decla-
ratur. Ad quod probandum inſtrumentũ pu
blicum conceſsionis bo. me. Brunoñ. quon-
dam Veroneñ. Epiſcopi pars tua in medium
producebat: quam conceſsionem ſucceſſor
eius Theobaldus ratam habuit, & etiam con
firmauit, ſuper his quoq. tam Romanorũ Põ-
tificum, quam Patriarchar. Aquilegieñ. priui
legia, & confirmationes induxit, quorũ vnus
ſ. Godefridus de ſubiectione plenaria in pri
uilegio ſuo euidenter expreſsit, quod ſub te-
ſtimonio R. quõdam Veroneñ. Epiſcopi, qui
eiuſdem eccleſiæ Archipresbyter extitit, fa-
ctum fuerat, & cõpletum, & in ea a priore
monaſterij ſancti Zenonis mãdauit vice ſua
ſubſcribi, ſicut in inſtrumento publico con-
tinetur, adiecit etiam pars tua, quod inter dil.
f.n. quondam Abbatem eiuſdem monaſterij,
& Sicherũ Archipresbyterũ, & fratres ipſius
procedente tempore de fidelitate, & obedien
tia manuali controuerſia fuit exorta. Ad quę
duo dictus Archipresbyter cum fratrib. ſuis
dumtaxat teneri negabat, & ſuper his teſtes
producti fuerunt. Tandem præfatus R. Ve-
roñ. Epiſcopus, rationibus vtriuſq. partis au-
ditis, & cognitis, quendã Card. ſequens, a quo
fuerat iudicatum, quod vel Archipresbyter
eccleſiam dimitteret, aut Abbati obediẽtiam
repromitteret, credẽs etiam, quod teſtes vera
depoſuerint coram eo, qui de fidelitate mani
feſtum protulerant teſtimoniũ, idem & ipſe
ſententialiter diffiniuit, ſicut in inſtrumento
publico perſpeximus cõtineri, cuius ſentẽtia
cũ

cum nulla fuerit app. ſuſpenſa in rem tranſijt iudicatam, quam aſſerebant nullo poſſe iuris remedio attemptari, a cuius prolatione, vſq. ad hæc tempora quinquaginta annorum ſpatium eſt tranſactum, per quod monaſterium ſancti Zenonis præfatam eccleſiã pleno iure poſſederit, & quod prædictus Archipresbyter, & fratres eius præteriti, & pręſentes obedientiam Abbatibus ſancti Zenonis fecerunt. & infra. Cum itaq. hæc, quæ præmiſimus, & ſimilia multa præfati auditores nobis, & fratrib. noſtris prudenter, & fideliter retuliſſent; nos cõmunicato f. n. con. quamuis forte dicto inſtrumento donationis non ſit plurimũ innitendum, nec cõfirmationib. vel priuilegijs, quę de ipſo cauſam, & originem acceperunt; attendentes, quod quantũ ad litigantes ipſos ius ex ſentẽtia factum fuit, poſtquam in rem tranſit iudicatam. etiamſi contra ius litigatoris lata fuiſſet, cum contra ius conſtitutionis expreſſe lata non fuerit, veritate geſtorũ ſermonib. præualente, quæ præſumuntur rite per omnia celebrata, ſtatuimus, & per ſententiã diffinimus, vt Archipresbyter ſancti Proculi, qui pro tẽpore fuerit, fidelitatem, & obedientiam præſtet Abbati ſancti Zenonis.

Idem Canonicis Nouarieñ. *Cap. 4.*

c. 14. e. CAVSAM, quæ inter vos, & dil. f. A. Siccum clericum ſuper prębenda Nouarieñ. eccleſiæ vertebatur, quę quondam fuerat ve. fratris n. Nouarieñ. Epiſcopi, de qua ſe dicebat idem A. per bo. me. C. PP. pręd. noſtrum fuiſſe per anulum inueſtitum, coram nobis diutius ventilatã, ven. tandem fratri n. Laudeñ. Epiſcopo, de conſenſu partium ap. re. cõmiſimus terminandam, qui ſicut ex litteris ipſius accepimus, vtriuſq. rationibus plenius intellectis pro vobis contradictum A. diffinitiuam ſententiam promulgauit, a qua fuit ad noſtram audientiam appellatum. dicto igitur A. & magiſtro L. & V. procuratoribus eccleſiæ veſtrę in noſtra propter hoc pręſentia cõſtitutis, idem A. probare multipliciter nitebatur, ſententiam ipſam inique latam fuiſſe, ac propter hoc debere nõ inmerito retractari, dictis procuratoribus veſtris defendentib. ſententiam, & eam petentibus confirmationis noſtræ præſidio communiri. Nos igitur auditis, quæ fuerant hinc inde propoſita, & diligentius intellectis, habito ſuper hoc cum fratribus noſtris diligẽti tractatu, licet ex parte ipſius A. fuiſſet propoſitum, quod contra formã mandati noſtri dictus Epiſcopus ſententiam promulgauerat, ſicut per atteſtationes nitebatur probare, quia tamẽ iudicis animus non ſemper ad vnam probationis ſpeciem inclinatur, & ipſa ſententia nil continebat iniquũ, & eidem iudici, de cõmuni aſſenſu partium, cauſa fuerat ap. re. commiſſa, qui vt ſententiam ferret, poſt examinationẽ cauſæ ab vtraq. partium fuerat requiſitus, ſententiam ipſam, de fratrum noſtrorum con. auctoritate curauimus Apoſtolica confirmare, ac eam per ve. f. n. Portueñ. Epiſcopum diffiniuimus obſeruandam.

Idem Conſtantieñ. Epiſcopo. *Cap. 5.*

QVOD ad conſultationem. & infra. Si autem, quod a nobis ſimiliter poſtulaſti, vtrũ app. ſit clerici deferendum, qui purgationem indictam ſibi per ſententiam, & ad ipſius receptionem terminum competentem, puta xx. dies, vel amplius ſine contradictione recipiẽs, & ad diem veniens cõſequenter appellat, cauſam non exprimens appellandi, nec ſit locus niſi ſuſcipiendę purgationi, & executioni ſententiæ, a cuius latione, ac purgatione iniũcta vltra decennium dicitur eſſluxiſſe. taliter credimus reſpondendum, quod cum poſt x. dierum ſpatium ſententia in auctoritatem rei tranſeat iudicatæ, qui ad prouocationis ſubſidium infra idem tempus non recurrit, appellandi ſibi aditum denegauit, cum per hoc videatur interpretationem iuris latæ ſententię paruiſſe, præſertim vbi cauſa nõ redditur appellandi, ſed nec executionem ipſius ſententiæ ideo conuenit retardari: licet ad hoc agendum quadrimeſtre tempus regulariter ſit ſtatutum; quia id artari poteſt nonnunquam a ſedente in medio, & etiam prorogari: & qui ab initio ſponte recepit terminũ breuiorem, imputare ſibi poteſt, & debet, cum ex hoc videatur amplioris beneficium contempſiſſe. Vnde talis non audietur appellans, niſi forte aduerſus eum modus executionis canonicus excedatur. c. 15. e.

Idem Decano, Cancellario, & C. Canonico Landuneñ. *Cap. 6.*

SICVT nobis veſtris litteris intimaſtis, cum cauſa, quæ inter H. ſubd. & Huardum presbyterum ſancti Clementis ſuper quinq. frumenti modijs vertebatur, qui dicebantur ipſi Henrico per annos ſingulos exſoluendi, ex delegatione noſtra vobis cõmiſſa fuiſſet, & partib. in veſtra pręſentia conſtitutis, idem Henricus reſtitutionem ſibi fieri poſtularet, aduerſarius ſe ad hoc non teneri reſpondit, cum alia vice ſuper hoc coram iudice cõuentus fuerat, & ſententialiter abſolutus; quod c. 16 e.

 oſten-

oſtendere voluit, duorum teſtimonio ſacerdotum, ex quorum depoſitione vobis conſtitit, quod magiſter A. ex parte ve. f. n. Epiſcopi Laudun̄. Huardum presbyterum per iudiciũ abſoluit ab impetitione ſubdiaconi me. Verũ quia teſtimonium ipſorum quaſi nude prolatum fuerat, cum de allegationibus, teſtibus, & rationibus, quæ iudicem mouere ſolent ad ſententiam proferendam, nil ſe ſcire dixiſſent, variatum fuit inter iuris peritos, a quibus conſilium poſtulaſtis, alijs aſſerentib. tale iuramentum, quod valeret. Vnde in hac ambiguitate, quid tenendum ſit, ſedem duximus Ap. conſulendam. Cum autem in pleriſq. locis, in quibus copia prudentum habetur, id moris exiſtat, quod omnia, quę iudicem mouerant, non exprimantur in ſententijs proferendis, vobis taliter reſpondemus, quod cum ex depoſitionibus teſtium prędictorũ conſtiterit vobis ſententiam a iudice fuiſſe prolatam, propter auctoritatem iudiciariam præſumi debeat omnia legitime proceſsiſſe.

Idem Aſtoricen̄. Epiſcopo, ſancti Iſidori Legionen̄. & de Cantazeto Abbatibus. *Cap. 7.*

c.17.e. CVM ſuper controuerſia, quæ inter ve. f. n. Aurien̄. Epiſcopum ex vna parte, & monaſterium Cellæ nouæ ſuper ſtatu ipſius ex altera vertebatur, pro ipſo Epiſcopo diuerſæ ſententiæ latæ fuiſſent, O. Archidiaconus, & nuntius ve. f. n. Ouetenſis Epiſcopi ad Ap. ſe. accedens per eos Oueten̄. eccleſiam lęſam grauiter conquerebatur; ad quam illud proponebat monaſterũ pertinere. & infra. Poſtquam igitur hæc, & ſimilia nobis, & fratrib. noſtris prefati Card. fideliter retulerunt, quia conſtitit nobis per legatorum litteras, a duob. cum tertius intereſſe nequiuerit, ſicut ex ipſius etiam aſſertione tenuimus, apud ſe. Ap. conſtituti, fuiſſe proceſſum, & contra ipſorũ ſententiam ex parte monaſterij nihil rationabile fuit propoſitum, & oſtenſum, quare debuerit irritari, eam communicato fratrum n. cõ. quãtum ad monaſterium ipſum duximus confirmandam, ſibi imponentes ſilentiũ perpetuum in hac parte. Ceterum, quia ſuper appellatione eccleſiæ Oueten̄. non potuimus elicere veritatem, cauſam ipſam veſtro duximus examini cõmittendam, per A. ſ. m. qua. ſi conſtiterit appellationem pro eccleſia Oueten̄. rationabiliter interpoſitã, & ad eam proſequendam nuntium eccleſiæ Oueten̄. infra tempus legitimum deſtinatum fuiſſe, executio ſentẽtiæ differatur; ne circa poſſeſsionem eandem Oueten̄. eccleſia detrimentum incurrat, alioquin ea, ſicut ius expoſtulat, executioni abſq. eccleſiæ Oueten̄. prędiudicio demandetur, quib. quæ præmiſſa ſunt, non prędiudicant, quominus valeant conſequi rationem. cum res inter alios acta, non noceat regulariter alijs, iuxta canonicas conſtitutiones, & ciuiles.

Idem. *Cap. 8.*

CVM Beltodus † miles curiam ſuã, ſiue fundum in Weſtufen. quondam peregrino militi pignori obligaſſet, eodem B. ſublato de medio Artongus nepos eius, qui ſucceſsit eidem, Argentinen̄. diœc. vacante eccleſia eiuſdem loci in Veſtufen̄. aſſerens, quod ius patronatus cum vniuerſitate tranſiſſet in eum, Brunum clericum eiuſdem diœceſis ad preces bo. me. C. Argentin. Epiſcopi eiuſdem loci Archidiacono ad ſupradictam eccleſiam præſentauit, qui de conſenſu, & volũtate Epiſcopi ipſum inſtituit in eandem, in poſſeſsionem induci eum faciens corporalem. Prædictus vero Ber. dominus fundi aſſerẽs, quod ſibi retinuerat ius patronatus expreſſe, cum fundum obligauerat creditori, T. ſacerdotem memorato Epiſcopo pręſentauit, ſed Epiſcopus ipſum admittere renuit pro ſuæ arbitrio voluntatis. Cum autem præfatus Epiſcopus viam fuiſſet vniuerſæ carnis ingreſſus, dictus T. aduerſus memoratum B. ſuper predicta eccleſia coram ſubſtituto electo depoſuit quęſtionem, a cuius examine fuit poſtmodũ ad venerabilem f. n. Remen̄. Archiepiſcopũ ſanctæ Rom. eccleſiæ Card. tunc Epiſcopũ Pręneſtinum Ap. ſe. Le. appellatum, qui dil. f. Abbati noui Caſtri, & Decano ſancti Thomæ Argentin̄. mandauit, vt audirent hinc inde propoſita, & receptis teſtibus, & redactis in ſcriptis depoſitionibus eorundem, eam ſub ſigillis ſuis miſerunt ad Archiepiſcopum me. partibus termino peremptorio aſsignato; ad quem cum ſæpedictus B. cum ſuis atteſtationibus acceſsiſſet, nec per ſe, nec per reſponſalem idoneum dictus T. coram eo comparere curaſſet, ipſe atteſtationibus eiuſdem B. ſicut in ipſius litteris perſpeximus contineri, diligenter inſpectis, ipſum ab impetitione ſæpedicti F. ſententiando reddidit abſolutum, eidem T. imponens ſilentium ſuper eccleſia memorata. Poſt autem ſępedictus T. ad eiuſdem Archiepiſcopi præſentiam cũ atteſtationib. ſuis infra breue tempus accedens, iuſtam cauſam abſentiæ allegauit; Archiepiſcopus vero prædicto Argentino electo, & di. f. Alteſiluę. & Turcelbucen̄. Abbatibus per ſuas dedit lit-

c. II c.

† Berteldus alij

litteras in mandatis, ſi præfatus T. iuſtam ab
† eiſdē ſentię cauſam oſtenderet coram eis, demum† prædictam ſententiam nullius decernerent
ſrie
eſſe valoris, vtriuſq. partis atteſtationibus diligenter inſpectis, cauſam ipſam fine debito terminarent, alioquin ſententiam, quam ipſe tulerat, facerent firmiter obſeruari. Verū cū dictus electus alijs negotijs impeditus intereſſe non poſſet, vices ſuas R. canonico Argentin. commiſit, præfatis Abbatibus ſententias cōmittētibus maiori Præpoſito, & Scholaſtico Argentiñ. qui in negotio procedētes, teſtes ſuper prædicto articulo receperunt, vel eorum redactis depoſitionibus in ſcriptis, prędictus B. aſſerens ſe grauari ab eis, vocem ad nos appellationis emiſit. Cū igitur vtraq. pars cum atteſtationib. ſignatis ſigillis prędictorum iudicum ad noſtram præſentiam acceſſiſſent, licet dictus T. iuſtā cauſam abſentiæ minus ſufficienter probaſſet, nec tamen præiudicaret opinio veritati; volentes in veritate procedere, cum Chriſtus ſit veritas: di. f. R. Idem p̄nica diaconū Card. eis conceſsimus auditorem, qui cum ea, quæ coram ipſo propoſita fuerant, nobis plene, ac fideliter retuliſſet, nos vtriuſq. partis atteſtationib. ac ſententia præfati Epiſcopi diligenter inſpectis, quia eundem Archiepiſcopū ex tenore ipſius ſententiæ inuenimus circūuentum, tum quia continebatur in illa, quod per atteſtationes ipſius B. fuerat ſufficienter probatum, quod præfatus Arthongus in poſſeſsione iuris patronatus extiterat, cum eundem B. ad prędictam eccleſiam præſentauit; cum tamen per atteſtationes illas nil aliud ſuper hoc fuerit oſtenſum, niſi quod pro quodam iure, quod de illa eccleſia conſueuit exhiberi patronis, prædicti Peregrinus, & Arthongus annuatim decem ſol. acceperunt; quos tamen plebanus eiuſdē loci ſemper cōtradicebat prębere, tū quia in eadē ſentētia dicitur, quod dictus T. penitus in probatione defecit, cum per atteſtationes ſuas appareat manifeſte, ipſum ſuā intētionem ſufficienter probaſſe: tum quia etiam cauſam non receperit ſufficienter inſtructam; cum vnius tantum partis atteſtationes receperit, quæ parum faciebāt ad cauſam. His, & alijs intellectis ſententiam duximus irritandam, memorato T. adiudicantes eccleſiam ſupradictam, cum per atteſtationes nobis cōſtiterit euidenter, ipſum a vero patrono fuiſſe ad ſæpefatam eccleſiam præſentatum, aduerſario ſuper ea perpetuum ſilentium imponētes. Quo circa dis. v. per A. s. m. qua auct. noſtra ſuffulti ſententiam noſtram faciatis inuiolabiliter obſeruari, præfatum. T. in corporalem poſſeſsionem eiuſdem eccleſiæ inducentes, & tuentes inductum.

Idem Praneſtino Epiſcopo Ap. ſe. Legato, & de Capenberb. & de Cold. Abbatib in Colonieñ. & Monaſterieñ. diœc. conſtitutis. Cap. 9.

IN cauſis, quæ ſummi Pont. iudicio deciduntur, & ordo iuris, & vigor æquitatis eſt ſubtiliter obſeruand. cum in ſimilibus caſib. ceteri teneantur ſimiliter iudicare, niſi forte, cū aliquid cauſa neceſsitatis, & vtilitatis inſpecta, diſpenſatiue duxerint ſtatuendum. c.19 e.

Idem conuentui monaſterij ſancti Leufredi de cruce. Cap. 10.

INTER monaſterium ſancti Audeoni c.1. oe. Rothomagen. & veſtrum ſuper modo eligēdi Abbatem in dicto monaſterio veſtro iam dudum fuit quæſtio agitata, & infra. His igitur, & ſimilibus, quæ iam dicti Epiſcopi, & Card. nobis, & fratribus noſtris prudenter, & fideliter retulerunt, plenius intellectis, cum conſtiterit nobis primam cōmiſſionem nō fuiſſe per vltimam reuocatam, tum quia cauſæ ſuſpicionis in iure propoſitæ friuolæ videbantur, quas etiam tamquam dilatorias ante litis ingreſſum opponere debuiſſent, quibus corā delegatis eiſdem ſubeundo iudicium renuntiaſſe videtur. Tum etiam, quia de priuilegio Ap. ſe. & proceſſu negotij vſq. ad publicationes teſtium coram primis iudicibus, nihil in ſecundis litteris dicebatur, quod ſi fuiſſet expreſſum, obtineri minime potuiſſent, non obſtante ſententia, quæ pro monaſterio ſancti Audeoni dicebatur fuiſſe prolata, quæ tamē nobis oſtenſa non fuit; cum ſi prędictis iudicibus fuerit oſtenſa, ea poſt habita contrariū ſtatuiſſent. alioquin eſt, quod eam obicientibus imputetur, cum ſub prætextu nouor. inſtrumentor. lites nō debeant inſtaurari; com. ſ. n. con. factum priorum iudicum ratum, firmum habemus, & eorum ſententiam approbantes, ipſam auctoritate Ap. confirmamus, & electo a vobis poſtmodū nos ipſi munus benedictionis, ſaluo iure diœc. Epiſcopi curauimus exhibere.

Idem Epiſcopo, Decano, & Cancell. Pariſieñ c. 11.

SVBORTA dudum inter ve. f. n. Meldeñ. Epiſcopum, & monaſterium Resbaceñ. c.11. e. ſuper ipſius monaſterij ſubiectione, materia quæſtionis, procuratores partiū propter hoc ad ſe. Ap. acceſſerunt, quibus aliquamdiu litigantibus coram nobis, quia per cōfeſsionē partis aduerſę conſtiterit eundem Epiſcopū quaſi

quaſi poſſeſsionem obedientię in eodem monaſterio habuiſſe,ipſum reſtituendum decreuimus ad eandem. Verum quia priuil. felicis me. Innocentij PP.prę.n.ex monaſterij parte nobis exhibitum libertatem plenariam exprimebat,Decano Succeſsion.Remeñ. Cantori, & Succentori Siluanecteñ. dedimus in mandatis, vt Epiſcopo in poſſeſsionem obedientię reſtituto,niſi prius reſtitutionem ſuam infra ſex menſes contra priuilegij libertatem rationabile aliquid obiceret, & probaret, ſuper ſubiectione monaſterij ſupradicti perpetuum eidem ſiletium ap.re.imponere procurarent.& infra. Iudicibus autem nolentibus dirimire quæſtionem, cauſam ipſam inſtructam cum procuratoribus partium ad noſtrã præſentiã remiſerunt.& infra. Nos vero vtriuſq.partis rationib. diligenter inſpectis, quia cognouimus efficatiores Epiſcopi rationes, ſubiectionem eidem adiudicauimus monaſterij me. vt ibidem illam habeat tamquam diœceſanus Epiſcopus poteſtatem;ita tamẽ, vt per hoc nullum Ap.ſedi præiudicium generetur, quo minus legitimo tempore, ſi voluerit, ſuã iuſtitiam proſequatur,nimirum ſi præfato † Innocent. priuilegium Alex. fuit in iudicio præſentatum,& ille tulit ſententiã cõtra illud,vel ipſum intelligitur reprobaſſe; ſi vero non fuit exhibitum corã eo prętextu priuilegij de nouo reperti prædicta nõ debet ſententia retractari.

† præfati Greg. 9

Idem Sanctæ Mariæ in Cagia, & Vallis ſecreta Abbatibus. *Cap. 12.*

c.12.

CVM I. & A. canonici ſancti Dionyſij, & M. canonicus Remeñ.ad noſtram dudum pręſentiam acceſſiſſent,ex parte quorundam canonicorum eiuſdem eccleſiæ,noſtro Apoſtolatui referarunt,quod Abbas eorum ſuper dilapidatione,periurio, ſimonia,& quibuſdã alijs erat multipliciter infamatus, & cum ſuper his, & alijs cum procuratore ipſius Abbatis apud ſe.Ap.aliquamdiu litigaſſent.Nos poſtmodum ve.f.n.Cathalaneñ.Epiſcopo,& dil. f. Decano ſancti Quintini Nouiomeñ. diœc.& magiſtro Simoni de Vallibus canonico Lauduñ.dedimus in mandatis, vt ad eccleſiam ipſam pariter accedentes, tam in capite, quam in membris ap. poſtpoſita corrigerent corrigenda,& ſtatuerent,quę ſtatuenda viderent. & infra. Iudices autem Abbatis, & canonicorum iuramenta recipientes,habito virorum prudentum conſilio,memoratum Abbatem ab adminiſtratione ipſius eccleſiæ per ſententiam remouerunt, correctione mẽbrorum dilata,quã tunc non poterant expedire, a qua ſententia tamquam iniqua procurator prædictus ad noſtram audientiam appellauit.& infra. Vnde procurator canonicorum ipſorum inter alia poſt modũ in noſtra propoſuit præſentia conſtitutus, dictam ſententiam merito reprobandam; tum quia iudices lite non conteſta in ipſo negotio proceſſerant, tum etiam, quia iuramenta conſpiratorum contra ipſum recipientes, depoſitionibus coram partibus minime publicatis,nec oſtenſis eidem, ad ſententiam procedere præſumpſerunt.& infra. Quia vero de conſpirationis articulo nobis non potuerit fieri plena fides;mandamus,qua. inquiſita plenius veritate,ſi vobis conſtiterit,quod illi conſpiratores fuerint,quorum conſtat a iudicibus iuramẽta recepta,& quod hoc ipſum Abbas probare voluit coram eis; & quod eorum dicta iudices ſecuti tantummodo cum per alios eadem probata non eſſent, ſententiam protulerunt,vos ap. re. irritantes proceſſum eorum, in negotio ipſo iuxta pręſcriptam formam in prioribus comprehenſam litteris procedatis. Si vero eos conſpiratores fuiſſe nequiuerit cõprobari, vel licet de hoc conſtaret, appareat tamẽ illos nihil ſuper his depoſuiſſe,pro quibus idem fuit Abbas amotus, vel etiam ſi aliqua depoſuerint ſuper his,ea tamen per aliorum dicta fuerant ſufficienter oſtenſa;proceſſum ipſorum iudicum,ſublato ap.ob.confirmetis. quia licet aduerſus Abbatem non debuerant conſpiratores admitti, iuramenta tamen ipſorum de veritate dicenda ſuper ſtatu ipſius domus recipi potuerunt, vt per ipſorũ dicta ſuper alijs fides poſsit haberi,quæ Abbatem minime contingebãt, præſertim cum probatum non eſſet eos conſpiratores fuiſſe.

Idem Epiſcopo Tuſcaneñ. *Cap. 13.*

RANVTIVS de Clara duas habens filias,Alteroccam videlicet,& Adiectam,matrem inſuper Cleram, & vxorẽ nomine Adelaſiam; † in extremis poſitus condidit teſtamentum,Alteroccę filię puberi vltra dotem, quam ei dederat,domum,& quendam hortũ in eodẽ teſtamento relinquens;Adiectę vero impuberi reliquit cetera bona ſua;adiciẽs, vt Alterocca, & ſoboles,quã geſtebat in vtero, cum eo tempore prægnans eſſet, eidem Adiectę † ſuccederent,ſi abſq.liberis moreretur. Tutoribus inſuper,quos Adiectæ † impuberi filiæ dederat,idem teſtator iniunxit,vt eandẽ cum omnibus bonis ſuis matrimonio copularent.Mortuo teſtatore tutores ipſi Adiectã cum

De teſt. c.16. † Adelaſiã † Abiecta † Abiecta

cum omnibus bonis ſuis eidem relictis a patre iure Lombardo cuidam Petro nomine tradiderunt,quæ cum per quadriennium cohabitaſſet eidem,& ex eo filium ſuſcepiſſet; tandem ſine liberis eſt defuncta; cuius bona idem P.maritus eius ſuperſtes aliquanto tempore poſſedit in pace. qui cum alia muliere matrimonium cõtrahens, & filios ſuſcipiens ex eadem,diem clauſit extremum. Poſtmodum vero inter Alteroccam, & filium eius Montanellum ex vna parte, ac filios eiuſdẽ Petri,& Rainerium tutorem eorũ ex altera, ſuper bonis prædictis eiuſdem Adiectæ ſuſcitata materia quæſtionis, cœperunt coram Guezo iudice Tuſcañ. adinuicem litigare;coram quo Alterocca, & M. filius eius bona quondã Ranutij patris eiuſdem Alteroccæ tamquam ex cauſa fidei commiſsi, vel ſubſtitutionis ſibi debita petierũt, Rainerio tutore filiorum prædicti Petri ex aduerſo dicente, quod obſtabat illis annalis præſcriptio, vſucapio pro dote,a longis retro temporib.ſilentium diuturnum.Inſuper allegabant idem tutores, quod de bonis illis, tam tertia Cleræ prædicti R.teſtatoris matris,& tertia Adelaſiæ vxoris eiuſdem, quam etiam quarta per Trebellianum nomine ipſius Adiectæ,erant ante omnia deducendæ. Dictus vero iudex vtriuſq partis allegationibus,& rationib. diligenter inſpectis,ſupradictũ R. nomine pupillorum in reſtitutione bonorum quondam Rainutij condemnauit, tertia Cleræ primo deducta,quam Adiectæ, ac viro ſuo donauerat,de qua in inſtitutione,quam fecit Rainutius non videtur aliquatenus cogitaſſe, deducta quoq.tertia Adelaſię,quam ipſi Rainerio vendiderat ſupradicto. præcepit etiam idem iudex de his rebus illas tertias deducendas, de quibus deduci poterant ſecundũ Tuſcañ. conſuetudinem ciuitatis,deduci quoq. quartam per Trebellianum idem iudex iniunxit; cũ etiam quilibet extraneus reſtitutione grauatus eam deducere potuiſſet.Sed vtraq.pars ab illa ſententia prouocauit.& infra. Cũ autem propter hoc partes ad noſtram audientiam acceſiſſent,dil.f.G.ſanctæ M.in porticu Diaco.Card.illis cõceſimus auditorem; corã quo cum fuiſſet diutius litigatum,ipſe habito conſilio peritorum, de mandato noſtro ſentẽtiam ſupradicti Guezij iudicis in eo, quod dixit tertiam Claræ,ac tertiam Adelaſiæ integraliter deducendas,idem Card.pronuntiauit iniuſtam, & ab ipſa legitime prouocatũ definiens, ſicillas tertias deducendas; vt legitima portio iure naturę debita Alteroccę illi ſalua ſit in vtraq. ad cuius reſtitutionem dictũ deinde R.condemnauit.In eo vero,quod quartam partem per Trebellianũ idem Guezius cenſuit retinendam, ſententiam confirmauit eiuſdem,ita videlicet, quod ſi uctus de bonis ipſius a tempore litis conteſtatę percepti computentur in ea, qui ſi ſuffecerint ad quartam,& fructus eius,eo nomine alia deductio nulla fiat,alioquin iuxta quantitatẽ fructuum perceptorum computationis ratio habeatur.Quia vero pater Adiectę ipſam in legitima non potuit aggrauare, legitimam ipſam eius videl.partis,quæ iamdictæ Adiectæ debebatur,ab inteſtato deducendam cenſuit, & etiam retinendam; ita videlicet, quod deductio fiat tantummodo de his rebus,de quibus ſecundum Tuſcañ.conſuetudinem ciuitatis, fieri conſueuit. In eo vero, quod idem Guezius condemnauit Rainerium nomine pupillorum ſuor.ad reſtitutionem reſidui Alteroccæ,ac eius filio faciendam, ipſius ſententiam confirmauit. Nos igitur eiuſdem Card. ſententiam, exigente iuſtitia promulgatam, ratam habẽtes,ipſam auctoritate Apoſtolica confirmamus.

DE APPELLATIONIBVS. Tit. xix.

Idem Illuſtri Regi Francorum. Cap. 1.

NOVIT ille,qui nihil ignorat. & infra. Præterea dictam interdicti ſententiam ipſe Card. nõ edidit, ſed potius publicauit, nec fuit dictator ipſius, ſed verus † executor. Vnde,cum ſecundum ius canonicum, & legale ab executorib. appellari non poſsit, niſi forſan modum excederent exequendo; & nos litteris ſuper hoc directis ad ipſum appellationis curauerimus obſtaculum inhibere:appellationi huiuſmodi nõ fuerat deferendũ. de ſuſpicionis autem obiectu, licet eum tibi merito ſuſpectum non fuiſſe credamus,nõ tamen & ſi fuiſſet,propter ap. interpoſitã ab eo deſiſtere debuiſſet,ad quod non proprio motu,ſed noſtro potius præcepto proceſsit.

De app. c. 43.

toerius Greg.9 fortis merus

Idem. Cap. 2.

SAEPE cõtingit,quod, cum ad noſtrã audientiam appellatur,propter defectum partis alterius,neq. per ſe, neq. per reſponſalem idoneum appellationem interpoſitam proſequentis, vel forſitan ex malitia reſpõſalis mãdatum procuratorium occultantis,lites, quæ de facili poterant terminari, remaneant indeciſæ,cum frequenter iuris quęſtio moueatur, c.44.d.

cuius apud nos probationes neceſſariæ non exiſtunt, & interdum etiam facti quæſtio de leui poſſet partib. præſentibus comprobari. Vnde licet in Lateranẽ. concilio fuerit cõſtitutum; vt ſi in quocumq. negotio aliquis appellaret, & eo, qui appellatus fuerat, veniẽte, qui appellauerit, venire neglexerit; competentem illi reconpenſationem faciat expenſarũ; vt hoc ſaltem timore deterretus, in grauamen alterius non facile quis appellet; quia tamen propter hoc quæſtiones nihilominus prorogantur, volentes, vt finis litibus imponatur; &, ne fraus, & dolus alicui ſuffragẽtur: de con. f. n. præſenti decreto ſtatuimus, vt ſi huiuſmodi appellatio a iudice recepta, vel a parte fuerit approbata, poſt terminum appellationi pręfixum, edicti peremptorij vires obtineat, ita videl. vt ex tunc in abſentem perinde procedatur, ac ſi peremptorie vocatus ad iudicium extitiſſet. Quod ſi forſan interpoſita prouocatio malitioſe recepta, vel approbata non fuerit, cum conſtiterit legitime prouocatum, nihilominus eam vigorem volumus obtinere. ſaluis conſtitutionib. de prouocantib. poſt ſententiam promulgatis, quibus appellationes ſuas proſequi nõ curantib. poſt terminum appellationi proſequend. pręfixum, rata manet ſententia, quę fuerat appellatione ſuſpenſa. Quidquid autem contra citationẽ peremptoriam poſſet ab abſente proponi, aduerſus appellationem huiuſmodi valeat allegari. Si quis autem terminum appellationis præueniens, tacita veritate litteras reportarit, & careat impetratis, & pœnam contumaciæ non euadet. hæc autem in litibus, ſiue iudicijs exercendis volumus obſeruari.

Idem Lemouicẽ. & Canturiacẽ. Epiſcopis. c. 3.

c. 45. e. CONSTITVTVS in præſentia noſtra dil. f. G. Archid. Claromonteñ. eccleſiæ nobis expoſuit, quod olim Claromonteñ. Decanatu vacante, Abbas, Cantor, & quidam Claromonteñ. canonici in ve. fratrem Claromonteñ. Epiſcopum tranſtulerunt vota ſua, & Epiſcopus cum quibuſdam alijs expreſſe conſentientib. in Archid. eidem contulit Decanatum, vndecim tantũ canonicis prius appellantibus, nequis aſſumeretur, præter aſſenſum omnium in Decanum, cum in electionẽ
† per Greg. 9 eius xxv. tum pro † ſe, tum Epiſcopo medio cõſentirent. Cumq. dil. f. P. tt. ſancti Marcelli presbyter Card. tunc Ap. ſe. Legatus per partes illas tranſitum faceret, nõ vt appellationi ad nos interpoſitæ derogaret, ſed vt inſtructã trãſmitteret ad nos cauſam, dil. f. ſancti Illidij, & ſancti Andreæ Abbatib. examinationem delegauit ipſius, & mandauit eiſdem; vt partem contradicentem electioni Decani citarẽt ad ipſum contradictionis ſuæ cauſam in eius præſentiã oſtẽſurã. & infra. Intellecto igitur per aſſertionẽ Card. prędicti, quod ſub ea forma fuerat app. ne f. pręter aſſenſum omniũ procederetur in electione Decani; atq. appellantes appellationem intra annum nõ fuerãt proſecuti; nec erat, propter quod eis eſſet biẽnium indulgendum, cum ſicut bis infra tempus legitimum ſimplicem nũtium ad ſe. Ap. deſtinarunt; ſic potuiſſent ſaltem ſemel procuratorem idoneum deſtinaſſe. ne tamen per emptorias exceptiõnes, ex eorum parte propoſitas videamur ſub ſilentio pręterire; f. v. per A. s. m. qua. inquiratis diligentius veritatẽ de his, etſi vobis cõſtiterit Archid. facto Epiſcopi, † ex quo nititur ſponte renuntiaſſe, vel † al. Epo prædictum Epiſcopum ad electionem ipſius prætermiſſis prædictis, ſine quibus illa tranſlatione voluntatum, ex qua Archid. nititur, actum proponitur; ne procederet, proceſſiſſe, ei ſuper decanatu ipſo ſilentium imponatis; alioquin nominationem, ſeu electionem taliter factam de alio, & quidquid fuerit ſecutũ ex ipſa, ſub. appellationis obſtaculo denuntietis auctoritate noſtra irritum, & inane.

Idem Cancell. Meteñ. *Cap. 4.*

CONSTITVTIS in pręſentia noſtra di. f. I. Decano eccleſię ſancti Saluatoris Meteñ. c. 46. e. & D. ſcholaſtico eiuſdem eccleſiæ tuæ procuratoribus, benignam curauimus audientiam indulgere. Fuit autem ex tua nobis parte propoſitum, ſicut etiam ve. f. n. Meteñ. Epiſcopus per ſuas etiam nobis litteras intimauit; quod ſancti Saluatoris prępoſitura vacante, die electioni præfixo, intelligens prędictus D. Epiſcopus, in duas partes fratrum vota diuiſa. & infra. Per patrem, & filium, & ſpiritum ſanctum in virtute obedientiæ, ac ſub animę periculo canonicos adiurauit, vt ſecũdum Deũ iuxta conſcientiam ſuam tantum vnum eligerent de duobus, in quos iam partes videbantur oculos extendiſſe, quem eccleſiæ magis idoneum, & vtilem reputarent. Decanus vero cum duob. diaconibus, & ſubdiaconib. tribus E. Cantorem maioris eccleſię cognatũ ſuum in Præpoſitum nominauit. Cantor autem, qui presbyterali officio fungitur, & Cuſtos cum Scholaſtico, & magiſtro Bernardo ſacerdotibus, leuitis duobus, & ſubdiaconib. quinq. te concorditer elegerunt, cuius electionem factam, tãquam a maiori, & ſaniori parte ca-

capituli, cum de perſonæ tuæ idoneitate cõſtaret, prædictus Epiſcopus confirmauit, & cum tibi vellet domum, & inueſtituram porrigere, vt eſt moris, Decanus ſe. Ap. appellauit contra te, inpotentiam dumtaxat allegãs. licet autem Epiſcopus appellationi huiuſmodi non crederet deferendum, cum felicis recordationis Alex. PP. præ. n. in concilio Later. ſtatuerit, vt niſi a paucioribus, & inferioribus aliquid rationabile obiectum fuerit, & oſtenſum; ap. re. ſemper prçualeat, & ſuum conſequatur effectum, quod a maiori, & ſaniori parte capituli fuerit inſtitutum; nobis tamen humiliter deferens, & deuote, ab inueſtitura ceſſauit. Fuit autem propoſitum ex aduerſo; quod Decanus, qui maiorem locum optinet in eccleſia memorata, cum duobus antiquioribus diaconibus, & tribus ſubdiaconibus de antiquis eccleſiç intelligens, quod Prçpoſitus adminiſtrationem temporalium debeat exercere: ideoq. ille ad hoc vtilior, qui potentior reputetur, bono zelo prædictũ E. in Præpoſitum nominauit, ſcientem eccleſiæ prouidere, ac potentem iura, & poſſeſſiones ipſius, ſi eſſet neceſſe, in forti manu, & brachio extenſo tueri. Vnde, cũ pars altera, licet maior numero, auctoritate tamen inferior te in Præpoſitum nominaſſet, in partib. illis, quaſi penitus inpotentem, in quibus prçpoſituræ poſſeſsiones exiſtunt, tum propter hoc, tum quia Epiſcopum habebat de iure ſuſpectũ, ad ſe. Ap. appellauit addens, quod alia tibi obiceret in præſentia noſtra, quç tũc in prçſentia iudicis ſuſpecti noluit explicare; ſed Epiſcopus appellationi non deferens nominationem de te factam nihilominus confirmauit. Nos igitur auditis his, & alijs, quæ fuerant hinc inde propoſita, quia conſtitit euidenter illam appellationis cauſam rationabilem non fuiſſe, quæ fuit expoſita, & expreſſa, aliam autem tunc non oppoſuit, vel expreſsit, etſi dixerit idem Decanus, quod alia vellet obicere coram nobis; de conſilio f. n. decernimus tuæ confirmationis effectum nõ debere propter ea, quç ſunt propoſita, impediri; ſiquid tamen contra te, non in modum exceptionis, ad impediendum electionis, & confirmationis effectum, ſed in modum denuntiationis, vel accuſationis duxerit proponendum, poſtquam pacificam ipſius præpoſituræ poſſeſsionem fueris aſſecutus, proponendi licentiam non negamus.

Idem Wigornieñ. Epiſcopo. Cap. 5.

c. 47. c. EX parte tua fuit propoſitum coram nobis, quod cum inter Anglicos, & Walleñ. ſint inimicitiæ manifeſtæ, & ad partes illas Anglicis periculoſius ſit tranſitus, pro viarum periculis, & guerra, quæ inter gentes illas frequens eſſe dignoſcitur, vel continua; multi de cauſæ ſuæ meritis diffidentes, te aliquando, vel tuos auctoritate litterarum noſtrarum trahere ſatagunt ad iudices in Vallia conſtitutos, vt ſic indefenſas cauſas etiam iuſtiſsimas relinquatis, vel compoſitionem ſubeatis iniuſtam pariter, & damnoſam. Cum igitur cauſas, quas committimus, ſic velimus fine debito terminari, quod neutra partium cõtra iuſtitiam aggrauetur; præſenti pagina reſpõdemus, quod cum talis excuſatio ſit honeſta, cum ad præſentiam delegatorum iudicum non poteſt ſecure venire citatus: tu, vel tui, quotiens ad illos iudices vos euocari contigerit; ad quorum præſentiam vobis periculum eſt ire, libere poteritis ſedem Ap. appellare, etiam ſi in litteris commiſsionis noſtræ appellationis remedium fuerit interclulum, niſi iudices ipſi vobis aſsignent locum idoneum, & ſecurum.

Idem P. Epiſcopo, & Decano, & Præcentori Herfordenſibus. Cap. 6.

SIGNIFICAVIT nobis dil. fi. I. magiſter hoſpitalis Eboraceñ. quod cum P. quondam rector hoſpitalis ipſius diem clauſiſſet extremũ, ve. f. n. Eboraceñ. Epiſcopus, ad quem, & prçdeceſſores ſuos hoſpitalis eiuſdem ordinatio pertinuit ab antiquo, nolens ipſum ex defectu rectoris diſpendium ſuſtinere, dictum I. presbyterum eiuſdem domus a ſuis fratribus vnanimiter in rectorem electum præfecit ibidem, ſperans, quod domus ipſa per eum tam in temporalibus, quam in ſpiritualibus ſuſciperet incrementum. procedente vero tempore Decanus, & capitulum Eboraceñ. eccleſiæ, tamquam ad ipſos hoſpitalis eiuſdem ordinatio pertineret, magiſtrũ ipſum a ſuæ adminiſtrationis officio remouere volentes, litteras Apoſtolicas ſuper hoc ad Decanum Lincolineñ. & ſuos coniudices impetrarunt, quarum auctoritate in ius vocari fecerunt, tam Archiepiſcopum, quam rectorem. partibus igitur die ſibi peremptorie aſsignata, coram ipſis iudicib. conſtitutis, iudices vices ſuas alijs cõmiſerunt, ſola ſibi diffinitiua ſentẽtia reſeruata. Præterea capitulum Eboraceñ. auct. quarundã litterarũ, in quarũ ſigillo continebatur ſigillum capituli, ad citationes tantum, cum aliud ſigillum capitulum illud noſcatur habere; per ipſum quendam

cōſtituebat actorem, ſed licet pars allegaſſet aduerſa, quod idem occaſione litterarum illarum actor non debebat admitti, & inſuper adiunxiſſet, quod auctoritate litterarum quarundam a nobis ſuper hoc ad ve. f. n. Elień. Epiſcopum, & ſuos coniudices obtentarum prius erat conuenta, quare non debuit per litteras poſteriores, in quibus nulla fiebat mentio de prioribus, conueniri: iudices tamen exceptiones huiuſmodi admittere noluerunt; quapropter pars eadem vocem ad nos appellationis emiſit. Quo circa dis. v. per A. ſ. m. qua. inquiratis ſuper præmiſſis diligentius veritatem; etſi vobis conſtiterit ob dictas cauſas, vel ob earum aliquam ad veſtram fuiſſe audientiam appellatum; in irritum reuocato quidquid poſt ap. ad nos legitime interpoſitam noueritis attemptatum, partes ad veſtrã præſentiam conuocetis, & audiatis diligenter. ap. re. quę hinc inde duxerint proponēda.

Idem magiſtro G. Archidiacono, & Willo Normãdo, & G. de Crethes Canonicis Sueſſionēſib. c. 7.

c.49.c. SIGNIFICANTIBVS T. & R. fratrib. noſtro fuit Apoſtolatui declaratum, quod cum inter ipſos ex vna parte, & W. Turpem de Athochi, & ſorores eius diœceſis Sueſſioń. ex altera ſuper quibuſdã vineis, terris arabilib. & pratis coram dilecto f. Abbate, & Priore ſancti Bartholomęi Nouień. iudicibus a ſe. Ap. delegatis quæſtio verteretur, ipſi T. & R. cum plures terras haberent, vt terra illa, ſuper qua quæſtio vertebatur, eis oſtenderetur, a iudicibus poſtularunt. quod cum ipſi facere denegarent, nec vtrum hoc deberet eis concedi, vellent per ſententiam diffinire; idem fratres a manifeſto grauamine ad noſtram audientiam prouocarunt. Quo circa diſ. v. per A. ſ. m. qua. ſi verum eſt, quod aſſeritur, vos reuocato in ſtatum debitum, ſi quid poſt ap. ad nos legitime interpoſitam noueritis attemptatum, audiatis cauſam, & ap. re. fine debito terminetis.

Idē Abricen. Epiſcopo, & de Baioc. & de Mōte Morell. Abbatib. Abriceń. diœc. Cap. 8.

c.50.c. EX inſinuatione dil. f. Prioris, & canonicorum ſanctæ Barbarę nobis innotuiſſe noſcatis, quod cum inter ipſos ex vna parte, & W. Camerarium de Tankaruill. Rothomageń. diœc. ex altera, ſuper manerio de Monuill. coram iudice ordinario non ex delegatione noſtra quæſtio verteretur, & idem Camerar. ad noſtram audientiam appellauerit ab eodem, ſuę appellationi terminum aliquē non præfigens, idem ordinarius qui cauſam eiuſdem Camerarij fouere videbatur latenter, eo quod quidam clericus cōmenſalis ſuus iamdicti Camerarij in eadem cauſa fuerat aduocatus; deceptorie, & cōtra conſuetudinem hunc terminum appellationi pręfixit, vt ad feſtum purificationis ſanctæ Ma. vtraq. pars eſſet ab appellationis proſecutione reuerſa; licet nobis non potuerit legem imponere, vt cum teneremur infra dictum terminum expedire; cū & ſecundū legitimas ſanctiones lis, quæ in conſiſtoriū Principis ſperatur inferri, abſq. damno moræ intacta permaneat, donec ipſe faciat introduci, & a proceribus dirimi iuxta morem. Interim autem nuntius Camerarij ſupradicti præueniens nuntium eorundem, nec ab ipſo vſq. ad legitimum terminũ expectato, impetrauit litteras, & receſſit. Quia vero fraus, & dolus alicui patrocinari non debent; d. v. per A. ſ. m. qua. ſi ita eſt, partibus conuocatis, & auditis hinc inde propoſitis, cauſam ſuper his ap. re. me. iuſtitia terminetis.

Idem Roffeń. & Londoń. Epiſcopis. Cap. 9.

BO. me. O. de Camera perſona eccleſię de Fauersham. viã vniuerſæ carnis ingreſſo, c.51.c.
dil. f. Abbas ſancti Auguſtini cuſtodiam eiuſdem eccleſię, quam ad ſe aſſerit pertinere, primo per quoſdam monachos, ſecundo per ſe ipſum poſſeſſionem ingreſſus, ad nos pluries vocem appellationis emiſit, ne quis eum ſuper poſſeſſione ipſius eccleſiæ præſumeret indebite moleſtare. Cumq. aliquamdiu prædictam eccleſiam pacifice poſſediſſet; quidam laici Cantuar. diœc. in ipſum Abbatem, & monachos infra eandem eccleſiam, vſq. ad effuſionem ſanguinis, manib. iniectis temere violentis, eos de poſſeſſione ipſius per violentiam eiecerunt. & infra. His igitur, & alijs pluribus ex parte Abbatis, & monachorum propoſitis, procurator Archidiaconi memorati propoſuit ex aduerſo, quod nec poſſeſſionis, nec dominij ratione Abbas, & monachi hãc reſtitutionem poterant poſtulare, cumq. non poſſederint eccleſiam antedictam, ratione iuris cuſtodiæ, quæ defuncta perſona eccleſiæ tantum datur, immo Archid. Cant. qui fuerunt pro tempore, tam de iure communi, quã de generali cōſuetudine Cantuar. prouinciæ, tam in illa eccleſia, quã in alijs vniuerſis eiuſdem diœc. hoc iure fuerant ſemper vſi, ſicut fuerat ſufficienter probatum; talis reſtitutio nequaquam monachis competebat, nec vtendo iure ſuo, eis iniuriam facere videbatur. Pręterea, cum præfatus O. de Camera nomine

Ar-

Archidiaconi poſsideret, vt pote, qui vnam
ei procurationem, & quinq. ſolidos nomine
ipſius eccleſiæ annis ſingulis exſoluebat, eo-
dem O. ſublato de medio apud Archid. poſ-
ſeſsio animi dinoſcitur remanſiſſe, quæ non
perditur, niſi Archid. ſe putaret repelli, vel
niſi veniens non fuiſſet admiſſus. ſic ergo mo
nachorum poſſeſsio potius detentio clande-
ſtina deberet dici, quam Archid. qui ipſam
poſſeſsionem non perdidit, & ſic eam mona-
chi non potuerunt habere, cum duo in ſolidū
quidquam poſsidere nō poſsint. Cum igitur
Archidiaconus potuerit iure ſuo poſſeſsionē
intrare, ac tenentes de facto eicere, fortius po
† inibi tuit nullo ibi † exiſtente, nec vllatenus reſi-
ſtente, ſibi ius proprium reſeruare; cum iuris
executio nullā habere iniuriam dinoſcatur.
ad hæc monachi poſſeſsionem Archid. non
poſſunt aliquatenus auocare, etſi eos ipſam
habuiſſe conſtaret, qui cum eos depoſſeſsio-
ne nequaquam eiecerit, nec hoc probatum
fuerit, nec in iure confeſſum, non haberetur,
quid obiciant extraneo detentori; pręſertim,
cum & ipſi ſua auctoritate poſſeſsionem in-
trauerunt, & iniuriam alijs facientes, ius ali-
quod acquirere nequiuerūt, appellatio quoq.
quam monachi ſe interpoſuiſſe proponunt,
penitus nulla fuit, cum non, niſi a grauamine
præſenti, præterito, vel futuro debeat appel-
lari. Archidiaconus vero nec prius eos graua
uerat, nec ipſos poſt app. grauauit, cum rem
vacuam, cuius cuſtodiendi ius habet, immo
quam ex officio cuſtodire tenetur, cuſtodien
dam ſuſcepiſſe noſcatur. Deniq. appellatio-
ni monachorum non fuit vllatenus deferen
dum, quoniam, etſi ad eos eadem eccleſia per
tineret, non debuerunt auctoritate propria
ipſius poſſeſsionem intrare, præſertim cum
ſciuerint, vel ſcire potius debuerint, quod cu
ſtodia eccleſiarum vacantium ad Archid. per
tinebat, etſi tunc idem Archidiaconus præ-
ſens eſſet, eam denegaſſet eiſdē, & ſibi, prout
ad eius ſpectabat officium, tenuiſſet. Cum au
tem clandeſtina fuiſſet eorum poſſeſsio, non
potuerunt vere poſſeſſores haberi; cum ſuper
poſſeſsione nequeat iniuria fieri clandeſtino
poſſeſſori. Cū igitur hęc, & alia multa vtrinq.
propoſita fuerint coram nobis, viſis inſtru-
mentis, & atteſtationibus partium, & allega-
tionib. diligentius intellectis, de communi f.
n. con. Abbatem, & monachos in eundē ſta-
tum, in quo tempore appellationis ex veriſi-
milibus, & probabilibus cauſis ad nos legiti-
me interpoſitę fuiſſe noſcuntur, proprietatis
vtriuſlibet ſaluo iure, decreuimus reducēdos,
ac fructus medij temporis cenſuimus pariter
aſsignandos eiſdem. Quocirca diſ. v. per A.
ſ. m. qua. ſub. cuius. contra d. & ap. ob. in eum
ſtatum, in quo tempore appellationis fuiſſe
noſcuntur, præfatos Abbatem, & monachos
reducatis, & faciatis eiſdem pariter reſignari
fructus medij temporis vniuerſos; contradi-
ctores, ſi qui apparuerint, vel rebelles, mo. p̄.
per cen. ecc. ap. poſtpoſita compeſcentes.

Idem ſancti Auguſtini, & ſancti Gregorij Priorib. Cantuar. *Cap. 10.*

DIL. f. I. & A. Prior, & monachi eccleſię c.52.e.
Cantuarien. nobis humiliter retulerūt; quod
cum pro cauſa, quæ inter dictos Priorem, &
monachos, & ven. f. Cant. Archiepiſcopum
ſuper capella de Lameche vertebatur, ab ipſis
Priore, & monachis mitterētur, ſicut eis pro-
poſitum fuit; idem Archiepiſcopus poſt iter
arreptum in eos excommunionis ſententiam
promulgauit; cum autem plus ſit ad ſedem
Ap. facto prouocare, quam verbo; & ipſis pro
pter prædictam cauſam ad Rom. eccleſiam
venientibus intelligatur ad ſe. Ap. prouoca-
tum, diſ. v. per A. s. m. qua. ſi verum eſt, quod
aſſeritur, dictos I. & H. † ap. poſtpoſita denū † A. forte
tietis excommunionis vinculo non teneri.

Idem Epiſcopo Helien. *Cap. 11.*

PASTORALIS officij diligentia. & c. 53. e.
infra. Quæſiuiſti etiam diligenter, vtrū, quan
do inhibetur appellatio in reſcripto, fruſtra-
toria tantum appellatio inhibita videatur; vt
ab omni grauamine liceat appellare; an om-
nis appellatio videatur excluſa, niſi tantum
in caſibus expreſsis a iure. Nos igitur atten-
dentes, quod per appellationem fruſtratoriā,
& ſi non fuiſſet inhibita, negotium non de- † al debuerat
beat † impediri, diligentiæ tuę breuiter reſpō
demus; quodquęlibet prouocatio intelligitur
remoueri, quę a iure nō indulgetur expreſſe,
ſed ſi appellans fuerit grauatus iniuſte, graua
men huiuſmodi per ſuperiorem poterit emē-
dari. Verum, quia multoties quis ad tem-
pus per appellationem legitimā a iudicis ſui,
quo ad aliquem certum articulum eximitur
poteſtate; tuæ fraternitatis nos duxit diſcre-
tio conſulendos, vtrum ſi clericus excommu
nicationis ſententia innodatus, ante denun-
tiationem ipſius ab ea, tanquam minus ratio
nabiliter promulgata, in eo caſu, in quo ante
ſententiā appellatio vires optinuiſſe videtur,
curauerit prouocare; eo quod per appellatio-
nem interpoſitā excōmunicantis videtur iu-
riſdictio dormitaſſe; ipſe denūtiare poſsit eū-

dem, & ad tempus eccleſiaſticis beneficicijs ſpoliare, cũ per prouocationem taliter factam ſuo effectu excõmunicatio nõ priuetur. Nos itaq. inquiſitioni tuæ taliter duximus reſpondendum, quod cum executionem excommunicatio ſecum trahat, & excõmunicatus per denuntiationem amplius non ligetur, ipſum excommunicatum denuntiare non immerito poteſt, vt ab alijs euitetur, & illi nimirũ prouentus eccleſiaſtici merito ſubtrahuntur, cui eccleſiæ communio denegatur.

Idem Epiſcopo Pariſien. Cap. 12.

c. 54 c. SOLLICITVDINEM paſtoralis officij prudenter exequeris, cum ſuper dubitationibus iuris reſponſo ſe. Apoſtolicæ poſtulas edoceri. Sane, ſicut ex tua inſinuatione recepimus, duobus coram ſuo Epiſcopo litigantibus, cum alter eorum ad ſe. A p. appellaſſet, Epiſcopus interpoſitæ appellationi non deferens, ſed appellantem reputans contumacem, ipſum excõmunicationis vinculo innodauit; qui coram metropolitano ſuo de Epiſcopo ſibi petijt ſuper hoc iuſtitiam exhiberi aſſerens, quod poſt appellationem ad nos legitime interpoſitam, ipſum excõmunicauerat, & excõmunicatum fecerat publice nuntiari, & petens ſe ad eum ſtatum, quo fuerat appellationis tempore a metropol. reduci, denuntiari videl. abſolutũ; adiciens etiam, quod appellationi nõ renuntiabat obiectę, ſed proſequi volebat eandem. Vnde tua fraternitas requiſiuit a nobis, vtrum metropolitanus de huiuſmodi conqueſtione cognoſcere valeat, etſi reperit illũ legitime prouocaſſe, an eum denuntiare debeat abſolutum; & an, ſi Epiſcopus coram Archiepiſcopo appellauerit; ne is, qui excõmunicatus fuerat, abſoluatur, appellationi ſit huiuſmodi deferendum. Nos igitur inquiſitioni t. taliter reſpondemus; quod, ſicut metropol. de appellatione ad nos interpoſita cognoſcere omnino non valet, ſic nec de his, quæ poſt appellationem ipſam fuerint innouata; dummodo de illis cognoſci non poſsit, niſi de appellatione pariter cognoſcatur, vel de ijs, quæ ad appellationis cauſam cõtingere dignoſcũtur. In quo caſu, ſi metropolitanus ad cognoſcendum ſuas partes interponere forte præſumeret, Epiſcopus vtiq. poſſet ad appellationis beneficium conuolare; nam ad officium eius, qui de appellatione cogniturus eſt, pertinet prudenter corrigere, quæ contra ipſam inuenerit attemptata. Si vero notoriũ forſan exiſteret, quod mandatum Epiſcopi indiſcretum fuerat, vel iniuſtum, cui nõ tenebatur ſubditus obedire; ac per conſequentiam ei liqueret euidenter, ſubditum legitime prouocaſſe: poteſt Archiepiſcopus auctoritate metropolitica declarare ſubditum irrationabiliter extitiſſe anathematis mucrone percuſſum. Cum autem excõmunicatus, qui appellauerat, iuxta præſcriptam formam coram Archiepiſcopo deponit contra Epiſcopum quæſtionem, vt videlicet de iniuria ſibi ab Epiſcopo irrogata cognoſcat, metropol. ipſe ad cognoſcendum de cauſa poteſt interponere partes ſuas, cum ille appellationis proſecutioni renuntiare tacite videatur; ſed ſi verbo, vel facto, appellationem ſe velle proſequi proteſtatur ſicut in propoſito caſu ſuperius eſt expreſſum; non eſt tamquam aduerſa petens, & ſibi cõtrarius audiendus.

Idem Epiſcopo Cant. & M. Archid. Trecen. Cap. 13.

DILECTO f. Decano Altiſiodoreñ. eccleſiæ, ac magiſtro B. ve. f. n. Altiſiodoreñ. Epiſcopi procuratore in noſtra præſentia cõſtitutis, idem magiſter propoſuit coram nobis, quod cum dictus Epiſcopus R. presbyterum domus Dei, in qua prouiſionem, & diſpoſitionem plenariam obtinere dinoſcitur, detineri faceret vinculis mancipatũ, pro eo, quod bona quædã eiuſdem, quæ furtiue ſubtraxerat, reſtituere detrectabat, propter quod etiam ab eodem Epiſcopo fuerat excõmunicationis vinculo innodatus; & ſupradictus Decanus Epiſcopum monuiſſet, vt eidem reſtitueret, vel ſaltem recrederet presbyterum memoratum, quem ad iuriſdictionem ſuam ſpectare firmiter aſſerebat: Epiſcopus metuens, ne Decanus aliquid in ſuum præiudiciũ attemptaret; ſe, ac ſuos, ſtatumq; eccleſiæ, ac ciuitatis ſuæ protectioni metropolitani ſupponens, ad metropolitanę ſedis audientiam appellauit, feſtum ſanctæ Ma. Magdalenę proximo præteritum terminũ appellationi pręfigens. Verum Decanus poſtmodicum canonicis Altiſiodoreñ. conuocatis, interdictum huiuſmodi eis contradicentibus promulgauit, vt Epiſcopo in ciuitate præſente a diuinis in Altiſiodoreñ. eccleſia ceſſaretur. Poſtmodum vero cum die appellationi pręfixo comparuiſſent partes coram officiali curiæ Senoñ. Decanus allegans, quod appellationi ab Epiſcopo interpoſitæ ideo non duxerat deferendum, quoniam presbyter ſupradictus adhuc in vinculis tenebatur, vocem ad nos appellationis emiſit; officialis autẽ irritũ c. 55 c.

iu-

iudicauit interdictū a Decano poſt appellationē Epiſcopi ad ſedē metropol. interpoſitā promulgatū.& infra. His igitur,& alijs, quæ vtrimq. fuere propoſita coram nobis,intelleximus euidenter quod & ſi Epiſcopus prudēter,& vtiliter prouidiſſet,vt recrediddiſſet Decano presbyterum ſæpedictum ad omnem prorſus ſcandali materiam anputādam; quia tamen idem Epiſcopus,ſicut præmiſſum eſt, diuerſos modos expreſsit,ſecundū quos Decano paratus fuit ſuper captione presbyteri iuſtitiæ plenitudinem exhibere,ad metropolitanam ſedem appellans, Decanus poſt hoc nō potuit ferre ſententiam interdicti,& ideo de communi f.n. conſilio ſententiam ipſam ab eo poſt ap.legitime promulgatam irritam decernimus, & inanem;illo nequaquam obſtante,quod Decanus ad excuſationem ſuam quaſi variando propoſuit coram nobis,quod priuſquā Epiſcopus appellaſſet, ipſe ſententiam tulerat, cuius tamen effectum ad tēpus duxerat ſuſpēdendum,cum interim appellatione interpoſita procedere non debuerit ad ſententiam exequendā. Officialis tamen proceſſum,qui poſt ap.ad ſe.Ap.interpoſitā,huiuſmodi ſentētiam interdicti decreuit irritā, & inanem,& mandauit penitus non ſeruari, temerarium iudicantes,cum ap.ad nos interpoſita nihil debuit innouari. Præterea licet excōmunionis ſententia per Epiſcopum promulgata, rite lata prima facie videretur,quoniam cum per iam dictum officialem mandatum eſſet,ne ſeruaretur in eccleſia interdictū, & idem Decanus,ne celebraretur in eccleſia, prohibendo diuinum videretur officium perturbare;quia tamē per ap. ad nos interpoſitā ex parte Decani,cui etiam officialis duxerat deferendum,apoſtolos concedendo,non ſolum principale negotium, ſed acceſſoria etiā ad noſtrum referebantur examen, ſentētiam vt pote poſt ap.ad nos legitime interpoſitam decernimus viribus caruiſſe, ac ipſum Decanum ea non fuiſſe ligatum. Verum licet Archiepiſcopus quorundam conſilio circunuentus poſt ap. ad nos emiſſam, de qua ſibi per officialis ſui litteras innotuerat, Decanū denuntiauerat euitandū;Senon̄.canonicos, qui ſaniori ducti conſilio cōmunicarunt eidem, vt appellationi ad nos interpoſitæ,magis quā denuntiationi ab Archiepiſcopo factæ deferrent,inculpabiles iudicamus.

DE CONFIRMATIONE VTILI, vel inutili. Tit.xx.

Idem Decano Padeburgen̄. *Cap.*1.

CVM di.in Chr̄o fil. Abbatiſſa,& ſorores eccleſię de Gandeſen. ſua cuperent priuilegia renouari,nobis humiliter ſupplicarunt, qua. aliquib. perſonis ſcriberemus, vt priuilegia ipſius eccleſiæ , quæ propter viarū diſcrimina ad noſtram pręſentiam tute deſtinari non poterant, inſpicerent diligenter,tenorem ipſorum fideliter cōſcribentes, ſigillis eorum ſignatum,noſtro conſpectui pręſentādum. Verū nos eorum poſtulationib. concurrentes,quattuor Epiſcopis,& Abbatib. totidem hoc iniunximus exequendum,qui Apoſtolico mandato parentes priuilegia felicis recorda. Agapeti, & Ioannis præ.noſtrorū ſibi pręſentata ſubtiliter conſpexerunt, tenorem eorū,ſub ſigillis ſuis nobis fideliter tranſmittentes. ve.f.n. G.Remen̄. Archiepiſcopus,tūc Epiſcopus Prænestinus in partib.illis officiū legationis exercens,tenorē priuilegior.ipſorū ſub ſigillo proprio,noſtro fecit cōſpectui pręſentari. Nos autem tam Legato, quam inquiſitorib.ipſis fidem debitam adhibentes , licet, non videremus,quare non deberent eadē priuilegia innouari,quia tamen C.maioris eccleſiæ, & I.ſanctæ Crucis canonici propoſuerūt Hildeſemen̄. eccleſiam in poſſeſsione ſubiectionis ipſius monaſterij per C.annos,& amplius extitiſſe,priuilegia ipſa tunc non duximus innouanda. Verum, vt tam monaſterio, quam ipſi eccleſiæ ſuā iuſtitiam ſeruaremus; dil.f. Pigauen̄. Corbien̄. & de Lapide ſancti Michaelis Abbatib.dedimus in mandatis,vt ad locum idoneum pariter accedentes;citatis, qui fuerant euocandi, inquirerent ſuper omnibus diligentius veritatem; & vſq. ad diffinitiuam ſententiam procedētes, geſta omnia ſub ſuarum teſtimonio litterarum cōſcripta, fideliter ad ſe. Ap. deſtinarent , præfigentes partib. terminum conpetentem , quo noſtro ſe conſpectui præſentarent,ſententiam recepturæ.ipſi vero mandatum Apoſtolicū exequi cupientes,partes ad ſuam præſentiam citauerunt ; & cum vellent in cauſa procedere, occaſione cuiuſdam interlocutorie,quam tulerunt,pars Hildeſemen̄. eccleſiæ ad ſe. Ap. appellauit:propter quod iudices ipſi in cauſa procedere nequiuerunt.nuper autem partib. in noſtra præſentia conſtitutis , prædicta petijt Abbatiſſa,quatenus deberemus priuilegia ſuæ eccleſiæ innouare, præſertim, cum in præſentia delegatorum iudicum pars Hildeſemen̄.eccleſiæ nihil oſtendere ſtuduerit , vel probare , quod monaſterio , vel priuilegijs

Decōfir. c.4.

 eiuſ-

eiuſdē in aliquo derogaret. Ex aduerſo vero fuit ſollicite poſtulatum, vt cauſam ipſam diſcretis viris cōmittere dignaremur, qui teſtes reciperent, quos contra priuilegia monaſterij, & probādum præſcriptionem legitimam inducere proponebant. Nos ſiquidem diligentius attendentes, quod iure ciuili prouida ſit deliberatione ſtatutum; vt quando periculū teſtium formidatur, ne veritas occultetur, & probandi copia fortuitis caſibus ſubtrahatur, & lite non conteſtata teſtes valetudinarij, & alij, de quibus ex alia rationabili cauſa timetur, ad teſtimonium admittantur eiuſdem æquitatis ſimilitudine prouocata, prædicta priuilegia, quaſi iam nimia vetuſtate conſumpta fuerint, non in pergameno, ſed in papiro conſcripta, duximus innouanda. Nolentes, quod in nouatione huiuſmodi nouū ius monaſterio acquiratur, ſed vt antiquum ius, ſi quod habet, per innouatum priuilegium conſeruetur. Quia vero præfatum monaſterium ad ius, & proprietatem Apoſtolicæ ſedis per priuilegia præ.n. pertinere monſtratur, ne ius eccleſiæ Romanæ remaneat indefenſum, eandem Abbatiſſam procuratricem ipſius duximus ſtatuendam; vt cū aduerſus eccleſiam Rom. poſſeſsiones, & iura non, niſi centenaria currat præſcriptio; ipſa ſuper hoc, & alijs vice noſtra procuret, quæ corā nobis fuerant in iudicio procuranda. Nolentes igitur, quod de ſtatu eiuſdem monaſterij diutius dubitetur, per quod cauſa ipſa remaneat vlterius indeciſa; d.v. per A. ſ. m. quo. locum tutum, & cōmodum eligentes, infra ſex menſium ſpatium poſt ſuſceptionem litterarum noſtrarū præſentium, recipiatis teſtes, quos ad preſcriptionem probandam Hildeſemeñ. eccleſia, vel ad interruptionē oſtendendā Guandeñ. † cœnobium dixerit producendos, etſi legitimam preſcriptionem probauerit, vt intēdit; niſi probata fuerit interruptio ex aduerſo, ſubiectionem ipſius monaſterij adiudicetis eidem; cum conſtet ipſum in ſua diœc. conſtitutum; priuilegium, quod ipſi monaſterio innouari fecimus, corrumpentes. Alioquin eidē ſuper hoc perpetuum ſilentium inponentes, monaſteriū ipſum pronuntietis perpetua libertate gaudere, noſtro ſibi priuilegio reſignato.

† *Gandeſeñ. ſupra.*

Idem Epiſcopo, & Præpoſito Vticēñ. Cap. 2.

AD audientiam noſtram di. f. Præpoſito Nemauſenſ. † ſignificante peruenit, quod quidam canonici Nemauſeñ. eccleſiæ ſuper dilapidatione, vel alijs criminibus infamati, a nobis litteras confirmationis ſuper adminiſtrationib. ſuis optinere laborant, religionis, ac profeſsionis ſuæ condicione ſuppreſſa. Cū igitur regularibus perſonis non conſueuerit Apoſtolica ſedes aliqua perſonaliter confirmare; di. v. per A. ſ. m. qua. confirmationes ipſas, quas ab ipſis canonicis, cum regulares exiſtunt, noueritis taliter impetratas, auctoritate noſtra ſuffulti denuntietis irritas, & inanes.

c. 5. e.

† *Nemauſeñ ſcribo*

Idem nobili viro Mattheo de Romana. Cap. 3.

EXAMINATA cauſa, quæ vertitur inter te, ac milites Campanicos ſuper eccleſia ſancti Angeli de Romana Caſaparata, actis confeſsionibus, & atteſtationibus intellectis, inſpectis inſtrumentis, & allegationib. indagatis; perpendimus euidenter arbitrium, quod T. vicedominus Sabineñ. dicebatur ſuper eodem negotio promulgaſſe, contra formam iuris, & compromiſsi, fuiſſe dictatū. Vnde non obſtante confirmatione felicis me. C. p̄. noſtri, qui confirmauerat illud, ſicut prouide latum fuerat, & ab vtraq. parte receptum; decernimus ipſum irritum, & inane. Actionem autem, quam ſuper iure patronatus eiuſdem eccleſiæ contra præfatos milites intendebas, incongruentem cognouimus, & ineptam. Quia cum teſtes induxeris ad probandum, quod quando præfatus vicedominus eccleſiam eandem, tamquam ſequeſter accepit, tu ipſam eccleſiam poſsidebas, profecto nec rei vindicationē intendere, nec ipſius reſtitutionem poteras poſtulare. Vnde intentionem tuam in hac parte pronuntiauimus nō tenere, abſoluentes eoſdem milites ab eadem, ita tamen, quod ſi congruentem, & aptā intendere volueris actionem, reſpondere tibi nihilominus teneantur.

e. 7. e. & de iudicijs. c. 15.

LIBER

LIBER TERTIVS.

DE VITA, ET HONEstate Clericorum. TIT. I.

Idem prælatis, & clericis Lombardiæ. *Cap. 1.*

De vita & hon. cler. c. 5. CVM ab omni ſpecie mala præcipiat Apoſtolus abſtinere; nos, qui licet indigni conſtituti ſumus a Deo ſuper gẽtes, & regna, vt iuxta verbũ propheticũ euellamus & deſtruamus, & ędificemus etiã, & plantemus; ſũmopere debemus ſatagere, quatenus euellamus vitia, plãtemus virtutes, deſtruamus iniqua, & ædificemus honeſta; ſicq. nrã ſollicitudine mediãte praua trãſeant in directa, & aſpera conuertantur in plana. Licet autem huius noſtrę ſollicitudinis labor generaliter debeat ad omnes extendi, quia ſapientibus ſumus, & inſipientibus debitores: ſpecialiter tamen ad clericos, qui dormire debẽt a vitijs, vt ſint pennæ columbæ deargentatæ, ne quid appareat in illis, quod obfuſcet candorem eccleſiaſticę puritatis. Sane ad audientiam Apoſtolatus noſtri multorũ aſſertione peruenit, quod cum ex delegatione noſtra cauſas ſuſcipitis pertractandas more ſæcularium; ſuper decima litis, vel parte alia, pro diuerſa terrarum conſuetudine, præter expenſas victualium, cum litigantibus receptis pignoribus pro ſalario conuenitis, quod poſſitis uſq. ad ſolutionem pecuniæ, nolentibus partibus, contenditis detinere; non attendentes, quod ad hoc vobis, & alijs clericis ſunt eccleſiaſtici redditus deputati, vt ex ipſis honeſte viuere debeatis, ne vos oporteat ad turpia lucra manus extendere, vel ad iniqua munera oculos inclinare. Cum igitur opera veſtra lucere debeant laicis in exemplum, nec vos deceat ad inſtar ſæcularium ad turpe compendium iuris occaſionem arripere, vniuerſitati per A. ſ. m. atq. præcipimus, quatenus ab huiuſmodi exactionibus decetero abſtinentes, vigorem iudiciarium grãtis ſtudeatis litigantibus impertiri, non obſtante, quod in fraudem a quibuſdam proponitur, quod idẽ exigatur nomine aſſeſſorum, cum nec iuſtum iudicium iudici vendere liceat, & venales ſententiæ ipſis etiã ſæcularibus legibus reprobantur.

Idẽ Liuonẽ. Epõ, & eis qui cũ ipſo ſunt, fratrib. c. 2.

DEVS, qui eccleſiam ſuã noua ſemper prole fecundat, volens moderna tẽpora conformare priorib. & fidem catholicam propagare, prędeceſſorib. veſtris, & vobis poſt eos piũ inſpirauit affectũ; vt Liuonẽ. ingreſsi prouinciã, paganis euãgelizaretis nomen domini Ieſu Chriſti, eorũ ſequentes exemplũ, quibus in euãgelio legimus eſſe dictũ. Euntes docete omnes gẽtes bap. eos in no. pa. & fi. & S. S. de quib. euãgelicus ſermo ſubiungit. Illi autẽ p. p. vbiq. Do. co. & ſermonẽ cõ. ſe. ſig. Attẽdens etenim euangelicus ille pater familias, quod meſsis eſt multa, operarij autem pauci: adhuc mittit operarios in meſſem ſuã, & in hac quaſi vndecima hora vineæ ſuæ nouos deputat vinitores, quor. laborem pariter cũ primis denario recõpenſet. Vnde, cũ euãgelizandi officiũ, eo aſsũpſeritis inſpirãte, qui facit vtraq. vnũ; oportet vos in vnitatis & caritatis ſpiritu ambulare, illorũ ſequentes exemplũ, de quib. legitur. Multitudinis autem credentiũ erat cor vnũ, & anima vna. Ne igitur, ſi diſpar in vobis obſeruãtia fuerit, & diſsimiliter habitus apud eos, quib. vnũ euangeliũ prædicatis, ſcandalũ ſuſcitetur, priuſq. diuidatur populus ille nouus, in partes, quã in vnã eccleſiã cõgregetur, cũ paratus ſit adhuc inimicus homo meſsi dominicæ ſuperſeminare zizania: dis. v. mõ. & exhor. in dño, p A. vobis ſ. mãdantes, quatenus nõ obſtãte, quod inter vos monachi ſunt, & canonici regulares, vel alij etiã regularẽ vitam ſub alia diſtinctione profeſsi, pariter in vnũ regulare propoſitũ, & honeſtum habitũ, quantũ ad hoc ſpectat officiũ cõformetis; ne noua eccleſia Liuonẽ. plantatio pię m. p. tui, frater Epiſcope, ſanguine rubricata, vel leue in vobis ſcandalũ patiatur, per quos radicãda eſt in fide catholica, & fouenda.

Idem Lundeñ. Archiepiſcopo. *Cap. 3.*

De pœnis. c. 6. TVAE diſcretionis prudẽtiã. & infra. Ad illud prętere a, quod a nobis tertio requiſiſti, qualiter clerici in latrocinijs, vel alijs magnis ſceleribus deprehẽſi puniri debeãt: reſp. quod a ſuis ordinib. degradati, detrudi debeãt in artis monaſterijs ad pęnitentiam peragendam.

Idem. *Cap. 4.*

De vita & hon. c 7. & de 〈?〉 pres. c. 15 & de cler. cõiu. c. 8. CVM decorem domus Domini. & infra. Interdum ludi fiunt in eiſdem eccleſijs theatrales, & non ſolum ludibriorum ſpectacula, introducuntur in eas monſtra laruarũ: verum etiam in tribus anni feſtiuitatib. quæ cõtinue natalem Chriſti ſequuntur, diaconi, presbyteri, ác ſubdiaconi viciſsim inſaniç ſuç ludibria exercentes, per geſticulationum ſuarum debacchationes obſcenas incõſpectu populi, decus faciunt clericale vileſcere, quem potius illo tempore deberent prædicatione mulcere. Quia igitur ex officio nobis iniuncto domus Dei nos zelus comedit, & obprobria exprobantium ei ſuper nos cadere dinoſcantur; f. v. per A. s. m. qua. ne per huiuſmodi turpitudinem eccleſiæ inquinetur honeſtas; eos, qui ſunt publice vxorati, non admittatis decetero ad eccleſiaſticas dignitates, dimiſsis ab eis, quas non poſſunt ſine prauo exemplo, & graui ſcandalo retinere. Filijs quoq. canonicorum præbendas in eiſdem eccleſijs conferri non ſinatis, quarum ſunt canonici patres eorum, cum indecorum ſit, vt in altaris officio illegitimus filius impudico patri miniſtret, in quo vnigenitus filius æterno patri pro ſalute humani generis victimatur. Prę libatam vero ludibriorum conſuetudinem, vel potius corruptelam curetis ab eccleſijs veſtris taliter extirpare, quod vos diuini cultus, & ſacri comprobetis ordinis zelatores.

DE COHABITATIONE CLERICOrum, & mulierum. Tit. ij.

Idem Exonien. Epiſcopo. *Cap. 1.*

De cohab. cle. c. 8. TVA nos duxit fraternitas conſulendos, ſi de clericis publice concubinam habentibus, qui, quando conueniuntur a te, ſe eſſe concubinarios diffitentur, nec apparet contra eos legitimus accuſator, credendum ſit teſtimonio bonor. virorum, inter quos viuere dinoſcuntur. Nos igitur conſul. t. r. reſpondemus, quod ſi crimen eorum ita publicum eſt, vt merito debeat appellari notorium, in eo caſu nec teſtes, nec accuſator eſt neceſſarius, cum huiuſmodi crimen nulla poſsit tergiuerſatione celari. Si vero publicũ eſt; non ex euidenti cauſa, ſed ex fama, in eo caſu ad condemnationem eorum ſola teſtimonia non ſufficiunt; cum non ſit teſtimonijs, ſed teſtib. iudicandum; ſed ſi de clericis illis talis habeatur ſuſpicio, vt ex ea ſcandalũ generetur in populo; licet contra ipſos nõ apparuerit accuſator, tu tamen eis canonicam potes indicere purgationem; quam ſi pręſtare noluerint, vel defecerint in præſtando, eos canonica poteris animaduerſione punire.

Idem Piſtorien. Epiſcopo. *Cap. 2.*

A nobis tua fraternitas requiſiuit, & infra. Cum clericis quoq. non permittas habitare mulierculas, niſi forte de illis perſonis exiſtant, in quibus naturale fœdus nihil permittat ſæui criminis exiſtimari. † c. 9. 6. De vita & hon. Fal. ſuſpicari.

DE CLERICIS CONIVGATIS. tit. iij.

Idem Archiepiſcopo Norwicen. *Cap. 1.*

De cler. cõiu. c. 5 DIVERSIS fallacijs homines circumuenti, Deo, & mammonæ famulari conantur, cum tamen ſecundum euangelicam veritatem, nemo poteſt duobus dominis ſeruire, quoniam ſi vnum dilexerit, alium habebit exoſum, aut vno contempto, alium ſuſtinebit. accepimus etiam, quod quidam clerici tuæ diœc. qui ſollemniter in conſpectu eccleſiç matrimonium contraxerunt, eccleſiaſtica beneficia detinere contendunt, in quor. conuerſatione cithara cum pſalterio male cõcordat. Cũ igitur vir cogitet, quomodo placere poſsit vxori, & ideo minus, quæ Dei ſunt, valeat cogitare; cum quaſi diuiſus in duo plenã ſui non habeat poteſtatem. vt ei, a quo ſtipendium recepit, plenius famuletur. f. t. præ. auctoritate m. qua. huiuſmodi clericos beneficijs eccleſiaſticis, quę in tua diœc. ſunt adepti, auctoritate noſtra ſuffultus valeas ap. re. priuare, præſertim cum rerum eccleſiaſticarum ſubſtantia ſoleat deperire per tales, niſi forte talibus ſcienter contuleris eccleſiaſtica beneficia, quibus eos non per te, ſed per ſuperiorẽ decernimus ſpoliandos.

Idem Acheruntino Archiepiſcopo. *Cap. 2.*

c. 6. CVM olim ad noſtram audientiam perueniſſet, quod canonici Anglouen. dil. f. Cantorem Tricaricen. ſibi elegerãt in paſtorem; tibi dedimus in mandatis, vt examinata electione diligentius, & perſona; ſi electionem canonicam, & perſonam idoneam inuenires, electionem ipſam auctoritate Apoſtolica confirmares, ſicut metropolitanus in ceteris proceſſurus. Licet autem tibi de forma electionis canonicæ, ac idoneitate perſonæ

perſonæ in alijs conſtitiſſet, mouit te tamen, & ad nos conſulendos induxit, quod cum pater eiuſdem Cantoris Græcus fuerit, & iuxta ritum Græcorum vxorem duxerit in minoribus ordinibus cõſtitutus, Cantorem ipſum ex vxore legitima in ſacerdotio ſuſcepiſſet. Nos igitur attendentes, quod orientalis eccleſia votum continentiæ non admiſit, quin orientales in minoribus ordinibus contrahãt, & in ſuperioribus vtantur matrimonio iam cõtracto: f. t. per A. ſ. m. qua. niſi pro eo, quod inter Latinos Græci huiuſmodi conuerſantur, regionis cõſuetudo repugnet; ſi aliud nõ obſiſtat, ad confirmationem, & conſecrationem eiuſdem Cantoris ſine dubitatione procedas.

DE CLERICIS NON RESIDENTIBUS præbendatis in eccleſia. Tit. iiij.

Idem capitulo Raguſeñ. *Cap.* 1.

De cler. nõ reſid. c. 7. QVALITER Archiepiſcopus veſter temeritate propria receſſit ab eccleſia Raguſin. nec iam vltra quadriennium expectatus redierit, & per litteras noſtras etiã reuocatus, veſtra vniuerſitas plene nouit, cũ ſæpius apud nos depoſueritis ſuper hoc querelam, & vobis concedi poſtulaueritis licentiam eligẽdi. Nos autem expectantes diutius duximus expectandum: ſi forte reuerteretur ad cor, & ad eccleſiam ſuam, quam taliter reliquerat, remearet. Nolentes igitur, quod diutius eccleſia ipſa paſtoris maneat ſolatio deſtituta; diſ. v. per A. ſ. m. atq. præcipimus, qua. niſi forſitan iam redierit, vos poſt menſem a receptione præſentium perſonam vobis idoneam in Archiepiſcopum eligatis, & electionem veſtram nobis curetis quamcitius præſentare.

Idem Conſtantinopolit. Patriarchæ. *Cap.* 2.

c. 10. e. INTER quattuor animalia. & infra. De clericis autem, qui eccleſias, vel præbendas ſibi conceſſas ſine iuſta, & neceſſaria cauſa, tuo præſertim non accedente conſenſu, in hac deſerunt nouitate, hoc tibi duximus reſpondendum; quod poſtquam congruo tempore fuerint expectati, niſi redierint ad illas, poſſunt eis iuſte priuari, dummodò non ſunt iuſto impedimento detenti.

Idem Archiepiſcopo Patraceñ. *Cap.* 3.

d. ti. e. EX tuæ deuotionis inſinuatione recepimus. & infra. In eccleſijs autem eorum, qui ſe fraudulenter abſentant, nec ad ipſos valet citatio peruenire, trinæ citationis edictum facias publicari, & ſi non ſic curauerint obedire, ſi vltra ſex menſes ſuas deſeruerint eccleſias, vt iuxta canonicas ſanctiones eis debeãt merito ſpoliari; contra eos quoq. ſicut ſupradictum eſt, etiam procedatur, f. vt ipſos poſt ſuſpenſionis, & excommunicationis ſententias ad tuam obedientiam venire cõpellas. quod ſi nec ſic illorum malitia poterit emolliri, eos dil. f. B. tt. S. Suſannæ presbyter Card. Ap. ſe. L. ab ſpiritualium adminiſtratione remoueat, & quib. poſſit eccleſijs, de perſonis idoneis faciat prouideri, & ni eos degradationis ſententiam non promulget, vt cum eis miſericorditer, ſi expediat, facilius agi poſſit.

Idem Altiſſiodoreñ. Epiſcopo. *Cap.* 4.

TVAE fratern. diſcretio poſtulauit. & infra. Quæſiuiſti præterea, vt cum interdum canonici, quibus ſtudiorum gratia eſt indultum, vt in abſentia ſua fructus percipiãt præbendarum ſuarum, accepta licentia, ſe ad villas transferant, vel caſtella, in quibus nullum eſt, vel minus competens exercitium ſtudiorum; vtrum præbendarũ ſuarum fructus ſint talibus conferendi. Ad quod breuiter reſpõdemus; eis qui huiuſmodi fraudem committunt, cum fraus, & dolus nemini debeat (patrocinari impertiri, † præfatam indulgentiam competere non debere. c. n. d

† patrocinium imperttri.

DE PRAEBENDIS, ET DIGNITAtibus clericorum. Tit. v.

Greg. 9

Idem Zamoreñ. Epiſcopo. *Cap.* 1.

CVM ſecũdum Apoſtolum, qui altario ſeruit; de altari viuere debeat, & qui ad onus eligitur, repelli non debeat a mercede; patet a ſimili, vt clerici viuere debeant de patrimonio Ieſu Chriſti, cuius obſequio deputantur, vt ipſa nominis ratio perſuadet. cum igitur a cleros, quod eſt ſors, vel hereditas, clerici appellentur; quia in ſui ordinatione, vel aſſumuntur in hereditatẽ domini, vel aſſequuntur hereditatem in ipſo; vt vere poſſint pſallere cum Propheta: Dominus, pars hereditatis meæ; dignum eſt, vt eccleſiæ ſtipendijs ſuſtententur; in qua, & per quam diuinis obſequijs aſcribuntur. Licet autem prædec. noſtri ordinationes eorũ, qui ſine certo titulo promouentur, in iniuriam ordinantiũ irritas eſſe voluerint, & inanes: nos tamen benignius agere cupiẽtes, tãdiu per ordinatores, vel ſucceſſores eorũ prouideri volumus ordinatis, donec per eos eccle. beneficia cõſequãtur, De preb. c. 16.

ne forte clamores clericorum pauperũ, quos in aures domini Sabaoth credimus introire, indurata facie negligere videamur. Inde eſt, quod, cum dil.f.G.lator præſentium a G.bo. me.præ.tuo, ſicut aſſerit, in officio fuerit ſubdiaconatus, nullo præſentante promotus, f.t.m.qua.ſi eum dil.f.quibus examinationem ipſius duximus committendam, te citato legitime, vt per te ipſum, vel idoneum reſponſalem interſis, & tam ſuper idoneitate perſonæ, quam etiam ſuper quantitate, ac qualitate beneficij proponere tibi liceat, quidquid rationabiliter duxeris proponendum, idoneum eſſe repererint, & eccleſiaſtico beneficio non indignum, tamdiu ei vitæ neceſſaria congrue ſubminiſtres, donec per te in Zamoreñ.eccleſia, vel alia fuerit beneficium eccleſiaſticum aſſecutus; ſciturus pro certo, quod ſi per examinationem illorũ fuerit repertus idoneus, & tu ei iuxta mãdatum noſtrorum neglexeris prouidere; cum hoc nobis per literas eorum innotuerit, ad id exequendum te per diſtrictionem eccleſiaſticam compellemus; quia, ſicut nolumus iniuſta præcipere; ſic volumus, cum iuſta præcipimus, efficaciter exaudiri.

Idem Archiepiſcopo, Præpoſito ſancti Andreæ, & ſcholaſtico ſancti Petri Colonieñ. Cap. 2.

De ter. perm. c. 8. CVM vniuerſorum fidelium ab ipſo domino Ieſu Chriſto paſtoralis nobis ſit cura commiſſa, ſollicitudini noſtræ dinoſcitur expedire; vt ſic debeamus quoſlibet in ſuis rationib. cõfouere, quod aliquorũ iura incõſpectu eccleſię diſpendium non ſuſtineant. ſed firma, & illibata debeant permanere. Intelleximus ſiquidem dil.f.G.canonico ſancti Ioãnis in Leodio referente; quod cum ipſe, & L. clericus ducti quadam leuitate animi de permutatione præbendarum ſuarum inter ſe tractare cœpiſſent, quia vtilitatem vtriuſq. imminere credebant: tandem idem L. clericus occaſione dictæ permutationis, præbenda eiuſdem G. quam in eccleſia ſanctæ Mariæ Namureñ. habebat, cuidam conſanguineo aſſignata, præbendam ſancti Bartholomęi, quam ſæpedicto G. repromiſerat, nequaquã voluit reſignare; & ſic idem G. vt aſſerit, ſua ſpe remãſit omnino fruſtratus. Cumq. ſuper hoc in præſentia ve.f.n.Leodoñ. † Epiſcopi fuiſſet diutius litigatum, tandem idem L. ſe. Ap.appellauit, & cum dictus G.non ſine magno labore, & periculo acceſſiſſet; idem L.nec venit, nec per ſe curauit mittere reſpõſalem.

† Leodieñ. forte

Cum igitur deceptis, & non decipientibus iura ſubueniant, fraus etiam, & dolus nemini debeat patrocinium impertiri; licet ipſi per ſe de iure nõ poſſent eccleſiaſtica beneficia permutare; vt tamen ſimplicitati venia tribuatur; diſ.v.per A.ſ.m. qua. ſi vobis conſtiterit prætaxatum G. taliter fuiſſe deceptum, ab ipſa Namureñ.pręhenda, quam diu dicitur poſſediſſe, amoto conſanguine ipſius L. vel quolibet alio illicito detentore, eandem ſubmoto ap.ob.G.faciatis reſtitui memorato, & eundem ipſius pacifica poſſeſsione gaudere.

Idem Archiepiſcopo Senoñ. Cap. 3.

INTER cetera.& infra. Tibi ſiquidem ſatis credimus eſſe notum, qualiter facta reſignatione a W.quondam canonico Lauduñ. de præbenda eiuſdem eccleſiæ, quæ per commutationem præbendarũ H.tunc Siclinieñ. canonico a bo. me. Decañ. Rem. auctoritate Apoſtolica aſsignari debeat, magiſter P. de Conſtanent. per Lauduñ. Epiſcopum de pręhenda fuerit inueſtitus eadem, & tã in choro, quam capitulo per Decañ.& canonicos Lauduñ. adhibitis ſollemnitatibus debitis iuxta Lauduñ. eccleſiæ conſuetudinem inueſtitus, ſuper quo cum inter magiſtrum ipſum, & dictum H.cõtrouerſia ſuborta fuiſſet. & infra. Per bo.me.C.Papam prę.n.omnia retractata fuerint, ſicq. magiſtro ipſo ſpe ſua omnino fruſtrato.& infra. Supradicto Epiſcopo diſtricte dedimus in præceptis, vt donec idem magiſter in eadem eccleſia fuerit pręhendale beneficium aſſecutus, nulli alij præbendam modo quolibet aſsignare præſumat. quod ſi forte præſumpſerit, id irritum decernimus, & inane. Decet enim vt, quia præbendam ei, quam de iure nõ potuit, aſsignauit; eam, quã de iure poteſt, aſsignet, ne præbẽdam illi fraudulenter viſus ſit aſsignare. De præ. c. 17.

Idem Epiſcopo, Archidiacono, & Cantori Tornaceñ. Cap. 4.

CVM iam dudum. & infra. Verum, quoniam a iamdicto R. Orwoceñ. canonico præfato I. quædam obiecta fuere, quæ non decuit ſub ſilentio præteriri, multitudo videlicet tam dignitatum, quam etiam præbendarum, ambitionis, & auaritiæ vitium, cui non dum finem imponens contra diffinitionis noſtræ tenorem, & Lateraneñ. ſtatuta concilij ad obtinendum præpoſituram Siclinieñ. ſe ingerit, & ingeſsit, & quod die intruſionis ſuæ ante confirmationem ſuam c. 18. &

præ-

ſuam præſumpſerit miniſtrare, ſicut & poſt confirmationem caſſatam, quam a Sueſſionen̄. iudicibus impetrauit, per A.v.ſ. m. qua. ſi inueneritis prædictum I. habentem plures alias dignitates, atq. præbendas, aut aliquod aliud præmiſſorum inueneritis eſſe verum, quod ad caſſationem eius ſufficiat, ei ſuper iamdicta præpoſitura ſub. ap. ob. ſilentium imponatis ab impetitione ipſius Sichnien̄. eccleſias abſoluentes; cum multa per patientiã tolerentur; quæ, ſi deducta fuerint in iudicium, exigente iuſtitia non debeant tolerari.

Idem Archiepiſcopo, & Archidiacono Senon̄. *Cap.5.*

c.5.e. DILECTVS filius T. Lingon̄. canonicus in noſtra propoſuit præſentia conſtitutus, quod, cum de mandato bo. me. G. Pap. præ. n. G. quondam Lingon̄. Epiſcopus quandam præbendam aſsignaret eidem in eccleſia Lingon̄. & eadem ſibi per prædictum præ. n. fuerit confirmata, quia capitulum Lingon̄. ipſum ad eandem præbendam recipere contemnebat, di.fi. Claræuall. & Lõguiuadi Abbates auctoritate præ.n. cum nollet aliquatenus a cõtradictione ceſſare, ipſum ſuppoſuerint eccleſiaſtico interdicto. Poſtmodum autem ad præſentiam noſtram accedens, ad dil.fi. Medulenen̄. & Guincian̄. Abbates optinuit ſcripta noſtra, ſed cum per eos iuſtitiam ſuam non poſſet optinere: nos ve. Remen̄. Archiepiſcopo ſanctę Rom. eccleſię Card. tunc Epiſcopo Præneſtino Ap. ſe. Legato, ſicut aſſerit, dedimus in mandatis, vt prædictam interdicti ſententiam, ſicut fuerat rationabiliter promulgata, faceret appellatione poſtpoſita firmiter obſeruari. Vnde, cum idem Archiepiſcopus negotium prorogaret, & idem poſt labores multiplices fere de promouendo ipſo negotio deſperaſſet, deficiens in expenſis ad inſtantiam Archiepiſcopi memorati, & auctoritate ipſius talis inter eundem T. ex vna parte, & ve.f.n.R. Epiſcopum, & dil.f. Canonicos Lingon̄. ex altera, compoſitio interceſsit, quod ipſo ab eodem capitulo per manus prædicti Archiepiſcopi recepto in canonicum, & in fratrem, & conceſſo ſibi ſtallo in choro, & participatione qualibet diuinorum, idem fructus præbendæ alicuius eiuſdem eccleſiæ percipere non deberet, niſi loco proximo vacaturæ. licet autem præfatũ Archiepiſcopum ſincera diligamus in domino caritate, ipſiuſq. velimus honori deferre, quia tamen in his quæ contra canonicas ſanctiones attemptari noſcuntur, ei deferre nec volumus, nec debemus, quod ab eo illicite factum eſt in hac parte, duximus irritandum, quod licite factum eſt, approbantes. Cum ergo dictum T. in canonicum recipi, & fratrem canonicis non obuiet inſtitutis, & vacaturam expectare præbendam, Lateranen̄. concilio non ſit dubium obuiare: nos illicito reprobato, quod eſt licitum, approbantes, quia videtur indignum, vt is, qui receptus eſt in canonicum, præbendæ beneficio defraudetur: di. v. per A.ſ.m. qua. dictos Epiſcopum, & canonicos Lingon̄. ſi verum eſt, quod aſſeritur, vt eidem præbendam, cum ſe facultas optulerit, non differant aſsignare, vos eos mo. pręmiſſa per cen. ec. ſub. cuius. contrad. & ap. ob. conpellentes, faciatis eidem portiones cotidianas, quæ fuerint in eccleſia memorata, ſine deminutione qualibet aſsignare, contradictores per cen. eandem appel. poſtpoſita conpeſcendo.

Idem Epiſcopo Brixien̄. *Cap. 6.*

TVAE fraternitatis deuotio. & infra. Pręterea conſuluiſti, cum ſæpe contingat, quod ad vnam præbendam duo clerici propter nimiam inportunitatem petentium eliguntur, vtrum cõfirmanda ſit talis electio, vel potius irritanda. Nos igitur attẽdentes, quod ſi duo clerici vnam prębendam tenerent, illud eſſet contra concilium Turon̄. quod præbendarũ inhibet ſectionem, & ſi vnus illor. ipſam optineret præbendam, ſub expectatione alius, cõtra Lateran̄. ſtatuta concilij remaneret. Inquiſitioni t. t. reſpõdemus, quod talis electio de rigore iuris penitus eſt caſſanda. c.10.e.

Idem. *Cap. 7.*

NISI eſſent viri prouidi, & honeſti tam ij, qui ordinationem fecerunt, quam illi; circa quos eſt facta ordinatio in eccleſia veſtra, ſuper prioratus negotio, ordinationem illam valde ſuſpectam propter exempli perniciem haberemus. quod ergo poſt concertationem diutinam ordinatum eſt circa vnũ de duob. electis, vt ipſe habeat prioratum, hoc ex iuriſdictione delegata, ſecundum iuſtitiam, videtur † eſſe ſtatutum. Quod autem ordinatum eſt circa reliquum, vt ipſe xx. lib. de redditibus capituli, & xl. libras de prouentibus Prioratus percipiat annuatim; hoc ſecundum prouidentiam intelligitur eſſe præceptum, ex arbitraria poteſtate; cũ in delegatis fuerit cõpromiſſũ: qui auctoritatẽ ſibi retinẽdo cõmiſſam, ſe pro bono pacis, & vtilitatis, c.11.e. †al. videatur

hoc †

†al. hæc hoc † ordinaſſe fatentur. Quia igitur hæc ordinatio ab omnibus eſt recepta, poſsintq. licite Prior, & capitulum de prouentibus ſuis propter cauſas prędictas, non quidem ex pactione partium, ſed ex iuſsione iudicum prouiſionem huiuſmodi exhibere; nos eam hoc habito moderamine toleramus; vt ad prę ſtationem xl. librarum non dignitas prioratus, ſed perſona Prioris maneat onerata, ne forte vel circa prouentus aliqua videatur facta ſectio prioratus; ita quod ipſo Priore defuncto ſucceſſor ipſius ad prę ſtationem xl. librarum minime teneatur.

† Xāto forte *Idem Xanden. † Epiſcopo, & Abbati Bacian.* *Cap. 8.*

c. 22. e. PRO illorum prouiſione. & infra. Pro dil. f. Magiſtro P. Audoen. qui apud ſedem Apoſtolicam moram feciſſe dignoſcitur longiorem, nec adhuc erat competens beneficiũ eccleſiaſticum aſſecutus, licet ad ipſum eſſet idoneus optinendum, ve. f. n. Burdegal. Archiepiſcopo litteris noſtris pręcipiendo mandauimus; vt ei in aliqua eccleſiarum ſuarum, vbi ei expedire cognoſceret, omni dilatione, & excuſatione poſtpoſitis, ſub. cuius. contr. & ap. ob. competens ei faceret beneficium aſſignari, præſumptionem eorum eccleſiaſtica dis. compeſcens, qui ſe ei duceret ſuper hoc temere opponendos, ipſe autem Archiepiſcopus, ſicut ſuis nobis litteris intimauit, attendens præfati magiſtri ſcientiam, & probitatem, illum cognoſcens idoneum ad tale beneficium optinendum, & poſt ſuſceptionem mandati noſtri, Decano, & capitulo Xanton. auctoritate noſtra mandauit, vt ipſum pro reuerentia ſe. Ap. in fratrem admitterent, & canonicum, & fraterna caritate tractarent. Cũque precibus eius, & mandatis noſtris reluctarentur canonici, ac indulgentiam de quadrageſimo canonicorum numero obtineretur, quam a ſe. Apoſtolica iactitant ſe habere, quia idem Archiepiſcopus manifeſte cognouit illos in eluſionem mandati noſtri, & ſua indulgentia conceſſa eis inreuerenter abuti, & non tantum xl. tunc eſſe canonicos in eadem eccleſia, ſed plures conſtiterit illi euidenter: magiſtrum prædictum de præbenda, & canonica Xanton. cum conſenſu, & voluntate tua frater Epiſcope, & prudentium virorum conſilio inueſtiuit, contradictores vinculo excommunionis aſtringens. & infra. Quia vero, quod per prædictum Archiepiſcopum de memorato magiſtro auctoritate noſtra prouide factum eſt, firmitatem debitam volumus obtinere; dis. v. per A. ſ. m. & dis. præ. qua. ſi vobis conſtiterit prędictos canonicos indulgentiam prædictam, quam habent, de certo canonicorum numero, non ſeruaſſe, & aliquem vltra conſtitutum numerum in canonicum auctoritate propria recepiſſe; cum nobis legem imponere non debeant, quam ipſi negligunt obſeruare, latam in ipſos excommunicationis ſententiam a prædicto Archiepiſcopo tamdiu nuntietis auctoritate noſtra ſub. cuius contradict. & ap. ob. obſeruandam; donec ſæpedictum recipiant in canonicum, & in fratrem; & ea, quæ ad canonicum pertinent, cum ſtallo chori, & loco capituli ei ſtudeant aſsignare.

Idem Biſuntino Archiepiſcopo. *Cap. 9.*

TVIS quæſtionibus reſpõdemus, quod clericos in maioribus ordinibus conſtitutos de patrimonialibus bonis habentes, vnde poſſint congrue ſuſtentari, & ſi nondum fuerint eccleſiaſticũ beneficium aſſecuti, aliud † canonicum non obſiſtat, ad ſuperiores poteris ordines promouere. c. 13. e. †ſi aliud forte

DE CLERICO AEGROTANTE, ET debilitato. Tit. vj.

Idem Arelaten. Archiepiſcopo. *Cap. vn.*

EX parte tua fuit propoſitum coram nobis, quod cum ve. f. n. Arauſicen. Epiſcopus grauis, & incurabili morbo fere iam per quadriennium laboraret, ita quod paſtorale officium non potuit, nec poteſt vllatenus exercere: nobilis de Bautio Princeps terræ illius Conſules, ac ciues ciuitatis eiuſdem a te poſtularũt inceſſanter, vt tam ipſis, quam Arauſicen. eccleſiæ, cum ſis metropolitanus eorum, ſtudeas prouidere. Verumtamen, cum prædictum Epiſcopum ad ceſſionem compellere nec poſsis, nec debeas vllomodo, nec afflicto afflictio ſit addenda, immo potius ſit ipſius miſeriæ miſerandum; eo quod ipſe vir bonus extiterit, & honeſtus; & eccleſiam ſibi commiſſam ſalubriter gubernarit: quid ſuper his agere debeas, ſed. Apoſtolicã duxiſti conſulendam. Nos igitur volentes tam præfato Epiſcopo, quam eccleſiæ ſuæ ſalubriter prouideri: ſ. t. t. reſpon. & per A. s. mandamus, qua. illi coadiutorem aſſocies De cler. ægr. c. 5.

cies

cies virum prouidum, & honeſtū, per quem tam Epiſcopo, quam populo ſibi commiſſo ſalubriter conſulatur.

DE INSTITVTIONIBVS. Tit. vij.

Idem P. tt. ſancti Marcelli, & B. tt. ſanctæ Suſannæ presbyteris Cardinalibus Apoſtol. ſe. Leg. *Cap. 1.*

De inſtitut. c. 5. AD decorem, & commodum tam eccleſiæ ſanctę Sophiæ, quam aliarum eccleſiarū, quæ ſunt in vrbe Conſtantinopolit. conſtructæ, noſcitur pertinere; vt litterati viri, & morum honeſtate conſpicui, de quibuſlibet mundi partibus venientes inſtitui debeant in eiſdem. verum, ſicut noſtris auribus eſt ſuggeſtum, ve. f. n. Conſtantinopol. Patriarcha immemor eorum, quæ ſibi ſuggeſsimus viua voce, ac poſtmodúm per A. ſ. m. ſi tamen ad ipſum noſtræ litteræ peruenerint; aliarum nationum clericos ſpernēs, Venetos tantum in ipſis eccleſijs, & pręcipue in eccleſia ſanctę Sophiæ ſatagit collocare. non attēdens, quod in omni gente, qui facit iuſtitiam, acceptus eſt Deo; nec ſanctuarium Dei iure conuenit hereditario poſsideri. Quo circa dil. v. per A. ſ. m. qua. eundem Patriarcham monere, ac inducere ſtudeatis, vt viros religioſos, honeſtos, & litteratos vndecunq. originem duxerint, in prædictis eccleſijs inſtituere non poſtponat, & maxime in maiori; proponentes eidem, quod ſi monitis noſtris acquieſcere forte non curauerit; indignum ſe reddet, vt vos aliarum nationum clericos ad eius obedientiam conpellatis; præſertim cum ipſi propter hoc ad noſtram duxerint audientiam appellandum. neq. diſsimulare poteſtis, quin hoc auribus noſtris intimetis, vt ex hoc ipſo, an verum ſit, quod Venetis dicitur promiſiſſe, conicere valeamus. Si qui vero clerici per vos, vel per alterum veſtrum ſunt in prædictis eccleſijs inſtituti; ap. poſtpoſita faciatis eos pacifica poſſeſsione gaudere, amotos, ſicut iuſtum fuerit, per cen. ec. ap. re. facientes reſtitui ad eandem.

Idem Archidiacono Exoñ. *Cap. 2.*

Non potuit. TVA nuper deuotio requiſiuit, vtrum fundatoribus eccleſiarum tibi clericos præſentantib. qui duas, tres, quattuor, aut etiam plures habent parochias, qui etiam in conuentualibus eccleſijs dignitates, vel canonicas ſunt ſortiti, annuere debeas: cum conſcientiam lædas huiuſmodi concedendo: cum ſponſa Chriſti cuius vni vna ſufficeret; quartam, quintam, aut etiam ſextam indigne nimis, atq. impudenter auarus vſurpet. & infra. Sane circa quęſtiones præmiſſas ambiguitatis veſtigium non relinquitur; ſi & ſtatuta canonica, tam noua, quam vetera, diligentius attēdantur. In Lateraū. namq. cōcilio ſic inter alia nouimus inſtitutū; quod nōnulli modum auaritiæ nō ponētes, & diuerſas eccleſiaſticas De cler. nō reſid. c. 3. dignitates, & plures eccleſias parochiales cōtra ſacrorum canonum inſtituta nituntur adquirere; vt cum vnum officium vix implere ſufficiant, ſtipendia ſibi vindicent plurimorum; ne id de cetero fiat, diſtrictius inhibemus; cum ergo vel eccleſia, vel eccleſiaſticum miniſterium committi debuerit, talis ad hoc perſona quæratur, quæ reſidere in loco, & curam eius per ſe ipſam valeat exercere. quod ſi aliter factum fuerit, & qui receperit, quod contra ſacros canones accepit, amittat; & qui dederit, largiendi poteſtate priuetur. Volentes igitur fe. re. Alexand. Pap. prę. n. veſtigijs inhærere, ſuper quæſtione præmiſſa nihil aliud, quam ipſe ſtatuerit, tibi duximus reſpondendum.

Idem Helieñ. Epiſcopo, & Archid. Norantonie, & magiſtro H de Gerſt. *Cap. 3.*

De inſtit. c. 6. CVM veniſſent ad Apoſtolicam ſe. dilect. fil. magiſter Honorius Archidiaconus Richemundiæ, & magiſter Columbus ſubdiaconus noſter, I. de Eboraco, & R. Auelnel procuratores ven. f. no. Eboraceñ. Archiepiſcopi, eos in conſiſtorio noſtro duximus audiendos. fuit autem ex parte Archiepiſcopi memorati propoſitum; quod inſtitutio perſonarum, & cuſtodia eccleſiarum vacantium ad eum in diœceſi ſua ſpectat, tam de iure communi, quam conſuetudine generali. Verum quidam prædeceſ. ipſius quibuſdam Archidiacon. Richemundiæ tam inſtitutionem, quam cuſtodiam

perſonaliter commiſerunt, eas ſibi aliorum tempore retinentes, & libere, ſicut ſpectabat ad eos, vtentes eiſdem, ita quod Archiepiſcopus, qui Eboraceñ. eccleſiæ modo præeſt, W. de Chimili quondam Archidiac. Richemundiæ, illas ad preces inclitæ recordationis R. Regis Anglorum, de gratia ſpeciali cõceſsit, & eo in Epiſcopum poſt electo, ſibi retinuit tamquam ſuas. & infra. Ad hęc Archidiaconus ipſe reſpondit, quod cum inclitæ recordationis primus H. Rex Angliæ apud Karleolum ſedem Epiſcopalem vellet de nouo creari, quia ex hoc Archid. Richemundiæ lędebatur, Rex ipſe a bo. me. T. Archiepiſcopo Eboraceñ. humiliter poſtulauit, vt in recompenſatione cuiuſdam partis, quę ſubtrahebatur Archidiaconatui me. ei prædictas concederet dignitates, Archiepiſcopus autem annuit precibus poſtulantis, & tam inſtitutiones, quam cuſtodias non perſonaliter Archidiac. qui tunc erat, ſed perpetuo, de conſenſu Eboraceñ. capituli, Archidiaconatui reali, & liberali conceſsione donauit. Cum autem Archidiaconatus ipſe in continua poſſeſsione tam iſtarum, quam aliarum etiã libertatum multorum Archiepiſcoporum, Regum, & Archidiaconorum temporibus extitiſſet, & ſæpedictus Archiepiſcopus ſine contradictione qualibet conceſſiſſet ipſum eidem poſt conceſsionem aſſeruit, quod ipſum cum omnibus libertatibus ſuis illi conceſſerat, inſtitutionibus, & cuſtodijs vacantium eccleſiarum exceptis. Ipſe vero timens, ne ſi negaret expreſſe, cum nondum Archidiac. eſſet poſſeſsionem adeptus, vel impediretur penitus factum eius, vel diutius differretur; reſpondit, quod non ſolum de illo, ſed de omnibus redditibus ſuis faceret, quod Archiepiſcopo complaceret. & infra. Super hoc pars replicauit aduerſa, quod ſi renuntiatio, vel abiuratio Archidiaconatui non noceret, ſuper hoc tamen eſſet Archid. repetendi facultas adempta. Sed Archidiac. libertates illas ſe non repetere reſpõdebat, cum eis libere, ſicut prius, quando iter arripuit veniendi ad ſedem Ap. vteretur, & earum poſſeſsione gauderet. Sed contra hoc iterum replicabant, quod idem Archidiaconus in quadam eccleſia ſui Archidiaconatus non per Archiepiſcopum poſtulaſſet inſtitui, ſi talis inſtitutio pertinebat ad ipſum, & ipſe tunc ipſarum libertatum poſſeſsione gauderet. Ad quod Archidiaconus ipſe reſpondit, quod per Archiepiſcopũ non inſtitui, ſed confirmari potius poſtulauit; licet quod ſe ipſum inſtitueret, incongruũ videretur. Nos igitur auditis, quę fuerint hinc inde propoſita, & plenius intellectis, interlocuti ſumus, Archid. eſſe in plena libertatum eius Archidiaconatus poſſeſsione tuend. donec probatum legitime fuerit ex aduerſo, libertates ipſas Archidiac. ab Archiepiſcopis perſonaliter fuiſſe conceſſas, cum in hoc caſu tam ante, quam poſt, & in ipſa etiam conceſſione Archiepiſcopus eas retinere ſic potuerit licite, tamquam ſuas, vel donec legitime probatum fuerit, eaſdem libertates Archid. abiuraſſe, ſed in hoc caſu, ſi conceſſio fuit illa realis, Archiepiſcopo nihil iuris, vel vtilitatis accedat. quia nos, vel ad petitionem Eboraceñ. eccleſiæ, vel per nos ipſos ſuper hoc Archidiaconatui conſulemus. Si ergo alterutrũ ipſorum fuerit legitime comprobatum, Archid. ſuper libertatibus ipſis, ſi neutrum, Archiepiſcopo ſilentium imponatur.

Idem Epiſcopo Treceñ. & Archidiacono Peraſieñ. Cap. 4.

CVM ad noſtram. & infra. Illud autem vos nolumus ignorare, quod poſtquam idem M. Abbas fuit effectus, prædictam cuſtodiã de iure non potuit optinere. quia, cum ratione Abbatię ad ipſum pertineat donatio tam cuſtodię, quam aliarum dignitatum, ac etiam præbendarum, in eccleſia Peroneñ. cuſtodiam ipſam nequaquam recipere potuit a ſe ipſo; cum inter dantem, & accipientem debeat eſſe diſtinctio perſonalis: ſed nec ab alio, cum ius conferendi alius non haberet. e. 7. c.

DE CONCESSIONE PRAEbendæ, & dignitatis, vel † eccleſiæ non vacantis. Tit. viij.

† ap. &

Idem Præpoſito, & Decano, & capitulo Cameraceñ. Cap. 1.

PROPOSVIT nobis dilect. f. T. presbyter, quod, cum bonæ memo. C. PP. p̃. n. poſt preces, quas vobis pro receptione ipſius in fratrẽ, & aſsignatione prębẽdæ ad

De conceſ. præ. c. 4.

ad donationem veſtram ſpectantis in eccleſia veſtra proximo vacaturę eidem faciendã, porrexerat, mandatum vobis Apoſtolicum deſtinaſſet, & bo. me. Decanum Remeñ. executorem conceſsiſſet eidem; Decanus ipſe vos in executione mandati Apoſtolici contumaces inueniens, & rebelles, ipſum de præbenda primo vacatura in eccleſia veſtra, quæ ad donationem capituli pertinent, auctoritate Apoſtolica inueſtiuit. & infra. Sed cum ipſe Decanus morte præuentus in negotio ipſo vlterius nõ potuiſſet procedere, & præbenda; quæ ad donationem veſtram ſpectabat, in eccleſia Cameraceñ. vacaſſet, eã alij aſsignaſtis. & infra. Cum autem propter hoc idem presbyter ad eiuſdẽ prædec. n. præſentiam acceſſiſſet, ſicut ex litteris eius nobis innotuit; ipſe, quod ab eodem Decano factũ fuerat, ratum nolens haberi, collationem prębendæ factam a vobis penitus irritauit, & eundem de ipſa per anulum inueſtiuit. licet autem intentionis noſtræ non ſit inueſtituras de vacaturis factas cõtra canonum inſtituta, ratas habere, qui ſecundum plenitudinem poteſtatis de iure poſſumus ſuper his diſpenſare; attendentes tamen, quod idem presbyter non de vacatura, ſed de vacante per prædec. n. fuerat inueſtitus, vt pote quæ poſt caſſationem concesſionis a vobis factæ intelligitur vacaſſe; dis. v. per A. ſ. m. atq. præcipimus amoto ab ea præbenda quolibet detentore, eã ipſi T. omni dilatione, & excuſatione, & appellatione poſtpoſitis conferatis, & permittatis ab eo pacifice poſsideri, et ſtallum in choro, & locum in capitulo cum plenitudine honoris canonici aſsignantes.

Idem P. tt. ſanctæ M. in via Lata diacono Cardinali Ap. ſe. Legato. *Cap. 2.*

c.5.e. QVIA diuerſitatem corporum diuerſitas ſæpe ſequitur animorum: ne plenitudo eccleſiaſticæ iuriſdictionis in plures diſpenſata vileſceret, ſed in vno potius collocata vigeret; Ap. ſe. dominus in beato Petro vniuerſarum eccleſiarum, & cunctorum Chriſti fidelium magiſterium contulit, & primatum; quæ retenta ſibi plenitudine poteſtatis, ad implendum laudabilius officiũ paſtorale, quod omnibus conſtituit eam debitricem, multos in partem ſollicitudinis euocauit. ſit, vt ſuum diſpenſans onus, & honorem in alios, vt nihil ſuo iuri ſubtraheretur, nec iuriſdictio ſua in aliquo minoraretur. Cum autem ex ſuſceptæ auctoritatis officio, ſingulis tanquam ſingulorum mater, iuſtitiam petentibus iuſtitiam nec poſsit, nec debeat denegare, cum iuſtitia, & iudicium ſit præparatio ſedis eius: nos, qui ad eius regimen ſumus, licet inſufficientes aſſumpti, fratribus, & coepiſcopis noſtris ad nos clamantibus, non poſſumus in iuſtitia non adeſſe, aut quod iuſte poſtulauerint, nõ audire; ne ſi forte circa exhibendam eis iuſtitiam fuerimus inuenti remiſsi, ipſi quoq. negligentes inueniantur in reddendis iuribus ſubditorũ, & commiſſam noſtræ ſollicitudinis partem minus laudabiliter exequãtur; ſi quod abſit, nos viderint declinare a iure, vel non audire iuſtitiam poſtulantes. Hac autem ratione diligenter inducti, venientem ad Apoſtolicã ſedẽ ve. f. n. Eboraceñ. Archiepiſcopum benigne recepimus, & multiplices eius curauimus querelas audire. Conquerebatur inter cetera, quod cum ad eum in Eboraceñ. eccleſia, & in alijs eccleſijs ſuis collatio pertineat præbendarum, tempore ſuſpenſionis ipſius, & poſtmodum etiam quidam præter eius auctoritatem ſe in ipſas intruſerant, & in hoc, & in alijs iuri eius non modicum derogant. Quidam etiam in quaſdam Abbatias dioec. Eboraceñ. poſt interpoſitam ad nos appellationem irrepſerant, qui ab eo nec confirmationis munus, nec benedictionis gratiam poſtularunt. Volentes igitur eidem Archiepiſcopo per tuæ ſollicitudinis induſtriam prouideri, de f. n. conſilio, diſ. t. per A. ſ. m. qua. eos, qui præbendas, vel dignitates Eboraceñ. eccleſiæ, vel aliarum eccleſiarum ad donationem eius ſpectantes, præter auctoritatem acceperint ipſius, ad eas reſignandas diligentius moneas, & inducas, cum eas non poſsint ſana conſcientia detinere. Quod ſi monitis tuis acquieſcere forte noluerint, eos ad id per excommunionis ſententiam, & ſubtractionem aliorum beneficiorum ſuorum, non obſtante confirmatione a ſe. Apoſtolica obtenta, ſub forma communi, quæ confirmat beneficia, & præbendas, ſicut iuſte, & pacifice poſsidentur, appel. rem. compellas, niſi forſan aliqui prębendas ipſas, vel ex ſpeciali mandato ſedis Apoſtolicæ, vel auctoritate Lateraneñ. concilij ab Eboraceñ. capitulo ſunt adepti. Sic tamen, vt tempus ſuſpenſionis in ſex menſibus nullatenus cõputetur,

 cum

cum in Lateraneñ. concilio conſtitutio cõtra negligentes tantum,& deſides fuerit promulgata, & tunc, ſi noluerit,non tamen valuerit Archiepiſcopus ipſe in conferendis præbendis vti poteſtate propria; a qua etſi fuerit ſua culpa ſuſpenſus,non tamen ad ipſum capitulum ex illa culpa præbendarum erat donatio deuoluta; ſed ad illum tempore ſuſpenſionis ipſius præbendarum donatio pertinebat, qui propter eius deſidiam, & negligentiam poterat præbendas donare, tempus etiam, quo ad Apoſtolicã ſed. acceſsit, apud illam permanſit,vel receſsit ab illa, infra ſex menſes nullatenus computetur. ſemeſtre quoq. tempus non a tempore vacationis præbendarum, ſed notitiæ potius ipſius Archiepiſcopi,& commonitionis ad præſentiam eius a capitulo forte, cum in priuilegio, quod a prædeceſſore noſtro idem capitulum dicitur impetraſſe,fiat mentio de commonitione canonica præmittenda, volumus conputari. illud autem omnino friuolum reputamus; ſi qui forte ſe dicant ex donatione regia quaſdam ex illis obtinuiſſe prębendas, quaſi regalis ſublimitas tempore ſuſpenſionis Archiepiſcopi præbendas ipſas ſua potuit auctoritate conferre. Abbates autem prædictos, ſi poſt appellationem legitimam interpoſitam confirmationis, & benedictionis beneficium ſuſceperunt, canonice punias, ne alij exemplo eorum contra prælatos ſuos ſupercilium elationis aſſumant.

Idem Baſilieñ. & Bellieeñ. Epiſcopis, & Abbati ſanctæ Mariæ. *Cap. 3.*

c.4.c. CVM noſtris olim fuit auribus intimatum,quod præpoſitura eccleſiæ Lauſeñ. tempore tanto vacaſſet,vt ſecundum ſtatuta Lateraneñ.concilij ad nos eſſet eius donatio deuoluta:nos volentes,ve.f.n. Epiſcopo, & dil. fi. canonicis Lauſaneñ. ſpecialem gratiam exhibere,atque de noſtro eis meritum comparere,ipſis per ſcripta mandauimus,vt prępoſituram ipſam dilect.f.B. ſub.noſtro Theſaurario Lauſañ. conferre ſine qualibet difficultate curarent,& cum in Præpoſitum aſſumptus eſſet ab eis,Theſaurariam ipſius eccleſiæ,cuius ad eoſdem Epiſcopum,& canonicos aſsignatio proponebatur de iure ſpectare, perſonæ idoneæ aſsignarent. Ne autem beneficium Apoſtolicæ prouiſionis remaneret aliquatenus inperfectum, dilect. fi. Altæripæ, & fontis Andreæ Abbatibus, & Priori Vallis tranſuerſæ dedimus in mandatis; vt ſi præfati Epiſcopus, & canonici mandatum noſtrum negligerent adimplere; ipſi ſubmoto cuius. contradict. & ap. ob. ſi interentur veritate præmiſſa, illud exequi non tardarent, eos appel. re. per diſ.ec. cohibentes, qui ſe mandato noſtro temere ducerent opponendos. Verum præfati Epiſcopus, & canonici litteris noſtris receptis prædictam præpoſituram non vacare dixerunt. quia licet ille, qui Præpoſitus fuerat, in Epiſcopum fuiſſet aſſumptus, ad ipſam tamen præpoſituram poſt conſecrationem denuo fuerat ab ipſis electus, & eam, ſicut antea, poſsidebat,quod iamdicti Abbates, & Prior dixerunt contrarium eſſe iuri,niſi hoc eis ſpecialiter ab Apoſtolica ſed. fuiſſet indultum, quia ipſam præpoſituram de iure vacantem auctoritate Apoſtolica,qua videbantur eſſe fulti; pręfato ſubdiacono noſtro aſsignarunt corporaliter poſsidendam, ipſis canonicis, niſi infra octo dies eidem,ſicut ſuo Prępoſito humiliter obedirent, eccleſiæ interdicentes ingreſſum.& infra. In cuius pręſentia cum prędicta, & alia fuiſſent per nuntium dicti ſubdiaconi noſtri relata, nuntius partis aduerſæ propoſuit, quod, poſtquam dominus ſuus Seſſueñ. † Epiſcopus, qui Præpoſitus fuerat Lauſaneñ. fuit in Epiſcopum conſecratus, Lauſañ. capitulum ei præpoſituram illam iterato contulit, & conceſsit habendam. In hoc vtilitatem eccleſiæ ſuæ, neceſſitatem, nec non & antiquam conſuetudinem attendentes: Epiſcopus Lauſañ.videns cum plurimum vtilem,& neceſſarium eccleſiæ ſuæ, quod a canonicis ſuis ſuper hoc factum fuerat,approbauit; cui tamquam Prępoſito,a canonicis, & etiam ab ipſo Theſaurario eſt honor inpenſus. Memoratus vero Theſaurarius poſtmodũ ad eccleſiam Rom. accedens,& ſupprimens omnia, quæ fuerant tam ab Epiſcopo, quam a canonicis dictis acta, nobis præpoſituram illam vacare ſuggeſsit. Quare ſuper aſsignanda ſibi prępoſitura litteras impetrauit a nobis, quas multis ex cauſis proponebat eſſe per veri ſuppreſſionem, & falſi ſuggeſtionem obtentas,pro parte domini ſui Seduñ.vtilitatem,conſuetudinem, & neceſsitatem allegans, quę Theſaurarius ſuppreſſerat memoratus. & infra. Econtra

† Sedū. poſtea

Econtra I. partis aduerſæ nuntius proponebat, & rationibus multis præpoſituram illam vacare monſtrabat, & vacantem Theſaurario Lauſañ. auctoritate ſuperioris, ad quem fuerat, ſecundum ſtatuta Laterañ. concilij, donatio deuoluta, conceſſam, ratione etiam inſuper monſtrare multipliciter conabatur; quod dictus Seduñ. Epiſcopus ad præpoſituram Lauſañ. a qua fuerat ad regimen Epiſcopatus aſſumptus, poſt conſecrationem ſuam eligi minime potuiſſet, cum ei ſuper hoc ſacrorum canonum inſtituta repugnẽt. Dicebat etenim præpoſituram illam alia ratione vacare, eo quod illi, quorum erat donatio, aſſumpto eo in Epiſcopum, concedere præſumpſerunt, cum ſecundum ſtatuta concilij prædicti; qui receperit, debeat, quod contra ſacros canones accepit, amittere; & qui dedit, largiendi poteſtate priuari debeat; oſtendebat etiam aſſertionibus multis, quod pro ipſo Seduñ. Epiſcopo vtilitas, conſuetudo, & neceſsitas, quas nuntius eius in cauſæ ſuæ ſubſidium allegarat, minime faciebant. cum hæc potius mendicata ſuffragia, quam ſuæ cauſæ vera ſubſidia viderentur. vnde nuntius ipſe petebat, vt quod a ſupradictis iudicibus factum fuerat, dignaremur auctoritate Apoſtolica confirmare, & ab ipſa Prępoſitura Seduñ. Epiſcopum amouere. Cum igitur hæc, & multa alia ab vtraque parte in eiuſdem Cardinalis eſſent præſentia recitata, idem Cardinalis allegationibus auditis vtrimque, & munimentis eorum diligenter inſpectis, & eis nobis intimatis fideliter, poſt modum per ſententiam de mandato noſtro decreuit; vt quod a memoratis iudicibus factum fuerat obtentu litterarum noſtrarum, eo videlicet, quod per falſi ſuggeſtionem, & veri ſuppreſsionem fuerant impetratæ, cum præpoſitura illa non vacaret de facto, quia talis poſſeſsio plus habet facti, quam iuris, haberetur irritum, & inane. Nos vero ſententiam Cardinalis eiuſdem ratam habentes, per A. ſ. v. m. qua. niſi prædictus Seduñ. Epiſcopus ſufficienter oſtenderit, quod vel ex indulgentia ſed. Apoſtolicæ ſpirituali, vel ex alia iuſta cauſa, & neceſſaria ei poſt conſecrationem ſuam præpoſitura conceſſa fuerit memorata, ipſum ad reſignationẽ ipſius, ſi ſponte noluerit, per cen. ec. ap. re. compellatis, & deinde Lauſañ. capitulum ad conferendã eam Theſaurario ſupradicto, ex parte noſtra monere diligentius, & inducere procuretis.

Idem magiſtro Honorio Archidiacono Richemundiæ. *Cap. 4.*

POST electionem, & confirmationem ve. f. n. Epiſcopi Elieñ. vacante Archid. Richemundiæ, quem tenuerat, cum id ad ve. f. n. Eboraceñ. Archiepiſcopi notitiam perueniſſet, agentis tunc in partibus ciſmarinis, eum tibi propria libertate † conceſsit, dans capitulo ſuis litteris in mandatis, vt te in Archid. ſicut mos eſt, recipere procurarent. cuius noluerunt mandato parere, propter huiuſmodi rationes, quia videlicet bo. me. C. PP. præ. n. inter alia, quæ Decano, & Capitulo Eboraceñ. ſuo priuilegio noſcitur indulſiſſe, ordinationem quoque canonicorum, ſeu perſonarum, ſicut ab ipſa fundatione loci erat hactenus obſeruatum, liberam eſſe decreuit, vt videlicet idonea, & honeſta perſona, cui Archiepiſcopus vacantem in eccleſia Eboraceñ. præbendam, vel dignitatem duceret conferendam, ſecundum antiquam ipſius eccleſiæ conſuetudinem, præſentaretur capitulo, & Decano. & infra. Et ſi quis contra conſuetudinem ipſam antiquam, & approbatam, in eccleſia ipſa eſſet per aliquem introductus, nec pro perſona, nec pro canonico haberetur. Quod ſi Epiſcopus vacantem in eccleſia ipſa pręhendam, vel perſonatum infra terminum Lateraneñ. concilij, ſecundum formam canonicam pręſcriptam, canonica admonitione præmiſſa, perſonæ idoneæ non conferret, liceret Decano, & Capitulo auctoritate Apoſtolica nullius contradictionis, vel appellationis ob. illud iuxta eiuſdem concilij ſtatuta conferre. Cum igitur in litteris Archiepiſcopi directis capitulo, Decani mentio nullatenus haberetur, per cuius manum debebas in capitulo inueſtiri; eius mandato fuit merito contradictum, & infra. Ipſius igitur inſtitutione propter præmiſſas rationes, & alia a capitulo reprobata, ipſi, ne iuris ſui diſpendium ſuſtinerent, intelligentes etiam Archidiaconatus ipſius donationem ad eos, tam auctoritate Lateraneñ. concilij, quam indulti ſibi priuilegij deuolutam, habito prudenter conſilio, illum dil. fi. R. de ſancto Eadmundo vnanimiter contulerunt, inueſtientes eundem de ipſo, prout mos eſt, & ſolemniter inſtallantes. Proceſſu vero temporis

c. 7. c.

† libera
litate
ſirst

temporis præfatus Archiepiſcopus ab Ap. ſe.rediens in Normandiam poſt reſignationem, & abiurationem a te factam,& receptã ab ipſo,eidem R. Archid.contulit antedictũ. Petebat igitur ab impetitione penitus abſolui, & Archidiaconatum ipſum, tam ratione primæ,quam ſecundæ conceſsionis ſibi ratio nabiliter aſsignatum, per ſe. Ap. confirmari. Ad cuius obiectiones ex ordine taliter reſpõdebas,quod licet Decani mẽtio in litteris Archiepiſcopi directis capitulo expreſſe facta non fuerit,non tamen ob hoc excluſus videri poterat, vel debebat, ſicut pars proponebat aduerſa, immo cõtinebatur in capitulo,ſicut pars cõtinetur in toto,cuius Decanus pars eſt honorabilis. Archiepiſcopus vero caput extitit, nec † in vno contingat corpore,ſine monſtruoſo prodigio,duo capita inueniri.& infra. Adiecisti præterea, quod ſi etiam ea feciſſes, per aduerſarium tamen tuum tibi non poterat obici cũ effectu,cui potius ſuper ipſo Archidiaconatu eſſet ſilentium imponendum, & approbata inſtitutione tua tibi reſtitutio facienda,ex confeſſione partis aduerſæ in iudicio facta,& ſæpius repetita, oſtendere nitebaris. Ipſe namq. Rogerius a nobis interrogatus in iure,ex quo tempore Archidiaconatus Richemundię ſibi per capitulum fuit aſsignatus,reſpondit,quod circa feſtum Aſcenſionis proximum triennium compleretur. Cum igitur ex data litterar.noſtrarum cõſtaret, tempore illo Archiepiſcopum apud ſe.Ap. conſtitutum,& in eis per nos antiquum fuerit ius declaratũ,vt tempus,quo ad Ap. ſe. acceſsit, & apud illam permanſit, vel receſsit ab ipſa, non eſſet infra tempus ſex menſium computandum,liquido conſtare dicebat,tẽpus illud Archiepiſcopo minime cõcurriſſe. ſed ſi etiã quadrienniũ effluxiſſet,ſicut prioris reſponſi pęnitẽs,vltimo propoſuit pars aduerſa,quod ex parte tua de iure nõ poſſe fieri dicebatur, cum & tunc arripuiſſet iter ad ſedem Ap.veniendi, licet illud non ſit cõtinue proſecutus, impedimentis multiplicibus retardatus,interpretatio reſcripti noſtri ad tempus etiam huiuſmodi pertinebat,cui præterea præſcriptio nocere non poterat in exilio conſtituto. factum autem capituli eundem R. non poterat excuſare,qui cum inſtitutio facta per Archiepiſcopum præceſſiſſet, & quod ſuperior ordinauerat,capitulum tamquam inferius non poterat reprobare. cum etſi contra ſtatutum priuilegij fuiſſet admiſſus ; ipſi tamen , quia non fuerant executores priuilegij conſtituti, nec poterant ſimul eſſe iudices,& actores; cõtra te præſertim abſentem,& non contumacem procedere nõ valebant. Si quid ergo per ipſos erat contra factum Archiepiſcopi proponendum, huiuſmodi quæſtio ad tribunal erat ſuperius deferenda,vt auctoritate finiretur ipſius, pendente perinde inſtitutione tua, facta per illum,ad quem tam iure communi, quã auctoritate priuilegij antedicti, propter quod collatio perſonatuum, & præbendarũ Archiepiſcopo reſeruatur,idem R.nõ debuit locum viuẽtis arripere. Nos igitur auditis his, & alijs,quæ partes in pręſentia noſtra proponere voluerunt,& plenius intellectis,quoniã conſtitit nobis Archidiaconatum pręductum tibi per Eboraceñ. Archiepiſcopũ primitus fuiſſe conceſſum , & quod inſtitutione facta per ipſum,ſecundum iuris ordinem minime reprobata, Archidiaconatus non vacans nec potuit,nec debuit in alium rite trãſferri. Memorato R.quod contra iuſtitiæ regulã in Archidiaconatum alterius prouehi ſe conſenſit, ſuper eo duximus ſilentium inponẽdum,ſententialiter decernentes,vt inſtitutio facta per Eboraceñ. Archiepiſcopũ de te ſortiatur effectum.exinde vero ſi ſuper renuntiatione, vel abiuratione,vel aliquo præmiſſorũ,quis quidem velit, vel valeat,aduerſus te duxerit proponẽdum,ordine poterit iudiciario experiri.

Idem Claremonti Canonico Terdeñ. *Cap. 5.*

CVM pro quæſtione Terdoneñ.pręben dæ,quæ vertebatur inter te ex vna parte, & ve.f.n.Epiſcopum,& di.filios canonicos Terdoñ.ex alia,tu & procuratores partis alterius in noſtra eſſetis pręſentia conſtituti,vobis di. f.Hug.tt.ſancti Martini presbyterum Card. cõceſsimus auditorem,coram quo pro te fuit taliter allegatum,quod cum bo.me. O. Terdoñ.Epiſcopus patruus tuus ab Ap.ſe. reuerſus Terdoñ. canonicos attentius rogauiſſet, vt te reciperẽt in fratrem,& canonicum, ipſi eius precibus minime annuentes, te hilariter receperunt,nulla primæ, vel ſecundæ habita mentione, qui ab illo tempore vſq. nunc locum in choro, & in capitulo, ſicut alij canonici habuiſti,lectiones legiſti in eccleſia,& reſponſoria cantaſti,ac per prædictum Epiſcopum tibi fuerant domus in ipſa canonica aſſignatæ,quas tu poſſediſti, ac poſsides in quiete. & cum in eadem eccleſia Terdoñ.ex illis canonicis , qui præbendam in ea non poſsident, tu primo inſtitutus fueris, & receptus, & nunc vacet beneficium in eadem, humiliter poſtulabas a nobis, vt Terdoñ. canonicis dare

dare dignaremur diſtrictius in mãdatis, quod vacans beneficium tibi, omni dilatione poſtpoſita, aſsignarent & facerent pacifica poſſeſſione gaudere, procuratores vero partis alterius econtrario reſpondebant; quod cum in Terdoñ. eccleſia certus ſit numerus canonicorum inſtitutus, & ſcriptis Romanor. Pontificum confirmatus, ac canonicam conſtitutionem ipſam obſeruare teneantur præſtito iuramento, nos eis noſtris litteris dedimus in mandatis, vt dil. f. B. ſubdi. & capellanum noſtrum in canonicum reciperent, & in fratrem, ac ei præbendam, ſicut vni ex alijs canonicis aſsignarent. Verum, quia ſtatutus numerus canonicorum tunc in eadem eccleſia erat
† plen⁹ Greg. 9 plenius, † mandatum noſtrum non poterant executioni mandare. poſt nõ modicum vero temporis prædictus O. quondam Epiſcopus minis, ac terroribus inſtitit apud canonicos Terdoñ. vt te reciperent in canonicũ ad præbendam proximo vacaturam, eis conſtanter promittens, quod eos tam a petitione ciuium Terdoñ. quam executione mandati Apoſtolici, quod ipſi pro eiuſdem ſubd. noſtri receptione receperant, liberaret; ac ſic eos circumueniens fraudulenter, te recipi fecit ad præbẽdam proximo vacaturam. Nos igitur ex ijs, quæ fuerunt hinc inde propoſita, certiores effectu per Card. prædictum, conceſsionem præfato ſubdiacono noſtro a prædictis canonicis factam de præbenda prædicta, de fratrum noſtrorum conſilio, ratam habentes, eam ei auctoritate Ap. duximus confirmandam. Verũ, cum tam aſſertione tua, quam confeſsione cõſtet partis alterius, te in fratrem, & canonicũ Terdoñ. eccleſiæ fuiſſe receptum, licet receptionem tuam factam contra Lateraneñ. concilium pars aduerſa proponat, quia probatũ
† al. parte altera non extitit (perte alterius † penitus hoc negante, nec ipſi canonici videbantur tibi opponere poſſe de iure, qui ſe fatentur contra ſtatuta præfati concilij recepiſſe; ſententiãdo decernimus, vt tibi quãcito ſe facultas optulerit, præbendale beneficium in Terdoñ. eccleſia conferatur. Cum ex quo receptus es in canonicum, non debeas carere præbenda.

Idem Epiſcopo, & magiſtro H. canonico Hildeſemeñ. *Cap. 6.*

c. 9. e. LITTERAS veſtras accepimus, per quas nobis ſignificare curaſtis, quod cum pro dil. f. Daniele clerico vobis ſcriberemus, vt eũ de præbenda ſancti Willealdi Bremeñ. quam dicebat ad donationẽ noſtram fuiſſe iuxta Lateraň. ſtatuta cõcilij deuolutam, curaretis auctoritate Ap. inueſtire, ſi canonici, quibus ſuper hoc ſcribebamus, id exequi non curarent, Herberto Præpoſito, & quibuſdam canonicis eiuſdem eccleſiæ cum ipſo Daniele, & magiſtro B. Canonico ipſius eccleſiæ in veſtra propter hoc præſentia conſtitutis, ſic fuit de facto propoſitum coram vobis, quod idẽ Herbertus Præpoſitus quondam eiuſdem eccleſiæ ſimplex canonicus, de ipſa eccleſia in maioris eccleſiæ Præpoſitum canonice eſt electus, & poſt modum vnius anni, vel anni & dimidij ſpatio euoluto, in ipſa eccleſia ſancti Willebaldi in Præpoſitũ eſt aſſumptus, priorem præbendam nihilominus detinens, quã in ipſa eccleſia tunc habebat, & ſuper hoc partes cõſentiebant adinuicem, hoc ita fuiſſe dicentes; fuit etiam ab vna parte propoſitum, quod ipſe Præpoſitus præter præbendam illã aliam præbendam habebat præpoſituræ annexam, quam idem Præpoſitus, & fautores ipſius infitiati ſunt eſſe præbẽdam. Præterea fuit allegatũ de iure, quod ex quo idem Præpoſitus de minori eccleſia vocatus fuerat ad maiorem, prima præbenda inceperat de iure vacare, iuxta canon. inſtituta. Deinde fuit ex parte clerici allegatum, primam fuiſſe ordinationem eiuſdem eccleſiæ, vt in ea eſſent xiij. perſonæ; Præpoſitus ſ. cum xij. fratribus, quæ nullatenus ſeruaretur, niſi diceretur illa præbenda vacare. ſed Præpoſitus allegabat ecõtra, quod erat fere ex conſuetudine generali, quod vnus in eadem eccleſia plures præbendas haberet. adiectum eſt præbendam illam ratione alia non vacare: quia, cum Archiepiſcopus Bremeñ. Præpoſitum ipſum de præpoſitura in plena ſynodo inueſtiret, tam præpoſituram, quam præbendam eidem de canonicorum cõfirmauit aſſenſu; eos, qui ſuper hoc inquietarent eundem, vinculo excõmunionis aſtringens. Vnde obiciebatur clerico memorato, quod propter hoc excommunionis ſententiam incurriſſet, ſed ipſe talem confirmationem interueniſſe negabat, quæ ſi etiam interuenit, aſſerebat eam non tenere de iure, quoniam nemini res illa rationabiliter poterat confirmari, quæ de iure optineri non poteſt: dicebat enim ſe propter hoc excõmunionis ſententia non fuiſſe ligatum: cum ſuper his experiretur auctoritate maioris. Vnde cum vobis dubium videretur, vtrum cum aliquis de vna præbenda eligatur ad aliam, ſtatim prior vacare incipiebat, aut per ſententiam debeat iudicari eidem, an propter cõfirmationem huiuſmodi, quæ ſuperius eſt

expreſſa, præbenda illa dici debeat non vacare: nos conſulere voluiſti, prius quam velletis ſuper hoc aliquid diffinire. Cum igitur ſi ita eſt, præbenda illa, etſi non de facto, de iure tamen vacare noſcatur, dis. v. per A. ſ. m. qua. iamdictum Præpoſitum, vt præbendam illã ſine difficultate reſignet, mo. præ. per. cen. ec. ap. re. cogatis, quam cum de facto vacauerit, clerico me. auctoritate noſtra ſuſtulti ſub. ap. ob. conferre curetis, eum in corporalem poſſeſsionem inducentes ipſius, & defendentes inductum; eos autem, qui ſe temere duxerint opponendos, per diſtric. ap. re. ec. cõpeſcatis.

Idem Epiſcopo, & Archipreſbytero Papien. c. 7.

c. 10. E X parte Aſten. eccleſiæ noſtris eſt auribus intimatum; quod, cum quædam præbendæ in ipſa per quattuor annos, & amplius vacauiſſent, ve. ſ. n. Aſten. Epiſcopus canonicos ipſos monuit diligenter, vt eccleſiam ordinarent. Quibus non admittentib. monitionem ipſius, Epiſcopus quoſdam in eccleſia inſtituit, credens hoc ſibi ex concilio Lateran. licere. inſtituti autem ſentientes nõ eſſe firmã inſtitutionem huiuſmodi, ad ve. ſ. n. Mediol. Archiepiſcopum recurrerunt; qui eoſdem in canonicos Aſten. eccleſiæ ordinauit, & in corporalem præbendarum poſſeſsionem induxit, capitulo eiuſdem eccleſiæ præbente aſſenſum, tribus tantum exceptis, quibus contra inſtitutionem illam proponere in præſentia noſtra volentibus, & eccleſiam ipſam defenſare paratis, dil. fi. n. G. ſancti Vitalis presbyterum Card. dedimus auditorẽ. In cuius præſentia tres illi dicebant electionẽ debere caſſari, quia nec Epiſcopus, nec Archiepiſcopus ſupradictus de conceſsione Lateranen. concilij tunc in ordinatione illa potuerant præfatam eccleſiam ordinare. Cum vterq. circa tẽpus eis indultũ a canone, in ordinatione illa negligens fuerit, & remiſſus. Pars vero altera dicebat econtra, quod licet inſtitutio Epiſcopi non valeret, Archiepiſcopi tamen ordinatio de iure valebat. quia tempus indultum a canone, niſi a tempore, quo illi declaratum fuerat, non currebat; ad quod probandum, multas induxit rationes. his autem vtrimq. propoſitis, tandem vtraq. pars concorditer eſt confeſſa, quod in prædicta eccleſia nõ erãt diſtinctæ præbendæ, nec canonicorum numerus erat certus. Nos igitur his, & alijs, quæ fuerant vtrimq. propoſita, diligenter auditis, intelleximus euidenter, ſtatuta Lateran. concilij de beneficijs vltra ſex menſes vacantib. locum in hoc articulo nullatenus habuiſſe; cum & forſan Aſten. eccleſia canonicorum pateretur defectum, nullæ tamen in ea præbendæ vacabant; cum in illa nec ſint diſtinctæ præbendæ, nec canonicorum numerus diffinitus. vnde inſtitutio per Epiſcopum, vel per Archiepiſcopum facta occaſione concilij memorati, carere debet robore firmitatis; quia vero totum capitulum, tribus tamẽ exceptis, prædictorum receptionem approbat, & affectat; nec ab illis tribus aliquid rationabile cõtra ipſos obiectum eſt, & oſtenſum: dis. v. per A. ſ. m. qua. inquiſita diligentius veritate, ſi Aſten. eccleſiæ ſuppetunt facultates, ſecundum conſuetudinem hactenus obſeruatam, prædictos clericos ſub. cuius. contrad. & ap. obſta. pro canonicis faciatis haberi.

Idem Epiſcopo, & Capitulo Lauden. Cap. 8.

C O N S T I T V T V S in præſentia noſtra dilectus filius H. ſubdiac. noſter, eccleſ. æ veſtræ canonicus nobis humiliter intimauit, quod tu frater Epiſcope poteſtatem ipſi dediſti ſacerdotalem conferendi præbendam, quæ primo eſſet in veſtra eccleſia vacatura, & bo. me. W. Archiepiſcopus Remen. tunc Ap. ſe. Le. vobis filij capitulum, auctoritate noſtra diſtricte præcepit, ſicut per litteras ſuas ad nos directas apparet, quæ coram nobis lectæ fuerunt; vt, cum ſacerdotalis præbenda in eccleſia veſtra vacaret, perſonam illam, cui præfatus ſubdiaconus vellet eam conferre, reciperetis ad eam ſine interpoſitione alterius perſonæ, & eandem perſonam curaretis de illa ſine difficultate qualibet inueſtire. aſſeruit etiam idem ſubdiaconus, quod cũ eſſet ad ſedem Ap. acceſſurus, ipſe præcautus appellauit, ne tu frater Epiſcope, ſi forte interim aliquem ſacerdotalem contigerit vacare præbendam, eam vlli conferres, nec vos filij capitulum, reciperetis aliquem præſentatũ ad illam, niſi quem duxerit præfatus ſubd. præſentandum. Quo circa dis. v. per A. ſ. m. qua. perſonam illam, cui me. ſubd. ſacerdotalem præbendam, cum contigerit illam vacare, duxerit conferendam, canonice ſine contradictione qualibet admittatis, tibi frater Epiſcope firmiter inhibentes, ne interim aliquam ſacerdotalem prębẽdam alicui contra formam conceſsionis tuę conferre præſumas. alioquin noueritis nos dil. fi. Cancellario, & Heim. & A. canonicis Pariſien. in mandatis dediſſe, vt vos ad hoc per cen. ec. ap. re. compellant, in irritum reducentes, ſi quid poſt ap. a præfato ſubdiacono ad nos legitime interpoſitam cõtra conceſsionem ſibi factam de ſacerdotali

præ-

prębenda nonerint attemptatum. Quia vero conceſsiones huiuſmodi, ſi trahantur ad conſequentiam, fieri poſſent in fraudem canonicæ ſanctionis, per quam prohibentur eccleſiaſtica beneficia cōcedi, ſiue promitti, antequā vacent, nolumus, quod huius occaſione mandati, quod gratiam cōtinet perſonalem, fraudem adhibere volentibus licentia cōcedatur.

Idem Gerantiñ. capitulo. *Cap. 9.*

c.11.a. DILECTVS fi. magiſter W. canonicus veſter olim Apoſtolatui noſtro ſuggeſsit, quod bo.me. Epiſcopo veſtro viam vniuerſę carnis ingreſſo, maior, & ſanior pars veſtri cōuenerat in eundem, & ipſum eligere in Epiſcopum proponebat, ſed impediente viro nobili Comite Cutronæ non fuit electio celebrata; poſtmodū autem idem Comes de ipſo Epiſcopatu Madium capellanum ſuum inueſtiens, vobis iniunxit, vt vel a terra recederetis ipſius, vel eligeretis eundem M. in paſtorem, quod cum ve.f.n. Archiepiſcopus ſanctę Seuerinæ tunc electus audiſſet, prædictū W. ad ſuam præſentiam accerſiuit, & aſſerens, quod propter negligētiam veſtram ad ipſum erat eligendi auctoritas deuoluta, ipſum induxit, vt electioni de ſe faciendæ præberet aſſenſum; qui ſuis monitis acquieſcēs electus extitit ab eodem, ſuffraganeorum interueniente cōniuentia, & conſenſu, & infra. Nos igitur attendentes, quod canon Lateranen̄. concilij contra negligentes editus, ad Archiepiſcopatus, vel Epiſcopatus non ſolet extendi, ſed ad perſonatus alios, & maiora eccleſiaſtica beneficia coartari, electionem eiuſdem W. qui ab Archiepiſcopo, & ſuffraganeis eius fuit, ad quos electio non ſpectabat, electus, iuſtitia caſſauimus exigente.

Idem Priori Oſen̄. & ſubpriori ſanctæ Fredeſiunda. *Cap. 10.* c.17.a

EX tenore veſtrarum litterarum intelleximus euidenter; quod, cum cauſa, quæ inter I. clericum ex parte vna, & Abbatem, & conuentum de Bello ex altera ſuper reditu x. marcharum, vel xv. quas idem exigebat ab ipſis, eo videlicet, qui eidem, quam cito ſe facultas offerret, interim ſe promiſerant prouiſuros, nec promiſsionem ſuam curauerant adimplere, noſcitur agitari, vobis duximus cōmittendam, dictus clericus poſt litem conteſtatam chartam quandam monachorū ipſorum continentem expreſſe, quod ei primam eccleſiam ad donationem ſuam ſpectantem, valentem x. marchas, vel xv. aſsignare promiſerant, exhibuit corā nobis, nihilominus per idoneos teſtes probauit, ipſos poſt promiſsionem huiuſmodi, licet potuerint, nolle ſibi, quamquam ſuper hoc admoniti fuerunt, prouidiſſe. quare dictū Abbatem, & monachos ad aſsignandum ſibi redditum x. marcharum ad minus cogi cum inſtantia poſtulabat. Ad hæc autem fuit ex aduerſo reſponſum, quod ratione promiſsionis, vtpote factę contra Lateranen̄. ſtatuta cōcilij, quæ probari per chartam exhibitā videbatur, eos nō poterat cōuenire; præſertim cū nō de aliqua eccleſia, ſed de promiſsione tantū in litteris veſtris mentio haberetur. Cum igitur alijs ipſos poſſe conueniri aſſerentibus, alijs vero in contrarium ſentientibus, ſuper hoc fuiſſet hinc inde corā vobis diutius diſputatum, vos, quid iuris ſit in hoc articulo dubitantes, in negotio ipſo vlterius procedere noluiſtis; donec ſuper hoc reciperetis noſtræ beneplacitum voluntatis; nobis humiliter ſupplicantes, vt quid ſit in hac parte agendum, vos dignaremur per noſtras litteras reddere certiores. Nos igitur attendentes, quod promiſsio prædicta non tenet, vt pote contra ſtatuta præfati concilij attēptata, dis. v. per A. ſ. m. qua. memorato clerico ſuper hoc ſilentium inponentes, ab impetitione ipſius dictos Abbatem, & monachos abſoluatis.

NE VACANTE SEDE ALIQVID innouetur. Tit. ix.

†Glaſtomen. Ne ſede vac. c.1

Idem Priori, & conuentui Caſtomen̄. † *Cap. vn.*

NOVIT ille, qui ſcrutator eſt cordium, & cognitor ſecretorū, quod licet bo.me. C. Papa prædeceſſor noſter eccleſiam veſtrā erexerit cathedralē, ipſam Bartholomen̄. eccleſiæ vniendo, vt idem eſſet Epiſcopus vtriuſq. ſuam conſtitutionem, & non ſolum per priuilegium, verum etiam per alia ſcripta multa curauerit confirmare; quia tamen hæc vnio a vobis aſſerebatur eſſe confuſio, conquerentibus eam in graue præiudicium Glaſtomen̄. † eccleſiæ redundare, cum per ipſam diſſolueretur religio, eleemoſyna fraudaretur, & hoſpitalitas; nos veſtris ſupplicationibus inclinati, ad releuandum eccleſiæ veſtrę ſtatum, intendere cœpimus, quantum decuit diligenter. & quoniam abſonum videbatur, vt ſubito prædeceſſoris noſtri euacuaremus in hac parte ſtatutum; cum ei, quantū cum Deo poſſumus, deferre velimus, ſicut & volumus; quod quantum cum Deo potuerint, noſtri nobis deferant ſucceſſores; vnione manente, ſic de ceteris diſpoſuimus, quantū-

† Caſtomen.

cūq.

cūq; bo. m. Sauerico Bartholomeñ. Epiſcopo diſpliceret, frequenter ob hoc ad ſe. Ap. laborarant, quod ſtatus eccleſiæ veſtræ videbatur in melius releuatus. Vnde poſt diuerſos tractatus, & deliberationes multiplices, quod per viros prouidos, & honeſtos, auctoritate mandati noſtri ſuper hoc extitit ordinatum, ad petitionem eiuſdem Epiſcopi, poſtquam aliud a nobis non potuit eripere, Apoſtolico tandem curauimus munimine roborare. Vos autem poſt obitum præfati Bartholomeñ. Epiſcopi, ad noſtram præſentiam recurrentes, humiliter poſtulaſtis, quia tempus aduenerat, quo ſine ſcandalo, eccleſiæ veſtrę ruinā poterat in ſtatum priſtinum releuari; cum & Bartholomeñ. eccleſia, & Welleñ. ipſum pariter poſtularet; Rex quoq. cum regni magnatib. & quidam Epiſcopi cum multis Abbatibus depoſcerent illud idem; vnione penitus diſſoluta, monaſterium veſtrum reduceremus in ſtatum antiquum ſub Abbatis regimine gubernandum. Nos vero diligentius attendentes, quod Epiſcopali ſede vacante non decet ſuper hoc aliquid innouari; cum nō ſit, qui ius Epiſcopale tueatur; præſertim, ne plus cauſſe perſonæ, quam eccleſiæ videremur, ſi quod eo viuente conceſſimus, poſt obitū eius ſubito mutaremus; petitionem veſtram ex toto abſq; damno cōſcientię, ac periculo famæ nequiuimus exaudire. Vt autem ſolito more, quem & vobis vtilem, & nobis honorabilem eſſe expertı, gradatim ab imo procedatur ad ſummum, auct. vobis præſentium indulgemus; vt cum Batonieñ. eccleſia de præſule fuerit ordinata, ſi oſtendere volueritis, quod eccleſiæ veſtrę nondum ſit ad detrimentum, vel præiudicium euitandū plene prouiſum; ius veſtrū apud ſe. Ap. proſequēdi liberam facultatem habeatis. Interim autem ſub cura Prioris idem monaſterium gubernetur.

VT ECCLESIASTICA BENEFICIA ſine deminutione conferantur. Tit. x.

Idem Medıolaneñ. Archiepiſcopo. *Cap. vn.*

Vt eccl. bē.c.vn. & de ap. c. 36.

VT noſtrū prodeat de Dei vultu iudicium, & oculi noſtri videant æquitatem, via regia debemus incedere, nec ad ſiniſtram omnino, neq. ad dexteram declinare, ita magnum iudicantes, vt paruum, quia nō eſt perſonarum acceptio apud Deum. & infra. Quia poſt interdictum noſtrum eis præſumpſiſti tradere bullam, cū traditionem ſaltem debuiſſes differre, donec noſtrum conſuleres beneplacitum; dil. fil. Archid. & Luguto canonico Mediolanen. iudicibus noſtris, vt ſi etiam poſt ſecundum mandatum, per quod totius cognitionem negotij ad noſtrum iudicium reuocauimus, id † ipſum cognoſcerent attemptatum, traditionem ſigilli decernerent irritam, & inanem, inhibentes H. ne quomodolibet eo vti præſumeret, cum plus ſit Romanum Pōtificem ad ſe aliquod euocare negotium, quam quemquam ad eum ſuper aliquo negotio prouocare. & infra. Preterea proponebat, quod, cum nullus debeat ſine accuſatione damnari, nec aliquid circa negotium illud actum ſit in forma iudicij, depoſitiones teſtium non poterant ſibi præiudicium generare. Quia vero per hanc vltimam allegationem, perſonam noſtram tangere videbatur; dignum duximus cauſam commiſſę inquiſitionis, & ordinem plenius explicare; ne quis quomodolibet ſuſpicetur; quod nos in hoc negotio perperam proceſſerimus, præſertim, cū ratio aſſignanda debeat eſſe poſteris profutura. Cum enim iuris ſit explorati, quod actore non probante is, qui conuenitur, etſi nihil præſtiterit, debet abſolui; videri poterat, quod nos tibi, qui a nobis cōueniebaris, malitioſe vel indiſcrete on⁹ probationis ſuper trib. præmiſſis articulis impoſuimus; videlicet, vt oſtenderes, quod prædictam cancellariam perſonæ idoneę modo canonico, & tempore ſibi competente, donaſſes. Porro, cū donatio fuiſſet occulta, & ideo ſuſpicione non careret, & elapſo iam anno, nullus omnino Cancellarius appareret, non immerito credebamus, quod ſecundum Laterañ. ſtatuta concilij, ad nos eſſet ipſius cācellariæ donatio deuoluta, & ideo ſine culpa potuiſſemus ipſam cōferre, quoniam etſi locum Dei tenemus in terris, non tamen de occultis poſſumus diuinare. Quod ergo contra illud prima facie iuſte preſumebatur pro nobis, præſertim cum reſpondens prima vice, quod cancellariam alicui nō contuleras, facultatem tibi pro te probandi conceſſimus; non fuit grauamen, ſed gratia, nec ex malitia, ſed ex benignitate proceſſit; quia etiam de modo canonico fidem nobis fieri mādauimus; tu cauſā † præſtiti mādati, (quod ſępe nobis per litteras intimaſti, & tandē probaſti per teſtes; quod recentius tibi prouentib. officiorum cancellaras memoratum; ex quo non immerito contra talem cōceſſionem fuimus ſuſpicati; cū & proponeretur a parte altera, quod illud ei perſonæ commiſeras, cui ſecun-

† ad

† præſtiti mādato Greg. 9

ſecundum conſuetudinem Mediol. eccleſiæ non debuerat aliquo modo committi: quia, cum nos non tam ex plenitudine poteſtatis, quam ex officij debito, quod † poſſumus, & debemus, de ſubditorum exceſsibus ad correctionem inquirere veritatem, te maxime cauſam, & occaſionem præſtante, inquiſitionem commiſimus faciendam. Omnibus ergo diligenter auditis, quæcumq. fuerint in noſtro auditorio proponenda, deliberauimus cum fratribus noſtris, & ipſa deliberatione te in tribus præcipue comperimus fuiſſe culpabilem; circa contrarietatem reſponſi, quia non ſolũ nobis, qui licet inmeriti locũ Ieſu Chriſti tenemus, ſed nec cuiquam debuiſſes ex certa conſcientia contraria reſpondere; circa carnalitatem animi, quia non affectu carnali, ſed diſcreto iudicio debuiſti eccleſiaſticum officium & beneficium in perſona magis idonea diſpenſare; & circa inhoneſtatem facti, quia non licuit ex pactione, vel ex conuentione quacũq. ſub modo, vel tenore præſcripto concedere nudum officium & tibi retinere prouentus. cum & in Lateranẽ. concilio ſit prohibitum, ne quis conferendo eccleſiaſticum beneficium partem prouentuum ſuis vſibus retinere præſumat; & alibi cautũ reperiatur in canone; quod eccleſiaſtica beneficia debent ſine deminutione conferri. vnde credimus diſtinguendum, vtrum, qui dat ſpirituale beneficium, prouentus ipſius ante donationem percipiat, nam ſi prouentus ante donationem nõ percepit ipſe, ſed alius, & ex donatione cõſequitur; vt ipſe prouentus percipiat; non eſt dubium intercedere ſimoniacam prauitatem. Si vero ante donationem perceperit ipſe prouentus; credimus etiam diſtinguendum, vtrum, ante donationem cõſtituat, vt ipſi prouentus retineantur ad tempus pro cauſa iuſta, & neceſſaria; an conueniat cum eo, qui accepit beneficium, ſeu cum mediatore quocumq. vt officio illo conceſſo retineat ipſe ſibi prouentus, primum enim membrum credimus eſſe licitum, ſecundum autem dicimus nõ licere, ne viam aperiamus ijs, qui prauitatem ſuam ſatagunt palliare.

† al. que

DE HIS, QVAE CONCEDVNTVR ab Epiſcopo ſine conſenſu capituli. Tit. xi.

Idem Archipreſbytero, Magiſtro ſcholarum, & P. de Vico ſancti Aut. Regis Ali Bituric. Cap. 1.

De ijs, quę ſũt a præl. c. 7.

CVM Apoſtolica ſedes, cui licet inmeriti præſidemus, vniuerſis per orbem eccleſijs non humana, ſed diuina ſit inſtitutione prælata; iuſtum eſt, & conueniens, vt ad eam, tamquam ad magiſtram, & matrem ſuper diuerſis iuris articulis referantur dubiæ quæſtiones, quatenus quæ iura conſtituit, eadem quoq. iura diſtinguat; ne quę diuerſa cernuntur, videantur aduerſa. Sane, ſicut ex litteris veſtris accepimus, cum ex vna parte capitulum ſancti Stephani, & capitulum de Sal. & ex altera monachi de Pratea ſuper decima quadam, quam a monachis ipſis petebant, in veſtrum compromiſiſſent arbitriũ; & vos partibus conuocatis cognoſceretis de cauſa, monachi proponebant donationem ipſius decimæ, ſibi a quodam milite factam, & a ve. fr̃n. Bituricẽ. Archiepiſcopo diœceſani eius accedente conſenſu confirmatam fuiſſe, ſeq. auctoritate Hieronymi munitos exiſtere; qui ſcribens ad Damaſum ait. Si aliquando fuerint a laicis male detenta, quæ diuini iuris eſſe noſcuntur, & in vſum tranſierint monachorum, Epiſcopo tamen loci illius præbente conſenſum, conſtabunt eis omnia perpetua firmitate ſubnixa. Econtrario pars allegabat aduerſa cõſenſum Epiſcopi ſine conſenſu cleri non ſufficere, auctoritate Leonis Papæ dicentis, ne quis Epiſcopus de rebus eccleſiæ quicquam donare, vel commutare, vel vendere audeat, niſi forte aliquod horum faciat, vt vel meliora proſpiciat, & cum totius cleri conſenſu, atq. tractatu id eligat, quod non ſit dubiũ eccleſiæ profuturum. Quia vero ſuper his auctoritatibus dubitantes ſedem Ap. conſulere voluiſtis, humiliter inquirentes; vtrum, quando decima poſsidetur a laico, ſi conferatur eccleſiæ, ad confirmandam donationem conſenſus Epiſcopi ſine cleri conſenſu ſufficiat. Nos deuotioni veſtræ taliter reſpondemus, quod monendus eſt laicus, qui decimam detinet, vt eã reſtituat eccleſiæ, ad quam ſpectat. Quod ſi forte induci nequiuerit, & eam diœceſani cõſenſu alteri eccleſiæ aſsignauerit, præſertim religioſo conuentui, conſtabit ipſa donatio perpetua firmitate ſubnixa. auctoritates pręmiſſæ, licet diuerſæ, non ſint tamen aduerſę, cum aliud ſit alienare, quod ab eccleſia poſsidetur, & aliud, quod detinetur a laico, ad vſum eccleſiaſticum reuocare. In alienatione vero iuxta Leonis Papæ decretũ, conſenſus Epiſcopi ſine clericor. cõſenſu nõ ſufficit, in reuocatione autẽ iuxta reſcriptũ Hieronymi, ſufficit cõſenſus Epiſcopi, cum per vtrumq. vtilitati eccleſiæ conſulatur. Nam in Later. con. eſt inhibitum, ne quęlibet religioſa perſona,

ſona, eccleſias, & decimas de manibus laicor. ſine conſenſu Epiſcoporũ recipiat, per quod directe datur intelligi, quod ſufficit conſenſus Epiſcopi, vt licitum ſit eccleſiæ decimam de manu recipere laicorum. hęc autem de ijs decimis intelligimus, quę perpetuo ſunt in feudum conceſſæ.

Idem Meten. Archidiacono. Cap. 2.

c. 2. e. TVA nuper a nobis. & infra. Adiecisti etiam, vtrum Epiſcopo, vel electo cum ſolo Archid. præter aſſenſum maioris eccleſiæ, cũ & ab ipſa eligatur Epiſcopus, & Archid. aſſumatur de ipſis cœnobijs, vel eccleſijs conuentualibus, ad quas pertinet patronatus, liceat conferre perpetuo vacantes eccleſias baptiſmales. & infra. Etiam alterius quæſtionis ſolutio ad exemplar Leonis PP. colligitur euidenter, in qua legitur conſtitutũ, ne quis Epiſcopus de reb. eccleſię quidquam donare, vel commutare, vel vendere audeat, niſi forte aliquod horum faciat, vt meliora proſpiciat, & totius cleri tractatu, atq. conſenſu id eligat; quod non ſit dubium eccleſiæ profuturum. Irrita enim Epiſcoporum venditio, & commutatio rei eccleſiaſticę erit, abſq. conniuentia, & ſubſcriptione clericorum. per hoc enim noueris ſolutam ſecundo loco propoſitam quæſtionem, cum conceſſiones eccleſiarum perpetuas ad alienationem non ſit dubium pertinere.

Idem Epiſcopo Halien. Cap. 3.

c. 4. e. PASTORALIS officij diligẽtia. & infra. Sollicite præterea quæſiuiſti, cum auctoritate Dionyſij fuerint parochiæ limitatæ, quatenus ſingularum parochiarum prouentus in vſus eccleſiæ cederent neceſſarios, & ſtipẽdia miniſtrorum, ſi Epiſcopo liceat ſine auctoritate ſummi Pont. vel ſaltem abſq. capituli ſui voluntate, viris religioſis conferre obuentiones alicuius parochialis eccleſiæ, ſuſtentatione vicarij reſeruata. Et cum Lateranenſis concili ſtatuta prohibeant eccleſijs nouam imponi, vel augeri veterem penſionem; poſtulas edoceri, an Epiſcopus valeat locis religioſis conſentiente patrono totam eccleſiam, vel de nouo conferre aliquam portionem. Ad quod breuiter reſpondemus, quod ſalua conſtitutione canonica de concedenda pijs locis quinquageſima portione, neq. primum, neq. ſecundum facere poteſt Epiſcopus, niſi de licentia Rom. Pont. præter ſui capituli voluntatem.

DE HIS, QVAE A MAIORI PARte capituli. Tit. xij.

Idem Auguſten. Præpoſito Cap. vn.

EX ore ſedentis. & infra. Inde ſiquidem fuit, quod accedentibus ad præſentiam noſtram te, ac dil. f. noſtro B. Auguſten. canonico pro quæſtione, quæ inter vos ſuper præpoſitura Auguſten. eccleſię vertebatur: nos ve. f. noſtrum Oſtien. Epiſcopum, & dil. f. G. ſanctorũ Coſmæ, & Damiani diac. Cardinalem vobis conceſsimus auditores; in quorum præſentia fuit ex prædicti B. parte propoſitum, quod cum dil. fi. E. Auguſten. Prępoſitus fuiſſet in Epiſcopum Brixien. electus, rogauit capitulũ Auguſten. ne aliquem ſibi prius eligerent in Prępoſitum, antequam eius eſſet electio confirmata, cumq. ipſi eius precibus annuiſſent, & idem electus electionis ſuæ confirmatione per ſuum metropolitanum optenta veniens Tibur, fuiſſet de regalibus inueſtitus, B. miles pater ipſius B. ad Ap. ſe. accedens, a bo. me. C. PP. præ. n. ad dilect. fil. Decanum, & capitulum Auguſten. litteras optinuit deſtinari; vt dictum B. filiũ eius infra ſpatium menſis vnius, ſub. ap. ob. eligerent, & aſſumerent in Præpoſitum Auguſten. in ſignum inueſtituræ anulo ei aureo deſtinato, ve. f. noſtris Frigingen. & Ciſten. Epiſcopis, & di. f. maiori Spiren. Prępoſito mandati Apoſtolici executoribus cõſtitutis. Decanus autem, & capitulum memoratum, cum audiſſent, quod dictus electus fuiſſet in Epiſcopum confirmatus, licet dictas litteras ſuſcepiſſent, in contemptum tamen earum aſsignato prius termino, infra quem ipſi deberent ſuper mandato Ap. reſpondere; tunc Auguſten. Decanum in Præpoſitum elegerunt. & infra. Cum ergo Epiſcopus, & Card. prædicti hæc, & alia, quæ fuerant hinc inde propoſita, nobis, & fratribus noſtris fideliter retuliſſent; atteſtationibus, allegationibus, & rationibus vtriuſq. partis plenius auditis, & cognitis, quia nobis legitime conſtitit, quod præfatus B. de præpoſitura ipſa non fuit aliquatenus inueſtitus, etſi mandatum fuit, vt de ea inueſtiretur, de qua etiam ſi inueſtitus fuiſſet, inueſtitura eius per prædeceſſorem noſtrum ſemel, & ſecundo certa fuerit ratione caſſata; quæ ſi nec etiam caſſata fuiſſet, per hoc, quod ſæpedicto H. reuerẽtiam exhibuit, quæ debetur Præpoſito, iuri ſuo renuntiaſſe videtur; nos attendentes, ſibi non potuiſſe de iure competere, vt per appellationem ob id interpoſitam, communem eccleſiæ ordinem impediret, intelligẽtes etiam te a maiori parte tam

De iis, quæ fiũt a ma. par. c. 3.

tam dignitate, quam numero eorum, quos eligendi poteſtatem conſtabat habere, electum fuiſſe canonice in Præpoſitum, de communi f. n. con. electionem ipſam auctoritate Ap. cōfirmamus, præfato B. ſuper ipſa Præpoſitura ſilentium imponentes.

DE REBVS ECCLESIAE ALIEnandis, vel non. Tit. xiij.

Idem Archiepiſcopo Montiſregalis. Cap. I.

De reb. eccl. c. 10.

POSSESSIONES ad menſam tuam, vel capituli pertinētes alienare non debes, aut eccleſias, in quibus cōſueuerunt monachi miniſtrare, clericis, & laicis aſſignare perſonis.

Idem Epiſcopo Maurieñ. Præpoſito Vltieñ. & Decano Hectorieñ. Turonen. & Maurien. diœc. c. 2.

e. n. e.

AD noſtram noueritis audientiam perueniſſe, quod, cum Tuſieñ. monaſterium depreſſum eſſet onere maximo debitorum, dil. fi. Abbas, & conuentus eiuſdem, villam, quæ Ianueñ. appellatur vulgariter, neceſsitate coacti Boneuardo laico conceſſerunt in feudum, tali condicione appoſita, quod idem laicus octoginta libras perſolueret, pro quibus eadē villa extiterat obligata; quod idem non diſtulit effectui mancipare. Verum quia præfatū monaſterium eſt, ſicut dicunt, enormiter in hoc læſum, eo quod de redditibus villæ præfatæ conuentus ſingulis diebus vnum ferculum, & in feſtis xij.† lectionū piſces, vel aliud æquipollens percipere conſueuit; nobis humiliter ſupplicauerint, vt feudum prædictum faceremus ad vtilitatem monaſterij reuocare; præſertim cum idem laicus primo anno de ipſius prouentibus vltra ſummam perceperit prætaxatam, & per multos poſtmodum annos ſuppreſsit eius fructus. Nos ergo ſic nolentes grauaminibus præfati monaſterij prouidere, quod alij videamur iniuriam irrogare, diſ. v. per A. ſ. m. qua. inquiſita plenius veritate, ſi prædictum monaſterium propter hoc inueneritis enorme diſpendium incurriſſe; ſæpedictum laicum, vt pecunia, quam pro exoneratione prædicti feudi, ſeu etiā pro vtilitate ipſius monaſterij noſcitur expendiſſe; ab eodem Abbate, & conuentu recepta, cum ſibi fructus percepti hactenus ſufficere debeant pro labore, præfatum feudum eidem monaſterio dimittat liberū, & quietū, mo. † per cen. ec. ap. re. compellatis.

†ix. forte

† mo. pr. forte

DE EMPTORE. Tit. xiiij.

Idem Epiſcopo Pollion. Cap. I.

De Emp. & vend. c. 5.

AD noſtram noueris audientiam perueniſſe; quod, cum R. laicus ab M. mutuū recipere voluiſſet, creditor Ternen.† diœc. ne per canonem contra vſurarios editum poſſet in poſterum conueniri, domos, & oliuas ipſius recepit ab eodē titulo emptionis; cū reuera contractus vſurarius ageretur; quod patet ex eo, quod creditor, ſicut publicum cōtinet inſtrumentum, debitori promiſit, quod quandocunq. a ſeptennio † vſq. ad nouennium † daret ſexaginta vncias tarenorū, qui vix dimidiam iuſti pretij contingebant, domos ei reſtitueret, & oliuas. Quia igitur fraus, & dolus cuiquam patrocinari non debent; f. t. per A. ſ. m. qua. ſi res ita ſe habet, inſtrumento venditionis confecto in fraudem canonis promulgati contra vſurarios non obſtante, prædictum M. ad reſtituendas domos, & oliuas prædictas ei, ad quem debent hereditario iure deuolui, cum debitor viam ſit vniuerſæ carnis ingreſſus, per pœnam in Lat. con. contra vſurarios promulgatam, ap. re. conpellas.

† al. Tranen.

†Septēbrio forte

† Nouēbrem forte

Idem Epiſcopo, & Archidiacono Vrbiueter. c. 2.

e. 6. e. & c. 42. de teſti.

CVM cauſa, quæ inter œconomum monaſterij ſancti M. de mōte Viterbien. ex parte vna, ac F. & R. ciues Viterbieñ. ex altera ſuper accaſamentis quōdam Tornampartis, & terris Denſiare, ac ſalicis, & molendino, vbi facta eſt Galcheria, vertebatur coram nobis, fuiſſet aliquamdiu ventilata: nos intellectis rationibus vtriuſq. partis, atteſtationibus diligenter inſpectis, cum conſtitiſſet nobis monaſterium ipſum in prędictarum rerum venditione vltra dimidiam iuſti pretij fuiſſe deceptum, ſententiando decreuimus; vt præfati ciues, aut recepto pretio reſtituerent poſſeſſiones memoratas, aut ſupplerent, quantum conſtaret legitime venditionis tempore iuſto pretio defuiſſe. Cum igitur Abbas, & fratres eiuſdem loci probare per teſtes intendant, quanti pretij venditionis tempore poſſeſſiones fuere prædictæ, pręſentium vobis auctoritate m. qua. infra trium menſium ſpatium recipientes ap. re. teſtes, quos alterutra partiū duxerit producēdos, audiatis cauſam, & eandem remittentes ad nos ſufficienter inſtructam, præfigatis partibus terminum competentem, in quo noſtro ſe conſpectui repręſentent ſententiam recepturæ. Si vero pars monaſterij ad hunc probandum articulum, eoſdem teſtes produxerit, quos ad alium probandum produxit; vos nihilominus, eos recipere procuretis; quoniam aliud eſt probaſſe deceptionis

ptionis exceſſum,& aliud probare quantitatem valoris.

DE RERVM PERMVTAtione. Tit. xv.

Idem Senon. Archiepiſcopo. *Cap. vn.*

De rer. perm. ca.7.& de off. del. c. 33.

CVM olim ad noſtram audientiam perueniſſet,quod dilectus f. magiſter S. & B. Archidiaconatum,& præpoſituram adinuicem permutaſſent, magiſtri eiuſdem obtētu cauſam ſuper hoc bonæ me. Maſceñ. Epiſcopo duximus delegādam. Cumq.idem B.ad noſtram poſtmodum pręſentiam acceſſiſſet, vt negotium ſine ſuſpicione procederet,obtentu ipſius,di.f. Abbatem Cluniaceñ. eidem Epiſcopo duximus adiungendū. Verum, cum propter Abbatis abſentiam non fuiſſet a delegatis ipſis pariter in cauſa proceſſum,vtraq.partium noſtro ſe conſpectui pręſentauit, & audientiam obtinuit corā nobis. quod licet prędictus magiſter ab initio ſpōte fuit de permutatione confeſſus, idem tamen B.eam infitiabatur omnino,aſſertiue proponens,quod & ipſe præpoſituram ſine contradictione qualibet reſignarat, & poſt liberam reſignationem prædicti magiſtri Archidiac. fuerat aſſecutus,licet magiſter ipſe proponeret ex aduerſo, ipſum ſecum diutius de permutatione tractaſſe, & cōpleuiſſe eandem † in manibus ve. f. n. Eduen. Epiſcopi, quod tractarant. Verum ſæpedictus B. delegatis noſtris non deferens, immo verius delegãti, ſigilla violauit illorum, & ſcripta, quæ nobis fuerant præſentanda, non erubuit aperire. Ceterum conſtitutus in præſentia noſtra,aduerſario ſuo præſente, in excuſationem propriam propoſuit coram nobis, quod iudices perperam proceſſerant contra ipſum, cū acta in ſcriptis minus fideliter redegiſſent. vnde timens,ne litteras portaret Vrię,ſcripta illorū aperuit,&quod ſuſpicatus fuerat; adinuenit. Sane ſi quid expediret, melius notaſſet, vel non recepiſſet ſcripta ſuſcepta,vel recepta nobis fideliter præſentaſſet, & oſtendiſſet cauſam ſuſpicionis propoſitæ coram nobis. Præterea cum non cōquereretur de iudice,quem ei proprio motu conceſſimus, ſed de illo potius,quem ipſe duxerat eligendum, & iudices ſui nobis per eum litteras deſtinaſſent,de ipſo conquerentes,verbis ipſius fidem non duximus adhibendam. ſed, vt in eo ſaltem puniretur, in quo peccarat, contra acta iudicum, quæ temere violauerat, ipſum ſicut nec debuimus, ſic noluimus exaudire, ne videretur dolus ſuus ei patrocinium attuliſſe. Cū ergo nobis tum per publicam famam,tum per validam præſumptionem,& probationem etiā manifeſtam conſtaret,quod ſuum præſtiterit permutationi conſenſum, prædictus autem magiſter ſuum publice fateretur errorem, & hunc præpoſitura, & illum Archidiaconatu curauimus ſpoliare; ſuper hoc diffinitiuam contra eos ſententiam proferentes.

† al. deeſt

DE FEVDIS. Tit. xvj.

Idem Maurieñ. Epiſcopo. *Cap. 1.*

De feud. c. 2.

INSINVATIONE præſentium declaramus, quod Gageria, quam tu apud Argentinam a Nãtelino dinoſceris reperiſſe, Gaudefredi fratris eius accedente conſenſu, a te poteſt libere retineri, fructibus non conputatis in ſortem, ita videlicet, vt quamdiu fructus illos perceperis,in ſorte minime cōputandos, idem Nantelinus a ſeruitio,in quo tibi,& eccleſiæ tuæ pro feudo ipſo tenetur, interim ſit immunis.

Idem Archiepiſcopo Mediol. ſanctæ Rom. eccleſiæ Cardinali. *Cap. 2.*

EX parte tua noſtro eſt Apoſtolatui reſeratum,quod ſæpius dubitaſti; vtrum, cum contingit vaſſallum tuum decedere, & ad te feudum ipſius redire, feudum eius alij liceat tibi dare; quamuis iuramento tenearis aſtrictus, non infeudare de nouo Rom. Pont. inconſulto. Adhuc ſi vaſſallum tuum feudum alienare contingat;an ipſius filium,vel cōſanguineum conſortem eiuſdem feudi de ipſo valeas inueſtire. Alia quoq. tua dubitatio cōtinebat,vt cum feudum alienatum repereris, quod per te facile recuperare non potes; vtrū poſsis alicui laico in feudum illud cōcedere, quod & illud recuperet, & in feudum eccleſiam recognoſcat. Nos igitur ſuper his de mẽte tua ſcrupulum volentes dubitationis auferre,præ.tibi m.qua.ſi quando præfati caſus emerſerint, in primo feudum decedentis libere,ſi videris expedire,concedas,ac in ſecundo filium, vel conſanguineum alienantis inueſtiens,in tertio feudum alienatum ei poteris licenter concedere, per quem ipſum eccleſia valeat rehabere.

DE PIGNORIBVS. Tit. xvij.

Idem Gallando ſubdiacono noſtro, & B. Vitali canonicis Piſanis. *Cap. 1.*

ILLO

De pig. c. 4.

ILLO vos credimus ſcientię dono vigere, quod ſuper eo, de quo nos conſulere voluiſtis, quid iuris ſit, liquido cognoſcatis. Quia tamen noſtro poſtulaſtis edoceri reſponſo, ne ſub ipſius expectatione reſponſi, deciſio negotij prorogetur, præſentibus vobis litteris duximus reſpondendum. ſane per veſtras nobis litteras intimaſtis, quod, cum cauſa, quæ vertitur inter H. & dil. f. Guido. de Coſa, G. filiam Teberti, & heredes ipſius ſuper quibuſdam vineis præfatis perſonis pro xxvj. libris pignori obligatis; vobis duximus committendas, dantes vobis per noſtras litteras in mandatis, vt ipſam G. & heredes ipſius ad reſtituendas vineas, & quidquid vltra ſortem perceperant, eiſdem reſtituerent conquerentib. per pœnam in Lateraneñ. cõcilio contra vſurarios promulgatam, cogere curaretis. vos, vt iuxta mandatum noſtrũ procederetis in negotio me. partes citare curaſtis; cumq. in veſtra eſſent præſentia cõſtitutæ, ex parte prædictæ G. & heredum ipſius fuit propoſitum coram vobis, terras, vineas, quas idem H. & B. repetebant ab eis non eſſe pignori obligatas, ſed pure venditas, ſicut in inſtrumento confecto exinde plenius continetur; præfatus vero H. pro ſe, ac fratre ſuo firmiter aſſerebat, terras non eſſe pure venditas; ſed pignori obligatas, cum venditionis prædictæ talis fuit adiecta condicio, vt ſi a tempore contractus vſq. ad duos proximos annos præfato T. emptio diſpliceret, G. pater H. ab inde vſq. ad annum xxvj. libras, perceptis fructibus computatis in ipſis, dare debuerit, ſicut in eodem inſtrumento aſſerebat firmiter contineri. Verum, quia ſicut in eiſdem litteris continetur, ambigitis, vtrum pura ſit, & abſoluta venditio, an præfatus contractus, pignus debeat iudicari, per noſtras poſtulaſtis litteras edoceri. Nos autem conſultationi v. t. reſpondemus; quod qualiſcumq. fuerit intentio contrahentium, ex forma contractus, venditio non apparet condicionalis, ſed pura; quamuis poſsit per cõdicionem reſolui. ex duobus tamen, quæ in pacto fuerunt expreſſa, videlicet quod fructus percepti debent in ſoluenda pecunia numerari, & quod vltra ſummam receptam xl. ſolidi debent perſolui, contra ipſum emptorem præſumitur vehementer, prętertim cum vſuras conſueuerit exercere.

Idem Epiſcopo Aquinati. *Cap.* 2.

c. 5. a. EX litteris tuæ fraternitatis accepimus, quod, cum cauſa, quæ vertitur inter R. ſancti Georgij, & R. mulierem ſancti Germani, tibi duximus committendam, cum fere per biennium ſtuduiſſes, vt eadem cauſa concordia ſiniretur, partibus non acquieſcentibus, aſcitis viris prudentibus, prædictæ cauſæ meritis diligentius examinatis, idem negotium, de prudentum conſilio, ad noſtram duxiſti præſentiam remittendum, ea maxime ratione, qua videbatur hoc ad regium iudicium ſpecialiter pertinere. ſi quidem probatũ eſt euidenter, quod facinore, a marito prædictę mulieris commiſſo, eo fugam petente, tam frater mariti, præfatus videlicet R. quã ipſa mulier, licet minus iuſte ab R. Comite Caſertoñ. tũc regio iudiciario † capti fuerint, & de ipſius † al. iuſtitiario mandato omnium bonor. delinquentis facta diſtractio, & ſoluta pecunia mercatori, qui a marito dictæ mulieris vulneratus fuerat, & rebus proprijs ſpoliatus. per prædictum autẽ R. illorum bonorum venditio facta fuit, de mãdato iuſtitiarij antedicti, ſed quædam poſſeſsiones penes eundem R. mulieris ſororiũ remanſerunt, quas idem R. de mandato curię retinuit, ſoluta pro eis pecunia mercatori. quia emptor alius, ſicut dicit, propter poſſeſsionum minutias non extabat. Pars vero mulieris firmiter allegabat, quod cum dos omnibus creditorib. pręferatur, & omnia bona mariti eidem mulieri propter dotem fuerint obligata, cum mulier in hoc non fuiſſet culpabilis; dotem ſuam amittere non debebat: propter quod æſtimationem eius inſtantius petebat ſibi confirmari, vel in poſſeſsiones, quæ mariti fuerant, ex officio delegationis induci, aſſerens culpam viri ſui nequaquã ei de iure debere nocere. Pars autem viri econtrario reſpondebat ſe nõ debere ſuper his aliquo modo reſpondere; quia nihil voluntate, vel auctoritate ſua diſtractum fuerat de bonis mariti mulieris ipſius: ſed fiſcus ea capi fecerat, & mandauerat diſtrahenda, quod & teſtium aſſertione probauit. Sane cum pars mulieris diceret de poſſeſsionibus viri ſui aliqua remãſiſſe, quæ diſtracta non fuerant, & ex eis ſibi ſatisfieri poſtulabat: ab ea ſtudioſius inquiſiſti, quanta fuiſſet pecunia, quæ ſoluta fuerat mercatori, & ex confeſsione tibi cõſtitit vtriuſq. quod de immobilibus vſq. ad xxiiij. vncias auri alienatum extiterat, ſed pręſcriptus R. ſe xviij. vel xxiiij. dicebat addidiſſe, & quadraginta duarum vnciarum auri cõpleuiſſe numerum mercatori. Allegabat quoq. prædictus R. quod cum quinq. filij eſſent vnius patris, & omnes in bonis paternis ſuccederent;

facta ęſtimatione totius hereditatis,nō perue niebat ad maritum mulieris ipſius de hereditate paterna,quod vltra xxiiij. vncias valeret. Quia vero ad nos eadem cauſa remiſſa, non fuit ſufficienter inſtructa; nec nobis cōſtitit, vtrum x. libras tarenorum,quas petebat mulier, dediſſet in dotem, aut quod R. aliquid poſsidebat de bonis pertinētibus ad fratrem ſuum virum mulieris prædictæ,nec potuiſſemus examinationi cauſæ inſiſtere, tum quia in præſentia tua renuntiatum fuerit allegationibus, & probationibus, ſicut dicis; tum quia idonei,& ſufficientes ad noſtram pręſentiam non venerant reſponſales:eandem cauſam tuo duximus examini remittendam,per A. ſ. præ. mandantes,qua.ſi tibi conſtiterit ex ijs, quæ in præſentia tua fuere propoſita, & probata;quod mulier dicit viro dediſſe in dotem;& prædictum R. de bonis fratris aliqua poſsidere; cum mulieribus fauor multus in recuperandis dotibus debeatur; & cautum ſit etiam in iure, quod propter maleficium viri mulier remanere nō debeat indotata; cū, & bona viri mulieri pro dote tacite obligata cum ſuo onere tranſierunt ad quemlibet poſſidentem, prædictum R. eidem mulieri ad reſtitutionem dotis eatenus ap.re. condemnes, quatenus de bonis fratris ſui præfati noſcitur poſsidere.

Idem L. de monte Fortino. *Cap. 3.*

a 6. a CVM contra nobilem virū G. Deenten ciuem Anagninum ſuper quibuſdam poſſeſsionibus,quas quondam pater tuus Laudun. de Salis pro certa pecunię quantitate obligarat,& creditoris heredes prædicto G. pignorarant,mouiſſes in noſtra præſentia quæſtionem;tibi,& ei dil.f. P. de Saxon. ſubd. & capellanum noſtrum concesſimus auditorem. conſtitutus igitur in noſtra præſentia legitime probauiſti,quod poſſeſsiones ipſę pignoris titulo fuerunt obligatæ,ac ex earum prouentibus tantum fuerat tunc ab eodem G.& ab alijs,qui eas tenuerant,a tempore,quo fuerant obligatæ,perceptum;quod fructus ſorti poterant adæquari. Nos igitur attendentes, quod in talibus perceptio fructuum in ſolutione ſortis accedat; cum ſecundum canonicas ſanctiones fructus reſtitui,& in ſortem debeant computari,conſiderantes etiam, quod poſſeſsiones ipſæ iam extenuaſſent penitus tuum onus, & debitum annullaſſent de con. f.n. ipſas tibi reſtituendas eſſe decernimus;& per nūtium noſtrum in poſſeſsionem induci fecimus corporalem.

DE DONATIONIBVS. Tit. xviij.

Idem Archiepiſcopo Glamonen̄. & Epiſcopo Migdon̄. & Abbati Renan. *Cap. 1.*

DILECTI filij canonici ſanctę M. de Lino graueni propoſuerūt in noſtro auditorio quæſtionem; quod cū terra Ballimedogſortan̄. ex donatione quondam Olieuar. Regis de Heriel adepti fuiſſent; & eam tam ante, quam poſtquam Anglici venerunt in partes illas,longo tēpore poſsiderent in pace, H. de Sai miles Armacan̄. diœc. eandem terram ex donatione H. de Lacij contra iuſtitiā occupauit;& licet dil. f.n. Lit. ſancti Stephani in Cœlio monte presbyter Card. ſe. Ap. Le. eidem H. ne terram illam reciperet, vel teneret,ſub interminatione anathematis inhibuerit,eam nihilominus detinet,& reddere contradicit,allegans legem ab Anglicis introductam;quod videlicet donatio per quemquam Hibernicum religioſæ domui facta non valeat;poſtquam rem,quæ donatur,alicui Anglico Rex Anglorum concedit; etiam ſi tempore, quo per Hibernicum donatio ipſa domui religioſæ confertur;& is,qui facit donationem,in plenarei donatę poſſeſsione fuiſſe noſcatur,& eam poſsideret ab antiquo. Cū igitur talis lex,nec naturalis, nec ſcripti iuris contineat ęquitatem,d.v. per A. ſ. m. qua. inquiſita ſuper his diligentius veritate,non obſtante prædicta lege,ap.re. quod iuſtum fuerit, ſtatuatis. Non ponitur.

Idem Epiſcopo Florentino. *Cap. 2.*

PER tuas nobis litteras proponere curaſti,quod cum Floren̄. nobiles, & potentes prompti ad ſeruitiū,& deuoti tempore ſchiſmatis bo. me. I. Florent. Epiſcopi in domo ſua tenuerint contra Imperatorem,ſuorumque fautorum inſultus, idem Epiſcopus ſedata ſchiſmatis tempeſtate, de mandato fe. re. Alexandri PP. præ. n. quattuor modios terræ in feudum conceſsit eidem;& eo poſtmodum viam vniuerſæ carnis ingreſſo, bo. me. B. ſucceſſor ipſius, prout moris eſt, de recto feudo præfatos nobiles inueſtiuit. Verū, cum ipſi aſsignatam terram ſibi aſsignari feciſſent; non niſi duos modios inuenerunt; vnde ab anteceſſore tuo, vt ipſis feudum integraret cum inſtantia poſtularūt; qui licet hoc aliquando ſe facturum promiſerit; effectui tamen minime mancipauit. Ipſi autem, vt tu præfatum feudum ipſis adimpleas, aſsidue po- De donat. c. ſi

poſtulant,& inſtanter; at tu aliquantulū dubitas, eo quod nō ſunt in poſſeſsione ipſius, ne de nouo illud videaris conferre, licet tibi fidelitatem curauerint exhibere, & de quattuor modijs fuerint inueſtiti; antequam eorū petitioni duceres annuendum, ſe.duxiſti Ap. conſulendam. Nos igitur attendentes, quod eccleſiam in actibus ſuis fraudem, vel dolum non decet aliquem adhibere: f.t.t. reſpondemus, quod feudū ipſum ſecure potes eiſdem nobilibus integrare; cum terra illa quattuor modiorum ipſis fuerat aſsignata, & iam dictus Epiſcopus quattuor promiſerit ſe daturum.

Idem R. Cedeburgeñ. & G. Bribnrgeñ. Abbatibus, & magiſtro I. rectori eccleſiæ de Bilchale. *Cap.* 3.

c.6.e. CVM dilect. fil. Abbas, & monachi de Melros propoſuerūt coram nobis, quod vir Alanus quaſdam terras ab W. quondam patre ipſius eorum eccleſiæ de Machelin in eleemoſynam aſsignatas, violenter redigere cupiens in foreſtā, eos ſuper his indebite moleſtaret; vobis dediſſe recolimus in mandatis, vt ipſum ab ipſorum ſuper illis terris indebita moleſtatione deſiſtere per cen. ec.ap. poſt. cogeretis. Verum cum ſuper ipſa cauſa mandatum Apoſtolicum impleretis, diligentius procedentes in cauſa, partibus in præſentia veſtra conſtitutis, teſtes recepiſtis hinc inde, & ſuper atteſtationem illorum, & inſtrumentis diu diſputantibus, ac diſceptationibus habitis in cauſa ipſa, vſq. ad ſententiæ calculum proceſsiſtis, cauſam ipſam ſufficienter inſtructam ad noſtram audientiam remittentes. vt autē per diligentiam veſtram finis cauſæ imponatur eidem, inſtrumentorum tenorem, depoſitiones teſtium, allegationes etiam, prout ea receperamus, ſigillorum veſtrorum munimine conſignata, vobis ſub ſigillo noſtro remittimus interclusa; per A.v.ſ. m. præ. quatenus auctoritate noſtra ſuffulti, ad ſententiam pro ipſo monaſterio proferendam, non obſtante contrad. vel ap. cuiuſlibet, procedatis, contradictores per cen.ec. cogētes, & facientes, quod iudicaueritis, auctoritate noſtra firmiter obſeruari; cum ex tenore inſtrumenti euidenter appareat, quod hæc fuit mens, & intentio donatoris, vt clauſulam de foreſta, quæ in fine ponitur inſtrumenti, non ad ſuperiorem donationem, quæ tam libera, & pura fuit, vt immunis eſſet a vexatione, & conſuetudine ſæculari, ſed hoc ad inferiorem conceſsionem, quæ penſionem, & determinationem habet inſertam, iuxta ſanum referri debeat intellectum, quia in contractibus plena, in teſtamentis plenior, in beneficijs quoque pleniſsima eſt interpretatio adhibenda.

Idem Epiſcopo Helieñ. *Cap.* 4.

PASTORALIS officij diligentia. & infra. Tua nos inſuper duxit diſcretio conſulendos, ſi Epiſcopus conſentiente patrono viris religioſis aliquam eccleſiam concedendo, hac vtatur ſimplicitate verborum; concedimus vobis illam eccleſiam, vtrum eo ipſo videatur eccleſia illa in eorum vſus fuiſſe cōceſſa, vel ius tantummodo patronatus. Nos autem inquiſitioni tuæ taliter duximus reſpondendum; quod ſi Epiſcopus eccleſiam illis conferat de conſenſu patroni, profecto patronus, quod ſuum eſt, conferre videtur, ius videl. patronatus, & Epiſcopus confert illud, quod ipſe optinet temporaliter in eadē, vt ſi fructuum eiuſdem eccleſię aliquam percipiat portionem, in eorum vſus illa portio conuertatur. Quod ſi ex ipſius prouentibus nullam debet Epiſcopus portionem habere, omnes prouentus, præter cathedraticum, in eorum vſus credimus conuertendos, ſed vt Epiſcopi donatio ſit legitima, conſenſus eſt ſui capituli requirendus. c.7.e.

Idem Floreñ. & Fæſulañ. Epiſcopis, & Archipreſbytero Piſtorieñ. *Cap.* 5.

INTER di.f. hoſpitalarios ſancti Sepulchri de Piſis hoſpitalis Hieroſolymitani ex vna parte, ac fratres hoſpitalis ſancti Allucij Lucanæ diœc. ex altera ſuper eodem hoſpitali ſancti Allucij quæſtione ſuborta, cū idem hoſpitalarij ſuper poſſeſſorio, quod ſemel, & iterum ex cauſis tamen diſsimilibus intentarunt, contrariam reportaſſent ſententiam, deinde ad petitorium recurrentes, per procuratorem ſuum, coram dil.f.H. ſubd. & capellano noſtro, quem ſibi, & procuratori partis alterius auditorem conceſsimus, proponere curauerunt, quod cum B. quondam rector, & fratres, ac patroni eiuſdem hoſpital. ſancti Allucij habito communi tractatu deliberaſſent hoſpitale ipſum hoſpitalarijs ſupponere ſupradictis, compromiſerunt in hoc trib. procuratoribus vices ſuas communiter ſtatuentes; vt quod per ipſos ſuper hoc fieret, acceptarēt. e.8.e.

ſtarent. qui poſtmodum ad prędictos hoſpitalarios accedentes, cum eiſdem taliter ſtatuerunt, vt ad ipſum hoſpitale aliqui mitterentur, qui eorum nomine reciperent aſsignationem ipſius. cum autem fratres M. & B. illuc propter hoc tranſmiſiſſent, in camera prædicti rectoris donationem, & aſsignationem hoſpitalis prædicti, tam a præfato magiſtro, quam ſupradictis procuratoribus, & alijs eiuſdem domus fratribus receperunt. & infra. Procurator autem partis alterius ex aduerſo reſpondit, quod prædicta donatio debeat non immerito retractari; quoniam multis ex fratribus inconſultis, a prædicto rectore, ac paucioribus fratribus excommunicatis, nihilominus, ac periuris de re litigioſa, & in fraudem Plebani de Piſcia, qui ſuper eodē hoſpitali mouerat quæſtionem, fuerat celebrata, & hæc omnia proponebat ſufficienter eſſe probata per depoſitiones teſtiū productorum. Ad hæc vero parte altera multipliciter reſpondente, hinc inde fuit aliquamdiu diſputatum. Nos igitur his, & alijs intellectis, quæ coram capellano prædicto partes proponere curauerunt, & ipſarum atteſtationibus diligenter inſpectis, attendentes, quod fratres, & patroni ſancti Allucij pro ſe, immo potius contra ſe ſuam turpitudinem allegabant; videlicet periurium, excommunicationem, & fraudem, non vtiq. contra ipſos, ſed ab ipſis commiſſam; & intelligentes donationem ab eis præfatis hoſpitalarijs factam, puram, ac ſimplicem extitiſſe, quia non deceptoribus, ſed deceptis iura ſubueniūt. Vnde per ea, quæ ſuperius ſunt propoſita, ſe contra factum proprium legitime defendere non valebant; cum & quædam ex ipſis non fuerunt comprobata, de con. f. n. hoſpitale prędictum ſancti Allucij cum pertinentijs ſuis hoſpitalarijs ſancti Sepulcri adiudicare curauimus, ita quod per hanc noſtræ diffinitionis ſententiam diœceſano Epiſcopo, & Plebano de Piſcia nullum præiudicium generetur; cum res inter alios acta, non debeat alijs pręiudicium generare.

Idem Epiſcopo ſancti Andreæ. Cap. 6.

c. 9. e. APOSTOLICAE ſedis oraculo. & infra. Cum plerumq. contingat, quod Epiſcopi ſucceſiue locis religioſis de redditibus, qui pertinent ad eoſdem, vltra quinquageſimam conferant portionem; ita quod interdū vſq. ad tertiam partem, vel quartam; interdū vero plus, minuſue huiuſmodi redditus minuantur. tua fraternitas nos cōſuluit, vtrū ſucceſſoribus eorundem ea, quæ taliter fuerint vltra quinquageſimam portionem conceſſa, liceat aliquatenus reuocare. Nos igitur inquiſitioni t. t. reſpondemus; quod licet ſit in canone diffinitum, vt ſi quis Epiſcoporum in parochia ſua monaſterium forte conſtruere voluerit, & hoc de rebus eccleſiæ, cui præſider, ipſe ditare, non amplius ibidem, quam quinquageſimam, eccleſiæ vero quam monaſticis regulis informare, vel pro ſuis magnificare voluerit ſepulturis, non amplius, quam centeſimam partem cenſus eccleſiæ, cui pręeſt, debeat clargiri. Quia tamen in eodem canone conſequenter adiungitur; vt hæc temperamenti æquitas obſeruetur; quod, cui tribuit, competens ſubſidium conferat; & cui tollit, grauia damna non infligat; ea quidem cautela ſeruata, vt vnam tantummodo quæ placuerit ex his duabus remunerationem aſſumat, hoc ſemper eſt obſeruandum; quod vnus Epiſcopus, vel alius non ſolum debet amplius, ſed nec tantū, nec minus cum graui eccleſiæ ſuæ detrimento conferre, ſiue ſimul, & ſemel id facere velit, ſiue pluries ſucceſsiue eidem, vel diuerſis eccleſijs cōferendo. Vnde cum graue detrimentum, ſiue de poſſeſsionibus, ſiue de prouentibus, vel ad Epiſcopalem menſam, vel cathedralem eccleſiam pertinentibus, in quantalibet portione conſtiterit eſſe collatum; poterit legitime reuocari, niſi præſcriptione, vel alia exceptione legitima huiuſmodi actio excludatur. Nam etſi prima facie præſumatur, quod collatio quinquageſimæ, vel centeſimæ partis graue non inferat detrimentum; quia tamen, ſi non ſolum ſæpe, ſed etiam ſemel id fiat, ex varijs circūſtantijs deprehendi poteſt interdum eſſe valde damnoſum; quod quidem magis poteſt ex oſtenſione ipſius facti, quam expreſsione alicuius ſtatuti cognoſci. nec quinquageſima, vel centeſima ſemel, ac ſucceſsiue debet cū graui damno conferri: ſi vero in tantum (hoc vĩdet † Epiſcopus, vt ſine damno eccleſiæ ſuæ poſsit amplius, quā in quinquageſimam, vel centeſimam partem, neceſsitati alterius eccleſiæ ſubuenire, quamuis per ſe non debeat ſummam excedere a canone præfinitam, per quā incaute largiri volentib. eſt occurſum. de ſuperioris tamen auctoritate poteſt etiam in maiori ſumma inopiæ alterius prouideri.

† *abundat Greg. 9*

DE

DE TESTAMENTIS. Tit. xix.

Idem Altiſiodoreñ. Epiſcopo. *Cap. 1.*

De teſt. c. 13. CVM tibi de benignitate. & infra. In ſecũda vero dicimus, quod qui extremam voluntatem in alterius diſpenſatione committit, non videtur decedere inteſtatus.

Idem C. tt. ſancti Laurentij in Lucina presbytero Card. Ap. ſe. Legato. *Cap. 2.*

OFFICIVM & infra. Secundo quæſiſti, cum quis in teſtamento relinquit Epiſcopo propriam portionem, & alia multa monaſterijs, vel eccleſijs, alijſq. dimittit; vtrum Epiſcopus ex illis legitimã petere poſsit portionem, adiciens autem, cum quis ex teſtamẽto in fraude n modicum conſtituerit mortuarium; & alia dimiſerit pro anima ſua plura; nihilominus poſsit Epiſcopus exigere portionem de alijs a canone conſtitutam. Nos autẽ ſuper his conſul. t. t. reſpõdemus, quod ſi portionem illam cum condicione legauit Epiſcopo, vt eſſet ea ſola contentus, & eam Epiſcopus acceptauit; quia per hoc alijs renuntiaſſe videtur, de ceteris non poterit exigere portionem. quod ſi eam ipſi abſolute relinquit, portionem ſibi debitam poterit nihilominus de ceteris vindicare. Si vero conſtiterit, quod in fraudem modicum conſtituit mortuarium, vt in ceteris Epiſcopus portione debita fraudaretur; quia fraus, & dolus alicui patrocinari non debent, Epiſcopus portionem ex illis poterit exigere a canone conſtitutam, ſaluis indulgentijs Pontificũ Rom. quæ quibuſdam regularibus ſunt conceſſæ.

Idem. *Cap. 3.*

REQVISISTI de ijs, quæ teſtator pro anima ſua legat in vltima volũtate, qualiter ſint inter Epiſcopum, & eccleſias diuidenda; & quidem regulariter verũ eſt, quod Epiſcopus debet de his ſecundum diuerſas conſuetudines tertiam, vel quartam portionem habere. ſed conſiderandum eſt diligenter, vtrum teſtatus leget hoc modo, relinquo (inquit) iſtud Epiſcopo, aut relinquo iſtud eccleſiæ, vel relinquo iſtud Epiſcopo, & eccleſiæ, aut relinquo iſtud Epiſcopo, & relinquo illud eccleſiæ. In primo caſu diſtinguendum eſt, vtrum relinquatur illud Epiſcopo ab extraneo, an a propinquo; ſi ab extraneo, generaliter verum eſt, quod præſumitur eſſe relictum intuitu eccleſiæ, non perſonæ. vnde cathedral. eccleſia canonicam de illo poteſt petere portionem, quemadmodũ Epiſcopo competit ſua portio, ſi aliquid ipſi eccleſiæ relinquatur; & hoc vtiq. verum eſt, niſi teſtator exprimat, quod velit illud eſſe tantum Epiſcopi, non eccleſiæ. in quo caſu ſeruanda diſpoſitio teſtatoris. ſecus autem, ſi exprimat, quod velit illud eſſe tantum eccleſiæ, non Epiſcopi: quia priuata diſpoſitio teſtatoris non poteſt generalem conſtitutionem canonis inmutare: nec eſt contrarium, quod in canone legitur, videl. quod Pontifices, quibus ab extraneis aliquid, aut cum eccleſia, aut ſequeſtratũ dimittitur, aut donatur; quia hoc ille qui donat, pro redemptione animæ ſuæ, non pro commodo ſacerdotis probatur offerre, non quaſi ſuum proprium, ſed quaſi dimiſſum eccleſiæ, inter facultates eccleſiæ conputabit, quoniam hoc eſt verum, cum teſtator ita ſequeſtratum legat illud Epiſcopo, quod non exprimit, vtrum velit ad Epiſcopum tantum, & non ad eccleſiam pertinere. Si vero relinquatur illud Epiſcopo a propinquo, præſumitur eſſe relictum, non intuitu eccleſiæ, ſed perſonæ; niſi forte contrariũ probaretur, & de iſto nihil poteſt eccleſia petere in vita eius. Quod ſi relinquitur Epiſcopo, & eccleſiæ; de illo canonica inter ipſos eſt diuiſio facienda. Si vero iſtud Epiſcopo, & iſtud eccleſiæ relinquatur, ſiue æqualia, ſiue inæqualia ſint relicta; reducenda ſunt ad diuiſionem canonicam faciendam inter Epiſcopum, & eccleſiam cathedralem, niſi ambo velint eſſe teſtatoris diſpoſitione contenti; quam propter vltimæ voluntatis fauorem, ſatis decens eſt obſeruare, vbi neque fraus interuenit, neque dolus, nec quiſquam nimium defraudatur debita portione. Secus eſt autem, ſi aliquid legetur Epiſcopo, & aliquid capel. vel monaſterijs, aut alijs pijs locis: nam in hoc caſu, quod legatur Epiſcopo, eius eſt præcipuum, cum eccleſia cathedrali; quemadmodum ſi cuilibet alij legaretur, & de (illis, quę hi † legantur, portionem canonicam nihilominus optinebit; quoniam non eſt tanta cõmunio inter Epiſcopũ, & capellas, vel monaſteria, ſeu alia pia loca, † al. ijs, quæ

quanta eſt inter ipſum, & eccleſiam cathedralem, cui eſt ſpirituali coniugio copulatus. Vnde, quæ acquirit Epiſcopus, non illis, ſed iſti tantum acquirit. Illud autem eſt generaliter obſeruandum circa eum, qui poteſt propriam poſsidere prçlationem; vel adminiſtrationem eccleſiæ non habentem, quod ſi ei aliquid ſpecialiter relinquatur, non ſolum a propinquo, verum etiam ab extraneo; intelligitur eſſe relictum non intuitu eccleſiæ, ſed perſonç; niſi probatio in contrarium appareret. & idcirco de illo non Epiſcopus, nec eccleſia poteſt in vita eius ſibi aliquid vindicare, & hoc intelligitur eſſe verum, cum fraus minime procuratur, quç ſi detecta fuerit, patrocinari non debet.

DE SVCCESSIONIBVS AB INteſtatis. Tit.xx.

Idem Nıuern̄. Epiſcopo. *Cap.* 1.

De ſucceſ ab int. c.3.

CVM dil. f. Abbas de Bruxeria ad noſtram præſentiam acceſiſſet, & pro cauſa, quam aduerſus ve. f. n. Epiſcopū Edun̄. habebat, ibidem diutius expectaſſet, tandem nuntius eiuſdem Epiſcopi ſuperuenit, quibus volentibus ad inuicem litigare, ve. f. n. I. Viterbien̄. Epiſcopum ſancti Clementis Card. conceſimus auditorem. Ipſis igitur in eius præſentia conſtitutis, Abbas propoſuit antedictus, quod cum Archipresbyter de Alerio ſe, & ſua ad participationem orationum, monaſterio de Bruxeria pietatis intuitu optuliſſet, quibuſdam rebus ſuis vſui ſuo ſimplici reſeruatis; de manu cuiuſdam fratris eiuſdem cœnobij augmentationem coronæ in ſignum oblationis illius accepit; & quod hanc conceſsionem hoc modo feciſſet, & nō ſuo nomine, ſed monaſterij poſsideret, & monaſterio, quidquid acquirebat, acquireret, ſçpe fuit in communi capitulo proteſtatus. In hoc etiam publice per xx. annos fere idem Archipresbyter nullo contradicente, vel reclamente permanſit, ita quod per publicam famam id omnibus notum erat. nam Abbas de Bruxeria, qui pro tempore fuerat, & ipſi monachi rebus illius non ſecus, quā alijs reb. proprij monaſterij ſciente Epiſcopo Edun̄. qui pro tempore erat, & in nullo penitus reclamante publice vtebatur. id autem, quod mente compoti dictus Archipresbyter fecerat inter viuos, in vltima voluntate mente ſanus, licet çger corpore confirmauit. Cumque idem Abbas, & monachi res ſic legitime datas, & alias quas ipſi Archipresbytero conceſſerat ad vtendum, ad ſuum monaſterium reducere vellent, prçdictus Epiſcopus eis violentiam inferens, non ſolum res Archipresbyteri, ſed etiam res ipſius monaſterij occupauit; quas cum in bona pace repeterēt, ipſe, vt rebus illis ei poſſet graſſandi materia plenius indulgeri, ſed. Apoſtolic. appellauit, in octauis beati Martini proximo præteriti ſuç terminum appellationi præfigens. Econtra prædictus nuntius Epiſcopi allegauit, quod antè, quam donatio illa facta fuit, Archipresbyter erat poſitus extra mentem; ita quod, cū interrogatus fuiſſet à monachis, vis tu habitum ſuſcipere monachalem? & reſpondiſſet volo; ſtatim interrogatus ab alio: vis tu eſſe aſinus? reſpondit ſimiliter volo; ſicque prædicti monachi eum ad ſuum monaſteriū deportarunt; quod idem nuntius ſe obtulit probaturum. & infra. Quibus auditis, & cognitis ſufficienter intelleximus eſſe probatum; quod dictus Archipresbyter agens in extremis, velut vltimam exprimens voluntatem aſſeruit, ſe, & ſua monaſterio de Bruxeria contuliſſe. Vnde, cum requiſitus eſſet, vt conderet teſtamentum, reſpondit ſe non poſſe teſtari; quia ſe, & ſua contulerat monaſterio ſæpedicto. & licet vnus ſolus teſtis dixerit, ſe audiſſe quando præfatus Archipresbyter, ſe, & ſua optulit monaſterio; quia tamen alij teſtes dixerint ſe audiſſe ipſum Archipresbyterum in Abbatis præſentia confitentem, & quod prædictum eſt, atteſtantem; non tamquam ſufficienter probantes, ſed tamquam vehementer adminiculantes aſſertionem Abbatis plurimum adiuuabāt. Quia vero pars Epiſcopi aſſerebat ſe velle probare, quod dictus Archipresbyter in extremis laborans; tamquam phreneticus, alienatus erat a mente, vnde non valuit, quod expreſſit; nos tamen ſuper his, & alijs, quæ fuerūt hinc inde propoſita, cum fratribus noſtris habita diligenti deliberatione, cauſam ipſam vobis ſub hac forma duximus committendam; quod niſi præfatus Epiſcopus legitime probauerit, ſæpedictum Archipresbyterum ſuæ mentis compotem non fuiſſe, cū vltimā voluntatē expreſsit; ſuper impetitione monaſterij perpetuū ſilentiū imponatur, & cōpellatur reſtituere monaſterio, quæcumque de

bonis

bonis ipſius Archipresbyteri, vel etiam monaſterij occupauit. Si vero legitime conprobauerit prædictum Archipresbyterum, quæ ſuper vltima voluntate præmiſſa ſunt, alienata mente dixiſſe; ad faciendam ei nomine parochialis eccleſiæ, cuius adminiſtrationem geſſerat, dum vixiſſet, reſtitutionem bonorũ, quæ ipſius Archipresbyteri fuerant, monaſterium condemnetur; cum idem Archipresbyter ab inteſtato deceſſerit, ipſiq. monaſterio ſuper impetitione Epiſcopi ſilentium imponatur.

DE SEPVLTVRIS. Tit. xxi.

Idem Epiſcopo Claremont. & Abbati Maurien. *Cap. 1.*

De ſepul. c. in.

IN noſtra præſentia cõſtitutis dil. fi. Priore eccleſię montis Ferrãdi, B. procuratore hoſpitalariorum Claremõt. diœc. ve. f. n. Sabinen. Epiſcopum conceſſimus auditorem. coram quo idem Prior propoſuit, quod prędicti hoſpitalarij parochianos ſuos admittunt ad eccleſiaſtica ſacramenta, & tam excommunicatos, quam interdictos, & quoſdam alios, videl. W. de Macerijs, & filium I. de Ventador. infra annos legitimos conſtitutos receperunt ad eccleſiaſticam ſepulturam. propterea eccleſia eadem damnum ſuſtinuit, pluſquam v. millium ſolidorum. quare idem Prior humiliter ſupplicauit, vt ipſis hoſpitalarijs interdiceremus; ne de cetero talia in eius pręiudiciũ attemptarent, & ad reſarcienda damna, quæ exinde ſuſtinuit, eos compellere dignaremur. E contra prædictus propoſuit procurator, quod tam ex priuilegio, quam ex indulgentia ſpeciali, licet hoſpitalarijs omnes paſſim, præter excõmunicatos, & interdictos ad eccleſiaſticam recipere ſepulturã, qui apud illos elegerint ſepeliri, fidei quoq. cõmiſſa vltima voluntate relicta poſſunt licenter accipere. Soluta tantummodo quarta parochiali eccleſiæ, de cuius parochia mortuorum corpora aſſumuntur, præter quam de equis, & armis, quæ indulta ſunt ipſis in ſubſidium terrę ſanctæ, de quibus quartam deducere non tenentur. Cum igitur hæc, & alia, quæ coram ipſo fuere propoſita, idẽ nobis fideliter retuliſſet; auditis, & intellectis atteſtationibus, & allegationib. vniuerſis, de cõſilio fratrũ noſtrorũ talem duximus ſententiam proferendam; quod prædicti hoſpitalarij decetero non recipiant parochianos eccleſiæ ſupradictæ ad eccleſiaſticam ſepulturam, niſi apud eos elegerint ſepeliri; & tunc parochialis eccleſia de oblationibus, lectis, & alijs, quæ defunctus pro anima ſua in vltimá diſpoſitione reliquit, præter quam de equis, & armis recipiat quartam partem, hoſpitalarij reſiduum habeant; niſi dolo, vel fraude eorum defunctus inductus fuerit ad diſpoſitionem huiuſmodi faciendam. nihilominus ipſis hoſpitalarijs iniungentes, vt de quarta parte quinq. millium ſolidorum Priori ſatisfaciant memorato, cum conſtet a parochianis Prioris illos ſolidos recepiſſe, nec ſit ſufficienter oſtenſum, quod eorum oblati, vel cõmiſsi fuiſſent eiſdem. Præterea duximus iniungendum, quod niſi probauerint, quod W. Gauſtafali. qui fuit interfectus in campis, apud ipſos elegerit ſepulturam; vniuerſa, quæ ipſius intuitu receperunt, Priori reſtituant inc. alioquin quartam partem ſolummodo reſtituere teneantur, pro filio W. de Macerijs, & filio W. de Ventador, quos conſtat infra annos legitimos deceſſiſſe, eiſdem iniunximus, vt quæ ſepulturę eorum gratia receperunt, reſtituant vniuerſa.

Idem Archiepiſcopo Turoñ. *Cap. 2.*

EX parte parentum Nuethæ quondam iuuenculæ noſtris eſt auribus intimatum, c. u. s.
quod cum in crepuſculo noctis nobilis vir N. dominus de inſula Bucardi Turoñ. diœc. eidem iuuenculæ poſuiſſet inſidias, volens eã opprimere, quam ſollicitauerat ſæpe de ſtupro, & ipſa Gartionibus, qui eam rapere nitebantur, ſuper quendam pontem occurreret, tãdem ipſa fugiens manus illorum, in amnem de ponte cecidit, & fuit caſu ſubmerſa. Ipſa vero extracta de amne, dubitauerunt capellani eiuſdem loci corpus tradere ſepulturæ; & tu etiam requiſitus duxiſti ſuper hoc reſponſum Apoſtolicum requirendum. Quocirca fraternitati tuæ per A. ſ. m. qua. cum illa iuuencula non ſponte præcipitauerit ſe de ponte, ſed fugiens manus illorum, qui eam, ſicut ſuperius eſt expreſſum, rapere nitebantur, caſu cecidit, corpus eius tradi facias eccleſiaſticæ ſepulturæ, præſertim cum ex honeſta cauſa fugiſſe noſcatur, & cui communicabatur viuenti, communicandum ſit iam defunctæ.

Idem Indroſieñ. Archiepiſcopo. *Cap. 3.*

SA-

c.12.q. SACRIS eſt canonibus inſtitutum,& vtentium conſuetudine approbatũ, vt quib. non communicauimus viuis, non cõmunicemus defunctis; & vt careãt eccleſiaſtica ſepultura, qui prius ab eccleſiaſtica vnitate pręciſi, nec articulo mortis eccleſię rẽcõciliati fuerint. Vnde ſi contingat interdum, quod vel excõmunicatorum corpora, vel per violentiam aliquor. vel alio caſu in cœmeterio eccleſiaſtico tumulẽtur, ſi ab aliorum corporibus diſcerni poterunt, exhumari debent, & procul ab eccleſiaſtica ſepultura iactari. Quod ſi diſcerni non poterunt, expedire non credimus, vt cũ excommunicatorum oſsib. corpora extumulentur fidelium; cum licet non obſit iuſtis ſepultura nulla, vel vilis, non proſit tamen impijs ſpecioſa, vel celebris.

DE PAROCHIIS, ET ALIIS PArochianis. Tit. xxij.

Idem Alberto Capellano ſanctæ Mariæ de porta Rauennate Bonoñ. *Cap. vn.*

De off. & poſt. iud. del. c. 34. CORAM di. f. n. M. ſancti Theodori diac. Card. quem tibi, & dil. f. Hug. nuntio, & clerico S. Agathæ aduerſario tuo, qui cũ inſtrumentis eiuſdem eccleſię, ſed abſq. litteris de ratihabitione ad Ap. ſe. acceſſerat, ſed de rato cauerat fideiuſſoria cautione, auditorem conceſsimus, in cuius præſentia conſtitutus proponere curauiſti, quod cum olim quidam in parochia ſanctæ Mariæ poſt ap. interpoſitam ad Ap. ſe. in honore beatę Agathæ domũ, & eccleſiam conſtruxiſſet, bo. me. Alexander Papa prædec. noſter cauſam ſuper hoc T. Abbati S. Stephani, & T. Priori S. Victoris commiſit fine debito terminãdam. qui auditis, quę fuerint hinc inde propoſita, & rationibus partiũ diligenter inſpectis, pro eccleſia ſanctæ Mariæ diffinitiuam ſententiã protulerunt, quæ per ſe. re. Luciũ, Gregoriũ, & Clementẽ prędeceſſores noſtros fuit poſtmodum confirmata. Verum capellanus S. Agathes, ſentẽtiæ parere contemnens, & parochianos S. Marię ad eccleſiaſtica ſacramenta recepit, & ſuſpenſus diuina præſumpſit officia celebrare. Cumq. ſuper eadem cauſa coram ve. f. n. H. Ferrañ. Epiſcopo fere per annum fuiſſet a partibus diſceptatũ, productis teſtibus coram eo, pars eccleſiæ ſanctæ Agathes horum veritate ſuppreſſa, dil. f. magiſtrũ Lanfrancum Bononieñ. canonicũ optinuit eidem Epiſcopo in cauſæ deciſione adiungi. ſed cum idem magiſter cauſæ intereſſe non poſſet, prædictus Epiſcopus, cui per ſequentes litteras impetratas tertio mandabatur, vt ſi ambo intereſſe non poſſent mandatis Ap. exequendis, ea ipſe nihilominus adimpleret; atteſtationib. publicatis, & rationib. plenius intellectis, prædictam ſententiam confirmauit, capellano ſanctæ Agathæ ſub pœna excommunionis iniungens; vt nullum parochianorum tuorum infra certos terminos cõmorãtium, ad officia diuina, vel eccleſiaſtica reciperet ſacramenta. Ad hoc dictus Hugolinus ex aduerſo reſpondit, quod cũ olim Archipresbyter de Paſtino a prædicto Alexãd. præ. n. indulgentiã impetrauit, vt in vico Caſtellioris, in quo ſuperexcreuerat populi multitudo, eccleſiã de nouo fundaret. Vnde tunc Bononieñ. Epiſcopus de mandato eiuſdem prædeceſſoris noſtri, & locum ſignauit, & primarium lapidem benedixit, & in fundamẽto, ſecundum conſuetudinem collocauit, & ſic capellam in eodem loco conſtructam cum tota parochia, quam vſq. hodie habet eccleſia de Paſtino, per xx. annos iuſte poſſedit, quam fe. re. C. PP. præ. n. eis ſuis litteris confirmauit, & nos ſub noſtra protectione recepimus, conſtitutam nobis ab eodem Archipresbytero cenſualem. Vnde olim quidã canonicus regularis ab Archipresbytero de Paſtino, vt diuina in eadem celebraret officia, deputatus, præter auctoritatẽ Archipresbyteri, & capituli de Paſtino, coram prædicto Abbate ſancti Stephani, & Priore ſancti Victoris, ab illis citatus apparuit, ſed coram eis iudicium non ſubiuit, immo ab ipſis tamquã de ratione ſuſpectus, quia prædictã ſibi voluerant parochiam vindicare, ad noſtram duxit audientiam appellandũ. Idem autem iudices non dubitantes, mandati fines excedere, tam ſuper nouo, quam veteri populo ſententiam protulerunt, cũ ſecundum tenorem litterarũ directar. ad eos, non potuiſſent, niſi de veteri iudicare. Poſtmodum vero memoratus canonicus cõtra voluntatẽ, immo prohibitionem Archipresbyteri ſui, corã Ferrarieñ. cõparẽs, ſub eo aliquantulũ litigauit. Sed tandem cõperto, quod vniuerſi familiares eius ei eſſent aduerſi, prædictũ magiſtrũ ei fecit adiũgi; qui cũ vices ſuas alij delegaſſet, Epiſcopus admittere noluit delegatum, ſed poſt ap. ad nos legitime interpoſitam, ſolus in cauſæ cognitione proceſsit. Vnde cõtra primam ſententiã allegabat, quod de cõmiſsione ad primos iudices impetrata ad Archipresbyteri notitiã nil peruenit, quod iudices poſt ap. legitime interpoſitã proceſerunt; & quia fines mãdati fuerint in

in proceſſu tranſgreſſi: cõtra ſecundam verò ſimiliter proponebant, quod canonicus regularis, qui coram Ferrarieñ. Epiſcopo litigauit, nõ ſolum fuerat procurator datus ad cauſam, ſed etiam contra prohibitionem Archipresbyteri liti ſe præſumpſerat immiſcere; & quod Ferrarieñ. ſolus proceſſerat, cum non ei ſoli cauſa fuerat delegata; & collega eius, etſi cauſæ nequiuerat intereſſe, alij tamen commiſerit vices ſuas; & quod poſt ap. etiam ad nos interpoſitam, idem Ferrarieñ. pro eccleſia Sanctæ Mariæ ſententiam promulgauit. Ad hæc autem pars altera replicabat, quod prædicta ſtare non poterant; cum credi non debeat, quod a iudicibus illis pars appellauerit aduerſa; ad quos nec ſciuerat, nec audiuerat commiſsionis litteras emanaſſe. Preterea cum in litteris commiſsionis appellationis fuiſſet obſtaculum partibus intercluſum, appellationi poſtmodum interpoſitæ non fuerat deferendum. Inſuper, cum, ſicut aduerſarius fuit in iure confeſſus, & ſi pars eius, quaſi vt proſequeretur appellationem, litteras impetraret, nec tamẽ illis fuerat vſa, pro eodem haberi debebat, ac ſi non fuerit proſecuta. Vnde ſententia iam tranſierat in rei iudicatę auctoritatem, etiam ſi cõtra ius litigantis prolata fuiſſet. cum autem nec litteræ commiſsionis ad iudices primos obtentæ præſententur in iure, nec aliter legitime demonſtretur formam mandati iudices exceſiſſe; pro ſententia eſt potius pręſumendum: quod dicitur ex aduerſo, quod canonicus ille non fuit procurator, non nocet; cum ipſe litem coram Ferrarieñ. Epiſcopo conteſtando, factus fuerat dominus litis; qui generalis ab ipſius fundatione eccleſiæ procurator fuerat, & ſic agebat, & contrahebat, ac ſi vere capellæ dominus extitiſſet, præſertim, cum in cauſam non tam eccleſiæ nomine, quam proprio traheretur; vt pote qui parochianos adiudicatos eccleſię ſanctæ Mariæ ad diuina recipiebat officia, & exhibebat eis eccleſiaſtica ſacramenta. Præterea cum ad Archipresbyteri notitiam perueniſſet, cauſam ipſam fuiſſe Ferrarieñ. Epiſcopo delegatam, ſi per canonicum illum nolebat ſubire iudiciũ, ad agendam cauſam debuerat alium deſtinare. quod cum non fecerit, eius eſt negligentiæ imputandum, immo malitiæ potius, qui ſic commiſsionem noſtrã niſus fuerit eneruare. Itẽ Ferrarieñ. ſolus procedere potuit, cum primo coram eo lis fuerit conteſtata, & teſtes ad cauſam producti; & in vltimæ commiſsionis litteris fuiſſet inſertũ, quod ſi non ambo intereſſe poſſent exequendis mandatis Apoſtolicis, prædictus Epiſcopus ea nihilominus exequi procuraret; quod non intelligitur, vt ſi per ſe, vel per alios intereſſe non poſſet, quibus id rarò, vel nunquam contingeret, ſed ſi non poſſet perſonaliter intereſſe. Appellationi ergo interpoſitę ob cauſas prædictas, cũ cauſæ ſufficientes nõ erant, aliquatenus non erat deferendum. Idem igitur Card. auditis his, & alijs, quę fuerant hinc inde propoſita, latam ab eod. Ferrarieñ. Epiſcopo ſententiam, de mandato Ap. confirmauit, & aduerſæ parti ſuper hoc perpetuũ duxit ſilentiũ imponẽdum. Nos ergo quod ab eo factũ eſt, auct. Ap. confirmamus, & pręſentis ſcripti patrocinio communimus.

DE DECIMIS. Tit. xxx.

Idem Piſtorien. Epiſcopo. *Cap. 1.*

A Nobis tua fraternitas requiſiuit, vtrum ab illis decimas exigere debeas, qui poſſeſsiones dant, vel recipiunt ad affictum, cũ alij ſe conentur per alios excuſare, quominus cogantur ad decimas perſoluendas. Cum igitur quilibet decimas ſoluere teneatur, niſi a præſtatione ipſarũ ſpecialiter ſit exemptus, f. t. duximus reſpondendum, quod a dantib. poſſeſsiones, & recipientibus ad affictum de fructibus, quos percipiunt, decimæ ſunt ſoluendæ, niſi ab eis aliquid oſtendatur, quare ab huiuſmodi ſunt immunes. De deci. c. 24.

Idem Vercellen. Epiſcopo. *Cap. 2.*

T V A nobis f. intimauit, quod quidam laici tuæ diœc. & alij plures Epiſcopatuum adiacentium, decimas eccleſijs, & clericis tuis peruerſis machinationibus, ſubtrahere moliuntur, & conceptæ peruerſitatis audaciam non curant, ſatisfactione debita emendare. Quidam enim ex eis ſemen, & ſumptus, qui fiunt in agricultura, dicunt primitus deducendos, & de reſiduo impendendam eſſe decimam aſſeuerant. Alij vero de portione fructuum, quam a colonis recipiunt, partem decimæ ſeparantes, eam capellis ſuis, aut alijs clericis, aut etiam pauperibus conferunt, vel in vſus alios pro ſua voluntate conuertunt. nonnulli clericorum vitam, tanquam abominabilem deteſtantes, decimas eis ob hoc ſubtrahere nõ verentur; quidam inſuper aſſerentes, ſe poſſeſsiones, & omnia iura ſua cũ omni onere, & diſtrictu per imperialem conceſsionem adeptos, decimas ſub huiuſmodi generalitate detinere præſumunt. Occaſione præterea veteris decimationis, quam aſſe- c. 16. &

aſſerunt ſibi conceſſam, aliqui decimas noualium ſibi non metuunt vſurpare. Verum ſi ad eum, a quo bona cuncta pocedunt, aſſertores huiuſmodi debitum reſpectum haberent, ius eccleſiaſticum deminuere non cõtenderent, nec decimas, quæ tributa ſunt egentium animarum, præſumerent detinere. Cũ enim Deus, cuius eſt terra, & ple. eius. o. t. & v. q. h. in ea. deterioris conditionis eſſe non debeat, quam dominus temporalis, cuius ſtatutũ debitum de terris, quas exhibet, alijs excolendis, non quidem deductis ſumptib. aut ſemine ſeparato, neceſſariũ eſſe dignoſcitur, cum integritate perſolui; minus profectò videtur iniquum, ſi decimę, quas Deus in ſignũ vniuerſalis dominij ſibi reddi præcepit, ſuas eſſe decimas, & primitias aſſeuerans, occaſione præmiſſa, vel excogitata magis fraude deminui forte valeant. Cumq. Deo debita ſit ſolutio decimarum, in tantum, vt ad eas decimas exhibendas clericis, quibus eas ipſe pro ſuo cultu cõceſsit, laici ſi moniti forte noluerint, eccleſiaſtica ſunt diſtrictione cogendi, prætextu nequitię clericorum nequeunt eas, niſi quibus ex mãdato diuino debentur, pro ſuæ voluntatis arbitrio erogare; cum nulli ſit licitum aliena cuicumq. cõcedere, pręter domini voluntatem, quamquam per ſollicitudinem paſtoralis officij ſint a ſua nequitia coërcẽdi; & cum de cunctis omnino prouentibus decimæ ſint reddendæ; ſicut colonis de parte fructuum, quæ ſibi remanet de ratione culturæ, ſic etiam dominus de portione, quam percipit ratione terrę, decimam reddere ſine deminutione tenetur. & infra. Quoniã igitur pati nolumus, nec debemus, vt eccleſiarum, & clericorum iura præſumptione qualibet minuantur; f. t. auctoritate p̃. indulgemus, qua. omnes qui ratione perſonarum, aut etiam prædiorũ decimas eccleſijs, & clericis tuæ diœc. exhibere tenentur, ad eas cum integritate reddendas ſub. ap. ob. auctoritate Ap. per excõmunionis, aut interdicti ſententiam cõpellẽdi, liberam habeas facultatem. Præterea, vt clericos tuę diœc. de quib. fuerit in auditorio tuo querela propoſita, de decimis ante dictis, & fructib. perceptis ex eis, ad plenam ſub tuo examine iuſtitiam faciendam, compellere valeas, nõ obſtante appellationis obiectu interpoſitæ, in eluſionem eccleſiaſticæ diſciplinæ, deuotioni tuę pręſentis ſcripti pagina duximus indulgendum.

Idem Abbati Sanctæ Columbanæ Senon. *Cap.* 3.

c.27.e. EX parte tua fuit propoſitum coram nobis; quod, cum tibi de laboribus terræ parochiar. tuar. ſicut aſſeris, ſit indultum, decimas cũ integritate percipere, tibi dignaremur miſericorditer indulgere; vt de terris, quæ infra parochias tuas rediguntur, nouiter ad culturam, de indulgentia noſtra exigendi decimas facultatem haberes. cum igitur tibi, quod maius eſt, ſit conceſſum, vt videlicet decimas de laboribus terræ parochiarum tuarum percipias, de noualibus eas exigere ſatis potes, quia vbi maius tibi conceditur, minus etiam in hoc caſu conceſſum eſſe videtur.

Idem Helien. Epiſcopo. *Cap.* 4.

PASTORALIS officij diligentia. & infra. Explicari præterea poſtulaſti; vtrũ quis poſsit de molendinis, & piſcarijs neceſſarias expenſas deducere, priuſquam ſoluat decimas ex eiſdem, ſicut eſt in negotiatione cõceſſum; ad quod ſine præiudicio melioris ſententiæ reſpondemus, quod licet circa res acquiſitas, vel factas de pecunia decimata, cum ipſę venduntur, credamus deducendas expẽſas; & de reſiduo, quaſi de lucro, decimas perſoluendas, vt ſi vendatur domus, ager, vinea, clibanus, molendinum, grex, aut quælibet merces; expenſas tamen, quæ fiunt pro fructibus percipiendis ex illis, de quibus fructus proueniunt, non credimus deducendas, etiã ſi fuerint decimatæ; quoniam ſalua decima efficiuntur eorum fructus, qui faciunt ipſas expenſas. fructus autem ipſos alienari poſſe nõ credimus, niſi cum onere decimarum, nec pro reſtaurãdo detrimento quarũlibet rerũ, ex quibus decimę perſoluuntur, credimus deducendas expenſas de prouentibus decimandis; quia penes dominum res permanent reſtauratæ, vt ſi pars aliqua moriatur armenti, deterioretur vinea, portio mercis depereat, vel totus clibanus deſtruatur. c.28.e.

DE REGVLARIBVS, TRANSEVNtibus ad religionem. Tit. XXIV.

Idem Epiſcopo, & Capitulo Targulen. *Cap.* 1.

SICVT tenor litterarũ veſtrarum nobis aperuit, cum P. lator præſentium in ſacerdotali officio conſtitutus, tanta rerum temporalium indigentia laboraret, quod nec ſibi, nec ſuis progenitoribus proprijs poſſet aliquatenus prouidere proprij corporis laboribus, & maris periculis multis, ſe non dubitauit exponere; vt de ſuo labore, & acquiſitione honeſta, ſuam, & ſuorum poſſet indigentiam releuare. Contigit autem poſt hæc, quod ipſe longe a ciuitate conſiſtens, tam graui cœpit ægri- De regular. c.15.

ęgritudine laborare, quod extra ſe poſitus deſperaret de vita præſenti, & dum in tali eſſet articulo conſtitutus, a quodam ſimplici monacho indutus fuit habitu monachali, & in monaſteriũ deportatus. Deinde paucis dieb. elapſis, cum iam eſſet in principio ſuæ conualeſcentiæ, depoſuit habitũ, & de licentia eiuſdem loci Abbatis, monaſterium dereliquit, & cupiens progenitorum ſuorum indigentijs prouidere, a vobis ſuppliciter poſtulauit, vt poſsit, ſicut prius, in ſacerdotali officio miniſtrare, & vobiſcum pariter conuerſari. Quid autem ſuper his vobis fuerit faciẽdum, ſacro Ap. ſe. oraculo petis humiliter edoceri. Nos igitur veſtræ conſultationi taliter duximus reſpondendum; quot licet illa duo inter ſe repugnantia videãtur; vt quiſquam ſ. ſit extra ſe poſitus, & de præſenti vita deſperet, ſi tamen eo tempore, quo poſitus extra mentem aſſeritur, indutus fuit habitu monachali, cum alienatus non conſentiat, ac per hoc non valeat conſentire; præfatum presbyterum denuntietis ab obſeruatione monaſterij ordinis abſolutum, niſi poſtquam mentis ſuæ factus eſt compos, voluntate ſpontanea profeſsionẽ fecerit monachalem.

Idem Piſano Archiepiſcopo. *Cap. 2.*

c.16.e. c.19. de conu. coniu. AD Ap. ſe. quę diſponente domino cũctorum fidelium mater eſt, & magiſtra, ſuper diuerſis articulis quæſtiones dubiæ referuntur, vt quod ab ea fuerit ſuper earũ ſolutione reſpõſum, indubitanter ab omnib. teneatur. Ex parte ſiquidẽ tua tales nuper ſuſcepimus quęſtiones, quod cũ monachũ fieri ante vni⁹ anni probationẽ regularis inſtitutio interdicat; monachi, & moniales in tua diœc. cõſtituti, tam clericos, quã laicos vtriuſq. ſexus ſanos pariter, & infirmos religionis habitũ volẽtes aſſumere, nutu etiã aliquo profitẽtes interdũ, abſq. omni profeſsione recipiũt, quãdoq. profeſsionẽ illico faciẽtes. Vnde multa mala noſcũtur ſępius prouenire, cũ infirmi ad monaſteriũ iã tranſlati, & emiſſa profeſsione, poſtquã de infirmitatib. cõualuerint, habitũ religionis abiciãt, & ad propria reuertantur. Cõtingit etiã tales in proprijs domib. remanere, cũ monachi per eos, dũ viuunt, nolũt ſua monaſteria pręgrauare; ſani etiã ſic abſq. probatione recepti, retro aſpiciẽtes matrimonia cõtrahunt reiecto habitu regulari, de quib. ſi habitũ religionis aſſumunt, ante vnius anni probationẽ, vel tẽporis cõpetẽtis, vtrũ facta profeſsione a talib. vel omiſſa, monachi debeãt reputari; & ſi cõiugatus cõuerti deſiderãs ſit recipiendus in monachũ, niſi vxor perpetuam cõtinentiam repromittat, certificari a ſe. Ap. poſtulaſti. Nos igitur quęſtionib. tuis taliter ex ordine reſpõdemus; quod licet tẽpus profeſsionis a ſanctis patrib. ſit indultũ; non ſolũ in fauorem cõuerti, ſed etiã monaſterij, vt & ille aſperitates iſtius, & illud mores illius valeat experiri; quod vtrũq. diligenter eſt obſeruandũ, pręſertim cũ ab vtroq. de reliquo certa notitia nõ habetur; quia tamen ante tempus probationis regulariter præfinitũ is, qui conuerti deſiderat, habitũ recipiat, & profeſsionẽ emittit Abbate per ſe, vel per aliũ profeſsionem recipiente monaſticã, & monachalẽ habitũ cõcedente, vterq. renuntiare videtur ei, quod pro ſe noſcitur introductũ, ideoq. obligatur quidẽ per profeſsionẽ emiſſam, pariter & acceptã, ad obſeruantiã regularem, & vere monachus eſt cẽſendus; quia multa fieri prohibentur, quę ſi facta fuerint, obtinent firmitatem. prohibendum eſt autem Abbatib. ne paſsim ante tẽpus probationis quoſlibet ad profeſsionem recipiant, etſi contra formã pręſcriptã quoſlibet indiſcrete receperint, animaduerſione ſunt debita corrigendi. cum in ſubſidiũ fragilitatis humanę ſpatiũ probationis ſit regulariter inſtitutum. cũ autem vir, & vxor vna caro ſint per copulam cõiugalem effecti, nec vna pars conuerti poſsit ad dominũ, & altera in ſæculo remanere, profecto nõ eſt alter coniugum recipiendus ad obſeruantiam regularem, niſi reliquus perpetuam cõtinentiam repromittat, neq. vitã quoq. debet mutare, niſi forte ſit eius ætatis, vt ſine ſuſpicione incontinentiæ valeat remanere.

Idem Canoñ. *Epiſcopo.* *Cap. 3.*

SICVT nobis ex parte tua fuit propoſitum, quod quidam clericus cum ęgritudine nimia laboraret, quaſi de morte ſecurus, & de recuperanda ſanitate deſperans, habitum canonicorũ regulariũ petijt, & accepit, & ea in ſuſceptione habitus exprimens, & promittens, quæ ſolent in huiuſmodi repromitti. ſed nec ad eccleſiã trãſijt, vt pote infirmitate grauatus, nec bonis ſuis vti ceſſauit. Poſtmodũ vero ſoſpitate ſuſcepta poſt xx. annos, & vltra videntibus, & ſcientibus ve. f. n. Archiepiſcopo, & dil. f. Priore, & canonicis eccleſiæ Nazareñ. a quibus habitum ſuſceperat regularem, tu, licet eo tempore, quo habitum ſuſceperat in eccleſia Nazaræa, Prioris ſollicitudinem exerceres, immemor eorum, quæ facta fuerant, circa ipſum, Magoneñ. † eum canonicum ſuſcepiſti. Quia c.17.in

† al. in Aconeñ.

vero quid ſuper hoc facere debeas, per nr̃as poſtulas litteras edoceri: f. tuæ duximus reſpondendum, quod ſi regularem habitum ſe poſtulante ſuſcepit, & ad obſeruationem religionis canonicæ ſua ſe profeſsione ligauit, ad reſumendum habitum, eccleſiaſtica eſt diſtrictione cogendus; cumq. tanto tempore extra canonicam manſit, nõ in excuſationem eius, ſed in maioris tranſgreſsionis augmentum, merito valeat allegari.

Idem Priori, & conuentui Diuiſlmeneñ. Cap. 4.

c. 18. LICET quibuſdam monachis, & canonicis, nec non & hoſpitalarijs, & templarijs a ſe. Ap. ſit indultum, ne poſtquam aliquis profeſſus fuerit apud eos, ad alium locum poſsit ipſis inuitis, artioris etiam† religionis obtẽtu, trãſire; vt vnuſquiſq. ſecundum Apoſtolũ in ea vocatione permaneat, in qua dignoſcitur eſſe vocatus. Quia tamen, vbi ſpiritus Dei eſt, ibi libertas, & qui ſpiritu Dei agũtur, nõ ſunt ſub lege; quia lex non eſt poſita iuſto: ea ratione videtur hoc illis fuiſſe cõceſſum, ne quis ex temeritate, vel leuitate in iacturã, & ruinã ſui ordinis, ſub prætextu maioris religionis, ad aliam tranſuolaret, ſicut frequenter a multis conſtat eſſe pręſumptũ; non quidem, vt ei tranſeundi licentia denegetur, qui eam cũ humilitate, ac puritate duxerit poſtulandam, qua non ficte, ſed vere, ad frugẽ melioris vitæ valeat tranſmigrare. Talis ergo poſtquam a prælato ſuo tranſeundi licentiam poſtulauerit, ex lege priuata, quæ publicæ legi pręiudicat, abſolutus, libere poteſt ſanctioris vitę propoſitũ adimplere, nõ obſtante proterua indiſcreti cõtradictione pręlati; quia priuilegiũ meretur amittere, qui conceſſa ſibi abutitur poteſtate; cũ & Rom. Pont. qui ſupremam optinet in eccleſia poteſtatẽ, Archiepiſcopis, & Epiſcopis cedendi licentiam ex iuſta cauſa petentib. ſine difficultate cõcedat. Quo circa nouerint vniuerſi, quib. huiuſmodi priuilegiũ eſt conceſſum, ſe ad concedendũ tranſeundi licentiam taliter poſtulantib. de iure teneri; quia, ſicut ſubditus a pręlato cũ humilitate, & puritate debet tranſeundi licentiã poſtulare, ne bonum obedientiæ contemnere videatur: ſic profecto pręlatus ſubdito ſine difficultate, & prauitate qualibet debet tranſeundi licentiam indulgere; ne videatur propoſitũ impedire diuinitus inſpiratũ. Si vero probabiliter dubitetur, vtrũ quis velit ad ordinem artiorẽ, an laxiorem ex caritate, an temeritate trãſire, ſuperioris iudiciũ eſt requirendũ; ne forte angelus Sathanæ in lucis angelũ ſe trãsformet; illa ſemper regula inuiolabiliter obſeruata; vt nullus abſq. licentia Rom. Pont. pręſumat occaſione quacũq. deſerere pręſulatũ. quoniam ſicut maius bonum minori bono præponitur, ita cõmunis vtilitas ſpeciali vtilitati præfertur, & in hoc caſu recte præponitur doctrina ſilentio, ſollicitudo contẽplationi, & labor quieti; ad quod vtiq. deſignãdum vnigenitus Dei filius Ieſus Chriſtus non de Rachele ſecundum carnem natus eſt, ſed de Lia, nec legitur eum in domum ſuam Mariã excepiſſe, ſed Martham; vnde quãdo poteſt Epiſcopus pręeſſe pariter & prodeſſe, nõ debet cedendi poſtulare licentiam, aut etiam optinere. Cum ergo di. f. R. monachus veſter ad fratres Ciſtertieñ. ordinis tranſmigrauit, non vt ordini veſtro aliquatenus derogaret, ſed vt apud eos vitã duceret artiorẽ; dis. v. per A. ſ. m. qua. ſuper eo, quod de corde bono, & cõſcientia pura, & fide nõ ficta feciſſe dinoſcitur, eum nullatenus moleſtetis, quia caritas eſt fons proprius, cui non communicat alienus.

Idẽ Prapoſito, & Conuentui Sereni montis. Cap. 5.

EXPOSVISTI nobis fili Præpoſite, in nr̃a præſentia conſtitutus, quod cũ eccleſia veſtra ſit in excelſi montis cacumine cõſtituta, & diſtet nõ modicũ a locis illis, in quib. piſciũ cõſueuit habũdãtia inueniri, nõ poteſt vobis cõgrue in eſu piſciũ prouideri, propter quod humiliter poſtulas a nobis, vt vobis infra ſepta eccleſię vr̃ę veſcendi carnib. licentiã pręberemus; cum & neceſsitas poſtulet, & vtilitas hoc requirat; quia ſufficientiã piſciũ abſq. magnis expenſis habere nequitis; & abſtinere tã a piſcib. quã a carnib. grauiſsimũ reputetis. Nos ergo ex hoc deuotionẽ veſtrã in domino cõmendãtes, quod ſine ſpeciali licẽtia noſtra cõſuetudinẽ eccleſię veſtrę infringere noluiſtis, pręſenti vobis pagina taliter reſpõd. quod cũ regula beati Auguſtini, quã eſtis profeſsi, vobis eſum carniũ nõ inhibeat. ſed cõcedat, ſecundũ tenorẽ regulæ; niſi voto vos aſtrinxeritis ſpeciali, ab eſu carniũ penitus abſtinere; carnes certis, & ſtatutis dieb. dũmodo ſine ſcãdalo fiat, de noſtra licẽtia cõmedatis. ſic autẽ id fieri moderatẽ cõcedimus, quod & regularis ordo ſeruetur illęſus, & vos hoc videamini, nõ ad ſaturitatem, ſed neceſsitatem potius poſtulaſſe. Non ponitur.

Idem Prapoſito, & Decano, et ſcholaſtico de Meneñ. Coloceñ diœc. Cap. 6.

VENIENS ad Ap. ſe. G. mulier latrix præſentium ſimplici nobis inſinuatione mõſtrauit, quod cum matrimonium cum E. de Herd. Colonieñ. diœc. in facie eccleſiæ cõtraxiſſet, c. 9.

duxiſſet, & diutius cohabitaſſet eidem, orta eſt diſſenſio inter ipſos, & ſic ſuadente humani generis inimico, quod deinceps alter non requireret reliquum, vterq. corporaliter præſtitit iuramentum. hanc tamen vir ipſe cauſam diuortij aſsignabat, quod quandã ipſius mulieris amitam cognouiſſet, antequam eam duceret in vxorem; ſed licet hoc aſſererent quãplurimi, non tamen fuit ſuper hoc eccleſiæ facta fides. cum autem poſtmodum ad ſecunda vota conuolaſſet vterq. ſecundo viro viã vniuerſæ carnis ingreſſo, adhuc priore ſuperſtite viro, dicta mulier ſe fecit in arto loco ad pœnitentiã agendam includi. Vbi ſex annis in deuotione peractis, audiens a quibuſdã diſcretis, & religioſis perſonis, quod ſic ſaluari non poſſet, ad Ap. ſe. acceſsit, humiliter poſtulans, & deuote, vt ei dignaremur impendere conſilium ſalutare. Nos igitur attendentes, quod illud fuit illicitum iuramentum, dis. v. per A. ſ. m. qua. præfatum virum monere attentius, & inducere procuretis, eum ſi neceſſe fuerit, per cen. ec. ap. re. cogentes; vt ea, quam ſuper duxit excluſa, præfatam recipiat mulierem, auditurus poſtmodũ ſi quid fuerit quæſtionis, & illud debito fine ap. re. deciſurus. Si vero contra matrimonium nihil fuerit oſtẽſum, & vir ſeculo derelicto maluerit ad regularem vitã migrare, vos ei ſuper hoc licentiam tribuatis, vt & illa ſic poſsit in ſuo, ſicut deſiderat, propoſito remanere.

Idem Abbati de Affligem, & magiſtro R. *a perſona eccleſiæ Ceteren. & G. Canonico Tornacen. c. 7.*

CONSVLTI ſumus frequẽter a multis, vtrum is, qui monaſterium eſt ingreſſus, habitum ſumendo nouicij, ſi ante profeſsionem emiſſam infra tẽpus probationis voluerit exire, licite poſsit abſq. apoſtaſiæ nota, vel noxa; præſertim cũ debita morũ correctione, ad ſæculum remeare. Licet autem ſuper hoc ſenſerint diuerſi diuerſa; nos tamen credimus diſtinguendum; vtrum is propoſuerit abſolute vitã mutare, vt ſub habitu regulari omnipotenti Deo de cetero famuletur; an cõditionaliter experiri obſeruantiam regularem; vt ita demum, ſi ſibi placuerit, profiteatur ordinis diſciplinam; aut ſi forſitan non placuerit, moribus emendatus ad ſtatum priſtinum reuertatur. In primo caſu debet, vt regulariter viuat, ad laxiorẽ ſaltem regulam perſtranſire: in ſecundo poteſt ad ſæculum; non tamẽ, vt viuat ſæculariter, remeare; vt quæ ſit eius intentio, plenius agnoſcatur, propoſitum ſuũ in principio proteſtetur. Hac ergo diſtinctione diligenti meditatione penſata, circa dil. f. Traiecten. Decanum inquiratis ſollicite, quæ videritis requirẽda, & ſtatuatis canonice, quę videritis ſtatuenda.

DE CONVERSIONE CONIVgatorum. Tit. XV.

Idem Lugdunen. Archiepiſcopo. Cap. I.

EX parte tua noſtris eſt aurib. intimatũ; quod, cũ quædam mulier diœceſana tua velũ viduitatis coram duob. Abbatib. aſſumpſiſſet benedictione ſollemni, cũ celebratione miſſæ, ac litania, ſicut debuit, accedẽte, poſtmodum quidam nobilis, qui ſex menſib. ante proponebat, ſe mulierem ipſam, mediantibus internuntijs per verba de præſenti, arra etiã interpoſita, deſponſaſſe; audito, quod mulier ipſa velum aſſumpſerat, institit ad eam, vt deſponſationem factã carnalis copula ſequeretur. Tu vero poſtquam fuit ad tuã audientiam res perlata, inhibere curaſti, ne ante diſcuſsionem negotij ſe carnaliter cõmiſcerent; poſtmodum muliere ipſa in tua præſentia cõſtituta, quęſiſti; vtrum cõſenſiſſet in illum, & quare ab illo quæreret ſeparari; at illa ſe in illum conſenſiſſe cõfeſſa; dixit, quod audierat eũ eſſe lepra percuſſum, & ob hoc eius fuerat abominata cõplexus. Cũ autẽ poſtmodũ per teſtes idoneos tibi fuerat plenior facta fides, quod ante ſuſceptionem veli mutuus interuenerat inter ipſos per verba de præſenti conſenſus, ſe. duxiſti Ap. conſulendam, vtrũ veli ſuſceptio impediat matrimonũ inter ipſos. Nos autem inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus, quod, licet poſsit non inconſulte videri, quod ex quo matrimonũ inter perſonas legitimas per verba de præſenti cõtrahitur, illis viuentib. in nullo poſsit caſu diſſolui, vt viuente reliquo, ad ſecunda vota tranſmigret, etiã ſi vnus fidelium, inter quos eſt natum cõiugiũ, fieret hæreticus, & nollet permanere cũ altero, ſine cõtumelia creatoris, niſi forte ſecus fieret ex reuelatione diuina, quę ſuperat omnem legem, ſicut a quibuſdam ſanctis legitur eſſe factũ. Nos autem a prædec. noſtror. veſtigijs in hoc articulo ſubito declinare nolẽtes, qui reſpõdere conſulti; quod ante, quam matrimoniũ ſit per carnalem copulã cõſumatũ, licet alteri coniugũ, reliquo etiã inconſulto, ad religionẽ tranſire, ita quod reliquus extũc legitime poterit alteri copulari; hoc ipſum tibi cõſulimus obſeruãdũ in articulo prænotato, quãuis falſa ſit cauſa, propter quã ad ſuſceptionem veli prædicta mulier eſt inducta, cũ

De conu. c. con. in. fol. 40

ſine

ſine qualibet tali cauſa, idipſum religionis obtẽtu facere potuiſſet. Porro licet prædicta mulier videatur in veli ſuſceptione religionis habitum aſſumpſiſſe; ſi tamen velit in domo propria permanere, quaſi propoſitum caſtitatis in ſæculo ſeruatura, nihilominus conſumandum eſt matrimonium iam cõtractum, niſi ſe voto aſtrinxerit ad obſeruantiam regularem; in quo caſu compelli poteſt, vt relicto ſæculo religionis propoſitum exequatur.

Idem Niclinen̄. Epiſcopo. *Cap. 2.*

c. 5. CONSTITVTVS in pręſentia noſtra Hug. Vitalis lator pręſentium humili nobis confeſsione monſtrauit; quod, cum eſſet in acolythatus ordine conſtitutus, quãdam puellam R. nomine in facie eccleſię duxit in vxorem. Cumq. aliquã diu cohabitaſſent inſimul, & ipſe eã carnaliter cognouiſſet, orta diſcordia inter eum, & amicos puellæ coram te, habito diligenti tractatu, prædicta puella fuit cuidam alij Vitali nomine copulata; & tu memoratum H. vſq. ad gradum ſacerdotij ordinaſti, & eidem eccleſiam cõceſſiſti. Cum autẽ eum ſua conſcientia remorderet, & de conſilio quorumdam religioſorum, habitum Ciſtercien. ordinis aſſumpſiſſet, tandem Abbati ſuo omnia reuelauit; qui eum commonuit diligenter, vt ſuper hoc ſaluti ſuę animę prouideret. Ideoq. f. t. per A. ſ. m. qua. ſi res ita ſe habet, prędictam R. vt recedat a præfato Vitali, cui per adulterium eſt coniuncta, nec prædictum monachũ impetat, quominus regulare votum valeat adimplere, per cen. ec. ſub. ap. ob. cogere non omittas.

Idem Epiſcopo Pataujen̄. & Abbati de Bomm Barderbergen̄ Pataujen̄. dioc. *Cap. 3.*

c. 6. VENIENS ad præſentiam noſtrã dil. F. L. lator pręſentium nobis humiliter intimauit, quod cum olim intrandi monaſteriũ propoſitum concepiſſet, pluribus ſacerdotib. ini ſtib. & alijs viris præſentibus, apud vxorem ſuam precibus inſtitit, vt ſuper hoc ſuum impertiretur aſſenſum, eiſdem pręsbyteris primitus exoratis, ne prefatæ mulieri exponeretur, quod & ipſam oporteret derelinquere ſęculum, ſi viro ſuo daret licentiam ad monaſterium conuolandi. Cumq. ipſum mulier, ne ab ea diſcederet, vice mutua precaretur, ipſe aſſerens, quod niſi ab ea poſſet ſuper hoc optinere licentiam, non ſolum ei ſe inutilem redderet, ſed etiam toti mundo. Ipſa demum tam ipſius, quam multorum aſtantium preci bus, fletibuſq. deuicta, caput eius altari ſuppoſuit manu ſua, qui ea præſente tonſuratus ibidem monaſterium adijt, & finito probationis tempore profeſsionem fecit ſollenniter monachalem. Illa vero in ſæculo remanens inhoneſtos amatores admiſit. vnde idem L. metuens, ne ſuæ continentiæ illius incontinentia imputetur; an in monaſterio perſeuerare debeat, a nobis conſiliũ poſtulauit. Quocirca mandamus, qua. ſi eſt ita, prędictum L. in monaſterio, quod intrauit, abſq. inquietatione cuiuſquam perſeuerare libere permittatis. Licet enim in hoc videatur nõ modicũ deliquiſſe, quod caute † aſſeruit, quia niſi ſibi eadem mulier cõſentiret; tam ſibi, quam toti mundo ſe inutilem redderet; & cum presbyteros exorauit, ne prædictæ mulieri exponerent, quod eandem relinquere ſæculũ oporteret, ſi forte licentiam daret viro; ex quo tamen eadem mulier caput viri altari ſpõte ſuppoſuit, & poſtmodum, ſicut aſſeritur, vixit incõtinenter, ſuper reuocatione ipſius nõ eſſet aliquatenus audienda, cum ipſius intentio, ſi eundem forte repeteret, exceptione poſſet cõmiſſæ fornicationis elidi, maxime cum antequam fuerit fornicata, ipſum non duxerit repetendum. † al. caute

DE VOTO, ET VOTI REDEMptione. Tit. xxvj.

Idem Strigonien̄. Archiepiſcopo. *Cap. 1.* De voto c. 1.

NON eſt voti dicendus tranſgreſſor, qui, quod vouit, de auctoritate ſe. Ap. diſtulit adimplere. Sane ſignificauit nobis Kariſsimus in Chriſto filius noſter H. Vngariæ Rex Illu. quod cum in regni turbatione conſilium, & auxilium tuum ſibi ſenſerit hactenus profuiſſe, vtilitati eius non modicum derogaret: ſi Hieroſolymam, ſicut ex voto teneris, regno pergeres inpacato. Cũ igitur nobis immineat, de honore ipſius Regis, & ſtatu regni Vngariæ ſollicite cogitare: f. t. per A. ſ. m. qua. non prius iter arripias Hieroſolymam adeundi, quam regnum ipſum fuerit tranquillitati priſtinæ, faciente domino reſtitutum, vel ſuper hoc receperis ab Ap. ſe. mandatum. *Idẽ Andreæ Duci.* *Cap. 2.*

LICET vniuerſis liberum ſit arbitrium in vouendo, nec neceſsitas in votis locum habeat, ſed volũtas; vſq. adeo tamen ſolutio neceſſaria eſt poſt votũ, vt ſine propriæ ſalutis diſpendio, alicui reſilire nõ liceat ab his, quæ ſpõte, ac ſollenniter repromiſit. Accepimus ſiquidem, quod, cum inclitę recordationis B. quondam Rex Vngariæ pater tuus ageret in extremis, & de ſua penitus conualeſcentia de- c. 6.

deſperaret; votum, quod vouerat domino,
Hieroſolymitanam prouinciam in forti ma-
nu, & brachio extento, corde tamen hu-
mili, & humiliato ſpiritu viſitare, ſub intermi
natione maledictionis paternæ commiſit tuę
fidei exequendum; & tu intellecta pia volun
tate parẽtis, aſſumpto crucis ſignaculo, te ad
inpleturum ſine dilatione qualibet promiſi-
ſti. Verum eodem patre tuo ſublato de me-
dio, cum Hieroſolymitanum iter te arripere
ſimulaſſes, aſſumptę peregrinationis oblitus,
quam contra inimicos crucis dirigere debue
ras, in fratrem tuum, & Regnum Vngarię cõ
uertiſti aciem bellatorum, & multa contra ſe-
renitatem Regiam malignorum vſus conſi-
lio commiſiſti. Nos autem, quos diebus iſtis
ad Pontificatus officium, licet inmeritos do
minus euocauit, tã paci regni Vngarię, quam
tuæ volentes ſaluti conſulere, nobilitatem
tuam monemus, & exhortamur in domino,
ac per A. tibi ſ. m. qua. poſtpoſitis ceteris ſol-
licitudinibus, vſq. ad feſtum exaltationis ſan
ctæ crucis proximo venturum, debitum ac-
ceptæ crucis exoluens, propoſitum iter arri-
pias, & humiliter proſequaris, ne ſi onus tibi
a patre iniunctum, & a te ſponte ſuſceptum,
occaſione qualibet detractans, paterna te red
das ſucceſsione indignum; & hæreditatis emo
lumento priueris, cuius recuſaueris onera ſup
portare. Sciturus extunc anathematis te vin
culo ſubiacere, & iure, quod tibi, ſi dictus Rex
ſine prole decederet, in regno Vngariæ com
petebat ordine genituræ, priuandum, & re-
gnum ipſum ad minorem fratrem tuum ap.
poſtpoſita deuoluendum.

Idem Trecen. Epiſcopo. *Cap.* 3.

MAGNAE deuotionis. & infra. Cum
c. 7. enim Treceñ. eccleſia, ſicut ex tua relatione
didicimus, contra eccleſiaſticam libertatem
indebitis grauaretur anguſtijs, & preſſuris,
nec per alium, quam per H. quondam Cam-
paniæ Comitem, tunc in vltra marinis parti-
bus conſtitutum afflictionibus eiuſdem ec-
cleſiæ poſſe crederes de facili ſubueniri; con-
fiſus de liberalitate ipſius, quem ſi ad eum ac
cederes, tibi ſuper neceſsitatibus eccleſiæ tuæ
credebas humiliter prouiſurum, præter con-
ſilium carorum tuorum ad ipſum propoſui-
ſti accedere, ac in ſignum peregrinationis, &
deuotionẽ terræ orientalis, crucem dominicã
aſſumpſiſti. & infra. Quamuis autem audita
morte ipſius Comitis, inmenſam triſtitiam
concepiſſes, & præcipuam intentionem tuã
eſſe cõſpiciens iam fruſtratam; noluiſti tamẽ
ſine conſilio Ap. ſe. quæ diſponente domino
cunctorum fidelium mater eſt, & magiſtra;
ad propria remeare. Ingreſſus igitur poſtmo-
dum vrbem, & in noſtra præſentia conſtitu-
tus, intentionis tuæ propoſitum, ac ſtatum
Treceñ. eccleſiæ nobis humiliter expreſsiſti,
noſtrum, & fratrũ noſtrorum conſilium cum
deuotione requirens, ve. f. n. Senoñ. Archiepi
ſcopus metropolitanus tuus ſtatum Treceñ.
eccleſię, ac diſpendium, quod ex abſentia tua
incurrere poterat, ſemel, & iterum nobis per
ſuas litteras intimauit, propter quod diſpo-
ſuimus deliberare cũ fratribus noſtris, an cũ
eadem Treceñ. eccleſia miſericordiam facere
mus, te ad agendã ipſius ſollicitudinem re-
mittentes, an ſicut tenebaris ex voto, te iter
arreptum perficere pateremur; & vtrũ horũ,
tam ſaluti tuæ, quam terræ orientali potius
expediret. Et quidẽ tria pręcipue duximus in
hoc negotio attẽdẽda: quid liceat, quid dece-
at, quid expediat. quid liceat, ſecundũ æqui-
tatẽ; quid deceat, ſecundũ honeſtatẽ; quid ex
pediat, ſecundũ vtilitatem. Sane non videba
tur cõtra votum, & tam laudabile propoſitũ
licitum, vt venires; cum vox clamet prophe-
tiea; Vouete, & reddite domino Deo veſtro.
vt primum ad conſiliũ, ſecundum vero ad im
perium referatur; & in euangelio, Reddite,
quæ ſunt Dei, Deo. Votũ enim iſtud non eſt
dubium eſſe Dei, cui te obligaueras in vouen
do. Sed nec decere quomodolibet videbatur,
cum ſit ſcriptum in euangelio. Nemo mittens
manum ad aratrũ, & reſpiciens retro, aptus
eſt regno Dei: & in Geneſi vxor Loth, quæ
retro reſpexit, in ſalis ſtatuam legatur fuiſſe
conuerſa; & in actibus Apoſtolorũ Anania,
& Saphira, qui abierũt retrorſum, ſancto ſpi-
ritui mentientes, a cõſpectu Apoſtolor. Prin-
cipis mortui ſcribantur ſucceſsiue delati. Pręt
terea non videbatur aliquatenus expedire, cũ
ex ſolutione tua, ſi fieri poſſet, ſcãdalũ laicor.
mentib. generari dicentium. Vbi eſt Deus cle
ricorũ? & hoc exemplo credentiũ, ſe ad voti
obſeruantiam non teneri, quod viderent per
eccleſiarum rectores Ap. ſe. auct. deponi, per
quod graue diſpendium terrę orientali con-
tingeret prouenire. quod enim agitur a pręla
tis, facile trahitur a ſubditis in exemplum;
iuxta quod dominus inquit ad Moyſem in
Leuitico: ſi ſacerdos, qui eſt vnctus, peccaue-
rit, faciet delinquere populum. Verum æ-
tatis iam in te ſeneſcentis defectus, atq. ca-
nities, quæ vix labores, & dolores ſuos to-
lerare poterit, etiam inquirere in contrarium

allegabatur, & eccleſiæ Treceñ. ſuſpiria, cui vinculo paſtoralis ſollicitudinis es alligatus, ſine ipſius aſſenſu votum peregrinationis emittere forſitan non debueras, & dicti metropolitani tui, qui nos, vt Treceñ. eccleſiæ mereremur, ſollicite inuitabat, inſtantia nos in partem contrariam non modicam inducebant; ipſum etiam votum, quod ex ſui forma ſanctum, & honeſtum erat, ex perſona vouentis minus licitum videbatur; quod licet pennas habeat, quibus ſatagat auolare, ita tamen aſtrictæ ſunt nexibus præſidentis, vt liberum non habeant abſq. ipſius permiſſione volatum. Cum enim iuxta ſacrorum canonũ inſtituta, clericus abſq. ſui Epiſcopi licentia peregrinari non debeat, & Epiſcopus nõ minus, immo potius ſe. Ap. ſit aſtrictus, videri poterat, quod abſq. eius generali, vel ſpeciali licentia votum peregrinationis, qua te tam diu abſentares, emittere non deberes; minus etiam votum ipſum terræ orientali videbatur expediens, quæ plus pugnatorum ſubſidium, quam clericorum, quos & officium, & diſſuetudo reddit imbelles, miniſterium inſtãtis articuli neceſsitate requirit. quamuis enim orationibus tuis, & aliorum terra illa vehementer indigeat, quia tamen iam impletum eſt verbum Dei dicentis; Venit hora, & nũc eſt, quando nec in monte hoc, neq. in Hieroſolymis adorabitis patrem. & infra. Spiritus eſt Deus, & eos, qui adorant eum, in ſpiritu, & veritate oportet adorare. Videri poterat, quod nõ minus in eccleſia tua, quam in terra oriẽtali proficeres pijs orationib. apud Deũ, in ijs, quę liberatione ipſius iuſte, ac humiliter poſtulans, & vtinam cum Moyſe poſſes montem aſcendere, vt te manib. extentis orante, Ioſue pugnans Amalechitas in ore gladij ſuperaret. credebatur etiam, quod terræ orientali magis accederet, ſi quod in tuis, & tuorũ clericorum procurationibus fueras impenſurus, ſecundum alicuius religioſi arbitrium, trãsferretur in ſubſidium bellatorum. Cum igitur in lege veteri, in qua non minus pręceptum domini obligabat, quam votum hodie obliget in eccleſia, primogenita, quæ domino mandabantur offerri, quædam domino redderentur, vt primogenita Leuitarum, quædã redimerentur, vt aliarum tribuum, quædam commutarentur in aliud, ſicut primogenitũ aſini, qui oue commutabatur; ex hoc attendentes, quod votum etiam commutari poſſit in opus aliud pietatis, præſertim cum bo. me. Alexand. PP. præ. n. votum peregrinationis etiam redimi poſſe, vel in aliud commutari reſpond. requiſitus, non curantes, quod os loquentium iniqua loquatur, dum tamen non recedamus a tramite veritatis; cum ſecũdum Apoſtolum; Gloria noſtra ſit teſtimonium conſcientiæ noſtræ; & ſcandalum non curantes, præſertim quia non in tenebris, ſed in luce procedimus; de illius auctoritate ſecuri, qui cum audiſſet a diſcipulis, nonne ſcis, quia Phariſæi audito hoc verbo ſcandalizati ſunt, reſpondit; ſinite illos, cæci ſunt, & duces cæcorum, & iuxta Apoſtolum, ſi hominibus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem: tibi pro te, & famulis tuis, de communi fratrum noſtrorum tam Archiepiſcoporum, quam Epiſcoporum, & aliorum prudentum conſilio, quos per Dei miſericordiam multos nobis cum habuimus præſentes, licentiam concedimus, votum peregrinationis taliter commutare, vt omnes expenſas, quas fueras in eũdo, morando, & redeundo facturus, alicui religioſo cõmittas, in neceſſarios vſus terrę illius, ſine deminutione qualibet transferendas. ſic enim & orientali prouinciæ, quæ plus tuis, quam te in articulo neceſsitatis inſtantis indiget, tua ſubuentione proficies, & Treceñ. eccleſiæ tua præſentia, & regimine vtilius prouidebis, ac per hoc animæ tuæ ſalubrius conſuletur: laborem etiam laboribus recõpenſes, ſollicitius inſtando vigilijs, deuotius vacans orationibus, & ieiunijs fortius te exerceas, ac ſuper grege tuo vigilans ſollicitudine paſtorali. Ad hanc autem indulgentiam tibi de benignitate ſe. Ap. faciendam, id etiam ſpecialiter nos induxit; quod iter tuum iam non videbatur vltra marinę prouincię fructuoſum; a qua fere omnes Gallici remearant, & cum pro ſalute animæ tuę, ac libertate Treceñ. eccleſiæ per dictũ Comitem aſſequendam, præcipue votum peregrinationis emiſeris, eo ſublato de medio, quia ceſſauere cauſæ, facilius ceſſare potuit & effectus.

Idem Cantuarieñ. Archiepiſcopo. *Cap. 4.*

QVOD ſuper his ſe. Ap. conſulere decreuiſti, quorum executio ſpectat ad officium paſtorale, f. t. in domino commendamus, ſperantes, quod per reſponſionem noſtram inſtructus, diligentius exequaris. Quæſiſti ſane de his, qui in ſuccurſum terræ ſanctæ ſigno crucis aſſumpto propter infirmitatẽ, vel paupertatẽ, vel aliã iuſtã cauſam votũ peregrinationis nõ poſſunt vtiliter adimplere; quid tibi ſit faciendum; cũ per A. ſ. ſine diſtinctione receperis in mandatis; vt eos, qui ſignum crucis aſſum- c. 1a.

aſſumptum abiecerunt, ad reſumptionem ipſius,& executionem voti per. cen.ec.ap.re. compelleres, non obſtante aliqua indulgentia, ſi qua forte per ſurreptionem a prædec. noſtro fuerat impetrata. Nos autem inquiſitioni tuę t.reſpõdemus;quod debiles,& inopes magis illuc in defectum, quam ad profectum accedunt. Cũ iſti pugnare non poſsint, & illi mendicare cogantur;niſi forte ſint nobiles, & magnates, qui ſuis ſecum expenſis bellatores adducunt,vel artiſices,& agricolę; qui de laboribus ſuis ſibi poſſunt adquirere neceſſaria,& terræ ſubſidia miniſtrare.quamuis nõ multi talium propter breuitatem poſſeſsionum, & paucitatem inhabitãtium ſint oportuni. Verum credimus diſtinguendum inter illos,qui temporalem,& eos,qui perpetuam impedimenti cauſam credũtur habere; quod primis eſt indulgenda dilatio, ſecundis autem eſt redemptio iniungenda; ac rerum facultate penſata, ad quas poſſunt, aut quas facturi eſſent,expenſas,perſonarum pręterea reconpenſato labore,in ſubſidium terrę ſanctæ tranſmittant exequentes per alios,quod per ſe nequeũt adimplere. Rurſus inter illos, qui pro defenſione terrę ſanctę votum peregrinationis emittunt;& eos,quibus pro ſatisfactione ſuorum criminum iter peregrinationis iniungitur, credimus diſtinguendum: quod circa primos plus terræ ſanctæ ſuccurſus,& circa ſecundos plus labor itinerris, ſecundum intentionem vouentis, vel pęnitentis debet attendi. Vnde ſi quis hoc modo vouentium eſt inutilis ad pugnãdum, quamuis habilis ad eundum,melius eſt redimere votũ, quam expenſas conſumere;quod & de pęnitente, qui propter debilitatem nõ poteſt iter iniunctæ peregrinationis implere, ſane valet intelligi; non autem de illo, qui quamuis ſit impotens ad bellandum, potens tamen eſt ad eundum.Super his autem diligens diſcretio eſt adhibenda ;ne quid prece, vel pretio, amore,vel odio,ſiue occaſione quacumq.cõtra ſalutem animæ,vel vtilitatem terræ,quomodolibet attemptetur. Vnde per viros religioſos,& prouidos diſpenſationẽ huiuſmodi volumus prouidere.De mulieribus autẽ hoc credimus obſeruãdum, vt quę remanere noluerint,viros ſuos ſequantur euntes. Ceteræ forte, niſi ſint diuites, quæ ſecum in ſuis expenſis poſsint ducere bellatores; votum redimant, quod vouerunt. alijs ad terræ ſanctæ ſubſidium ſingulis ſecundum proprias facultates diligenter inductis.

Idem Cantuar. Archiepiſcopo. Cap. 5.

EX multa tuæ ſollicitudinis prouidentia credimus prouenire; quod cum ad conſultationes tuas multiplices,& frequenter reſponderimus,quod ſentimus, ex reſponſione noſtra nouas elicias quæſtiones. Ex conſultatione ſiquidem,quam ad inquiſitionem tuã ſuper negotio ſignatorũ cruce olim edidimus; viam inueniſti ad alias quæſtiones;& vtrum, quod in ea dicitur,ius conſtituat generale, vt paſsim prælatis quibuſlibet illos ſecundum formam expreſſam abſoluere liceat,qui eorũ ſunt iuriſdictioni commiſsi, ſollicite requiſiſti.Ad hoc igitur inquiſitioni tuę breuiter reſpondemus, quod in cõſultatione noſtra ius cõmune editur,& licet ad quales,& ad quos tamen ſpecialiter eius ſpectet executio, nullatenus explicatur: illis autem ſolummodo ius hoc exequendum incumbit, qui ſuper hoc mandatum noſtrum receperint a ſe. Ap. ſpeciale. ſic ergo illi eſt inquiſitioni reſpõſum. qua conſequenter tua f. requiſiuit,de quibus religioſis intelligendum eſſet,quod continebatur circa conſultationis noſtræ medium;in hæc verba:per viros religioſos,& prouidos diſpẽſationem huiuſmodi volumus prouideri; vtrum ſ. ibi religioſi vocentur ij tantum,qui religionis habitum ſuſceperunt,quorum plures idiotæ ſunt,& iuris ignari, cum tamen in conſultatione veſtra dicatur per religioſos,& prouidos;an Epiſcopi,qui ſicut dignitate pręcellunt,ſic religione debent alijs præminere, nam ad neutros illius executio iuris ſpectat, niſi per ſedem eis Ap. ſpecialiter delegetur. Secundo quæſiſti,quod dicitur, ſi quis vouẽtium eſt inutilis ad pugnandum, quamuis ſit habilis ad eundum,melius eſt,vt redimat votum,quã conſumat expenſas;generaliter accipi debeat,vt nobiles etiam,& magnates,qui ſunt conſilio ſtrenui,& multos ſecũ poſſunt trahere bellatores,an minores tantummodo verbum cõprehendat huiuſmodi generale. Verum ſi ad ſuperiora oculum tuæ conſiderationis paulisper extendas,quæſtionem illã inuenies in ſerie conſultationis noſtræ ſolutam,vbi dicitur,quod debiles, & inopes magis in defectum terræ ſanctæ, quam ad eius profectum accedunt: cũ hi pugnare nequeũt, & illi neceſſe habeant mendicare, niſi forte ſint nobiles,& magnates, qui ſuis ſecum expenſis bellatores adducunt,& cetera,quæ ſequuntur. Qui enim debiles hic dicuntur, appellantur inferius inutiles ad pugnandum. Vnde par exceptio debet intelligi vtrobiq. c.9.6.

quamuis poſsit aliter reſponderi, quod non ſunt inutiles ad pugnandum, qui etſi pugnare non poſſunt, maturitate tamen conſilij adeſſe valent pugnantibus, & perſonæ defectũ per alios releuare. Tertio quoq. loco tua fraternit. requiſiuit, qualiter intelligi debeat, quod de mulieribus ſubinfertur, vt quæ remanere noluerint, viros ſuos ſequantur euntes: ceteræ vero niſi ſint diuites, quę ſecum in ſuis expenſis poſsint ducere bellatores, votũ redimant, quod vouerũt. hoc enim, quod vltimo dicitur, videtur tantum de vouentib. eſſe dictum, ſed quod ſuperius ponitur, quę remanere noluerint, de illis intelligendum eſſe videtur, quæ ſe ad peregrinationis propoſitum nullius voti vinculo aſtrinxerunt; quod ſic eſſe, dubium non extitit. Ex eodem quoq. verbo dicis videri quibuſdam, quod viris liceat in hoc articulo ſine vxorum ſuarum aſſenſu vouere poſſe, ac perficere, quod vouerunt. Ad quod dicimus, quod in tanta neceſsitate populi Chriſtiani, ne terræ ſanctæ ſubſidium impediatur penitus, vel diutius differatur; viri pręter vxorum aſſenſum, vt militent Regi Regum, huiuſmodi peregrinationis propoſitũ vouere libere valeant, & quod vouerunt, libere adimplere: vt autem conſentiant, ſunt attentius commonendæ. De clericis vero inquiſitioni tuæ taliter duximus reſpondendum; quod cum clericatus officium eos reddat inhabiles ad pugnandum, niſi vel conſilio ſtrenui, vel officio prædicationis inſtructi, aut magnatum ſint obſequio deputati, aut vſq. adeo diuites fuerint, & potentes, vt in expenſis ſuis aliquos ſecum ducere valeant bellatores, magis ab eis redemptionem accipere, quam ad votum illos cogere proſequendum, ſi neceſsitas exigit, vel vtilitas perſuadet. hoc autem de vouentibus dicimus, nõ de his, quibus labor peregrinationis in pænitentia eſt iniunctus.

DE STATV MONACHORVM, & canonicorum regularium. Tit. xxvij.

Idem Vbaldo Plebano Sancti Gauini. *Cap. 1.*

Deſtatu mo. c. 5. QVOD Dei timorem præ oculis habeas, ex fructib. tuis colligitur euidenter, cum opera, quæ facis, teſtimonium perhibeant veritati. vnde tuum in domino propoſitum commendamus. Sane, ſicut iam dudum auribus noſtris inſonuit, quondam ad frugem melioris vitæ tranſire deſiderans, officiũ Plebani reſignaſti, coram fratribus ſancti Victoris Bononien. promiſsionem de tua conuerſione feciſti; neq. profeſsionem ſollemnem emittens, neq. habitum religionis aſſumens. ſed nobilis vir Comes Albertus, & parochiani plebis eiuſdem attendentes, te laudabiliter præfuiſſe, ac de receſſu tuo eidem loco iacturam non modicam imminere, deſiderium tuũ hactenus retardarunt, a ve. f. n. Florentino Epiſcopo impetrantes, vt miniſtrares ibidem. Hoc etiam di. f. nr̃ P. Baſilicę duodecim Apoſtolorum presbyter Card. tunc Ap. ſe. Legatus pẽſata vtilitate plebis proponitur annuiſſe; quod iam dicti Comes, & populus a nobis ratum haberi ſuppliciter poſtularunt, præſertim cũ de licentia Prioris ſancti Victoris Bononien. dinoſcaris hactenus id feciſſe. Licet autem in Lateranen. concilio de monachis caueatur, ne ſinguli per villas, & oppida, ſeu per quaſcumq. parochiales ponãtur eccleſias, ſed in maiori conuentu, aut cum aliquibus fratribus maneant, ne ſoli inter ſæculares homines ſpiritualium hoſtium conflictum expectent. Salomone dicente, væ ſoli, quia, ſi ceciderit, non eſt, qui ſubleuet eum. Quia tamen illud de canonicis regularibus ſpecialiter non cauetur; qui, etſi a ſanctorum monachorum conſortio non putentur ſeiuncti, regulæ tamen inſeruiunt laxiori, & per antiquos canones monachi poſſunt ad eccleſiarum parochialiũ regimen in presbyteros ordinari, ex quo debent prædicationis officium, quod priuilegiatum eſt, exercere; ſic annuendum duximus poſtulatis, vt exercens Plebani officium, ſi commode fieri poterit, vnum canonicum regularem tecum habeas ad cautelam, cuius in his, quæ Dei ſunt, & regularis obſeruantiæ, tam conſortio, quam ſolatio perfruaris.

Idem Abbati & conuentui Sublacen. *Cap. 2.*

CVM ad monaſterium Sublacẽ. perſonaliter veniſſemus. & infra. Firmiter inhibuimus, ne quis de cetero monachorũ lineis camiſijs vteretur. ad effectum autem hoſpitalitatis ſupplendum, mixturam vnius molẽdini conceſsit, ampliora pro tempore conceſſurus; ita tamen, quod ad neceſsitatem pauperum ſubleuandam, eleemoſyna de cellario conferatur. Nos autem præfatas eccleſias, quæ clericis ſæcularibus in beneficium fuerant aſsignatæ, ad vſum reuocauimus infirmorum, conceſsionem hoſpitalis, quæ facta fuerat Epiſcopo Anagnino, irritam decernentes; & ſtatuentes, ne cuiquam vlterius in beneficiũ concedantur; ſed infirmarius diſponat de illis eccleſijs, prout ad neceſsitates infirmorũ magis nouerit expedire. Prohibemus ergo di-

diſtricte in virtute obedientiæ, ſub obteſtatione diuini iudicij, ne quis de cetero monachorum propriũ aliquo modo poſsideat; ſed ſi quis aliquid habet proprij, totum in continenti reſignet. Si vero poſt hęc proprietatem aliquam fuerit deprehenſus habere, regulari admonitione præmiſſa, de monaſterio expellatur, nec recipiatur vlterius, niſi pœniteat ſecundum monaſticam diſciplinã. Quod ſi proprietas apud quemquã inuenta fuerit in morte ipſa, cum eo in ſignum perditionis extra monaſterium in ſterquilinio ſubterretur, ſecundũ quod beatus Gregorius narrat in dialogo ſe feciſſe. Abbas tamen, & Prior frequẽter inquirant, & diligenter explorent, ne quis fratrum proprietatem poſsit habere, vnde ſi quicquam alicui fuerit ſpecialiter deſtinatũ, non præſumat illud accipere, ſed Abbati, vel priori, aut cellario aſsignetur. In oratorio vero, refectorio, & dormitorio continuum ſemper ſilentium obſeruetur: in clauſtro quoq. certis horis, & locis, ſecundum antiquam cõſuetudinem monaſterij laudabiliter obſeruatam, ſed amodo laudabilius obſeruandam. In refectorio vero nullus omnino carne veſcatur, nec in quibuſdam ſolemnitatibus, ſicut aliquando fieri conſueuit, cõuentus exeat cũ Abbate, paucis ibi relictis, vt extra refectoriũ edant carnes; cum in illis diebus præcipue regularis diſciplina ſit ſtudioſius obſeruanda; ſed nec extra refectorium, niſi in infirmitorio eſum carniũ credant ſibi licere, quamquam ex indulgentia poſsit Abbas interdũ aliquos fratrum nunc hos, nunc illos, prout neceſsitas poſtulauerit, aduocare, ipſoſq. ſecum in camera ſua melius, & plenius exhibere. Porro debiles, & infirmi, qui munitione indigent, vel aliqua medicina, non ſeorſum in cameris, ſed omnes in infirmitorio, quæ neceſſaria fuerint, ſibi tam in carnibus; quam in alijs recipiant competenter. Quod ſi quiſq. eorum debilis fuerit, aut etiam delicatus, vt non poſsit cõmunibus cibis eſſe contentus, ſic ei prouideatur ſine ſcandalo aliorum, vt ſi Abbas, vel prior voluerit in refectorio miſericordiam facere ſpecialem, cibum aliquem conpetentem, non ante illum, ſed ante ſe faciat apportari, de quo ipſe faciat illi pitantiã pro ſuſtentatione naturæ. Tales autem ad agenda officia monaſterij deputentur, qui fideles ſint, & diſcreti, nec alicui cõmittatur aliqua obedientia perpetuo poſsidenda, tamquam in ſua ſibi vita locetur, ſed cum oportuerit amoueri, ſine cõtradictione qualibet reuocetur. Prior autem præ ceteris poſt Abbatẽ potens ſit in opere, & ſermone; vt exemplo vitę, verboq. doctrinæ fratres ſuos, & inſtituere poſsit in bono, & a malo reuocare, zelum religionis habens ſecundum ſcientiam, vt delinquentes corripiat, & caſtiget; obedientes vero foueat, & cõfortet. Abbas vero, cui omnes in omnibus reuerenter obediant, quanto frequentius poterit, ſit cũ fratrib. in cõuentu vigilem curam, & diligentem ſollicitudinem gerens de omnibus, vt de officio ſibi cõmiſſo dignam Deo poſsit reddere rationem. Quod ſi præuaricator ordinis fuerit, aut contemptor, ſeu negligens, aut remiſſus: pro certo ſe nouerit nõ ſolum ab officio deponendum, ſed etiam alio modo ſecundum regulam caſtigãdum. cum offenſa non ſolum propria, verum etiam aliena de ſuis manibus requiratur, nec extimet Abbas, quod ſuper habenda proprietate poſſit cum aliquo monacho diſpenſare, quia abdicatio proprietatis, ſicut & cuſtodia caſtitatis adeo eſt annexa regulæ monachali; vt cõtra eam nec ſummus Pontifex poſsit licentiam indulgere.

DE RELIGIOSIS DOMIBVS, VT Epiſcopis ſint ſubiectæ. Tit. xxviii.

Idem Conſtantinopolitano Patriarchæ. *Cap. 1.*

INTER quattuor. & infra, De monaſterijs quoq. Græcorum in ſæculares canonicos conuertendis, f. t. reſpondemus; quod, quamdiu per regulares viros, ſiue Græcos, ſiue Latinos remanere potuerint ordinata, nõ ſunt ad ſæculares clericos transferenda, ſed ſi regulares defuerint, propter eorum defectum in eis ſæculares clerici poterunt ordinari. De ref. dom. c. 5

Idem Abbati & fratribus cryptæ ferratæ. *Cap. 2.*

CONSTITVTVS in præſentia noſtra ven. Epiſcopus Albaneñ. in eccleſia caſtri, quod Pauli dicitur, in qua ius patronatus monaſterio veſtro recognoſcebat, & a vobis ius Epiſcopale duplici ratione petebat. Primo quoniam ſita erat in diœc. Albaneñ. & ideo iure communi ei tenebatur in Epiſcopalibus reſpondere. Secundo quoniam in multis priuilegijs Rom. Pont. diſtinguentib. fines diœc. Albañ. inter alias eccleſias, in quibus iuriſdictionem exercet, hæc Albañ. eccleſia, auctoritate Ap. confirmatur. Verum œconomus veſter propoſuit ex aduerſo, quod etſi eccleſia ſita eſſet in diœc. Albañ. & in priuil. ipſius Epiſcopi nõ ſine ſubreptionis vitio eius eſſet nomen inſcriptum, ei tamen non tenebatur c. 6. e. & de præb. c. 7.

in

in aliquo reſpōdere; cum Albericus quondā fundator de aſſenſu felicis re. B. PP. præd. n. monaſterio criptæ ferratæ ſæpedictam eccleſiam contuliſſet. Præterea bo. me. dñs † Lauicañ. Epiſcopus, de quo non erat contentio inter partes, quin idē fuit Epiſcopus Albañ. vniuerſas eccleſias ad veſtrum monaſterium pertinētes in diœc. eadem ſitas, & quicquid iuris tam in monaſterio veſtro criptę ferratę quam in eis habebat, in emphyteuſim, ſub annua octo denariorum vſualiū penſione, quos quot annis dantes in capite publicum *mſiat* inſtrumentū monaſterio veſtro conceſsit, ita videlicet, vt liceret Abbati, & fratribus eiuſdem monaſterij a quocumq. vellēt Epiſcopo, tam ordinationem clericorum, quam conſecrationem altarium in ipſo monaſterio prædictis eccleſijs optinere, in quibus vobis tertiam mortuariorū indulſit. Item fe. re. Be. PP. præ. n. quod ab eo factum fuerat, ſuo priuilegio confirmauit, & ex certa ſcientia ſtatuit in perpetuum obſeruandum. Verum etſi eccleſia ipſa fuiſſet aliquanto eccleſię Albañ. ſubiecta, monaſterium tamen veſtrum nihilominus legitima ſe poterat præſcriptione tueri, cum per xl. annos ipſam pacifice poſſediſſet, quod per teſtes idem niſus eſt œconomus cō probare. Ceterum œconomus Epiſcopi memorati ad obiecta reſpondit, quod conceſsio fundatoris Albañ. eccleſię non nocebat, cum fundator ſolum ius patronatus monaſterio conceſsit memorato, & ipſe ſuper iure patronatus vobis controuerſiam non moueret. Cōceſsionem autem Epiſcopi Lauicañ. non tenere dicebat, vt pote continentem ſimoniacā prauitatem. Cum enim tertiam mortuariorū monaſterio conceſsiſſet eidem, & tam in ordinationibus clericorum, quam altarium conſecrationibus indulſiſſet ei plenariam libertatem, ſic videlicet, vt ea poſſent a quocumq. mallent Epiſcopo, ſine cōtradictione cuiuſlibet obtinere; non eſt dubium, quin, cum ſpiritualia hæc exiſtant, quoniam eo ipſo, quod ſuper his recon penſationem certæ penſionis accepit, commiſit vitium ſimoniæ. Vnde cōtractus huiuſmodi, velut ſimoniacus nullam obtinet firmitatem. Confirmatio autem Ap. ſe. fuerat ſuper hoc per ſubreptionem optenta, cum in eadem de penſione nulla mentio habeatur. & infra. Præterea, nec inſolitū eſt, nec nouum, vt cū Epiſcopi eccleſias aliquas tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus conceſſerint pijs locis, aliquid ſibi ſeruetur in eis nomine penſionis. Nos quoq. cum, vel libertatis priuilegium, vel protectionis præſidium aliquib. eccleſijs indulgemus gratis, accipimus cenſum gratis oblatum, & in literis noſtris ad ſucceſſorum noſtrorū memoriam cenſus exprimimus, & etiam quantitatem. & infra. Nos igitur auditis his, & alijs hinc inde propoſitis, œconomum monaſterij veſtri œconomo eiuſdē Epiſcopi eccleſiæ Lauicañ. nomine in ſolutionem penſionis prædictæ, iuxta ratam, quæ contingit prædictam eccleſiam, & reſtitutionem ſubtractæ a xl. annis, ſecundum ratam eandem, per diffinitiuam ſententiam condemnamus, & eandem œconomum veſtrum ab impetitione œconomi eiuſdem Epiſcopi ſuper alijs reddimus abſolutum, perpetuum illi ſilentium imponentes. Licet autem in inſtrumento conceſsionis prędicti Epiſcopi Lauicañ. expreſſa fuerit certa pœna, quam pars contractū non ſeruans ſolueret obſeruātı: cum tamen vtraq. pars perueniſſe contra illum ex confeſsione propria cōuincatur, cum & pars veſtra ſub Epiſcopo traxerit penſionem, & Epiſcopus procurationem exegerit ab eadem eccleſia, ſicut œconomus propoſuit memoratus, vtramq. partem ab ea reddimus abſolutam.

†Dominicus Greg. 9

DE CAPELLIS CLERICORVM, & monachorum. Tit. xxix.

Idē Archipreſbytero, & clericis S. Cæciliæ. c. vn.

DILECTVS filius M. ſyndicus eccleſiæ veſtræ in noſtra præſentia conſtitutus, ab œconomo ſancti Laurentij de Piſcinula in ſcrutinijs, baptiſmate, proceſsionibus, capitulis, & ſimilibus ſubiectionem poſtulans, poſſeſſorium, & petitorium intemptabat. Cum enim eccleſia ſancti Laurentij ſit in parochia veſtra ſita, debet de iure communi, ſicut idem ſyndicus proponebat, eccleſiæ veſtræ in prædictis omnib. ſubiacere, niſi ſe poſſet, vel ſpeciali priuilegio, vel legitima pręſcriptione tueri. Verum nec priuilegium exēptionis habet, nec pręſcriptionem proſepoterat allegare; cū eccleſiæ S. Cæciliæ illam præſcripſiſſet, ſicut per teſtes dicebat legitime conprobatum. Pręterea cum olim coram bonæ me. C. Papa prædeceſſore n. ſuper prędictis, inter veſtram, & prædictam eccleſiam quæſtio verteretur, Martinus eiuſdem eccleſiæ presbyter fuit ſponte confeſſus, quod eccleſiæ ſanctæ Cæciliæ ſcrutiniū, & baptiſma debeat, ſicq. ad proprietatem veſtrā iuſtitiam reco-

De capmō. c. a.

recognouit. Cumq. pars veſtra teſtes ſufficientes,& idoneos,qui ſe illum diuerſis temporibus ad capitulum vocaſſe, ipſumq. veniſſe firmiter aſſerebant, in medium produxiſſet, eis iurare paratis,prędictus presbyter vocatũ iuiſſe ad capitulum eſt confeſſus. Vnde prædictus prædec. n. eccleſiam veſtram capitulo, quo ſe conqueſta fuerat ſpoliatam,ſaluo iure proprietatis eccleſiæ ſancti Laurẽtij reueſtire curauit, ſicut in eius litteris continetur. Per hoc ergo & proprietatem,quo ad ſcrutinium, & baptiſma;& poſſeſsionem,quo ad capitulum veſter voluit ſyndicus comprobare. Ad hoc autẽ œconomus ſancti Laurentij ex aduerſo reſpondit,quod eccleſia ipſa nullo medio ad Romanam eccleſiam pertinebat. Cũ enim monaſteriũ monialium fuerit, ſicut ex multis ſcriptis authenticis edocetur,& generaliter ſeruetur in vrbe, vt nullum monaſteriorum tit. ſit ſubiectum, incõgruum videatur, vt regulares ſæcularib. ſupponantur: patet eccleſiam ipſam liberã extitiſſe. Præterea vſq. hodie nos in ea inſtitutionẽ,& deſtitutionem liberam exercemus;cum & bo. me. C. PP. p. n. di. fi. M. ſcriptorem noſtrum Archipreſbyterum in ea ſine cõtradictione cuiuſquã ſtatuiſſet. Sic ergo eccleſiam ipſam liberam, & in poſſeſsionem libertatis extitiſſe, dictus voluerit œconomus comprobare. Cum ergo pro eo habeat ius commune; in eo videlicet, quod vniuerſa monaſteria vrbis ad Romanã eccleſiam nullo pertinent mediante: aſſertioni contrarium fides non eſt aliquatenus adhibenda,niſi ſuper hoc priuilegium induxerit ſpeciale. quod autem dicitur in parochia veſtra ſita,idem œconomus penitus denegauit,ſed etſi verum hoc eſſet,ſufficienter tamẽ ſe poterat prædicta ratione tueri. Confeſsio autem M. presbyteri ſuper ſcrutinio, & baptiſmo, eidem eccleſiæ præiudicare non poterat,cũ ſuper his lis cõ. in eius,& præde. eſ. noſtri præſentia non fuiſſet, ſicut ex forma petitionis,& concluſionis apparet; hac etiam ſententia non fuerat hactenus eccleſia veſtra vſa,ſed eam duxerit vſq. ad hęc tempora ſupprimendam. & infra. Nos igitur auditis his,& alijs,quæ fuerant hinc inde propoſita, rationib. & allegationib. inſtrumentis & atteſtationib. plenius intellectis,& cum fratrib. noſtris deliberato conſilio,œconomum eiuſdem eccleſię ſancti Laurentij ſyndico veſtro in baptiſmo,ſcrutinio,& proceſsionibus condemnamus,ita tamen,vt per hoc eccleſiæ Romanæ nullũ pręiudicium generetur,ſi quãdo forte ius ſuum duxerit proſequendum;in inſtitutione,aut deſtitutione,& capitulo,œconomum ipſum ab impetitione ſyndici veſtri prorſus abſoluimus, ſyndico veſtro ſuper hoc ſilentium perpetuum imponentes.

DE IVRE PATRONATVS. Tit. xxx.

Idem Rothomagen. Archiepiſcopo. *Cap. 1.*

PER veſtras poſtulaſtis litteras edoceri, vtrum clericus aliquis ad vacãtem eccleſiã, in qua ius optinet patronatus, ſe ipſum, ſi idoneus eſt valeat præſentare. Cum igitur nullus ſe ingerere debeat eccleſiaſticę prælationis officio; inquiſitioni tuæ t. reſpondemus;quod nullus ſe poteſt ad perſonatum alicuius eccleſiæ præſentare, quantumcumq. idoneus ſit,& quibuſcumq. ſtudijs,& meritis adiuuetur. De iure pa. c. 16

Idem Conuentren. Epiſcopo. *Cap. 2.*

CVM propter diſcordias laicorum non debeat eccleſijs præiudicium generari, graue gerimus, & indignum, quod ſicut noſtro eſt Apoſtolatui relatum, occaſione diſſenſionis,quę de iure patronatus vertitur inter eos, eccleſiæ plus debito remanent rectoribus viduatæ ; quod in ipſarum graue diſpendium noſcitur redundare. Verum,quoniam ſecundum Apoſtolum inſtantia noſtra cotidiana eſt omnium eccleſiarum ſollicitudo cõtinua; volentes his,quæ premiſimus,ex debito Põtificalis officij obuiare,f. t. per A. ſ. m. qua. ſi de iure patronatus quęſtio emerſerit inter aliquos,& cui competit,intra quattuor menſes non fuerit diffinitũ,ex tunc eccleſiam ipſam ap. re. de perſona nõ differas idonea ordinare, Ita quod illi ex hoc non debeat in poſterum præiudicium generari,qui ius euicerit patronatus. c. 27.

Idem Archid. Carnoten. & Decano Altiſiodoren. Pariſien. *Cap. 3.*

CVM dilectus f. magiſter W. de Picerei pro ſeipſo;& magiſter H. de Fernemaco pro Decano de Amelt pro eccleſia de Bardeuill, inuicem litigarent;illis dil. G. ſanctæ Mariæ in Porticu Diaconum Card. conceſsimus auditorem,in cuius præſentia idẽ magiſter proponendo monſtrauit,quod cum olim ve. f. n. Oſtien. Epiſcopus legationis officio fungeretur in partibus Gallicanis,& W. de Montib. inſigniſſet charactere clericali,dil. f. Archid. Carnoten. mandauit, vt eccleſiam, quam in Archidiaconatu ſuo primo vacare contingeret,donationi ſuæ reſeruare curaret; inhibẽs, c. 28.

ne

ne alicui conferret eandem, in qua diſpoſuerat eidem W. non habenti beneficium prouidere. proceſſu demq. temporis, cũ in morte O. quondam Decani Alneoli eccleſia de Borouilla vacaſſet, idem Archidiaconus contra mandatum eiuſdem Legati, tam ipſam, quã ipſum Decanatum G. f. n. conceſsit, qui aliam eccleſiam in eadem diœceſi noſcitur habere. Quod cum ad prædicti Legati notitiam perueniſſet, eos ad ſuam præſentiam cõuocauit, & de prudenti conſilio Archidiaconi facto caſſato, antedictam eccleſiam ſic vacantem præfato W. conceſsit. & infra. Vacante vero quadam præbenda in eccleſia ſancti Marci Carnoteñ. quæ ipſum magiſtrum G. contingebat de iure patronatus, Epiſcopus pia prouidentia, ſeu prouida pietate, cõſiderãs, quod præbenda ipſa, cui cura non erat animarum annexa, magis ſæpedicto W. congrueret, quã eadem eccleſia de Brachauilla, quæ paſtore aſsiduo indigebat, eccleſiam ipſam vacãtem,

† Walterio gl. eidem magiſtro † ad præſentationẽ dicti Archidiaconi nullo contradicente conceſsit; & præbendam illam pręfato † clerico aſsignauit. Vnde ipſe magiſter ſupplicabat, eandem ſibi eccleſiam confirmari; vt potequam canonice, ac etiam ad præſentationem veri patroni, ſe dicebat adeptum. † Wilhelmo de Mõtib. gl.

E contra procurator Decani reſpondit, quod etſi dictus Legatus donationi ſuæ reſeruari mandauerit, primo in Archidiaconatu Carnoteñ. eccleſiam vacaturam; circa tamen prędictam eccleſiam hoc facere de iure non potuit; quia talis poteſtas ſibi minime competebat. Cum pręſentatio clerici ad illam eccleſiam non tamquam clerico, ſed quaſi laico ratione patronatus, non iure Archid. pertineret. Vnde cũ inhibitionem ipſius hoc idẽ Archidiaconus cuſtodire minime teneretur, alium ad eandem eccleſiam de iure potuit præſentare; ac pręſentatio eius debet, ex quo c.22.c. idonea facta eſt, firma cenſeri. Nos igitur his, & alijs, quæ coram eodem auditore fuere propoſita, nobiſq. relata fideliter per eundem, diligentius intellectis; attendẽtes, quod etſi præfatus Archidiaconus memoratum Decanũ, tamquam laicus ad illam præſentaſſet, quia tamen ipſe Decanus per diœceſanum Epiſcopum admiſſus non fuit, ſed alius ab eodẽ Archidiacono præſentatus a diœceſano fuit Epiſcopo inſtitutus, iuxta ſtatutum bo. me. Alex. PP. prædeceſſoris n. non primus, ſed ſecundus ius eſt in eadem eccleſia aſſecutus; etſi memoratus Archidiaconus pręfatum pręſentauit Decanum; quoniam in eo, qui tamquam clericus faciebat, idem erat iuriſdictionis Legati. Vnde poſtquã idem Legatus donationem ipſius eccleſię ſibi decreuerat reſeruandam, ad eam tamquam clericus non potuit quempiam præſentare, præſentationem minus canonice factam fuiſſe decreuimus, & ea penitus non obſtante, conceſsionem eiuſdẽ eccleſiæ factam magiſtro Waltero pronuntiauimus canonicam extitiſſe, caſſantes nihilominus, quod per delegatos a ſupradicto Archiepiſcopo Senoñ. poſt ap. ad nos legitime interpoſitam extitit attemptatum, & adiudicantes eidem magiſtro præfatã eccleſiam cum fructibus medio tempore perceptis ex ea, plene, ac pacifice poſsidendam; prædicto Decano ſuper hoc perpetuum ſilentium imponendo.

Idem Helieñ. Epiſcopo. *Cap. 4.*

PASTORALIS officij. & infra. Cũ c.29.c.
autem ſæpe contingat patronos eccleſiarum laicos nunc vnum, nunc alium ad vacantes eccleſias præſentare, ſollicite poſtulaſti per ſed. Ap. edoceri; an clericus ad aliquam eccleſiam a patrono laico præſentatus, ſi diœceſanus Epiſcopus ipſum non duxerit admittendũ, ex huiuſmodi pręſentatione aliquid iuris aſſequatur in illa, etſi forte idem ad ſe. Ap. appellauerit, & poſt ap. ab ipſo interpoſitam, idem patronus alium curauerit præſentare, ac Epiſcopus ſecundo inſtituerit pręſentatũ, idem ab ipſo merito debeat amoueri. Nos igitur bo. m. Alex. PP. prędec. n. pro ſua reuerentia veſtigijs inhærentes, qui inter pręſentatos a laico cõdicionem poſsidentis cenſuit meliorem; dicimus, quod inſtitutio præſentati ſecundo loco a laico patrono robur optinet firmitatis. Verumtamen conſtituimus, vt Epiſcopus, qui præſentatum idoneũ malitioſe recuſauit admittere, ad prouidendum eidem in competenti beneficio compellatur, qua. puniatur in eo, in quo ipſum non eſt dubium deliquiſſe.

Idem Aurieñ. Epiſcopo. *Cap. 5.*

POSTVLASTI per ſe. Ap. edoceri, c.30.c.
vt cum rectores parochialium eccleſiarum quandoq. quoſdam pręſentent ad ſuarum eccleſiarum titulos ordinandos, vtrum electio talium ad ipſos rectores pertineat, vel etiam ad patronos; etſi in his patronorum non eſt requirendus aſſenſus, vtrum ius illis ſaluum remaneat eligendi, vt cum ipſas eccleſias vacare contigerit, titulati huiuſmodi non ſint alijs præferendi, ad quod f. t. b. reſpondemus,

quod

quod per intitulationem huiuſmodi nullum patrönis præiudicium generetur, quin poſſint alios ad ipſas eccleſias, cum vacauerint, præſentare, niſi de patroni proceſſiſſet aſſenſu.

DE DEDICATIONE ECCLESIA-rum, vel altarium. Tit. xxxj.

Idem Tornaceñ. *Cap. 1.*

De conſec. eccl. c. 2. QVA frater, requiſiuit a nobis, vtrum tibi dedicationes eccleſiarum, tam diebus dominicis, quam priuatis liceat celebrare, ſuper quo tibi duximus breuiter reſpõdendum, quod in diœc. tua, tam dominicis diebus, quam priuatis tibi eccleſijs dedicationes impendere licet.

Idem Nidroſieñ. Epiſcopo. *Cap. 2.*

c. 3. 8. QVOD in dubijs. & infra. Altare vero, in quo tabula, cui conſecrationis benedictio pontificali miniſterio adhibetur, [illegible] mota fuerit, vel enormiter fracta, debet non immerito conſecrari; nec negamus, quin oleum non cõſecratum conſecrato poſsit oleo commiſceri.

Idem Compoſtellano Archiepiſcopo. *Cap. 3.*

c. 4. 8. PROPOSVISTI nobis in noſtra præſentia conſtitutus, quod venientibus ad eccleſiam beati Iacobi ex diuerſis regionib. peregrinis, & volentibus alijs ab alteris per contentiones, & rixas altaris de noſte cuſtodiam vindicare, homicidia con[illegible]ngunt interdum, & aliquando vulnera i[illegible]ntur; propter quod humiliter poſtulaſti, [illegible] alio modo, quam per reconſecrationis beneficium digna remur ipſi eccleſię prouidere. manente igitur eccleſia, & altari f. t. inſinuatione præſentium innoteſcat, quod ipſa recõciliari poterit per aquam cum vino, & cinere benedictam.

DE IMMVNITATE ECCLE-ſiarum. Tit. xxxij.

Idem Illu. Regi Conatiæ. † *Cap. vn.*

† forte Croatiæ De immun. ec. c. 7. INTER alia, quæ nobis regalis prudentia, ſuis litteris intimauit, quid de illis fieri debeat, qui maleficia perpetrantes, confugiunt ad eccleſias, vt pro reuerentia ſacri loci, debitas pœnas valeant euitare, ſollicite requiſiuit. Nos igitur tuis quæſtionib. reſpondentes, iuxta ſacrorum canonum inſtituta, & traditiones legum ciuilium ita duximus in huiuſmodi diſtinguendum; quod confugiens ad eccleſiam vel liber, vel ſeruus exiſtit; ſi liber, quantumcumq. grauia maleficia perpetrarit, nõ eſt violenter ab eccleſia extrahendus, nec inde damnari debet ad mortem, vel ad pœnam; ſed rectores eccleſiarum ſibi optinere debent, & membra, & vitam. ſuper eo tamen, quod inique fecit, eſt legitime puniendus. & hoc verũ eſt, niſi publicus latro fuerit, vel nocturnus populator agrorum, qui dum itinera frequẽtat, vel publicas ſtratas obſidet, ob tranſgreſſionis inſidias, ab eccleſia extrahi poteſt, impunitate non præſtita, ſecundum canonicas ſanctiones. Si vero ſeruus fuerit, qui confugerit ad eccleſiam, poſtquam de impunitate ſua dominus eius clericis iuramentum præſtiterit, ad ſeruitium domini ſui redire compellatur, & inuitus, alioquin a domino poterit occupari. Tu ergo fili Kariſsime, cum in regno tuo aliquid horum contigerit, iuxta præmiſſam diſtinctionem ſic procedere ſtudeas, quod eccleſiarũ honor, & immunitas ſeruetur illæſa, & malignandi facultas prauę voluntatis hominibus auferatur.

DE CELEBRATIONE MISSAE, ET ſacramento Euchariſtiæ, & aqua, que exiuit de latere Chriſti. Tit. xxxiij.

Idem Wigornieñ. Epiſcopo. *Cap. 1.*

CONSVLVISTI nos, vtrũ presbyter duas miſſas in eadẽ die valeat celebrare; ſuper quo tibi duximus reſpondendũ, quod excepto die natiuitatis dominicæ, niſi cauſa neceſsitatis ſuadeat, ſufficit ſacerdoti ſemel in die vnam miſſam ſolummodo celebrare. De [illegible]

Idem Archiepiſcopo Bracharen. *Cap. 2.*

CONSILIVM noſtrum. & infra. In [illegible]uiſiſti, vtrum in diebus profeſtis, in [illegible] ad honorem ſancti Spiritus, beatæ virginis, & ſanctæ Crucis celebrare contingit, [illegible] hymnus angelicus, ſymbolum, ac præfatio propria debeant decantari; præſertim cum in partibus iſtis in honore beatæ virginis in ſabbatorum diebus miſſa ſollemniter celebretur. Ad quod vtiq. reſpondemus, quod apud nos in diebus profeſtis, cum miſſarum ſollemnia celebrantur, in honore beatæ virginis, neq. hymnus angelicus, neq. ſymbolũ decantatur; licet in miſſa propria præfatio decantetur, vt inter commemorationem, & ſollemnitatem differentia oſtendatur. c. 4. [illegible]

Idem Mauricn. Epiſcopo. *Cap. 3.*

EX parte tua. & infra. Poſtulaſti præterea edoceri, quib. verbis Pontifex Rom. vtatur in eo loco canonis miſſæ, in quo ſacerdos inferior dicit, vna cum Papa noſtro, & antiſtite noſtro, cum idem pro ſe videatur orare; ac ſuper ſe antiſtitem non habere. Ad quod deuotioni t. taliter reſpond. quod nos ibi dicimus, Non ponitur.

Ll vna

vna mecum indigno famulo, vbi verbis prę-
dictis vtuntur alij ſacerdotes.

Idem clericis S. Petri in Magdalen̄. *Cap. 4.*

c.5.o. EX parte veſtra. & infra. Inſuper poſtulaſtis, quomodo ſacerdos in miſſa perfundere debeat, per litteras Ap. edoceri. ad quod taliter reſpōdemus, quod ſemper ſacerdos vino perfundere debet, poſtquam totum perceperit euchariſtię ſacramentum, niſi cum eodem die aliam miſſam debuerit celebrare, ne ſi forte vinū perfuſionis acciperet, celebrationem aliam impediret.

Idem I. quondam Archiepiſcopo Lugdun̄. Cap. 5.

c.6.o. CVM Marthę circa plurima ſatagentis officio, in cura regiminis paſtoralis pro maiori parte renuntians, in domo domini quaſi abiectus elegeris habitare cum illis, qui partem optimam elegerūt, ſedentes ad pedes domini cum Maria, vt in eius lege iugiter meditētur lippitudini Lię Rachelis pulchritudinem prę ferentes; eam in te vigere credimus intelligentiam ſcripturarum, vt non ſolū paruulis frangere poſsis panem, ſed prouectis etiam cibū ſolidum miniſtrare, ac nodos ſoluere difficilium quæſtionum. Verum, quoniam in primatu Apoſtolorum principis Ap. ſedis magiſteriū recognoſcens ad eam credis maiores cauſas eccleſiæ referendas, conſultationib. tuis, quas non ob cōmodum vtilitatis terrenæ, cū non ciuilem contineant quæſtionem, ſed animarum profectum; vt videlicet in lucem prodeant obſcura ſcripturæ, nouimus te mouiſſe, libenter; quod nobis inſpirat dominus reſpondemus. Quæſiſti ſiquidem, quis formam verborum, quam ipſe Chriſtus expreſsit, cum in corpus, & ſanguinem ſuum panem tranſubſtantiauit, & vinum: illud in canone miſſæ, quo eccleſia vtitur generalis, adiecerit, quod nullus euāgeliſtarum legitur expreſsiſſe. Cū enim in euangelio ſic legatur; accipiens calicem, gratias agens benedixit, & dedit diſcipulis ſuis dicens, bibite ex hoc omnes, hic eſt n. ſanguis meus noui teſtamenti; qui pro vobis, & multis alijs fundetur in remiſsionem peccatorum. in canone miſſæ ſermo ille, videlicet, myſterium fidei verbis ipſius interpoſitus inuenitur. Vnde, cum euāgeliſta Chriſtū hoc dixiſſe teſtetur, moueris non modicum, & miraris, quod aliquis aſſeuerare tentauerit, cum aliquid plus dixiſſe, quam euangeliſtarum aliquis aſſeueret. Verum, ſi formam ipſius canonis inſpicias diligēter, præter hoc, de quo tua fraternitas requiſiuit, alia duo, videlicet eleuatis oculis in cælos, & æterni teſtamenti poteris in ipſo canone reperire; quæ in textu euangelico nō leguntur. Sane multa tam de verbis, quam factis dominicis inuenimus ab euāgeliſtis omiſſa, quæ Apoſtoli expreſsiſſe legūtur. ſuppleuiſſe verbo, vel facto. Paulus enim in actib. Apoſtolorū ſic ait. meminiſſe nos oportet verbi domini Ieſu, quoniā ipſe dixit, beatius eſt magis dare, quam accipere; hoc nullus euāgeliſtarum quattuor deſcripſit. nullus etiā eorūdem expreſsit, quod Paulus de Chriſto ad Corinthios ſcribēs ait: viſus eſt pluſquam quingentis fratrib. ſimul, deinde viſus eſt Iacobo, nouiſsime autem, tanquam abortiuo viſus eſt & mihi. Ipſi etiam euangeliſtæ inter ſe mutuo ſuppleuiſſe legūtur, quę ab eorum aliquo, vel ab aliquib. ſunt omiſſa. Vnde, cum tres euangeliſtę poſuerūt hoc eſt corpus meū: ſolus Lucas adiecit: quod pro vobis tradetur. & Matthęus, & Marcus dicant: pro multis: Lucas dicit: pro vobis: Matthęus autem: in remiſsionem peccatorū iniunxit. Cęterū ſea, quę adduntur in canone miſſæ; poſſunt ex alijs locis euāgelij comprobari. Ioannes enim ſuſcitationem Lazari deſcripturus, Ieſum ſurſum oculos leuaſſe aſſerit, & dixiſſe: pater gratias ago, quoniam audiſti me: alibi etiam idem dixit: hæc locutus eſt Ieſus, & ſubleuatis oculis in cælum dixit, pater clarifica filium tuū. Si tunc igitur oculos in cælum leuauit ad patrem, cum ad corpus exanime anima Lazari reuocabatur; probabilius eſſe videtur, quod tunc oculos leuauerit ad patrem in cælis, † cum panem, & vinum in corpus, & ſanguinē proprium commutauit. Ceterū, ſicut ſuperius eſt expreſſum, cum in textu euangelico noui teſtamenti ponatur, hic interponitur, & æterni. nam vetus teſtamentū, quod hircorum, & vitulorū fuit ſanguine dedicatū, temporalia promittebat, nouum autem, quod eſt Chriſti ſanguine cōſecratum, promittit æterna. & ideo teſtamentum illud fuit vetus, & tranſitorium, hoc autem nouum eſt, & æternum, quod, vt ſtatuit alia ratione, vnde nouum & vltimum eſſe deſcribitur, inde æternum, id eſt perpetuum cōprobatur. nouiſsimum etenim hominis teſtamentum immobile perſeuerat, quia teſtatoris obitu cōfirmatur. iuxta quod Apoſtolus, teſtamentum in morte aſſerit confirmatum: alioquin non valeret, dum vixerit, quod teſtatur. Præterea non ſolum ſcriptura, ſed & promiſsio dicitur teſtamētum, iuxta quod Apoſtolus ipſe ſcribit, ideo noui teſtamenti mediator eſt, vt remiſsionē accipiant, qui vocati ſunt

† celos forte

ſunt hereditatis æternę. Sic ergo intelligi debet, quod in ipſo canone reperitur: Hic eſt enim ſanguis meus noui teſtamenti, & æterni; nouæ, ac æternæ promiſsionis, ſ. confirmator, ſicut dominus repromittit. Qui manducat, inquiens, carnem meam, & ſanguinem meum bibit, habet vitam ęternam. Ex eo autem verbo, de quo mouit tua ſ. quæſtionem, videl. miniſterium † fidei, monumentum erroris quidam trahere putauerũt, dicentes, in ſacramento altaris non eſſe corpus Chriſti, & ſanguinis veritatem, ſed imaginem tantum, & ſpeciem, & figuram; pro eo, quod ſcriptura interdum commemorat, id, quod in altari ſuſcipitur, eſſe ſacramentum, & myſterium, & exemplum. ſed tales ex eo laqueum erroris incurrunt, quod nec auctoritatẽ ſcripturæ cõuenienter intelligunt, nec ſacramentũ ſuſcipiunt reuerenter; ſcripturas, & virtutem Dei pariter neſcientes. ſi enim ideo, quia figura eſt ſacramẽtum altaris, veritas eſſe negatur, ergo nec mors, nec reſurrectio Chriſti, cum figura ſit, veritas eſt credenda; ſiquidem mortem, & reſurrectionem Chriſti, ſimilitudinem, & imaginem eſſe Apoſtolus manifeſtat. Chriſtus inquiens mortuus pro delictis eſt, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram. Apoſtolor. etiã princeps Petrus, ſic in epiſtola ſua ſcribit, Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius. Sic ergo tam mors Chriſti, quam eius reſurrectio eſt exemplum, vt nos peccato mortui, iuſtitiæ viuamus. quare, ſi non fuerit veritas, quia fuit exemplum, ergo nec vere mortuus fuerit Chriſtus, nec vere a mortuis reſurrexit. ſed abſit a fidelium cordibus error ipſe, † cũ ipſe Propheta de Chriſto teſtetur: quod vere languores ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit: dicitur tamen myſterium fidei, quoniam & aliud cernitur, quam credatur. cernitur enim ſpecies panis, & vini, & creditur veritas carnis, & ſanguinis; ac virtus vnitatis, & caritatis. Quoniam autem myſterium fidei dicitur in hoc loco, alibi ſecundum Ioannem ſpiritus & vita narratur. Nã ſpiritus eſt myſterium, iuxta illud: littera occidit, ſpiritus autem viuificat; fides autem eſt vita, ſecundum quod legitur, iuſtus *meus* ex fide viuit; propter quod dominus ipſe dicit. Verba, quę locutus ſum vobis, ſpiritus, & vita ſunt. Diſtinguendum eſt tamen ſubtiliter inter tria, quæ ſunt in hoc ſacramento diſcreta, videlicet formam viſibilem, veritatem corporis, & virtutem ſpiritualem. forma eſt panis, & vini; veritas carnis, & ſanguinis; virtus vnitatis, & caritatis. primum eſt ſacramentum, & non res; ſecundum eſt ſacramẽtum, & res; tertium eſt res, & non ſacramentum ſed primum eſt ſacramentum geminæ rei; ſecundum vnius; tertium eſt geminę ſacramenti, & alterius res exiſtit. Credimus ergo, quod forma verborum, ſicut in canone reperitur, & a Chriſto Apoſtoli, & ab ipſis eorum acceperint ſucceſſores. nam, ſicut ſuperius eſt expreſſum, multa de verbis, & factis dominicis ab euangeliſtis omiſſa, & ſermonibus ſuppleuerũt Apoſtoli, & operibus expreſſerunt. Quæſiſti etiã, vtrũ aqua cum vino in ſanguinem conuertatur. ſuper hoc autem opiniones apud ſcholaſticos variantur, aliquibus enim videtur; quod, cum de latere Chriſti præcipue duo fluxerint ſacramenta, redemptionis in ſanguine, ac regenerationis in aqua; in illa duo vinum, & aqua, quæ commiſcentur in calice, diuina virtute mutantur, vt in hoc ſacramento plene ſint veritas, & figura. alij vero tenent, quod aqua cum vino transſubſtantiatur in ſanguinem, cum in vinum tranſeat mixta vino, licet phyſici contrarium aſſeuerent, qui aquam a vino per artificium poſſe aſſerunt ſeparari. Præterea poteſt dici, quod aqua non tranſit in ſanguinem, ſed remanet prioris vini accidentib. circumfuſa. ita quod vini ſaporem aſſumit; quod inde conuincitur, quia ſi poſt calicis cõſecrationem, aliud vinũ mittatur in calicem, illud quidem non tranſit in ſanguinem, nec ſanguini commiſcetur, ſed accidentibus prioris vini commixtum corpori, quod ſub eis latet, vndiq. circumfunditur, nõ madidans circunfuſum, ipſa tamen accidentia vinum appoſitum videntur afficere; quia ſi aqua ſupra fuerit appoſita, vini ſaporem aſſumit. Contingit igitur accidentia permutare ſubiectum, ſicut & ſubiectum contingit accidentia permutare. cedit quippe natura miraculo, & virtus ſupra conſuetudinem operatur, ſed nec incõueniens creditur, aut abſurdum, ſi aqua in corpore Chriſti eſſe credatur; cum legatur de ipſius latere proceſſiſſe. Illud autem eſt nefarium opinari, quod quidam dicere pręſumpſerunt, aquam videlicet in flegma conuerti. nam & a latere Chriſti non aquam, ſed humorem aquaticum mentiuntur exiſſe. nõ attendentes, quod de latere Chriſti duo ſacramenta fluxerunt; & quod non baptizantur in flegmate, ſed in aqua, iuxta quod dominus proteſtatur: niſi quis renatus fuerit ex aqua, & ſpiritu ſancto, non intrabit in regnum Dei.

† myſterium forte

† iſte Greg. 9

verum inter opiniones prædictas, illa probabilior iudicatur, quæ aſſerit, aquam cũ vino in ſanguinem transſmutari, vt expreſsius luceat proprietas ſacramenti. Nam cum aquæ multæ ſint populi multi, iuxta quod alibi legitur; beati, qui ſeminant ſuper aquas; ideo vino aqua vnitur, vt Chriſto populus adunetur. per hoc enim quod & ſuſcepit ipſe de noſtro, & accepimus ipſi de ſuo, tam inſolubili nexu coniungimur, vt quod eſt vnum cum patre per ineffabilem vnitatem, fiat vnum nobiſcum per admirabilem vnionem; ac per hoc ipſo communiter mediante cum patre vnũ efficimur. Pater, inquit, ſancte ſerua eos, quos dediſti mihi, vt ſint vnum, ſicut & nos. non pro his autem rogo tantum, ſed pro eis, qui credituri ſunt per verbum eorum in me; vt etiam ipſi in nobis vnum ſint, & mundus credat, quia tu me miſiſti. Tertio vero loco tua fraternitas requiſiuit, quis mutauerit, vel quando fuit mutatum, aut quare, quod in ſecreto beati Leonis, ſecundum quod antiquiores codices continent; videl. Annue nobis domine, vt animæ famuli tui Leonis hæc proſit oblatio. cum in moderniorib. ſacramentorijs habeatur. Annue nobis domine quæſumus, vt interceſsione beati Leonis hæc nobis proſit oblatio. ſuper quo tibi taliter reſpondemus; quod quis illud mutauerit, aut quando mutatum fuerit, ignoramus; ſcimus tamẽ, qua fuerit occaſione mutatum. quia cum ſacræ ſcripturæ dicat auctoritas, quod iniuriam facit martyri, qui orat pro martyre: idem eſt ratione conſimili de ſanctis alijs ſciendum: quia orationibus noſtris nõ indigent: pro eo quod, cum ſint perfecte beati, omnia eis ad vota ſuccedunt; ſed nos põtius eorum orationib. indigemus, quos, cũ miſeri ſimus, vndiq. mala noſtra perturbãt: vnde, quod in pleriſq. orationib. cõtinetur, proſit vid. vel proficiat huic ſancto, vel illi talis oblatio, ad gloriã, vel honorẽ; ita ſane debet intelligi, vt ad hoc proſit, quod magis, ac magis a fidelib. glorificetur in terris, aut etiã honoretur, licet pleriq. reputent nõ indignũ ſanctor. gloriam vſq. ad iudicium augmentari; & ideo eccleſiam interim ſane poſſe augmẽtum glorificationis eorum optare. Vtrum tamen in hoc articulo locum habeat illa diſtinctio, qua docetur, quod defunctor. alij ſunt valde boni, alij valde mali, alij mediocriter boni, alij mediocriter mali, vnde ſuffragia, quæ fiunt a fidelib. in eccleſia pro valde bonis, actiones ſunt gratiarum, pro valde malis conſolationes viuorum, expiationes vero pro mediocriter bonis, & propitiationes pro mediocriter malis, tua diſcretio inueſtiget. decetero tuis orationibus adiuuari petimus apud Deum.

Idem rectoribus Rom. fraternitatis. *Cap. 6.*

DE homine. & infrã. Quæſiuiſtis a nobis, quid de incauto presbytero videatur, qui ſe ſciens in mortali crimine conſtitutum, miſſarũ ſollemnia, quæ nõ poteſt propter neceſſitatem quam libet intermittere, pro ſui facinoris cõſciẽtia dubitat celebrare, artatuſq. grauiter e duobus, dum diuinum exequi myſterium metuit, ne populum illum expectãtem offendat, & corpus Chriſti perficere perhorreſcit; ne ſumens ipſum indigne, iudiciũ ſibi manducet, & bibat; peractis ceteris circũſtantijs miſſam celebrare ſe fingit, & ſuppreſsis verbis, quibus conficitur corpus Chriſti, panem, & vinum tantummodo purum ſumit; ita credens per id, quod prętendit, populo ſatisfacere; vt per id, quod intendit, Deum non debeat prouocare. Cum ergo falſa ſint abiicienda remedia, quæ ſunt veris periculis grauiora; licet is, qui pro ſui criminis cõſcientia, reputat ſe indignum, ab huiuſmodi ſacramẽto reuerenter debeat abſtinere, ac ideo peccet grauiter, ſi ſe ingerit irreuerenter ad illud; tamen grauius proculdubio videtur offendere, qui ſic fraudulenter illud præſumpſerit ſimulare; cum ille culpam vitando, dum facit in ſolius miſericordis domini manũ incidat, iſte vero culpam faciendo, dum viuat, non ſolum Deo, cui non veretur illudere, ſed in † populo, quem decepit, ſe aſtringat. c. 7. e. † in

Idem Ferrarien. Epiſcopo. *Cap. 7.*

IN quadam noſtra epiſtola decretali aſſeris, te legiſſe, illud eſſe nefarium opinari, quod quidam dicere præſumpſerunt, in ſacramento videl. Euchariſtiæ aquam in flegma conuerti. Nam & de latere Chriſti, non aquã, ſed humorem aquaticum mentiuntur exiſſe. licet autem hęc magnos, & authenticos viros ſenſiſſe recenſeas, quorum opinionem dictis, & ſcriptis hactenus es ſecutus; ex quo tamen in contrarium nos ſentimus, noſtræ compelleris ſententiæ conſentire. ſed verbum Ioannis Apoſtoli te multũ mouere fateris, d. cẽtis: tres ſunt, qui teſtimonium dant in terra, ſpiritus, aqua, & ſanguis, & hi tres vnum ſunt; quamuis hic vltimum in pleriſq. codicib. minime habeatur. quod dicis ſic exponi ab omnib. illos vid. eſſe vnum, id eſt de vna, & eadẽ re ſ. de humanitate Chriſti teſtari. porro ſi vera fuit aqua, quæ fluxit de latere Chriſti, & non hu- c. 8. e.

humani corporis humor, qualiter per illã probetur, quod Chriſtus ſit homo verus, non vides. Gloſſa namq. ſuper illũ locũ ſic ſe habet: ſpiritus .i. humana anima, quã emiſit in paſſione; aqua, & ſanguis, quæ fluxerũt de latere Chriſti, quod fieri non poſſet, ſi non haberet verã carnis naturã, ſic ergo tam ex textu, quã ex gloſſa proponis per illã aquam probari, quod Chriſtus ſit verus homo, & ideo ſi dicatur, quod illa non extitit vera aqua, ſed aquaticus humani corporis humor, tam expoſitoris, quã Apoſtoli verba intelligibilia tibi eſſe videntur; ſed dicto, quod fuerit vera aqua, ſicut nos credimus, & fatemur, nec iſta, nec illa ſufficienter intelligis. Vnde nobis humiliter ſupplicaſti, qua. ad generalem vtilitatẽ legentium, & nebulã de tuo corde tollendam, ſufficienter, & euidenter exponere dignaremur. Nos igitur ad tuę ſupp. inſtãtiã reſpõd. quod quidã dixerũt, ſed errauerunt, *[illegible]ã* Chriſtum nõ fuiſſe verũ Deũ, ſed a[illegible]mũ, vt miſeri Adriani. † Alij Chriſtũ nõ [illegible]e verũ hominem, ſed phantaſticũ, vt impij Manichæi; aduerſus has hæreſes, Ioannes Apoſtolus in epiſtola ſua loquitur dicens; tres ſunt, qui teſtimoniũ dant in cælo: pater, verbũ, & ſpiritus, & hi tres vnũ ſunt. per hoc intẽdens oſtẽdere, quod Chriſtus ſit verus Deus, vel tres, qui teſtimoniũ dant in terra; ſpiritus, aqua, & ſanguis. per hoc intẽdens oſtẽdere, quod Chriſtus ſit verus homo. nam ad eſſe hominis duo principaliter exigũtur, videl. corpus, & anima: ex quorũ coniunctione verus homo ſubſiſtit. Per hoc autem, quod in articulo mortis, Chriſtus inclinato capite tradidit ſpiritũ, de quo voce magna clamauerat. Pater in manus tuas cõmendo ſpiritum meũ. manifeſte probatur, quod ipſe ſpiritum habebat, non ſolũ vitalem flatũ, ſed animã quoq. rationalẽ, de qua prędixerat; triſtis eſt anima mea vſq. ad mortẽ, & poteſtatem habeo ponendi animã meã, & iterũ ſumẽdi eam. per hoc autẽ, quod vnus militũ lancea latus eius aperuit, & cõtinuo exiuit ſanguis, & aqua, probatur aperte, quod Chriſtus verũ corpus habebat. nam de phãtaſtico corpore, nec ſanguis, nec aqua potuiſſet exire; vnde ille, qui vidit, teſtimonium quidẽ perhibuit, & teſtimoniũ eius eſt verũ. Quod tres ſunt, qui teſtimoniũ dant in terra; ſpiritus, aqua, & ſanguis; quod videlicet Chriſtus ſit verus homo ex anima rationali ſubſiſtens, quod probatur ex eo, quod ſpiritũ vitalem emiſit ex vero corpore. quod inde probatur, quoniam ex eo ſanguis exiuit, & aqua. rationalis quippe anima non poſſet viuificare, niſi corpus humanũ, ex quib. verus homo cõſiſtit. Ceterũ, ſicut verus fuit ſpiritus, & verus ſanguis, ita proculdubio vera aqua; cũ Chriſtus ſit veritas, & a veritate omnis fallacia ſit penitus aliena. nã ſi nõ fuiſſet aqua, ſed flegma, quod de latere ſaluatoris exiuit, ille, qui vidit, & teſtimoniũ perhibuit veritati, profecto non aquã, ſed flegma dixiſſet, nec in hoc verũ regenerationis ſacramentũ fuiſſet oſtenſum; cũ per ſacramentum baptiſmi non regeneremur in flegmate, ſed in aqua; neq. per hoc poſſet probari argumento, quod in ſacramento Euchariſtię admiſcenda ſit aqua vino, ſi de latere Chriſti non aqua, ſed flegma cum ſanguine profluxiſſet; ſed nec vera fuiſſet figura, quę ſuper hac re proceſſit in veteri teſtamẽto; quãdo videlicet Moyſes virga percuſſit ſilicẽ, & ex ea quidẽ nõ flegma, ſed aqua manauit. Reſtat igitur, vt qualiſcũq. fuerit illa aqua, ſiue naturalis, ſiue miraculoſa, ſiue de nouo diuina virtute creata, ſiue de cõponẽtib. ex parte aliqua reſoluta: proculdubio vera fuit; cũ naturaliter poſſit, & cõpoſitũ in cõponentia, & elemẽtatũ in elemẽta reſolui. quẽadmodũ verus extitit ſudor ipſius, ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram. cũ ante compoſitionem humani corporis quattuor elemẽta concurrant, videl. terra, aqua, aër, & ignis; & ad vegetationem eiuſdem corporis quattuor humores conſimiles illis cõueniant, videlicet, ſanguis, & cholera, flegma, & melancholia, vt veritatem humani corporis expreſſius demõſtraret. vñ. † ex illis, & vnum ex iſtis Ioannes expreſſit, illaq. potius ex illis, & iſtis, quę magis miniſterio cõgruebant, ex elemẽtis aquã, & ex humorib. ſanguinẽ: in quib. duob. duo maxime ſacramenta redemptionis videl. & regenerationis elucerent.

† Ariani *Greg. 9* *† vnũ* *Greg. 9*

DE BAPTISMO, ET EIVS effectu. Tit. xxxiiij.

Idem. *Cap. 1.*

De bap. c. 3.

MAIORES eccleſiæ cauſas, pręſertim articulos fidei cõtingentes, ad Petri ſedem referendas, intelligit, qui eũ quærenti domino, quẽ diſcipuli dicerẽt ipſum eſſe, reſpõdiſſe notauit. Tu es filius Dei viui; & pro eo dominum exoraſſe ne deficiat fides eius. hæc igitur te notaſſe ſollicite, coniecimus euidenter; qui, vt hæreticos eccleſiam inpugnantes, melius noſtra munitus auctoritate repellas, quibuſdam quæſtionib. quas contra catholicos mouerant, nos poſtulas reſpondere. Aſſerant

runt enim paruulis inutiliter baptiſma conferri; quod nituntur tam ratione, quam auctoritate probare; illud primo, & præcipue inducentes, quod eſt ſecundū verbū Iacobi Apoſtoli dicētis in epiſtola ſua; caritas operit multitudinem peccatorum; & iuxta teſtimoniū veritatis in euāgelio de peccatrice, quæ ipſius pedes lauerat, perhibentis: dimiſſa ſunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum; nō niſi per caritatem, & in caritate crimina dimittantur; paruulis, qui nec ſentiunt, nec conſentiunt, & caritatem non habent, quæ ſentientibus, & conſentientibus tantū infunditur, peccatum non dimittitur in baptiſmo, & ſic eis baptiſma non confertur, quia nō eſt talib. cōferendum. In euangelio quoq. legitur, qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit; qui autem non crediderit, con. Vnde paruuli, ſiue fuerint, ſiue non fuerint baptizati, condemnabuntur, vt pote non credentes. Ad id autem taliter reſpondemus, quod baptiſma circuncifioni ſucceſsit. abſit enim vt in illam damnatam hæreſim incidamus, quæ perperā affirmabat, legem cum euangelio, circunciſionem cum baptiſmo ſeruandam, quoniam ſecundum Apoſtolum dicentem ad Galatas, ſi circuncidimini, Chriſtus vobis nihil prodeſt. cū ergo circunciſio tam adultis, quā paruulis ex præcepto domini conferretur, ne baptiſmus, qui ſucceſsit in loco ipſius, & generalior tamen exiſtit, non tam viri, quam feminę baptizentur, minoris videatur effectus, tam adultis eſt, quam paruulis conferendus. Nam ſicut olim ſine diſtinctione quælibet, Moſaica lex clamabat: anima cuius præputij caro circunciſa non fuerit, peribit de populo ſuo; ita nunc indiſtincte vox intonat euangelica; niſi quis renatus fuerit ex aqua, & ſpiritu ſancto, non intrabit in regnum Dei: ab hac generalitate, nec ſexum, nec ætatē excludens. Vnde, ſicut anima circunciſi de populo ſuo non peribat; ſic, qui ex aqua fuerit, & ſpiritu ſancto renatus, regni cęlorum introitum optinebit; Caute tamen adnotandum, quātum plus baptiſmus hodie conferat Chriſtianis, quā quondam Iudęis circunciſio contuliſſet, dictum eſt in fine prędictæ auctoritatis inductæ de veteri lege; peribit de populo ſuo: in euangelica vero veritate ſubiunctum eſt; nō introibit in regnum Dei. quoniam etſi originalis culpa remittebatur per circunciſionis myſterium, & damnationis periculū vitabatur; non tamen perueniebatur ad regnum cęlorū, quod vſq. ad mortē Chriſti fuit omnib. obſeratū, ſed per ſacramentū baptiſmi Chriſti ſanguine rubricati, culpa remittitur, vitatur periculum, & ad regnum cælorū etiā peruenitur, cuius ianuam Chriſti ſanguis fidelib. ſuis miſericorditer reſerauit. Abſit .n. vt vniuerſi paruuli pereant, quorum cotidie tanta multitudo moritur, quin & ipſis miſericors Deus, qui neminē vult perire, aliquod remediū procurauerit ad ſalutem. Ceterū ex vi litteræ ſatis patet, prædictas auctoritates intelligendas eſſe tantūmodo de adultis, qui habēt multitudinem peccatorum: cū de paruulis nō poſſent intelligi, qui prędicto tantū originali tenentur. ſimiliter etiam illa alia auctoritas ſoluenda eſt, qui crediderit, & baptizatus f. &c. cū nō poſsint credere paruuli, ſed adulti, & ob hoc tota auctoritas hęc intelligēda eſt, tantūmodo de adultis, nec ad alios prima, & ad alios ſecūda clauſula referatur. quāuis nō nulli concedant, quod paruuli credunt, non per vſum, ſed habitum fidei, quam ſuſcipiunt in baptiſmo, ſicut & alia multa verba, ſecundum cōmunem vſum loquendi, nō ad actū, ſed ad aptitudinē referuntur. Illud ergo quod opponentes inducūt, fidem, aut caritatem, aliaſq. virtutes paruulis, vt pote non cōſentientib. non infundi, a pleriſq. non conceditur abſolute; cū propter hoc inter doctores theologos quæſtio referatur, alijs aſſerentib. per virtutē baptiſmi paruulis quidem culpā remitti, ſed gratiam non conferri, nonnullis vero dicentib. & dimitti peccatū, & virtutes infundi, habētib. illas, quoad habitū, nō quoad vſum, donec peruenerint ad adultam ętatem. Verū quidā ex hac ſolutione inueniſſe ſe credunt viā ad alias quæſtiones; argumentantes ex eo, quod dicimus paruulis in baptiſmate peccatū originale dimitti, quod in adultis dormientib. vel amentib. peccatum, ſi baptizantur, ratione ſimili dimittatur. Cū enim neutri ſentiant tunc, vel conſentiant, dicunt idem in ſimilib. iudicandū. Hic vero dicimus diſtinguendum, quod peccatū eſt duplex, originale ſ. & actuale. originale, quod abſq. conſenſu contrahitur; & actuale, quod cōmittitur cum cōſenſu. Originale igitur, quod ſine conſenſu contrahitur, ſine conſenſu per vim remittitur ſacramenti; actuale vero quod cū conſenſu contrahitur, ſine conſenſu minime relaxatur. ſed adhuc quæritur, quare non ſaltem originale peccatum amentib. & dormientibus in baptiſmo, ſicut paruulis, dimittatur. Ad hoc eſt taliter reſpondendum: quod dominus, qui totum hominem ſanum fecit in ſab-

ſab-

ſabbato, opus inperfectionis non nouit; & ob hoc peccata non ex parte, ſed ex toto dimittit. Preterea pœnã originalis peccati, eſt carentia viſionis diuinæ: actualis vero pœna peccati eſt gehennæ perpetuæ cruciatus. Vnde ſi primum dimitteretur alicui, altero nõ dimiſſo, talis non careret viſione Dei, propter originale dimiſſum, & cruciaretur in gehenna perpetuo propter reatum criminis actualis. ſed hæc tamquam impoſsibilia ſe ſe minime patiuntur, immo ſibi mutuo aduerſantur. Interim vero quæritur, vtrum huiuſmodi dormientibus, & amentibus ſacramenti ſaltem character in baptiſmate inprimatur; vt excitati a ſomno, vel ab ægritudine liberati, non ſint denuo baptizandi. Sunt autem nõnulli, qui dicunt, quod ſacramenta, quæ per ſe ſortiuntur effectum, vt baptiſmus, & ordo, cæteraq. ſimilia non ſolum dormientibus, & amẽtibus, ſed inuitis etiam, & contradicentibus, etſi non quantum ad rem, quantum tamen ad characterem conferuntur. Cum non ſolũ paruuli, qui nõ conſentiunt, ſed ficti, qui quãuis non ore, corde tamen diſſentiunt, recipiũt ſacramentum. ſed opponitur talibus, quod qui fuiſſent inuiti, & reluctantes immerſi, ſaltem ratione ſacramenti ad iuriſdictionem eccleſiaſticam pertinerent. Vnde ad ſeruãdam regulam fidei Chriſtianæ forent rationabiliter compellendi. Verum id eſt religioni Chriſtianæ contrarium, vt ſemper inuitus, & penitus cõtradicens, ad recipiendã, & ſeruandam Chriſtianitatem aliquis compellatur. propter quod inter inuitũ, & inuitũ, coactũ, & coactũ alij non abſurde diſtingunt; quod is, qui terroribus abſq. ſupplicijs violenter attrahitur, vt ne detrimentum incurrat, baptiſmi ſuſcipiat ſacramentum; talis quidem, ſicut & is, qui ficte ad baptiſmum accedit, characterem ſuſcipit Chriſtianitatis impreſſum, & ipſe tamquã condicionaliter volens, licet abſolute non velit, cogendus eſt tamen ad obſeruationem fidei Chriſtianę. In quo caſu debet intelligi decretum illud concilij Toletani, vbi dicitur, quod, qui iampridem ad Chriſtianitatẽ coacti ſunt, ſicut factum eſt temporibus religioſiſsimi Principis Siſebuti, quia iam cõſtat eos ſacramẽtis diuinis aſſociatos, & baptiſmi gratiam ſuſcepiſſe, & chriſmate vnctos eſſe, & corporis domini extitiſſe participes, oportet, vt fidem etiam, quam neceſsitate ſuſceperũt, tenere cogantur: ne nomen domini blaſphemetur, & fides, quam ſuſceperint, vilis, ac cõtemptibilis habeatur. ille vero, qui nũquam conſentit, ſed penitus contradicit, nec rem, nec characterem ſuſcipit ſacramẽti; quia plus eſt expreſſe contradicere, quam minime conſentire; ſicut nec ille notam alicuius reatus incurrit, qui contradicens penitus, & reclamãs thurificare idolis cogitur violenter, dormientes autem, & amentes, ſi priuſquam amentiam incurrerent, aut dormirent, in contradictione perſtiterant, quia eis intelligitur contradictionis propoſitum perdurare, ſi fuerint ſic immerſi, characterem nec ſuſcipiunt ſacramenti. ſecus autem, ſi prius catechumini extitiſſent, & habuiſſent propoſitum baptizãdi. vnde tales in neceſsitatis articulo conſueuit eccleſia baptizare. Tunc ergo characterẽ ſacramentalis imprimit operatio, cũ obicem non inuenit obſiſtentem.

Idem Meten. Epiſcopo. *Cap. 2.*

DEBITVM officij paſtoralis exſoluis, cum dubijs iuris articulis reſponſo ſedis Apoſtolicæ poſtulas edoceri. Sane per tuas nobis litteras intimaſti; quod quidam Iudęus in mortis articulo conſtitutus, cum inter Iudæos tantum exiſteret, in aquam ſe ipſum immerſit dicendo, Ego baptizo me in nomine pa. & fi. & ſpi. ſan. nunc autem quæris, vtrũ ille Iudæus in deuotione Chriſtianę fidei perſeuerans debeat baptizari. Nos autem fraternitati tuæ taliter reſpondemus, quod cum inter baptizantem, & baptizatũ debeat eſſe diſcretio, ſicut ex verbis domini colligitur dicentis Apoſtolis, baptizate omnes gentes in nomine pa. & fi. & ſpi. ſan. memoratus Iudæus eſt ab alio baptizandus; vt oſtendatur, quod alius eſt, qui baptizatur, & alius, qui baptizat. ad quod etiam deſignandum ipſe Chriſtus, nõ a ſe ipſo, ſed a Ioanne baptizari voluit; quamuis ſi talis continuo deceſiſſet, ad patriam protinus euolaſſet, per ſacramẽti fidem; quippe, & ſi non propter fidei ſacramentum in baptiſmo, illa quippe ſpiritualis generatio celebratur, de qua veritas ait, oportet vos naſci denuo; quia niſi quis renatus fuerit ex aqua, & ſp. ſ. non introibit in regnum cælorũ: ſicut in carnali generatione, qua proles ex viro, & femina naſcitur, alius eſt, qui carnaliter gignit, & alius, qui carnaliter gignitur, ſic & in ſacramentali generatione,

qua ſoboles ex aqua & ſ. ſancto renaſcitur: alius debet eſſe, qui ſpiritualiter generet, & alius, qui ſpiritualiter generetur. Sane cũ corpus exterius, ſiue cor interius baptizatur, oportet, vt vtrobiq. paternitas, & filiatio valeant inueniri, quib. baptizatus, & baptizans adinuicem referantur.

Idem Nidroſien. Archiepiſcopo. *Cap.* 3.

c.5.e. NON vt apponeres tibi ſcientiam, ſicut credimus, ſed vt per oraculum verbi noſtri tuorum ignorantiam ſubditorũ melius erudires, Apoſtolicum tibi reſpõſum fieri poſtulaſti; vtrum paruuli ſint pro Chriſtianis habendi, quos in articulo mortis cõſtitutos propter aquæ penuriam, & abſentiã ſacerdotis, aliquorum ſimplicitas in caput, ac pectus, ac inter ſcapulas pro baptiſmo ſaliuæ conſperſione liniuit. Cum igitur in baptiſmo duo ſemper, videlicet verbum, & elementum, neceſſario requirantur, iuxta quod veritas de verbo ait. euntes in mundum vniuerſum, baptizate omnes gentes in nomine pat. & f. & ſ. ſ. eademq. dicat de elemento, niſi quis renatus fuerit ex aqua, & ſpiritu ſancto nõ introibit in regnum cęlorum; dubitare non debes, illos verum non habere baptiſmum, in quib. non ſolum vtrumq. prędictorum, ſed eorum alterum eſt omiſſum.

DE OBSERVANTIA IEIVNIORUM. Tit. xxxv.

Idem clericis ſancti Petri, & Magdalen. Cap. 1.

De obſ. ieiu. c. 1. EX parte veſtra fuit quæſitum a nobis, vtrum ſi natiuitatem domini, vel aſſumptionem beatæ Mariæ, vel feſtiuitatem alicuius Apoſtolorum in ſecunda feria cõtigerit euenire, die ſabbati præcedenti vigilia debeat ieiunari, & vtrum beati Mathiæ Apoſtoli vigilia ſit ieiuniũ iniungendũ. Ad quod breuiter duximus reſpondendum; quod die ſabbati feſtiuitates prælibatas ſecundæ ferię præcedenti, & beatę Mathię Apoſtoli debet vigilia ieiunari.

Idem Braccharen. Epiſcopo. *Cap.* 2.

c.1.e. CONSILIVM noſtrum ſuper quibuſdam articulis requiſiſti, vtrum in omnib. ſit Apoſtolorum vigilijs ieiunandum, cũ quidam aſſerant non eſſe ieiunandum in omnib. ſed ſex tantũ. vtrum etiã ieiunandũ ſit in aduentu domini, cum tamen ſentiant diuerſi diuerſa, quibuſdam dicẽtibus, ſed paucioribus ieiunandum eſſe tunc temporis, plurib. vero ſe aſſerentib. ad hæc non teneri: vtrum inſuper ſi feſtum illorum, quorum vigilias ieiunamus, ſecunda contingat feria celebrari, in pręcedenti ſabbato ſint vigiliæ ieiunandæ. Nos autem ſuper hoc taliter reſpondemus, quod apud nos omnium Apoſtolorum vigiliæ in obſeruatione ieiunij celebrantur, præter vigilias Apoſtolorũ Philippi, & Iacobi, & beati Ioannis euangeliſtæ. quoniam illorum feſtiuitas infra ſollemnitatem paſchalem, iſtius autem infra natalem domini celebratur. Ieiunium etiam apud nos in aduentu domini agitur, & ſanctorum vigilias, quorum feſtiuitates oportet ſecũda feria celebrari, ieiunamus in ſabbato præcedenti. de feſtiuitate vero beati Bartholomæi Apoſtoli, de cuius celebratione dubietas oritur apud quoſdam, tibi petenti conſilium reſpondemus; quod in hoc tuæ regionis conſuetudinem ſerues. & infra. Cum autem, quæ ſit illis pænitentia iniungenda quæſieris, qui diebus quadrageſimalibus, tempore illo, quo tantæ famis inedia ingruebat, quod magna pars populi propter inopiam annonæ periret, carnes comedere ſunt coacti; tibi breuiter reſpõdemus, quod in articulo tali illos nõ credimus puniendos, quos tam vrgens neceſsitas excuſauit. preces tamen domino pro illis, & cum illis, ne ipſis aliquatenus imputetur; quia bonarum mentium eſt, ibi timere culpam, vbi culpa minime reperitur; effundas. Itẽ de illis, qui in ſabbato iuxta terrarum conſuetudinem aliarũ, propter debilitatem, quam in ſe ſentiunt, carnes ſumunt, quod in partibus tuis nullatenus fieri conſueuit; cum hoc ab alijs moleſte feratur, & oriatur in illis occaſio detrahendi; tale tibi damus reſponſum, quod ſuper hoc tuæ conſuetudinem regionis facias obſeruari. ſic tamen, quod debilibus, & infirmis propter hoc periculum non emergat. Prӕterea poſtulaſti reſponſum habere de illis, qui in quadrageſima, vel in alijs ieiunijs ſollemnibus infirmantur, & petunt ſibi eſum carnium indulgeri, quorũ quidam promittunt propter hoc eleemoſynam ſe facturos, quidam vero propter neceſsitatem infirmitatis vrgentis hoc a te ſibi, quaſi ex debito cõcedendi requirunt: ſuper quo tibi duximus reſpondendũ, quod cum nõn ſubiaceat legi neceſsitas, deſideriũ infirmorum, cũ vrgens neceſsitas exigit, ſupportare potes, & debes; vt maius in eis periculum euitetur.

DE PVRIFICATIONE POST partum. Tit. xxxvj.

Idem

Idem Armacanen. Epiſcopo. *Cap. vn.*

De puri. poſt par. c.vn. VOLENS fraternitas tua per reſponſionem Ap. edoceri, humiliter a nobis expetijt, vtrum mulieres poſt partũ ſtatim debeant eccleſias ingredi, vel ab earũ ingreſſu per dies aliquot abſtinere. Licet autem ſecundum legem Moſaicam, certi dies determinati fuiſſent, quibus mulieres poſt partum a templi ceſſarent ingreſſu; quia tamen lex per Moyſen data eſt; gratia, & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt: nos ſanctorum patrũ veſtigijs inhærentes, taliter duximus reſpõdendum, quod poſtquam vmbra legis euanuit, & illuxit veritas euangelij, ſi mulieres poſt prolem enixam acturæ gratias, eccleſiam intrare voluerint; nulla proinde peccati mole grauãtur, nec eccleſiarum aditus eſt eis aliquatenus denegandus. ne pœnam illis in culpam conuertere videamur; ſi tamen ex veneratione voluerint aliquamdiu abſtinere, deuotionem earum non credimus inprobandam.

DE CENSIBVS, EXACTIONIBVS, & procurationibus. Tit. xxxvij.

Idem Abbati & conuentui Bellevillæ. *Cap. 1.*

De cenſi. c.16. QVANTO creatori noſtro ſub religionis habitu aſtricti eſtis deuotius famulari, tanto ſollicitius vos conuenit prouidere, ne per moderationis grauitatem aliquatenus poſſit in vobis monaſtici profectus ordinis impediri. Accepimus autem vobis ſignificantibus, quod ab ipſo domus fundationis veſtræ primordio, de fundatoris voluntate proceſſit, vt fratribus ſancti Irenæi, procurationem vnam annis ſingulis liberaliter exhiberet, cum terras, vel redditus non teneatis, ab eis. propter quod huiuſmodi procuratio ipſis debeat exhiberi. Verum tunc temporis propter fratrum, & ſeruientium paucitatem, domũ veſtram exhibita procuratio non grauabat, cum fines leuium non excederet expenſarum; ſed nunc, cum ibi excreuit numerus ſeruitorum, & fratrum; quod ad faciendã procurationem, vix modo quattuor marchæ ſufficerent; quæ pro vna ſufficienter fieri cõſueuit. Vt igitur per Apoſtolicæ ſollicitudinis curam veſtris poſſit in parte iſta grauaminibus prouideri, auctoritate præſentium vobis indulgemus, ne vltra primam menſuram in procuratione ipſa ſitis vlterius prædictis fratribus obligati, ſed expenſis illis, quæ ſufficere cõſueuerant, ſint contenti, niſi forte facultates eccleſię in tantum excreuerint, quod ſine grauamine, ampliato fratrum numero, ad ſoluendum debitum procurandi, extendi poſſit quantitas expenſarum.

Idem Primicerio, & Clero Mediol. *Cap. 2.*

CVM inſtantia noſtra cotidiana ſit, ſecũdum debitum Apoſtolicæ ſeruitutis, omniũ eccleſiarum ſollicitudo continua; quotiens ipſarum negotijs promouendis nõ poſſumus perſonaliter inminere, per fratres noſtros eas expedire compellimur; quos a noſtro latere deſtinamus, illius exemplum in hac parte ſecuti, qui diſcipulis ſuis in mundũ vniuerſum tranſmiſsis, ipſe in medio terræ ſalutem perſonaliter operatus eſt. Hinc eſt, quod cum nuper di. f. B.tt. ſancti Petri ad vincula Card. Ap. ſe. Le. pro negotijs eccleſiæ in Lombardiam duximus deſtinandum, & is veſtram ciuitatẽ ingreſſus procurationes exigeret, quæ conſueuerant Ap. ſe. legatis, & nuntijs exhiberi; vos non attendentes, quod dicitur ab Apoſtolo; ſi vobis ſpiritualia ſeminauimus, non eſt magnum, ſi carnalia veſtra metamus, ne vos ad onus procurationis artaret, niſi a canonicis maioris eccleſiæ, ſe faceret ante procurari, ſe. Ap. appellaſtis, & ſicut idẽ Card. per ſuas nobis litteras intimauit, in alijs etiã non modicum iniurioſi fuiſtis, propter quod dil. fi Præpoſitus S. Nazarij, & A. canonicus S. Stephani ſyndici, & procuratores veſtri, cũ Abbate S. Vincentij ad ſe. Ap. venientes, vt ſuper his ſtatueremus ordinem, & menſuram ex parte veſtra ſuppliciter poſtulabant. Licet autem pro eo, quod prędicto Card. vel potius nobis in ipſo contumaciter reſiſtentes, iuxta verbũ dominicũ, qui vos recipit, me recipit, & qui vos ſpernit, me ſpernit, neceſſaria denegaſtis, nõ pro nobis, ſed cõtra nos potius meruerint exaudiri; quia tamen paternã affectionẽ, qua nobis eſt perpetuũ de Rom. ſe. clementia miſereri ſemper, & parcere offenſis, etiã deponere non valemus: de con. f. n. t. in huiuſmodi duximus reſpondendũ; quod cũ omnes eccleſiæ legatis, & nũtijs Ap. ſe. teneantur impendere procurationes; ab earũ præſtatione, nullũ prorſus habere volum⁹ excuſatũ, niſi forte per ſpeciale priuilegiũ ſe. Ap. quod nõ credimus, ſit exẽptus; etſi lõgiſsimo tẽpore procurationis obſequiũ nõ impẽderit; cũ in talib. pręſcriptio ſibi locũ nequeat vindicare, cũ nos a prouiſione paſtoralis ſollicitudinis circa oẽs eccleſias nũquam omnino ceſſemus. Sane in his exigendis eũ modũ, & ordinem volumus obſeruari, vt nulla eccleſia, vel prçlatus, ſe indebite pręgrauari rationabiliter cõqueratur. c.17.

Si

Si vero de communi collecta legatorum, & nuntiorum noſtrorum expenſas duxeritis faciendas, quod vobis non duximus inhibendum; ex hoc nobis, & noſtris nullum præiudicium volumus generari; quominus poſsint a quocumq. maluerint procurationes ſibi debitas poſtulare; ita quod ſi exactus vltra ſuã grauatus fuerit facultatem, ſibi ab alijs reſtauretur, nuntijs tamen noſtris in neceſſarijs exhibendis pareat, quicumq. fuerit humiliter requiſitus, & honeſte; ita tamen, quod in fraudem nihil penitus, nec per communes miniſtros procurationis obſequium, ſi noluerint recipere, compellantur. Qui vero contumaciter eis duxerit reſiſtendum, prorſus ap. re. per diſtrictionem eccleſiaſticam compellantur.

† Zamorineñ. ‡ hs. al. c.

Idem Zamorineñ. † & Salamantiñ Epiſcopis. c. 3.

EX parte ve. f. n. Compoſtell. Archiepiſcopi fuit propoſitum coram nobis, quod cũ ij, qui vota beati Iacobi cõtinue perſoluerũt, ad communem terræ ſuæ menſuram, cũ qua videlicet emunt, & vendunt, ipſa perſoluerint hactenus, & perſoluant; quidam, qui a longis retro temporibus ab eorum ſolutione ceſſarunt, nunc per vos Ap. ſe. auctoritate ad ſolutionem eorundem coacti, quandam menſurã paruiſsimam, & ignotam, nec etiam communibus vſibus deputatam exhibent, & ad eandem vota prædicta ſoluere noluntur. Vnde poſtulaſtis a nobis, vt ſuper hoc vos certos reddere dignaremur; vtrum ij, qui mẽſuram ignotam exhibent, ad ſoluendum vota prædicta ſint ad communem ſuæ terræ menſuram, ſecundum quod illi, qui ea perſoluerũt continue, ſint cogendi. Cum ergo non conſtet, ad quam menſuram anteceſſores eorum prædicta vota ſoluerunt, credimus diſtinguendum, vtrũ habitatores regionis ipſius, qui ea continue perſoluerunt, ad vnã, & eandem menſuram huiuſmodi vota perſoluant, an ad varias, & diuerſas. Si enim communiter omnes vna, & eadem menſura in ſolutione votorum vtuntur, ad eandem, & illi ſoluere ſunt cogendi. quod ſi ſolutio per menſuras diſtinguitur varias, & diuerſas, & illi volunt ſoluere ad minorem, non ſunt vtiq. compellendi, vt ad maiorem perſoluant, quoniam cum huiuſmodi vota gratuita fuerint ab initio, benignius ſunt a viris eccleſiaſticis exigenda, ne tamquam exactores nimium videãtur lucris temporalibus inhiare.

Idem Cæſarauguſtiñ. Epiſcopo. *Cap. 4.*

CVM olim ad aures noſtras tuam querimoniam deſtinaſſes; quod te dil. fi. Abbas ſancti Ioannis Præiaceñ. † quartis decimarũ, quas in eccleſijs de Luna; † & de Tauſt debes percipere, multipliciter defraudaret. & infra. His, & alijs, quę coram prædictis iudicibus, & coram nobis fuere propoſita, plenius intellectis cum nobis plena fides facta fuerit, quod eccleſiæ ſæpedictæ in tua ſint diœceſi conſtitutæ, non ſolum per alia, verum etiam per hoc ipſum, quod inſtrumentis compoſitionum continetur expreſſe, vt Abbas tibi tam de quarta decimarum, quam de ceteris Epiſcopalib. rationibus debeat reſpondere, de con. f. n. Abbatem Pręmateñ. † ad integrã ſolutionem, quam te omnium decimarum in illis factis deductionibus, & ad pręſtationem procurationum, & aliorum Epiſcopalium iurium in prædictis eccleſijs condemnamus. Licet enim ex forma ſecundæ compoſitionis deductiones eſſent aliquæ faciendæ; quia tamen compoſitionem idem Abbas nullatenus approbauit, ſed illudit multipliciter inpugnare; ex ea non debuit beneficium conſequi, cui renuntiaſſe tacite videbatur. A bonũ erat præterea, vt negaret illam eccleſiam in tua diœceſi cõſtitutam, ſuper qua inſtrumenta prædeceſſoris tui oſtendebat in iure, monaſterio fuiſſe conceſſa, per quæ ius Epiſcopale petebat expreſſe.

c. 19. e. † Pinnateñ. forte † al. Luna

† Pinnateñ. forte.

Idem Spoletano Epiſcopo. *Cap. 5.*

OLIM cauſam, quam aduerſus clericos plebis Rupinę ſuper ſynodatico proponebas ve. f. n. Tudertino Epiſcopo, & dil. f. Abbati S Petri montis Martan. cõmiſimus terminãdam, coram quib. fuit ex parte tua propoſitũ, quod cum idem clerici olim præd. tuis tres in feſto natiuitatis, & tres in feſto reſurrectionis dominicæ pro ſynodatico ſoluerint denarios Papieñ. nunc tantum tres Luc. pro ſingulis denarijs Papieñ. perſoluebãt; cũ duo Papieñ. valeant ſex Luceñ. vnde petebas eos ad Papienſium ſolutionem noſtra pro eovid. auctoritate compelli; cũ etſi tu Luceñ. ipſos primo anno receperis, ſemper tamen poſtmodum ius tuum fueris proteſtatus. Verum pars clericorum propoſuit ex aduerſo; quod etſi aliquando prędeceſſoribus tuis denarij Papieñ. pro ſynodatico fuerint perſoluti, tam a xlv. annis, & infra. Nos igitur Iacobo tuo, & Ioanni presbytero aduerſæ partis procuratoribus dilect. fi. n. P. baſilicæ xij. Apoſtolorum presbyterum Cardinal. conceſimus auditorem, quibus coram eo nil volentibus, aut

c. 20. e.

aut valentib. de nouo proponere; quoniam fuerat renuntiatum vtrimq. cum ipſe geſta omnia in noſtrã, & fratrum noſtrorum præſentia retuliſſet; intelleximus per teſtes tuos fuiſſe probatum, quod tempore bo. me. Lotarij prædeceſſoris tui, & etiã poſt deceſſum ipſius denarij Papien. fuerãt pro ſynodatico perſoluti, & exinde tres Lucen. quorum duo valebant v. de ijs, qui hoc tẽpore ſunt in vſu, aliquamdiu fuiſſent exhibiti, & quia a tempore Lotarij xxxiij. vel xxxiiij. aut xxxv. annorum ſpatium eſt elapſum; dicta etiam teſtium partis aduerſæ inſpeximus, per quos voluit comprobare, quod a xl. annis, & infra tres Luc. vel tres medaliæ in ſynodaticum ſolutæ fuerint pro ſingulis Papien. cum Papien. fuiſſent antea perſoluti. Confeſſus quoq. fuerat aduocatus ipſius partis in iure, ac eius confeſſio in ſcriptis redacta, nec correcta, vel reuocata per clericos ſupradictos, quod ijdem clerici Henrici, & Lotarij prædec. tuorum temporibus, tres Papien. pro ſynodatico ſoluerent bis in anno, & exinde pro ſingulis Papien. tres Luc. Cum igitur conſtet nobis ad plenum per teſtes vtriuſq. partis, quod Papien. olim pro ſynodatico ſoluebantur, quod ex eo etiam ſeruebatur, quod L. ix. ſoluti ſunt poſtmodum pro eiſdem, cum ex dictis teſtiũ tuorũ, & confeſſione aduocati alterius partis non reuocata, poſtmodum appareat euidenter, quod tẽpore Lotarij pro ſynodatico Papien. fuit moneta ſoluta; cum ex vtriuſq. partis atteſtationib. habeatur, quod a tempore Lotarij non niſi xxxvj. annorum ad plus tẽpus effluxerit, & per teſtes tuos ſit legitime comprobatum, quod tres Lucen. qui pro vno Papien. poſt mortem Lotarij ſoluebantur, v. vel ſex valebãt ex illis, qui hodie ſunt in vſu, intelligentes ex hoc, quod per monetæ declinationem accideret, vt vſq. ad tempus tuum Lucen. dati fuerint pro ſynodatico, ſicut erãt in vſu; de conſilio fratrum noſtrorum procuratorem aduerſæ partis nomine clericorum plebis prædictæ, tibi ad ſolutionem denariorum Papien. vel æſtimationis eorundem pro ſynodatico per diffinitiuam ſententiam condemnamus.

Idem Priori ſancti Stephani. *Cap. 6.*

c. 21. c. CVM M. ve. f. n. Phanen. Epiſcopus, & tu in noſtra eſſetis præſentia cõſtituti, & de quæſtione, quæ inter vos ſuper eccleſia ſancti Stephani Phanen. vertebatur, velletis ad inuicem litigare, dil. f. I. tt. ſanctæ Priſcæ presbyterum Card. & I. ſanctæ Mariæ in Coſmedin diaconum Card. vobis conceſſimus auditores, coram quibus allegando opponere curauiſtis, quod, cum prædicta eccleſia ſancti Stephani quarundam monialium, quæ in ea videbantur ſub religionis habitu conuerſari, malitia faciente, fuerit fere ad deſolationem redacta, illas bo. m. Cato Phanen. Epiſcopus auctoritate fe. re. Eugenij Papæ præ. n. ab eccleſia memorata remouit, & canonicos in ipſa inſtituit regulares, ſtatuens, vt ordo canonicus perpetuis in ea temporibus debeat obſeruari; & eam ab omni exactione tam ſua, quã ſucceſſorum ſuorum, & Phan. eccleſiæ prorſus abſoluit, retento ſibi, & eccleſiæ ſuæ vno cereo trium librarum ab ea annis ſingulis exſoluendo, & infra. Nos autem, cũ dicti Card. ea, quæ audierãt, nobis fideliter retuliſſent, dicto inſtrumẽto diligenter inſpecto, re vera cognouimus, quod prælatus Epiſcopus ſpallas, quas ab eadem eccleſia tam ipſe, quã prædeceſſores ſui recipere conſueuerant, eccleſiæ præfatæ remiſit; & ſtatuit, quod aliud ſeruitium ei non imponeret ſibi, & eccleſiæ ſuæ annuatim, trium librarum cereo penſionis nomine reſeruato. Quia vero viſitationi annexa eſt procuratio, cum nemo ſuis ſtipendijs debeat militare, nec os bouis alligandum ſit triturantis, & Epiſcopus ratione ſpiritualis iuriſdictionis, quam habet in ea, teneatur cauſa correctionis præfatam eccleſiam viſitare, nec intelligatur quaſi nouum imponi, quod ab ipſa fundatione de communi fuerat iure impoſitum, de cõ. f. n. decernimus; quod idem Epiſcopus, cum ad ipſam eccleſiam cauſa correctionis acceſſerit, moderatam ab eo procurationem accipiat bis in anno, ſed nihil aliud, præter penſionem, & procurationes præſcriptas idem Epiſcopus ab eadem eccleſia exigere, vel extorquere præſumat.

Idem. *Cap. 7.*

c. 22. c. SVPER eo, quod f. t. nos conſulere voluit, vt quia tota fere prouincia Compoſtell. de nouo eſt ad iuriſdictionem eccleſiæ tuæ conuerſa, qualiter tibi prouinciam, vel partem prouinciæ viſitanti obſequi debeat, & ſeruire; nec non & in procurationib. prouidere, te inſtruere dignaremur; f. t. duximus reſpondendum; quod illud obſeruare tenetur, quod in vicinis prouincijs obſeruatur.

NE

NE CLERICI, VEL MONACHI ſ[ecularibus] negotijs ſe inmiſceant. T. xxxviij.

Idem magiſtro, & fratribus militiæ templi in Italia conſtitutis. *Cap. 1.*

De iudi. c. 16.

CVM deputati ſitis obſequio Ieſu Chriſti, qui cum iuſtus ſit, iuſtitiam diligit, & æquitatem conſpicit vultus eius; indemnitatib. veſtris paterna tenemur ſollicitudine prouidere; ne pro eo, quod operib. pietatis intenditis, læſionem in veſtra iuſtitia ſubeatis. Accepimus ſiquidem, quod quidam tam ſæculares, quam eccleſiaſtici iudices in Italia illos, quos habetis in veſtris domib. præceptores, in cauſis ad proſequendam ſuam iuſtitiam non admittant, tanquam licitum non ſit eis ſuper litigioſis negotijs curam gerere, qui pacificis decreuerunt ſtudijs inhærere. illud allegãtes in repulſionem ipſorum, quod eorum ipſis generatio nõ eſt nota, qui vndecumq. locorum venerint, gratia diuina vocati, dum laudabiliter exequuntur officiũ ſui ordinis, ex ſuperhabundanti requiritur ſuæ notio nationis. Ea propter dil. f. in Chriſto, veſtris poſtulationib. annuentes, ne quis in proſecutione cauſarum præceptores eoſdẽ ab agendo, & reſpondendo ſuper huiuſmodi occaſione repellat, auctoritate præſentium inhibemus.

Idem Spoletan. Epiſcopo. *Cap. 2.*

De pœnis. c. 9.

SVAM ad nos G. & A. Rectores clericorum plebanatus ſancti Fortunati querimoniam tranſmiſerũt; quod cũ tibi eſſent in xl. libris per quoddã arbitriũ condẽnati, eſſetq. ipſis pœna xxx. librarum, appoſita, niſi prętaxatas libras xl. tibi ſoluerent in termino conſtituto; tandem xxxiij. in ipſo termino perſolutis, occaſione ſeptem reſiduarũ librarum a nobis quaſdam litteras veritate tacita inpetraſti, quibus optinuiſti eos in præfatis xxx. lib. tibi per dil. f. Paulum ſubd. noſtrum delegatum iudicem condemnari. quia igitur te non decet in tantum pontificalis modeſtię obliuiſci; vt inhoneſtis quæſtib. anhelando, deſideres cum aliena iactura ditari: f. t. per A. ſ. m. quatenus prædictarum librarum ſolutione contentus, ſuper pœna xxx. lib. memoratos rectores decetero non præſumas moleſtare. ſicut per di. f. n. G. ſancti Nicolai in carcere Tulliano diaconum Card. fuit ſententialiter diffinitum.

Idem Compoſtel. Archiepiſcopo. *Cap. 3.*

EX parte tua fuit propoſitum coram nobis; quod quidã canonici regulares, vt ſe forte in iure peritos valeant demonſtrare, ac extra clauſtrum materiam habeant euagandi, non ſolum in eccleſiaſticis verum etiam in forenſibus cauſis præſumunt aduocati officiũ exercere; cumq. obijciatur eiſdem; quod iuxta canonicas ſanctiones non debent eſſe forenſis, vel eccleſiaſtici negotij ſuſceptores, vel executores etiam, niſi forte id monaſterij expoſcat vtilitas, Abbate nihilominus imperante; ipſi ad ſuam proponunt inſolentiam excuſandam; quod capitulum illud, per quod prę dicta prohiberi videntur, de monachis, nõ de canonicis regularib. loquitur maniſeſte. Vnde nos conſulere voluiſti, vtrum tales ſint ad patrocinium admittendi. Ad quod diſ. t. t. reſpondemus; quod idem iudicium de canonicis regularibus, quod de monachis, quantũ ad ſupradicta credimus obſeruandum, licet de monachis in canone ſpecialiter ſit expreſſum. De poſtulatio. c. 2.

LIBER

LIBER QVARTVS

DE SPONSALIBVS, ET MATRIMONIIS. TIT. I.

Idem Ferent. Epõ. *Cap.1.*

De ſpõſal.c.22.

SICVT ex litteris tuę fraternitatis accepimus, cum L. parochianus tuus P. mulierem ſe in coniugẽ ducturũ, in manus patris eiuſdẽ P. iurantis quod eam ipſi traderet in vxorẽ, proprio iuramento firmarit, nec per virum ſteterit, ſed per mulierem potius, quominus inter eos matrimonialis ſollemnitas ſit ſecuta, iiij. poſtmodum, vel quinq. annis elapſis, idem L. E. per verba de præſenti, vt eius conſanguinei aſſerũt, deſpõſauit. propter quod frater prædictæ P. ſuam depoſuit in tua præſentia quæſtionem. Quia vero quid ſuper his agendum ſit, noſtro reſponſo poſtulas edoceri; fraternitati tuæ reſpondemus, quod ſi tibi conſtiterit, quod idem L. P. mulierem per verba de futuro, E. vero per verba deſponſauerat de præſenti, impoſita ei pænitentia competenti, quia primam fidem irritam fecit, niſi forſan in iuramento ſuo certũ terminũ, infra quẽ dictam P. duceret in vxorem, præfixit; nec per eum ſteterit, quin ad ſtatutum terminũ matrimoniũ cõſumauerit; ſecundum contractum legitimum iudices, & ad illud ſeruandũ eũ, ſi opus fuerit, per cen. ecc. eccleſiaſtica diſtrictione cõpellas, niſi forſan aliud quid obſtiterit, quod ipſum debeat impedire. Quod ſi forte per verba de futuro ſponſalia cum vtraq. contraxit, iuramentũ primum, ſicut licite factum eſt, ipſum ſeruare compellas, & de ſecundo ei pænitentia iniungatur. Quod ſi de his tibi non conſtet ad plenum, tamdiu adhuc cognoſcas de cauſa, donec ſuper his ſufficiẽtius inſtruaris. Quod enim in atteſtationibus, quas ad ſe. Ap. deſtinaſti, de cõpaternitate habetur, non facit ad cauſam; cũ neutra contrahentium ſit illa perſona, qua mediante inter parentes eorum compaternitas eſt contracta.

Idem Marſicano Epiſcopo. *Cap.2.* Non ponitur.

SIGNIFICASTI nobis per litteras tuas, quod, cum B. vir O. mulierem prius carnaliter cognitã deſponſaſſet, & eam poſtmodum nõ cognouit, immo ipſa ad partes alias transeunte, ſibi aliam copulauit, ex qua filios, & filias iã ſuſcepit. Vnde, quia eadẽ O. ad te reuerſa, vel virũ ipſum ſibi reſtitui poſtulat, vel alij dari licentiã cõtrahendi; & tu quid ſuper his fieri debeat, nſis quæris litteris edoceri, fraternitati tuę taliter reſpõdemus; quod ſi dictus vir eã per verba de præſenti deſponſauit, ad eã cogendus eſt de iure redire. Quod ſi forſan in deſponſatione ipſius verbis vſus eſt de futuro; impoſita vtiq. pænitẽtia de fide mentita, mulieri eiſdẽ nubendi, cui voluerit in dño, tribuas liberã facultatem.

Idem Arelateñ. Archiepõ. *Cap.3.*

CVM apud ſedẽ Ap. cui licet immeriti præſidemus, totius eccleſiaſticæ diſciplinæ reſideat magiſtratus; dignum, & conſonũ eſt rationi; vt quotiens circa negotia varia & diuerſa, quidquid dubitationis emerſerit, ad ipſius iudiciũ recurratur; quæ diſponente dño inter oẽs eccleſias optinere meruit principatũ. ſane cõſuluiſti per nuntios, & litteras tuas, vtrũ mutus, & ſurdus alicui poſsit matrimonialiter copulari. Ad quod f. tuæ t. reſpondemus; quod cũ prohibitoriũ ſit edictũ de matrimonio contrahendo; vt quicumq. non prohibetur per conſequentiã admittatur, & ſufficiat ad matrimonium ſolus conſenſus eorum, de quor. quarumcumq. † coniunctionib. agitur, videtur, quod ſi talis velit contrahere, ſibi nõ poſsit, vel debeat denegari: quod cum verbis non poteſt, ſignis valeat declarare. c.23.eõ

† quarumq. forte.

Idem Epõ. Vercelleñ. *Cap 4.*

DILECTVS fi. R. miles Alexãdrinus propoſuit corã nobis, quod Opizoni Lancarueda Rufinã filiã ſuã matrimonialtier copulauit, ignorãs, quod Opizo eſſet furioſus. Vnde humiliter poſtulauit a nobis, vt tã eidẽ, quam c.24.eod

ipſius filiæ conſulere dignaremur; cũ eadem mulier cum ipſo viro, qui continuo furore laborat, morari non poſsit, & propter alienationem furoris legitimus nõ potuit interuenire conſenſus. Quo circa f.t. per A. ſ. m. qua. inquiſita plenius veritate, ſi rẽ noueris ita eſſe, præfatas perſonas cures ſub. ap. diffugio ab inuicem ſeparare.

Idem Epiſcopo Bricieñ. Cap.5.

c. 25. a. TVAE fraternitatis. & infra. Poſtulaſti inſuper edoceri, vtrum ex ſolis verbis, & ex quibus matrimonium contrahatur; cum ab aliquib. dubitetur ſpirituale cõtrahi ſolis verbis. Nos igitur inquiſitioni tuæ t. reſpondemus; quod matrimonium in veritate contrahitur per legitimum viri, & mulieris conſenſum, ſed neceſſaria ſunt, quantum ad eccleſiam verba conſenſum exprimentia de præſenti. Nam & muti poſſunt contrahere matrimonium per conſenſum mutuũ ſine verbis, & pueri, & ante annos legitimos per verba ſola non contrahunt, cum intelligantur minime conſentire.

DE DESPONSATIONE IMPVberum. Tit.ij.

Idem Corrado, & Petro quondam filijs Malebranca. Cap.1.

De deſpon. imp. c. 1j. AD diſſoluendum, quod factum fuerat inter I. filium nobilis viri L. & S. filiam quondam M. ſuper matrimonio contrahendo in noſtra, & f.n. præſentia fuit ex parte veſtra propoſitum; quod cum dicta puella nondum ad ſeptennium perueniſſet, cum ipſa nec matrimonium contrahi, nec ſponſalia potuerunt; defuit etiam conſanguineorũ aſſenſus, qui præcipue ſunt in talibus requirendi. quod ſi & ætas ſufficiens extitiſſet, & conſanguineorum extitiſſet aſſenſus, perſonę tamen non ſunt legitimæ ad matrimonium contrahendum, linea conſanguinitatis obſtante. accuſatione vero ſuper conſanguinitate propoſita, & tam ex parte iuuenis, quam ex parte puellæ conſanguinitatis gradibus computatis, cum eam vellet idoneis teſtibus comprobare, præfatus L. multas exceptiones propoſuit, per quas nitebatur vos ab accuſatione multipliciter remouere. Cumq. ſuper exceptionibus ipſis fuiſſet vtrimq. diutius diſputatum; auditis, & intellectis quæcumq. fuerint hinc inde propoſita, de con. fratrum n. interloquendo pronuntiauimus inter dictos iuuenem, & puellam, nec matrimonium, nec ſponſalia fuiſſe contracta, cũ conſtet puellam nõdum ad ſeptennium perueniſſe. Quo circa nec accuſatio locum habebat, cum non eſſet, quod legitime poſſet accuſari. denuntiari tamen poterat conſanguinitas, vt interdiceretur matrimonium contrahendum. ad denuntiationem ergo legitime probandam feſtum omnium ſanctorum proximo venturũ pro termino aſsignamus, ſaluis exceptionib. non ſolum propoſitis, ſed etiam proponendis. Ne vero quidquam interim in puellam attemptetur, auctoritate Ap. interdicimus firmiter, vt in ipſo negotio de nouo non procedatur vlterius; donec, vel a denuntiatione ceſſetur, vel denuntiatione probata, ordine iudiciario procedatur; quod ſi contra interdictum noſtrum in præiudicium ipſius aliquid fuerit attemptatum, illud irritum eſſe decernimus, & inane, & viribus omnino carere.

Idem Epiſcopo Albertadeñ. Cap.2.

TVAE nobis exhibitæ litteræ continebant, quod quidam vir nobilis ſuam filiam circiter xij. annos habentem cuidam viro nobili deſponſauit, qui ſubarrauit eandem conſenſu mutuo accedente; ſed nuptijs aliquantulum prorogatis, pater puellæ viam vniuerſę carnis eſt ingreſſus. eo autem rebus humanis exempto, puellæ auunculus ſupradictæ, ipſam alteri matrimonio copulauit; & ille, qui prius deſponſauerat eandem, cum ipſius matre contraxit. Tuus autem prędeceſſor attendens, quod cum ea non poterat permanere, cuius filiam legitime deſponſarat, inter eos ſententiã diuortij promulgauit. Poſt modum vero mortuo viro ſecundo, qui ſupradictam puellam duxerat in vxorem, ipſa ſe tertio copulauit illo viuente, qui prius deſpõſauerat eandem. Ceterum tam ipſa, quam vir idem te duxerunt humiliter conſulendum, vtrum licite valeant commorari. Tu vero deliberatione habita reſpondiſti, quod ſponſo primo viuente alteri non potuit legitime copulari. ſed quia tua eccleſia poſtulauit, vt ſuper hoc Ap. ſe. conſilio, †procedere diſtuliſti, nobis humiliter ſupplicans, vt ſuper hoc tibi reſcribere dignaremur. Quia vero ſuper ea, quæ ſuperius ſunt expreſſa, nobis nõ potuit pro certo cõſtare, cuius ętatis eſſet puella, cũ pri-

e. alt. a.

† conſulere
ſcribo

primo viro extitit deſponſata; cum dicatur, quod circiter xij. annos habebat, vtrum ne prudentia tunc in illa ſuppleret ætatem. ſ. t. t. reſpondemus, quod ſi puella tunc nubilis erat ætatis, & inter eam, & primum virum legitimus interuenit de præſenti conſenſus, abſq. dubio inter eos erat legitimum matrimonium cõtractum; etſi carnalis commixtio non fuerit ſubſecuta. Si vero puella nubilis non erat ætatis, cum ſæpefatus vir deſponſauit eandem, & ętatem in ea prudentia nõ ſupplebat, proculdubio inter eos non coniugiũ, ſed ſponſalia cõtracta ſunt, quamuis ab ipſo viro eadem puella fuerit ſubarrata. Quo circa, ſi iuxta primum modum matrimonium cum illo contraxit, eo viuente non potuit rite cum alio fœdus contrahere coniugale. Quod ſi iuxta modum ſecundum ſponſalia ſolummodo contracta fuerunt; coniugium, quod inter illam, & alium extitit celebratũ, debet reputari legitimum, dummodo aliud canonicum non obſiſtat.

DE SPONSA DVORVM. Tit. iij.

Idem Mutiñ. Epiſcopo. Cap. vn.

De ſpõ. duor. c. vlt.

TVAS dudum. &c. De conſuetudine, quæ diu in Mutiñ. optinuit ciuitate, vt ſi quis iuraret aliquam, & citra carnis copulam deſponſaſſet, ſi conſequenter deſponſaſſet aliam, & etiam cognouiſſet, primo cognita adiudicaretur viro, non quæ prius extitit deſpõſata, & infra. Ne vero turpis ſit pars, quæ ſuo non congruit vniuerſo, & eccleſia Mutiñ. teneat humiliter, & obſeruet, quod beati Petri ſedem, & ſuam metropolim ſequi viderit; & docere. in matrimonijs de cetero contrahendis, illud te volumus obſeruare, vt poſtquam inter legitimas perſonas conſenſus legitimus interuenit de prę ſenti, qui ſufficit in talibus iuxta canonicas ſanctiones, etſi ſolus defuerit, cetera etiam cũ ipſo coitu celebrata fruſtrantur, etſi perſonæ iunctæ legitime cum alijs poſtea de facto cõtrahant, quod prius de iure factum fuerit, nõ poterit irritari.

DE CONDICIONIBVS APPOSITIS in deſponſationibus. Tit. iiij.

Idem Marſicano Epiſcopo. Cap. vn.

De cõd. appo. c. 6.

PER tuas nobis litteras intimaſti; quod cum in pręſentia tua quædã mulier Pacifica nomine quendã nomine Nicolaũ poſtularet in virũ, aſſerens inter ſe mutuũ de pręſenti cõſenſum, & carnalẽ copulam acceſſiſſe; vir ipſe, quamuis contracta ſponſalia, & carnis copulam non negaret, aſſerebat ſe tamen illam in vxorem ducere nõ teneri; quia ſponſalia inter ipſos ſub hac fuerant condicione contracta, ſi videl. pater eius, & patruus ſponſalib. conſentirent, ſed ipſi quam cito nouerint, & ſponſo contradixerint, & ſponſæ; quod idem vir idoneis nitebatur teſtibus cõprobare. Verum mulier replicabat, quod licet fides præſtita fuerit ab vtroq. ſub condicione præſcripta, non tamen ſibi fuerat a patre viri, vel patruo aliquando contradictum, & ante tempus contradictionis expreſſum a teſtib. & poſt illud dicebat inter ſe carnalem copulam acceſſiſſe. addebat præterea, quod licet a principio cõdicionaliter cõtraxiſſent, temporis tamen proceſſu ſine condicionis adiectione pure in matrimonium conſenſerunt; & hoc aſſerebat ſe teſtib. probaturam. Receptis itaq. teſtibus partis vtriuſq. cum atteſtationes mulieris coram te, præſentibus duob. examinatorib. faceres publicari; teſtes ipſi dixerunt, quod dicta, quę legebantur, nõ dixerant, & quæ depoſuerant, ſcripta non erant, ſed ab vno examinator. tunc cõtra eos fuit fortiter obuiatum, & ob hoc mulier poſtulabat, vt ijdem teſtes, vel alij ſuper eiſdem capitulis iterum audirentur. Tu autem hac nouitate commotus ſequentem diem partib. præfixiſti, quib. in tua præſentia conſtitutis, omnes examinatores conuocari iuſiſti, ſub interminatione anathematis illos obteſtans, vt dicerent, ſi eſſent illæ veræ atteſtationes, quib. obuiauerant teſtes. qui continuo alias atteſtationes in medium produxerunt, quib. cum per aduocatum viri fuiſſet obiectum, ſicut prioribus fuerat atteſtationibus obuiatum, poſt allegationes multiplices, ſecundæ atteſtationes a partib. admiſſæ fuerunt; & cum atteſtationibus viri poſtea publicatæ. porro mulier illi pręcipue articulo inſiſtebat, quod ante renuntiationem ſponſalium, & poſt idem vir carnaliter eam cognouerat, & ex ea filiam procrearat; quod proprio nitebatur oſtendere iuramento. Quia vero ſuper his opiniones non ſolum varias, ſed contrarias accepiſti, ad magiſtratum ſe-

 dis

ſedis Apoſtolicæ recurrens humiliter poſtulaſti, quid ſentiendum ſit in talibus edoceri. Nos autem inſpectis atteſtationibus admiſsis a partibus, quas nobis tuis miſiſti litteris intro cluſas, conſultationi tuæ taliter reſpõdemus, quod cum liquido conſtet per confeſsionem tam viri, quam mulieris, quod poſt contracta ſponſalia carnalis eſt inter eos copula ſubſecuta; pro matrimonio, quod præſumendum eſt vehementer, quia videtur a condicione interpoſita receſiſſe. Nam etſi probatum ſit vtrimq. per teſtes, quod poſtquam pater, & patruus viri contradixere ſponſalibus, idem mulierem illam carnali commixtione cognouit, non eſt tamen aliquo modo probatum, quod antequam ipſe cognouiſſet eandem, pater eius, & patruus contradicere curauiſſent.

QVI VOVENTES MATRIMOnium contrahere poſſunt. Tit. v.

† Vlyſbonen̄. ſcribo. Quicle. vel vou. c. vi.

Idem Vlixbulen̄. † & Colimbrien̄. Epis. Cap. vii.

INSINVANTE I. nobili muliere noſtro eſt Apoſtolatui relatum, quod dudum puella in annis teneris conſtituta, M. Sancij accepit in virum, qui ab inimicis crucis Chriſti fuit paulo poſt tempore interfectus; poſt cuius obitum a quibuſdam curialib. fuit Regi Legion̄. pro relictę copula ſupplicatũ. Quod cum ad conſanguineorum eius notitiam peruenisſet, vt maritum acciperet, ei ſub atteſtatione Regia ſuggeſſerunt. Ipſa vero quod tunc nollet nubere proteſtante, cõſilium accepit ab eis, quod votum emitteret caſtitatis: hoc autem in manibus cuiuſdam de fratrib. ſancti Auguſtini eo fecit adiecto tenore; vt in domo propria, cum omni ſua ſubſtantia remaneret. Sane in eiuſdem ordinis habitum biennio poſt remanſit, licet id ſe inuitam feciſſe aſſerat, & coactam, tam metu Regio, quã parentũ. poſt hæc eidem Regi, quod fecerat, indicauit, quod approbans vetuit, ne quis ea nolente domum intraret ipſius, vel exinde aliquid aſportaret. Interim vero tempore modico elabente, P. curialis Regias litteras ſecum portans, & F. Fernandi dictæ mulieris domum intrantes, vt ipſe P. vi ſaltem eam duceret in vxorem, acceperunt ab ipſa; quod ſi eam idem P. duceret in vxorem, ipſius manibus interiret. Poſt hęc vero dimiſsis domo, & omnibus, quę habebat in domo cuiuſdam Iudæi per tres, in eccleſia vero ſanctæ Marię de Vuciga per ſex ſtatuit ſeptimanas, ita quod exinde propter neceſsitates humanas etiam egredi nõ auderet. tandem ſe coactam videns, & omnibus deſtitutam, & attendens nihilominus, quod inuita votum emiſit; eo dimiſſo, de parentum conſilio P. Michaëlis publice fuerit matrimonialiter copulata; de qua quattuor ſuſtulit filios tempore procedente. Verum quia ſalutem animæ deſiderat omnibus ante ferre; ac metuens, quod huiuſmodi coniunctio licita non exiſtat, quid ſuper his teneri debeat, edoceri reſponſo noſtro ſuppliciter poſtulauit. Nos ergo attendentes, quod in emiſsione voti, quæ pręceſsit, nulla, vel modica coactio adfuiſſet, quam patientia, & perſeuerantia ſequentis temporis penitus profugauit; & quod ſequens coniunctio potius iniqua fuit, & violenter extorta: f. v. per A. ſ. m. qua. inquiſita diligentius veritate, ſi præmiſſis veritas ſuffragatur, præfatam feminam ad male dimiſſum religionis habitum reſumendum, & reſeruandum, quod vouit, monere, ac inducere procuretis; etſi opus fuerit, per cen. ec. coercere.

DE EO, QVI DVXIT IN MAtrimonium eam, quam prius polluit per adulterium. Tit. vj.

Idem Capitulo Spoletano. Cap. 1.

SIGNIFICASTIS nobis per litteras veſtras, quod cũm P. ciuis Spolatenus quandam mulierem duxiſſet legitime in vxorem; ea relicta cuidam meretrici adhæſit; & cum ab eius contubernio ad torum non poſſet legitimum reuocari, vos in eum excommunionis ſententiam protuliſtis. Verum, cũ medio tempore vxor ipſius eſſet viam vniuerſæ carnis ingreſſa; meretricem, cui adhæſerat, deſponſauit; propter quod a nobis requiritis, quid ſit vobis in hoc articulo faciendum. Nos igitur inquiſitioni veſtræ ſecundum formam canonicam reſpõdentes, diſ. v. per A. ſ. m. qua. niſi alter corũ in mortem defunctæ vxoris fuerit machinatus, vel ea viuente ſibi fidem dederint de matrimonio contrahendo; matrimonium illud legitimum iudices, excommunicato munus abſolutionis, ſi petierit, iuxta formam eccleſiæ impenſurus. De eo, qui duxit. c. 6.

Idem

Idem Meſſan. capitulo. *Cap. 2.*

c.7. VENIENS ad præſentiam noſtram G. laicus lator præſentium humili nobis inſinuatione monſtrauit; quod cum olim in ciuitate Lemouicen. quandam ſibi matrimonialiter copulaſſet, & per bienniũ cohabitaſſet eidẽ, ab ea demum animi leuitate receſsit; cumq. per ſæculum euagâdo, Meſſanam aduenerit, ibidem M. mulierem inſciam penitus, quod idem G. aliam haberet vxorem, ſibi ſollemniter copulauit, ex qua duos filios dinoſcitur ſuſcepiſſe. Verum, cum eidem in pænitentia fuiſſet iniunctũ, vt ad legitimam rediret vxorem, & ipſe propter hoc in ſuam patriam rediſſet, vxorem ſuam inueniens carnis debita perſoluiſſe, ad Meſſanam rediit ciuitatem, & ſupradictæ M. tamquam legitimæ cohabitauit vxori. nunc autem impoſitam ſibi pro priori exceſſu pænitentiam agens; humiliter, & deuote cohabitandi eidem M. a nobis licentiam poſtulauit. Licet autem præfatus G. viuente legitima coniuge prædictam M. ſibi copulare nequiuerit in vxorem, quia tamen vxore defuncta, vtpote a lege ipſius ſolutus, in eandem M. de nouo potuit matrimonialiter conſentire; dum modo non præſtiterit fidem adulteræ, vel machinatus fuerit in mortem vxoris: mandamus qua. ſi præmiſsis veritas ſuffragatur, eundem G. vt ſupradictæ M. affectu adhæreat coniugali, ſub. cuius. cõtradict. & ap. ob. licentiam concedatis, non permittentes eundem ſuper hoc ab aliquibus indebite moleſtari.

DE CONIVGIO SERVORVM, ET impari condicione. Tit. vij.

Idem Rateburgen. Epiſcopo. *Cap. vn.*

De con. ſer. c. vl. AD noſtram noueris audientiam perueniſſe, quod dil. f. n. G. tt. ſanctæ Mariæ trans Tiberim presbyter Card. Ap. ſe. Legatus dil. filium nobilem virum R. militem a muliere quadam propter condicionis ſeparauit errorem. Ideoq. fr. t. per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus inquiras ſuper his diligentius veritatem, et ſi tibi conſtiterit, quod miles ipſe ignoranter contraxerit cum ancilla, ita quod poſtquam intellexerit condicionem ipſius, nec facto, nec verbo conſenſerit in eandem, propter quod a Card. eodem ab eius fuerit conſortio ſeparatus, contrahendi cum alia liberam concedas auctoritate Ap. facultatem.

DE COGNATIONE SPIRITVALI. Tit. viij.

Idem Epiſcopo Linconien. & Decano de Huntedune. *Cap. 1.*

VENIENS ad Ap. ſe. E. Anglicus natione, nobis expoſuit, quod cum olim in adoleſcentia conſtitutus mulieri cuidam adhæſiſſet, quam quidam alius ante cognouerat, de conſilio matris ſuæ factum eſt, vt eadem mulier filium, quem de alia ſoluta ipſe ſuſceperat, de ſacro fonte leuaret, ad ſuſpicionem, & infamiam vtriuſq. delendam. Deinde vero cum in eius amorem vehementius exarderet, abſq. conſilio amicorum eam clanculo deſponſauit. Cumq. prolem ex ea procreare non poſſet, & increpationes a patre ſuo grauiſsimas ſuſtineret, quod eam deſponſando deliquerat, reuoluens in animo, ipſa dimiſſa cauſa orationis Hieroſolymam eſt profectus. Verum cum idem rediens de partibus tranſmarinis prolem eam ſuſcepiſſe de alio inueniſſet, ei noluit adhærere, ſed propter adulterium, quod commiſiſſe taliter videbatur, ea omnino dimiſſa, ad longinquam ſe transferens regionem, & ad Egubin. tandem veniens ciuitatem, quandam ibidem cũ terra competenti, & dote decenti ſibi matrimonialiter copulauit, de qua prolem ſe confeſſus eſt ſuſcepiſſe. Ea propter f. v. per A. ſ. m. qua. ſuper his diligentius inquiratis veritatem, etſi primam mulierem prædicti viri filium de ſacro fonte leuaſſe conſtiterit, antequam eam deſponſaſſet in vxorem, inter eos diuortium ap. poſtpoſita celebrantes, rei proceſſum nobis per litteras veſtras fideliter exponatis, vt an cum ſecunda legitime valeat commorari, veritate cognita decernere valeamus. (De cog. ſpi. c. 6.)

Idem magiſtro S. de Melun canonico Herefronden.† Cap. 2. († Hereforden. forte c. 1.)

TVA nos duxit diſcretio conſulendos, an natus ante compaternitatem filiam compatris ſui, vel commatris procedente tempore ſibi poſsit matrimonialiter copulare. etſi cũ ea contraxerit, & plurib. annis ſimul permãſerint, an poſtea debeant ſeparari. quæſiuiſti etiam, an conſcij talis matrimonij teneantur

fal. illū illud† in publico accuſare. ſuper quo diſ. t. duximus reſpondendum, quod huiuſmodi perſonæ matrimonium non poſſunt cõtrahere; etſi contraxerint, de iuris rigore poſſunt ad inuicem ſeparari, & qui contractũ ſciuerunt, debent illud eccleſiæ nuntiare.

DE EO, QVI COGNOVIT CONſanguineam vxoris ſuæ, vel ſponſę. T. ix.

Idem Præpoſito S. Mariæ Madeburgeñ. *Cap. 1.*

De eo, qui cog. c. 6. DISCRETIONEM tua in domino commendamus, quod in ijs, quæ dubia reputas, vel obſcura, ſe. conſulis Ap. vt in eis procedas auctoritate ipſius decetero. Sane in audiẽtia noſtra fuit ex parte tua propoſitum, quod quidam cum muliere quadam legitime per verba de pręſenti contraxit, quã poſtmodum a ſe incognitam cuidam conſanguineo ſuo tradidit in quantum potuit renitentem. Ille vero cum ipſa licet inuita matrimonia ſollemnia celebrauit; ſed mulier quam citius fuit reddita libertati, aufugit ab eo, & ſe priori viro reſtitui cum inſtantia poſtulauit. Nos igitur inquiſitioni tuæ t. reſpondemus, quod & viro pro tam turpi facinore, quamuis grauis eſt pænitentia iniungenda, & mulier ipſa propter publicam honeſtatem eſt commonenda ſollicite; vt nec primum repetat, cuius cõſanguineus eam licet inuitam cognouit, nec redeat ad ſecundũ, cui non poteſt propter reatum adulterij commiſceri; ſed in continentia maneat, donec prior fuerit viã vniuerſæ carnis ingreſſus. Quod ſi forſan ad id induci nequiuerit, vir prior cogatur redire ad ipſam, & maritali eam affectione tractare; cũ adulterium ei non poſſit obicere, qui eam adulterãdam tradidit, præſertim inuitam. Nã etſi ſecundum euangelicam veritatem numquam, niſi propter fornicationis cauſam, aut vir vxorem, aut vxor poſſit dimittere virum; non tamen ſemper propter cauſam eandem, vel vxor virum, vel vir dimittere poteſt vxorem; cum poſſit exceptione, vel replicatione legitima impediri. ſed nec affinitas, quæ poſt contractum legitime matrimonium inter virum, & vxorem inique contrahitur, ei debet obici, quæ huius iniquitatis particeps nõ exiſtit; cum ſuo iure non debeat ſine culpa ſua priuari. quamquam a quodam prædeceſſore noſtro dicatur in ſimili caſu fuiſſe diſtinctũ, vtrum videlicet adulterium, vel inceſtus, manifeſtum fuerit, an occultum, alijs aſſerentib. inter gradum proximum, vel remotum eſſe potius diſtinguendum.

Idem Biſuntino Archiepiſcopo. *Cap. 2.*

FRATERNITATI tuę ſuper trib. c. 7. e. capitulis ſedem Ap. conſulenti, ad cuius conſilium eſt in rebus dubijs a cunctis fidelibus recurrendum, ſcriptis pręſentibus reſpondemus; in primo diuortij ſententiam approbantes, quam in eum canonice promulgaſti, qui illam ſibi poſtea copulare præſumpſit, cuius antea ſororem adhuc ſeptennem contractis ſponſalibus extraordinaria libidine noſcitur polluiſſe.

Idem Epiſcopo Gradeñ. *Cap. 3.*

EX litteris tuæ fraternitatis accepimus, & c. 8. e. G. lator earundem nobis aperta confeſsione monſtrauit, quod matrem cuiuſdam puellæ, quam infra nubiles annos deſponſauerat in vxorem, carnaliter cognouit, & poſtmodum carnali commixtione puellam tractauit adulteram. Vnde ipſius viri animę prouid. ri humiliter poſtulaſti; vtrum mulieri ad ſecundas nuptias ipſo viuente liceat conuolare, cum hoc factum publicum, & notoriũ habeatur. Nos autem eidem viro pænitentiam iniungi fecimus pro peccato, conſultationi tuæ taliter reſpondentes; quod ſi ita res ſe habet, eis adinuicem ſeparatis, mulier alteri viro non nubat, ſi poſtquam nouit viri, & matris delictum ei non erubuit commiſceri, vir etiam, & mater mulieris numquam debent ad alias nuptias conuolare, ſed ſemper continentiam ſeruare tenentur, & enorme deflere delictum, quod ex tam nefanda libidine contraxerunt, præſertim, ſi circa perſonas huiuſmodi de lapſu carnis minime timeatur.

Idem Epiſcopo Galburgeñ. *Cap. 4.*

VENIENS ad Ap ſe C. laicus lator c. 9. e. præſentium humili nobis confeſsione monſtrauit, quod cũ olim tempore infantię ſuę, de conſilio amicorum, quandam puellam ſe ducturum iurauerit in vxorem, quam cito ad legitimam perueniſſet ætatem, pater puellæ conſideratione huiuſmodi fideiuſſorum obligatione hinc inde firmata, eũ in propria domo recepit, eum ſimul nutriens cum puella. Deinde vero ex conuerſatione diutina, totius domus familiaritatem adeptus, ſorori puellę, cui ſe iurauerat fore maritum, inſtinctu generis ſeductoris humani, carnaliter ſe coniunxit. adueniente autem ætate, quia, quod iurauerat poterat adimplere, amici ſui eius exceſſus ignari, pro adimplendo matrimonio inſtiterunt; qui conſcius eorũ, quæ fecerat, quibuſdam ex ipſis, quod cum ſorore puellæ cõmiſerat, enarrauit, ſed illis nequaquam credentib.

dentib. verbis eius, & grauiter increpantibus eum, ille illor. victus cõſilio, quam iurauerat, in vxorem accepit, & nuptijs celebratis, quã do ſe illi oportunitas ingerebat, cognoſcebat vtramq. Verum, licet ipſe in pręſentia tua ſuper hoc fuerit accuſatus, conuinci tamen nõ potuit, nec voluit ſuum confiteri delictum; nunc autem reuerſus ad cor, pœnitens de cõmiſsis, ſaluti ſuæ conſilium requirit impendi, ne tamquam equus, & mulus, quib. non eſt intellectus errare in animæ ſuę periculum videatur. Cum igitur non tantum a malo, ſed etiam ab omni ſpecie mali pręcipiat Apoſtolus abſtinere, f.t. per A.ſ.m. qua. prædicto C. pro huiuſmodi enormitatis exceſſu, iniuncta ei pænitentia competenti, conſulas ei, monens illũ ſalubriter, & inducens, vt de cetero abſtineat ab vtraque.

DE CONSANGVINITATE, ET affinitate, & publicę honeſtatis iuſtitia. T. x.

† Tyren forte — *Idem Archiepiſcopo, & Capitulo Titiren.* † *Cap.* 1.

De cõſ. & aff. c. 4. DE infidelib. ad fidem conuerſis nos conſulere voluiſti, vtrũ ſi ante cõuerſionem ſuam, ſecundum legis veteris inſtituta, vel traditiones ſuas circa gradus conſanguinitatis a canone denotatos coniuncti fuerint, ſeparari debeant poſt baptiſmum. ſuper hoc igitur deuotioni veſtrę duximus reſpondendum; quod matrimonium ſic ante conuerſionem contractum, non eſt poſt baptiſmi lauacrum ſeparandum; cum a Iudæis dominus requiſitus, ſi licet vxorem ex qualicumq. cauſa dimittere, ipſis reſpondit, quos Deus coniunxit, homo non ſeparet. per hoc innuens matrimonium eſſe inter eos.

Idem Roſanen. Archiepiſcopo. *Cap.* 2.

c. 5. e. QVOD ſuper ijs articulis, qui tibi aliquam dubitationem inducunt, noſtrum ducis conſilium requirendum, & ad ea exequenda, quæ officium poſtulant paſtorale, A p. ſe. procuras auxilium inuocare, ſollicitudinem tuam dignis in domino laudib. commendamus, & poſtulationibus tuis grato animo reſpondemus. ſignificaſti ſiquidem nobis, quod in diœceſi tua pater, & filius matrem, & filiã, duo cognati duas cognatas; auunculus, & nepos duas ſorores ducunt in coniuges; maritus, & vxor ſimul baptizant puerum alienũ. Quidam pręterea tuæ diœc. infra tertium, & ſeptimum gradum conſanguinitatis ſe contingentes adinuicem, matrimonium contrahunt; hoc ſibi licere de antiqua cõſuetudine aſſerentes. Super eo igitur, quod pater, & filius cum matre, & filia; duo cognati cũ duab. cognatis; auunculus, & nepos cum duab. ſororib. contrahunt matrimonia: taliter duximus reſpondendum; quod licet omnes conſanguinei viri ſint affines vxoris, & omnes cõſanguinei vxoris ſint viri affines; inter conſanguineos tamen viri, & cõſanguineos vxoris, ex eorundem ſ. viri, & vxoris coniugio, nulla prorſus affinitas eſt contracta, propter quam inter eos matrimonium debeat impediri. & infra. Item cum in ſacris canonib. gradus ſint conſanguinitatis diſtincti, & per eoſdem inhibitum, vt nullus infra ſeptimũ gradum ſe conſanguinitatis linea contingentem ſibi audeat matrimonium copulare; ne infra gradus eoſdem contrahant, debes publice inhibere, & præſumptores eccleſiaſtica diſtrictione punire, non obſtante cõſuetudine, quę dicenda eſt potius corruptela.

*Idem Epiſcopo Brien.** *Cap.* 3.

TVAE fraternitatis deuotio poſtulauit per ſe. A p. edoceri, vtrum is, qui cum ſorore legitimæ coniugis fornicatur, cum vxore poſſit poſtmodum commorari, & exigere debitum, ac ſoluere requiſitus, vel propter hoc debeat matrimonium ſeparari. Nos igitur inquiſitioni tuæ breuiter duximus reſpondendũ, quod, vt a commixtione viri abſtineat propter publicam honeſtatem, & in continentia maneat, donec vir viam vniuerſæ carnis ingreſſus fuerit, vxor diligentius eſt commonenda. Quod ſi forte cõmonitioni parere recuſans, talis fuerit, vt de lapſu timeatur ipſius; vir eius poterit, & debebit, tamen cum Dei timore, debitum ei ſoluere coniugale; cum affinitas poſt matrimonium inique contracta, illi nocere non debeat, quæ iniquitatis particeps non exiſtit. Vnde iure ſuo nõ debet ſine culpa priuari. De eo q cog. c. 10.

Idem Lundonen. Archiepiſcopo. *Cap.* 4.

TVAE diſcretionis prudentiam. & infra. Ceterum in quarta, quam nobis conſultationem feciſti, quid tibi faciendum exiſtat, de ijs, qui matrimonio iam cõtracto, ſoboleq. ſuſcepta in vj. cõſanguinitatis gradu inuenti fuerint ſe adinuicem attinere; taliter reſpondemus; quod cum Iudæis expedire, & diſsimulare poteris taliter copulatos, maxime qui diu pacifice conmanſerunt. Non ponitur.

DE INPOTENTIA COEVNDI. t. xj.

Idem Epiſcopo Altiſiodoren. *Cap vn.*

FRATERNITATIS tuæ litteras recepimus continentes, quod Odeardis mulier cuidam De frigid. c. 6.

viro matrimonialiter nupſit, cum quo per multos annos morata, non potuit carnaliter ab ipſo cognoſci; licet auté per Archipresbyterũ tuũ ſuper hoc fuiſſes edoctus, volens tamen ſuper hoc habere certitudinem pleniorem, quaſdam matronas ſuæ parochiæ prouidas, & honeſtas ad tuam præſentiam euocaſti, diſtricte illis iniungens ſub periculo animarum, vt mulierem ipſam prudenter inſpicerent, & perquirerent diligenter; vtrum idonea eſſet aduirile amplexus, quæ tandem in fide ſua tibi aſſeruere conſtanter, quod eadẽ mulier numquam poterat eſſe mater, aut cõiux, tanquam cui naturale deerat inſtrumentum. Vnde inter ipſam, & virum illum diuortium celebraſti, mulierem ipſam inducens, vt ad aliquam religionem ſe transferret perpetuam continentiam ſeruatura, viro autem licentiam tribuiſti, vt vxorem duceret in nomine domini, quia pater fieri cupiebat. Contigit autem poſtea, quod mulier eadẽ inuenit, qui ſeras huiuſmodi reſerauit; abiiciens continentiam, quam promiſit, & quæ annũ vnũ habuerat, W. latori præſentiũ ſupernupſit, pro quibus humiliter ſupplicaſti, vt cum eis miſericorditer ageremus. Quamuis igitur ſemiplene nobis expreſſeris, quomodo dicta mulier ſe promiſerit continentiam ſeruaturã, vtrum vid. ſimplici verbo, an voto ſollemni, vtrumue ad religionem tranſierit, vt promiſit, an contra promiſsionem in domo remanſerit; & qualiter ſeras illas fecerit reſerari, vtrum videl. artificio medici, an cõcubitu viri, ſeu alio quolibet modo. Nos vero perſpicaciter attendentes, quod impedimentum illud non erat perpetuum, quod præter diuinum miraculum per opus humanum abſq. corporali periculo potuit remoueri; ſententiam diuortij per errorem, licet probabilẽ nouimus eſſe prolatam, cũ pateat ex poſt facto, quod ipſa cognoſcibilis erat illi, cuius ſimili commiſcetur; & ideo inter primam mulierem, & primum virum dicimus matrimonium extitiſſe; quare inter ipſam, & præfatum W. matrimonium non eſſe cenſemus, eoſq. præcipimus abinuicem ſeparari; & ſi prædicta mulier ad religionem trãſiuit, ſicut aſſeritur promiſiſſe; primus vir, qui non cognouit eandẽ, cum ea remaneat, cum qua poſtmodum eccleſiæ auctori. contraxit, alioquin idem vir, dimiſſa ea, quam poſtea ſuperduxit, debet ad illam redire, cum qua primo contraxit, niſi ſe voto mulier illa conſtrinxerit ad continentiam obſeruandam; vt intelligantur per hoc cũ præfato W. fornicata fuiſſe, vel niſi ſe fornicario modo alij viro immiſcuerit, vt primus idem vir prætextu fornicationis, quam commiſerat, eius conſortium declinaret. Nam ſi tantum ſimplici verbo promiſit ſe continentiam ſeruaturam, & poſtea in conſpectu eccleſiæ nupſit memorato W. quamdiu articulus iſte dubitabilis erat, præſumi non debet, quod fornicaretur cum illo, ſed amodo non debet cũ illo aliquatenus remanere. Per hoc autem, quæſtionem illam noueris eſſe ſolutam, qua quæritur, vtrum ea, quæ adeo arta eſt, vt nulli poſsit carnaliter commiſceri, niſi per inciſionem, aut alio ſibi modo violentia inferatur, non ſolummodo leuis, ſed forte tã grauis, vt ex ea mortis periculum timeatur, ad matrimonium contrahendum debeat idonea perſuberi. ſimiliter illa, quæ viro, qui nupſerat, adeo arta eſt, vt numquam ab eo valeat deflorari, ſi ab eo per iudicium eccleſię ſeparata nubat alteri, cui arta non ſit, & per frequentem vſum ſecundi reddatur etiam apta primo. vtrum debeat ad eum redire, cum quo prius fœdus inierat cõiugale. de talibus autem non eſt facile iudicandum, cum finale iudicium pendeat ex futuro. Tu ergo ſecundũ quod ſuperius eſt diſtinctum, facias, quod decreuimus, per cen. ecc. ap. re. firmiter obſeruari.

QVI FILII SVNT LEGITIMI. T. xij.

Idem Hydiuntinen. Archiepiſcopo. *Cap. 1.*

PER tuas nobis litteras intimaſti, quod R. ex muliere quadam, quam ſecundum opinionem maioris partis viciniæ in concubinam habebat, prole ſuſcepta, quãdam poſt etiam aliam ea defuncta duxit in vxorẽ; & ea, de qua prolem ſuſceperat, virum ſibi alium copulauit; proceſſu vero tẽporis idem R. in præſentia multorum firmauit proprio iuramento, quod eam, quam habere viſus fuerat cõcubinam, prius affidauerat in vxorem, quam ex ea filium genuiſſet, & P. cum poſt iuramentum illud per vj. annos, & vltra vixiſſet, dum ageret in extremis; eum quem ex ea ſuſceperat, filium legitimum appellauit, & heredem inſtituit in teſtamento. Cum autem tuæ fuiſſet inquiſitioni, & deciſioni commiſſum, an filius ſic ſuſceptus, legitimus eſſet, heres ipſius R. & ad eius patrimonium admittendus, tu propter id, quod ex quadam decretali bo. m. Alex. PP. prędec. noſtri ſtatutũ eſſe

Qui fil. ſint leg. c. ii.

eſſe ſuper hoc verbo viri, & mulieris, credebas, teſtes a filio eiuſdem R. productos prouide ſuſcepiſti, quib. legitime comprobauit prædictum R. matrem ſuam in capella ſancti Sergij affidaſſe. propter quod eum ipſius R. heredem eſſe legitimum iudicaſti. Nos igitur attendentes, quod plus eſt, quod agitur in veritate, quam quod ſimulate concipitur, licet dictus R. cum ea dimiſſa, quam vt concubinam habuerat, ad alia vota tranſiuit, videatur ex ipſo facto, quod matrimoniũ inter eos celebratũ fuerit, denegaſſe, quia tamen deſponſatio per teſtes legitimos approbata, eos matrimonialiter fuiſſe coniunctos oſtendit; ſiue deſponſatio ipſa fuit de præſenti, vt per conſenſum legitimum, & verbis de præſenti expreſſum copula matrimonij inter eos fuit celebrata, non tam decretali prædeceſ. noſtri, quæ in caſu diſsimili loquitur, quam inductis probationibus innitentes, te proceſſiſſe legitime reſpondemus, & ſententiam tuam auctoritate ap. confirmamus, & præſentis conſcripti patrocinio communimus, auctoritate tibi præſentium iniungentes, vt ſententiam ipſam facias mo. præmiſſa per cen. ecc. inuiolabiliter obſeruari.

Idem nobili viro W. montis Peſulani. *Cap. 2.*

c. 13. e. PER venerabilem fratrem noſtrum Arelaten. Archiepiſcopum ad ſe. Ap. accedẽtem nobis tua humilitas ſupplicauit; vt filios tuos titulo legitimationis decorare dignaremur, quatenus eis, quominus tibi ſuccederent, natalium obiectio non noceret. Quod autem ſuper hoc Ap. ſe. plenam habeat poteſtatem, ex illo videtur, quod cum diuerſis cauſis inſpectis, cum quibuſdam minus legitime genitis, non naturalib. tantum, ſed adulterinis etiam diſpenſauit, ſic ad actus ſpirituales illos legitimans, vt poſsint in Epiſcopos promoueri; ſimilius creditur, & probabilius reputatur, vt eos ad actus legitimare valeat ſæculares; præſertim, ſi præter Rom. Pont. inter homines ſuperiorem alium nõ cognoſcant, qui legitimãdi habeat poteſtatẽ, quia cũ maior in ſpiritualibus tam prouidentia, quam auctoritas, & idoneitas requiratur, quod in maiori conceditur, licitum eſſe videtur etiam in minori: per ſimile quoq. id videtur poſſe probari, cum eo ipſo, quod aliquis ad apicem Epiſcopalis dignitatis attollitur, eximitur a paterna poteſtate, præterea ſi etiã ſimplex Epiſcopus ſcienter ſeruum alterius in Epiſcopũ ordinaret, licet ordinator ſatisfacere domino, iuxta formam canonicam teneretur; ordinatus tamen iugum euaderet ſeruitutis. videtur ſiquidem monſtruoſum, vt qui legitimus ad ſpirituales fieret actiones, circa ſæculares actus illegitimus remaneret. Vnde cum quo in ſpiritualibus diſpenſatur, conſequenter intelligitur in temporalib. diſpenſatum; id autẽ in patrimonio beati Petri libere poteſt Ap. ſe. in quo & ſummi Principis exequitur poteſtatem. Cum ergo videatur ex his legitimãdi auctoritas non tantum in temporalibus, ſed in ſpiritualibus, & penes Rom. eccleſiam reſidere, vt ſuper hoc filijs tuis gratiam faceremus ob tua, & progenitorum tuorũ merita, qui ſemper in protectione ſe. Ap. perſtitiſti, humiliter ex parte tua idem Archiepiſcopus requirebat. videbatur autem ex eo trahere maiorem audaciã poſtulandi; quod nõ longe petere cogebatur exemplũ. Sed in fauorem petitionis huiuſmodi quod nos ipſos in cauſa ſimili feciſſe dicebat, poterat allegare. Cum enim Kariſsimus in Chriſto filius noſter Ph. Rex Francorũ Illuſtris Kariſsimam in Chriſto filiam noſtram I. Francorum Reginam Illuſtrem dimiſerit, & ex alia poſtmodum ſuperducta puerum ſuſcepit, & puellam; & tu ſimiliter excluſa legitima ſuperduxeris aliã, ex qua filios ſuſcepiſti, ſicut cum filijs Regis eiuſdem, ſic cum tuis credebatur de benignitate ſe. Ap. diſpenſandum. præſertim, cum maior id neceſsitas ſuaderet, & tu nobis ſpecialius ſis ſubiectus. ſiquidem Rex Francorũ, ex inclitæ recordationis Regina Francorum olim legitimum ſuſcepit heredem, qui ei optatur, & creditur in Regni ſolio ſucceſſurus; tu vero ex legitima coniuge maſculum non habens heredem, qui tibi in deuotione noſtra, & propria hereditate ſuccedat. Inſuper cũ Rex ipſe in ſpiritualibus nobis ſubiaceat, tu nobis & in ſpiritualib. & temporalib. es ſubiectus; cum partem terræ tuæ ab eccleſia Magalon. poſsideas, quam ipſa per ſe. Ap. temporaliter recognoſcit, quia Magdalon. † eccleſiæ mediante nobis idem Archiepiſcopus aſſerebat te temporaliter ſubiacere. Verum, ſi veritas diligenter inſpicitur; non ſimilis res, ſed valde diſsimilis inuenitur. Nam Rex ipſe, a prædicta Regina per bo. me. Remen. Archiepiſcopum Ap. ſe. Le. fuit per ſententiam ſeparatus: tu vero vxorem tuam a te, ſicut dicitur, temeritate propria ſeparaſti: ipſe quoq. prius, quam ad eum prohibitio de non contrahendo cum altera perueniſſet, aliam ſuperduxit, ex qua prolem geminam noſcitur ſuſcepiſſe, ſed tu in contemptum eccleſiæ aliam ſuper- † *Magalon. ſupra*

in-

inducere attemptaſti. propter quod ipſa in te gladium exercuit eccleſiaſticæ vltionis. Præterea Rex ipſe prædictæ Reginæ contra matrimonium impedimentum affinitatis obiecit, & coram præfato Archiepiſcopo teſtes induxit; cuius ſententia, quia caſſata fuit, ſolummodo propter iudiciarium ordinem non ſeruatum; nos ei poſt reſtitutionem Reginæ ſuper hoc ve. f. n. Hoſtieñ. Epiſcopum, & dil. filium I. tt. ſanctæ Priſcæ presbyterum Card. cognitores duximus deputandos. Tu vero vxori tuæ nihil, quod diuortium induceret, ſicut aſſeritur, obiecisti; cum etſi fides tori ſit vnum de tribus bonis coniugij, non tamen ipſius violatio coniugale vinculum violaſſet. De filijs ergo Regis eiuſdem, vtrum legitimi, vel illegitimi fuerint, quamdiu pendet quæſtio affinitatis obiectæ, poteſt non inmerito dubitari. Nam ſi affinitas fuerit conprobata, prædictam Reginam non eſſe Regis coniugem apparebit; & per conſequens alia videtur ſibi legitime copulata, & filios ei legitimos peperiſſe. De tuis vero quod ſint legitimi nati, nec tu ipſe proponis, nec vlla præſumitur ratione. Inſuper cum Rex ipſe ſuperiorem in temporalib. minime recognoſcat, ſine iuris alterius læſione in eo ſe iuriſdictioni noſtræ ſubiicere potuit, & ſubiecit. In quo forſitan videretur aliquibus, quod per ſe ipſum, non tamquam pater cũ filijs, ſed tamquam Princeps cum ſubditis potuit diſpenſare. Tu autẽ alijs noſceris ſubiacere, vnde ſine ipſorũ forſan iniuria, niſi præſtarent aſſenſum, nobis in hoc ſubdere te non poſſes, nec eius auctoritatis exiſtis, vt diſpenſandi ſuper his liberã habeas facultatẽ. Rationib. his inducti Regi gratiam fecimus requiſiti, cauſam tam ex veteri, quam ex nouo teſtamento trahentes; quod nõ ſolum in eccleſiæ patrimonio, ſuper quo plenam in temporalibus gerimus poteſtatẽ, verum etiam in alijs regionib. certis cauſis inſpectis, temporalem iuriſdictionem caſualiter exercemus. non quod alieno iuri præiudicare velimus, vel poteſtatem nobis indebitam vſurpare; cum non ignoremus Chriſtum in euangelio reſpondiſſe; reddite, quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo; propter quod poſtulatus, vt hereditatem diuideret inter duos, quis, inquit, cõſtituit me ſuper vos iudicem? ſed quia ſic in deuteronomio cõtinetur; ſi difficile, & ambiguum apud te iudicium eſſe proſpexeris, inter ſanguinem, & ſanguinem; cauſam, & cauſam; lepram, & nõ lepram; & iudicium inter portas tuas videris variari; ſurge, & aſcende ad locum, quem elegerit dominus Deus tuus, venienſq. ad ſacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem, qui fuit illo tempore, quærenſq. ab eis, qui indicabũt tibi iudicij veritatem, & facies quæcumq. dixerint, qui præſunt loco, quem elegerint; & docuerint te iuxta legem eius, ſequeriſq. eorũ ſententiam, nec declinabis ad dexteram, vel ſiniſtram. Qui autem ſuperbierit nolens obedire ſacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat domino Deo tuo, & decreto iudicis, morietur, & auferes malum de Iſraël. Sane cum Deuteronomium lex ſecũda interpretetur, ex vi vocabuli comprobatur, in hoc, quod ibi decernitur, vt in nouo teſtamento debeat obſeruari. locus enim quẽ elegit dominus, Ap. ſe. eſſe cognoſcitur ſic; quod eam dominus in ſe ipſo lapide angulari fundauit. Cum enim Petrus vrbem fugiens exiſſet, volens eũ dominus ad locum, quem elegerat, reuocare: interrogatus ab eo, domine quo vadis? reſpondit, venio Romam iterum crucifigi; quod intelligens pro ſe dictum, ad locum ipſum protinus eſt reuerſus. Sunt autem ſacerdotes leuitici generis, fratres noſtri, qui nobis iure Leuitico in executione ſacerdotalis officij coadiutores exiſtunt. Is vero ſuper eos ſacerdos, ſiue iudex exiſtit, cui dominus inquit in Petro: quod cumq. ligaueris ſuper terram, e. li. & in cæl. & quodcumq. ſol. ſuper t. e. ſo. & in cæl. eius vicarius, qui eſt ſacerdos in ęternum, ſecundum ordinem Melchiſedech conſtitutus a Deo iudex viuorum, & mortuorũ. Tria quippe diſtingunt iudicia, primum inter ſanguinem, & ſanguinem, per quod criminale intelligitur, & ciuile. Vltimum inter lepram & leprã: per quod eccleſiaſticũ & criminale notatur. Medium inter cauſam, & cauſam: quod ad vtrumq. refertur, tam eccleſiaſticum quam ciuile; in quib. cum aliquid fuerit difficile, vel ambiguum; ad iudicium eſt ſe. Ap. recurrendũ, cuius ſententiam, qui ſuperbiens contempſerit obſeruare, mori præcipitur, & auferri malum de Iſraël. per excommunionis ſententiam, velut mortuus a cõmunione fidelium ſeparari. Paulus etiam, vt plenitudinem poteſtatis exponeret, ad Corinthios ſcribens ait. Neſcitis, quoniam Angelos iudicabimus, quanto magis ſæcularia. Porro ſæcularis officium poteſtatis interdum, & in quibuſdam perſe, nonnumquam autem, & in nonnullis per alios exequi conſueuit; licet igitur cum filijs ſæpedicti Regis Francorum, de quib. an fuerint legitimi, ab initio dubitatur, duximus di-

diſpenſandum, quia tamē tam lex Moſaica, quam canonica ſobolem ſuſceptā ex adulterio deteſtatur: teſtante dño, Mancer, & ſpurius uſq. in decimā generationem in eccleſia nō intrabunt; canone vero vetante tales ad ſacros ordines promoueri, ſæcularib. quoq. legibus non ſolum repellentib. eos a ſucceſsione paterna, ſed negantibus ipſis etiā alimēta, ſuperſedendū adhuc duximus petitioni prędictę, nec ad pręſens ſuper hoc tuis precibus annuendū, donec ſi fieri poterit, & culpa lenior, & iuriſdictio liberior oſtendatur; licet perſonā tuā ſpecialis dilectionis brachio amplexemur; & in quibus cum Deo, & honeſtate poſſumus, ſpecialem tibi velimus gratiam exhiberi.

Idē Hērico, & Vitali Canonico Beneuēt. *Cap.* 3.

c.14.e.t. EX tenore litterarum veſtrarū nobis innotuiſſe noſcatis, quod cū G. vidua hereditatē Roberti quondam mariti ſui a Landulfo de Granino, & nepotibus ſuis cum fructibus inde perceptis in præſentia veſtra, qui ex delegatione noſtra de cauſa cognoſcebatis, eadē tibi, & pupillo ſuo filio reſtitui poſtularet, pars aduerſa petitionē eius nitebatur excludere, pro eo quod R. maritū ipſius viduæ de adulterio genitū aſſerebat, proponens, quod dicti R. pater viuente vxore legitima quandam aliam Mauriciam nomine ſuperduxit, ex qua præfatum R. maritū ipſius viduæ generauit. Econtra vero pars viduæ reſpondebat, quod cum præfata M. neſciens, quod dicti R. pater aliam haberet vxorem, cum eo in eccleſiæ facie cōtraxiſſet, & filius, quē ex ea ſuſcepit, legitimus debeat haberi, cum nō debeant illegitimi reputari, qui de adultera con ſcientia non naſcuntur. Cumq. diutius ſuper hoc fuiſſet in noſtra præſentia litigatū, & illorū prudētū ſentētiæ, quorū cōſiliū requiſiſtis, in hoc inuicē diſcordarēt, duxiſtis ſe. Ap. cōſulēdā. Nos igitur intellectis his, & alijs quę per veſtras nobis litteras intimaſtis, habito cū fratribus noſtris diligenti tractatu, intelligentes, quod pater prædicti R. in facie eccleſiæ ſæpedictā M. ignaram penitus, quod ipſe aliam ſibi matrimonialiter copulaſſet, duxerit in vxorem; & dū ipſa coniunx ipſius legitima putaretur, dictū R. ſuſceperat ex eadē; in fauorē potius prolis declinamus, memoratū R. quoad hoc legitimum reputantes. Ideoq. diſcretioni veſtræ per A. ſ. m. qua. vos eum legitimum reputetis. In ceteris iuxta tenorē litterarū veſtrarū ratione præuia proceſſuri.

† Tiberiad. forte.

Idem Epiſcopo Tibiaden.† *Cap.* 4.

c.vii.e. GAVDEMVS &c. & infra. Ceterū prolē de illorum coniunctionibus natam, qui ſecūdo, tertio, vel vlteriori gradu in infidelitate vixerint, quæ ſecūdum opinionem illorum, matrimoniali cōtrahuntur affectu, poſt fidē receptam, vtilitate publica ſuadēte, legitimā volumus reputari.

QVI MATRIMONIVM ACCVSARE *poſſunt, vel contrario teſtificari.* Tit. xiij.

Idem Epiſcopo Vrbeuetan. *Cap.* 1.

Non ponitur. PER tuas nobis litteras intimaſti, quod cum cauſa, quæ inter Iacobū militem de Caſtro plebis, & M. mulierem ſuper matrimonio vertebatur, ad nos per ap. delatam tibi cōmiſimus terminandā; miles ipſe, qui matrimoniū accuſabat, quod eādem mulierē cōtingeret in quarto, & quinto conſanguinitatis gradu probauit; mulier vero per teſtes ſufficiēter oſtendit, quod matrimonialiter per x, & viij. annos, & vltra cohabitarat militi memorato, & adminus tres filios ſuſceperat ex eadem. Vnde ſecundum decretalem bo. me Alex. Papæ prædeceſſoris noſtri † ſe dicebat ab eo non debere occaſione huiuſmodi ſeparari. licet autem vtraq. partium inſtāter ſententiā poſtularet, noluiſti tamen annuere poſtulatis, ſed nos duxiſti ſuper hoc humiliter conſulendos; cum decretalis illa cōtradicere antiquis canonibus videretur. Nos igitur eā corā nobis perlegi facientes, ex eius tenore conſecimus, quod in eo caſu intelligitur illa decretalis, in quo nondum eſt lis coram iudice conteſtata; cum dicatur ibidem, quod ſi aliquis duxerit aliquam in facie eccleſiæ, & longo tempore cohabitādo eidem, non debet ad accuſationem admitti, niſi aliæ idoneæ perſonæ ſuſpicione carentes appareant, quæ velint, & valeāt legitime matrimonium accuſare; ſed nec eædem debent admitti; ſi vir, & mulier per xv. vel xviij. annos inſimul ſine quæſtione manſerunt. ecce hic dicitur, quod ad accuſationē non ſunt perſonæ huiuſmodi ſimpliciter admittēdæ. Vnde ſicut præmiſimus, tunc habet locum huiuſmodi decretalis, cum nondum accuſatio contra matrim. eſt admiſſa. Tunc enim eccleſia propter temporis diuturnitatē, quodāmodo diſpenſando diſsimulat, & diſsimulando diſpenſat. Vnde, niſi pars, cui cōpetit, vti neglexerit illius beneficio decretalis; ſi poſt legitimam litis cōteſt. partes produxerint teſtes ſuos, & depoſitionibus publicatis fuerit renuntiatū vtrimq. quia nec iā reſtat, niſi ſententia proferēda, non videmus, quod iudex cauſam propoſitā in ſua pręſentia, & diſcuſſam, ſecundum veteres canones nō debeat terminare,

† 3.e.t. conſuluit. lib.1.

nare, maxime cum vtraq. vel altera pars inſti terit, vt ſententia proferatur.

Idem Archiep̃o. Preposito, & Priori ſanctæ Mariæ de Albano Ianuen̄. *Cap. 2.*

Qui matrim. acc. poſ. c. 5. SIGNIFICANTE M. de Camilla, ciue Ianuen̄. noſtro eſt Apoſtolatui declaratũ quod cum ipſe M. mulierẽ duxiſſet legitime in vxorẽ, S. mater mulieris ipſius niſa eſt matrimonium accuſare, vt ab eo pecuniam extorqueret; & licet intellectui ſuo praua non poſsint opera reſpondere; nihilominus tamẽ vult habere pecuniã; vt a matrimonij eius accuſatione deſiſtat. Cũ igitur nõ ſit malitijs hominũ indulgẽdum, diſ. u. per A. ſ. m. quat. ſi verum eſt, quod proponitur, præfatam mulierẽ ab accuſatione ipſius matrimonij repellentes, eidem ſuper hoc perpetuum ſilentiũ imponatis.

DE DIVORTIIS. Tit. xiiij

Idem Ferrarien̄. Ep̃o. *Cap. 1.*

De diuor. c. 7. QVANTO te magis nouimus in canonico iure peritũ, tanto ſ. t. amplius in dño cõmendamus, quod in dubijs quæſtionũ articulis ad Ap. ſe. recurris, quæ diſponente dño cunctorũ fideliũ mater eſt, & magiſtra; vt opinio, quam in eis quondã habueras, dũ alios canonici iuriſperitiam edoceres, vel corrigatur per ſe. Ap. vel probetur. ſane tua nobis fraternitas ſuis litteris intimauit, quod altero coniugũ ad hæreſim tranſeunte, qui relinquitur, ad ſecunda vota trãſire deſiderat, & filios procreare, quod vtrũ poſsit fieri de iure, per eaſdẽ litteras nos duxiſti cõſulẽdos. Nos igitur conſultationi tuæ, de fratrũ n. conſilio reſpondentes diſtinguimus; licet quidã prædeceſſores nr̄i ſenſiſſe aliter videãtur, an ex duobus infidelibus alter ad fidẽ catholicã conuertatur, vel ex duob. fidelib. alter labatur in hæreſim, vel decidat in gẽtilitatis errorẽ. ſi enim alter infideliũ cõiugum ad fidẽ catholicã conuertatur, altero, vel nullo modo, vel ſaltẽ ſine blaſphemia diuini nominis, vel vt eũ pertrahat ad mortale peccatũ, ei cohabitare volente; qui relinquitur, ad ſecũda ſi voluerit, vota tranſibit, & in hoc caſu intelligimus, quod ait Apoſt. ſi infidelis diſcedit, diſcedat: frater n. vel ſoror nõ eſt ſeruituti ſubiectus in huiuſmodi, & canonem etiam, in quo dicitur, quod cõtumelia creatoris ſoluit ius matrimonij circa eum, qui relinquitur. ſi vero alter fideliũ coniugũ, vel labatur in hæreſim, vel tranſeat ad gentilitatis errorem; nõ credimus, quod in hoc caſu, is, qui relinquitur, viuente altero poſsit ad ſecũdas nuptias conuolare: licet in hoc caſu maior appareat contumelia creatoris. nam etſi matrimoniũ verũ, quod inter infideles exiſtat, nõ eſt tamẽ ratum: inter fideles autẽ verum quidẽ, & ratum exiſtit. Quia ſacramentũ fidei; quod ſemel admiſſum nũquam amittitur, ratũ efficit cõiugij ſacramentum; vt ipſum in coniugibus illo durante perduret. nec obſtat, quod a quibuſdã forſan obicitur, quod fidelis relictus non debeat iure ſuo ſine culpa priuari; cum in multis caſibus hoc contingat, vt ſi alter coniugum incidatur. Per hanc reſponſionẽ quorũdam malitiæ obuiatur, qui in odiũ coniugum, vel quando ſibi inuicem diſplicerent, ſi eas poſſent in tali caſu dimittere, ſimularent hæreſim, vt ab ipſa nubentibus cõiugibus reſilirent. per hanc ipſam reſponſionẽ illa ſoluitur quæſtio, qua quæritur, vtrum ad eum, qui ab hęreſi, vel infidelitate reuertitur; is, qui permanſit in fide, redire cogatur.

Idem Tiberiaden̄. Ep̃o. *Cap. 2.*

GAVDEMVS in domino, & in potẽtia virtutis ipſius, & patri luminum, a quo eſt omne datum optimũ, & omne donũ perfectum, vberes gratiarũ exſoluimus actiones: quod ſicut nobis tuis litteris intimaſti, diebus illis nouiſsimis, qui nõ vult mortẽ peccatoris, ſed vt cõuertatur, & viuat; qui ad Chriſtianam fidẽ venirent, multorũ paganorũ cordibus inſpirauit; & quoniã vxores acceperant in ſecundo, vel tertio, vel vlteriori gradu ſibi cõiunctas, vtrũ ſic coniuncti debeant poſt cõuerſionẽ ſuã inſimul remanere, vel abinuicẽ ſeparari; edoceri per ſcriptũ Apoſtolicũ poſtulaſti. ſuper quo fraternitati t. t. reſpondemus, quod cũ ſacramẽtũ cõiugij apud fideles & infideles exiſtat; quẽadmodũ oſtẽdit Apoſtolus dicẽs. ſiquis frater infidelẽ habet vxorẽ, & hæc cõſentit habitare cũ eo, non illã dimittat. et in præmiſsis gradib. a paganis, quo ad eos licite ſit contractũ, qui cõſtitutionib. canonicis non artãtur. quid. n. ad nos, ſecundũ eundẽ Apoſtolũ, de ijs, qui foris ſunt, iudicare? in fauorẽ præſertim Chriſtianæ religionis, & fidei, a cuius perceptione per vxorẽ ſe deſeri timentes, viri poſſent facile reuocari fideles huiuſmodi matrimonialiter copulati libere poſſunt, & licite remanere cõiuncti; cũ per ſacramentũ baptiſmi nõ ſoluantur cõiugia, ſed crimina dimittantur. Et quoniã pagani circa plures feminas inſimul affectũ diuidunt cõiugalẽ, vtrũ poſt cõuerſionẽ oẽs, vel quã ex omnibus retinere valeant, nõ inmerito dubitatur. Quia vero tã Patriarchæ, quam alij viri iuſti ante legẽ pariter, & poſt legem mul-

multas vxores inſimul habuiſſe legūtur, nec
contrariū apparet in euangelio, vel lege præ
ceptū, neq. pagani ſubiciuntur canonicis inſti
tutis poſt inuentis, quemadmodū eſt præmiſ-
ſum, videtur quod & nunc iuxta ritum ſuū
licite cōtrahant cū diuerſis, quorū cōiunctio-
nes legitimas vnda ſacri baptiſmatis nō diſ-
ſoluit, & ita Patriarcharū exēplo ad fidē Chri
ſti pagani cōuerſi coniugiorū pluralitate gau
debunt. Verū abſonū hoc videtur, & inimicū
fidei Chriſtianæ, cū ab initio vna coſta in vnā
feminam ſit cōuerſa, & ſcriptura diuina teſtę
tur, quod propter hoc relinquet homo patrē,
& matrē, & adhærebit vxori ſuæ, & erūt duo
in carne vna. nō dixit tres, vel plures, ſed duo,
nec dixit adhærebit vxoribus, ſed vxori. Vn-
de Lamech, qui plures legitur habuiſſe vxo-
res, reprehenditur in ſcripturis, eo quod pri-
mus reprobandā bigamiæ ſpeciem introdu-
xit. Licet autē de his nō quæſieris, volentes ta
men, tā te, quā alios ſuper his etiā reddere cer-
tiores, & quod veritas præualeat falſitati; ſine
dubitatione qualibet proteſtamur, quod nulli
vnquā licuerit inſimul plures vxores habe-
re, niſi cui fuit diuina reuelatione cōceſſum,
quæ mos quandoq. interdū etiā fas cenſetur;
per quā ſicut Iacob a mendacio, Iſraelitę a fur
to, Sanſon ab homicidio, ſic & illi ab adulte-
rio excuſantur. Sane hæc iuridica ſententia
probatur etiā teſtimonio veritatis in euāgelio
teſtātis, quicumq. dimiſerit vxorē ſuā, niſi ob
cauſam fornicationis, & aliā duxerit, mœcha
tur. ſic ergo vxore dimiſſa, duci & alia de iure
† & Greg.9 nō poteſt, fortius enim † ipſa retēta per quod
euidenter apparet, pluralitatē in vtroq. ſexu,
cū non ad imparia iudicentur, circa matrimo-
nium reprobandū. Qui vero ſecundū ritum
ſuum legitimā repudiauit vxorem, cū tale re-
pudium veritas in euangelio reprobauerit; nū
quā ea viuente licite poterit aliam, etiam ad fi
dem Chriſti conuerſus habere, niſi poſt cōuer
ſionē ipſius illa renuat habitare cū ipſo, aut
etiā ſi conſentiat, non tamen abſq. contumelia
lia creatoris, vel vt eū pertrahat ad mortale
peccatū. in quo caſu, reſtitutionē petenti, quā
uis de iuſta ſpoliatione cōſtaret, reſtitutio ne-
garetur; quia ſecundū Apoſtolū, frater, aut ſo
ror, nō eſt in huiuſmodi ſubiectus ſeruituti.
quod ſi cōuerſum ad fidem & illa cōuerſa ſe-
quatur, ante quā propter cauſas prædictas le
gitimā ille ducat vxorē, eā recipere cōpellitur;
& quamuis ſecundum euangelicam veritatē,
qui duxerit dimiſſam, mœchatur, nō tamē di
miſſor poterit obicere fornicationē dimiſſæ,
pro eo quod nupſerit alij poſt repudium, ni-
ſi alias fuerit fornicata.

*Idem Liuoñ. Epõ, & eis, qui cum ipſo ſunt fratri-
bus.* *Cap. 3.*

IS, † qui eccleſiā ſuā, &c. & infra. Quia vero c.vlt.eo.
in matrimonijs cōtrahendis diſpar eſt ritus Li † Dem
uoñ. de nouo ad fidē catholicā conuerſorū a Greg.9
noſtro; cū in cōſanguinitate, vel affinitate di-
ſtinctionē canonicā nō attendant, & relictas
fratrū indiſtincte ſibi cōſueuerint copulare;
ne propter hoc a bono propoſito retrahātur.
Cū nec quidā eorū voluerint credere, niſi re-
lictas fratrū eos pateremur retinere; nec vos
eos, niſi tales dimitterent recipere volueritis
ad baptiſma; propter nouitatē, vel infirmita-
tē gentis eiuſdem, cōcedimus, vt matrimonijs
contractis cū relictis fratrū vtantur. ſi tamen
fratrib. decedētib. ſine prole, vt ſemē defuncti
iuxta legē Moſaicā ſuſcitarent, cū talib. con-
traxerūt, ne tales ſibi de cetero, poſtquā ad fi
dē venerint, copulentur, prohibentes, ſanctæ
mem. beati Gregorij papæ p̄.n. veſtigijs adhę
rentes; ne populus Liuoñ. a bono, quod cœ-
pit, auſteriora metuendo recedat; vt in quar-
ta, & vlterius generatione matrimonium con
trahant; donec in fide plenius ſolidentur, cū
eis auctoritate Ap. diſpenſamus; non ea intē-
tione concedentes hoc ipſis, vt poſtquam fir-
ma radice in fide fuerint ſolidati, talibus con-
iungantur. nam ſecundum Apoſtoli verbum
dicentis: lac dedi vobis potum, non eſcam,
illis modo, non poſteris temporibus tenenda
conceſsimus, ne quod abſit, exuratur bonum,
quod adhuc infirma eſt radice plantatum,
ſed firmetur potius, & vſque ad perfectio-
nem fideliter conſeruetur. Cum autem ſacra-
mentum coniugij apud fideles, & infideles
exiſtat, quemadmodum Apoſtolus proteſta-
tur. Siquis, inquiēs, frater infidelē habuit vxo
rē, & hæc conſentit habitare cū eo, nō illā di-
mittat, & a paganis, qui cōſtitutionib. canoni-
cis non artantur, quid enim ad nos ſecundum
eundē Apoſtolū, de ijs, qui foris ſunt, iudica-
re? in ſecundo, & tertio gradu, quoad eos licite
contrahatur, in fauorē Chriſtianæ religionis,
& fidei, a cuius perceptione per vxores ſe de
ſeri timentes, viri poſſunt facile reuocari; fide
les in hoc gradu in infidelitate ſibi matrimo-
nialiter copulati libere poſſunt, & facile re-
manere cōiuncti, cū per ſacramētū baptiſmi,
non diſſoluantur coniugia, ſed crimina dimit
tantur.

DE DOTE AMITTENDA,
vel † poſt diuortium reſtituenda. Tit. xv. † al. de eſt.

*Idem Compoſtellano Archiepõ, & vniuerſis Epi
ſcopis in regno Legioñ. conſtitutis.* *Cap. 1.*

De don. int. vir. c. 5.

ETSI neceſſe ſit. & infra. Quia vero caſtra quædā Rex Legioñ. dictæ filiæ Regis Caſtell. in dotē tradidiſſe proponitur, ita vt ſi eā aliqua occaſione relinqueret, ipſa concederent in ius eius, impedimentū præſtare videretur huius copulæ diſſoluendæ; cum caſtra ipſa non tā ob turpē, quā ob nullā potius cauſam ſint data, vtpote cū inter eos matrimoniū nō exiſtat; & ideo nec dos, nec donatio propter dotē, nec ad cōmodū ei cōcedat, quod debet in pœnā eius potius retorqueri, caſtra ipſa reſtitui volumus, & ad id puellam ipſam per excōmunionis ſententiā coartari, auctoritate Ap. decernentes; vt ſi ex tā inceſtuoſa, & dānata copula proles eſt, vel quādo cumq. fuerit ſuſcepta, ſpuria, & illegitima penitus habeatur, quæ ſecundū ſtatuta legitima in bonis paternis nulla occaſione ſuccedit. Quod ſi nec prædictus Rex Legioñ. & filia Regis Caſtell. a ſe inuicē iuxta mandatū Apoſtolicū diſcedere nō maturent, in eos diſtrictionē curabimus grauiſſimā exercere, quam ad cautelā, præſentib. nō duximus litteris explicandam.

Idem Archid. ſancti Andreæ de Scotia. *Cap. 2.*

c. 6. eo. NVPER a nobis tua diſcretio requiſiuit, ſi aliqua data fuerit terra alicui nō in hereditatē, vel feudū; ſed tantum ſibi, quoad vixerit, poſſidēda, & ipſe poſtmodū tertiā partē vxori ſuæ in dotē conceſſerit, vtrū defuncto viro vxor præfatā dotē dū vixerit, habere debeat, & tenere; cū eccleſia dotes teneatur protegere viduarū. Poſtulaſti præterea noſtris litteris edoceri, ſi qua terra data fuerit alicui, & heredi; quē de vxore legitima procreauit, in hereditatē, vel feudū, at ipſe vxori ſuæ quandam partē ipſius terræ in dotē conceſsit, & deceſſerit poſtmodū ſine prole; an ipſa mulier dotē eandem de iure petere poſsit; vtrū etiā eccleſia pro ipſa ſtare debeat in hoc caſu, an viro defuncto terra illa ſine onere in bona redire debeat concedentis. Nos autē conſ[...]t. taliter duximus reſpondendū, quod cū regulariter nullus plus iuris in aliū trāſferre debeat, quā eū conſtet habere: vir, cui terra prædicto modo conceditur, non poteſt vxori relinquere, quod †nō licuerit, niſi quoad vixerit poſsidere, nec licet vxori ſuæ partē illius terræ in donationē propter nuptias ex viri cōceſsione tenere, niſi forte donationi illius ille, ad quē ſpectabat, dominiū illius terræ voluerit cōſentire. Quod autē de prima conſul. dicimus, hoc reſpōdemus etiā de ſecūda. Nā licet eccleſia in cauſis viduarū, ſe fauorabiliorē debeat exhibere, cōtra iuſtitiā tamē nō eſt eis fauor eccleſiaſticus concedendus. Illud vero te nolumus ignorare, quod vxor dare dicitur viro dotē, vir autē vxori donationē facere propter nuptias ſecundum legitimas ſanctiones.

† quam

Idem Archiepō, & O. Archid. Ianueñ. *Cap. 3.*

PER veſtras nobis litteras intimaſtis, quod cū magiſtrū R. ſuper quadā ſumma pecuniæ Ianueñ. monetæ pro Hug. paupere latore præſentiū auctoritate noſtra curaueritis cōuenire, quā idē Hug. pro dote vxoris requirebat ab eo, idem R. exceptionem appoſuit contra ipſum, quod videl. vxorē ſuā a ſe repulerat, & quod tacita veritate ſuper hoc noſtras litteras impetrarat; quia cū ſuper eadē dote, iā alia vice corā veſtræ ciuitatis cōſulibus quæſtio mota eſſet, ipſi iuxta cōſuetudinē terræ pronūtiarunt, vt quoniā idē Hug. ad inopiā uergere videbatur, dos illa nō aſsignetur eidē, niſi cautionē idoneā de ipſa nō peritura præſtaret. Vnde vos cōmunicato prudentū virorū cōſilio, præcepiſtis, vt idē Hug. vxorē ſuā reciperet, & iuxta terræ conſuetudinem de ſaluāda dote caueret, & donec id poſſet facere, dos illa deponeretur, ſi vellet, in ſecretario eccleſiæ Ianueñ. quod cū inplere nō poſſet, ad inſtantiā eius, nobis hæc reſcribere curauiſtis. Cū ergo ſatis ei poſsit modicū credi dotis, cui creditū eſt corpus vxoris: diſ. vc. per A. ſ. m. qua. dotē aſsignari faciatis eidē, ſub ea, quam poteſt cautione præſtare, vel ſaltē alicui mercatori committi, vt de parte honeſti lucri dictus vir onera poſsit matrimonij ſuſtentare: ne occaſione dotis detētæ, vxor a viro dimiſſa, ſeu vir, qui dimiſit vxorē, adulterij reatum incurrat. c. 7. eo

DE SECVNDIS NVptijs. Tit. xvj.

Idem P. nobili mulieri. *Cap. vn.*

CVM ſecundum Apoſtolum, mulier mortuo viro ab eius ſit lege ſoluta, & nubēdi cui vult, tantum in domino, liberam habeat facultatem, non debet legalis infamiæ ſuſtinere iacturam, quæ licet poſt viri obitū infra tempus luctus. ſ. vnius anni ſpatium nubat, conceſſa ſibi tamen ab Apoſtolo vtitur poteſtate; cum in his præſertim ſæculares leges non dedignentur ſacros canones imitari. Cum igitur ad ſecunda diſponas vota tranſire, ſciens quod nubere melius eſt, quam vri, tuum in domino propoſitum cōmendamus; & ne id tibi, vel ei, qui te duxerit, in iacturā, vel infamiam ab aliquo inputetur, auctoritate præſentium expreſsius inhibemus, cum cōceſſam tibi ab Apoſtolo nubendi tantum in domino liberam habeas facultatem. De ſec. cun. nup. c. vlt.

LIB.

LIBER QVINTVS

DE ACCVSATIONIBVS, & denuntiationibus, & inquiſitionibus. TIT. I.

Idem Biſuntino Archiepiſcopo. Cap. 1.

De accuſ. c. 14 LICET in beato Petro Apoſtolorũ principe ligandi, atque ſoluẽdi, nobis a domino ſit attributa facultas, quã in ſubiectos, iuxta ſuorũ exigentiam meritorũ exercere libere debeamus; exẽplo tamen illius, qui omnes ſaluat, & neminem vult perire, libentius intendimus ad ſoluendũ, quã ligãdum; & ſi nõnullæ ſunt culpæ, in quib. eſt culpa relaxare vindictã. Sane cũ olim ex litteris B. Decani ſancti Stephani, & G. Cãtoris (l. t. † I. O. & N. canonicorũ eccleſiæ Biſuntinæ, ad Ap. ſedis audientiã perueniſſet, te varia crimina cõmiſiſſe, ac ab eis fuiſſes per eaſdẽ litteras, ſuper periurio, crimine ſimoniæ, & inceſtu delatus, fe. re. C. pp. prede. n. ſeruata iudiciaria grauitate, tibi certũ terminũ aſsignauit, quo reſpõſurus obiectis, Apoſtolico te conſpectui pręſentares. Cũ autẽ tu iuxta tenorẽ factæ tibi citationis ad ſe. Apoſtolicã acceſſiſſes; te & dil. fi. I. & O. Archid. apud ſe Apoſtolicã cõſtitutis, expectauimus aliquãdiu, ſi qui forſan cõtra te procederent, & quæ de te litteris intimarant, proponere in ſcribendo. Ceterũ, cũ nec vnus appareret, qui te impeteret de prædictis, ne aliquid de contingentib. pręteremittere videremur, a prędictis I. & O. Archid. in noſtra, & fratrũ noſtrorũ pręſentia cõſtitutis, quæſiuimus diligenter, ſi quid ſuper pręmiſsis aduerſus te pro ſe, vel aliis propõnere vellent, & quod ſcripſerant, legitime demonſtrare. Ipſi autẽ, quod nõ propoſito accuſandi hæc ſcripſerant, reſpõderunt; ſed quia tu ſuper quibuſdã incorrigibilis videbaris, quędã de te ſe. Ap. duxerant intimanda: ſed nũtius, qui pro litteris impetrãdis acceſſit, mãdati formã præſumpſit excedere. Nos igitur famæ tuæ cõſulere cupiẽtes, dictis canonicis contra te ſuper prædictis ſilentiũ duximus imponendũ, ne te de cetero his ſuper ipſis accuſare liceat, vel infamare; illius ſequẽtes exẽplũ, qui cũ mulieri dixiſſet, quis te condẽnauit mulier? & illa, nemo domine; nec ego inquit te condẽnabo; vade, iã amplius noli peccare. Quia vero prædicti canonici citra vinculũ inſcriptionis deſiſtere voluerunt, eis de iuris permiſsione, id non duximus imputandũ. ne autẽ in abſolutione tua nimis † procedere videamur, quãuis potius in odore bonæ opinionis noſtrorũ coepiſcoporũ, quã eorũ infamia delectemur, ve. f. n. Cabilon. Epo, & dil. fi. Abbati de Firmitate inquiſitionem famę tuæ duximus committendam.

† & ſtr te — † minus canonice k. & im. [margin notes]

Idem Salebur gẽn. Archiepiſcopo. Cap. 2.

VENIENS ad Apoſtolicam ſe. dil. fi. A. Pragẽn. canonicus contra venerabilem f. n. Pragẽn. Epiſcopum inter alia propoſuit coram nobis, quod cum eſſet filius ſacerdotis, in eccleſiam Pragẽn. fuerat intruſus, & contra eiuſdem eccleſię priuilegium, imperiali ei libertate conceſſum, & per ſe. Ap. confirmatum, homagium dil. f. n. Duci Boemiæ pręſtitiſſet, ac regalia recepiſſet ab eo, ſic ſubiciens Pragẽn. eccleſiam ſeruituti. & infra. Vnde nos prædictum Epiſcopum ad feſtum reſurrectionis dominicę proximo pręteritum peremptorio meminimus citauiſſe. Idem vero Epiſcopus per nuntios, & litteras ad ſuam excuſationem viarum diſcrimina, conſecrationem chriſmatis imminentem, † & quod filius nobilis viri Boemię Principis eſſet per ipſum baptizandus, tunc temporis allegauit. Licet autem excuſationes huiuſmodi, ſicut erant, friuolas extimantes, ipſum reputauerimus contumacem: nec procuratores eius in cauſa poſſemus recipere criminali: eis tamen dil. fil. n. G. ſancti Angeli, & H. ſancti Euſta. hij Diac. Card. cõceſsimus auditores: vt ſi poſſent illũ aliquatenus excuſarent. Cũque prę-

c. 15. e. d. — † imminentem Greg. 9 [margin notes]

dictus A. corã eis repetiſſet obiecta; ei fuit ex aduerſo reſponſum, quod cum olim ſuper hoc ad ve. f. n. Mardeburgẽ. Archiepiſcopũ litteræ fuerint impetratæ; idẽ A. qui contra Epm ſolus agebat in obiectorũ ſe videns probationẽ deficere, depoſitis veſtibus, & pedib. nudis, ad pedes eius humiliter ſe proſternẽs, veniã poſtulauit, quod aduerſus eũ calũnioſe proceſſerat, eſt cõfeſſus. Ceterũ, cũ ſuper hoc mandato ſtare eiuſdẽ Archiepiſcopi iurauiſſet, ipſe præcepit eidẽ ſub debito præſtiti iuramenti, vt cõtra eũdem Epiſcopũ de cetero talia proponere nõ auderet. Nos igitur intellectis per Card. eoſdẽ, quæ fuerũt hinc inde propoſita, cũ nobis expreſsius ipſius A. confeſsione cõſtaret, ipſum iuramentũ præſtitiſſe, ac tale recepiſſe mandatũ, ſuper impetitione dicti Epiſcopi ſilentiũ ei duximus imponendũ; propter cõtumaciã tamẽ Epo citationẽ, & purgationẽ propter infamiã indicẽtes.

Idem ſancti Fridiani Priori, & magiſtro B. Canonico Piſañ. *Cap. 3.*

c. 16. eo. tit. c. 8. de teſtibus cogẽ. & c. 8. de pœn.

SVPER iis, de quib. nos cõſulere voluiſtis, inquiſitioni v. breuiter reſpõdemus; quod tribus modis valet crimen opponi, denuntiando, excipiendo, & accuſando. quãdo crimen in modũ denuntiationis opponitur, ad denũtiationẽ nõ eſt inſcriptio neceſſaria, ſed cum in modũ accuſationis obicitur, oportet inſcribi; quoniã ad depoſitionẽ inſtituitur accuſatio, ſed ad correctionẽ eſt denuntiatio facienda. cũ autẽ excipiendo fuerit crimẽ obiectũ, diſtinguendũ eſt, quare opponatur, & quando. ſi autẽ obicitur, vt ab accuſatione, vel teſtificatione aliquis repellatur, nõ eſt inſcribi neceſſe, ſed cũ opponitur; vt quis a promotione officij, vel beneficij excludatur: ſi ante cõfirmationẽ obicitur, nõ cogitur quiſquã inſcribere, quia crimẽ hoc modo probatũ impedit promouẽdũ, ſed nõ deicit iã promotũ. poſt confirmationẽ vero, cũ ſ. promouendus fuerit aliquis, aut cõſecrandus, quia & ab obtinendo repellit, & deicit ab obtento, ad extraordinariã quidẽ pœnã, ſecundũ arbitrium diſcreti iudicis, citra vinculũ tamẽ inſcriptionis eſt excipiens aſtringendus. quod ſi defecerit in probando, pro eo quod crimine ſic probato perdit, quod per electionẽ, & cõfirmationẽ ei fuerat adquiſitũ, ſed ob hoc prius habitũ nõ amittit. licet. n. agatur de crimine, nõ eſt tamẽ huiuſmodi quæſtio criminalis: vnde per procuratorẽ poteſt rite tractari. clericus autẽ, qui pro eo quod variauerat, & vacillauerat corã nobis, de mandato noſtro captus eſt, & detentus, infamiã nõ incurrit. Ceterum volumus, & p. vobis auctoritate mãdamus, vt ſuper inquiſitionis articulis tã de fama electi, quã litteris cõtra eũ ſub nomine lõge maioris, & ſanioris partis capituli deſtinatis, cogatis teſtes, qui nominati fuerint, perhibere teſtimonium veritati.

Idem Vercelleñ. Epiſcopo, & Abbati de Cilieto. *Cap. 4.*

QVALITER, & quando debeat prælatus procedere ad inquirendũ, & puniendum ſubditorum exceſſus, ex auctoritate noui, & veteris teſtamenti colligitur euidẽter; ex quibus poſtea ſuper hoc proceſſerunt canonicæ ſanctiones. legitur. n. in euãgelio, quod ille villicus, qui diffamatus erat apud dominũ ſuũ, quaſi diſsipaſſet bona ipſius, audiuit ab illo; quid eſt hoc, quod audio de te? redde rationẽ villicationis tuæ, iã nõ poteris villicare. & in Geneſi dñs ait; deſcendã, & videbo, vtrum clamorẽ, qui venit ad me, opere cõpleuerint; ex quib. auctoritatibus manifeſte probatur, quod nõ ſolũ, cum ſubditus, verũetiã, cũ prælatus excedit, ſi per clamorẽ, & famã, eius exceſſus ad aures ſuperioris peruenerit, nõ quidẽ a maleuolis, & maledicis, ſed a prouidis, & honeſtis, nec ſemel tantũ, ſed ſæpe, quod clamor innuit, & diffamatio manifeſtat, debet corã eccleſiæ ſenioribus veritatẽ diligẽtius perſcrutari; vt ſi rei popoſcerit qualitas, canonica diſtrictio culpã feriat delinquẽtis; nõ tãquam ſit auctor, & iudex, ſed quaſi deferente fama, vel nuntiante clamore, officij ſui debitũ exequatur. Licet autẽ hoc ſit obſeruandũ in ſubditis, diligentius tamen eſt obſeruandum in prælatis, qui quaſi ſignũ ſunt poſiti ad ſagittã, & quia nõ poſſunt omnibus cõplacere, cũ ex officio teneantur, nõ ſolũ arguere, ſed etiã increpare, qui etiã interdũ ſuſpendere, nõnũquã vero ligare, frequẽter odiũ multorum incurrunt, & inſidias patiuntur; & ideo ſancti patres prouide ſtatuerũt, vt accuſatio prælatorũ non facile admitteretur, ne concuſsis colũnis corruat ædificium, niſi diligens adhibeatur cautela, per quã non ſolum falſæ, ſed & malignæ criminationis ianua præcludatur. Verum ita voluerunt prouidere prælatis, ne criminarentur iniuſte, vt tamen cauerent, ne delinquerẽt inſolenter, contra vtrũq. morbũ inuenientes cõgruam medicinã, vt videlicet accuſatio criminalis, quæ ad deminutionem capitis, i. ad degradationẽ intẽditur, niſi legitima præcedat inquiſitio, nullatenus admittatur, ſed cũ ſuper exceſsib. ſuis quiſquã fuerit infamatus, vt interim † iã clamor aſcẽ

c. 17. eo. & de iudi. c. 17.

† al. iam tantum

tantū. aſcenderit, quod diutius ſine ſcādalo diſsimulari non poſsit, nec ſine periculo tolerari, abſq. dubitationis ſcrupulo ad inquirendū, & puniēdū eius exceſſus, nō ex odij fomite, ſed ex caritatis procedatur affectu; quo† ſi grauis fuerit exceſſus, etſi nō degradetur ab ordine, ab adminiſtratione tamē amoueatur omnino; quod & ſecundū euangelicā veritatē, a villicatione villicum amoueri oportet, qui nō poteſt villicationis ſuæ dignā reddere rationē. hunc igitur ordinē, quē ſi circa ve. f. n. Nouarieñ. Epm obſeruaſtis, intētionē, & diſcretionē veſtrā in dño cōmēdamus; ſi vero qualibet cauſa prętermiſiſtis eūdē, ne per leue cōpendiū, ad graue diſpēdiū veniatur, adhuc ipſum ordinē tēpore cōgruo volumus obſeruari, ne inde naſcātur iniuriæ, vnde iura naſcūtur; & ideo diſ. veſtrā rogamus attentius, & monemus, obſecrātes in Chriſto Ieſu, qui venturus eſt iudicare viuos, & mortuos, quatenus ad cōſciētiæ veſtræ iudiciū recurrētes, ſi forte cōtra præſcriptū ordinē, tāquam homines exceſsiſtis; nō pudeat vos errorē veſtrum corrigere, qui poſiti eſtis, vt aliorū corrigatis errores. quoniā ſi apud diſtrictiſsimū iudicē in qua menſura mēſi fueritis, remetietur vobis; ita videlicet, vt inueniatis occaſionē aliquā cōgruentē; per quā, ne veſtra vileſcat auctoritas, quanto cautius, vel prudētius poteritis, ſuperſedeatis ad præſens; quoniā ex ijs, quæ inordinate ſunt acta, nō poteſt ordinabiliter agi. ſi vero præſcriptū ordinē cuſtodiſtis, volumus, & mandamus, quatenus omni gratia, & timore poſtpoſitis, Deū ſolū habentes præ oculis, via Regia incedētes, ſine perſonarū acceptione, in hoc negotio procedatis, iuxta formā, quā vobis in alijs litteris duximus exprimēdā, nec timeatis aliquē hominē cōtra Deū, ſed Deū potius cōtra omnē hominē metuatis. formā vero iuramēti, quā a clericis Nouarieñ. ſuper inquiſitione facienda in hoc negotio recepiſtis, in ſimilibus volumus obſeruari; vt videlicet iurent clerici, quod ſuper ijs, quæ ſciunt, vel credunt in ſua eccleſia reformāda, tā in capite, quā in mēbris, exceptis occultis criminibus, merā, & plenā dicerent veritatē inquiſitionis. & infra. Cōſtitutiones vero, quas ad correctionē exceſſuū, & reformationē morū, vos non tā feciſſe, quam innouaſſe cognouimus, approbamus, volentes, vt eas faciatis a clericis laudabiliter exerceri; præcipientes ex parte n. prælatis, vt laicis cōquerentib. plenā faciant iuſtitiā exhiberi, non ob. ap. fruſtratorijs, quas in eorū grauamē clerici frequēter opponūt; ne pro defectu iuſtitiæ clerici trahātur a laicis ad iudiciū ſæculare; quod omnino fieri prohibemus; & vos ne fiat, prohibere omnib. modis ſatagatis. Ceterū aduerſus hæreticor. fallacias ſollicitudinē veſtrā vigilare oportet, monētes, & obſecrātes in domino, quatenus ad extirpādū de agro dominico ſolū hęreticæ prauitatis prudenter, & efficaciter intendatis.

Idem Arelateñ. Archiepō, & vallis magnæ Abbati. *Cap. 5.*

CVM dil. fi. Ciſtercieñ. Abbas, & P. & R. fontis Frigidi a ſe, Ap. L. ad Agatheñ. eccleſiā acceſſiſſent, vt in ea legationis officiū exercerēt; quia de ve. f. Agatheñ. Epiſcopo per frequentē clamorē multa ſibi fuerāt inſinuata ſiniſtra, voluerunt deſcēdere, ac videre, ſi clamorē opere compleuiſſet. Ideoque tam Epiſcopum, quam canonicos iuramenti vinculo aſtrinxerunt; vt ſuper ſtatu eccleſiæ ſibi dicerent veritatem. & infra. Quia vero nō cōſtitit, ſub qua forma corā prædictis legatis præſtitit iuramētū, vtrū videlicet, ita iurauerit, vt ſuper ſtatu eccleſiæ plenā, & merā diceret veritatē; an ita, vt ad inquiſita veraciter reſpōderet; diſ. v. per. A. ſ. m. quatenus eiſdē legatis, ex parte noſtra, in virtute obedientiæ diſtricte mādetis, vt ſub qua forma iuramētū pręſtiterit, ſtudeāt fideliter intimare, etſi ſecūdū reſpōſionē eorū, ſub ſecūda forma iurauerit; an ipſe corā nobis ſufficiēter probauerit, ſe ſub illa forma iuraſſe, per depoſitiones teſtiū, quos produxerit, apud ſedē Ap. cōſtitutus, quas vobis ſub bulla noſtra mittimus interclusās, aut etiā aliorū, cū nōdum depoſitiones illæ fuerint publicatę, nec ipſe productioni teſtiū renūtiare curauerit; quoniā ſecundū eādē nō tenetur ex debito iuramēti, niſi ad inquiſita ſolūmodo reſpōdere; vos excuſationes illas, quas vobis ſub bulla noſtra mittimus interclusas, diligēter audire curetis, & ſi eas probauerit diligēter; cū excuſationes huiuſmodi cōfeſsiones illas nō exprimant, quæ tales ſunt, vt ad bonū, & malum valeāt retorqueri; et ideo iudicari debēt ex cauſa; eū ſub. ap. ob. penitus abſoluatis. cū etſi repertus fuerit culpabilis in quibuſdā, ex labore tamē, & pudore punitus, quos propter hāc cauſam incurrit, huiuſmodi leuis culpa leniter ei valeat indulgeri; quod ſi excuſationes illas ſuper dilapidatione, naufragio, & ſimonia probare nequiuerit, aut ſi ſub prima forma iurauit, quod ſecundū eādē veritatē tacere, nec admiſcere debuit falſitatē: vos nō obſtātib. excuſationib. illis, quas denuo propoſuit corā nobis, cū in cōfeſsionib. ſuis, nullā omnino de illis faceret mētionē; quāuis firmiter aſſeruerit, ꝙ exceptiones plures ex illis prędictis legatis

De accu. c. 18.

 tis

tis expoſuit, quas ipſi ſcribere nõ curauerũt; cum hoc per ſe probare non poſſet, tãquam qui ſolus examinabatur ab illis, eum ſub.cuiuſ. contrad. & ap. ob. ab adminiſtratione Agatheñ. eccleſiæ remoueatis.

Idem Archiepiſcopo Tarraconeñ. & Abbati ſanctæ Mariæ de Populeto, & Archidiacono Barchinoneñ. *Cap. 6.*

c. 19. co. CVM oporteat Epiſcopum & infra. Sane venientib. ad Ap. ſe. dil. fi. G. Groſsi, & G. de monte regali multa grauia, & enormia cõtra ve. f. n. Viceñ. Epm proponentib. coram nobis, quia illa non debebamus ſub diſsimulatione trãſire, vobis frater Archiepiſcope, ac filii Archid. inquiſitionẽ eorũ duximus committendã, illius imitantes veſtigia, qui cũ haberet villicũ, & ille diffamatus fuiſſet apud eũdem, quia diſsipaſſet bona ipſius, cũ eo poſuit rationẽ. Verũ dictus Eps ante quam ad ipſum noſtra citatio perueniſſet, ad præſentiã noſtrã accedẽs propoſuit coram nobis, quod illi, qui enormia illa de ipſo nobis ſuggeſſerant, typo malitiæ potius, quã iuſtitiæ zelo ducti, nobis huiuſmodi nuntiauerint, cũ ipſi eiũs ſint manifeſtiſsime inimici, & cũ eius hoſtibus conuerſentur, conſanguineoſq. ſuos, ac cõplices intendant ad teſtificandum producere contra ipſum, qui ad denuntiandũ, ſeu ad teſtificandum admitti nõ debent aliqua ratione; vtpote iuramenti præſtiti tranſgreſſores, & alijs criminibus irretiti, ne vero per leue cõpendium ad graue diſpendiũ veniatur, dis. v. per A. ſ. m. qua. niſi ſuper ijs, quæ nobis ſunt propoſita contra ipſum, famã ipſius læſam eſſe noueritis: vos ad inquiſitionẽ illorum non ſubito procedatis. quod etſi fuerit ad inquiſitionẽ procedendũ; prædictos, vel alios, quos ipſius eſſe conſtiterit inimicos, nec ad proſequendũ inquiſitionẽ, nec ad perhibẽdum teſtimonium cõtra ipſum Epm admittatis, ſed per viros idoneos ſuper ijs, quæ ſug. geſta ſunt, inquiratis ſollicite veritatẽ: et ſi nihil graue probatum fuerit cõtra ipſum, vos ei purgationem canonicam indicatis.

† & Abuleñ. ſi. re. *Idem Zamoreñ. Secorbiceñ. Iapuleñ.† Epiſcopis.* *Cap. 7.*

De calu. c. 2. CVM dil. fil. I. magiſter ſchol. Palentinus ad ſe. Ap. acceſſiſſet, & nobis de ve. f. n. Palẽtino Epiſcopo exceſſus varios nuntiaſſet, ve. f. n. quondã Epiſcopo Legioñ. nunc Archiepiſcopo Cõpoſtellano, & dil. fi. de Valle bona, & de Matiplana Abbatibus Placentin. dioec. examinationẽ cõmiſimus exceſſuum obiectorũ, & infra. Cũ autẽ proceſſum negotij, & dicta teſtiũ examinauerimus diligẽter, nec intelligere potuerimus probatũ eſſe ſufficienter aliquid de prædictis; eundẽ Epm de conſilio fratrum n. abſoluendũ decreuimus ab obiectis. per A. ſ. m. qua. memoratũ magiſtrũ ſchol. donec canonice ſuã purgauerit innocentiã. ſ. quod nõ calumniãdi animo ad huiuſmodi crimina proponẽda proceſsit; ab officio, & beneficio ſuſpẽdatis; vt cæteri ſimili pœna perterriti, ad infamiam ſuorum facile non proſiliant prælatorum.

DE SIMONIA Tit. ij.

Idẽ Abbati de iugo Dei, & Priori de ſilla. *Cap. 1.* De ſimo. c. 25.

QVAM nobis dil. fi. parochiani de Villa franca querimoniam deſtinarũt, quod D. capellanus eorũ pro exequijs mortuorũ, & benedictione nubentiũ minus licite pecuniã ab eis exigit, & extorquet. Quod ſi forte cupiditati eius nõ fuerit ſatisfactũ, ne poſsint mortuorũ corpora ſepeliri, vel nubentiũ benedictio celebrari, fictitia eis impedimenta opponit fraudulenter. Quia igitur huiuſmodi exactiones ſacrorum canonum obuiant inſtitutis: diſ. u. per A. ſ. m. qua. dictum capellanũ, vt a tanta præſumptione deſiſtat, & etiã pro exceſſu ſatiſfaciat cõpetenter, moneatis attẽtius, & efficaciter inducatis. Quod ſi forte veſtris monitionib. noluerit obedire, ipſi ap. re. pœnam canonicam infligatis.

Idem Cantuarieñ. Archiepo. *Cap. 2.*

DILECTVS fi. magiſter A. nuntius tuus, pro parte tua fecit in audientia noſtra proponi, quod cũ Cant. dioeceſim, ſecundum prædeceſſorum tuor. cõſuetudinẽ, viſitas; vt quæ corrigẽda ſunt, corrigas, & ſtatuas, ſecũdum Deum, quæ videris ſtatuenda; in monaſterijs, & canonicis regularibus, & religioſis locis pullulaſſe repereris ſimoniacã prauitatem; ita vt in eis multi pretio ſunt recepti, qui potius gratis recipi debuiſſent, immo etiã ad religionis obſeruantiã inuitari. dubitas igitur vtrũ, quia multitudo reperitur in cauſa, ſeueritati ſit aliquid detrahendum, an in tales debeas erigere rigorẽ canonicæ diſciplinæ. Nos igitur inquiſitioni t. t. reſpondemus; quod ſi aduerſus eos, qui labe fuerint huiuſmodi maculati, accuſatio corã te fuerit canonice inſtituta: poſtquam crimen ordine fuerit iudiciario comprobatũ, tam in dantes, quam recipiẽtes, canonicæ ſeueritatis exerceas vltionem. Quod ſi de hoc tibi per ſolã inquiſitionẽ cõſtiterit, eos, qui per ſimoniacã prauitatẽ in locis talib. ſunt recepti, ab illis amotos ad agẽdã pœnitentiã ad monaſteria dirigas artiora. Abbatibus autẽ, Abbatiſsis, Priorib. Prælatis

tis quibuslibet, & officialib. eorũdem iniungas pœnitentiã cõpetentẽ; & donec illã peregerint, eos a ſacrorũ ordinũ executione ſuſpẽdas. ſtudeas autẽ omnib. per Cant. diœc. ſub interminatione anathematis, auctoritate etiã tã noſtra, quã tua diſtrictius inlubere, ne talia præſumant vlterius attemptare; ſed illud dũtaxat gratãter accipiãt, quod ſine taxatione fuerit gratis oblatũ; iniũgens Epiſcopis tuis, vt hanc ipſam formam per ſuas diœceſes ſtudeant obſeruare.

Idem Priori ſancti Victoris, & magiſtris I. Bonoñ. & L. Maldoteñ Canonicis. *Cap. 3.*

c. ſi. eo. LICET Heli ſummus ſacerdos in ſeipſo bonus exiſteret; quia tamen filiorũ exceſſus efficaciter nõ corripuit; & in ſe pariter, & in ipſis, animaduerſionis diuinæ vindictã accepit, dũ filijs eius in bello perẽptis, ipſe de ſella corruens fractis ceruicib. expirauit. Ad corrigendos igitur ſubditorũ exceſſus, tanto diligẽtius debet Prælatus aſſurgere; quãto dãnabilius eorũ offenſas deſereret incorrectas. cõtra quos, vt de notorijs exceſsibus taceatur, etſi tribus modis procedi poſsit, per accuſationẽ videlicet, denuntiationẽ, & inquiſitionẽ ipſorũ; vt tamẽ in omnibus diligens adhibeatur cautela, ſicut accuſationẽ legitimã debet præcedere inſcriptio, ſic & denũciationẽ caritatiua correctio, & inquiſitionẽ clamoſa debet inſinuatio præuenire. Deſcẽdã, inquit, dominus, & videbo vtrũ clamorẽ, qui venit ad me, opere cõpleuerint. tunc enim clamor peruenit ad prælatũ, cum per publicã famã, aut inſinuationẽ frequentẽ ſubditorũ ſibi referuntur exceſſus, & tunc debet deſcendere i. videre, & inquirere, vtrũ clamorẽ veritas comitetur. Nam iuxta canonicas ſanctiones; ſi quid de quocũq. clerico ad aures prælati peruenerit, quod eũ iuſte poſsit offendere; nõ facile credere debet, nec ad vindictã eũ res accẽdere debet incognita, ſed corã eccleſiæ ſenioribus diligẽter eſt veritas perſcrutanda; vt ſi rei popoſcerit qualitas, canonica diſtrictio feriat culpã delinquentis, nõ tãquã ipſe ſit idẽ accuſator, & iudex, ſed quaſi fama deferẽte, vel denuntiante clamore, ſui officij debitũ exequatur; eo ſemper adhibito moderamine, vt iuxta formã iudicij, ſententiæ quoq. forma dictetur. Cũ igitur de Abbate Põpoſianeñ. ea nobis frequenter inſinuata fuiſſent, quæ ab honeſtate regulari nimiũ diſſonabant; inquiſitionẽ eorum tris diſcretis cõmiſimus faciendã, qui cũ minime proceſsiſſent ad iteratũ ſæpe clamorẽ, de commũni f. n. con. citauimus ad præſentiã noſtram Abbatẽ, & monachos, vt per nos ipſos cauſa morbi plenius inquiſita, plagam ipſam melius curaremus. Cũ igitur ad præſentiam noſtram accedentib. quidã ex monachis nobis ipſum Abbatẽ de ſimonia, periurio, dilapidatione, ac inſufficientia detulerunt, cõtra quos idẽ Abbas excepit, quod denũtiationẽ huiuſmodi fraterna correctio, ſecundũ euangelicã regulã non præceſſerat, idẽ conſtanter aſſererent, quod correctionem huiuſmodi præmiſiſſent, licet ad id probandũ monachorum iuramẽta fuiſſent prohibita. quia tamẽ ſuper hoc ipſo nõdum cõtendere deſiſtebant; nos, vt prædiximus, frequẽtib. clamorib. excitati, ex officio noſtro volumus inquirere de præmiſsis, omnes omnino monachos, qui, vel cũ ipſo, vel cõtra ipſum Abbatẽ acceſſerant, iuramenti vinculo aſtringẽtes, vt de propoſitis plene, quã ſcirent, exprimerẽt veritatẽ. quorum depoſitiones in ſcriptis redactæ, cũ publicatæ fuiſſent, ſuper illis cœperunt multipliciter diſputare. Quia vero tũ ex aſſertione monachor. tum ex Abbatis cõfeſsione cognouimus, quod idẽ Abbas nõ modicam ſummã pecuniæ relictã a prædec. ſuo totã expenderat, & in alia ſumma maiori monaſteriũ obligauerat; nos eũ, iuxta legitimas, & canonicas ſanctionẽs, propter has, & alias præſumptiones, quaſi de dilapidatione ſuſpectum, ab adminiſtratione Abbatiæ duximus ſuſpendendũ. & quia per teſtes ſimonia multis modis probata videbatur eſſe cõtra ipſum Abbatem, ipſe cõtra teſtes multas exceptiones oppoſuit, ſuper quib. vtrinq. fuit multipliciter diſputatũ, alijs aſſerentib. in crimine ſimoniæ, ſicut in crimine læſæ maieſtatis, omnes indifferenter, tã infames, quã criminoſos, nõ ſolũ ad accuſandum, ſed ad teſtificandum etiã admittendos; cum ad inſtar publici criminis, & læſæ maieſtatis procedit accuſatio ſimoniæ, multis ſuper hoc, & legib. & canonib. allegatis. alijs e cõtrario reſpondẽtibus, quod licet hæc duo crimina, quantum ad accuſationẽ quaſi paria iudicentur, differunt autẽ in multis, cũ & alia pœna pro vno, & alia pro altero inferatur, & inter perſonas accuſatorũ, & teſtiũ ſit vtriq. diſtinguendũ; cũ nõ per accuſatores, vel teſtes crimina cõprobentur, multis nihilominus ſuper hoc, & rationib. & argumẽtis inductis. Ne vero vel innocentiæ puritas cõfuſa ſuccũberet, vel ſimoniæ prauitas effugeret inpunita; nos æquitate penſata, nec omnes exceptiones cõtra teſtes oppoſitas duximus admittẽdas, nec repeliendas duximus vniuerſas; ſed illas dũtaxat probandas admiſimus, quæ forte probatæ nõ de

ze'o iuſtitiæ,ſed de malignitatis fomite procedere videretur, cõſpirationes ſ.& inimicitias capitales;ceteras autẽ obiectiones oppoſitas, vt furti,adulterij,propter immanitatẽ hæreſis ſimoniacę,ad cuius cõparationẽ omnia crimina,quaſi pro nihilo reputãtur,duximus repellẽdas;quoniã,etſi fidẽ teſtiũ debilitarẽt in aliquo,nõ tamẽ euacuarẽt ex toto,pręſertim,cũ alia cõtigerit adminicula ſuffragari.

Idem. *Cap. 4.*

c.32.eo. PER tuas nobis litteras intimaſti,te plurimũ dubitare ſuper quadã epiſtola decretali, quã nos aſſeris edidiſſe,de teſtib. admittẽdis cõtra ſimoniacã prauitatẽ.Nõueris igitur incunctãter,ꝙ nos illã epiſtolã,quæ ſic incipit. Quãuis ad abolẽdã, nequaquã edidimus,† ſed aliã,quæ ſic incipit, Licet Heli, nos edidiſſe fatemur.ad cuius intelligẽtiã credimus diſtinguendũ;vtrũ is, cõtra quẽ agitur de ſimoniaca prauitate,denuntietur ciuiliter, an criminaliter accuſetur; & vtrũ agatur ſecundũ iuris rigorẽ,an ſecundum tẽperantiã æquitatis.Itẽ vtrũ ipſe ſit regularis,qui iã renuntiauit mũdo, an ſęcularis, qui adhuc in mundo exiſtit;& vtrũ inferioris ſit gradus;an excellentioris ſit dignitatis;ad hęc,vtrũ ante fuiſſet claræ opinionis,& bonæ famæ,an grauiter infamatus,& valde ſuſpectus, & vtrũ de facili poſſit puniri, an ſine ſcandalo nequeat condemnari.Præterea,vtrũ teſtes ſint honeſti,an criminoſi, & vtrũ iã ſint emendati de crimine;an adhuc in crimine perſeuerent.rurſus vtrũ crimina ſint eadẽ,vel minora;an paria,vel maiora:vtrumue teſtes ex zelo iuſtitiæ,an ex malignitatis fomite depoſuiſſe credantur;demq. vtrũ ad ſimoniacã prauitatem detegẽndã ſola dicta teſtiũ inducantur,an aliqua etiã adminicula ſuffragentur.Hæc omnia ſunt ad intelligentiã illius epiſtolæ diſtinguẽda,ſicut ex ſerie ipſius epiſtolæ poteſt perpẽdere diligens indagator. Ille quidẽ Põpoſianus Abbas,qui iãpridẽ renuntiauit mundo, erat de ſimonia,periurio,dilapidatione,ac inſufficiẽtia grauiter infamatus.cumq.per monachos,qui iurauerant teſtimoniũ perhibere veritati,ſimonia multis modis videretur eſſe probata;ipſe cõtra teſtes multas exceptiones oppoſuit,conſpirationes videlicet,& inimicitias capitales,furtũ,& adulteriũ,vt eos a teſtimonio remoueret. Nos vero,ne innocentię puritas cõfuſa ſuccũberet,vel ſimoniæ prauitas effugeret inpunita;illas dũtaxat exceptiones probandas admiſimus,quib. forte probatis,teſtes nõ zelo iuſtitiæ,ſed de malignitatis fomite proceſſiſſe cõſtaret,vt cõſpirationes, & inimicitias capitales,ceteras autẽ exceptiones,vt furti,adulterij, propter immanitatem hæreſis ſimoniacæ,ad cuius cõparationẽ cetera crimina,quaſi pro nihilo reputantur,duximus repellendas.quoniã etſi probationes fidẽ teſtiũ debilitarent in aliquo,nõ tamẽ euacuarent ex toto;alijs adminiculis ſuffragantibus,præſertim cũ teſtes de crimine fuerint emendati.Tales igitur cõtra tales taliter duximus admittendos,ſed nõ ſecundũ rigorem iuris,ſed ſecundũ tẽperantiã æquitatis;cũ ageretur non criminaliter, vt deponeretur ab ordine,ſed ciuiliter, vt ab adminiſtratione amoueretur,tãquam inmeritus,& dãnoſus;& vtiq.tales prælati ex leuiorib. cauſis poſſent ab adminiſtratione amoueri, maxime per ſummũ Pontificẽ,qui poteſtatẽ habet nõ ſolũmodo iudicandi,verum etiã diſponendi,ſicut quorũdã religioſorũ approbata cõſuetudo depoſcit.vnde prædictus Abbas nõ expectata ſententia,quaſi male cõſcius ſibi ceſsit.

† Clem. e.titul. & e.lib. gl.

Idem Abbati Gerablaceñ. *Cap. 5.*

SICVT nobis tuis litteris intimaſti, cũ c.33.eo.
in Gerablaceñ.eccleſia fueris a tenera nutritus ætate,monachus factus ibidẽ,in ætate matura promotus cõſequenter fuiſti ad regimẽ eccleſiæ Floriñ. Verũ Abbate Gerablaceñ. de medio poſt ſublato,Gerablaceñ. eccleſia, quæ prius te,tãquam filiũ habuerat,inuitum, & abſentẽ in patrẽ, & paſtorẽ per electionẽ canonicã te reuocauit.et quoniã paſtore carebat Leodieñ.eccleſia cathedralis, poſtquam per dies aliquot morã feceras in eccleſia Gerablaceñ.ad Coloñ. eccleſiã,quæ tua eſt metropolis,proficiſcẽs,ipſius auctoritate in Gerablaceñ.eccleſia interim miniſtraſti. Ceterũ poſtquam in Leodieñ.eccleſia fuit Epiſcopus inſtitutus,is a te requiſitus electionẽ de te factã noluit cõfirmare,aliud nõ prætendens,niſi quod de minori loco tranſlatus fueras ad maiorẽ. Verum,cum hæc tibi fieri pro extorquenda pecunia cõperiſſes,ſub interminatione anathematis vetuiſti;ne pro facto huiuſmodi aliqua pecunia offerretur; & cum quidam de fratribus timorem Dei præ oculis non habentes,interuẽtu munerum,ad ipſius Abbatiæ regimen aſpirarent ſeniores in eccleſia,quod malum imminens, non niſi malo poſſet deprimi,prævidentes,te inconſulto,et penitus ignorante,contra excommunionis a te factæ ſententiam venientes promiſerunt, & pecuniam etiam perſoluerunt, ſicut tibi poſtmodum eſt relatum, & ſic ab Epiſcopo inuitatus inſtitutionem ab eo accepiſti libere,quemadmodum poſtulabas. ſuper his ergo

go nos tua duxit diſcretio conſulẽdos; ſi propter promiſsionẽ incognitã, & prohibitã, quẽadmodũ eſt promiſſum, † tibi peccati macula inſligatur, vel ſi de promiſsione nunc tibi cognita, tu cũ fratribus, qui fecerũt eã, debeas pænitere; cum inhærere nolueris ſimoniacæ prauitati; paratus pro grege domini ſubire laborẽ, vel quãuis te cõſcientia nõ accuſet, a ſuſcepto regimine, ſi decreuerimus, abſtinere. Quãuis autẽ ſecundũ ſacror. canonũ inſtituta, etiã paruuli, qui cupiditate parentũ eccleſias per pecuniã ſunt adepti, eas dimittere teneantur; quia tamẽ lõge diuerſum eſt nõ præbere cõſenſum, & expreſsim aliquid prohibere: taliter duximus reſpõdendũ, quoniam ex eo, quod cõtra prohibitionẽ, & voluntatẽ tuã, a qua poſtmodũ minime receſiſti, aliquis te penitus ignorante promiſit pecuniã, & exſoluit, præſertim cũ aliquis ex his nulla ſit tibi cõſanguinitate cõiunctus, nihil tibi debet, quoad pœnã, & culpã, ſicut credimus, inputari, niſi poſtea forte cõſenſeris, pecuniã ſoluẽdo promiſſam, aut etiã reddendo ſolutã. alioquin cõtingeret, quod alicuius factũ inſidias inimico parantis, ei dãnoſum exiſteret, cui penitus diſpliceret; & ſic aliquis de fraude ſua cõmodũ reportaret. Illos autẽ, qui dederunt pecuniã, vel etiã receperunt, in tantũ conſtat eſſe culpabiles; quod ſi exceſſus eorũ eſſet eccleſiæ manifeſtus, quæ nõ iudicat de occultis, pœna eſſent canonica feriendi.

† præmiſſum forte.

Idem Decano Beluacen̄. *Cap. 6.*

c.34.eo TVA nos duxit diſcretio conſulendos, ſi aliquis alicui eccleſiæ de bonis ſuis quædã obtulerit, petẽs, vt in vita ſua ſibi liceat eadẽ bona in ipſa eccleſia pro præbẽda tenere, an bona recipi debeant ſic oblata, & idẽ clericus aſſumi valeat in canonicũ eiuſdẽ eccleſiæ abſque vitio ſimoniæ. Nos igitur deuotioni tuæ taliter reſpõdemus, quod ſi quis clericus cũ cõdicione, vel pacto largiatur, vel offerat bona ſua, vt illa poſtmodũ pro præbenda retineat, & vt in canonicũ admittatur, huiuſmodi oblatio, vel receptio fieri nõ poterit ſine vitio ſimoniæ, cũ in talib. omnis pactio, aut cõuentio ceſſare debeant iuxta canonicas ſanctiones. ſi vero pure, ac ſine pacto, & cõdicione qualibet offerat bona ſua, rogans humiliter, vt in canonicũ admittatur, & bona ipſa retinere ſibi liceat pro præbẽda, & clerici eiuſdẽ eccleſiæ pure conſentiant, huiuſmodi receptio proculdubio fieri poterit abſque ſcrupulo ſimoniacæ prauitatis. licet autẽ taliter duximus reſpondendum, quia nobis datum eſt de manifeſtis tantummodo iudicare; ſi tamen is, qui talem donationem facit, ea intentione ducatur, vt propter temporalia bona, quæ offert, ſpiritualia valeat adipiſci; & clerici, qui eum in fratrem admittunt, non eſſent eum, niſi commoda temporalia perciperent, admiſſuri; ſine dubio, tam illi, quam ille apud diſtrictum iudicem, qui ſcrutator eſt cordiũ, & cognitor ſecretorum, culpabiles iudicantur.

Idem Priori Cartuſien̄. *Cap. 7.*

PER tuas nobis litteras intimaſti, quod cum G. in quadam domo Cartuſien̄. ordinis ſuſcepiſſet habitũ monachalem, termino ſuæ probationis completo, a diœceſano Epiſcopo fuit in ſubdiaconũ ordinatus, ſe poſtmodum didicit ex relatione quorũdam, quod licet idem Epiſcopus alias vir eſſet honeſtus, multotiens tamen cõmiſerat vitium ſimoniæ; propter quod monachus vehementi dolore turbatus in ſuſcepto formidat ordine miniſtrare, nolens ab eodem Epiſcopo ad ſuperiores ordines promoueri. Vnde cum eidem eremum exire non liceat, nec præfatus Epiſcopus ipſum, vel quemquam alium ſuæ diœceſis ab Epiſcopo alio ordinari permittat, poſtulaſti per ſe. Ap. edoceri, quid cum præfato monacho in ordine iam ſuſcepto, & ſuſcipiendis ſuperiorib. ſit agendum. Nos itaq. reſpõdemus, quod idẽ monachus in ordine ſic ſuſcepto ſecure miniſtret, ſed cõtra conſcientiã ad ſuperiores ordines nõ aſcendat, ne forſan ædificet ad gehennam, licet ex eo, quod conſcientiam nimis habuit ſcrupuloſam, in difficultatem huiuſmodi ſit collapſus, quam vtiq. non euadet, niſi deponat errorem. c.35.eo.

DE IVDAEIS. Tit. iij.

Idem Archiepiſcopo Senon̄. & Epiſcopo Pariſien. *Cap. vn.*

ETSI Iudæos, quos propria culpa ſubmiſit perpetuæ ſeruituti, cum dominum crucifixerunt, quem ſui prophetæ ad redemptionem Iſrael prædixerunt in carne venturum, pietas chriſtiana receptet, & ſuſtineat cohabitationem illorum, quos etiam propter illorũ perfidiam, Sarraceni, qui fidem catholicam perſequuntur, nec credunt in crucifixum ab illis, ſuſtinere non poſſunt, ſed potius a ſuis finibus expulerunt, in nos vehementius proclamantes, eo quod ſuſtineantur a nobis, qui ab ipſo crucis patibulo condemnant redemptorem noſtrum; ingrati tamen nobis eſſe non debent, vt redderent Chriſtianis pro gratia contumeliam, et de familiaritate contemptum, qui tamquam miſeri- De Iudæ. c. 13.

bus,ac etiam credentibus cõfundantur, & cũ ſe viderint ab omnibus euitari,reconciliari deſiderent omnium vnitati. De cõmuni ergo f. n.con.& aſſenſu quoq. Archiepiſcoporum,& Epiſcoporum apud ſe.Ap. exiſtentiũ, diſtriſtrictius inhibemus,ne quis hæreticos receptare,quomodolibet defenſare,aut ipſis fauere, vel credere,quoquomodo præſumat;præſenti decreto ſimiliter ſtatuentes,vt ſiquis eorum aliquid facere præſumpſerit,vbi primo,ſecundoue cõmonitus a ſua ſuper hoc curauerit pręſumptione ceſſare;ipſo iure ſit factus infamis, nec ad publica officia, vel cõſimilia ciuitatũ, nec ad eligẽdos aliquos ad huiuſmodi, nec ad teſtimoniũ admittatur,ſit etiã inteſtabilis,nec ad hereditatis ſucceſsionẽ accedat,nullus pręterea ipſi cogatur,ſuper quocũq. negotio reſpõdere.Quod ſi forte iudex extiterit,eius ſententia nullã optineat firmitatẽ,nec cauſæ aliquæ ad eius audientiã perferãtur,ſi fuerit aduocatus,eius patrociniũ nullatenus admittatur;ſi tabellio,inſtrumẽta cõfecta per ipſũ nullius penitus ſint momenti,ſed cũ auctore dãnato dãnẽtur. in ſimilibus idẽ pręcipimus obſeruari.ſi vero clericus fuerit,ab omni officio, & beneficio deponatur, vt in quo maior eſt culpa,grauior exerceatur vindicta.ſiquis autẽ tales,poſtquã fuerint ab eccleſia denotati, cõtẽpſerit euitare,anathematis nouerit ſentẽtiã incurriſſe.In terris vero tẽporali noſtræ iuriſdictioni ſubiectis bona eorũ ſtatuimus publicari,& in alijs idẽ præcipimus fieri per poteſtates,& principes ſęculares;& qui ad id exequendũ,ſi forte negligẽtes extiterint, per cen. ecc.ap.poſt.compelli volumus,& mãdamus; nec ad eos bona eor.vlterius reuertantur;niſi eis ad cor reuertẽtib.& abnegãtib.hęreticorũ cõſortiũ miſereri aliquis voluerit,vt tẽporalis ſaltẽ pęna corripiat, quẽ ſpiritualis nõ corrigit diſciplina.Cũ enim ſecundũ legitimas ſanctiones,reis lęſæ maieſtatis punitis capite,bona cõfiſcentur ipſorũ,eorũ filijs vita tantũmodo ex miſericordia cõſeruata; quanto magis, qui aberrãtes in fide domini Dei filiũ Ieſum Chriſtũ offendunt, a capite noſtro, quod eſt Chriſtus,eccleſiaſtica debent diſtrictione præcidi,& bonis tẽporalib. ſpoliari; cũ longe ſit grauius æternã, quã tẽporalem lædere maieſtatẽ;nec huiuſmodi ſeueritatis cenſurã orthodoxorũ exheredatio filior.quaſi cuiuſdã miſerationis prætextu debet vllatenus impedire, cũ in multis caſibus etiã ſecundũ diuinũ iudiciũ filij pro patribus tẽporaliter puniãtur, & iuxta canonicas ſanctiones quandoq. feratur vltio non ſolum in auctores ſcelerum, ſed etiam in progeniem damnatorum.

Idem Illuſtri Regi Aragoniæ. *Cap.2.*

SI aduerſus nos terra cõſurgeret.& infra. Licet autẽ a nobis,& prædec.noſtris cõtra hęreticos multa ſint cõſtituta,nec habeatis excuſationẽ aliquã in peccatis, quaſi antiquorũ obliti fueritis mandatorũ, & quia plus timeri ſolet,quod ſpecialiter iniũgitur, quam quod generaliter imperatur;aduocatis, & ſcriniarijs firmiter inhibemus,ne præfatis hæreticis, dũ fuerint in ſua cõtumacia,& errore Paterinis,vel credentib.fautoribus,& defenſoribus eorumdem ullo tempore in aliquo pręſtetis auxilium, conſilium, vel fauorem,nec eis in aliquibus cauſis, vel factis, vel aliquibus litigantibus ſub eorum examine,veſtrum patrociniũ prębeatis,& pro ipſis publica inſtrumẽta condere,vel aliqua ſcripta facere præſumpſeritis:ab officio veſtro ſuſpenſos, perpetuo vos decernimus infamiæ ſubiacere,Ceterum; ne iudices,& ſcriniarij,qui conſenſerunt præfatis hæreticis, in huiuſmodi præſumptione temeraria ſociati, de ſua nequitia glorientur, cum priuilegium mereatur amittere,qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate, eos ab officio ſuo,iudicamus eſſe ſuſpenſos;decernentes irritum,& inane quidquid per ipſos hæreticos prædictos factum fuerit,vel ſtatutum. c.1.c.2

Idem vniuerſis Chriſti fidelibus, tam in vrbe Meteñ.quam diœceſi conſtitutis. *Cap.3.*

CVM ex iniuncto nobis Apoſtolatus officio facti ſumus ſecundum Apoſtolum ſapientibus, & inſipientibus debitores, pro vniuerſorum ſalute nos oporteat eſſe ſollicitos,vt & malos retrahamus a vitijs, & bonos in virtutibus foueamus; tunc autem opus eſt diſcretione maiori, cum vitia ſub ſpecie virtutum occulte ſubintrant, & angelus Sathanæ ſe in angelum lucis ſimulate transformat. Sane ſignificauit nobis ve.f.n.Meteñ.Epiſcopus per litteras ſuas,quod tam in diœc.quam in vrbe Meteñ.laicorum, & mulierum multitudo tractatu non modico quodammodo deſiderio ſcripturarum, euangelia, epiſtolas Pauli,pſalterium,moralia Iob,& plures alios libros fecit in Gallico ſermonę transferri, tranſlationi huiuſmodi adeo libenter, vtinã autẽ & prudenter,intendens;vt ſecretis quæſtionibus talia inter ſe laici, & mulieres eructare præſumant, & ſibi inuicem prędicare, quin eorum aſpernantur conſortium, qui ſe ſimilibus non immiſcent, & a ſe reputant alienos, qui aures, & animos talibus non apponunt. c.11.co.

& Leuitis,qui miſsi fuerant ad interrogan-
dum,quis eſſet, & quare baptizandi officiũ
aſſumpſiſſet. Ego vox clamantis in deſerto,
dirigite viam domino,ſicut ait Iſaias prophe-
ta.Non ergo credendum eſt ei,qui ſe dicit miſ
ſum a Deo,cũ nõ ſit miſſus ab homine,niſi de
ſe ſpeciale proferat teſtimoniũ de ſcripturis,
vel euidens miraculum operetur.nam etſi de
ijs,qui miſsi leguntur a Deo,euangeliſta teſta
tur , quod ipſi prædicauerunt vbiq. domino
cooperante, & ſermonem confirmante,ſequẽ
tib.ſignis,licet autem ſcientia valde ſit neceſſa
ria ſacerdotibus ad doctrinam,quia iuxta ver
bum propheticum , Labia ſacerdotis cuſto-
diunt ſcientiam , & legem exquirunt ex ore
eius;non eſt tamen ſimplicibus ſacerdotidus,
etiam a ſcholaſticis detrahendum; cum in eis
ſacerdotale officiũ debeat honorari; propter
quod dominus in lege pręcepit,dijs non de-
trahes;ſacerdotes intelligens,qui propter ex-
cellentiam ordinis,& officij dignitatem, deo
rum nomine nuncupantur; iuxta quod alibi
dicit,de ſeruo volente apud dominum rema-
nere;vt dominus offeras eum dijs.cum.n.iux
ta verbum Apoſt. ſeruus ſuo domino ſtet,
aut cadat,profecto ſacerdos ab Epiſcopo,cu-
ius eſt correctioni ſubiectus,debet in manſue
tudinis ſpiritu caſtigari, nõ autem a populo,
cuius eſt correctioni præpoſitus,in ſpiritu ſu
perbiæ reprehendatur,cum iuxta pręceptum
dominicum,pater,& mater non debeant ma
ledici,ſed potius honorari,quod de ſpirituali
patre multo fortius debet intelligi,quam car
nali.nec quiſquam ſuæ pręſumptionis auda-
ciam illo defendat exemplo;quod aſina legi-
tur reprehendiſſe prophetam;vel quod domi
nus ait,quis ex vobis arguet me de peccato,&
ſi male locutus ſum,teſtimonium perhibe de
malo;cum aliud ſit fratrem in ſe peccãtem oc
culte corripere,quod vtiq.quiſq.tenetur effi-
cere,ſecundum regulam euangelicam,in quo
caſu ſane poteſt intelligi , quod Balaam fuit
correctus ab aſina,& aliud eſt patrem ſuum
delinquentem etiam reprehẽdere manifeſte.
pręcipue fatuum pro ſimplici appellare,quod
vtiq.nulli licet ſecundum euangelicam veri-
tatem,nam qui etiam dixerit fratri ſuo fatue,
reus erit gehennæ ignis.rurſus aliud eſt,quod
pręlatus ſponte confiſus de ſua innocentia,
ſubditorum accuſationi ſe ſupponit; in quo
caſu pręmiſſum domini verbum debet intelli
gi;& aliud eſt,cum ſubditus non tam animo
reprehendendi,quam detrahendi exurgit te-
merarius in pręlatum; cum ei potius incum-
bat neceſsitas obſequendi.Quod ſi forte ne-
ceſsitas poſtularit,vt ſacerdos,tamquam inuti
lis aut indignus,a cura gregis debeat remoue-
ri;agendũ eſt ordinate apud Epiſcopum , ad
cuius officium,tam inſtitutio, quam deſtitu-
tio ſacerdotũ noſcitur pertinere.Illud autẽ tã
quam de ſupercilio Phariſęorum procedens,
debet ab omnibus aſpernari,quod tamquam
ipſi ſoli ſint iuſti, ceteros aſpernantur . Cum
& hactenus ab initio naſcentis eccleſiæ mul-
ti fuerint uiri ſancti,qui nec tales fuiſſe legun
tur,nec talibus adhæſiſſe; cum de nouo tali-
ter ſurrexiſſe leguntur,qui nec contenti ſunt
doceri potius,quam docere:ad alios forſitan
pertinebunt,quib. dominus ait : Nolite fieri
plures magiſtri.Nos igitur filij,quia vos pater
no affectu diligimus,ne ſub pętextu verita-
tis in foueam decidatis erroris , & ſub ſpecie
virtutum in laqueum vitiorum,vniuerſitatẽ
veſtram rogamus attentius,monemus,& hor
tamur in domino,in remiſsionem vobis pec-
catorum iniungentes,qua.ab ijs,quæ ſuperius
reprehenſibilia denotauimus, & linguam , &
animum reuocetis,& fidem catholicam,& re
gulam eccl.obſequantes;ne vos verbis fallaci-
bus circunueniri,vel etiam circunuenire con-
tingat.Quia ſi correctionem noſtram, & ad-
monitionem paternam non receperitis humi
liter,& deuote;nos poſt oleum infundemus
& uinum,ſeueritatem eccle.apponentes , vt
qui noluerint obedire ſpõtanei , addiſcant ac
quieſcere vel inuiti.

DE SCHISMATICIS, ET ordinatis ab eis. Tit.v.

Idem Biſuntiñ. Archiepiſcopo.
Cap.vii.

FRATERNITATI tuæ. et infra. Priorem quoque,quem a De ſchiſma.c.vi.
ſchiſmatico aſſeris ordinatum,
ab officio repellere poteris incun
ctanter , niſi legitime probauerit
ſecum fuiſſe miſericorditer diſpenſatum , &
ab ea perſona,quæ ſuper hoc poteſtatem ha
bet diſpenſandi.

DE APOSTATIS Tit. vj.

Idem. *Cap. vn.*

De apoſtat.c.3.

TVAE fraternitatis.& infra. Super ſecũdo vero articulo inquiſitionis tuæ duximus reſpõdendũ, quod clerici, qui ſunt de apoſtaſiæ crimine infamati, qui videlicet habitũ abiecerunt clericalẽ, nõ ſunt in ſæculari habitu tolerandi, ſed per diſtrictionẽ eccleſiaſticã coërcendi, donec deficiente probatione ad infamiã abolendã purgationem canonicam curauerint exhibere.

DE HOMICIDIO. Tit. vij.

Idem Epiſcopo Lingoñ. *Cap.* 1.

De hómic.c.13

DILECTVS fi. A. capellanus in noſtra præſentia cõſtitutus, ſua nobis cõfeſsione mõſtrauit, quod cũ quadã corporis moleſtia grauaretur; ita quod cibi, & ſomni deſiderium raptũ videretur ab eo, vt comedendi apetitũ aliquantulũ excitaret; equum, quẽ nutriuerat, aſcendit, qui cũ plene nõ pareret habenis, ſed præter ſeſſoris arbitriũ ſuis ſaltibus laſciuiret, ipſe, vt eius refrenaret impetum, & fræno vim intulit, equumq. calcarib. ſtimulauit. Cumq. fracto fræno equus, quaſi proprio arbitrio relictus, curreret feſtinanter, quædã mulier veniens ex obliquo, & infantulũ baiulans obuiauit, in quã equus irruẽs procul abiecto ſeſſore, puerũ prædictũ oppreſsit, & capellanus ipſe, ex repẽtino caſu, vix mortis periculũ euitauit, ſed ad vltimũ cõualeſcens, diuina poſtmodũ celebrare nõ præſumpſit. Quia vero nobis nõ cõſtitit de pręmiſsis, f.t. per A.ſ.m. qua ſuper his inquiras diligẽtius veritatẽ, & ſi rẽ inueneris taliter proceſsiſſe, cũ idẽ capellanus, nec voluntate, nec actu homicidiũ perpetrauerit, nec dedit operã illicitæ rei, nõ impedias, quominus diuina poſsit officia celebrare.

Idem Meteñ. Epiſcopo. *Cap.* 2.

c.14.e.t.

EX litteris tuę fraternitatis accepimus, quod cũ lator præſentiũ A. presbyter vellet fenum de curru deponere, perticã ſuperius alligatã, cũ neminẽ circa currũ videret, proiecit in terrã, & cum feno inſiſteret deponendo, quidã prope ipſum accedens, puerũ quendã iuxta currũ reperit ſemiuiuum, in quo præter modicũ liuoris in fronte nil inuenire potuit læſionis. Nos autẽ ab eodẽ quæſiuimus ſacerdote, ſi priusquã deiceret perticã, circũſpexit ſollicite, an eſſet aliquis circa currũ, qui quod diligẽter circũſpexit, aſſeruit; ſed quod vidiſſet aliquẽ denegauit. Ad te igitur remittentes eundem, f.t. per A.ſ.m. qua. ſi res ita ſe habet, niſi contra eundẽ presbyterum graue ſcandalum ſit exortum, vel tãta laboraret infamia, quod deficiente accuſatore oporteat ei purgationẽ canonicam indici, ipſum libere permittas exequi officium ſacerdotis.

Idem. *Cap.* 3.

EX litteris tuę fraternitatis accepimus, quod quidã monachus puer tuæ diœc. ad deponẽdũ de cãpanili cãpanam ſubſeruiẽs, quia forte lignũ corruit, ipſo momento, in eccleſia ſub cãpanili, quendã oppreſsit puerũ, & occidit. vnde a nobis humiliter poſtulabas, quid tibi ſuper hoc eſſet faciendũ, petens, vt cũ ipſo miſericorditer diſpẽſetur. Quocirca fraternitati tuæ per A.ſ.m. qua. ſi monachus ipſe rẽ neceſſariã agebat, & vtilẽ, & in loco, per quẽ aliquẽ trãſire nõ crederet, vel ibidẽ exiſtere, vel etiã illuc de cõſuetudine venire, quãdo lignũ mouiſſe dinoſcitur, ſatis poterit, præſertim in monaſterio ad altiores ordines promoueri. c.15.eo.

Idem Epiſcopo Paduano. *Cap.* 4.

SIGNIFICASTI nobis per litteras tuas, quod cũ F. clericus cũ Archipresby. ſancti Fiducij equitaret, equus, cui inſidebat, tã ſe, quã ipſum proiecit in aquam. inde clericus ipſum grauiter calcaribus ſtimulauit, equus vero, vt litterarũ tuar. tenor innotuit, cũ exiſteret bucca durus, præter voluntatẽ ſeſſoris raptus in curſum, & male parens habenis, quandã mulierẽ, quã obuiã habuit, ex inprouiſo pedibus interfecit. Cumq. nos ab eodẽ clerico feciſſemus inquiri, vtrũ equi vitiũ prius ſciuiſſet, illud ſe aſſeruit ignoraſſe. Ideoq. f.t. per A. ſ.m. qua. inquiras ſuper his diligẽtius veritatẽ, et ſi rẽ inueneris taliter proceſiſſe; ad maiorẽ cautelã iniungas eidẽ clerico pęnitentiã cõpetentẽ; qua peracta nequaquã impedias, quominus, & in ſuſceptis miniſtret ordinibus, et ad maiores valeat promoueri. c.16.eo.

Idem Epõ Zamoreñ. *Cap.* 5.

EX parte tua noſtris eſt aurib. intimatum, quod cũ quidã puer quẽdã canẽ percuteret, alter puer, cuius erat canis, illũ in facie manu percuſsit, qui percuſſerat eiuſdẽ canẽ, ſed cũ ille fuſtem arriperet, vt repercuteret illum, a quo fuerat ipſe repercuſſus, & ambo fuſtẽ tenerẽt hinc inde, pater illius, qui canẽ percuſſerat, ſuperuenit, vt filiũ ſuũ caſtigaret. Pueri vero in fugã cõuerſi fuſtẽ, quẽ tenebant adinuicẽ, dimiſerunt, & cũ per aliquantulũ ſpatium eſſent ab eodẽ loco remoti, iã dictus pater vnius in fuſtẽ illũ taliter incidit, quod per vnũ oculum caſu inopinato fuſtis intrauit, ex quo cerebro ſtatim emiſſo, de medio eſt ſublatus. Non ponitur.

Poſt

Poſtmodũ autem puer, qui canem percuſſerat, habitum religionis aſſumpſit, & cum ad ordines recipiendos accederet, per eius, & aliorũ multor. confeſsionẽ quæſtio incidit huius facti, quæ tibi tantum dubitationis induxit, quod nos cõſulere voluiſti, vtrũ hoc facto nõ impediẽte, ad ſacros ordines valeat promoueri. Nos igitur f. t. reſpõdemus; quod ex præmiſsis puerũ illũ nõ credimus ita eſſe culpabilẽ, vt eius ordinatio de iure valeat impediri.

DE ADVLTERIIS. Tit. viij.

Idem Turon. Archiepiſcopo. Cap. 1.

De adul. c.6. INTELLEXIMVS per litteras tuam ve. f. n. Pictauien. Epiſcopi, quã per ea, quę corã dil. fi. A. ſubdiacono, & capellano noſtro ſuper hoc auditore cõceſſo, propoſita pro partibus extiterũt, quod cũ S. laicus Eliſabeth vxorẽ ſuã a maritali conſortio ſine cauſa rationabili depuliſſet, & idẽ Eps diœceſanus eorũ audiens mulierẽ eandẽ cũ quodã adultero fornicari, eã, & illum vinculo excõmunionis aſtrinxit. Quæ tandem eũ, qui dicebatur eius adulter, abiurans, abſolutione recepta coram Epo memorato prædictũ virũ ſibi reſtitui poſtulauit. at ille huiuſmodi ei obiiciens adulteriũ, de quo prolem genuiſſe dicebat eandẽ; & quod ab eo nõ expulſa, ſed ſpõtanea receſſiſſet, reſtitutionẽ ſui propoſuit ei eſſe minime faciẽdã; quod mulier memorata prorſus infitiens replicabat id ipſum, quod fueras fornicatus, & de fornicatione ſobolem procrearet, propter quod tali exceptione vti non poterat contra ipſam. Cũ autem vtriq. parti probandi hoc facultate cõceſſa, præfata mulier per quoſdã teſtes eiuſdẽ viri adulteriũ probauiſſet; quos vir ipſe dicebat, tãquam minus idoneos reprobãdos, ab eo tandẽ fuit ad noſtrã audientiã appellatũ. Quocirca f. t. per A. ſ. m. qua. niſi conſtiterit, vel per euidentiã rei, vel confeſsionẽ legitimã mulieris, quod taliter adulterata fuiſſet; adulterij etiã, quod vir dicitur cõmiſiſſe, probatione ceſſante, ipſum recipere cõpellas eandem. quod ſi prædicto modo de mulieris fornicatione cõſtiterit, niſi teſtes, per quos viri adulteriũ eſt probatũ, fuerint reprobati, cũ matrimonij ius in vtroq. cõſiſtat, & paria delicta mutua cõpenſatione tollantur, nihilominus eũ cogas, vt eam recipiat, & maritali affectione pertractet; alioquin mulieri prædictę ſilentiũ imponere non poſtponas.

Idem Epiſcopo Ambian. Cap. 2.

c.7. eo. TVA fraternitas requiſiuit a nobis, vtrum aliquo denegante vxori ſuæ in adulterio deprehenſæ debitũ cõiugale, ſi poſtmodũ ipſe cũ alia perpetraret adulteriũ manifeſte, & vxore agente pœnitentiã de cõmiſſo, & veniã humiliter poſtulante, vir cogi debeat, vt eandem maritali affectione pertractet. ſuper quo tibi taliter reſpõdemus, quod cũ paria crimina cõpenſatione mutua deleãtur, vir huiuſmodi fornicationis obtentu, ſuæ vxoris cõſortiũ nequit declinare.

DE RAPTORIBVS. Tit. ix.

Idem Epiſcopo Glaconien. † Cap. vn.

† Cra conien. ſiue. De rapt. c. vlt. & de præb. c. 24.

ACCEDENS ad Ap. ſe. dilectus filius B. Hieroſolymit. hoſpitalis a nobis ex parte tua quæſiuit, vtrũ clericus abſens gratia ſtudiorũ de eccleſiaſtico beneficio poſsit inueſtiri, & vtrũ ſi rapta puella, & in alienam delata diœceſim in eccleſiæ facie cõſenſerit in raptorẽ, matrimoniũ huiuſmodi legitimũ ſit habendũ. Nos igitur inquiſitioni tuæ t. reſpõdemus; quod & clericus abſens per alium, vel alius magis per ipſum pro eo poteſt de beneficio inueſtiri, & rapta puella legitime contrahet cũ raptore, ſi prior diſſenſio tranſeat poſtmodũ in conſenſum, et quod ante diſplicuerit, tandẽ incipiat cõplacere, dũmodo ad contrahendum ſint legitimæ perſonæ.

DE VSVRIS. Tit. x.

Idem Epiſ. & alijs eccleſiarum prelatis in regno Francia conſtitutis. Cap. 1.

QVAM pernicioſum ſit vitium vſurarũ diſcretionẽ veſtrã nõ credimus ignorare, cũ præter cõſtitutiones canonicas, quæ in earũ odiũ emanarunt, per prophetã dicatur intelligi eos, qui ſuã dant pecuniã ad vſurã, a tabernaculo domini repellẽdos, & tã in nouo, quã in veteri teſtamẽto prohibitæ ſunt vſuræ; cũ veritas ipſa præcipiat: mutuum date, nil inde ſperantes, & per prophetam dicatur; vſuram, & omnem ſuperabundantiam non accipies; vnde eſt, quod vniuerſitati veſtræ per A. ſ. m. qua. manifeſtos vſurarios, eos maxime, quos vſuris renuntiaſſe publice conſtiterit, cum aliquis eos conuenit de vſuris, nullius permittatis ſubterfugio ſe tueri. De vſur. c.11.

Idem Narbonen. Archiepiſcopo, & ſuffraganeis eius; Comitibus & Baronib. & vniuerſo populo in Narbonen prouincia conſtitutis. Cap. 2.

PER miſerabilem. & infra. Iudæos ad remittẽdas Chriſtianis vſuras per vos, & Principes, & poteſtates cõpelli præcipimus ſæculares, & donec eis remiſerint, ab vniuerſis Chriſti fidelibus, tam etiam in mercimonijs, quam in alijs per excommunicationis ſententiam eis iubemus cõmunionem omnimodã denegari. c.12. eo.

Idem Mutin. Epiſcopo. *Cap. 3.*

c.13.eo. TVAS dudum ex parte tua recepimus quæſtiones, quod quidā vſurarij tuæ diœceſ. eos, quib. dant pecuniam ad vſuram, præſtare faciunt iuramentum, quod vſuras nō repetāt, & ſuper ijs, quas ſoluerint, nullā moueāt queſtionē. Nos igitur inquiſitioni tuę taliter reſpōdemus; vt vſurarios ipſos mo. præ. per cen. ec. ap. re. cōpellas, ante vſurarum ſolutionem, ab earum exactione deſiſtere, vel reſtituere ipſas, poſtquam fuerint perſolutæ; ne de dolo, & fraude ſua contingat eos commodum reportare, qui ad hoc præſtari faciunt iuramētū, quod ſuper vſuras non valeant moleſtari.

Idem. *Cap. 4.*

c.14.eo. QVIA fruſtra legis auxilium inuocat, qui committit in legem; ſtatuimus, vt ſiquis vſurarius a nobis litteras impetrauerit, ſuper reſtituēdis vſuris, vel fructibus computandis in ſortē, niſi prius ipſe reſtituerit vſuras, quas ab alijs noſcitur recepiſſe, auctoritate litterarum ipſarum, nullatenus audiatur.

Idem Altiſiodoren. Epiſcopo. *Cap. 5.*

c.15.eo. CVM in diœceſi tua ſint quamplurimi vſurarij, de quibus minime dubitatur, quin ſint vſurarij manifeſti; contra quos propter timorem Principum, & poteſtatum, qui tuentur eoſdem, nullus appareat accuſator, nec idem ſunt per ſententiam condemnati; qualiter procedere valeas contra ipſos; oraculum duxiſti ſe. Ap. requirendum. Nos autem f. t. t. reſpondemus, quod licet contra eos non appareat accuſator, ſi tamen alijs argumentis, illos conſtiterit eſſe vſurarios manifeſtos, in eos pœnam in Lateranen. cōtra vſurarios editam concilio, libere poteris exercere.

DE FALSARIIS. Tit. xi.

Idem. *Cap. 1.*

De crimine fal. c.4. DVRA ſæpe mandata. & infra. Nos autē honori eccleſiæ Rom. & vtilitati omniū, paterna volentes ſollicitudine prouidere; de cōmuni. f. n. con. ſtatuimus, et ſub excōmunionis pœna, & ſuſpēſionis ordinis, & beneficij diſtrictius inhibemus; ne quis apud ſe. Ap. de cetero litteras noſtras, niſi a nobis, vel de manu illor. recipiat, qui de mādato noſtro ad illud ſunt officium deputati. ſi vero tā tę auctoritatis aliquis extiterit; vt ipſum per nuntium deceat litteras noſtras recipere; nuntium ipſum ad cancellariam noſtram, vel ad nos ipſos mittat idoneum, per quem litteras Ap. iuxta formā pręſcriptā recipiat. Si quis autē in hac parte mādati noſtri tranſgreſſor extiterit; ſi laicus fuerit, excōmunioni ſubiaceat: ſi clericus fuerit, officij, & beneficij ſui ſuſpēſione dānetur. & intra. Ad hoc adijcientes ſtatuimus, vt generalē excōmunionis ſententiā promulgetis, quam per ſingulas parochias faciatis frequentius innouari. Quod ſi quis falſas litteras habere ſe cognoſcit, infra xv. dies litteras illas, aut deſtruat, aut reſignet, ſi pœnā excōmunionis voluerit euadere, quā niſi forſan in mortis articulo, ſine ſpeciali mādato noſtro a quocūq. nolumus relaxari; nec etiā ſi præſumpta fuerit cōtra hæc abſolutio, quidquā habeat firmitatis, ne forte poſt tēpora noſtra falſitas in tantum occulta cuiquam valeat præiudicium generare.

Idem Archiepiſcopo, & Archipresbytero, & canonicis Mediolan. *Cap. 2.*

LICET ad regimē ſedis Ap. quæ dante domino vniuerſarum eccleſiarū mater eſt, & magiſtra, inſufficiētes nos vita, & ſciētia reputemus; quantū tamē nobis dominus in ſua miſeratione cōceſſerit, ab his propoſuimus abſtinere, per quæ nobis poſſit merito derogari; quāquā ex infirmitatis humanæ defectu, nō ſic formā perfectionis ſemper, & in omnibus imitari poſſimus, quin aliquid aliquando in noſtris ſubrepat operib. quod minus circūſpectæ prouidētiæ valeat cōputari. Quod tamē nō ex induſtria, vel ſcientia certa, ſed ignorātia, vel nimia occupatione cōtingit. Ceterum, cum eaſdē litteras, ſicut viri prouidi, & diſcreti ad noſtram remiſeritis præſentiā, vt ex earū inſpectione plenius noſceremus, vtrum ex noſtra conſcientia proceſſiſſent; plus in eis inuenimus, quam in eis veſtra diſcretio ſuſpicata fuiſſet. nā licet in ſtilo dictaminis, & forma ſcripturæ aliquātulū cœperimus dubitāre; bullā tamen verā inuenimus, quæ primum nos in vehementē admirationē induxit, cum litteras ipſas de noſtra ſciremus nullatenus conſciētia emanaſſe. Bullā igitur hinc inde diligentius inſpectantes in ſuperiori parte, quæ filo adhæret, eā aliquātulū tumētem reperimus, & cū filū ex parte tumente ſine violētia qualibet aliquantulū attrahi feciſſemus, bulla in filo altero remanente, filū ex parte illa fuit ab ipſa ſine difficultate qualibet auulſum, in cuius ſummitate adhuc etiā inciſionis indiciū apparebat; per quod liquido apparuit, bullā ipſam ex alijs litteris extractam fuiſſe, ac illis per vitiū falſitatis inſertā, ſicut ex litteris ipſis plenius agnoſcetis, quas ad maiorē certitudinem duximus remittendas. & infra. Vt autem varietates huiuſmodi falſitatis, quas hactenus reprehendimus, vos ipſi de cetero deprehendere valeatis, vobis præſentibus c.5.eo.

litteris

litteris duximus exprimendas. prima ſpecies falſitatis hęc eſt, vt falſa bulla litteris apponatur. ſecunda, vt filũ de vera bulla extrahatur ex toto, & per aliũ filũ inmiſſum falſis litteris inſeratur. tertia, vt filũ ab ea parte, in qua charta plicatur, inciſum cũ vera bulla falſis litteris inmittatur, & ſub eadẽ plicatura, cũ filo ſimilis canapis reſtauratur. Quarta, quæ a ſuperiore parte bullæ altera pars fili ſub plũbo reſcinditur, vt per idẽ filũ litteris falſis inſerta reducitur infra plũbum. Quinta, cũ litteris bullatis, & redditis in eis aliquid per raſurã tenuem inmittatur. Eos etiã a crimine falſitatis non reputamus inmunes, qui cõtra cõſtitutionẽ præmiſſam ſcienter litteras, niſi de noſtra, vel bullatoris noſtri manu recipiunt. eos quoq. qui accedẽtes ad bullas, falſas litteras caute proiciunt, vt de vera bulla cũ alijs ſigillẽtur. Sed hę duæ ſpecies falſitatis nõ poſſunt facile deprehendi, niſi, vel in modo dictaminis, vel in forma ſcripturæ, vel qualitate chartæ falſitas cognoſcatur. In ceteris autem diligens indagator falſitatem poterit diligentius intueri, vel in adiũctione filor. vel in collatione bullę, vel motione, vel optuſione, prę ſertim ſi bulla nõ ſit æqualis, ſed alicubi magis ſit tumida, & alibi magis depreſſa.

Idem Antibareñ. Epiſcopo. *Cap.* 3.

c.6.eo. QVAM graui pœnæ ſubiaceat. & infra. Ad audientiã ſiquidẽ noſtram ex litteris in Chriſto kariſsimi filij noſtri Wlcañ. Diocliæ Regis Illuſtris, necnõ & tenore litterar. tuar. quas dil. fi. I. capellano noſtro apud Durachiũ direxiſti, noueris perueniſſe, quod Dominicus quõdã Suaceñ. Epiſcopus, qui corã eodẽ capellano, & dil. fi. S. ſubdi. noſtro tunc, in partibus illis gerẽtibus legationis officiũ, fuerat de homicidio accuſatus, & in concilio apud Antibareñ. Pontificalẽ reſignauerat dignitatẽ, ad noſtrã olim pręſentiã acceſiſſet, a nobis rediens quaſdã tibi litteras præſentauit, quib. aſſerebat, ſibi a nobis Põtificale officiũ reſtitutũ. & infra. Tu vero litteris illis fidẽ adhibens, ve. f. n. G. quẽ in Suaceñ. Epm electũ canonice diceris cõſecraſſe, ab eadẽ eccleſia remouiſti, præfato Dominico occaſione litterar. falſarum in ipſa eccleſia reſtituto. Præfatus vero R. ſicut ſuis nobis litteris intimauit, nõ credens litteras illas de noſtra conſcientia emanaſſe, tã ipſum Dominicũ, quam præfatũ Epiſcopũ noſtro præcepit cõſpectui præſentari, humiliter petens reſcripto Apoſtolico edoceri, quidquid duceremus de ipſo negotio ſtatuẽdũ. Nos vero ſcriptũ litterarũ falſarũ diligentius intuentes, in eis, tã in continentia, quã in dictamine manifeſte deprehẽdimus falſitatẽ; ac in hoc ſumus nõ modicũ admirati; quia tu tales litteras a nobis credideras emanaſſe; cum præſertim ſcire debeas Ap. ſe. conſuetudinẽ in ſuis litteris hanc tenere, vt vniuerſos Patriarchas, Archiepos, & Epiſcopos, fratres, ceteros autẽ ſiue Reges ſint, ſiue Principes, vel alios homines cuiuſcũq. ordinis ſint, filios, in noſtris litteris appellemus; & cũ vni tantũ perſonæ noſtræ litteræ dirigũtur, nũquã ei loquimur in plurali, ſiue vos, ſiue veſter, vel his ſimilia in ipſis litteris apponatur. In falſis autẽ tibi litteris præſentatis in ſalutatione, dil. in Chriſto filius vocabaris, cũ in omnib. litteris, quas aliquãdo tibi trãſmiſerimus, te videre potueris a nobis fratrẽ venerabilẽ appellatũ. Propter quod, ſic te eſſe volumus in cõſimilibus circũſpectum, vt per falſas litteras denuo nequeas circũueniri, vel falli, ſed ſic litteras Apoſtolicas ſtudeas diligẽtius intueri, tã in bulla, filo, & charta, quam ſtilo, quod veras pro falſis, vel falſas pro veris aliquo modo non admittas.

Idem. *Cap.* 4.

AD falſariorũ cõfutandã malitiã iã alia vice recolimus litteras Apoſtolicas deſtinaſſe, in quib. falſitatis modos ne quis ſe poſsit per ignorantiã excuſare, meminimus plenius dixiſſe. quia vero nonnũquã euenit, vt falſas litteras exhibentes, poſtquã ſuper his fuerint redarguti, ad excuſationẽ ſuã, ſe dicũt litteràs huiuſmodi per alios impetraſſe, de communi f. n. conſilio duximus ſtatuendũ; vt qui litteris noſtris vti voluerint, eas prius examinent; quoniã ſi falſis litteris ſe vſos dixerint ignoranter, eorũ ſera pænitentia euitare nequit pœnas inferius annotatas. Nos enim omnes falſarios, qui per ſe, vel alios vitium falſitatis exercent, cum fautoribus, & defenſoribus ſuis anathematis vinculo decernimus innodatos, ſtatuentes, vt clerici, qui falſarij fuerint deprehenſi, omnibus officijs, & beneficijs eccleſiaſticis perpetuo ſint priuati. Ita quod, qui per ſe falſitatis vitiũ exercuerint, poſtquam per eccleſiaſticum iudicẽ fuerint degradati, ſęculari poteſtati tradantur, ſecundum conſtitutiones legitimas puniendi, per quam & laici, qui fuerint de falſitate cõuicti, legitime puniãtur. ſi clerici fuerint, officijs, & beneficijs eccleſiaſticis ſpolientur; ſi laici, tãdiu maneant excõmunicationi ſubiecti, donec ſatiſfaciãt cõpetenter; ita tamẽ, vt in iſtis, & in alijs malitia grauius, quã negligẽtia puniatur. Quod & de ijs, qui falſas litteras impetrant, ſtatuimus obſeruandum. c.7.eo.

& adhuc etiã non verentur diuina officia celebrare, quamuis propter hoc ſint excommunionis vinculo innodati. Ad hoc breuiter reſpondemus, quod clerici, qui talia præſumpſerunt, ſunt eccleſiaſticis beneficijs ſpoliandi. Monachi vero vel moniales in artioribus monaſterijs ad peragendã ſunt pœnitentiam recludendi.

DE CLERICO PER SALtum promoto. Tit. xiij.

Idem Olomiceñ. Epiſcopo. Cap. uni.

De cler. per ſal. pr. c. un.

QVAE nobis litteræ præſentatæ continebant; quod ſicut ex relatione quorundã bonor. virorum receperas, P. presbyter lator præſentiũ, diaconatus ordine prætermiſſo, ſe fecit ad ſacerdotij ordinem promoueri. Cumq. ſuper hoc ab ipſo quæſiſſes diligentius veritatẽ: ipſe tibi ſecreto humiliter eſt confeſſus, ſe pro certo neſcire, ſi res taliter ſe haberet; ſed ex quo hoc boni viri aſſerebant, inter quos fuerat cõuerſatus; credebat aſſertioni eorum, eo quod ipſo tẽpore, quo ordines inferiores ſuſceperat, intra annos diſcretionis fuerat conſtitutus. Tu vero ipſum ad Ap. ſe. tranſmittens, a nobis humiliter ſupplicaſti, vt cum eo miſericorditer agere dignaremur. Nos igitur eius miſeriæ condolentes, f. t. per A. ſ. m. qua. condignã pœnitentiã pro huiuſmodi negligẽtia iniungas eidẽ, & ea peracta, quia non intelligitur iteratũ, quod factũ eſſe neſcitur, ipſum in diaconum ordinare procures, & ſic de miſericordia eundẽ miniſtrare permittas in ordine ſacerdotis.

DE EXCESSIBVS PRAELAtorum in ſubditis †. Tit. xiiij.

† ſubditos male.

Idem Cantuar. Archiepiſcopo. Cap. 1.

De ſimonia c. 36

IN tantum peccatis exigentib. corda quorundã ſimoniaca prauitas deprauauit; vt in exterminiũ canonicæ ſanctionis, & in eluſionem quodãmodo diuini iudicij, lucris tẽporalib. inhiãtes, ac dicẽtes in corde ſuo, nõ eſt Deus, ſimoniã ſub honeſto nomine pallient, quaſi mutato nomine culpa transferatur, & pœna. Verũ nec Deus ſecundum Apoſtolũ irridetur, nec tales Simonis ſectatores, etſi tẽporalẽ in præſenti forſan pœnã euadant, in futuro tamen pœnã nõ effugient ſempiternam; cum nec honeſtas nominis criminis malitiam palliabit, nec vox poterit abolere reatũ. Sane peruenit ad audientiã noſtrã, quod cum olim quidã ſuffraganei tui, pro chriſmate eccleſiæ contra canonicas ſanctiones certã accipere cõſueuerunt pecuniæ quantitatẽ, metuentes pœnã canonicã, & correctionẽ tuã eludere cupientes; tempus faciendæ ſolutionis anticipent, recipientes in media quadrageſima, quod recipere conſueuere poſt paſcha; & vt cauſam accipiendi diſſimulent, nomen denariorũ variant, denarios, quos prius chriſmales, ſecundo paſchales dicebant, conſuetudinem mediæ quadrageſimæ nuncupantes. Quidam vero nec tempus ſolutionis, nec ſoluendorum numerum in aliquo variarunt, veterem per omnia conſuetudinem imitantes. quia vero expreſsius exprimit venditionis ſpeciem, qui prius recipit pretium, quã rẽ conferat pretioſam, quãquã tẽpus recipiendæ mercedis diſsimulando diſtulerit, & diſsimulauerit differẽdo: licet vtrumq. in talibus periculoſum ſit, vel exiſtat, cum gratis gratia conferenda ſit, ne ipſam cõtingat, & rẽ, & nomen gratiæ demereri: f. t. per. A. ſ. m. atq. diſ. præ. qua. auctoritate noſtra fretus, & tua, taliter exceſſus corrigas ſupradictos, ſuffraganeos tuos, & officiales cor. man. præ. per. cen. ecc. & ſub. ap. ob. a tã illicita exactione cõpeſcens; quod ad nos de cetero ſuper hoc querimonia deferri non poſsit, nec aliorum culpa tibi ob tuæ negligẽtiæ meritũ imputetur ad pœnã. Eademq. auctoritate ſuffultus, prauã illã conſuetudinẽ de tua prouincia ſtudeas abolere, per quã pro eccleſiarũ inueſtitura, Archidiaconi marchã argenti, minores vero Decani vaccã albã ſibi dari poſtulant, vel certã ſolui pecuniæ quantitatem.

Idem Archipreſbytero ſancti Andreæ de Polbañ. Cap. 2.

QVAM ſit graue crimen in clericis gloriari, cum malefecerint, & in rebus peſsimis exultare, nullus ſanæ mentis ignorat. accepimus ſane, quod non ſine dolore referimus, quod cũ R. de Sertone R. filiã ſuã cuidã Simoni tradiderit in vxorẽ, P. diaconus eccleſiæ ſancti Petri, filius autẽ ſacerdotis nõ erubuit publice profiteri, ſe prædictã feminam carnaliter cognouiſſe. Vnde factũ eſt, quod prædictus vir ad propria eam remitteret, cui fuerat matrimonialiter copulata. Quapropter tibi per Ap. ſ. m. qua. ſi tibi conſtiterit de præmiſsis, ſine omni contradictione, ap. ceſ. præfatum clericum ab officio, & beneficio ſuſpendere non poſtponas, compellens virũ, vt vxorem ſuã recipiat, eiq. ſicut iuſtum eſt, officium † exhibeat maritale.

De excel. prel. c. 9.

† al. affectum

Idem Epiſcopo Iponat † & Abbati de Tiſeno viſitatoribus Lombardiæ. Cap. 3.

† al. Hipponenſi.

EX litteris veſtris accepimus, quod cũ ad Ambigaueñ. eccleſiã vna cũ ve. f. n. Piſano

e. tit. c. 8

Archiepiſcopo tũc Epiſcopo Vercellen̄. acceſſiſſetis viſitationis officium impleturi, Ambigauen̄. Epiſcopus inter cetera, quę propoſita fuerant contra ipſum, hoc nobis ore proprio eſt confeſſus; quod, cum quidam in villa quadam ad eius iuriſdictionem ſpectantē infamaretur de furto, & idem illud infitiaretur omnino, offerens, quod candentis ferri iudicio excuſaret ſe, vel purgaret, adiciendo, vt ſuſpēdio puniretur, ſi deficeret in eodem, dictus Epiſcopus requiſiuit a iudice, quid ſuper hoc videretur eidem; & cũ iudex reſpōdiſſet, vt fieret, ſicut fur ipſemet dixerat; ferrum candens in ipſius præſentia Epiſcopi eſt allatum, quod cum accepiſſet, fur ille cōbuſtus eſt. Vnde iudex expauefactus, quid ſibi ſuper hoc videretur, conſuluit Epiſcopũ memoratum, qui ſibi reſpondit, quod ſi fur idē ſic euaderet, malum eſſet, quãuis per litteras, quas idē Epiſcopus nobis modo direxit, affirmet ſe verbis talibus vſum fuiſſe; auditis, quantus eſt clamor populi, omnes dicũt malum eſt, ſi ſic euaſerit inpunitus; & ſic Epiſcopus, & iudex, villam ipſam cum multitudine ſunt egreſsi, in quorum præſentia fur prædictus auctoritate ipſius Epiſcopi eſt ſuſpēſus, propter quod ipſum cum litteris veſtris ad ſe. Ap. deſtinaſtis. ſed idem in præſentia noſtra conſtitutus nihil ſuper his propoſuit coram nobis, nec litteras veſtras vidimus, licet ipſe nobis ſe illas aſſerat pręſentaſſe, quinimmo ſtatim, cum dictus Archiepiſcopus ad ſe. Ap. acceſsit, qui nobis huius rei ſeriem plenarie indicauit, idem Epiſcopus a noſtra diſceſsit præſentia, & perquiſitus non potuit inueniri. Nos autem ſuper his cum fratribus noſtris deliberauimus diligenter, & cum idē Epiſcopus non ſolum in iudicio candentis ferri, verumetiam in furis ſuſpendio grauiter noſcitur deliquiſſe, cum his † non tantũ auctoritatem præſtiterit; verumetiam præſentiam exhibuerit corporalem, ipſum indignũ altaris miniſterio reputamus. Cum igitur Pōtificale officium ſine altaris etiam miniſterio non valeat adimpleri, diſ. ve. per A. ſ. m. qua. vt Epiſcopatui cedat, moneatis eũdem; alioquin ipſum auctoritate Ap. ab Abugen̄. † eccleſia ſub. ap. ob. amouentes, faciatis eidem per electionem canonicam de perſona idonea prouideri.

Idem Archiepiſcopo. & maioris monaſterij & ſancti Iuliani Abbatibus Turen̄. *Cap. 4.*

INTER dil. fi. B. & P. Choet canonicos Pictauen̄. ſuper ſuccentoria Pictauen̄. eccleſiæ, quæſtione ſuborta, eorum vterq. corã nobis firmiter aſſerebat, ſuccentoriam ipſam, ſe per Pictauen̄. cantorem, ad quem eius donatio pertinebat, canonice aſſecutũ. & infra. Nos igitur vtriuſque partis atteſtationibus diligenter inſpectis inuenimus, euidenter eſſe probatum eũdem P. publicum aleatorē eſſe, vel vſurarium manifeſtũ; vtpote qui xj. denarios pro xij. publice mutuarat in ludo. Vnde licet ad palliandum tantæ præſumptionis exceſſum propoſuerat idem P. quod hoc fecerat iuxta Gallicorum conſuetudinem clericorum, qua clerici fere vniuerſi mutuant ſic frequenter, & ludunt. Nos tamen, qui ex officij noſtri debito peſtes huiuſmodi extirpare proponimus, atq. ludos voluptuoſos, occaſione quorum ſub quadam curialitatis imagine ad diſſolutionis etiam materiam deuenitur, penitus inprobamus, excuſationem prædictam, quæ per prauã conſuetudinē, quæ dicenda eſt corruptela potius, palliatur, friuolam reputantes; cum in illis magis plectibilis ſit offenſa, per quos ad excuſandas excuſationes in culpis, delinquendi auctoritas vſurpatur: quod circa eundem P. de ſuccentoria prædicta factum eſſe dinoſcitur, propter indignitatem, & inutilitatem ipſius duximus irritandum, cum perſonis vilibus, & indignis portæ dignitatis patere non debeãt, iuxta legitimas ſanctiones. Præterea contra præfatũ B. manifeſte fuit probatum, quod de conſciētia iudicũ prædictorũ Bituricen̄. vltima clauſula inſerta nō fuerat in litteris eorũdē, ſicut in ipſorũ depoſitionib. exprimitur euidēter, Robertus vero diaconus ad hoc probandum teſtis inductus illud idē depoſuit, & adiecit. quod cum deberet eaſdem litteras ſigillare, diligenter inſpexit, nec eandem clauſulã appoſitam tunc inuenit; vnde pars altera proponebat, quod cum prædictus B. ſcienter vſus fuerit litteris ſic falſatis, debeat merito tã quam falſarius omnino repelli. Verum nos attendentes, quod etſi conſtaret euidentiſsime, quod dicta clauſula litteris illis fuiſſet appoſita præter conſcientiam iudicum prædictorum; quia tamen fides nobis facta nō fuit, quod dictus B. illam clauſulam appoſuerit, vel procurauerit, vt ab alio poneretur, vel etiam, quod ſcienter vſus fuerit litteris ſic falſatis, ab huiuſmodi falſitatis obiectu, eũdem duximus abſoluendum, maxime, cum poſtquam hoc ſibi obiectum fuerit, prætermiſit penitus vti eis. & infra. Cum igitur per depoſitiones ſaltem duorum teſtium, qui nullatenus reprobati fuerunt, nobis conſtitit euidenter, quod conceſsio Petro facta, præceſſerit,

quãquam

quamquam propter indignitatem eiuſdē P. meruerit reprobari, conceſsionē poſtmodū Boccando factam, irritam decernimus, & inanem. Quia vero actor, ad quē ipſius ſuccētoriæ donatio ſpectare proponitur, vt de ipſius periurio taceamus, adeo tamen inconſtanter ſe habuit in hoc facto, vt ſicut præmiſſum eſt, prima donatione nō reprobata ſecundā facere attemptaret; & dignū ſit, vt in eo quis puniatur, in quo viſus eſt deliquiſſe; in hoc eius duximus varietatis inconſtantiam puniē dam; vt concedendi ſuccentoriam ipſam hac vice nullam habeat facultatem; præſentium vobis auctoritate mandantes, qua. eandem, auctoritate noſtra ſuffulti, ſub.ap.ob. perſonæ idoneæ aſsignetis.

DE NOVI OPERIS NVNtiatione. Tit. xv.

Idem Cantuarieñ. Archiepiſcopo. *Cap.* vn.

De noui op. nun. c. 1.

CVM ex iniuncto. & infra. Diſtricta tibi iuſsione mandauimus, vt in negotio capellæ de Lamhe, iuxta formam litteris Ap. cōprehenſam, ab oppreſsione monachorū Cantuarieñ. omnino ceſſares. & infra. Cum autem, quæ præmiſimus, in noſtra, fratrumq. noſtrorū præſentia prudenter eſſent allegata a nuntijs: nos tamē† accepimus iuſtitiam iudicandi, cupientes ipſius veſtigijs inhærere, apud quem non eſt acceptio perſonarum, cuius locum tenemus in terris, licet indigni; & ita via Regia prudenter incedere, vt non declinemus ad dexteram vel ſiniſtram, prædeceſſores quoq. noſtros Vrbanum, Clementem, & etiam Cæleſtinum, credentes amplius imitandos in illis maxime, quæ deliberatione præuia ſtatuerunt, de communi f.n. con. f.t. per A.ſ.m. & in uir. obe. diſ. præ. qua. omni contradictione, excuſatione, & ap. ceſ. infra xxx. dies poſt receptionem præſentiū, quidquid ædificatum eſt in eccleſia memorata, expēſis tuis facias penitus demoliri, eo nō obſtante, etiam ſi abſens extiteris. cum autē ſit etiam legitima ſanctione ſancitum, vt ſi is, cui opus nouum fuerat nuntiatum, ante remiſsionem ædificauerit, deinde agere cœperit ius ſibi ædificatum debere, † ſibi debeat actio denegari; reducens prorſus in irritum, quidquid de inſtituendis ibidem canonicis, & alijs ad ipſam eccleſiam pertinentib. a te, vel a prædeceſſore tuo cognoſcitur ordinatū, eorum redditib. ad ſtatum priſtinum reuocatis, quos ab obligatione præſtiti iuramēti, pro eo quod ibidem inſtituti fuerunt, auctoritate noſtra per te denuntiari præcipimus abſolutos. Cum enim amodo non teneat principale, quidquid ab eo, vel ob id ſecutum eſt, ſub præmiſſa diſtrictione decreuimus irritandū, ſicut ſancitum eſt traditione canonica, & ciuili. & infra. Super eo quoq. nō ſufficimus admirari, quod, cum dicta eccleſia iádudū, quaſi lapis offenſionis fuerit, & petra ſcandali, pro qua nos, & prædeceſſores noſtri aduerſus te, tuoſque prædeceſſores ita grauiter ſumus moti; & viri religioſi pariter, & prudentes monachi Cantuarieñ. qui omnia dimiſerunt pro Chriſto, tot laborib. & dolorib. tot timoribus & periculis perſonas, & res nō dubitauerunt frequenter exponere, quod proculdubio tam illi, quàm illi, vt dictum eſt, nō feciſſent, niſi cognoſcerent præmiſſa reſpicere in graue Cantuarieñ. eccleſiæ detrimentū, vt de alijs omittamus, tu ſaltem pro vitando tam graui ſcandalo proximorum, ab huiuſmodi etiá prohibitis non ceſſaſti; cum ſacræ ſcripturæ debueris teſtamento † didiciſſe, quod licet opera illa, quæ ſine peccato mortali dimitti non poſſunt, non ſint pro vitando ſcandalo dimittenda, nec ea debeant pro ſcādalo vitando cōmitti, quæ ſine peccato mortali committi non poſſunt; ab ijs tamen, quę ſine peccato mortali committi poſſunt, pariter, & dimitti, ſit pro ſcādalo tollendo ceſſandum, & eis etiá pro vitando ſcandalo inſiſtē dum. Vnde Apoſtolus. ſi ſcandalizatur frater, nō comedam carnem in æternum: & dominus in euangelio, contra eos, qui ſcandali pręſtant materiam. Vę inquit homini illi, per quē ſcandalū venit; melius eſt enim, vt ſuſpē datur mola aſinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. & licet maiorū ſcandalum ſit vitandum, vitandum etiam eſt & ſcandalum puſillorum, iuxta teſtimonium veritatis. Qui ſcandalizauerit, inquit, vnum de puſillis iſtis minimis, qui in me credunt, &c. finis ergo ijs, quæ præmiſſa ſunt, de cetero taliter imponatur, quod præteritæ cōtradictionis rebellio per virtutē ſequentis obedientiæ valeat non immerito expiari.

† qui ſpſ

† habere forte

† al. teſtimonio

DE PRIVILEGIIS, ET INdulgentijs. Tit. xvj.

Idem Archiepiſcopo Lindoñ. *Cap.* 1.

De priuil. c. 1.

TVARVM nos tenor edocuit litterarū, quod fratres hoſpitalis ſancti Ioannis laici, & illiterati ad partes illas mittuntur pro eleemoſynis colligendis, quas populus ex deuotione pro ſuſtentatione pauperum prædicto loco mittere conſueuit. Quia vero per ſe non ſufficiunt loca omnia circuire, ſibi clericos, ſacerdotes,

dotes,laicos,& rudes,nõ religioſos,ſed in nequitijs exercitatos aſſumunt, eorum pectorib. crucis characterem imponentes. Cumq; gulæ,& ebrietati deſeruiant,ſe valde inhoneſtos in alijs oſtendentes,clerum, & populum grauiter ſcandalizant;cum ipſi laici prioratuũ fungantur officijs,& tam clericis,quam ſacerdotibus præponantur,& non ſolum Epiſcopis inobedientes exiſtunt, verum etiam quaſdam immunitates,tamquam ſibi ab Ap.ſe.indultas præſumunt ſibi temere vindicare.Cum enim in quadam eccleſia baptiſmali eis a tuo prędeceſſore collata,quidã nuper percutiens vicarium ſacerdotem, ipſam eccleſiam defedaſſet ſanguinis effuſione, vſq.ad reconciliationem diuina ibidem interdixiſti officia celebrari; ſed nihilominus ipſi in ea diuina celebrarunt,ſacerdotes inſuper vndecumq.veniẽtes ad eos,de quorum conuerſatione,ac ordinatione,nulla certitudo prorſus habetur,ad diuinum ſibi officium celebrandum recipiũt, Epiſcopi aſſenſu minime requiſito. Alios vero presbyteros ab officio ſuſpenſos per Epiſcopos ſuos pro ſuorum exigẽtia meritorum idem cum ſint laici, ad officia reſtituunt exequenda.quidam præterea cum vxoribus ſuis in domibus proprijs commorantur:illos quidem,eo quod eis de ſuis aliquid conferunt annuatim,ita emancipare cõtendunt, vt alijs ſecundum leges terræ de ſibi ſubiectis reſpondere minime teneantur. Verum quia priuilegium meretur amittere,qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate:f.t.per.A.ſ.m.qua.ſi quos clęricos,ſeu ſacerdotes,aut laicos a prędictis fratribus pro colligendis eleemoſynis cruce falſa ſignatos inueneris,ijs,a quibus ipſos miſſos eſſe conſtiterit,per totam prouinciam tuam, noſtra fretus auctoritate exhortationis huiuſmodi officium interdicas, laici ſi fuerint, etiã miſſos excommunicationis mucrone percellas,ſi clerici,vel presbyteri fuerint,ab officio, beneficioq.ſuſpẽdas, nullo prorſus priuilegij beneficio, vel ap. remedio præualente. Eos vero quos in prædicta eccleſia lege tibi dioeceſana ſubiectos poſt interdictum tuum,diuina celebraſſe cognoueris,eiuſdem pœna ſuſpenſionis inuoluens,in ea donec reconciliata fuerit,quemadmodum ſacra præcipiunt inſtituta,officia non permittas diuina celebrare,presbyteros etiam ſuſpenſos ab Epiſcopis ſuis,& per dictos fratres ad officia ſua temere reſtitutos,in eandem ſuſpenſionis ſentẽtiam, noſtra fretus auctoritate reducas ; alios vero quos ad reſpondẽdum alijs ſecundum legem terræ,præmiſſa cauſa aſſeris non teneri, nolumus excuſari,quin eos ad reſpondendum, ſub.ap.impedimento compellas.

Idem R. Abbati,& conuentui S. Petri Eugubin. Cap. 2.

CVM olim eſſemus apud Peruſinum conſtituti, tu fili Abbas ad noſtram pręſentiam acceſiſti;priuilegium bo.me. Lucij pp. prę. n. nobis humiliter repręſentans,& poſtulans illud ſuppliciter innouari, quod propter contradictionem ve.f.n.Marci Eugubini Epiſcopi,qui tunc temporis ſuperuenit,aſſerens hoc in ſuum præiudicium redundare, non fuit effectui mancipatum.et infra. Te igitur cũ teſtibus tuis,& pręfati Epiſcopi Eugubini procuratoribus in noſtra preſentia conſtitutis dil.f. noſtrum P.baſilicæ xij.Ap.presbyterũ Cardinalem dedimus in mandatis,vt ſuper amiſſione,ac tenore priuilegiorum , teſtes reciperet diligenter,quos duceres producendos. et infra.Mandati noſtri diligens executor præſentib.pręfatis procuratoribus fideliter redegit in ſcriptis depoſitiones x. teſtium iuratorum,quorum depoſitionibus publicatis, tam dicti procuratores ad producendos teſtes Epiſcopi,per quos inductos a parte aduerſa repellerent,inducias poſtularunt, quas pręfixo termino peremptorio ſub eo tenore illis duximus concedendas:vt apud Ap.ſe.probarent, quæ vellent,niſi onus probationis pars altera ſubijſſet. Ceterum , quoniam infra datum terminum,& receptum in producendis teſtibus defecerunt,nos tamen tam per depoſitiones teſtium,quam aſſertiones quorundam f. n.liquido cognoſcentes,talem dicti priuilegij fuiſſe tenorem,quod videlicet ipſum cœnobium nullo mediante ad Rom.eccleſiam pertineret,& quod non liceret alicui Epiſcopo eidem monaſterio,& eius eccleſijs excommunicationẽ indicere, vt fratres illic domino ſeruientes ab omnium poteſtate liberi Rom . eccle.libertatis gratia potirentur,& quod nulla in eis mentio diœceſani Epiſcopi habebatur, illud etiam nihilominus attendentes, quoniã ſicut ex dictis quorundam teſtium intelleximus euidenter,plurimiq; de noſtris fratrib.tẽpore illo pręſentib.recolebant,cum tu fili Abbas,tẽpore bo.me.C.pp.præ.n.ad ipſius pręſentiam acceſſiſſes,ipſe inſpectis eccleſiæ tuæ priuilegijs,te licet excommunicatus ab Eugubino Epiſcopo dicereris,tamquam non ligatum admiſit ad oſculum,quod præſumitur non feciſſe,niſi monaſterium veſtrum cognouiſſet ad Rom . eccleſiam ſpecialiter pertinere: de cõmuni f.n.con. pronuntiãdum decreuimus,priuilegiũ illud bo.me.Lucij.pp.quod ſine

e.12.e.t.

ſine reprehenſione bullæ, chartæ, vel litteræ apparebat, quando fuit nobis oſtenſum, illius fuiſſe tenoris, cuius per depoſitiones teſtiũ, & aſſertiones f.n. prçmiſimus extitiſſe.

Idem Cantuarienſ. electo, & Abbati trium fontium. Cap. 3.

e.13.e.t. EX parte Abbatiſſæ, ac ſororum Vtreñ. eccleſiæ noſtris fuit auribus intimatum, quod ve.f.n. Meldeñ. Epiſcopus commiſsionis occaſione cuiuſdam, ad ve.f.n. Pariſieñ. Epiſcopũ, & dil. fi. Abb. de Lantuñ. a nobis obtẽtæ in qua nulla mentio habebatur dç ipſar. priuileg. quæ illas, & earum eccleſiam, clerum, & populum Iotreñ. ad Ap. ſe. nullo mediante ſpectare declararent, quorum ipſe non erat ignarus, eas inceperit grauiter moleſtare, obedientiam ab ipſis, ac clero, & populo villæ Iotreñ. qui ſecundum priuilegia ſedis Apoſto. gaudent conſimili libertate, ſubiectionẽ omnimodam impendendam, ſibi requirens, & infra. Verum, cum iudices, & aſſertores eorũ ipſas valde grauarent, ad ap. beneficium conuolarunt. et infra. ſed iudices ipſi appellationi minime deferentes, nec fragilitati ſexus compatientes earum, in Abbatiſſam excommunicationis vinculum, & populum villæ Iotreñ. interdicti ſententias pertulerunt. Sane cum nuntij Iotreñ. eccleſiæ prædicta, & alia multa in noſtra prçſentia retuliſſent, quibus eas, & ſuos contra libertatem eis conceſſam, grauatos dicebant, priuilegium nobis Apoſtolicum oſtẽderunt, per quod eccleſiam Iotreñ. conſtabat ad Rom. eccl. ſpecialiter pertinere. Nos autem eos diutius detinentes propter ap. prędictam, quia tamen tandem nullus apparuit idoneus reſponſalis, qui partem defenſaret aduerſam, licet poſtmodum quidam ſimplex nuntius ſuper hoc prędictorũ Pariſieñ. Epiſcopi, & Lamanc. Abbatis litteras prçſentaſſet, priuilegium Ap. ſe. ecc. Iotreñ. conceſſum duximus innouandum; ita tamen, vt per innouationem ipſius eidem eccleſiæ nihil iuris plus accreſcat, quam per priuilegia prçde. noſtrorum optinuerit, cum per hoc nouum ei non concedere, ſed antiquum ius conſeruare velimus.

Idem Colubrieñ. Epiſcopo. Cap. 4.

e.14.eo. CVM olim ad Ap. ſe. acceſiſſes, & propter quæſtiones, quas aduerſus dil. fi. Priorem, & canonicos S. crucis habebas, pro quibus fuerat ad noſtram audientiam appellatum, moram feceris longiorem, quia pro parte altera nullus cọparuit reſponſalis, eidem Priori; & fratrib. in virtute obediẽtiæ diſtricte prçcepimus, vt vſq. ad feſtum omnium S. proximo tunc futurum per ſe, vel per ſufficientes reſponſales, & idoneos, ad noſtram prçſentiã accederent, ſuper priuilegijs omnibus, & libertatibus, quæ a Romanis Pontificibus, vel a bo. me. quõdam Colubrieñ. Epiſcopo ſe habere dicebãt, & ſuper alijs quçſtionib. aduerſus eos a Colubrieñ. eccleſia intentatis diffinitiuam ſententiam recepturi. vt autem veritas facilius appareret, authentica, & originalia cũ bullis ſuis, nobis vſq. ad eundem terminum ſub eadem diſtrictione prçcepimus exhiberi, interim autẽ vtriq. parti liceret corã dil. fi. de Alcobatia, et de Seiza Abbatib. et F. Meueñ. monacho Alcobatiæ, quib. ſub certa forma cauſa prius fuerat delegata, & teſtes vtrimq. producti proponere, ac probare, ſi quid aliud proponendũ ducerent ad probandũ, & infra. Iudices autẽ ſufficienter actum eſſe de cauſa credentes, atteſtationibus, & rationibus vtriuſq. partis diligenter inſpectis, monaſteriũ S. crucis in expenſis, quas per quadriennium occaſione huiuſmodi negotij iurauerat te feciſſe, quç quinquaginta marcharum auri ſummam attingerent, tibi de prudentum conſilio damnauerunt, infirmantes ſua ſententia libertatem, quam M. Columbrieñ. Epiſcopus in enorme detrimentum Colubrieñ. eccleſiæ contulerat monaſterio ſanctæ crucis canonicorum aſſenſu per prçconem Epiſcopi, & portarium Regis extorto. Præterea quia idẽ M. etiam fuerat canonicus regularis, & duo milia marabotinorum, quæ acquiſierat, in Epiſcopum iam promotus monaſterio dederat memorato ipſum ad reſtitutionem eorum iudices condemnarunt. Inſuper tam decimas, quã omnes eccleſias, quas de manu Regis, vel aliorum laicorum, ſiue clericorum, monaſterium prçter Colubrieñ. Epiſcopi aſſenſum receperat, & quas in Lateraũ. vel in alijs locis in atteſtationibus comprehenſis propria auctoritate fundauit; quia pars ſanctæ crucis nec prçſcriptione, nec defenſione alia probationibus contra ſe factis obſtiterat, iudicarunt in ius Colubrieñ. eccleſiæ cum fructibus medij temporis reuocari. et infra. Tãdem vero cum tu, & pars altera propter hoc ad ſe. Apoſtolicam veniſſetis, procurator monaſterij S. crucis propoſuit ſententiam non tenere. quod ſi alias, etiam ſententia memorata teneat, quia tamen monaſterium fuit indefenſum, ſicut ipſi iudices per ſuas litteras proteſtantur, nec exhibita fuerant coram eis priuilegia libertatis, ne debitum perſonç in dãnũ eccleſiæ redũdaret, debebat ad exhibitionẽ priuilegiorum ſuorum admitti; quod ſibi concedi de ſolita benigni

benignitate ſe. Ap. poſtulauit. Nos igitur attēdētes, quod eadē priuilegia nō ſolūmodo pro libertate monaſterij faciebāt, ſed exprimebāt ius noſtrum, & eccleſiæ Romanæ iuſtitiam tuebantur: ne in nos monaſterij læſio redūdaret, ad priuilegia exhibēda partē eius, de gratia duximus admittendā. vt autē plenius de proceſſu iudicum poſſemus intelligere veritatem; geſta omnia, ſicut acta fuerāt corā nobis vtrimq. iuſsimus exhiberi. Nos igitur his, & alijs auditis, & intellectis, quæ fuerant hinc inde propoſita, diſtinguentes inter libertatē per prædictum Epiſcopū eccleſię ipſi conceſſam, & libertatē, quā ei lōge ante tēpus ipſius Epi Ap. ſedes indulſit, ſicut patet ex priuileg. js ante dictis, quia nobis cōſtitit euidenter extortū fuiſſe in Epiſcopi cōnceſsione canonicorū aſſenſum, et cōceſsionis paginā in aliquot lineis habuiſſe raſuras, & ſubſcriptiones ſingulas fuiſſe ſingulis ſubſcribentiū manib. annotatas. ſcriptū autē, quod nobis exhibitū fuerat, nec raſurā prætendere, nec varijs ſubſcriptionis manibus variatū, ſed a primo ad vltimum eadē potius manu conſcriptū, libertatē ab ipſo Epiſcopo cōceſſam, irritā decernimus, et inanē, ſuper hoc ſententiā delegatorū iudicū cōfirmantes. Quia vero euidenter agnouimus, priuilegijs ante dictis prædec. noſtros eccl. ſanctæ Crucis libertatis priuilegiū indulſiſſe, ac quod ea in poſſeſſione tādiu fuerat libertatis, quod alijs etiā ceſſantib. præſcripſiſſet, libertatē ei a prædeceſſoribus noſtris indultā; auctoritate Ap. cōfirmamus, tibi ſuper hoc ſilētiū imponentes. per hoc autē in nullo ſententiæ delegatorū iudicū derogamus, cū ipſi de hac nō cognouerint libertate. & infra. Cū autē libertatē a prædec. noſtro confirmemus indultā monaſterio ad ius proceſsionis, quod eſt cōtrarium libertati, monaſterium decernimus non teneri, nō derogantes iudicibus delegatis, quibus libertatis priuilegia nō fuerant præſentata. Ceterū ſuper eo, quod ijdē iudices decreuerunt, vt pro domibus portę nouę, in quibus parochiale ius eccleſia Colubrieñ. habuerat, monaſteriū tandē recōpenſaret eidē in loco alio cōpetenti, quantū amiſerat in domibus memoratis; omnino corrigimus ſententiā, quā tulerunt, ad id cenſentes monaſteriū non teneri. In ceteris autē latā a prædictis ſententiam tā pro Colubrieñ. eccleſia, quam monaſterio ſanctæ Crucis auctoritate Ap. cōfirmamus.

Idem Epiſcopo, & magiſtro G. Lemouic. Cap. 5.

e.15.eo. ACCEDENTIBVS ad præſentiam noſtrā dil. fi. magiſtro Zacharia, & Abbatis, & cōuentus Maugraceñ. ex vna parte, & fratre Petro tēplariorum de Torreñ. procuratorib. ex altera, dil. fi. I. ſubd. & capellanū noſtrum dedimus auditorē, coram quo procurator Abbatis, & monachorū propoſuit, quod cum decimas terrarum de Sarcole diu poſſederint in quiete, ante quam ad tēplariorum poteſtatē, & dominium perueniſſent, & poſtquam tēplarij terras adquiſiere prædictas, decimas earūdem per quadraginta annos, & amplius pacifice poſſediſſent, nunc eis ipſas decimas ſubtrahere non verentur, in alijs eiſdē graues iniurias irrogantes. & infra. His igitur, & alijs, quæ corā prædicto capellano fuere propoſita, plenius intellectis, quia de ipſis non potuit fieri plena fides, diſ. v. per. A. ſ. m. qua. inquiſita plenius veritate ſi Abbas, & monachi ſufficiēter oſtēderint, quod a tēplarijs decimas de terris prædictis per xl. annos cōtinue perceperint ſine lite, vos ad præſtationem decimarū ipſarū tēplarios auctoritate Apoſtolica cōpellatis. Cū enim tāto tēpore cōtra indulta priuilegia decimas ſoluerunt, eis renuntiaſſe tacite præſumuntur. Quod etſi forte in probatione defecerint, ab ipſorū petitione tēplarios abſoluatis, ipſis ſuper hoc ap. poſtp. perpetuū ſilentiū imponentes, ſuper alijs vero auditis, quæ hinc inde duxerint proponenda, & quod iuſtū fuerit, ap. poſt. ſtatuatis, faciētes quod decreueritis. &c.

Idem *Cap. 6.*

CVM capella nobilis viri Ducis Bohemię gaudere dicatur huiuſmodi priuilegio, quod nullus Archiepiſcopus, vel Eps in perſonas canonicorū eiuſd. eccleſię, ſiue capellæ ſuſpēſionis, vel excōmunionis, aut etiā ſentētiā interdicti audeat promulgare: Decanus Chriſtianitatis, & quidā alij capellæ ſupradictæ canonici, qui parochiales eccleſiæ a te tenēt, occaſione priuilegij prælibati, in ijs etiā, quarū iuriſdictio ad te pertinet, ita ſe dicunt exēptos, quod quantūcūq. grauiter interdū excedāt, tuæ correctioni recuſant, & ſentētiæ ſubiacere. Vnde a nobis humiliter poſtulaſti, qualiter ſit tibi erga rebelles huiuſmodi procedendū. Quocirca f. t. per A. ſ. m. qua. in quātū exēpti ſunt, eiuſdē ratione capellæ, Apoſtolicis priuilegijs deferas reuerenter, ſed in quātū ratione parochialiū eccleſiar. vel alia iuriſdictionē tuā reſpicere dinoſcuntur, officij tui debitum in eodem libere proſequaris. e.16.eo.

Idē Abbati, & fratrib. Euaſineñ. cœnobij. Cap. 7.

EX ore ſedētis in throno procedit gladius bis acutus, quoniā ex ore Romani Pōtificis, qui pręſidet Ap. ſedi, rectiſsima debet exire ſētētia, qua cōtra iuſtitiā nulli parcat, ſed reddat vnicuiq. quod ſuū eſt. Cū igitur inter nos, & e.17.eo.

ve.

ve.f.n. Wigornieñ. Epm, ſuper monaſterij veſtri ſubiectione, ac libertate cõtrouerſia verteretur, & nos eãdẽ terminãdã cõmiſerimus iudicib. delegatis, cauſam eãdẽ ſufficiẽter inſtructã ad noſtrã præſentiã remiſerũt, certũ partib. terminũ præfigẽtes, quo, cũ inſtrumẽtis, et atteſtationib. noſtro ſe cõſpectui pręſentarẽt ſentẽtiã recepturæ; partib. igitur in noſtra pręſentia cõſtitutis, per procuratores idoneos audiẽtiã præbuimus liberã, & benignã; & quidã monaſterij veſtri propoſuit procurator, quod idẽ monaſteriũ ab ipſa ſui fundatione liberũ extitit, & exẽptũ, ad hoc probãdũ priuilegia prædec. n. inducẽs, duo videlicet Conſtant. † vnũ Innocẽtij, & alterũ Alexãdri, necnõ indulgẽtiã Clementis, & Cęleſtini, quorũ vſum cõtinuũ lõgis retro tẽporib. per depoſitiones teſtium oſtẽdere nitebãtur. & infra. Porro in priuilegio Conſtant. quiddã cõtineri perſpicitur, per quod idẽ cœnobiũ videtur ad iuriſdictionẽ Epi pertinere, videlicet quod Abbas eiuſd. monaſterij primũ locũ poſt Vigornieñ. præſulẽ ſemper obtinebat. Vnde cũ locũ ipſum obtinere nõ poſsit in generali cõcilio, neque in prouinciali, quoniam abſonũ eſſet, vt Abbas primũ poſt illũ ſuper alios Epos reſideret. relinquitur ergo, quod locũ illũ in Epiſcopali ſynodo intelligatur habere, quaſi teneatur ad ſynodũ Epiſcopalem accedere, ac per hoc ipſius ſtatuta recipere, ac ſeruare. In priuilegio vero Alexãdri Papę quiddã aliud cõtinetur, propter quod diœceſanus Epiſcop. in eodẽ cœnobio iuriſdictionẽ, & ſi nõ in omnibus, in quibuſdã tamẽ retinuiſſe videtur, cũ in illo dicatur, vt Wigornieñ. Epi a fratrib. eiuſdẽ loci aliquid iniuſte nõ exigãt, ſed his tãtũ cõtenti permaneãt, quæ prædeceſſores eorũ anteceſſorib. ſuis cõſtat rationabiliter impẽdiſſe. Vnde cõſtat, quod Abbates Epis aliqua de ſuis exhibere tenẽtur. Nos igitur his, & alijs diligẽter auditis, & perſpicaciter intellectis, cũ a neutra parte per teſtes præſcriptio ſit probata, de cõmuni f. n. diffiniuimus ſentẽtialiter, quod Euashameñ. cœnobiũ liberũ eſt in capite, tãquam ab Epiſcopali iuriſdictione prorſus exẽptũ, & ſoli Rom. Põtifici, & eccleſiæ Romanæ ſubiectũ, tutela tamẽ ipſius Cãtuarieñ. Archiepo reſeruata. In mẽbris autẽ, videlicet in illis, quę nõ probãtur exẽpta, diœceſano Epo ipſum decernimus ſubiacere, propter quæ Abbas ad ſynodũ eius debet accedere, primumq. locũ poſt Wigornieñ. Epiſcopũ obtinere: pro ipſis quoq. mẽbris, vt diximus, nõ exemptis idẽ Abbas tenetur Wigornieñ. Epo exhibere reuerentiã, obſequiũ, & honorẽ, quib. Wigornieñ. Epiſcopus ſibi cõpetenter exhibitis, debet manere contentus.

† Conſtãtini Greg. 9.

Idem Antoñ. Epiſcopo. *Cap. 8.*

EX parte tua fuit quæſitũ a nobis, vtrũ clerici, & laici, qui litteras protectionis oſtẽdũt, in quib. perſonæ ſuæ ex nomine, cũ omnib. rebus ſuis ſub Apoſtolica protectione cõſiſtere declarantur, a iuriſdictione diœceſani Epi ſunt exẽpti. Nos autẽ inquiſitioni tuę t. reſpõdemus, quod per litteras huiuſmodi, quas quãdoq. aliquib. perſonaliter indulgemus, ab Epiſcoporũ ſuor. poteſtate minime ſubtrahũtur. c. 18. eo.

Idem Helieñ. Epiſcopo. *Cap. 9.*

PASTORALIS officij. & infra. Interrogaſti præterea, vtrum viri religioſi, quib. a ſe. Ap. eſt indultũ, ut eccleſias ſuas in proprios uſus conuertere poſſent, decedentibus perſonis earum liceat autoritate propria poſſeſſiones earũdẽ eccleſiarũ intrare, uel per diœceſanũ in ipſa ſint potius inducendi. ad quod utiq. reſpondemus, quod niſi forte in indulgentia ſummi Pontificis id contineatur expreſſum, ſuo Epiſcopo incõſulto in poſſeſsionẽ ipſarũ, eis nõ eſt licitũ introire. quia per indulgẽtiã huiuſmodi Epiſcopali iuri non credimus derogari. c. 19. eo

DE PVRGATIONE CANONICA. Tit. xvij.

Idem Senoñ Archiepiſcopo. *Cap. 1.*

INTER ſollicitudines noſtras illa debet eſſe pcipua, vt capiamus vulpeculas, quę demoliũtur vineã domini Sabaoth, ſpecies quidẽ habẽtes diuerſas, ſed caudas adinuicem colligatas, quia de vanitate cõueniũt in idipſum, hi ſunt nãq. caupones qui aquã vino cõmiſcẽt, qui virus draconis in aureo calice Babylonis propinant, qui iuxta verbũ propheticũ, arcũ rem amarã intendunt, vt ſagittent innoxios in occultis, quorũ error ſerpit, vt cancer, ita quod niſi botrus in flore lædatur, fructũ non ſolũ amarũ, ſed etiã peſtiferũ germinabit. Hos amplius prædicator egregius in epiſtola ſua prophetico ſermone deſcribit, & docet omnibus modis euitandos, cõtra quos ſacerdotes, tubis argenteis clãgere debent, vt, cũ clamãte † populo, arca fœderis præcedẽte muri corruant Iericho, quæ iã fuerat perpetuo anathemate condẽnata; ita quod, ſiquis ex ea, vel regulam aureã furari præſumpſerit, cũ Achor filio Carim lapidib. obruetur. & infra. Nos igitur litterarũ ſcientiã, & honeſtatẽ morũ, vitæ pariter attẽdentes, licet eccleſiaſtica cõſtitutio tãtum tales ab officio vſq. ad purgationẽ canonicã doceat ſuſpendendos, quos etiã tamen, cum a

De purg. can. c. 16

† conclamã te forte

Pp bene-

beneficio propter inmanitatē criminis,vt credimus,ſuſpēdiſti,nolumus improbare: nec illud etiā propter cauſam improbamus eandē; quod licet cōtra eū nullus accuſator legitimus appareat,ad tegendam tamē huiuſmodi mortiferæ peſtis,immo peſtiferi morbi radicē,ex officio tuo fama publica deferente voluiſti plenius inquirere veritatē; attendētes a te vulgatā infamiā,graue ſcandalum,& vehementē ſuſpicionē,ex teſtiū dictis obortā,quę contra eundē Decanū facere videbātur, cum propter eor.quælibet,ei eſſet purgatio indicēda:& ſeruantes,& mollientes rigorē,de cōſilio fratrum noſtror. Archiepiſcoporū, & Epiſcoporū etiā apud ſe. Ap.exiſtentiū, purgationē quartædecimæ manus ſui ordinis ei duximus indicendā.ipſum igitur ad te cū litteris Apoſtolicis remittentes, vt ibi purgetur,vbi noſcitur infamatus,f.t.per A. ſ. m. qua.aſcitis tecū dicto Mureneñ. & ve.f.n. Pariſieñ. Epiſcopis indictā ei a nobis purgationē accipias, ita tamen,vt qui ad eius purgationē proceſſerint cōprobādā,ſint fide catholici,& vita probati; qui cōuerſationē,& vitā ipſius nō tā moderno tēpore nouerint,quā tranſacto: purgatione vero recepta beneficium ei reſtituere non poſtponas,ne cogatur in cleri opprobriū mēdicare.in pœnā autē familiaritatis illius,quā hæreticis ſcienter habuiſſe dinoſcitur,eum ab officio volumus manere ſuſpēſum, donec ſcādalū ſopiatur,ita tamē ut publice familiaritatē hæreticorū abiuret. prçcipias inſuper ipſi diſtricte, ut in prædicta, et alijs villis circumpoſitis profiteatur,et prędicet fidem catholicam, ac confundat, et deteſtetur hæreticam prauitatē, ſic deinceps uitā ſuam bonis adornans operib. vt infamia cōuertatur in famam, et omne ſcādalum,et ſuſpicio de catholicorū mentibus deleatur. Quod ſi forſan in purgatione defecerit, eum eccleſiaſticæ diſciplinæ mucrone percellas, et ab officio, et beneficio depoſitū,ad agendā pęnitentiā in artum monaſteriū retrudere nō omittas.

Idem Abbati Sancti Dionyſij, & Priori Sancti Martini de Campis,et J. magiſtro ſcholarum Aurelian̄. Cap. 2.

e.n.eo. CVM dil.et infra. Illud autē nos † attēdere volumus, et mādamus,vt tales perſonæ ad purgationem huiuſmodi admittantur, quæ vicinæ ſunt,et honeſtæ. † vos Greg.9.

Idem. *Cap.3.*

e.12.eo. CVM in iuuentute ſua.et infra. Quia vero pater filiū, quem diligit, corripit: nos eūdem Epiſcopū per litteras noſtras corripimus, etiā iniungētes eidem ad maiorē cautelā, vt ab illius familiaritate ceſſando, apud Deū,& homines taliter ſe haberet; quod ſiniſtra de ipſo ſuſpicio nō poſsit haberi, ſed inimicus homo reſcriptum litterarum illarum ſubripiens, apud prædictum Regem, & magnates regni, ipſum nequiter publicauit, ſicut idem Epiſcopus deberet amplius infamari,cum videretur eſſe nobis incredibilis,& ſuſpectus. Vnde nos tantum † æmulorum nequitiā attendentes, licet pulſati fuerimus multotiens contra eum, nūquam tamen aduerſus ipſum potuimus cōmoueri,ſcientes,quod dictum facile ſequitur multitudo. Vbi vero idem Epiſcopus ad Antigonieñ.metropolim extitit poſtulatus, quidam,qui ſuper ipſa poſtulatione aduerſabantur eidem,vt promotionem ipſius facilius impedirent,illius criminationis carbones reaccēdere ſunt moliti. Vnde quidam procurator ipſius in noſtra præſentia conſtitutus, de conſilio quorūdam amicorum ſuorum,qui ſuper hoc quidem bonum zelum habebāt,ſed non ſecundum ſcientiam,cœpit a nobis in præſentia fratrum n.cum inſtantia poſtulare,quatenus eidem Epiſcopo purgationem canonicā faceremus indici,vt ſuam innocentiam demōſtraret. Nos autem poſtulationem ipſius minus prouidam,immo nimis inprouidam reputantes,procuratorem ipſum ab ea ſæpe voluimus reuocare. Cumq. ſæpefatus Epiſcopus non videbatur apud bonos, & graues de illo crimine infamatus, cum coēpiſcopi ſuper hoc ex mandato Apoſtolico requiſiti,laudabile teſtimoniū de ipſo nobis curauerint exhibere; tamē,quia talis infamatio videbatur ab inimicis, & æmulis proceſſiſſe, ſicut ſuperius eſt expreſſum, vnde cum anteacta eius vita cōmendabilis extitiſſet,& huiuſmodi facinus incredibile extitiſſe crederetur,non credebamus ei purgationem aliquā indicendā. Caeterū,quia procurator inſtabat, cōpulſi fuimus nō iuris neceſsitate,ſed importunitate petentis,vt ei per vos purgationē canonicā cū duobus Abbatib.mandaremus indici, quāuis eidē procuratori fuerimus proteſtati, quod ex alia quoq. cauſa talis petitio minus prouide tunc fiebat,quia videlicet Strigonieñ.eccleſię ſuffraganei, vix eo tēpore purgarent eundē, quia in facto poſtulationis cōtradicebant eidē,& ſuffraganei Coloceñ.eccleſiæ ipſum minime tunc purgarent; quia inter eum, & Coloceñ. Archiepiſcopū de Strigonieñ.metropoli contentio vertebatur. Vnde, cum nō ſint alij Pōtifices in Vngaria, merito videbatur, quod per Epiſcopos regni ſui non poſset in illo articulo ſe purgare.

† tantū Greg.9

Idem

Idem Tyreñ. Archiepiſcopo. *Cap. 4.*

c.13.co. D E teſtibus. et infra. Illi vero, qui ad purgādam huiuſmodi infamiā inducuntur, id ſolū tenentur iuramento firmare, quod veritatē eum credant dicere, qui purgatur.

Idem Florentin. Epiſcopo. *Cap. 5.*

c.14.co. A C C E D E N S ad præſentiā n. dil. fi. T. diaconus parochianus tuus humili inſinuatione mōſtrauit, quod cum a ſuis æmulis diceretur, quod eſſet filius ſacerdotis, tu ipſum nec promouere voluiſti, nec permiſiſti ab alio promoueri. Quocirca f. t. per A. ſ. m. qua. ſi diaconus ipſe publice fuerit huiuſmodi nota reſperſus, & de ipſa tibi legitime cōſtare nō poterit, purgatione ab ipſo recepta, dūmodo aliud canonicū non obſiſtat, ipſum nō differas propter hoc ad ſacerdotis officiū promouere; quia etſi nō ſit nota delicti; eſt tamē nota defectus impedientis ad ſacros ordines promouendum.

† Tuſcien. *Idem Abbati Argentiñ. & magiſtro G. Scholaſtico Cucieñ. † & de Valle.* *Cap. 6.*

c.15.co.l. E V M dil. f. H. presbytero, & G. procuratore O. clericis cōſtitutis in præſentia noſtra, dil. fi. T. ſubd. et capellanū noſtrū cōceſimus auditorē: idē procurator propoſuit corā eo; quod cū dictus presbyter ſuper inceſtus crimine fuiſſet publice infamatus, bo. me. Cōſtantieñ. Epiſcopus ordinarius iudex eidē purgationē indixit, qui cū ſe purgare nequiſſet, ab eodē Epiſcopo fuit in plena ſynodo ſuis eccleſijs ſententialiter deſtitutus, quas ipſe nihilominus detinuit aliquādiu per violentiā occupatas. Cūque poſtmodū idē presbyter cuiuſdā conſanguinei ſui vxorē adductā in domo publice detineret, ad petitionē H. plebani de Heniſo, & quorūdā alior. clericor. Cōſtantieñ. diœc. dil. fi. de Scēnis, & de Veſtroneñ. Decañ. noſtras dicimur litteras ſub hac forma deſtinaſſe; vt ſi dictus presbyter ſuper crimine adulterij, et inceſtus corā ipſis ſe purgare nō poſſet, ipſum pœna debita caſtigarēt. qui iuxta mādati noſtri tenorē in negociū procedētes, cū cōſtitiſſet eiſdē, quod idē presbyter, pro eo, quod in purgatione defecerat, ab Epiſcopo me. fuerat in ſynodo cōdēnatus, ipſum vtpote contumacē prędictis eccleſijs per ſentētiā priuauerūt, maxime cū de inceſtu, et adulterij crimine, tam quam de notorio manifeſte liqueret eiſdem, dile. fi. Abbati S. Galli, ad quē illarū eccleſiarū donatio pertinebat, poteſtatē liberam concedentes, eccleſias ipſas perſonis alijs conferendi, qui eas poſtea ſupradicto O. clerico aſſignauit. et infra. Dictus uero preſbyter inter cetera ex aduerſo reſpōdit, quod proceſſus iudicum prædictorū debeat merito retractari: cum lite non conteſtata, & poſt ap. ad nos interpoſitā procedere præſumpſerint cōtra eū. adiciens inſuper, quod licet idē presbyter ad abolendā omnē infamiā, purgationem indictā ab eodē electo, nō tāquam delegato, ſed ordinario curauerit exhibere: ſępedicti tamen æmuli eū non deſinunt infamare. Vnde nobis humiliter ſupplicauit, vt ab illorū petitionibus abſolutū faceremus ipſum prædictarū eccleſiarū pacifica poſſeſsione gaudere. & infra. His igitur, & alijs, quæ fuerūt corā prædicto capellano propoſita, plenius intellectis, licet litteræ illæ, quæ ad prædictos iudices impetratæ dicūtur, vel ipſarū tranſcriptū oſtenſum non fuerit corā nobis; quia tamē ex tenore relationis ipſarū, quam dictus procurator exhibuit, ſi etiā litteræ ipſæ oſtenſæ fuiſſent, nobis cōſtitit euidenter, iudices ipſos prętermiſſo iuris ordine proceſiſſe; tā proceſſum eorū, quā conceſsionē eccleſiarum prædicto Abbati, de mādato ipſor. factam, auctoritate Ap. retractamus, præſertim, cū relationis ipſius ſeries repugnantia contineat, et aduerſa. dicitur etenim, quod crimē eiuſdē presbyteri vſq. adeo publicum fuerit, et notoriū, quod nullus infitiationis locus penitus exiſtebat, vtpote cuius vniuerſus viciniæ populus teſtis erat, & tamen illud prętermittitur, quod eidē presbytero terminū perēptoriū præfixerunt, in quo ſi poſſet, ſuper infamia prædictorū criminum canonice ſe purgaret. Cū nimirum ſi crimen notoriū exiſtebat, nō erat vtiq. illi indicenda purgatio, ſed in eū condēnationis ſententia promulgāda. & infra. Si vero nullus apparuerit legitimus accuſator, & ipſum inueneritis apud bonos, & graues ſuper prędictis criminibus, vel ipſorū altero infamatū; purgationē ei canonicā indicatis, non obſtante, quod corā prædicto electo dicitur ſe purgaſſe; cū iudicio pēdēte corā iudicib. delegatis nō debuerit ordinarius purgationē indicere infamato.

DE PVRGATIONE VVLgari. Tit. xviij.

Idem Priori ſancti Sergij Spoletañ. *Cap. vn.*

SIGNIFICANTIBVS W. laico, & fratrib. eius ad noſtrā noueris audiētiā perueniſſe, quod cū quidā eos ſuper furti crimine accuſaret, cū eo præter terræ cōſuetudinē, coacti ſunt inire duellū, in quo alijs peccatis ſuis præpediētib. ceciderūt; propter quod poſt ap. ad nos interpoſitā, per Cōſules Spoletanos bonis fuerūt proprijs ſpoliati; nūc vero furtū apud alios eſt inuētū, & quod ipſi fuerint innocentes, eſt fauēte domino reuelatū. Vnde Conſulib. ipſis dedimus in mādatis; vt ablata reſtituāt vniuerſa. Ideoq. diſ. t. per A. ſ. m. qua. ſi ipſi mandatum noſtrum neglexerint adimplere, tu partib. cōuocatis, & auditis hinc inde propoſitis, quod iuſtū fuerit, ap. re. De purg. vulg. c.1

 de-

decernas,faciens,quod decreueris,per cen. ec. firmiter obſeruari.

DE POENIS. Tit.xix.

Idem Nidroſien. Archiepiſcopo. Cap. vn.

De pœn. c.5. QVOD in dubijs.& infra.Quia vero tã ſacerdotes,qui gubernãt naues ad pugnã, quã qui perſonaliter exercẽt pugnæ conflictũ,& ij, qui alios incitãt ad pugnã;omnes quidẽ enormiter peccãt, de rigore canonico eos credimus deponendos.

DE PAENITENTIIS. Tit.xx.

Idem Leuon. Epo,& eis,qui cum ipſo ſunt, fratribus. Cap.1.

De pæ-nit.c.8. DEVS,qui eccleſiã ſuã.& infra.Ceterũ,cũ pœnitẽtia nõ tã ſecũdũ quãtitatẽ exceſſus,quã pœnitẽtis cõtritionẽ,& diſcretionẽ ſacerdotis, ſit arbitrio modeĩãda,penſata qualitate perſonę ſuper fornicatione,adulterio,homicidio,& alijs criminib. cõſideratis circũſtãtijs omnib.& pręſertim nouitate Liuonien. eccleſiæ,cõpetentẽ pænitẽtiã delinquẽtib. imponatis,prout ſaluti eor. videritis expedire. Apoſtoli autẽ veſtigijs inhærẽtes,dicẽtis,vt prædiximus,lac dedi vobis potum, nõ eſcã:paulatim eos inſtruatis in fidę,cõfeſsionis formã,orationẽ dominicã,& ſymbolũ,ipſos ſollicitus edocẽtes. Interim tamẽ corporis,& ſanguinis dñi ſacramentũ,renatis fonte baptiſmatis,cõſuetis feſtiuitatib.& in mortis articulo tribuatis.

Idem E ti. ſancti Laurentij in Lucina presbytero Card. Ap.ſe. Legato. Cap.2.

c.9.eo. OFFICII.& infra.Significaſti nobis prætereа,quãdã mulierẽ in pęnitẽtia fuiſſe cõfeſſam;quod timẽs,ne viri poſſeſsio deuolueretur ad alios,inducta cuiuſdã cõſilio veneficæ mulieris,quarũdã herbarũ cotidie ſuccũ potabat,& ſic eius vẽter intumuit,& inde grauidã ſe oſtẽdens,tãdẽ ſibi partũ ſuppoſuit alienũ; timẽtq. maritũ,nõ vult illud facinus ipſi detegere, qui prolẽ credit ſine dubitatione qualibet eſſe ſuã. Quoniã igitur per noſtras poſtulas litteras edoceri, vtrũ ei hac fraude durãte ſit pœnitẽtia iniũgẽda: inquiſitioni tuæ taliter reſpõdemus;quod ſicut mulieri,quę ignorãte marito de adulterio prolẽ ſuſcepit, quãuis id viro ſuo timeat cõfiteri,nõ eſt pęnitẽtia deneĝãda;ita nec illi debet pęnitẽtia denegari,maxime ſi per alios,intelligas alienos,ad quos timeat poſſeſsionẽ viri deuolui;ſed cõpetẽs ſatiſfactio per diſcretũ ſacerdotẽ ei debet iniũgi.

DE SENTENTIA, ET EXCOMmunicatione. Tit.xxj.

Idẽ Archiepõ,Decano,et Præcẽtori Lundon. Cap.1.

De ſent. exc c.17 CVM pro cauſa,quę inter dil.fi.G.et F.Cabiloñ. eccleſiæ Archid. vertebatur, procuratores vtriuſque partis ad noſtram præſentiam acceſſiſſent; nos eis dil. fi. G. ſancti Adriani Diaconum Card.conceſſimus auditorẽ; corã quo procurator G. Archid. inter alia allegauit, quod cũ F. Archid. in ſuccẽtorẽ Cabiloñ. eccleſię,diaconatus fungentẽ officio in cõmuni dormitorio manus iniciſſet temere violẽtas,& eũ traxiſſet verberãdo per clauſtrũ,tu frater Archiepiſcope eũ ob violẽtã manuũ iniectionẽ,& violentiã,vel violationẽ immunitatis eccleſiæ feciſti excommunicatũ publice nũtiari. Ipſe vero ad Ap.ſe. accedẽs,cõfeſſus eſt,quod in clericũ manus iniecerat violẽtas,ſupprimẽs tamẽ,quod immunitatẽ violaſſet eccleſię,ſuper abſolutione ſua litteras impetrauit.et infra. Nos igitur cauſam ipſam veſtro examini cõmittẽtes,diſ.v.per A. ſ.m.qua.ſi vobis cõſtiterit dictũ F. Archid. ob duplicẽ cauſam excõmunicatũ fuiſſe,expreſſiſſe tãtũ in litteris alterã,quas ſuper abſolutione ſua a ſe. Ap. impetrauit,ipſum tãquã excõmunicatũ ſatisfacere eccleſiæ ſuæ ex altera, mo. præmiſſa per cen.ec.ap.re.cogatis.

Idem Abbati ſancti Andree. Cap.2.

A nobis eſt ſæpe quæſitũ,vtrũ ſi aliquis ex- c.28.e.t cõmunicatus,in quo indicia fuerint pęnitẽtię manifeſta,nec per eũ ſteterit, quominus recõciliaretur eccleſiaſticæ diſciplinæ vnitati;non ſuſcepto beneficio abſolutionis deceſſerit,pro abſoluto ab eccleſia ſit habẽdus;& vtrũ pro tali ſit recipienda eleemoſyna, & a fidelib.ſit orãdũ. Vt autẽ quod intẽdimus per ſuppoſitionẽ exẽpli apertius exprimamus; quidam presbyter, & canonicus regularis, ſicut per tuas nobis litteras intimaſti,cũ publica laboraret infamia,quod ad quãdã cõiugatã accederet,maritus eiuſdẽ mulieris,& cõſanguinei eius in eũ manus iniecerũt temere violẽtas;propter quod per Epm denũtiati ſunt excõmunicationis ſentẽtiæ ſubiacere. Vnde ipſi poſt modũ ad eũdẽ Epm accedẽtes,præſtito in manib. eius,quod parerẽt iudicio eccleſiæ corporaliter iuramẽto,in mãdatis receperũt ab ipſo quod propter hoc Apoſtolico ſe conſpectui pręſẽtarẽt. Cũq. vnus eor. ſe ad iter accingeret veniẽdi,a quibuſdã ſuis æmulis eſt perẽptus, & extra cęmeteriũ eccleſię tumulatus;& licet cõtra interfectores amici, & cõſanguinei interfecti grauiter ſint cõmoti,eis tamẽ omnẽ rãcorẽ remitterẽt,et offenſã;dũmodo interfecti cadauer traderetur eccleſiaſticę ſepulturæ. Videretur igitur in hoc caſu forſan quibuſdã, quod cũ ſacramẽtũ, nõ neceſsitatis articulus, ſed cõtẽptus religionis excludat,& iudiciũ eccleſiæ diuinũ poſsit, & debeat imitari iudiciũ,cũ in interfecto prędicto manifeſta pęnitẽtię ſigna pręceſſerãt,propter hoc abſolutus,etiã ab eccleſia ſit habẽdus. ſed e cõtrario;cũ ex

ſola

ſola culpa ligetur quis quoad Deum, apud triumphantem eccleſiam; ex ſola vero ſententia ligetur quoad hominem, apud eccleſiā militantem; quādo vinculum culpę remittitur, abſoluitur apud Deū, ſed apud homines non abſoluitur, niſi quando vinculū ſententię relaxatur, alioquin eccleſiæ abſolutio nullatenus neceſſaria videretur, ſi in ſola cordis contritione pręter ſacerdotale officiū rigor relaxetur diſciplinæ eccle. Nos ergo cōſult. tuæ, de conſilio f.n. breuiter reſpondemus, quod iudicium Dei veritati, quæ nec fallit, nec fallitur ſemper innititur, iudiciū autē eccleſiæ nō nunquā opinionē ſequitur, quam & fallere ſemper †cōtingit, & falli. propter quod cōtingit interdū, vt qui ligatus eſt apud Deū, apud eccleſiā ſit ſolutus; & qui liber eſt apud Deū, eccleſiaſtica ſit ſentētia innodatus. Vinculū ergo, quo peccator ligatus eſt apud Deū, in culpæ remiſsionē diſſoluitur. Illud autē, quo ligatus eſt apud eccleſiā, cū ſentētia remittitur, relaxatur; quod in ſuſcitatione Lazari ſermo euāgelicus manifeſtat, quē dñs prius ſuſcitauit, & Apſ̃s pręcepit poſtmodū ſoluere ſuſcitatū. Vnde quātūcūq. ſe dictus vir iuramēto pręſtito quod eccleſiæ mādato pareret, humiliare curauerit, quātūcūq. pęnitentię ſigna pręceſſerint, quia tamē morte pręuētus abſolutionis nō potuit beneficiū obtinere, quāuis abſolutus apud Deū fuiſſe credatur, nōdum tamē habēdus eſt apud eccleſiā abſolutus; poteſt tamē, & debet ei beneficio eccleſiæ ſubueniri, ſic vt cū de ipſius viuētis pęnitētia per euidētia ſigna cōſtiterit, defuncto etiam abſolutionis beneficium impēdatur. Nec obſtat, quod eccleſiæ legitur attributa poteſtas ligandi, atq. ſoluēdi homines ſuper terrā, tāquā nō poſsit ſoluere, & ligare ſub terra ſepultos; & quod legitur; nō cōmunicetur mortuo, cui nō eſt cōmmunicatū & uiuo: cum etſi excommunicato nō fuerit cōmunicandū, tamē illi fuiſſet, quē nō contēptus religionis, ſed neceſsitatis articulus impediuit, & in certis caſibus a canonibus denotatis ligaſſe legitur eccleſia mortuos, & ſoluiſſe. Vt autē in vno pariter, & in eodē negotio ſeruemus rigorē, & māſuetudinē oſtēdamus, ſtatuimus, vt illius mortui abſolutio a ſede Ap. requiratur, qui cum viueret ab Ap. ſe. fuerat abſoluendus, aliorū autē abſolutionē ex pręmiſſa cā ceteris indulgemus, a quibus cū uiuerent, fuerant abſoluendi. Abſolutionis autē forma ſeruetur, vt fiat cū pænitētiali pſalmo, & tā oratione dominica, quā alia conſueta. Heredes tantū ipſius ad ſatisfactionn pro ipſo, ſi cōmonitione præmiſſa noluerint, per dis. ecc. compellantur.

†ſepe Grig. 9

Idem Wineglanieñ. Epiſcopo. *Cap. 3.*

NVPERa nobis tua diſcretio requiſiuit; quid ſit de illis laicis faciendū, qui clericos ſine lęſione tamē, in cuſtodia detinēt publica vel priuata, uel etiā detrudūt in vincula; vtrū in canonē latæ ſententiæ incidāt, vt ipſo facto ſint excommunicationis vinculo innodati, ſicut illi, qui manus iniciūt in clericos temere violentas; & vtrum, qui nominatim excōmunicatis ſcienter cōmunicant, abſolui ab excōmunicatione poſsint per cōfeſsionē a ſimplici ſacerdote, vel Epiſcopi; vel Archiepiſc. ſit ab eis abſolutio expetenda; etſi poſt peractā pęnitentiā cū illis valeat diſpēſari, qui etſi bigami de iure nō ſint, de facto tamē bigami nūcupātur; eo quod in ſacris ordinibus cōſtituti, more nuptiali ſecundas in contuberniū ſibi mulierculas adiūxerūt. Nos igitur inquiſitioni tuæ t. duximus ex ordine reſpōdendū; quod in primo cōſultationis articulo nō credimus laicos pęnā excōmunica. euadere, quāuis eorū factū corporalis læſio nō fuerit ſubſecuta, cũ ſit quā violētia ſępius contra clericos nequiter perpetratur. In ſecūda vero quæſtione credimus diſtinguēdū, an is, qui nominatim excōmunicato ſciēter cōmunicat, in crimine cōmunicet criminoſo, ei cōſiliū impēdēdo, auxilium, vel fauorem; aut alias in oratione, aut oſculo, aut orando ſecum, aut etiam in edendo. In primo quidē articulo cū talis communicet crimini, & participet criminoſo, ac per hoc ratione damnati criminis videatur in eum delinquere, qui damnauit; ab eo, vel eius ſuperiore merito delicti, tunc erit abſolutio requirenda; cum iuxta canonicas ſanctiones facientes, & conſentientes par pœna conſtringat. In ſecundo vero caſu a ſuo Epiſcopo, vel proprio ſacerdote poterit abſolutionis beneficium obtinere. Quamuis. n. & tunc, non iudicis, ſed iuris ſententia excommunicato ſit communicans ligatus: quia tamen conditor canonum eius ſolutionem, qui ſpecialiter nō retinuit, eo ipſo conceſiſſe videtur facultatē alijs relaxandi. Is autem, qui iuxta primum modum excommunicato communicat, cum iuramento debet abſolui, qui vero iuxta ſecundum modum illi participat, reconciliari poterit ſine iuratoria cautione. Verum, ſi difficile ſit ex aliqua iuſta cauſa, quod ad ipſum excommunicatorem abſoluendum accedat, concedimus indulgendo; vt pręſtita iuxta formam eccleſiæ cautione, quod excommunicatoris mandato parebit, a ſuo abſoluatur Epiſcopo, vel proprio ſacerdote.

c. 29. eo.

Idem doctoribus decretorum Bononiæ. *Cap. 4.*

c.31.e.t. INTER alia, quæ ve.ſ. n. Mendioſeñ. Archiepiſcopus dudum Apoſtolatui noſtro proponi fecit humiliter conſuluendo, etiam ſi bene meminimus, requiſiuit; vtrum excommunicato communicare quis, & qui etiam teneantur; cui ſuper illo recolimus articulo reſpondiſſe, quod nullus omnino nominatim excommunicato ſcienter communicare tenetur, niſi quædam perſonæ, quæ per illud Gregorij Papæ capitulum, quoniam multos†, ſpecialiter excuſantur. Verum ex hac noſtra reſponſione magna quidem, ſicut accepimus, orta eſt occaſio diſputandi, alijs concedentibus, quod excommunicato communicare teneãtur perſonæ in prędicto capitulo nominatæ, pręſertim quæ prius ex debito ad communicationem eorum tenebantur, alijs aſſerentibus, eos excommunicatis communicare licite poſſe, ſi velint, non tamen ad hoc ex neceſsitate teneri. Vt igitur vnde ius prodijt, interpretatio quoq. procedat; ambiguitatem huiuſmodi taliter duximus abſoluendam; quod cum quædam perſonæ in pręmiſſo capitulo prius denotatę, vel in quos lata fuerit excommunicationis ſententia, ſubſequenter ante prolationem ipſius obſequio tenerentur familiariter adhęrere; neq. poſtmodum ad neceſſaria teneantur; cum adhuc ipſum debitum duret beneficio canonis id agente, a priori non ſint obnoxietate ſolutæ, ſed ad familiare tenentur obſequium. & ita per conſequentiam ad communicationem quoq. tenentur, ſine qua illud nequeunt exhibere; id autem non ad omnes perſonas capitulum credimus referendum, vt videlicet obnoxietati huiuſmodi ſint ſubiectę, cum uiatores, peregrini, & mercatores a communione talium perſonarum, niſi articulus neceſsitatis immineat, debeant abſtinere, vt in fine colligitur manifeſte, ſed ad illas dumtaxat, quæ talibus artiori tenentur obnoxietate conſtrictę, quibus tamen in ijs, pro quibus ſunt excommunicatione notatę, vt in criminibus, communicare non debent, ſed ab eis penitus abſtinere. Vnde prudenter in præmiſſa cõſultatione reſpõdemus, nõ omnes perſonas, ſed quaſdam, quæ per illud Gregorij Papæ capitulũ ſpecialiter excuſantur, ad communionem huiuſmodi pręmiſſo modo teneri. Vtrum autẽ & illæ perſonæ propter atrocitatem facinoris ſeuerius puniendi, a communione talium per excommunicationis ſententiam debeant aliquando prohiberi, quia quæſitum non extitit, reſponſum non fuit.

†11.q.3.gl.

Idem. *Cap. 5.*

CVM illorum abſolutio, qui pro violenta manuum iniectione in clericos, labem excommunicationis incurrunt, præterquam in quibuſdã caſibus a prędeceſſorib. noſtris exceptis, ſedi duntaxat Apoſtolicæ reſeruetur, nonnulli ecc. ſententiam negligẽtes in excommunicatione poſiti ecc. ordines accipere non formidant: quid autem fieri debeat de his, Ap. ſæpius oraculum imploratur, circa quos credimus, ſicut reperitur in ſubditis, diſtinguẽdum; quod tales, vel ſciunt excommunicationis ſe vinculis irretitos, vel non recolunt factum, pro quo in latæ ſententiæ canonem inciderunt; vel factum quidem ſcientes, iuris ignari neſciunt exinde ſe teneri. primos ſi fuerint ſæculares, a ſubreptis† ordinibus cenſemus in perpetuum deponendos, in reliquis caſibus tam Archiepiſcopi, quã Epiſcopi abſq. mandato ſe. A. ſpeciali diſpenſandi facultatẽ ſe nouerint non habere; quibus eſt etiam abſolutio talium interdicta, & maiora intelligãtur illis prohibita, quibus vetita ſunt minora. poterunt tamen huiuſmodi Romani Pontificis auribus intimari, vt ab eo ſecundum rigorem, vel ęquitatem reſponſum prodeat, pro vt eius diſcretio viderit faciẽdum. Qui ſi clauſtrales huiuſmodi fuerint; licet a bo. me. Papa prędeceſ. noſtro Alexandro fuerit conſtitutum, quod monachi, & canonici regulares, quocumq. modo ſe in clauſtro percuſerint, non ſunt ad Ap. ſe. mittendi, ſed ſecundum diſcretionem, & prouidentiam Abbatis ſui diſciplinæ ſubdantur; etſi Abbatis diſcretio ad eorum correctionem non ſufficit, prouidentia diœceſani Epiſcopi eſt adhibenda: et alibi dicat, quod de ſæculo fugientes, qui religionis habitum in monaſterium receperant, & inter cetera poſtmodum confiteantur ſe tale commiſiſſe delictum, per quod ipſo actu excommunicationis ſententiam incurrerunt, ſine licentia Romani Ponti. Abbas non poteſt eos, nec debet abſoluere, quamuis præſumptionem delinquẽtium, debita poſsit animaduerſione punire. Nos tamẽ in religionis fauorem, vt euagandi materia ſubtrahatur, maiorem eis gratiam exhibere volentes, quod in talibus abſolutionis beneficium valeant impertiri, eorum Abbatibus indulgemus, niſi exceſſus ipſorum extiterit adeo difficilis, & enormis, vt pote ſi ad mutilationem membri, vel effuſionem ſanguinis eſt proceſſum, aut in Epiſcopum, aut in Abbatem violenter ſit manus iniecta, cum exceſſus tales, & ſimiles nequeant ſine ſcandalo pręteriri: ſi vero clauſtralis

e.32.eo.

†ſuſcepti for te

lis aliquis in religioſum alterius clauſtri manus iniecerit violentas, per Abbatem propriũ & eius, qui paſſus eſt iniuriam, abſoluatur. Quod ſi clericum percuſſerit ſæcularem, non niſi per Apoſtolicã ſe. vt ſcãdalũ euitetur, abſolutionis gratiã poterit promereri. Si autẽ & hos ad ordinẽ promoueri contingat, iuxta præmiſſam diſtinctionem, qui ſcienter in contemptum eccleſiaſticæ diſciplinæ ſe fecerint ordinari, ab executione ſuſcepti ordinis, & officij decernimus manere ſuſpenſos. circa reliquos vero, facti memoriam, vel iuris peritiam non habentes, monaſterij vtilitate penſata, poſt iniunctam, & peractam pęnitentiam Abbates ipſorum poterunt diſpenſare, niſi graue fuerit, & notabile factum, aut is, qui fecit, adultus fuerit, & diſcretus; vt violenter, & valide contra obliuionem, vel ignorantiam præſumatur. Præcipimus autem Abbatib. vt formam iſtam diligenter obſeruent, ne priuilegium mereatur amittere, qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate.

Idem Epiſcopo Piſtorien. Cap. 6.

c.33. eo. DE monialibus tua a nobis f. requiſiuit, per quẽ eis ſit abſolutionis beneficiũ impẽdẽdũ, ſi vel in ſe inuicẽ, vel cõuerſos, vel cõuerſas ſuas, aut clericos etiam in ſuis monaſterijs ſeruientes manus iniecerunt temere violentas. ſuper hæc igitur tuæ conſult. t. reſpondemus; vt authoritate noſtra per Epiſcopum, in cuius diœceſi monaſteria fuerint, abſoluantur.

Idem vniuerſis cruce ſignatis. Cap. 7.

c.34. eo. SI vere vos pænitet de commiſſo, & plene proponitis ſatisfacere de peccato, Deum vobis credimus, immo nouimus iam pacatũ. ſi ergo Veneti ad ſatisfactionem inducti abſolutionis beneficium meruerint obtinere; ſecure cum eis nauigare poteritis, & pręlium dñi pręliari. Quod ſi nec ſatisfacere forte voluerint, nec abſolui; vt pote qui non dolere, ſed gaudere dicuntur de commiſſo; permittimus vobis, vt cum ipſis vſq. in terram Sarraceñor. vel Iſraëlitarum prouinciam, iuxta quod inter vos conuenit, & ipſos, vel honeſte conuenerit, nauigio tranſeatis, quanto minus poteritis, cum dolore tamen, & amaritudine cordis, & ſub ſpe ueniæ communicãtes eiſdẽ. Cum. n. iam a vobis maiorem nauli receperint quantitatem, nec ad eam poſſunt reſtituendam induci, aut etiam coartari; ſi aliter fieret, videremini vos damnum ex pęnitentia incurriſſe, ipſi autem premium ex contumacia reportare, cum ad hoc debitum exſoluendum, ipſi vobis maneant obligati, & ab excõmunicatis exigi poſsit, & recipi, quod debetur. Eſt autem cautum in iure, quod ſi quiſquam per terram hæreticorum, aut quorumlibet excommunicatorum tranſierit, neceſſaria emere, ac recipere poterit ab eiſdem. Præterea ſi paterfamilias domus excommunicationis ſententia fuerit innodatus, a participatione ipſius familia excuſatur. Licet ergo Dux Venetorũ dominus nauium, tamquam pater familias domus, in excommunicatione perſiſtat; vos tamen tamquam ipſius familia, dum in nauibus eius fueritis, ipſius excommunicatio non contingit, & excuſabiles eritis apud Deum, ſi in excommunicator. nauibus exiſtentes, cum dolore cordis ſub ſpe pęnitentiæ communicaueritis ipſis, in quib. eorum cõmunionem non potueritis euitare.

Idem Londoñ. Epiſcopo.
Cap. 8.

VT famæ tuæ conſulas, & ſaluti, & ſic malorum audaciam comprimas, vt ab eis bonorum innocentiam tuearis; ſuper his nos humiliter cõſulis, quæ officium paſtorale contingunt, vt de noſtra reſponſione ſecurus iniunctum ſibi ſollicitudinis debitũ laudabilius exequaris. c.34. eo Sane nos tua duxit f. cõſulendos, vtrũ clerici grauiter excedentes, qui tute non poſſent monaſterijs ad agendam pęnitentiam deputari, quoniam cum non pęniteant de commiſsis, oportunitate fugiendi captata, carcerẽ fugerent clauſtri, & prioribus ſe ſceleribus celerius immiſcerent; a te, vel alijs pręlatis ſuis artę poſsint cuſtodiæ mancipari, & vtrum laici, ſi clericos in magnis ſceleribus deprehendant, in canonem decidant ſententiæ promulgatæ; cum nec comprehendere, nec ad iudices trahere ipſos poſsint, niſi in eos manus iniecerint violentas. Ad primum igitur reſpondemus, quod, cum pręlati exceſſus corrigere debeant ſubditorum, & publicæ vtilitatis interſit, ne crimina maneant impunita, & per impunitatis audaciam faciant, qui fuerant nequam nequiores, non ſolum poſſunt, ſed debent etiam ſuperiores clericos, poſtquam fuerint de crimine canonice condemnati, ſub arta cuſtodia detinere, qui cum ſint incorrigibiles, nec in monaſterijs valeant cuſtodiri, ad ſimilia, vel peiora de facili laberentur. Laici vero citra excommunicationis ſententiam capere clericos, & ad iudiciũ trahere poſſunt, ſi opor-

ſi oporteat etiam violenter: dum tamen id de mandato faciant prælatorum, quorum illi ſunt iuriſdictioni ſubiecti, & quorum eſt corrigere criminoſos; cũ hoc nõ ipſi, ſed illi, quorũ auctoritate id faciunt, facere videãtur; dum tamẽ non amplius eorum violentia ſe extendat, quã defenſio, vel rebellio exigit clericor.

Idem Strigenieñ. Archiepiſcopo. Cap. 9.

c.30.e.t. QVOD in dubijs noſtro poſtulas certificari reſcripto, vt iuxta illud tuæ diſcretionis arbitrium modereris: f.t. dignis in domino laudibus commendamus. Sane cõſuluit nos tua f. an ſit communicandum excommunicato, qui quod ſtaret mandato eccleſiæ, iuratoriã pręſtitit cautionem, ſed nondum abſolutionis beneficium eſt adeptus; etſi excommunicato communicare aliqui, & qui etiam teneãtur; quæſiuit etiam, quæ pœna ijs fuerit iniũgenda, qui excommunicatis nolentes communicant, vel inuiti; & quid de presbyteris ſit agendum, qui gubernant naues ad pugnam, & pugnant, & ijs, qui alios incitant, ſed non pugnant. Ad hæc autem f.t. t. reſpondemus, quod nec excõmunicato, licet, quod ſtet mãdato eccleſiæ, iuramento firmarit, communicari debet; donec per eccleſiam fuerit abſolutus: alioquin poſt iuramentum non eſſet abſolutio neceſſaria. vtrum autem ſi abſolutionis beneficium non contemptus religionis, ſed articulus neceſsitatis excluſerit; tali, vel talem in morte communicare ſit licitum; quia minime per tuas litteras requiſiſti, ad pręſens non duximus reſpondendum; nullus autem ſcienter omnino nominatim excommunicato communicare tenetur, niſi quædam perſonæ, quæ per illud Gregorij Papę capitulum, quoniam multos, ſpecialiter excuſantur. Illi autem, qui nominatim excommunicatis pręſumptuoſe participant, pręter perſonas dicto canone annotatas, niſi ab eorum participatione commoniti forte deſtiterint, excommunicationis ſunt vinculo innodandi; ſecus autem ſi et ſcienter communicant, qui cum participibus ſuis vinculo ſunt excommunicationis ſententialiter innodati; tunc. n. & ipſi ſententiam excommunicationis incurrunt.

Idem Bracharen Archiepiſcopo. Cap. 10.

c.36.eo. CONTINGIT interdum in partib. tuis, & de conſuetudine regionis habetur, ſicut tua nobis f. intimauit, quod clerici ſi quẽ offendant, & ſatisfacere velint offenſo, ſecundum morem patriæ, quem inter ſe laici iam obſeruant, corpora ſua ſpõte ſupponũt xxx. vel xl. ſeu pluribus, aut paucioribus percuſsionib. fuſtiũ, quas frequenter non coacti ſuſcipiunt, ſed volentes, non ſolum de alior. clericor. manib. ſed etiã laicor. unde nos humiliter cõſulebas, vtrũ huiuſmodi percuſſores in canonẽ incidãt ſententię promulgatę. Nos autẽ f.t. ſuper hæc t. duximus reſpondendũ, quod huiuſmodi manus iniectio, etſi non violenta, tamen iniurioſa videtur, cum ille canon non tam in fauorem clerici ordinati, quam in fauorem ordinis clericalis fuerit promulgatus: & ideo volumus, & mandamus, vt id de cetero prohibeas attemptari per prouinciam Bracharen. ſi quis autem clericus, poſt prohibitionem huiuſmodi ſponte ſubierit, excommunicetur vterq. prouiſo, quod clericus iniuriam paſſo ſine iniuria clericali ſatisfaciat competẽter, quatenus inter eos pax valeat rationabiliter reformari.

Idem Londoneñ. Epiſcopo. Cap. 11.

RELATVM eſt nobis, quod, cum aliqui ſerui tuæ prouinciæ propter iniectionẽ manuum in clericum violẽtam, in canonẽ incidunt ſententiæ promulgatæ, allegantibus dominis eorũdem, quod carere mancipijs ſuis nolunt, venire ad ſe. Ap. abſoluendi non curant, per occaſionem huiuſmodi eludentes eccle. diſciplinam. Quo circa diſ. u. per. Ap. ſ. m. qua. eos venire compellas ad ſe. Ap. abſoluẽdos, cum plus ſit Deo, quam homini deferendum, niſi fecerint hoc in fraudem, vt ſubtrahãt ſe ab obſequio dominorum, aut ipſis propter hoc ſine culpa ſua incurrerẽt graue damnum, & in vtroq. caſu poteris eos ex indulgentia noſtræ permiſsionis abſoluere, cum nimis ſint ab Ap. ſe. remoti, ſed in recompenſatione laboris, quem in itinere ſuſtinerent, aliã eis ſatisfactionem iniungas; dummodo nõ ſit tam grauis, & enormis exceſſus, vt propter vitandum ſcandalum, & tollendum exemplũ huiuſmodi ſerui ad ſeruum ſeruorum venire debeant abſoluendi. c.37.eo.

Idem Indroſien † Archiepiſcopo. Cap. 12. †Nidroſien

SACRIS eſt canonib. inſtitutum, & infra. Licet autem is, qui volũtarius excommunicatis communicauerat, qui cum omnibus fautoribus ſuis, & participibus excommunicationis ſententia ſint aſtricti; ad cor poſtmodum rediens, de mandato eccleſiæ, illos, quos fouerat, expugnaret; non tamen prius, quam abſolutionis gratiam percepit; habendus eſt abſolutus; nec ſi occũbat in bello, oblationes ſunt recipiendæ pro eo, vel orationes domino porrigendæ, niſi cum de ipſius viuentis penitentia per euidentia ſigna conſtiterit, iuxta cuiuſdã conſtitutionis noſtræ † tenorem, defuncto etiã abſolutionis beneficiũ impẽdatur. c.38.eo.

†que eſt ſupra e. t. a nobis. gl.

Idem

Idem Aſsinati† Epiſcopo. *Cap. 13.*

†*Aſſaſſinatẽ. forte* c. 39. eo. SICVT nobis tuis litteris intimaſti, cum aliquos tuæ diœceſ. clericos, vel laicos culpis ſuis exigentibus excommunicationi ſuppoſuis, ipſi poſtmodum ad te nulla ſatisfactione præmiſſa ſine teſtimonialibus litteris redeuntes, dicunt ſe abſolutionis beneficium recepiſſe; quibus ſi credi debeat in hac parte, per nos inſtrui ſuppliciter poſtulaſti, cum propter cauſam huiuſmodi, ſicut dicis, tuæ ſententiæ a ſubditis contemnantur. Nolentes igitur hominum malitijs indulgeri, f. t. t. reſpondemus, quod, niſi excommunicati a te ſuper abſolutione ſua litteras, vel illius, cui vices noſtras in hac parte commiſimus, reportarint, aut alio modo legitime de illorum abſolutione tibi cõſtiterit, tu de eorum abſolutione fide non habita, ipſos pro excommunicatis, vt prius habeas, & facias euitari.

Idem Senonẽ. Archiepiſcopo. *Cap. 14.*

c. 40. eo. PER tuas nobis litteras intimaſti, quod cum ue. f. n. Altiſiodoreñ. Epiſcopus in Altiſiodoreñ. Archipreſbyterum excommunicationis ſententiam promulgaſſet, Archipresbyter ſe tuo conſpectui præſentauit, & quod ſtaret mandato eccleſiæ ſufficientem obtulit cautionem, petens humiliter, vt ei abſolutionis beneficiũ exhiberes, tu vero volẽs Epõ mem. deferre, ipſum ſæpius monuiſti, vt abſolueret Archipresbyterũ memoratum, ſed quia monitis non parebat, excommunicatum abſoluere curauiſti, quem Epiſcopus pro abſoluto nõ habet, vt pote qui proponit, quod ad te illius abſolutio non ſpectabat. Vnde quæris, quid in ſimilibus ſit agendum; videtur. n. aliquib. quod cum ad metropolitanum per ap. quæſtio non defertur, excõmunicatus autem vocem non habeat appellandi, vt pote ab eccleſia ſeparatus, ſiue appellauerit, ſiue non, metropolitanus ei non debet abſolutionis beneficiũ exhibere. Verum ex verbis cuiusdã epiſtolæ, quam dicunt ſcholaſtici decretalem, & a bo. me. Alex. Pap. præ. n. emanaſſe proponunt, †, habetur, quod ſi ante ap. in aliquem excommunicationis ſententia fuerit promulgata, metropolitanus ante ſuus ingreſſum ab eo iuramento recepto, ſecundum eccleſiæ conſuetudinem, debet ipſum abſoluere, niſi noluerit Epiſcopo diœceſ. deferre, ipſumq. ad eũ remittere abſoluendum, vbi etiam conſequẽter infertur, quia excommunicati audiendi non ſunt prius, quã fuerint abſoluti, nec ſunt ad illos, a quib. appellauerant, remittendi. In Sardicenſi autem concilio reperitur, vt is, qui ab Epiſcopo eſt abiectus, finitimos Epiſcopos interpellet, & cauſa eius audiatur, & diligentius pertractetur, Epiſcopus autẽ, qui iuſte, vel iniuſte abiecit eundem, patienter accipiat, vt diſcutiatur negotiũ, quo vel probetur eius a pluribus ſententia, vel etiam emendetur. prius tamẽ, quã omnia diligẽter, ac fideliter examinata fuerint; nullus ante cognitionẽ cõmunioni eũ ſociare præſumat, qui fuerat communione priuatus. Nos igitur credimus diſtinguendum; vtrum proponat, ſe poſt ap. legitime interpoſitam excommunicatione notatum, vel in forma excommunicationis intolerabilem errorem fuiſſe patenter expreſſum, in quibus caſibus ad probationẽ eorum, etiã ſi abſolutionem non petat, debet admitti, ſed donec de ipſis conſtiterit, in alijs euitari, quamquam Ap. ſe. etiam tales cõſueuerit abſoluere ad cautelam. Verum in alijs niſi gratiam abſolutionis imploret, non debet audiri, ne ſententiam eccleſiaſticam cõtemnere videatur, & propter hoc amplius in ſuo contemptu ligetur. Quod ſi beneficium abſolutionis humiliter poſtulauerit; metropolitanus eum debet abſoluere, niſi ſuo duxerit ſuffraganeo deferendum: Cui tamen ſi ſuffraganeus abſolutionis beneficium iuxta formam eccleſiæ noluerit exhibere, ipſe nihilominus ipſum abſoluat, cautione recepta, quod ſuo debeat parere mandato, ac deinde cauſam audiat, & quod canonicum fuerit, iuſtitia mediante decernat. Quod ſi forſitã Epiſcopus ſubditum ſuum propter manifeſtum excommunicaſſet exceſſum, metropolitanus non debet ipſum abſoluere, niſi ſuffraganeus requiſitus malitioſe ſibi abſolutionis beneficium denegaret.

† *ſi. de offi. ord. quaeſitũ l 1. gl.*

Idem C. S. Laurentij in Lucina presbytero Cardinali Apoſtolicæ ſedis legato. *Cap. 15.*

OFFICII et infra. Poſtremo quæſiſti, vtrũ is, qui propter plures exceſſus a pluribus prælatis ius in ipſum habentibus excõmunicationis eſt vinculo innodatus, & uni prælatorũ de vno tantum ſatisfacere vult exceſſu, ab eo ſit abſoluendus, de quo ſatis facere vult eidẽ, & cũ de alio non ſatisfecerit, alij abſolutus ualeat nũtiari. quia vero ſuper hoc inter ſcholaſticos diuerſæ ſunt ſententiæ, diuerſorũ, nos ad preſens nulli præiudicare volẽtes, id ſolũ modo tibi ſuper hoc articulo reſpondemus, quod ſuppreſſione veritatem abſolutio ſubrepta non prodeſt, & veritatem intelligens abſolutionem huiuſmodi exhibere nõ debet. c. 42. eo.

Idem Ferrarieñ. Epiſcopo. *Cap. 16.*

RESPONSO noſtro poſtulas edoceri, cum Ferrarieñ. ciues excommunicationis interdicti ſententijs ſint ligati, an liceat tibi viros, & mulieres ſemel in hebdomada, uel in c. 43. eo.

menſe apud aliquam eccleſiam conuocare, quibus prędices verbum Dei, & eoſdem ad correctionem inducas. ſuper quo f. tuæ t. reſpondemus; quod ſine ſcrupulo conſcientiæ hoc facere poteris, cum videris expedire, dummodo contra formam interdicti nullum eis diuinum officium celebretur. Præterea quæſiuiſti, cum Ferrarien. ciuitas interdicto ſit, & excommunicationi ſuppoſita, & ideo ſint ibidem pręter baptiſma paruulorum, & pęnitentiam morientium, vniuerſa ſacramenta eccleſiaſtica interdicta; an liceat tibi baptizatos pueros in frontibus conſignare. ſuper quo tibi t. duximus reſpondendū, quod ſicut baptizari pueri poſſunt, ſic & baptizati ad confirmationem in frōtibus a te poſſunt ſacro chriſmate deliniri.

Idem Cap. 17.

c.44.eo INQVISITIONI t. breuiter, reſpōdeo: credimus diſtinguēdū, vtrum alter coniugum pro certo ſciat impedimentum cōiugum, propter quod ſine mortali peccato non poſſunt carnale commercium exercere; quamuis illud apud eccleſiam probare non poſsit, an impedimentum huiuſmodi nō ſciat pro certo, ſed credat in quo vtiq. caſu debet potius excommunicationis ſententiam humiliter ſuſtinere, quam per carnale commertiū peccatum operari mortale. In ſecundo vero caſu diſtinguimus; vtrum habeat conſcientiā huiuſcemodi ex credulitate leui, & temeraria an probabili, & diſcreta, ſi quidem ad ſui paſtoris conſilium conſcientia leuis, & temerariæ credulitatis exploſa, licite poteſt non ſolum reddere, ſed exigere debitum coniugale. Verum, cum conſcientia pulſat animum ex credulitate probabili, & diſcreta; quamuis nō euidenti, & manifeſta, debitum quidem reddere poteſt, ſed poſtulare non debet; ne in alterutro, vel contra legem coniugij, vel contra iudicium conſcientiæ committat offenſam. Tu ergo iuxta reſpōſionē pręſcriptā ſuper illo procedas articulo, de quo nos conſulere voluiſti.

DE PRESBYTERO NON BAptizato. Tit. xxij.

Idem Ferrarien. Epiſcopo. *Cap. vn.*

De preſ. non bapt. c. vlt. VENIENS ad Apoſtolicam ſe. dilect. filius lator pręſentium lacrymabili nobis inſinuatione monſtrauit; quod, cum per ſingulos ordines vſq. ad gradum ſacerdotij aſcendiſſet, comperijt tandem pro certo, quod non fuerit ſecundum formam euangelij baptizatus. Vnde nos eum per. ue. f. n. Tuſcul. Epiſcopum rite fecimus baptizari, & cum ſuper ordinibus coram nobis fuiſſet diutius diſputatū, quidam in eam declinauerunt ſentētiā, vt cum baptiſmus ſit fundamentum ſacramētorum, ante ſuſceptionem baptiſmi non ſuſcipiatur aliud ſacramentum. quoniam, vbi fundamentum non eſt, ſuperaedificari non poteſt. Porro, cum quis non ſolum per ſacramentum fidei, ſed per fidem etiam ſacramenti, efficiatur procul dubio membrum Chriſti, & qui Chriſtum habet per fidem, etſi baptiſmū non habeat, habet vtiq. fundamentum, pręter quod aliud poni non poteſt, quod eſt Chriſtus Ieſus, ſuperædificari poſſe videtur, ſicut ſalutifera opera, ſic et quælibet eccleſiaſtica ſacramenta, cum illud non ſit generaliter verum, neq. de nouis, neq. de veterib. ſacramētis, quod baptiſmus ſit fundamentum illorū; quoniam & ſacramentum coniugij, & ſacramētū etiā euchariſtię a nō baptizatis recipi poteſt. Pręterea ſacramētū ordinis, nō ſolū Pōtificali, ſed ſacerdotalis etiā & leuitici ex inſtitutione ſua pręceſsit baptiſmū. propter quod apparet, quod ante baptiſmum huiuſmodi ordines poſſunt rite cōferri, maxime ijs, qui baptizati creduntur. Quid. n. ſi forſitā is, qui baptizatus eſſe creditur, & non eſt, in Epiſcopum ſaltem de facto fuerit conſecratus? erunt ne reordinandi omnes, qui ab eo fuerint ordinati? & cum de pluribus Epiſcopis neſciatur, an renati fuerint aqua baptiſmatis, cum nec ipſi reminiſcantur, nec alij: dubitatur igitur an tales veraciter in Epiſcopos ſint conſecrati; cū ex hoc tot, & tanta ſequuntur non ſolum abſona, ſed abſurda, ſilendum eſt potius, quam dicendum. Quia vero in concilio apud Compendium legitur conſtitutum; quod ſi quis in presbyterum ordinatus, deprehenderit ſe nō eſſe baptizatum, baptizetur, & iterum ordinetur: nos circa latorem pręſentium in hoc dubitabili caſu, quod tutius eſt, ſequentes, f. t. per. A. ſ. m. qua. ipſum per ſingulos ordines vſque ad ſacerdotium promouere procures, & permittas eum in ſacerdotio miniſtrare; quia non intelligitur iteratum; quod ambigitur eſſe factum, nec male de ſacramento ſentitur, cum illud non religionis contemptus, ſed articulus neceſsitatis excludit; & certe de illo, qui natus de Chriſtianis parentibus inter Chriſtianos eſt fideliter cōuerſatus,

tam

tam violenter præſumitur, quod fuerit baptizatus, vt hæc præſumptio pro certitudine habeatur, donec euidentiſsimis forſitan argumētis contrarium probaretur.

DE VERBORVM SIGNIFICATIONE. Tit. xxiij.

Idem Colibrieñ. & alijs Epiſcopis in Regno Portugalliæ conſtitutis. Cap. 1.

De ver. ſign. c.17. CVM in partibus veſtris, peccatis exigentibus, ſæpe contingat diuerſa loca interdicto ſupponi, quādo generale, vel particulare dici debeat interdictum, apud vos accepimus in dubium reuocari; cum illi, qui ab eccleſia Romana decorari priuilegio meruerint, videlicet, vt cum generale interdictum terræ fuerit, liceat eis clauſis ianuis, non pulſatis campanis, excluſis excommunicatis, & interdictis, ſuppreſſa voce diuina officia celebrare, interdicto particulari ſe aſſerāt nō artari, aſſerētes illud interdictū generale dūtaxat, quando regnū vel ſaltē prouincia tota ſubicitur interdicto, propter quod, & iuſtitia ſæpius deperit, & prælatorum ſentētiæ cōtemnuntur; cùm in alijs prouincijs interdictis diuina celebrent, & ſuſpenſis organis aliorum, ipſi pulſatis campanis, & apertis ianuis, quoſlibet paſsim recipiant ad diuina. ne autem diuerſa interpretatio diſcordiæ cauſam inter vos vlterius, & odij fomitē valeat adminiſtrare, vel quod interdictum dici debeat generale, amodo in dubium reuocetur: ſignificatione vobis præſentium intimamus, quod cum in priuilegiū de regno, vel prouincia nihil expreſſe dicatur nomine terræ non ſolum regnum, vel prouinciam intelligi volumus; verum etiam villam & caſtrum, vt & in his locum habeat, quod & de generali dicitur interdicto, videlicet vt cum villa vel caſtrum generali ſubicitur interdicto, præſcripta priuilegij forma debeat obſeruari.

Idem Altiſiodoreñ. Epiſcopo. Cap. 2.

c.18. eo. & de teſtam. c.13. CVM tibi de benignitate ſe. Ap. ſit indultum, quod ordinatio rerum clericorum ab inteſtato decedentium libere in tua poteſtate, ac diſpoſitione permaneat; volens omnem materiam ſcandali remouere, quod aliquando inter te, & tuos eſt ſubortum, ſuper duobus nos conſulere voluiſti, primo an appellatio vocabuli clericorum, tam ad canonicos, quam ad non canonicos extendatur; ſecundo an illi, qui in voluntate, & diſpoſitione alterius ſuam committunt vltimam voluntatem, nihil per ſe penitus ordinantes, vel determinantes quid cui loco, vel perſonæ conferri debeat; dicantur decedere inteſtati. primæ igitur con.t. duximus reſpondendum; quod appellatio clericorum non ſolum alios, ſed & canonicos comprehendat. In ſecunda vero dicimus, quod qui extremam voluntatem in alterius diſpoſitione committit, nō videtur decedere inteſtatus.

Idem capitulo, & præpoſito Placentino. Cap. 3. c.19. e.t.

CVM clerici Placentini iuramentum præſtant ſub hac forma verborum. Ego talis ab hac hora in antea fidelis ero, & obediens ſanctæ Placentinæ eccleſiæ, & domino meo Placentino Epiſcopo, per veſtras nos literas cōſulere voluiſtis, vtrū intelligi debeat clerus totius dioec. an capitulū tantū eccleſiæ cathedralis. Nos igitur diſ.u. reſpondemus, quia per eccleſiæ Placeñ. vocabulum in forma iuramēti præſcripti non debet intelligi totus diœce. clerus, etſi capitulum intelligatur eccleſiæ cathedralis, is tamen, qui præſtat huiuſmodi iuramentum, Epiſcopo tamquam capiti principaliter obligatur.

Idem Priori ſancti Fridiani Lucañ. Cap. 4.

QVAERENTI, quid per cen. ec. intelligi debeat, cum huiuſmodi clauſulam in noſtris litteris apponimus: reſpondemus, quod per eam non ſolummodo interdicti, ſed ſuſpenſionis, & excommunicationis ſententia valet intelligi, vt iudex diſcretus rerum, & perſonarum circumſtantijs indagatis ferat; quam magis viderit expedire. c.20. eo

Idem Cæſarauguſtañ. Epiſcopo. Cap. 5.

QVID per noualis vocabulum intelligi debeat, a nobis tua. f. requiſiuit. Licet autem quidam dixerit, quod nouale ſit terra præciſa, quæ anno ceſſat, alijs aſſerentibus, quod ex ſilua, quæ arboribus extirpatis ad cultum redigitur, fieri nouale dicatur; quarum vtraq. interpretatio ex ciuilibus legibus colligitur. Nos tamen inquiſitioni tuæ t. reſpōdemus; quod eam credimus prædeceſ. noſtrorum intentionem fuiſſe, cum pijs locis indulgentiam de noualibus conceſſerunt, vt nouale intellexerint agrum de nouo ad cultum redactum, de quo non extat memoria, quod aliquando cultus fuiſſet, ſed nec de quolibet tali nouali credimus eis indulgentiam fore conceſſam, niſi de illo dumtaxat, cuius decimas religioſus poteſt conuentus abſq. graui detrimento parochialis eccleſiæ detinere, cum talis ſit ſæpe locus incultus, de quo parochialis eccleſia magnos percipit decimarum ratione prouentus. c.21. eo

Idē Abbati de Alcobatia, & F. & P. monachis Alco

Alcobatiæ. Cap. 6.

c.22.eo. VENERABILI fratre noſtro Colubrieñ. Epiſcopo didicimus conquerẽte, quod cum fratres Sanctæ Crucis monaſterium de Anarganil ſub protectione ſua nuper acceperint, quod ſuis prædeceſ. Epiſcopalia iura cõſueuerat ab antiquis retro temporibus exhibere, numero †quodam de canonicis ſuis ſine conſenſu ſuo ibi facto Priore, occaſione cuiuſdam priuilegij a bo.me. C. Papa prędeceſ. noſtro veritate tacita impetrati, eidem Epiſcopo debitam obedientiam denegat exhibere, inde ſumpta occaſione, quod per matricẽ eccleſiam, non cathedralem intelligunt, ſed Romanã. Vnde quia non eſt noſtræ intentionis, vt iura fratrũ noſtrorũ noſtris tẽporibus minuantur, cauſam ipſam vobis duximus cõmittendam, per A.ſ.m.qua.ſi aliud vobis non occurrerit, propter quod dictus Prior non debeat diœceſano Epiſcopo reſpondere, cum ad præſtandam dicto Epiſcopo debitam reuerẽtiam, ſicut prędeceſſores ſui prędeceſſoribus Epiſcopi pręſtiterunt, ap.re.per cen.ec. compellatis. Nos.n.per matricem eccleſiam cathedralem intelligere volumus, non Romanam, non obſtante priuilegio in pręiudicium Colubrieñ. eccleſiæ per ſurreptionem obtento.

†*nunc Greg.9*

Idem Abbati ſanctæ Geneuefæ, Decano, & Cancellario Pariſieñ. Cap. 7.

c.23.eo. EX parte in Chriſto dilectæ filiæ nobilis mulieris Comitiſſæ Bleſeneñ. nuntij ad noſtram pręſentiam deſtinati, ſibi poſtulauerũt audiẽtiã exhiberi, vt audiremus iniurias, quas ei, & ſuis infert eccleſia Carnoteñ. quibus, & dilecto f.S.Beco canonico Carnoteñ. qui pro ipſa ſtabat eccleſia, dil.f.R.ti.S.Anaſtaſię preſbyterum Cardi. dedimus auditorem, in cuius pręſentia propoſuerũt nuntij Comitiſſę; quod cum ipſius Comitiſſæ præpoſitus de firmitate de villa Voba quendã latronẽ cœperit, qui furtum commiſerat, & iuſtitia fuerit inde facta, latro fuit a Comitiſſæ balliuis per capitulum Carnoteñ. poſt factam iuſtitiam requiſitus, quia capitulum eũ in terra ſua captum fuiſſe dicebat, aſſerentibus balliuis e contra, ipſum fuiſſe captum in terra, in qua ius capiendi latrones, & alios malefactores habet eadem Comitiſſa; quoniã vir eiuſdem, antequam ſignaculum crucis aſſumeret, erat in poſſeſſione iuris illius, vt in illo loco, in quo captus ab ipſo capitulo dicebatur huiuſmodi iuriſdictionem haberet, quod erãt probare parati. Verum cum ſuper hoc parendi iuri ſufficientem cautionem offerrent, canonici Carnoteñ. nihilominus terram eiuſdẽ Comitiſſæ fecerunt per Diuieñ. Archidia. interdicto ſupponi; qui poſtmodum requiſiti, vt ab eis ſufficienti cautione recepta iuri parẽdi, terram abſoluerent, eam recipere noluerũt niſi prius ſolueretur emenda. Conſequenter ve.f.n. Carnoteñ. Epiſcopus ſuper hoc requiſitus, & per litteras metropolita. ſui monitus diligenter, vt terram Comitiſſę taliter abſolueret, ſicut de iure poterat, & debebat, idem a capitulo iam dicto prohibitus, hoc facere recuſauit. dicebat.n. capitulum, hoc in Carnoteñ. eccleſiæ priuilegio contineri, quod nemini liceat excommunicatis, vel nominatim interdictis pro canonicis Carnoteñ. abſq. cõgrua ſatisfactione abſolutionis beneficium indulgere. Videntes autem nuntij Comitiſſæ, quod data cautione abſolui non poterant, vt deberent, tam ſuper hoc, quam alijs cauſis inter Comitiſſã, & capitulum agitatis, metropolitani audientiam appellarunt tam ipſam Comitiſſam, quam terram, & baliuos eius ſub eius protectione ponentes, et infra. Metropolitanus autem cum partes eſſent in die pręfixa pręſentes, priuilegio diligenter inſpecto, teſtes hinc inde recepit, quib. ab officiali examinatis ipſius, & die partib. iterum aſsignato procurator Comitiſſæ cum inſtantia poſtulabat publicari atteſtationes receptas, ex habũdanti de iuri parendo ſufficiẽtem offerẽs cautionem, vt relaxaretur ſententia interdicti; ſed procurator capituli e contrario allegabat; quod iam dicti priuilegij ratione, ab ipſo terra non poterat, nec debebat abſolui, niſi prius capitulo facta fuiſſet emenda, interpretando verbum illud, quod in priuilegio continetur, videlicet ſatisfactione congrua pro emenda. Litigato igitur diutius ſuper huiuſmodi clauſula, interlocutus eſt metropolitanus iam dictus, ſe velle huiuſmodi expoſitionem Ap. examini reſeruare; & ſuper hoc diem partib. aſsignauit. et infra. Ad intelligendam autem clauſulam priuilegij memorati credimus diſtinguendum, vtrum in aliquem interdicti; & excommunicationis ſententia ſit prolata, ex contumacia tantum, quia ſ. citatus ſtare noluit iuri, vel etiam pro offenſa, quia videlicet iuſſus noluit maleficium emendare. In primo caſu credimus congrue ſatisfieri, vt huiuſmodi ſententia relaxetur, ſi ſufficiens ſtandi iuri cautio tribuatur. In ſecundo vero caſu, ſi offẽſa eſt manifeſta, non credimus congrue ſatiſfieri, vt huiuſmodi relaxetur ſententia, niſi ſufficiens prius pręſtetur emenda. ſi vero dubia eſt offenſa, ſufficere credimus ad relaxandam eandem; ſi parendi mandato compe-

petens ſatisfactio prębeatur.

Idem Comitiſſæ Bleſen. *Cap. 8.*

c. 24. eo. CVM olim pro canonicis Carnoteñ. quoddam capitulum contra te fuerat allegatum, quod dicebat in eccleſiæ ſuæ priuilegijs cõtineri, ut videlicet nemini liceat excommunicatis, vel nominatim interdictis pro canonicis Carnoteñ. abſq; congrua ſatisfactione abſolutionis beneficiũ indulgere. et infra. Quia vero dum anſam ſoluimus, nodum dicimur ligauiſſe, propter hoc, quod eiſdem canonicis, velut aſſeris, proponentibus, illam eſſe offenſam manifeſtam, non quæ iudici, non quæ alijs, ſed quæ ſibi tantummodo manifeſta videtur; maior ex illa dictione videlic. manifeſta, ſcrupulus quæſtionis emerſit. Tuis igitur humilibus precibus inclinati, offenſam illã nos reſcribimus intelligere manifeſtã, quæ vel per confeſſionem, vel probationem legitimam, nota fuit, aut euidentia rei, quæ nulla poſsit tergiuerſatione cęlari.

Idem Archidiacono, & Præpoſito de Secam, ſubd. noſtro, Canonico Mediolaneñ. Cap. 9.

De præſum. c. vlt. DVDVM bo. m. Archidia. Mediolaneñ. dedimus in mandatis, vt dile. fi. C. ſcholarem a presbytero S. Victoris xl. martyrum, qui ſolus in ipſa eccleſia miniſtrabat, in qua, ſicut ſcholaris idem aſſeruit, quondam miniſtrauerunt clericus, & ſacerdos, in clericum, & fratrem eiuſd. eccleſiæ recipi faceret, cuius facultates idem ſcholaris propoponit nullatenus imminutas, ſed presbyter memoratus ipſius Archid. examen malitioſe declinans L. clericum ad noſtram pręſentiam deſtinauit, cui & pręfato C. ve. f. n. Traneñ. Archiepiſcopum Ap. ſe. Le. tunc ſubd. & capellanum noſtrum dedimus auditorem, coram quo dictus L. aſſeruit, quod nequaquã ſufficiebant duob. clericis facultates eccleſiæ memoratæ, adiciẽs, quod pręd ictus C. non erat idoneus ad illius eccleſię beneficium optinẽdum. et infra. Cauſam vobis duximus committere, ita vt ex illa clauſula ſ. ſi perſona fuerit idonea, quæ noſtro reſcripto reperitur inſerta, eidem ſcholari probãdi ſe idoneum, nulla neceſsitas imponatur, cum prima facie pręſumatur idoneus, niſi alibi in contrarium oſtendatur.

Idem Epõ, et. Cantori Atrebaten. Cap. 10.

De verſign. c. 25. † al. Silueſtri ABBATE ſancti Siluani† Altiaceñ. olim viã vniuerſę carnis ingreſſo, cũ eiuſdẽ loci monachi elegiſſent quendã de ipſius gremio in Abbatẽ & eiuſd. confirmationẽ electionis a bo. me. Morineñ. Epiſco. nequiſſent aliquatenus optinere; per procuratorẽ ſuũ cõfirmationẽ ipſius a ſe. Ap. petierũt. Ceterũ procurator monaſterij S. Bertini propoſuit ex aduerſo; quod cũ ſecundũ approbatã cõſuetudinem, & priuilegia Rom. Pont. Abbates Altiaceñ. debeant de mona. S. Bertini ſemper aſſumi, huiuſmodi electio erat non inmerito reprobãda, vt pote cõtra cõſuetudinẽ diuturnã, & priuilegia ſe. Ap. attẽptata, & Altiaceñ. monachi debeat de iure cõpelli, vt de monaſterio beati Bertini perſonã idoneã ſibi eligãt in Abbatem. et infra. Nos igitur depoſitionibus teſtium coram delegatis a nobis iudicibus productorum diligenter inſpectis, inuenimus ſufficienter eſſe probatum, quod a xl. annis, et infra, monachi Alticiaceñ.† Abbatem ſibi de S. Bertini monaſterio elegerunt, ita quod infra pręſcripti tẽporis ſpatium de pręfato cœnobio vij. fuerunt in Alticieñ.† Abbates aſſumpti. et infra. Et cũ quadã vice Garnium† Alticianeñ.† monachum elegiſſent, eius electio robur habere non potuit, donec apud monaſterũ S. Bertini profeſsione facta, poſt aliquã tulũ temporis, quãdo ſ. eiuſd. loci Abbati, et cõuentui placuit, in Alticeñ.† extitit Abbatẽ aſſumptus. ex priuilegijs quoq; Ro. Pont. monaſterio S. Bertini conceſsis, argui poterit euidẽter Altiaceñ. Abbatẽ fore de S. Bertini collegio eligendũ. Nimirum priuilegio ſe. re. Paſchalis Pap. prę. n. huiuſmodi capitulũ apparet inſertũ, ſubrogationẽ Abbatis penes monaſterium S. Siluini apud Alticianeñ.† iuxta pręteriti tẽporis morẽ, in veſtra ſemper cõcedimus diſpoſitione perſiſtere. Cuius verbis bo. me. Innocẽtius Pa. præ. n. prorſus inhęſit. in priuilegio quoq; Calixti ſecũdi Papę huiuſmodi capitulum inuenitur. Porro iuxta domini prę. n. ſanctæ me. Paſchalis Pa. decretũ, Abbatis ſubrogationẽ penes Altiaceñ. nõ aliũde; quã de veſtro monaſterio fieri Ap. auctoritate decernimus. Ad hęc autẽ pars aduerſa reſpõdit, quod ſi euidẽter per depoſitiones teſtium probaretur, quod infra prędicti tẽporis ſpatiũ de monaſterio S. Bertini ſemper fuerit Altiaceñ. aſſumptus; ex hoc tamẽ nullũ Altiaceñ. monachis pręiudiciũ parabatur, cũ hoc nõ ex neceſsitate aliqua factum fuerit, ſed ex libera volũtate. et infra. ſed nec dici poterat, quod ex eo cõſuetudo aliqua, quaſi cõtradicto iudicio fuerit introducta, ſi de prędicto mon. extitit in memorati Garini electione proceſſum, cũ illud pro bono pacis factũ extra iudiciũ dinoſcatur, et infra. Pręterea cũ Paſchalis Pap. ſubrogationẽ Abbatis ſancti Siluini monaſterio S. Bertini iuxta morẽ præteriti tẽporis duxerit concedendã, nec de pręteriti temporis more, ſeu conſuetudine fiat fides, per eius priuilegium, & ſimilia, ſuper hoc nullum Altiaceñ. monaſterio poterat præiudiciũ generari.

† Altiacen ſupra
† Altiacen. ſupra
† al. Garinum
† Altiacen. ſupra
† Altiacen.
† Altiacen.

Contra

Contra quod fuit ex aduerſo reſpõſum, quod hæc determinatio ſecundum præteriti temporis morem, & cauſalis, & condicionalis poteſt intelligi, & tam ad perſonale, quam imperſonale verbũ referri. ſi enim inperſonale verbum determinet, condicionalis intelligitur, & talis eſt ſenſus; concedimus, ſubrogationem Abbatis ſancti Siluini apud Altiac. in veſtra ſemper diſpoſitione conſiſtere, ſecundum prę teriti temporis morem. i. ſi mos præteriti temporis talis fuit. ſi vero verbũ determinet perſonale, cauſaliter debet intelligi, vt ſit ſenſus; concedimus ſecũdum præteriti temporis morem, ideſt quia mos præteriti temporis, ſic obtinuit, ſubrogationem videl. Abbatis ſ. Siluini apud Altiac. in veſtra ſemper diſpoſitione conſiſtere. Hic autem ſenſus rectior eſſe videtur; quia cum priuilegium ſit lex priuata, & lex non debet eſſe obſcura, vel captioſa; ſed certa, & manifeſta: non eſſet priuata, niſi aliquid ſpecialiter indulgeret. profecto ſic intelligenda ſunt illa verba, vt res, de qua agitur, valere poſsit potius, quam perire, maxime cũ ſupradictus Calixtus Papa, qui eidem Paſchali e vicino ſucceſsit, verbis æquioribus vſus determinationem illam prorſus amouerit, vt ambiguitas tolleretur, & quod dicebatur in conceſsione Paſchalis, videlicet ſubrogatio Abbatis Siluini apud Altiaceñ. in diſpoſitione Abbatis, & fratrum ſancti Bertini ſemper exiſteret; ipſe mutauerit, decernens ſubrogationem illius Abbatis non aliunde, quam de ſancti Bertini monaſterio faciendam, vt electio ad ius commune poſſet ex vna quidem parte reduci. Eadem quoque verba ſic eſſe interpretanda: ſubſequens conſuetudo declarat, quæ perhibetur eſſe legum interpres. His igitur, & alijs ad eandem cauſam ſpectantib. diligenter auditis, & perſpicaciter intellectis, de con. f. n. monaſterio ſancti Bertini adiudicauimus huiuſmodi dignitatem, vt quotienſcumq. in Altiaceñ. monaſterio Abbatis electio inminet facienda, Altiaceñ. monachi de cœnobio ſancti Bertini, perſonam idoneam ſibi eligant in Abbatem. ita videl. vt tamdiu monaſterium ipſum hac honoris debeat prærogatiua gaudere, donec ibidem viguerit obſeruantia regularis, vt idoneæ perſonæ inueniantur in illo, quæ poſsint in Abbates aſſumi.

Explicit Collectio tertia Decretalium.

EGo frater Gaſpar a Saona, Prior monaſterij S. Mariæ Gratiarum, lector eccleſiæ cathedralis Ilerdenſis, & primam cathedram doctoralem ſacræ Theologiæ in vniuerſitate Ilerdeñ. regens, hunc librum, qui inſcribitur Antiquę collectiones Decretalium, cum notis Reuerendiſſ. Domini Ant. Auguſtini Epiſcopi Ilerdenſis, mandato eius, ſiue eius Vicarij generalis legi, & nihil in eo inueni, quod ſit religioni Chriſtianæ contrarium, aut moribus corrumpendis aptum: quin potius omnia fere ſunt ex conſtitutionibus Romanorum Pontificum, & antiquorum patrum Decretis ſumpta, & ad eorum cognitionem maxime pertinentia. Ideoq. arbitror debere permitti, vt imprimantur, & vendantur. in cuius rei teſtimonium hæc ſcripſimus in ſupradicto monaſterio prope muros. Ilerdæ die XX. Februarij, anno. M.D.LXXV.

F. Gaſpar de Saona.

EGo Petrus Salas Sacrae paginæ Doctor, & cathedram diuinarum litterarum, ſiue Theologiæ a bonæ memoriæ Iacobo Conchillos quondam Epiſcopo Ilerden. inſtitutam in vniuerſitate Ilerdenſi regens, hunc librum inſcriptum Antiquæ collectiones Decretalium, cum notis Reuerendiſs. Domini mei D. Antonij Auguſtini Epiſcopi Ilerden. ex iuſsione eius, ſiue Vicarij generalis legi, & nihil in eo inueni contrarium iuri diuino, aut pietati Chriſtianæ, aut quod damnum afferre poſsit morib. legentium: immo vero omnia mihi videntur conſtitutionibus Apoſtolicis, et iuri canonico, ex quo fere cuncta ſumuntur, & eius cognitioni eſſe maxime vtilia. Quocirca arbitror licentiam imprimendi, atq. vendendi dandam eſſe. in cuius rei fidem hæc ſcripſi. Ilerdæ die XX. Februarij Anno. M.D.LXXV.

Petrus Salas.

EGo Honofrius Moliner Canonicus ſedis Ilerden. & Vicarius generalis Reuerendiſs. D. Antonij Auguſtini Epiſcopi Ilerdenſis, viſa relatione ſupraſcripta Reuerendor. fratr. Gaſparis de Saona, & Petri Salas ſacræ paginæ Doctorum licentiam præſtamus imprimendi, atq. vendendi in vrbe, & dioeceſi Ilerden. hunc librum, cuius titulus eſt Antiquæ collectiones Decretalium, cum notis eiuſdem Reuerendiſs. D. mei ſupraſcripti. in cuius rei fidem has litteras fieri iuſsimus. Dat. Ilerdæ die XX. Februarij. Anno. M.D.LXXV.

Vidit Moliner Vicarius Generalis.

ANT. AVGVSTINI EPISCOPI ILERDENSIS NOTAE.

PRIMA COLLECTIONE IN Proemio.

Breuiarium Extra.) Incipit Breuiarium Extr. Barcinonenſis liber. Extrauagantiũ, Romanus. Incipit Breuiarium, Tarraconenſis, alia voce omiſſa. Appellari Extrauagantes ſuſpicor, quod extra corpus canonum uagarentur, ſiue extra Decretorum libros.

Bernardi Præpoſiti Papienſis) ſic ſe poſtea idem, appellat: et hoc in Barcin. et Romano libro, eſt. Epiſcopi in Tarrac. et ut ſuſpicor, in Ant. Contij libro, qui hũc Papien. Epm uocat. Fuit autem poſtea nõ Papienſis, ſed Fauentinus Epiſcopus, vt Ioan. Andr. ſcribit.

IVSTE *iudicate filij hominum.*) Si vere vtique iuſtitiam loquimini, recte iudicate filij hominum. Dauid. pſal. 58. aut Græcis 57. εἰ ἀληθῶς ἄρα δικαιοσύνην λαλεῖτε, εὐθεῖα κρίνατε υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων. LXX. apud Iuſtinian. Nebienſem. recta pro recte Hierony. et Compluten. et εὐθείας pro εὐθεῖα. uero pro uere eſt apud Hieron. iuxta LXX. Si utique in ueritate ſiletis iuſti, in tempore litis decet vos iuſte loqui, et recte iudicare filios hominum, Chald. apud Nebien. Iuſte iudicate, eſt in breuiario Rom. in antiphona quadam feriæ quartæ. Inde Bern. ſumere potuit.

nolite iudicare ſecundum faciem) μὴ κρίνετε κατ' ὄψιν. Ioan. c. 7. faciem interpretatur ſuperficiẽ, Laurentius uetus huius libri interpres.

ſed iuſtum iudiciũ iudicate) ἀλλὰ τὴν δικαίαν κρίσιν κρίνατε.

diligere iuſtitiam, &c.) Diligite iuſtitiam, qui iudicatis terram. Sapien. c. 1. ἀγαπήσατε τὴν δικαιοσύνην οἱ κρίνοντες τὴν γῆν. Compluten.

qui reddet unicuiq. ſecundum opera ſua) καὶ τότε ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὴν πρᾶξιν αὐτοῦ. Matth. c. 16. et tunc reddet unicuiq. ſecundum opera eius. Compluten.

qua enim menſura &c.) καὶ ἐν ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε, μετρηθήσεται ὑμῖν. Matth. c. 7. et Marci c. 4. in qua menſura menſi fueritis, remetietur uobis. τῷ γὰρ αὐτῷ μέτρῳ ᾧ μετρεῖτε, ἀντιμετρηθήσεται ὑμῖν. Lucæ c. 6. Eadem quippe menſura, qua menſi fueritis, remetietur vobis. αὐτῷ τῷ μέτρῳ, Heſiodi verba ſunt.

uobis remetietur.) ſic Barcin. et Tarrac. eadem uobis remetietur, Roman. non male.

cum et de talento credito &c.) Matth. c. 25.

teneamini) ſic Barcin. et Tarr. teneamini, Rom. quod æque placet.

Striteq. iuriſperitia &c.) A iudice ad iuriſperitũ conuertitur oratio: cum tamen neq. apud veteres, neq. hoc tempore omnes iudices ſint iuris periti.

uobis uberior) ſic Barcin. ſed vobis, neq. in Tarr. eſt, neq. in Romano libro.

ac ſtudioſorum) ad pro ac, Rom.

ego B.) ſic in omnib. eſt nullo, ego Bernardus.

exempla) ſic fortaſſe in Barcin. extra in Rom. et Tarr. alio, extrauag. in altero antiquiore, quod placet.

doctori nomen ſuni) Operæpretium eſt Vincentij Hiſpani veteris interpretis verba referre: Quia non omnia poterant comprehendi in Decretorum corpore, ut diſt. xix. ſi Romanorum, ideo magiſter B. Papienſis Præpoſitus hoc opus compilauit; cuius intentio eſt, diuerſa extrauagantia Romanorum Pontificum, et auctoritates noui, & veteris teſtamenti compilare ſub titulis: materia ſunt ipſæ conſtitutiones, ſeu Decretales, &c.

LIBER I. TIT. I. DE conſtitutionibus.

CAP. 1. *ex concilio Meldenſi.*) Numeros titulorum, et capitum nos addidimus, nulli enim ſunt in exemplaribus: item ea, quæ in margine edidimus, paucis exceptis, quæ ad varietatem pertinent. Meldenſi cap. xj. Burchard. lib. 1. cap. 61. et Iuo parte 5. c. 171. decreti. Sed cap. 34. in concilijs.

Canonum ſtatuta ab omnibus cuſtodiantur) ſic etiã Raimundus, et Contius. Vt canonum ſtatuta ſine præiudicio ab omnib. cuſtodiantur, concilium. Vt omittit Burch. et Iuo, cetera, vt in concilio. rite cuſtodiantur, Iuo ſolus. Canonum vero ſtatuta ab omnib. intemerata ſeruentur, Cabiloneñ. concil. cap. 2.

in accuſationibus) ſic Barcin. & Cont. in marg. in actionibus, concil. et Roman. et Burch. et Iuo; et Raim. vocem actionib. habuit Tancredus, qui addidit, ciuilibus, et Oſtien. ait, actionib. uel accuſationib.

neſ iudicijs) ſic in concil. & in Barcin. & Tarrac. & in Gregorianis. vel in iudicijs, Roman. & Burch. & Iuo.

Poſt verba huius capitis additur in concilijs. In exponendis etiam, vel prædicandis diuinis ſcripturis ſanctorum, catholicorum, & probatiſſimorum patrum ſenſum quiſque ſequatur, in quorum ſcriptis, vt beatus dicit Hieronymus, fidei veritas nõ vacillet. Huc uſq. Burch. & Iuo. excepta voce vacillet, pro qua eſt vacillat apud Iuo. & voce ſcriptis, pro qua eſt ſcripturis apud Burch. editum. nam in veteri ſcriptis eſt. Poſt verba ſupra ſcripta in concilijs additur. Sed & qui in monaſterijs religioſe reſidere debẽt, & vocũ nouitates, ut innoteſcãt, ſtudio proferre ſatagũt, acerrime ut præſumptores arguãtur, & cõprimantur. Locus Hieron. eſt in epiſt. ad Lætã de inſtit. filiæ, vt in marg. Iuonis adſcriptũ eſt.

Cap. 2. Gregorius in regiſtro) recte Ant. Contius addidit ex lib. 7. epiſt. 35. ad Fortunatum Epm Neapolitanum.

Cognoſcentes, &c. & infra) Integra clauſula ex regiſtro B. Gregorij hæc eſt, quam Contius omiſit. COGNOSCENTES (qualis fraternitatẽ veſtram zelus, pro Chriſtianis mancipijs, quæ Iudæi de Galliarum finibus emunt, accenderit) adeo nobis ſollicitudinẽ veſtrã placuiſſe ſignamus; vt inhibendos eos ab huiuſmodi negotiatione, noſtra etiã deliberatio iudicaret. Et poſt alia. Si autem quædam ex eiſdem mancipijs talem ægritudinem fortaſſe incurrerint, vt intra ſtatutos dies vendi non valeant; adhibenda ſollicitudo eſt, vt dum ſaluti fuerint priſtinæ reſtituta, ſimiliter modis omnibus diſtrahãtur: quia rem &c. In ſuperiorib. verbis pro ſignamus ſignificamus malim ſcribere, pro noſtra etiam, quod in veteri libro legi, veſtra etiã, eſt in editis.

Rem, quam) em, quæ, regiſt. aptius, & Raim.

in damnum) ad damnum, regiſt. in Raim.

Quotiens vero nouum) ſic etiam Raim. vox vero in Rom. non eſt. Quoniam vero quotiens nouum, regiſt.

ut multa diſpendijs præterita) ſic in veteri reg. libro. multis, pro multa editi libri. ea vox a Raim. omiſſa eſt.

non commodet) non cõmodent, Raim. & regiſt. editi libri. veteres non cõmendent. non cõmendet, vnus ex veterib. Raim. libris.

et ita) malo, & infra. vt eſt in Rom. & in veteri Tarrac. Sequuntur enim in regiſtro hæc verba a Raim. & Contio prætermiſſa. Si qua apud eos mancipia de emptione anni præteriti remanſerũt, uel a vobis nuper ablata ſunt, dũ apud vos ſunt poſita, ea habẽt alienãdi licentiã. Sic vetus liber, in alijs oblata, pro ablata & vox ea deſideratur.

derilus) veritos magis placet, quod eſt in Rom. & in regiſtro, & in Raimundi libris.

Poſt huius capitis verba ſunt alia ad eandem rẽ pertinentia; ne fraus fieret, cũ Baſilius Iudæus cogitaret mancipia Chriſtiana liberis ſuis donare, vt ſub ea ſpecie poſſet mancipia retinere iure patriæ poteſtatis.

Cap. 3. Idem.) Addi poſſet Romanis ciuibus, ex lib. 11. cap. 3. eiuſd. regiſtri.

Peruenit ad me &c. & infra) Integra clauſula extat apud Grat. de cõſecr. d. 3. c. 12. & apud Iuon. lib. 2. tit. 13. c. 1. Panormię, et p. 4. c. 6. decreti, & in regiſtro. in omnib. eſt ad me, in Rom. athuos.

Hoc enim, quod per prophetã, & in lege &c.) & non eſt in Rom. enim, in Barcin. plurib. verbis in regiſtro. Hoc enim, quod per prophetam dicitur: ne inferatis onera per portas veſtras die ſabbati: tãdiu &c. verba Hieremiæ cap. 17. hæc ſunt. Nolite portare pondera in die ſabbati, nec inferatis per portas Hieruſalem; & nolite eiicere onera de domib. veſtris in die ſabbati. *μὴ αἴρετε βαστάγματα ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῶν σαββάτων. καὶ μὴ εἰσφέρετε διὰ τῶν πυλῶν Ἱερουσαλήμ. καὶ μὴ ἐκφέρετε βαστάγματα ἐξ οἰκιῶν ὑμῶν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῶν σαββάτων.* LXX. *βαστάγματα* pondera, & onera Latinus interpres vocauit. portas Hieruſalẽ in portas veſtras mutauit Gregorius, aut memoria lapſus, aut ita exiſtimans prophetam intellexiſſe.

Chriſti gratia ſuperuenit) ſic Barcin. venit Chriſti gratia, Rom. & duo Tarrac. gratia omnipotẽtis Dei domini noſtri Ieſu Chriſti apparuit, regiſt.

conſecratione, ordinatione) ſic Barc. conſecratione, vel electione, vetus Tarrac. ordinatione Rom. et Grat. editus alia voce omiſſa. conſecratione, concil. Burch. Iuo, et Anſel. altera voce omiſſa, et veteres Grat. libri quinque.

etc. vt in tractatu ordinandorum) ordinatorum, vetus Tarrac. quod non æque placet. Ex hoc apparet Bern. Papien. habuiſſe rationem collectionis Gratiani, et noluiſſe repetere, quæ ſi conſcripſiſſet. Namq. tractatus ordinandorum appellari ſolet a Gratiano, a diſtin. 23. vſq. ad quæſtionem primam ſiue cauſam conſcripta. Interpretes quoque veteres Alanus, Vincentius, Tancredus, Laurentius, et ceteri, cum capita collectionis illius referunt, ſemper ſupra addunt, perinde ac ſi poſt Gratiani volumen hoc adſcriptum eſſet. Si quis hanc clauſulam integram deſideret, videat cap. 1. diſtin. 66. vel potius epiſt. Aniceti Papæ.

Cap. 10. Gregorius in regiſtro) Petro ſubdiacono Campaniæ, lib. 2. Indict. 11. epiſt. 35. cap. 74.

petijt, vt) petit, vt, vetus Tarrac. expetijt, vt, regiſt.

quam petitionem neceſſario dignum duximus adimplere) vox dignum, in Rom. deſideratur. Quod quia rationabile eſſe perſpeximus, eius petitionem neceſſario duximus adimplendam, regiſt.

proinde clerum metropolitanum) Neapolitanum, Rom. eccleſiæ Neapolitanæ, vetus Tarrac. Proinde experientia tua clerum eccleſiæ Neapolitanæ conueniat, regiſt.

facias duos) quatenus duos, regiſt.

de ſuis) ſic etiam regiſt. ex ſuis, vetus Tarrac.

mittere) tranſmittere non omittant, regiſt.

Sed ſua) Sed et ſua, regiſt.

funguntur) fungantur, regiſt.

illis valeat Epus ordinari) illi Deo auctore ſuus Antiſtes valeat ordinari. Nam amplius eam ſine proprio non patimur eſſe rectore. Qui ſi fortaſſe admonitionem tuam quolibet modo differre temptauerint, eccleſiaſticum in eos vigorem exerce. Nam prauitatis in ſe dabit indicium, quisquis in hoc non ſponte conſenſerit, regiſt. cetera omittenda eſſe duximus.

Cap. 11. Idem) Gregorius iij. Raim. et Cont. Greg. ix. vetus liber, nō recte. Idem Anthemio ſubdiacono Campaniæ, ſcribendum ex lib. 8. epiſt. 18. regiſtri B. Gregorij. vox Campaniæ in editis non eſt, ſed in veterib.

Poſtquam is, qui etc.) his pro is, vetus Tarr. non recte. Poſtquam, et infra, Raim. et Cont. Integra clauſula hæc eſt. POSTQVAM is, qui ad Epiſcopatum Surrentinæ ciuitatis electus fuerat, aptus nobis viſus non eſt; Amandum presbyterum oratorij ſancti Seuerini, quod in caſtro Lucullano ſitum eſt, elegerunt. Ea propter experientiæ tuæ præcipimus, vt eundem presbyterum excuſatione poſtpoſita, ſub omni ad nos ſtudeat feſtinatione tranſmittere. quatenus petentium etc.

Petentium deſideria) ſic etiam regiſt. Confirmationem petentium deſideria, Raim. et Cont.

ſi nihil) ſic etiam Raim. cum Chriſti auxilio, ſi nihil, regiſt. plerius.

quod electum) ſic etiam Raim. quod eum, regiſt.

poſſunt illic) ſic etiam in regiſt. poſſent illic, vetus Tarr. poſſunt Raim. altera voce omiſſa.

vbi eſt) ſic etiam Raim. vbi diu eſt, regiſt.

cognoſci) agnoſci, regiſt. & vetus Tarr. & Rom. cognoſci Barcin. et Raim. editi libri, agnoſci, vnus ex veterib.

ibidem inquirantur) inquirantur ibidem, Raim.

curæ tuæ ſit cum fratre, et coëpo noſtro Fortunato de eo diligenter inquirere. Et, ſi nulla ſunt, quæ ad ſacrum ordinem obſiſtere valeant; ad nos debet omni poſtpoſita tarditate tranſmitti, regiſt. Quæ poſtea ſcribuntur, omitti potuerunt.

Cap. 12. Cyprianus) adde lib. 1. epiſt. 4. quæ in ſynodo ſcripta eſt ad Felicem presbyterum, et plebes Legionen. et Aſturicen. et ad Aelium diaconum, et plebem Emeritenſem.

Plebs obſequens etc.) Ante hæc verba initium epiſtulæ adſcribi potuit, quod eſt huiuſmodi.
" Cum in vnum conueniſſemus, legimus litte-
" ras veſtras, fratres dilectiſſimi, quas ad nos per
" Felicem, et Sabinum coëpiſcopos noſtros pro
" fidei veſtræ integritate, et pro Dei timore feci
" ſtis, ſignificantes Baſilidem, et Martialem libel
" lis idololatriæ cõmaculatos, et nefandorũ faci
" norũ conſcientia uinctos Epiſcopatũ gerere,
" et ſacerdotium Dei adminiſtrare non oporte
" re. Et poſt alia. Nec ſibi plebs blandiatur, qua
" ſi immunis eſſe a contagio delicti poſſit, cum
" ſacerdote peccatore communicans, et ad iniu-
" ſtum, atq. illicitum præpoſiti ſui Epiſcopa-
" tum conſenſum ſuum commodans; quando
" per Oſee prophetam comminetur, et dicat cẽ-
" ſura diuina: ſacrificia eorum tamquam panis
" luctus; omnes, qui manducant ea, contamina-
" buntur. Et poſtea. Propter quod plebs obſe-
quens etc. In ſupra ſcriptis verbis pro vinctos ſcribendum cenſeo victos, et pro quando per Oſee, quum per Oſeam, vt in veteri, et in quibuſdam editis eſt.

a peccatore prepoſito) a presbytero præpoſito, Rom. et Deum metuens, additur ante hæc verba in Cypriani libris.

ſi ſit præciſus ab eccleſia) ſic vetus Tarr. hæc non ſunt in Barcin. et Rom. neq. in Cypr.

ſeparare ſe debet) ſic Cypr. ſeparari debet, Rom.

nec ſe ad ſacrilegi ſacerdotis) ſic etiam Cypr. vox ſacerdotis, in Rom. deſideratur.

officia miſcere) immiſcere, Rom. ſacrificia miſcere. Cypr.

quoniam ipſa plebs) quando ipſa, Cypr. Romæ editus. quum ipſa, vetus liber, et alij. vox plebs in omnib. eſt omiſſa.

habet poteſtatem) habeat pro habet Cypr.

dignos ſacerdotes) ſic etiam Cypr. vox ſacerdotes in Barcin. non eſt.

Poſt huius capitis verba addũtur alia, quæ ſententiã Cypriani magis aperiant; nequis putet Cyprianũ uoluiſſe, plebi ſoli datã eſſe electio
" nẽ. Quod et ipſum videmus de diuina auctori
" tate deſcẽdere, vt ſacerdos plebe præſente, ſub
" omnium oculis deligatur, et dignus, atq. ido-
" neus publico iudicio, ac teſtimonio comprobe-
" tur. etc. In veteri tamen libro eſt, a plebe præſente, quod non placet.

Leo Papa iij.) deleo iij. exſtat enim in epiſt. 82. ſiue 84. cap. 6. Leonis I.

Theſſalon. Epiſcopo, vel Primati) ſic Rom. Theſſalon. Primati; Barcin. et vetus Tarrac. Epiſcopo Theſſalonicenſi; concil. et corpus canon. Anaſt. Leonis, et Iuo par. 5. c. 348.

Sicut iuſtas etc.) Ante hæc verba addi poterat pars cap. De perſona. quod eſt initium cap. 63 in concil. et in corp. can. c. 36. et integra clauſula exſtat apud Grat. diſt. 63. c. 4. et apud Iuon. et Deusdedit Cardin. parte prima contra inuaſores, et ſchiſmaticos. Sicut enim iuſtas, concil. corpus can. et Iuo.

Ante huius capitis verba ſunt etiã alia poſita apud Grat. diſt. 63. c. 19. et Iuon. et Deuſd. ibid. et Anſel. li. 6. c. 16.

Cap. 14. Alex. iij. I. etc.) Petro etc. Raim. et Cont. I. baſilicæ xii. Apoſtolorum presbytero Cardinali, concil. parte 40. cap. 2. tit. de electionib. et electorum poteſtate, ſic in priore edit. concil. Apoſt. ſedis Legato, additum eſt in poſteriore. vide caput 17. huius titu.

Quod diligentia) alias Quod dilectio, Rom. Quia diligentia, Raim. vt editum eſt, concil.

per dilectum filium noſtrum S. a nobis ſollicite) H. pro S. concil. St. Rom. per filium dilectum etc. vetus Tarrac. omnia verba omiſerunt Raim. et Cont. vox ſollicite in concil. non eſt.

an electionem electi) ſic etiam Raim. an electio eius, Rom. an electio electi, concil.

qui nuper abiurato) ſic etiam concil. iurato Barcin. vox nuper in Gregor. non eſt.

et deuotionem noſtram) et noſtram deuotionem, concil. hæc omittunt Raim. et Cont.

confirmare debeas) debeas confirmare, Raim. confirmari debeat, Roma. et concil.

id tibi) hæc ſolum addit Cont. a Raim. omiſſa. ſunt etiam in concil.

nullum ordinem ſuſceperit) ſic etiam Raim. ſuſcepit concil. et Roma. in quo vllum pro nullum eſt, quod non placet.

vnanimiter, et concorditer) hæc etiam omittunt Raim. et Cont. ſunt in concil.

fuerit ſecundum normam canonum facta) canonicã pro canonum Rom. ſecundum ordinem canonum facta fuerit, concil. ſecundum normam canonum fuerit celebrata, vnus ex veter. Gregor. formam Cont. et alij pro normam.

dum modo alia etc.) pro his verbis vsq. ad vocẽ mãdantes eſt in Gregor. eum, dum modo alia non impediant, diſpenſatiue permittimus cõfirmari. at in concil. dum modo alia ratio non impediat,

impediat, confirmationem tuam ratam habemus. eam pro eum, eſt in vno ex veter. Gregor.

vt eum faciat) faciatis, vnus ex veter. Gregor.

Aquileien.) Aquilegien. Raim. & Cont. Aquilien. Barcin. Rom. et Tarrac. Aquilenſis prior concil. editio, Aquileienſis, poſterior.

ſalua tamen) vox tamen in Gregor. editis nõ eſt, eſt in uno veteri, et in concil.

eiuſdem eccleſia) ſic Raim. & poſterior concil. editio. vox eiuſdem non eſt in priore.

tunc cum catholica fuerit) vox tũc in priore edit. concil. non eſt. cum ad catholicam redierit unitatem, Raim. et poſterior editio concil.

cum nec canones &c.) hęc neq. in cõcil. ſunt, neq. in Gregor. et omnino aliena ſunt ex alio capite adiecta. in trib. tamen libris ita ſcripta ſunt. vide cap. 45. de appellat. in hac collect.

Romana) hæc vox in Rom. deſideratur.

habeant) habeat Rom. et vetus Tarrac.

valeat. recuſare) recuſare valeat, vetus Tarrac.

niſi eis fuerit appellationis) ſic Barcin. niſi fuerit eis appellationis, Rom. niſi eis appellationis fuerit, vetus Tarrac.

Cap. 15. *Idem in concilio Lateran.*) ſcribe Lateranẽſi cap. 1. ex concil. Idem Raim. alijs omiſsis, quæ addidit Cont. excepto cap. 1.

Licet de uitanda) euitãda cõcil. et vnus Tarrac. et alter Gregor. uitanda Cont. et alij, et Gul. Neubrigen. in hiſt. Angl.

ſummi Romani Pontificis) ſic vetus Tarrac. vox ſummi non eſt in Rom. neq. in Barc. neq. apud Gul. neq. in vno Tarr. neq. in Gregor. vox Romani, non eſt in concil.

conſtituta) ſic etiam Raim. et concil. inſtituta Gul. non recte.

quia tamen) ſic etiam Raim. tamen quia, concil. quod tamẽ, Rom. quia Gul. voce altera omiſſa.

poſt illa per) poſt per illam, Gul. ſolus, quod nõdum probaui.

nos etiam) et nos etiam, unus ex veter. Gregor.

decreuimus) decernimus Gul. et unus ex veterib. Gregor. non male.

Statuimus ergo) igitur concil. ergo Gul. et Raim.

Zizania) ſic etiã Gul. zizaniam cõcil. et Raim. et vnus Tarr. non recte. ſumuntur hæc ex cap. 13. Matthæi.

ſubſtituendo Pont.) Põtifice, Rom. et vetus Tarr. et concil. ſubſtituendo ſummo Põtifice, Raim. et Barcin.

non potuerit) non poterit concil. et Gregor. 9.

aut ſibi) ſic etiam concil. et Raim. aut ſi, Rom.

nominare) ſic etiã Raim. et Gul. ordinare cõcil.

abſq. dubio, & ſine vlla exceptione) ſic Rom. abſq. ulla exceptione, Raim. et Barcin. et duo Tarr. in concil. hæc non ſunt, neq. apud Gul.

Rom. Pontifex ab vniuerſa Romana eccleſia habeatur Epi) vox Ẽps, non eſt in Rom. neq. in Barcin. vox Romana non eſt in cod. Barcin. neq. duob. Tarr. ab uniuerſa eccleſia accipiatur Ẽps Gul. Romanus Pontifex habeatur, concil. alijs omiſsis. ab vniuerſali eccleſia Romanus Pontifex habeatur, Raim. et Cont.

et receptus) et ſubreptus, Rom. tãtum mendoſe. ſuſceptus forte ſcribere cogitauit librarius.

Si quis autem) vox autẽ in veteri Tarrac. aliquãdo deſiderabatur. habent ceteri.

de tertia) de contrariæ, Rom. ſolus.

quia de ratione eſſe non poteſt) ſic etiã Raim. quia rem non poteſt, concil. et Gul. et Rom. forte ratione pro rem, aliquando in concilijs fuit.

nomen ſibi Epi) ſibi nomen Ẽpi, concil. et Raim. nomẽ Ẽpi ſibi, Gul. nomẽ ſui Ẽpi, vetus Tarr.

quam qui eum receperint) ſic etiam cõcil. et Gul. et unus ex veter. Gregor. quam ipſi, qui eum ſuſceperint, Rom. quam hi, qui eum receperint, Cont. et alij.

ita ut) ſic in concil. et in Gregor. et olim in vet. Tarrac. mox ita tamen, ut, ſcriptum eſt.

niſi tantũ) vox tãtũ in vno veteri Gregor. nõ eſt.

et niſi) ſic etiam in cõcil. et ſi nõ, Raim. et Cont. quod non æque placet.

abſorbuit) obſorbuit, unus Tarr. ſolus.

accipiant.) recipiant, vnus ex vet. Grego.

fidem vel officium) ſic Rom. officium Barcin. et duo Tarr. et concil. et Gul. et Raim. alijs omiſſis.

maior concordia) maior aſſenſus, & concordia Gul. ſolus.

intercefferit) intercelſit, Rom.

nullatenus aſſumatur) hæc in Rom. deſiderãtur.

et prædictæ) et dictæ, Gul. ſolus

ſubiaceat, ſi humiliter noluerit) ſic etiam concil. Gul. et Raim. ſubiaceant, ſi humiliter noluerint, duo Tarrac.

inſtitutionib.) cõſtitutionib. cõcil. Gul. et Raim.

alijs eccleſijs) eccleſiaſticis concil. non recte.

et ſanioris) et ſenioris, poſtrema conci. editio, nõ optime.

debet preualere ſentẽtia) debeat pro debet, vetus Tarr. debet ſentẽtia pręualere, concil. et Raim.

in eis indubium) ſcribe in dubium, vt in Gregor. in eis dubium, concil. et Gul.

ſuperioris) ſuperiori, vnus ex vet. Gregor.

In Roma. vero eccleſia) ſic etiã cõcil. et Raim. vox eccleſia olim in vet. Tarr. non erat. In Romana vero curia, et eccleſia, Gul. quod non placet.

aliud ſpecialiter) aliquid ſpeciale, concil. ſpeciale aliquid, Barcin. et Raim. et Gul. et vetus Tarrac. aliter ſpeciale, alter Tarr. non recte.

non poterit) ſic etiã Cont. nõ poteſt, cõcil. et Gul.

fieri, vel haberi) haberi concil. & Gul. & Raim. alijs quibus.

Cap. 16. Idem) in concil. Lateranenſi, additur in Gregor. ex quo videtur ab eadem inſcriptione excludi cap. 15. ſcriberem; Idem in eodem capite tertio. ut in concil. eſt, Idem ex eodẽ, eſt in Barcin. Item pro idem illic ſcribi debuit.

Cum in concilio) ſic etiam Raim. & Gul. vox ſanctus in concil. deſideratur.

et in) vox in non eſt in concil. neq. apud Gul. neq. in Gregor. neq. in vno Tarrac. eſt in altero Tarrac. antiquiore.

et etatis maturitas, & grauitas morum, & litterarũ ſcientia ſint inquirenda) & ætatis maturitas, & morum grauitas, & ſciẽtia litterarum ſit inquirenda, concil. & ætatis maturitas, & grauitas morum, et litterarum ſcientia ſit attendenda, et quærenda. Gull. ſint ætatis maturitas, grauitas morum, et litterarũ ſcientia inquirenda, Raim.

in Epõ hec) ſic Raim. hæc Gul. hoc in Epõ, cõcil.

aliorum poſitus, in ſe ipſo) ſic etiam Greg. 9. aliorũ præpoſitus, in ſe ipſum, vetus Tarrac. poſitus aliorum, in ſe ipſo, concil. vox poſitus a Gul. eſt omiſſa.

in domo domini oporteat) ſic etiam concil. et vnus ex veterib. Gregor. Dei pro domini, Cont. et alij. oportet in domo domini, Gul.

ne quod de quibuſdam pro) ſic etiã Raim. vox pro in vet. Tarrac. olim nõ erat. ne quod a quibuſdã ex, cõcil. de quibuſdã, Gul. voce pro omiſſa. ne videlicet, quod de quibuſdam pro, Inno. 3. cap. 5. huius tituli in 3. collect. et Cont. c. 20. in Gregor.

neceſſitate) neceſsitatib. d. c. 5. ſed in Barcin. & in Cont. nõ neceſſitate.

a poſteris) ſic Raim. et Gul. apoſtaſis, concil. mã dato in vtraq. editione. ut editum eſt, d. c. 5. et Cont.

præſenti decreto ſtatuimus, ut) hæc d. c. 5. omittuntur, etiam apud Cont.

annum etatis egerit) ætatis annum egerit, concil. annum ætatis impleuerit, Gul. annum ætatis exegerit, alias egerit. Conti. et alij. omittuntur hæc d. c. 5.

qui etiam) quin etiam, vnus Tarra. ſolus.

Cum autem) ſic in cõcil. Cum vero, Raim. Cum autem quis, Gul.

confirmationẽ electionis) vox electionis non eſt in concil. habent Gul. et Raim.

bonorum) beneficior. vetus Tarr. non recte. honorum, concil. et Gul.

que habuerat) ſic etiam concil. et unus Gregor. quę habebat, Cont. et alij. omnia omittit unus Tarr. et Barcin.

Decanatum, Archidiaconatũ) Decanatus, Archidiaconatus, cõcil. et Gul. Archidiaconatum, Decanatum, vetus Tarrac.

ſed nec parochialis eccleſia) ſic etiam Raim. ut nec parochiarum eccleſiarum, vetus Tarr. ſed nec parochialium eccleſiarum, concil. et Gulliel.

annum etatis) ſic etiam Gul. et Raim. ætatis annum, concil. vox aetatis in vet. Tarr. non eſt.

et qui ſciẽtia) ſic etiã cõcil. et Gul. et ſciẽtia, Raim.

commendandus exiſtat) ſic etiã Raim. et Gull. exiſtat commendandus, concil. commendatus exiſtat, vetus Tarrac. olim.

Cum autem) ſic etiam cõcil. et Raim. Cũ uero quis, Gul.

in diaconem, et Decanus) diaconum pro diaconẽ Raim. in diaconem, et Decani, concil. Decanus Gul. in ſacerdotem, additur in Barcin.

et ab illo) ſic etiã cõcil. et unus Gregor. iſto pro illo, Cont. et alij.

alijs conferatur) alijs conferatur, vetus Tarr. et Raim. alij conferatur, cõcil. alius cõferat, Gull. non recte. ut editum eſt, unus Gregor.

et velint, et poſſint) ſic etiam Raim. et uelit, et poſſit, cõcil. et Gul. et prius nõ eſt in uno Gregor.

sis appellationis remedium) refugium, Raim. illis appellationis diffugium, cõcil. et appellatione, Gull. mendoſe.

in conſtitutionis iſtius tranſgreſſionem) ſic etiam Raim. tranſgreſſione, vetus Tarrac. in tranſgreſſione cõſtitutionis iſtius, Gul. in tranſgreſſionem conſtitutionis iſtius inſtituti, vel inſtitutionis, concil. mendoſe.

voluerint) ſic etiã Raim. et cõcil. voluerit, Gulliel.

Hoc ſane) ſic etiam cõcil. et Raim. Haec ſane, vetus Tarr. et Gull.

promouendis) ſic etiã concil. et Raim. et Gul. prouehendis, vet. Tarr.

ſed etiam de illis) his Raim. ſed de his etiam, concil. et Gul.

obſeruari) ſic etiam Raim. obſeruandum concil. et Gul. quod non æque placet.

Clerici ſane) ſic etiã Raim. et cõcil. et Gul. et d. c. 5. etiã Cõt. d. c. 20. vero pro ſane in marg. concil.

ſi contra formam iſtam) hanc formam, Barcin.

et eligendi) ante hæc verba olim fuerat in uno Gregor. eos, quod non improbo

priuatos) ſic in concil. et apud Gul. et Raim. priuandos, vet. Tarr. olim. priuatos d. c. 5. et Cont. d. c. 20.

nouerint ſe) ſic etiam Raim. et d. c. 20. Cont. ſe nouerint, concil. nouerint ſe eſſe, Gul. ſe nouerint eſſe, d. c. 5.

Dei timor) ſic Raim. timor Dei, concil. Domini timor, Gul.

ſaltem coërceat) ſic Gul. et Raim. tamẽ coërceat, concil.

Epſ

Epſ autem) Epſ etiam, Gul. ſolus.
ſi fecerit contra hoc) hæc pro hoc, Barcin. ſi cõtra hoc fecerit, unus Gregor. hæc pro hoc, Cont. et alij. ſi aut fecerit cõtra hoc, Gul. ſi cui fecerit, aut fieri cõſenſerit cõtra hoc, concil. non recte.
aut cõſenſerit fieri) ſic etiam Raim. aut ſenſerit fieri, Gul.
prædictis officijs) uox officijs non eſt in concil. habet Gul. et Raim. qui addit, et beneficijs, ſi credimus editis libris, ſed in veteri ea non ſunt.
poteſtatem) ſuam, additur in concil. ea nõ eſt in Gregor.
etiam) vox etiã non eſt in cõcil. neq. in Gregor. neq. in uno Tarrac. habet Gul.
nequiuerit, ordinentur) ſic etiam concil. et duo Tarr. et vnus Gregor. in quorum altero fuerat olim ordinentur, mox ordinetur, quod eſt in Greg. editis. voluerint Gul. pro his duab. vocib. nõ ſine mendo. nequiuerit, ordinetur, Barcin.
Cap. 17. moniales) ſanctimoniales, Barcin.
ſuper diſcordia, et diſſenſione etc.) Recte Cont. addit a Raim. omiſſa. ſuper diſcordiam, et diſſenſiones, d. parte 40. c. 5. poſt concil. Later.
quam fecerunt) ſic etiã Cont. quã fecerant, cõcil.
in tantum protrahitur) quia hęc verba bis poſita ſunt, in concil. verba mẽdia omiſſa ſunt errato librarij. habet ea Cont. interim pro in tantum, vnus Tarr.
quod cauſa) eo quód cauſa. Cont.
f. t. per A. ſ. m.) ſic Cont. fraternitati tuę etc. cõc.
xl. dies, vel duos menſes ad plus) aut plus, Cont. nõ recte. xl. dies, vel, in concil. omiſſa ſunt. cetera, vt edidimus. xx. vel. xl. etc. Barcin.
noſtrarum litterarum) ſic etiam Cont. litterarum noſtrarum, vetus Tarrac. vox noſtrarum in cõcil. non eſt. ſed poſt hæc verba adduntur alia, quæ ne Cont. quidem habet: litterarum, quas tibi miſimus.
in eadem) ſic etiam Cont. vox eadem in concil. non eſt.
ſi ſorores ipſæ electionem in Epm contulerint) ſic etiam concil. contulerunt, unus Tarrac. Si ſorores in ipſum electionem cõtulerint, Raim. poſt ipſum addit Epm Cont. ego ſuſpicor eſſe erratum ſcriptorum, ut ipm pro Epm, ſcripſerint, et ſic in vno veteri eſt.
quod illam) quod ipſam, Barcin.
quam Epſ eis prouideret) ſic etiam concil. quam eis Epſ prouideret, vetus Tarrac. quam eis prouideret, Raim. et Cont. alia voce omiſſa.
quam Epſ eis prouiderit) prouidit, vnus Tarr. quam Epſ prouiderit eis, concil. quam Epſ prouiderit, vnus Greg. quam prouiderit, Cont. et alij.
ap. re.) appellatione remota, vetus Tarrac. appellatione ceſſante, cõcil. omnia Raim. et Cont. omittunt.
exiſtat) ſic etiam Raim. exiſtit, concil.
ſi autem in cauſa etc.) Hæc omittunt Raim. et Cont. ſunt in concil.
dilectis filijs) noſtris, addunt concil. dilecto filio, vnus Tarr.
I. baſilica etc.) F. pro I. eſt in concil. ſed ſupra cap. 14. I.
presbytero Card. Ap. ſedis legato) hæc in concil. deſiderãtur. ſunt d. c. 14.
et eam debito fine decidant) cauſam pro eam, vetus Tarrac. et fine debito decidant, concil.
Cap. 18. Idem Wigor. Epõ) Vigorien. Epõ, vnus Gregor. Vig. Epõ, Cont. et alij. Exonien. Epõ, d. parte 40. cap. 1.
Noſti ſicut uir prudens, et ſapiens) ſic addidit etiã Cont. et eadem ſunt in concil.
dilectus filius noſter G.) dictus, additur in concil. omnia Raim. et Cont. omiſerunt. frater pro filius, vnus Tarr. non recte.
Linco.) Lingon. vnus ex veter. Greg. Linconen. Cont. et alij. Lincolniẽſis, cõcil. plenius.
concedendi) ſic etiam Raim. committendi, cõcil.
præbendas, aut alias) præbẽdã, et alias, concil. alijs pro alias eſt in duobus Tarr. ſed in antiquiore, olim alias. ego nihil muto.
cum ſua non ſit electio confirmata) ſic etiam Raim. nondum pro non, concil. cum nõ ſit confirmata electio, vetus Tarrac.
non habeat) ſic etiã Raim. nullam habeat, cõcil.
Inde eſt etc.) hæc recte Cont. addidit a Raim. omiſſa, ſunt in concil.
f. t. per A. ſ. pr. m. ut dicto electo) F. t. per Ap. ſ. pr. vt prædicto electo, Cont. frater. tuæ etc. quatenus eidem dicto electo, concil. non recte.
ne Archidiaconatum) ſic etiam concil. et Cont. vt pro ne, vetus Tarrac.
de Noratione etc.) de Noratune, uetus Tarr. de Norhenter, Cont. hæc vſq. ad illa, alicui conferre, non ſunt in concilijs.
tenuerit) tenuit, vetus Tarr. et Cont.
et ſi eundem etc.) pro his vſq. ad verbum conceſſit, eſt in concil. vel ſi iam conceſſit, vt editũ eſt. Cont. excepto verbo conceſſit, pro quo habet conceſſerit.
ei auctoritate etc.) Ante hæc verba eſt in Gregor. Mandamus igitur, quatenus.
ſuam quam citius &c.) pro his verbis eſt apud Raim. et Cont. ſi quã fecit de prædictis, ſtudeat reuocare. quã citius in concil. non ſunt. fecerit pro fecit unus Gregor. poterit, eſt poſt uocem citius in Barcin.
omni co. & ap. ceſ.) omni cõtradictione, & appellatione ceſſante, concil. et vetus Tarrac.

ſi audeat reuocare)Poſt hæc verba eſt in concil.
" Quod ſi diſtulerit, tu eandem conceſſionem ap
" pellationis remoto remedio auctoritate noſtra
" non differas reuocare.

Cap.19.Idem)Herefordẽſi Epõ, adde ex Barci.

Dignum eſt, et omni &c.)Hoc initio eſt in Barcin. cap.9.tit.9.lib.1.huius collect. vox omni il lic, et in veteri Tarr. nõ eſt. Dignum eſt, et a ra tionis tramite non diſcordat. ſub tit. de conuer ſeruor. in hac collect. et apud Cont. ſed mẽdo ſe in alijs Signum pro Dignum. Huius capitis licet a Raimundo reiecti formula diu obſerua ta eſt, hodieq. poſt concil. Trident. paucis addi tis, et mutatis frequens eſt. Quod in marg. ſcri ptũ eſt: Non ponitur; idq. ſæpius multis locis repetitur, in uno Tarrac. adſcriptum inuentũ eſt. ſignificat id caput omiſſum eſſe a Raimun do, et non poni in Gregoriana collectione. Eius libri initium fuit caput 15. huius tituli. Hæc cau ſa eſt, cur ante hoc caput eadem verba non ſint adſcripta.

ſuis diligenter)fideliter ſuis vetus Tarrac.

pr.m.)pr. non eſt in uno Tarrac.

fidelitatis ſuæ)tuę vet. Tar. quod nõ ęque placet.

tuam dioeceſim) tuam eccleſiam, unus Tarrac.

cum primo) quam pro cum, unus Tarrac. non recte. quamprimum forte ſcribendum eſt.

deuotior exiſtere)exiſtere deuotior, vetus Tarr.

Cap.20.Gregorius Petro ſubdiacono) Idem, vetus Tarrac. ut editum eſt, Raim. et Cont. Gregorius vij. in concilio Romano, ex lib.6. regiſtri eiuſd. Pontificis.

Ego Epſ N.)H. pro N. vetus Raim. liber recte. Ego Epſ Enr. Roman. Ego N. Epſ, Cont. et alij. Iurauit item eodem tempore Archieps A quilegienſis Henricus in hæc verba. regiſt. N. in veteri Tarrac. deſideratur. ut editũ eſt, alter ex vet. Raim. libris. Ego Gregorius Epſ, Barcin.

fidelis ero) ſic etiã Raim. et obediens, addit regiſ.

ſancto Petro) ſic Raim. beato Petro, regiſt.

ſanctæq. Apoſtolicæ Rom. eccleſiæ)vox Apoſtolicæ omittitur in veteri Tarr. et a Raim. omnia omiſ ſa ſunt in reg.

dominoq. meo Papæ N.)C. pro N. Raim. et Cont. ſcribo G. et Papæ Gregorio, regiſt. apertius. N. omittit vetus Tarr. et Barcin.

canonice intrantibus) Sic etiã Raim. qui per me liores Cardinales intrauerint, regiſtr.

nõ ero in conſilio)ſic regiſt. et veteres Raim. libri. non ero neq. in cõſilio, Cont. et alij. et non ero etc. Barcin.

neq. in facto)vel pro neq. unus ex vet. Raim. libris.

ut uitam perdat, aut membrum) ſic etiam Raim. ut uitam, aut membra, aut Papatũ perdat, regiſt.

vel capiatur)aut capiatur, vetus Tarr. aut capti ſint, regiſt. aut capiatur vi, unus ex vet. Raim. libris. ut editum eſt, Cont. et alij.

conſilium, quod mihi &c.) ſic etiam Raim. cõſi lium uero, quod mihi &c. regiſt. ſed ante hanc clauſulã ſunt aliæ huic poſteriores in hac col lectione. Ad ſynodum etc. Papatum etc.

per ſe)aut per ſe, Raim. crediderint per ſe, regiſt.

aut per litteras, aut per nũtium manifeſtabit)ſic etiã Raim. aut per nũtios ſuos ſiue per litteras, regiſ.

ad eorum dãnum nulli pandam) ſic veteres Raim. libri. nulli pandam, me ſciente, ad eorum dam num; regiſt. eius pro eorum. Cont. & alij.

Papatum Rom. eccleſiæ)ſic etiam vetus Raim. li ber. Papatum ſanctæ Romanæ eccleſiæ, Cont. & alij. Papatum Romanum, regiſt.

et regulas ſanctorum patrum)ſic etiam Raim. regu lam, vetus Tarr. et regalia ſancti Petri, regiſt. quod ualde placet. erratum eſſe videtur ex litte rarum compendio. In alia formula ſacramenti Roberti Ducis Apuliæ, Calabriæ, et Siciliæ eſt. ſanctæ Ro. eccleſiæ; tibiq. adiutor ero ad tenen dũ, adquirendum, et defendẽdum regalia ſan cti Petri, eiuſq. poſſeſſiones pro meo poſſe con tra omnes homines.

ad defendendum, et retinendum)ſic etiam Raim. et retinendum, in uno Tarrac. deſiderantur. ad retinendum, et defendendum, regiſt.

contra omnes homines)hæc in regiſtro non ſunt. habet Raim.

Vocatus ad ſynodum &c.)ſic etiam Raim. Ad ſy nodũ, ad quam me uocabunt, vel per ſe, uel per ſuos nũtios, uel per ſuas litteras, veniã, et cano nice obediã, aut ſi nõ potero, legatos meos mit tam, regiſt.

Legatum Apoſtolicæ ſedis)ſic etiam Raim. Lega tum Romanum, regiſt.

quem certum legatum eſſe cognouero)vox legatum a Raim. eſt omiſſa. vox eſſe non eſt in uno Tar rac. nouero pro cognouero, olim vet. alter Tarr. omnia in regiſtro non ſunt.

in eundo) ſic etiam Raim. eundo regiſt. aptius.

in ſuis)vox ſuis nõ eſt in regiſtro. habet Raim.

Apoſtolorum limina &c.)pro his ſunt alia in re giſtro. His, quos nominatim excommunicaue rint, ſcienter non communicabo. Romanam ec cleſiam per ſæcularem militiam fideliter adiu uabo, cum inuitatus fuero. Hæc omnia obſer uabo, niſi quantum ſua certa licẽtia remiſerit. Apoſtolorum limina etc. vetus Raim. liber. Li mina Apoſtolorum etc. Cont. et alij.

nuntium meum) vox meum a Raim. eſt omiſſa.

ſic me adiuuet Deus) ſic Deus me adiuuet, vete res Raim. libri. Sic me Deus adiuuet, Cont. et alij, et formula ſacramenti Imp. relata a Clem. v. in concil. Viennen. ſub tit. de iureiurando.

Cap.21. Paſchalis Palarm. Archiepo) Panormitano Archiepo, Raim. et Cont. qui in marg. ſcribit, Paſchalis Papa Toletano Archiepo. ſcribendum Paſchalis ij. Polonienſi Archiepo, ex Romano quodam libro, Polonieſi pro Palarm. eſt in veteri Tarrac. Paſchaſius Papa Colonienſi Archiepo, in Barcin.

Significaſti frater Kariſſime Regem) Significaſti (nobis frater cariſsime) Reges Cont. Significaſti Regẽ, alijs omiſsis, vnus ex veterib. Gregor.

inuares) exhiberes, Raim. et Cont.

In pallio frater. etc.) Recte Cont. addit a Raim. prætermiſſa, quippe pro frater vetus Tarrac. utraq. uox a Contio eſt omiſſa. Addi hæc clauſula debuit a Raim. ſub tit. de auct. et uſu pallij.

quia iuxta) quod iuxta, Barcin.

Mirentur) ſic etiam Raim. et Cont. et duo Tarrac. in altero tamen vetuſtiore olim Mirentur, mox Intuentur, Cont. in marg. Imitantur. ego nihil muto.

dominum Ieſum) ſic etiam unus Gregor. dominum noſtrum Ieſum. Cont. et alij plenius.

cum enim dominus Ieſus, ve dominus ouium) qui cũ ouium Raim. ut dominus, in uno Tarrac. non ſunt, quæ omitti potuerunt.

Simoni Petro committeret) vox Simoni non eſt in Grego. committeret Simoni Petro, unus Tarrac.

conditionem poſuit) ſic etiam Raim. condicionẽ ſuam poſuit, vetus Tarrac.

Si diligis me Simon Petre, paſce oues meas) Ego hæc uerba neq. in Græcis, neq. in Latinis ſacris libris inueni. ſententia ipſa exſtat cap. ult. euãg. Ioannis. illic Simon Ioannis apellatur a Chriſto domino, et uox SI, no additur, ſed in ſcholijs additur, Si me diligis, paſce agnos meos. gloſſa ordin. Si diligis me, præſiſte fratribus. Chryſoſto. in cathena B. Thomæ. Si amas me, paſce oues meas. Idem lib. 2. de ſacerdotio, et in orat. de B. Philogonio. Simõ Petre, a Raim. et Cont. ſunt omiſſa.

et cognitor) ſecretorum, addũt Raim. editi libri, unus ex veterib. aliquando ea voce caruit.

ſed & ſecundo) ſic etiam Raim. ſed etiam et ſecũdo, vetus Tarrac.

ad triſtationem) ad contriſtationem, Raim.

qua promiſſione) hæc omittunt Raim. et Cont.

tantam Chriſti ouium curam) hæc etiam ab eiſd. ſunt omiſſa.

non videmus) ſic etiam Raim. non uidimus, vetus olim Tarrac.

illis maximo &c.) hæc addit Cont. a Raim. omiſſa.

a domino Deo) uox Deo addita etiã eſt a Cõtio.

nec in concilis poſt) uox poſt delenda eſt. neq. in Gregor. eſt, neq. in Barcin. neq. in duob. Tarrac. et in altero eorũ hæc omnia deſiderantur.

quod idem dominus ſubſecutus) quod dominus ſubſequenter, Raim.

quod amplius eſt, a malo eſt) Matth. c. 5. ἔστω δὲ ὁ λόγος ὑμῶν ναὶ ναί, οὒ οὔ· τὸ δὲ περισσὸν τούτων ἐκ τοῦ πονηροῦ ἐστιν.

hoc enim) eſt additur in vet. Tarr. non recte. nihil additur a Raim.

a ſedis) et a ſedis, Raim. editi libri. ſed in veteri et olim non fuerat.

Nonne malum eſt contra) et cõtra, Raim. et Cont. alijs omiſsis.

quod quam multi etiam) uox quam in Gregor. non eſt, quod multi, Barcin. et unus Tarr. alijs omiſsis. eſt, quod quã multi hoc etiã, vetus alter Tarrac. olim non recte, mox eſt quod, deleta ſunt quod multi hoc etiam, unus ex vet. Greg.

poſt ſacramentum) præſtitum, addit Raim. omnia in Barcin. deſiderantur.

præſumpſerint) præſumpſerunt, Raim. et vetus Tarrac. et Barcin.

Non ne prædeceſſor &c.) hæc recte Contius addit omiſſa a Raim.

damnauit Epm) Epos, Barcin.

quibus concilijs) quib. hoc concilijs, Cont.

quid ſuper Eporum) eorum pro Eporum, unus Tarrac. Quod ſuper Eporum, Cont. non recte, quæ pro quid Barcin.

loquar) locuntur. Barcin. & vetus Tarr. loquuntur decreta, Cont.

auctoritate Apo.) ſcribe Apoſtolica, ut in duob. Tarrac. et apud Cont.

euitanda) deuitanda, Cont.

iuramentum dominus prohibuit) dominus iuramẽtum prohibuerit, vetus Tarrac. dominus iuramentum prohibuit, Cont.

ut non ſub iudicium incidatis) ſic etiam Cont. ve non ſub iudicio decidatis. Iacob. c. 5. ἵνα μὴ εἰς ὑπόκρισιν πέσητε. ne in hypocriſin cadatis, ſiue ſimulationem.

nec quiſquam, ſicut beatus Augu. exponit &c.) Auguſtinus expoſuit, Cont. ne pro nec, vet. Tarr. Auguſtinus exponit, alter Tarrac. in ſcholijs, ſiue gloſsis d. c. 5. hæc ſunt. Ideo a iurationis culpa cõpeſco, ne frequenter iurando vera, aliquãdo etiã in periurium incidatis. Sed ipſa verba exſtant lib. 1. de ſermone domini in mõte cap. 30. Ita ergo intelligitur præcepiſſe dominum, ne iuretur; ne quiſquam ſicut bonum appetat iuſiurandum, et aſsiduitate iurandi ad periuriũ per conſuetudinem delabatur. Eadem refert Grat. 22. q. 1. cap. 5. excepto ne iuraretur, pro ne iuretur.

ad periurij cõſuetudinem dilabatur) ſic etiã Cont. ad periurium per conſuetudinem dilabatur, Aug. et Grat.

Quapropter iuratione non vtatur, niſi neceſſitate) hæc

hęc etiam ſunt ex Aurelio Auguſtino ſumpta, quibuſdam omiſsis. Quapropter qui intelligit non in bonis, ſed in neceſſarijs in[illegible]tionem habēdam, refrenet ſe quantū poteſt; vt nō ea vtatur, niſi neceſsitate. niſi neceſsitas cogat, Grat.

cum pigros videt eſse homines ad credendum.) vox eſſe non eſt in vno Tarrac, cū videt pigros homines eſſe ad credendum, alter vetus Tarr. & Cont. cum videt pigros eſſe homines ad credēdum, Aug. & Grat. qui addit ſolus vocem videlicet ante cum videt. Barcin. vt Aug.

quod eis vtile &c.) hæc etiā Aug. Grat. & Cont.

malo hac neceſſitate) ac pro hac vetus Tarrac. & Raim. & Cont. pro malo, ac neceſſ. vnus Greg.

pro vnitate) ſic etiam Raim. pro veritate, vetus Tarrac. pro vnitate eccleſiæ, vnus ex vet. Greg. ſed uox eccleſiæ alia manu ſcripta.

porro pro auditorum &c.) hæc recte addit Cont. a Raim. prætermiſſa.

Apoſtolum P. irraſit) Paulū pro P. Cont. aptius. hoc idem Aur. Auguſtin. d. c. 30. et Innoc. 3. ſub tit. de iureiur. c. 13. collect. 3.

Aiunt Reges tui) Aiunt, Raim. & Cont. alijs omiſsis, & vnus Tarrac.

concilia vlla) legem concilia nulla, vetus Tarr. legem, concilia vlla, Barcin. & Raim. & Cont. aptius.

Rom. patenter) ſic vnus Gregor. Romana patenter, vnus Tarrac. Romani Pontificis patenter, Cont. & alij, non male.

et infra. Poſſunt Apoſtolicam &c.) Hæc omiſit Raim. exceptis illis, & infra. Et ita poſſunt Apoſt. &c. Cont. non ſine mendo.

eleuare? datum) eleuare, & datum, Cont. qui etiā tollit interrogandi notas in alijs omnib.

vel auferre? non poſſunt, quo Petro) malo tollere interrogationis notam. vel auferre non poſſunt, quod Petro, Cont.

Tu es Petrus, & ſ. h. p. etc.) quaſi notum carmen primis litteris hæc notātur. aliquanto apertius Contius. Matthæi cap. 16. hæc ſunt. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam. et portæ inferi nō præualebunt aduerſus eam. & tibi dabo claues regni cælorum, & quodcumq. ligaueris ſuper terram, erit ligatū & in cælis; & quodcūq. ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cælis. κἀγὼ δέ σοι λέγω, ὅτι σὺ εἶ Πέτρος, καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν ἐκκλησίαν. καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς. καὶ δώσω σοι τὰς κλεῖς τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν. καὶ ὃ ἐὰν δήσῃς ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται δεδεμένον ἐν τοῖς οὐρανοῖς. καὶ ὃ ἐὰν λύσῃς ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται λελυμένον ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

vnde ſancitus) ſic etiam Cont. eſt, additur in vno Tarrac.

exigitis) exigatis, unus Gregor.

quæ a b. Petri tantum corpore aſſumuntur) beati pro b. Raim. & vetus Tarr. aſſumuntur corpore, idē vetus. In formula traditionis pallij poſita a Vincētio Hiſpano in tertia collect. ſub tit. de auct. et vſu pallij. c. 2. hæc ſunt. Tradimus tibi palliū de corpore beati Petri ſumptū, plenitudinem Pōtificalis dignitatis etc. eadē refert Bernar. in Gregor. ſed pro plenitudinē habet in plenitudine, ego malo, in plenitudinē, vt in vno veteri eſt, aut plenitudinem ſcribere in omiſſo. Audio hodie palliū ad altare, quod ſupra corpus beati Petri eſt, afferri, indeq. tradi antiquitatis, et religionis cauſſa.

ſedis Ap.) ſedis Apoſtolicæ, vetus Tarr. ſedi Apoſt. Raim. & Cont.

declarant) declarent, Barcin. & Raim. & Cont. declaret, vnus Tarrac. non recte.

in quib. a prædeceſſ. &c.) quæ ſequuntur, omittunt Raim. & Cont.

ſub Ap.) ſcribe ſub Apoſtolorū, ut eſt in duob. Tarrac.

legatos ſuos) vox ſuos, in vet. Tarrac. non eſt.

Cap. 22. Conſideraximus) ſic etiam Raim. Conſideramus; vetus Tarrac.

Frontini) ſic Raim. Frontuni, unus Tarr. Frontonis forte, vt Frontonis platani, conuulſaq. marmora clamant.

ad nos factam contra) ad nos interpoſitam, et contra, Raim.

fuerat celebrata) fuerit celebrata, Raim.

et illata violentia &c.) hæc recte Contius omiſſa a Raim. addidit.

de conſenſu) de aſſenſu, vetus Tarr. & Cont.

unquam) nunquam, vetus Tarr. & Cont. quod nō placet. ſed ita ſæpe illis tēporib. loquebātur.

quapropter nos electionem vtriuſq.) Quapropter vtriuſq. electionem, Raim.

de communi fratrum noſtrorum conſilio) hæc omittunt Raim. & Contius.

caſſauimus) caſſamus, vetus Tarr. & Cont.

facultatem) poteſtatem, vnus Gregor.

ita tamen, quod) ita quod, Raim.

propter hoc integre) integre Raim. & Cont. alijs omiſsis.

ſi Deus dederit) ſic etiam vnus Gregor. dominus pro Deus, vnus Tarr. ſi Deus gratiam dederit, Raim.

ad dignitatem) hæc omittunt Raim. & Cont.

in alterutrum eorum) in eorum alterum, Greg. 9.

ſi voluntas fuerit, iterum conuenire) conuenire, Raim. & Cont. alijs omiſsis.

et vos vobis etc.) hæc etiā omittūt, Raim. & Cont.

TIT.

TIT. V. DE RENVNtiatione.

CAP. 1. *Non ponitur*) Hoc ideo omiſſum eſſe videtur, quod in eo ſcriptum ſit; non ponentes legem in poſterum, ſed ſimilia fieri prohibentes.
ad fraternitatis) additur ET ante vocem ad in vno ex Tarracon.
pariter &) ſic duo libri Tarra. partim, &, Barcin.
commiſſa ſibi forte) vox forte non male in altero Tarrac. & in Barcin. omittitur.
primitus approbetur) approbaretur, alter Tarrac. vt editum eſt, Barci.
nec ab adminiſtratione) vox ab in altero Tarrac. omiſſa eſt. nec a miniſtratione, Barcin. ſed nihil muto.
ſi velimus) ſi vellemus, Barcin.
et ſanctorum) & ſacrorum, alter Tarrac.
te poſſumus dure) vox dure in altero Tarrac. omittitur. poſſemus pro poſſumus Barcin. & idem Tarrac. non male.
Ceterum quoniam) Ceterũ quia, alter Tarrac.
tibi omne factum) tibi quæſtionem factam, Barcin.
Ideo non) vox Ideo neq. in Barcin. eſt, neq. in altero Tarrac.
de cetero ex) de cetero & ex, Barc.
reſpectu dilectionis) deuotionis Barcin. & alter Tarrac.
probitatis tuæ) & probitatis ſuæ, Barcin.
præſcriptam) ad præſcriptam, Barcin.
conſecuturum) conſecuturã, in eius curam, & gubernationem, Barcin.
et demum) & deinde, Barcin.
Cap. 2. Lundon. Archiepiſcopo) Lundun. alter Tarrac. London. Epiſcopo, veteres Gregor. Baton. Ep̃o, alij. Lugdun. Archiepiſcopo, Cont. in marg. Lõdonium ſiue Lũdonium ſiue Lundoniam pro Londino appellarunt barbari iam inde a tempore B. Gregorij, vrbem nobilẽ in Britannia inſula.
Litteras tuas nuper etc.) Recte Contius addidit a Raim. omiſſa.
nobis inſinuant.) inſinuarunt Conſ.
gerere te) vox te in altero Tarrac. omittitur. te gerere, Cont.
te tamquam emeritum) hoc rectius eſt, quam tamquam immeritum, vt in vulgarib. Gregor. & confirmatur ea ſcriptura veterum librorum auctoritate. ſumitur tranſlatio a veteranorum emeritis ſtipendijs. ſic poſtea, ſoluere militiæ cingulum. & inſta ſicut bonus miles Chriſti.
et pro certo tenere) hæc omittunt Raim. et Contius.
incognitoq.) ſic etiam Raim. ignotæq. alter Tarrac. liber.
in tanto diſcrimine gubernanda committeretur) gubernanda in tanto diſcrimine committatur, Raim. & Cont.
ſed vrgente) ſed vrguente, malo. ſed vergente, alter Tarrac. & Greg. 9. & cap. 1. de hæreticis collect. 3.
ne igitur etc.) Hęc etiã clauſula omiſſa a Raim. recte a Contio additur.
te potius duximus) te duximus, alter Tarrac. te potius dignum duximus, Cont.
cedas victorib.) victori, Raim. & Cont.
Inſta igitur. &c.) Omnia hæc Raim. & Contius omittunt. Sunt autem ſumpta ex epiſt. 2. cap. 2. Pauli ad Timoth. licet pro verbo Labora ſit hic Inſta. Græce κακοπάθησον, quaſi dicas, bono animo mala quæcumq. ferto.
ita, vt noſti, & ſacrorum) vox ita in altero Tarrac. deſideratur, in quo ex pro & ſcriptũ eſt.
ne frater te) ne ſuper te, Barci. & alter Tarrac.
qui melius) quia pro qui Barcin.
hoc tandem tibi) vox tibi in Tarr. altero omiſſa eſt.
vt ſi ſuſcepta) vt ſuſcepta, Barcin. & Tarr. alter, aptius.
alioſq. regni) alios regni, Barcin.
rectitudinis, & honeſtatis) honeſtate vetus Tarra. veritatis pro rectitudinis Barcin.
deliberare conuenit) deliberare te conuenit, Barcin. & Tarr. alter, non male.
aſſertione comperta) comparata, Barcin.
Cap. 3. Abbati Dalonen.) Dolen. Raim. Dulonen. Cont. in marg.
de Artigia) ſic etiam Cont. de Argicia, vetus Tarrac.
S. *Luciani*) ſancti Iuliani, Barcin. & vetus Tarrac. quod malo. ſancti I. Raim. & Cont.
in curia noſtra) in præſentia noſtra, Barcin. & Tarra. vetus, omittunt omnia Raim. & Cont.
quæſtio fuiſſet) ſic etiã Raim. quæſtio ſit, Barcin.
quia tamen altera etc.) Addit recte hæc Cont. a Raim. prætermiſſa.
Idęq. cauſam etc.) Multa omitrũt Raim. & Cont.
partes etc. conuocatis) partib. etc. conuocatis, Barcin.
et ſanioris) hæc etiam omittunt Raim. & Cont. ſunt tamẽ in calce huius capitis iterũ repetita.
ap. re.) hæc Raim. omiſerat, addidit Cont.
etiam iuramentum) vox etiam omittitur in Barcin. & in altero Tarrac. & in Gregorianis.
et ſanioris) olim & ſenioris, in veteri Tarrac.
intercesſit) ſic Raim. & Cont. interceſſerit, Barcin. & Tarr. alter.

Cap.4. Verulan.) Verulano, vetus Gregor. & Cont. qui in marg. ſcribit Verlellenſi mendoſe. Vetulen. vetus Tarrac. Verulen. Barcin. mihi Verulano placet.

Ex tranſmiſſa) nobis, additur in Barcin. recte,

S. Nicolai de Ceperano) ſancti N. etc. Greg.9. & Cont. non obſcurius. eſt autem Ceperanum oppidum non longe a Verulis.

quod P. Rubeus dum olim) quod cum P. Rubeus olim, Barcin. non male. quod P. Rubeus clericus dum, Raim. & Cont.

de Teleſia) hæc omittunt Raim. & Cont. eſt autem Teleſia, vel fuit potius, vrbs in Samnio prope Allifas noſtras.

moram aliquantulum) moram aliquantulam, alter Tarrac. & Gregoriani.

per te, & per amicos tuos) per ſe, & per amicos ſuos, vetus Tarrac. omnia Raim. & Cont. omittunt.

vt in eadem eccleſia reſtituatur) vt in eandem eccleſiam reſtituatur. Barcin. vt reſtituatur in eccleſia ſupradicta. Raim. & Cont.

Verum quoniam) Vnde pro Verum, varietas eſt Tarrac. libri, & Contiani.

ad voluntatem, & petitionem) ad petitionē, Raim. & Cont. alijs omiſsis.

f. t. mo. atq. man.) f.t. per A.ſ.m. Barcin. mandamus, Raim. & Cont.

nec a Ceperano) ſic etiam vetus Gregor. domino loci, additur, vt ſcholium in veteri Tarrac. nec ab alio. Barcin. nec a populo Ceperano, Cont. nec ab aliquo. idem in marg. nec ab alio, nec a te, alij. nec a Ceperano Abbate, alij. Mihi placet, nec ab aliquo.

eos, & monere) & monere eos, vetus Tarr. eos & commonere, Barcin. eos, Raim. & Cont. alijs prætermiſsis.

ſi tanti ſibi fuerit) ſic cap. 4. de off. deleg. in hac collect. ſi res tanti eſt. hæc etiam omittũt Raim. & Cont.

deberet intrare, recipiant) per te recipiant, Barcin. pro verbo recipiant. recipiant in ſocium, & ut fratrem. Raim. & Cont. alijs omiſsis.

TIT. VI. DE TEMPORIB.

ordinatorijs) ordinationis, Tarr. vetus. ordinationum, Barcin. & Greg.9. Varietatis ratio habenda eſt.

CAP. 1 *Bathon. Epiſcopo*) Bathonienſi Epiſcopo, poſt concil. Lateran. parte 26. cap. 23. Batonienſi Epiſcopo, vetus Tarrac. Baton. Epiſcopo, vetus Gregor. Londonenſi Epiſcopo, alij. Batonē. Epiſcopo et Arth. Cont. in marg.

Subdiaconos autem nulli) ſic etiam Greg. 9. vero pro autem Barcin. Subdiaconos autem nullis, ſiue Subdiaconus aliis nullis, concil.

liceat in diebus) ſic etiam vetus Gregor. liceat diebus, Cont. & alij. licet in diebus, concil.

ordinare) conſecrare vetus Tarrac. ſolus.

quamuis Deo dicatas virgines conſecrandi) ordinē verborum mutaſſe videtur Raim. vt effugeret verba ſimiliter cadentia. quamuis conſecrandi Deo dicatas virgines.

his diebus habeant licentiam celebrandi) ſic etiam Raim. & Cont. licentiam habeant conferendi, concil. duob. primis verbis omiſsis. his dieb. habeant Epi licentiam celebrandi. Barcin. non male. his dieb. alij Epi habeant licentiam celebrandi, vetus Tarrac. plenius.

non licet) ſic etiam in concil. non liceat, Raim. & Cont.

Cap. 2. Herforden.) Herefordenſi in concil. d. parte 26. c. 24. Hereford. vetus Gregor. Herfordienſi Cont. & alij. Eſt Herefordia vrbs in Britannia inſula.

Sane ſuper etc.) ſcribi potuit, Intelleximus & c. et infra. ſiue Pars cap. Intelleximus nā. d. c. 24. refertur partē eſſe capitis 13. partis 7. cuius verba ſunt in hac collectione. lib. 1. tit. 21. c. 11.

eccleſijs quibuſdam Scotiæ & Gualgæ) Valiæ pro Gualgæ vetus Gregor. rectius. quibuſdā eccleſijs Scotiæ, & Vaſſe. vetus Tarracon. quibuſdam Epis eccleſiæ Scotiæ, & Waliæ, Barcin. Gualliæ pro Waliæ concil. in eccleſijs quibuſdam Scotiæ (Angliæ) & Valliæ, Cont. Galliæ in marg. ex veteri libro. ego vocem Waliæ adgnoſco. eſt autem id prouinciæ nomen in Britannia: eius mentio fit cap. 5. de appell. in 3. collectione.

in dedicationib.) in dedicatione, vetus Tarrac. tantum.

pru.t.) prudentiæ tuæ, concil. Tarrac. vetus, & Barcin. hæc omittunt Raim. & Cont.

conſuetudo illa) tua pro illa ſolus Tarrac. vetus liber.

et deteſtabilis eſt, & penitus) ſic etiam in concil. eſt penitus, Raim. & Cont. alijs omiſsis.

terra eſſet) eſſet terræ, Tarrac. vetus. terræ eſſet in cauta, concil.

permitti) pro merito, concil, mendoſe.

Cap. 3. Herforden.) adde Epo, ex Barcin. & Tarrac. veteri. eidem eſt in Gregorianis aptius. & ex d. parte 26. c. 25. videtur eſſe ex eadem epiſt. pars cap. Intelleximus.

De eo autem) ſic etiam Raim. De hoc autem, concil.

quod quæſiſti) quæſiuiſti, concil. & Raim. requiſiſti. vetus Tarr.

acolythos) vel acolythos, Barcin. & concil. & Raim. non male.

pro

promouere; aut etiam diacones facere) ſic etiam in concil. diacones pro diaconos aliter Tarrac. aut in ſubdiaconos promoueri, vetus Gregor. aut etiam ſubdiaconos promouere, Cont. & alij.

prouidentia tua taliter reſpondemus) prudentiæ pro voce prouidentiæ in concil. aptius. tibi reſpondemus, vetus Gregor. alijs omiſſis. taliter reſpondemus, Cont. & alij.

dominicis) dieb. additur in concil. tantum.

aut vnum) vox aut omittitur in concil. & in Gregori.

in minores) ad pro in, concil.

ſed ad) ſed in, Barcin.

aut in ſabbato) ſic etiam in cõcil. & in veteri Gregor. aut ſabbato, Cont. & alij.

et in ſabbato) aut pro et Barcin. vel ſabbato, Raim. & Cont.

de paſſione) domini, addit Barcin. ſolus.

præterquam Rom.) Romano, vetus Tarr. Pontifici additur in concilijs, & in Gregorianis.

Cap. 4. Lucius iij. Turonenſi Archiepõ) ſic etiam eſt in veteri Gregoriano, & d. parte 26. c. 22. Turon. Archidiacono, Contius et alij. Additur in Barcin. littera B. nominis initium eius Archiepi. ſiue Bonum, aut Benedictum, aut Bernardum, aut Barptol. dictum fuiſſe.

te ſignificante) ſic etiam in concil. omittunt hæc Raim. & Cont.

zelum Dei habentes) ſic etiam in concil. zelum habentes Dei, Tarrac. vetus. omittunt omnia Raim. & Cont.

putantes maius &c.) hæc etiam ab eiſdem ſunt omiſſa vſq. ad illa, ſed prælati. ſunt in concil.

fuerint aſſecuti) executi, non recte in concil.

ideoq. tua &c.) hæc itidem ſunt in concil. omittuntur a Raim. & Contio, vſque ad illa, Tua igitur.

inquirendum) requirendum, Tarrac. vetus, & Barcin. & concil.

debeant abſtinere) debent olim, pro debeant, fuerat in ſolo Tarraco. veteri.

reſpondemus) taliter reſpondemus, Raim. ſolus.

eſt ſubiectis) eſt ſubiectos, concil.

quam cum præpoſitorum ſcandalo gradum appetere dignitatem) quam in præpoſitorum ſcandalum gradum appetere digniorem, concil. non male.

ſubiectorum deſiderium) ſubiectorum eorum deſiderium, vetus Greg. ſolus.

quod prælati) vt pro quod, in concil.

ſecreta eorum commiſſa) vox commiſſa in veteri Tarr. aliquando deſiderabatur.

Cap. 5. Alex. iij. W. Alban. Epiſcopo) In dicta collectione poſt concil. Later. parte 50. cap. 5. Alex. iij. in eodem libro ſecundo W. Albanenſi Epo Vicario noſtro. librum ſecundum intexpretor regiſtri epiſt. Alex. iij. Non male autem a Raim. ordo mutatus eſt horum reſcriptorũ, quippe cum Lucius iij. Alexandro ſucceſſerit. Inſcriptionem ab eod. Raim. omiſſam recte Contius addidit.

Ex tuarum litterarum tenore accepimus) Horum verborum ordo multis modis eſt immutatus. ſic in Gregorianis initium eſt, Ex tenore &c. Ex tuarum tenore &c. in concil.

quod ſi delictum eius) ſic etiam in concil. peccatum pro delictum Raim. quod eius delictum ſi, Tarrac. vetus.

quem ſuſcepit) quem accepit, vetus Tarrac. tantum.

verum quoniam) Vnde pro verum idem Tarrac. ſolus.

occultum, & priuatum fore) eſſe pro fore idem Tarr. occultum eſt, & priuatum fore, contabeſcere occultum, Raim. & Cont. alijs omiſſis.

fi. per A. fi.) hæc etiam omittunt Raim. & Cont.

et ei ſuadeas) vox ei non eſt in concil. neq. in Gregor. at in veteri Tarr. addita eſt.

vt parte pænitentiæ) ſic etiam Raim. vt ex parte pænitentia, Barcin. non male, vt per te pænitentia, concil. non recte. vt pænitentiæ parte, vetus Tarrac.

vt eo contentus) quo contentus Raim. & Cont.

ſaltem) hæc vox olim in veteri Gregor. ſolo deſiderabatur.

ordines amplius) vox ordines in Gregor. non eſt. vox amplius in veteri Tarrac. addita eſt.

non aſcendat) non accedat, concil.

ſi promoueri volueris) deſiderat pro volueris concil.

ei non potes, nec debes) vox ei aliquando in Tarr. deſiderabatur. cum non debes, Raim. & Cont. In fine adde ex libro Barcin. Data Beneuenti iiij. Kal. Maij.

TIT. VII. DE ORDINA-

tis ab Epo, qui reſignauerat Epiſcopatum) Epiſcopatui, Barcino qui reſignauit Epiſcopatui, vetus Gregor. qui renuntiauit Epiſcopatui vetus Tarrac. & Cont. & alij Gregoriani.

CAP. vn. Alex. iij.) Idem, Barcin.

Toloſano Archiepiſcopo) ſic etiam Raim. & Cont. Toloſano Epo, ſiue Andreæ Epo ex d. parte 26. cap. 18. aſt Turonẽ. Archiepo. ut cap. 19. eiuſd. partis. eſt enim adſcriptum d. cap. 18.

Pars cap. conſuluit, quod initium eſt capitis 19. quod inuenies ſub titulo de ſeruis non ordinandis in hac collectione, & in Gregoriana.

vtrum clerici) vox clerici deſideratur in veteri tātum Gregor.

renuntiationem) reſignationem quidam ex Gregor.

ordines ſuſceperunt) receperunt, Raim. & Cont.

aut ad maiores &c.) hæc Raim. omiſit, addit Cōtius. ſunt etiam in concil. excepta voce aut pro qua eſt an, & pro quia nobis non plenarie de veritate conſtat, eſt illic, quia de veritate nobis non conſtat.

Nam diſtinguitur, vtrum) ſic etiam in concil. ſed in veteri Gregoriano, Reſpondemus igitur diſtinguendum. Contius diſtinguendo.

vtrum renuntiat loco ſimul & dignitati) vtrum renuntiat tantum loco, aut loco ſimul & dignitati. in Barcin. rectius. vtrum renuntiauit loco tantum, an loco ſimul & dignitati. Raim. vtrum renuntians loco ſimul & dignitati renuntiet. in concil.

nam vbi tantum loco renuntiat) ſi pro vbi Barcin. nam vbi loco tantum renūtiat. in veteri Tarr. & concil. nam in primo caſu. Raim. & Cont.

niſi a ſummo Pont. vel eius legato prohibitus fuerit) hæc omiſit Raim. & Contius. ſunt in conc. niſi vel a ſummo &c. Barcin.

ab Epiſcopo aliquo) ab alio Epiſcopo, concil.

Cum autem loco pontificali cedit, & ordini) ſimul cedit, & ordini. concil. & ordinis. Barcin. cetera vt edita ſunt. pro his in Gregorianis eſt. In ſecundo vero caſu diſtinguendum.

quis acceperit) quis ceperit, vetus Tarrac. quis receperit, concil. quis accepit, vetus Greg. aliquis acceperit, Cont. & alij.

quis et) vox et deſideratur in Barcin.

promoueri) ordinari, concil.

facta renuntiatione) hæc omiſit Raim. & Cont. in concil. ſunt.

ſcienter quis receperit) quis receperit ſcienter, vetus Tarrac. vox ſcienter omittitur in veteri Gregor.

vbi non ſcienter poteris) vbi autem non ſcienter, ibi poterit. concil. vbi autem non ſcienter, poterit, Raim.

et ſupina) hæc in Barcin. non ſunt.

TIT. VIII. DE AETATE, & qualitate.

CAP. I. *& Decani*) vox et in veteri Greg. non eſt.

aut prelationem amittant.) recte notat Contius poſt Oſtien. hæc fuiſſe in hac collectione, omiſſa eſſe a Raim.

diaconi fiant) omiſit fiant Raim.

qui archipreſbyteratus, presbyteri) hæc in veteri Gregor. olim non erant. ſed poſtea adſcripta ſunt in hunc modum. qui vero archipresbyteratus, presbyteri. his verbis addit Cōtius ex hac collectione verbum fiant, quod in noſtris libris non eſt.

aut honores amittant) aut amittant honorem, Raim. & Cont.

non potuerint) ſic Contius, ſed vetus Gregor. nō poterunt. quod etiam eſt in veteri Tarrac.

In fine. prelationes amittant) dimittant quidam Gregor.

Cap. 2.) hoc caput deſideratur in Barcin. & aliena manu additum eſt in veteri Tarrac. fortaſſe propterea quod repetatur lib. 3. tit. 8. cap. 1. Sed illic Gelaſio adſcribitur ad Romanos, vt in Gregoriana collectione, hic Pelagio.

locum ſacerdotum) ſacerdotum loco Raim. & Cont. non recte. loco Tarrac. vetus, altera voce omiſſa.

ſunt ſecundum canones) Raim. & Cont. ſecūdum canones omiſerunt, ſecundum canones ſunt. d. cap. 1. canonem pro canones, vetus Tarrac.

repellendi) pellendi, d. c. 1. & Raim.

quo ſe) quod ſe, vetus Tarrac.

paſſi ſunt) addunt verbum ſucceſſores Raim. & d. c. 1.

Cap. 3. Et ratione) Ex ratione, vetus Tarrac. & Barcin. & poſt concil. Later. parte 25. cap. 1. & Greg. ix. recte autem Contius addidit multa, quæ Raimundus ſuperuacanea eſſe credidit.

et conſideratione) et, omittit Barcin.

tua legationis) omiſſa in concil.

ſint contra iuſtitiam fuerint) ſiunt pro fuerint. concil. facta fuerint. Cont. & contra iuſtitiam fiāt, vetus Tarrac.

coram patreſam.) in patrisfam. præſentia. concil.

plenam valeas rationem reddere) rationem reddere valeas. concil. omiſſa voce plenam. Contius, plenam reddere rationem, omiſſa voce valeas non ſine mendo. plenam valeas reddere rationem, vetus Tarr.

tua merces) in concil. vox tua non eſt: habet Contius.

Acceptum autem) vox autem in vet. Gregor. non eſt.

Conuentrenſis) Eboracen. Cont. in marg. Conuentren. concil.

ſtatuta decernant) ſic in concil. inſtituta decreuerint. Cont. ſtatuta declarant, Tarrac. vetus.

nec modeſtiam Pontificalem conſeruans) paſtoralem conſeruas Cont. vt editum eſt, in concil. moderantiam pro modeſtiam habet vetus Tarrac.

in Archidiaconatu d. f. noſtri R. Archidiaconi Ceſtrenſis) in Archidiaconatu R. Archidiaconi Ceſtren. Raim. & Cont. Conuentren. pro Ceſtren. in concil. cetera, vt edita ſunt. verbum noſtri cur additum ſit, quærent ſcriptores Pontificiarum litterar. nam hi putant eſſe magni honoris hanc appellationem.

Verum quoniam hoc eccleſiaſticæ vtilitati eſt inimicum, & rationi contrarium, & ideo non debet) Vnde quoniam hoc etc. & non debet. in cõcil. Verum hoc eccleſiaſticæ &c. & ideo non debet, Barcin. Vnde quoniam hoc non debet, vetus Gregor. alij mutato ordine, non debet hoc, vt Cont. Vnde pro Verum. in vet. Tarr. cetera vt edita ſunt. aliquando tamen (quoniam hoc) deſiderabantur.

aliquatenus) eatenus, concil.

f. s. per A. ſ.) fraternitati tuæ &c. in concil. mendoſe. ſcribi debuit, quod editum eſt; aut, fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta; quæ etiã verba omittunt Raim. & Cont.

ſi ita res ſe habet) hæc etiam omittunt Raim. & Cont. ſi res ita ſe habet. in concil. ſi ita ſe res habet, vetus Tarrac.

viua increpatione corripias, & caſtiges) dura increpatione corrigas, & caſtiges. in concil. pro his omnib. Raim. contentus fuit voce corripias. & Cont.

& clericis) additur in concil. ſeu miniſtris.

Adminiſtrationes) Adminiſtrationem, concil. nõ male.

perueniant) veniant, Raim. & Cont.

omni occaſ. & app. ceſ.) omni occaſione, & appellatione ceſſante. in concil. hæc omiſit Raim. & Cont.

& eidem Epiſcopo arctius prohibeas) ſic etiam in cõcil. eidem Epiſcopo prohibens. Raim. & Cont.

qui ſi ſecus egerit) quod ſi ſecus fecerit, in concil. quod ſi ſecus egerit. Barcin. & Raim.

pœnam infligas) pœnitentiam infligas. Barcin. & concil. pœnam infligens, Raim. & Cont.

& inſtitutionem) vox et a Raim. & Contio eſt omiſſa.

et conceſſionem) hæc deſiderantur in veteri Gregor. habent alij, & concil.

omnino virib.) omnib. viribus, Barcin.

Cap. 4. admodum, & abſurdum) hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil. parte 25. cap. 2.

qui ſe ipſos gubernare non nouerunt) qui ſemetipſos regere non nouerunt. in concil. aptius. qui nõ nouerunt gubernare ſe ipſos. Raim. qui non nouerint ſe ipſos gubernare. Tarrac. vetus.

præmineant) olim præminent in veteri Tarrac.

ad preces &c.) hæc vſq. ad verbum paruulis omiſit Raim. item Cont. ſunt in concil.

vel inſtantiam) vel inſtantias, Barcin. vel ad inſtãtiam, vetus Tarrac. & concil.

regimen committatur) adde eccleſiarum, vt in Barcin. eſt, & in concil. ſed in veteri Gregor. vt editum eſt. alij vt Cont. eccleſiæ regimen cõmittatur. regimen eccleſiæ committatur, eſt in veteri Tarrac. ſed vox eccleſiæ aliquando deſiderata eſt.

f. s. per A. ſ.) hæc etiam omiſit Raim. non recte in concil. fraternitati veſtræ &c. quatenus.

cuiuslibet eccleſiæ) alicuius eccleſiæ, concil.

aliquorum gratia, vel opteutu) omiſſa a Raim. & Contio, ſunt in concil.

præcepto noſtro in hac parte) hæc etiam ab eiſdẽ omittuntur. ſunt autem in concil.

auctoritate noſtra penitus) Dei pro noſtra eſt in concil. quod non æque placet. Raim. hæc etiam omiſit, & Cont.

Cap. 5. Idem) additur in Barcin. de eadem quæſtione, quæ verba nondum probaui.

Eum te decet in ordinandis &c.) omiſſa a Raim. addidit Contius cap. 4. huius tituli: ſed ſub tit. de iure patr. omiſit.

ad virtutes imitent) ad virtutes alios imitent. Cont. non male.

Inde eſt, quod præſentib.) Vnde præſentib. Barcin. Contius, vt editum eſt.

fuerint ordinandæ) ordinatæ vetus Tarr. fuerunt ordinandæ, quidam ex Gregor.

in ipſis) vox in aliquando in Tarr. fuerat omiſſum.

vel aliqua occaſione, vel etiam) ſeu etiam Barcin. nec aliqua occaſione; vel etiam. Raim. & Cont.

ſed etiam) ſed &, vetus Gregor.

conuenienter habere) ſic etiam vetus Gregor. alij vt Cont. alere pro habere. habere non poſſint conuenienter, vetus Tarrac.

Illas autem eccleſias &c.) hæc omiſit Cont. Raimundus vero ſub tit. de iure patron. collocauit cap. 22.

non fuerit quæſtio terminata) non fuerint terminata, vetus Gregor. non recte. Sed ſi fuerit pro

fuerint ſcribatur, vnius litteræ iactura, recte erit. Contius, & alij, non fuerit controuerſia terminata.

ſublato ap. ob.) hæc omittunt Raim. & Cont. ſublato ob. ap. Tarr. vetus.

Cap. 6. Exo. Epo) Exonien Epo, Tarrac. vetus. Lexonien. Epo, concil. d. parte 25. c. 5. Exomenſi, Cont. in marg. omiſit Raim.

licet ad presbyteratum) licet aliquis ad perſonatum, in concil. licet ad regimen, Raim. & Cont.

ſubdiaconus ſit) vox ſit in concil. non eſt.

ad munus recipi) ad munus, admitti, vel recipi. cõcil. ad munus, admitti Raim. & Cont.

conſueuerunt admitti) adiumi pro admitti Raim. in concil. vt editum eſt.

dum tamen tales) modo pro tamen in concil. dũ tales tamen, vetus Tarr.

quod infra) ſic etiam vetus Greg. quod intra, Cont. aptius, qui intra, concil. non male.

ſubdiaconatum, diaconatum, & presbyteratum poſſint recipere) ſubdiaconatum, vel diaconatum recipere poſſint. concil. non recte. poſſint in preſbyteros ordinari. Raim. & Cont.

Quod initio huius capitis dicitur, Pars c. In litteris, videndum eſt, num ſit pars cap. 9. de off. deleg. vel cap. 5. de reſt. ſpol. Sed in vtroq. eſt Brixien. Epo, hic Exo. Epo. forte eſt pars cap. 6. de reſt. ſpol. eſt enim in hac collectione ſcriptum, pars c. in litteris, & Exonien. Epo, In veteri Tarrac. hæc verba, de quib. agitur, non ſunt.

Cap 7. Dulmen. Epo) hæc verba in concil. non ſunt d. parte 25. c. 14. Molinen. Epo, vetus Tarrac. additur in libro Barcin. pars c. in litteris. ſed ſuſpicor, aut ea verba repetita eſſe ex ſuperiore capite, aut quod illic ſcribendum erat, hic eſſe adſcriptum, in concil. neutro loco ſunt. A Raimundo huius capitis ratio non habetur, quod videtur ad eas tantum pertinere perſonas, quæ tempore concilij Lateran. beneficia obtinuerent minores annis xxv.

ante xxv. annum) ante xv. annum, in concil. ſed ſuſpicor mendoſum eſſe ex cap. 5. eiuſd. concilij Lateran. ex quo eſt cap. 7. de electione.

Lateranis) Laterani cõcil. & vetus Tarrac. Lateran. Barc.

conceſſum fuerit) fuit, concil.

optinuerat) olim tenuerat, vetus Tarrac.

a diœceſano) ab ipſo diœceſano, concil.

ſuper quo cõſulto) tibi, additur in Tarr. veteri. in concil. pro conſulto eſt conſultationi tuæ, & in

Barcin. quod placet.

niſi alia cauſa rationabilis) pro alia, eſt in Barcin. alias. pro rationabilis, eſt in concil. rationabiliter.

occaſione minoris ætatis) vox minoris in Tarr. non eſt.

TIT. IX. DE FILIIS

presbyterorum ordinandis, vel non) ſic etiam Greg. 9. vel non in Barc. omittuntur.

nec in paternis eccleſijs tolerandis) hæc Raim. omiſit, & Contius, pro tolerandis Barcin. habet, dimittendis. in concil. parte 19. eſt. De ordinatione filiorum ſacerdotum, & eiſd. in eccleſijs paternis non tolerandis.

CAP. 1. *Vt filij*) Et pro Vt, vetus Gregor. ſolus.

ad ſacros gradus) ſic etiam in veteri Gregor. alij ad ſacros ordines. ad ſacros ordinis gradus. Cont. ex veteri libro.

non promoueantur) poſt hæc verba eſt in Barcin. ſecundum quod decreuit concilium, quib. verbis abſtinuit Raim. non immerito.

niſi aut monachi fiant, aut) aut prius in Tarr. veteri non eſt, vel pro aut poſteriore, eſt in Gregoriania.

regulariter viuentes) viuant, in marg. Cont. pro viuentes aptius, ſed nihil muto.

ſed neq. ſerui &c.) hæc pertinent ad titulũ de ſeruis non ordinandis.

prælationem) prælationes, Cont.

nullatenus) nullam, Tarrac. vetus.

libertate donentur) libertati donentur, Cont. ceteri vt editum eſt. liberati donentur, vetus Gregor. non male.

Cap. 2. G. Lincon. electo) additur in concil. parte 19. cap. 3. pars cap. Ex inſinuatione. fortaſſe eius, quod eſt ſub tit. de iure patron. pro electo eſt in vet. Tarr. Archiepo non recte.

R. preſbyter) v. pro R. eſt in veteri Tarrac. forte Remigium ſignificat, non Raim. neq. Reg.

tacita veritate) tacito Raim. minus recte, & Cont.

per fraudem a nobis impetrauit) litteras impetrauit, Barcin. & concil. Raim. autem omiſit duob. verbis, impetrauit a nobis. Contius nihil ex Gregoriana mutauit in hoc capite.

de Bilesbi) de Bilesbi, concil. de Bliſebi. Barcin. de Lesbi, vetus Tarr. Raim. hæc omiſit.

in qua pater eius miniſtrauit) in qua R. pater eius miniſtrauerat. concil.

quia vero fraus ſiue dolus &c.) hæc ſunt in concil. verborum ordine mutato. Raim. neglegiſſe viſus eſt. vel pro ſiue, eſt etiam in concil.

nulli debet) nullis debet, concil.

d.s. per A. ſ. m. qua.) diſcretioni tuæ &c. quatenus, concil. nõ recte. Ideoq. t. m. qua. vetus Gregor. Ideoq. mandamus, quatenus, Contius, & alij.

infra xl. dies &c.) hæc etiam omittunt Raim. & Cont. vſq. ad illa verba, ſi tibi conſtiterit. pro xl. in Barc. eſt lx.

pater eius in eadem miniſtrauerit) adde verbum eccleſia poſt eadem, ex Barcin. & Tarr. veteri, & concil. pater eius miniſtrauit in eccleſia eadem. vetus Gregor. pater in eadem eccleſia miniſtrauit. Cont. & alij. miniſtrauit autem pro miniſtrauerit, eſt etiam in vet. Tarr.

non obſtantib. litteris noſtris) prædictis addit Barcin. & Tarr. vetus. ante verbum litteris. in concil. vt editum eſt. noſtris caret vetus Gregor. Contius vt Barcin. & alij.

ipſum exinde &c.) ſic in concil. ipſum amoueas ab eadem, Raim. & Cont.

Cap. 3. Idem) addi poſſet, Wigorn. Epo. ex concil. d. parte 19. c. 4.

Pars cap. Inter cetera) vox Inter, in Tarr. veteri olim deſiderabatur. alias Interea. Cont. Integra clauſula extat cap. 4. de cleric. coniug. in hac collect. vt illic Alanus notat.

etiam auctoritate tibi) etiam in concil. non eſt, etiam tibi, Raim. omiſit, & Cont.

quilibet occaſione) ſic etiã Cont. et alij Grego. ſed in concil. & in veteri Gregoriano, aliqua occaſione.

patiaris) permittas, concil.

ſed ipſos) & ipſos, concil. et ipſos, vetus Gregor.

miniſtraſſe) miniſtrare, vetus Tarrac. & concil.

ceſſante appellationis obſtaculo) ceſſante omni appellationis obſtaculo, in concil. Raim. hæc omiſit, & Cont.

Cap. 4. Wigor. Epiſcopo) in veteri Gregor. W. Wigorn. Epo. in concil. parte 19. cap. 1. Vuigorn. Epo. in Barcin. vt editum eſt, & hoc amplius. Pars cap. Meminimus. cuius initij ad eundem Epm. extat cap. 3. qui clerici vel vou. à Contio plenius, quam à Raimundo editum. adde cap. 9. de appel.

Conquerente nobis Milone clerico &c.) M. clerico Raim. & Contius, qui poſtea omiſſa ab eodem Raim. addidit Cont. nõ ſine laude. in cõcil. ſunt exceptis illis verbis, aurib. noſtris innotuit.

de Vuc.) in concil. de Vuicun. Cõtius, de Vuig. do Wic. Tarrac. vetus.

poſt mortem eiuſdem M. a Ricardo Paciforde) pro M. Barcinon. habet R. & pro Paciforde poſſeſſore. poſt mortem eius idem Milo a Ricardo Paciford. in concil. poſt mortem eiuſdẽ idem M. Ricard. poſſeſſori, & domino Cont. eius idem pro eiuſdem vetus Tarrac. cetera vt edita ſunt.

fundi fuiſſet) fundi tibi fuiſſet, concil.

filius eius) filius illius, Barcin. & concil.

ipſius clerici uſus) eccleſiæ pro clerici, Tarrac. vetus. viſus pro uſus concil. & Barcin.

et ad) vox et a Contio eſt omiſſa.

vt filij debeant) vt filij ſacerdotum debeãt, Cont. alij vt editum eſt.

intendere) attendere. vetus Tarrac.

f. s. per A. ſ. præ. m. qua.) f. u. in Barcin. quod non eſt nouum, licet hoſce inſolens ſit, fraternitati tuæ &c. quatenus in concil. non recte, vt alibi. f. t. m. qua. Raim. & Cont.

patrem prædicti R.) patrem R. clerici, Raim. & Cont.

in præſcripta eccleſia presbyteratum) in prædicta eccleſia perſonatum, Barcin. & Tarr. vetus. in præſcripta eccleſia perſonatum, concil. & vetus Gregor. ſed alij, & Cont. vt Barcin.

filium eiuſdem ibidem miniſtrare) eccleſiæ miniſtrare, Barcin. filium eius ibidem miniſtrare, concil. & Raim. & Tarr. vetus.

presbyteratum habere) perſonatum habere, omnes præter Tarrac. minus veterem.

ſed ſi forte iam) et ſi iam, Raim. & Cont. ſed ſi forte aliqua cauſa. concil. alias pro aliqua alia. ſed forte ſi iam, vetus Tarr.

ſublato ap. remedio, auctoritate noſtra) appellatione remota, auctoritate noſtra, cõcil. hæc Raim. & Cont. omiſerunt. appellationis pro ap. eſt in vet. Tarr. apertius.

non differas) inde non differas, Raim. & Cont.

et memoratum M. ſi tibi &c.) hanc extremam partem itidem omittunt Raim. & Cont. pro M. in concil. eſt Milonem apertius, & pro ſi tibi, eſt ſicut.

repræſentatio) præſentatio, concil. & Barcin. apertius.

prædictã quiete poſſidere eccleſiam) malo, vt in cõcil. eſt, prædictam eccleſiam quiete poſſidere.

Cap. 5. Dulmen. Epõ) Dunelmen. Epõ, concil. Donolm. Epõ, Barcin. Denuo, Tarr. mendoſe.

Quod ſuper his &c.) Omiſiſſe videtur Raim. propterea quod eadem ſentētia deciſa eſſet ex concil. Pictauien. relato cap. 1. vtile eſt hoc initium, vt dubitationem tollamus, cum dicitur pars cap. Quod ſuper his. ſiue Quod ſuper, & infra.
deſideras) poſtulas, concil.
diligentiam tuam) vox tuam tollendam cenſeo, ex concil. & Tarr. ueter.
in hoc) in eo, concil.
quod ſuper eo) hæc in conc. non ſunt.
tua deuotio) tua dilectio, Tarr. vetus.
poſſint promoueri) promoueri poſſunt vet. Tarr.
vel canonica regulari) in congregatione canonica, eſt in dicto cōcil. Pictauienſi. ſæpe autem omittitur verbum congregatio, vt dominica dicitur ædes ſacra, pro æde dominica.
vel ad ſacerdotium) vox ad neq. in concil. eſt, neque in veteri Tarrac.
Cap. 6. Ludon. Epō.) Lugdonen. vetus Tarrac. Luden. in aliquib. concil. libris, & in veteri Gregor. alij London. Epō, aptius. Lugdun. Cont. in margine.
presbyter lator præſentium ſupplici nobis inſinuatione propoſuit) in concil. aſſertione pro inſinuatione, & ante uerbum presbyter Vu. ſiue W. dicta parte 19. cap. 5. V. presbyter, Barcin. cetera vt edita ſunt. R. clericus nobis propoſuit. Contius. vetus Gregor. & alij, N. clericus nobis propoſuit.
Cum ipſum ad capellam eccleſiæ S. Laurētij de Nouo Burgo) ſic etiam in concil. excepto quod ad eccleſiam pro ad capellam eccleſiæ ſcriptū eſt, cum illum ad capellam Sancti L. Raim. & Contius, qui in marg. recte pro L. Laurentij edidit.
et aſsignaſti, attitulaſſes) Raim. & Contius hæc omittunt. in concilijs vero mendoſe articulaſſet pro attitulaſſes.
et in eadem in presbyterum ordinaſſes) ad eandem pro in eadem Barcin. & vetus Tarrac. & concil. nō male. vtrumq. Raim. omiſit, & Cont.
ipſum poſtea a prædicta eccleſia ſpoliaſti) præſcripta Barcin. & vetus Tarr. pro prædicta, vt in cōcilijs, in quib. etiam A tollitur, quod probo. ipſum ea poſtea ſpoliaſti. Raim. & Cont.
pater eius in prædicta eccleſia) præſcripta pro prædicta concil. & Raim. in eccleſia præſcipta pater eius, Tarr. vetus.
quia vero ad noſtrum &c.) hæc clauſula omiſſa eſt a Raim. & Contio.
f. t. m. p. qua.) fraternitati tuæ &c. quatenus. concil. in alijs ſimilib. mutabamus. fr. t. per A. ſ. m. quatenus. Ideoq. fr. t. m. quatenus, Raim. & Cont.
quod pater eius presbyter in præſcripta eccleſia miniſtrauit) miniſtrauerit, Tarr. vetus. quod pater eiuſdem presbyteri in præſcripta eccleſia miniſtrauerit. concil. quod pater eius presbyter in prædicta eccleſia miniſtraſſet. vetus Gregor. alij habent, in dicta, vt Cont.
quando eam ſibi aſſignaſti) dediſti Raim. & Cont. qui eadem verba ante ea, quod pater &c. collocarunt non inepte.
ipſam ei) ipſam eidem, concil.
dilatione, et app. coſſ.) hæc omiſit Raim. & Cont.
reſtituas, &) hæc in conc. non ſunt.
in eadem inſtituiſti) in eadem eccleſia inſtituiſti. Barcin. inſtituiſti ſolum eſt in concil. inſtituiſti forſitan in eadem. Raim. & Cont.
Verum ſi te ignorante, quod pater ſuus &c.) eius pro ſuus in concil. rectius. Verum ſi hoc ignorans feciſti. Raim. & Cont.
in eadem miniſtrauerit) in eadem eccleſia miniſtrauerat. concil.
ipſam ſibi) ipſam ei, concil. rectius.
eum in presbyterum) ipſum presbyterum. Barcin. ceteri vt editum eſt.
eam ſibi) vox eam in concil. deſideratur.
& donec) donec concil. & Raim. et omiſſo.
in alia) in aliqua, vetus Gregor. ſolus.
ei prouideas) eidem pro ei Barcin. & vetus Tarrac. ſibi Raim. & Cont. parum eleganter, vt ſibi reſtituas, quod omnes retinent.
eidem nullam &c.) hæc omittūt Raim. & Cont. et ſibi nullam ſuper præſcripta eccleſia moleſtiam, vel grauamen inferas. concil.
Cap. 7. Idem R. Exon. Epo.) S pro R. Barcin. Idem B. in concil. d. parte 19. cap. 6. Idem Epō Exon. vetus Gregor. Oxon. Contius, & alij. Idem Exeo. Epo, vetus Tarr. mendoſe.
nobis R.) N. vetus Tarrac.
cum ipſe) ipſe omittunt Raim. & Cont.
de Salabera a domino) ſic etiam in veteri Gregor. A tantum poſtremo omiſſo. de Sabel a domino. Cont. & alij. de Salebi a domino. concil.
fuerit præſentatus) fuiſſet, concil.
tu curam animarum) ita ſcribendum eſt in concil., in quibus eſt cauſam pro curam ex compendio, quod eſt etiam in veteri Gregor.
vel huic rei aſſenſum tuum præſtare) hæc ſint, licet in concil. omittunt Raim. & Cont.
quod eſſet) quod erat, concil.
ſuper quo vſque &c.) hæc clauſula vſque ad verbum

verbum ceterum omiſſa eſt a Raimund. & Contio. eſt tamen in concil. ſed pro vtiq. eſt illic itaq. Ante hæc verba eſt in Barcinon. qui proxime in eadem eccleſia ante eum adminiſtrauit.

& in domino prouidentiam) in domino, nõ habent Tarrac. vetus, Barcin. & concil. credo in Tarracon. recenti eſſe repetita ex ſuperiorib. vt fit.

admodum, &) & admodum, vetus Tarr. accommodam, et, concil.

neceſſitatib. tuis in laboribus &c.) & pro in concil. quod malo. Raim. & Cont. omittunt hæc vſq. ad verbum indignũ. vox etius in Tarrac. verite olim deſiderabatur.

interna) mendoſe, in concil. in tanta.

indignum eſt, vt) ſic etiam Raim. & indignum eſt, autem, vt, concil.

vt aſſerit) hæc Raim. & Cont. omittunt nec ſunt in concil.

omnino debeat) in concil. omni debeat, nõ male. omnimodo debeat, vetus Tarraç.

carere exceptione) ſuſceptione carere. cõcil. prouiſione carere. Raim. & Cont.

diſcretionem per A. ſ. mo.) apertius in concil. diſcretionem tuã per A. ſ. monemus. hæc Raim. omiſit, item Cont. monemus quoq. eſt in vet. Tarr.

atq. mandamus) hæc in concil. nõ ſunt, neq. vox atq. in Gregor.

qua.) quatenus, Raim. & Cont. vt, concil.

eiuſdem clerici) preſbyteri, concil.

infra xl. dies &c.) hæc uſq. ad verbum inuenire omittunt Raim. & Cont.

qui eidem eccleſia deſeruiat) ſic etiam in concil. non video, cur Raim. mutauerit, qui eccleſiæ ſeruiat ſupradictæ. Contius conniuentib. oculis eum eſt ſecutus.

ita quod) ita quidem quod, concil.

medietatem omnium beneficiorum prædicta) offendor his verbis, quib. tamen omnes libri vtuntur. maluiſſem fructuũ, aut ſtipendiorum, quã beneficiorum. eſt tamen aliqua huius vocis notio, qua defendi poteſt. præſcriptæ pro prædictæ concil. & vetus Tarrac.

eidem in ſuo) vox eidem in concil. non eſt.

diuino intuitu &c.) hæc omittunt Raim. & Cont. uſq. ad verbum pacifice. ſunt autem in concil.

non enim ſolus &c.) Hæc ratio confirmari poteſt verbis Toletani concilij xi. cap. xiiij. vnde Grat. ſumpſit 7. q. 1. cap. 15. & de conſecr. diſt. 1. cap. 57. quod falſo ex decretis Soteris Papæ inſcribitur. vide in Burch. li. 3. c. 73. & Iuo parte 2. cap. 126. decreti. ſed hac ratione etiam non filij ſacerdotum miniſtros alere debent. In Barcin. libro ante verbum celebrare eſt hæc vox competenter, quam non reiicio. vox etiam diuina in concil. non eſt.

Cap. 8. Idem venerabilibus fratrib. &c.) verbũ fratrib. deſideratur in Barcin. Idem Cant. Archiepõ, & Vuigorn. Epõ d. parte 19. cap. 8. Idem Archiepõ Cant. Raim. & Cont. Hoc eſt cap. 9. in veteri Tarrac. Eſt autem cap. 8. Ad extirpandas. poſitum in ſecunda collect. c. 1. eo. tit.

et R. Wigorn.) & W. Witon. vetus Tarrac.

nobis conqueſtione) vox nobis omittitur a Raim. & Cont.

W. clerici percepimus) ſic etiam in veteri Gregor. Vu. clerici accepimus. concil. G. clerici percepimus. Cont. & alij. Walterius autem hic clericus poſtea appellatur, & diſerte hoc loco in Tarr. veteri eſt, Walteri clerici percepimus.

ac dilecti filij noſtri Abbatis de Caſtini) ad dilecti fratris noſtri Abbatis de Caſtin. concil. ad Abbatis de Caſt. vetus Gregor. de Caſtris, Cont. & alij. mihi de Caſtin. placet. fratris noſtri non placet, neq. enim Abbates fratres appellari ſolent, ſed filij a Rom. Pontifice. de noſtri quoq. adiuncto contentio eſſet, niſi alijs exemplis defenderetur.

in quoddam eccleſie beneficiũ de Vinerton.) de Winert. Barcin. in quoddam beneficium eccleſiæ de Vuinton. concil. in quodam beneficio eccleſiæ de N. vetus Gregor. de H. Contius, & alij. Sed in marg. Contius habet Wintonien. ego ſcripturam concilior. probo in ceteris, de vltimo verbo dubito. eſt enim Winton. in Britãnia Pontifice decorata eccleſia, hic agi videtur de minori. Raimundum ſuſpicor ſcripſiſſe de N. ſic autem ſcribi ſolet, dum nomen certum aut ignoratur, aut omittitur. N poſtea in H mutatum eſt ab alijs ſcriptorib. vt ſæpe alibi. in quoddam beneficium eccleſiæ Dignitoris, vetus Tarrac.

ab eo ſibi canonice conceſſum) hæc Raim. & Cont. omittũnt. ab eo, in concil. non eſt.

eum in præſenti) vox eum in concil. non eſt.

quidam E. qui pater eius dicebatur) E. in Barcin. & in vet. Tarr. & in conc. non eſt. Raimundus tantum, pater eius, & Contius.

Præterea ex parte ipſius &c.) multa ex his omiſit, alia mutauit Raim. quem Contius eſt ſecutus. pro ipſius ſua eſt in Barcin. eius in concil. pro nobis eſt inſinuatum, nobis inſinuatur. concil. eſt inſinuatum nobis, vetus Tarrac. habet.

Inde eſt, quod f. t. per A. ſ. m. atq. pr. qua.) pro atq. pr. eſt in Barcin. mendoſe, atq. mandãdo percepimus.

piſtius] ſed præcipimus ſcribi debuit. atq. man. præcipimus, vetus Tarr. Inde eſt, quod fraternitati veſtræ &c. quatenus. in concil. quod ſi inſcriptionem ad duos Antiſtites ſcriptam reſpiciamus, rectius eſt: ſi verba quædam ſingularia, vt diſtulith, & non differas, f. t. magis placet, Raim. inſcriptionem habet vnius perſonæ, & verba ad vnam directa; & hoc loco, Ideoq. maq. quat.

ſi prædicta conſtiterint) ſic etiam in concil. ſi ita eſt. Raim. & Cont. apertius, ſed quid intereſt, non video.

prænominatum Walterium &c) in concil. prænominatum W. Gu. Cont. pro W. & alij. in veteri tamen eſt, eum, omiſſo verbo prænominatum, prænominatum p. Walt. vetus Tarrac. p. autẽ presbyterum interpretor.

in poſſeſſionem ei) vox ei aliquando in Tarrac. veteri deſiderabatur.

inducere non differatis) mittere nõ differas. concil. in contextu. inducere. in marg. ad præfatũ beneficium admittere non poſtponas. Cont. & alij. Sed in veteri. ad præfatum beneficium eſt colliitum admittere non poſtponas. mendoſe forte pro eſt ei ſcribẽdum. differas olim pro differatis, vetus Tarr.

omni oc. et ap. ces.) hæc omiſit Raim. & Cont. ſunt in concil.

non alio) necideo, concil.

obſeruato Apoſtolici reſcripti decreto) obſeruãtes reſcripti Apoſtolici decr. concil. vtrumq. mihi ſubobſcurum videtur. Raim. vt editum eſt, Apoſtolici ſcripti obſeruato decreto; vetus Tarrac.

quod hic hereditariã in eccleſia Dei deſtruit ſucceſſionem) quia hæc in eccleſia Dei hereditariam deteſtantur ſucceſſionem. concil. quod ſucceſſionem in eccleſia Dei hereditariã deteſtatur. Raim. forte ex his verbis Raimundi IN tolli debuit. & in prima collectione pro hic ſcribi SIC potuit. ſequitur enim, vt canonicam &c. Fieri tamen vtrumq. poteſt, vt editum eſt.

vt canonicam approbet poſſeſſionem) Hæc Raim. & Cont. omittunt. & olim vetus Tarracon. omiſerat. pro approbet approbent in poſterũ, in concilijs eſt, in poſterũ approbet, in Barc. Poſt hæc verba additur in concilijs. Porro

7 ſi is ex. a. inter. non poſſint, alter nihilominus

7 exequatur. ſcribendum eſt, ſi his. pro ſi is. & ſignificatur clauſula vulgaris. Porro ſi his exequendis ambo intereſſe non poſſint, ſiue non poteritis, vt eſt in Barcin. in fine capitis. 9. & in concil. c. 9. Porro his exequendis ſi ambo non poteritis intereſſe, alter veſtrum nihilominus exſequatur. vetus Tarrac.

Cap. 9. Wigor. Epiſcopo, & priori de) Vuigorniẽ Epiſcopo, & Priori de Lucmuredem in concil. c. 9. d. partis 19. Priori Decmer. in Barcin. W. Epiſcopo, & Priori Dec. vetus Tarrac. Vuigoren. Epiſcopo, Contius, & alij præter veterem Gregor. in quo eſt, Cant. Archiepiſcopo, ſed ex cap. 8. ſumptum eſſe ſuſpicor. Eſt autem huc cap. 10. in Barcin. nam 9. caput incipit, Dignum eſt. quod in fine huius voluminis extra ordinem ponetur. in veteri quoq. Tarrac. hoc eſt 10. caput.

præſentium lator) hæc Raim. omiſit, & Cont.

ſupplici nobis inſinuatione) ſic in vlt. editione concil. ſed in alia fuerat, ſupplici nobis aſſertione. vox nobis deſideratur in veteri Gregor. Cont. & alij, vt editum eſt.

de Stertona) de Stratona. Barcin. de Streiton. concil. de Torteria. vetus Gregor. de Stortõ. Cont. & alij. de Strona, vetus Tarr.

poſſediſſet) tenuiſſet, concil.

miles ipſum) vox ipſum in vet. Tarr. olim deſiderabatur.

præſcripta eccleſia) ea Raim. & Cont. ſed in cõcil. vt editum eſt. præſcripta capella, vetus Tarr.

et iuſtitia) hæc etiã ſunt in concil. omiſit Raim. & Cont.

ſpoliauerit) ſic duo Tarr. libri, ceteri ſpoliauerit.

(tamq. mem.) vox quæ in Barc. non eſt.

apud te frater coëpiſcope) pro his verbis eſt in concil. Epiſcopo, tantum. apud te Raim. ceteris omiſsis, & Cont.

querellam depoſuiſſet) expoſuiſſet, vetus Tarr.

fuerit ei) fuit ei, concil. & Raim. & Tarrac. vetus. ſed vox ei aliquando in eodem Tarrac. deſiderabatur.

pater ſuus) pater eius, concil.

in præfata eccleſia miniſtrauerit) in præfata capella miniſtrauit. Barcin. in eadem eccleſia miniſtrauit, cõcil. & in veteri Greg. licet pro eccleſia capella ab eodem ſcriptore mutatum ſit. in capella miniſtrauit eadem. Cont. & alij.

& præfatam capellam &c.) quæ omiſit Raim. additis verbis, & infra, reſtituit Contius. ſed pro & ſcripſit, Ideoq. ſed in concilijs eſt, & præſcriptam capellam.

nondum potuit) non potuit, vetus Tarrac.

d. ſuper & f. pr. m. quat.) diſcretioni veſtræ &c. quatenus, concil. f. t. m. quat. Raim. dis. veſtræ &c. vetus Tarr.

rei veritate diligenter inquiſita, & cognita) hæc omittunt Raim. & Cont. inquiſita diligenter, vetus Tarr. cetera, vt edita ſunt.

ſi vobis conſtiterit) ſi conſtiterit. vetus Gregor. ſi tibi conſtiterit. Cont. & alij.

a prædicta capella &c.) a præſcripta eccleſia per manum

manum laicalem fuerit eiectus. concil. ſed in veteri Gregor. vt editum eſt. Contius mutat verborum ordinem, vt alij. a præſcripta capella, vetus Tarrac.

& quod pater) & quod P. pater. ſolus Barcin.

nomine eius G.) malo eiuſdem, quã eius, vt Raim. ipſius concil.

miniſtraueris) miniſtrauit, concil.

ipſam cum redditib.) ſic vetus Gregor. ipſam ſibi cum redditib. Barcin. concil. & Cont. quod etiam in multis Gregorianis eſt. ſuis additur in Tarr. veteri.

inde perceptis) inde omittunt Raim. & Cont.

auxilio alio, ſi quis &c.) pro his omnibus, quæ ſequuntur, Raim. maluit, reſtituere non omittas, quidem Contius nihil aliud addidit.

eam detinet) eam detinuit, concil.

dilat. & ap. ceſ.) dilatione, & appellatione, & occaſione ceſſante concil. dilatione. Barc. cetera, vt edita ſunt.

ſi quæ ſint) ſunt concil.

ſicut canonice adeptus fuit) fuerit. Barcin. & vetus Tarr. ſicut eam etc. concil.

In fine poſt verbum poſsidere hæc in Barcin. ſunt. Porro ſi his exequẽdis ambo intereſſe nõ poteritis, alter ſibi adhibitis diſcretis viris, & honeſtis, ea nihilominus exequatur. In concil. notatum eſt locum eſſe obſcurum, aut mutilum; ſed omnia aperta ſunt his editis.

Cap. 10. Eboracen. Archiep.) ſic Raim. & Cont. ſed in concilijs deſideratur hæc inſcriptio parte 19. cap. 10. Hoc eſt cap. 11. in Tarrac. veteri, & in Barcin.

litteras receperitis) ſuſcepiſſes, concil. & vetus Tarrac.

vt eas poſſis) ſic etiam in concil. ſed malo poſſes, pro poſsis, vt Raim. & Cont.

patres eorum) ipſorum, vetus Tarr.

poſſederunt) poſsidebant, Tarrac. vetus.

probatæ vitæ & ſanæ) ſanctæ pro ſanæ Barcin. bonæ vitę, in cõcil. ſed in marg. probatę. Raim. vt editum eſt.

quas longo tempore) quos eas, in concil. quod longo tempore illas. vetus Gregor. ſed in marg. alias quos. id Contius, & ceteri habent.

qui proximo) ſic etiam vetus Greg. qui proxime, concil. qui in proximo. Cont. & alij.

eccleſias tenuerunt) retinuerunt, vetus Greg.

imponant eis) ſic vetus Gregor. & concil. ſed Cont. & alij, imponatur eis. quod eſt in veteri Tarrac.

eccleſias illas ipſis aſſignẽt) ipſas illis pro illas ipſis, vetus Tarrac. in Barcin. illas nõ eſt. eccleſias iſtas eis aſsignẽt. cõcil. in veteri Grego. vt editũ eſt. iſtas ipſis, Cont. & alij. ſuas eis, in alia editione concil.

in eis ſe) in concil. in eis, deſiderabantur.

per Epiſcopos) per Epiſcopum, concil.

ſi autem per priores &c.) videtur aliquid deſiderari. Eſt autem in concil. ſocenit. Super quo tibi reſpondemus, quod ſi per priores &c. & Raim. tibi taliter pro tibi, cetera vt in concil. Sed adhuc deſidero finem conſultationis, quamobrem &c. & infra ſcribo. In priore editione concilior. Si autẽ per priores, & in marg. alias propter. ceteris omiſsis.

litteras noſtras) vox noſtras omittitur a Raim. & Cont.

diſpenſaſti) diſpenſaſtis, concil.

noſtrarum intuitu) vox intuitu aliquando in vet. Tarrac. deſiderabatur. vox noſtrarum in Gregorianis non eſt.

ſed eam ſeruari præcipimus illibatam) ſic etiam in concil. mutato verborum ordine. Raim. omiſit, & Cont. obſeruari pro ſeruari vetus Gregor.

Alioquin vero clericus &c.) hæc aliena ſunt ab hoc titulo. ſcribi debuerunt ſub titulo de inſtitutionibus.

laica dominationis) laicę donationis. concil. & Raim. quod rectius videtur. Sed prius editum fuerat non recte in concil. tuę donationis. & in Tarracon. recenti, alias donationis, recte.

parochiali iuri ſubiectis) hæc in Barcin. deſiderãtur; & Raim. omiſit, atq. Cont. ipſis parochiali iure ſubiectis. concil. pro ipſis forte Epiſcopis ſcribendum.

ſine auctoritate Pontificum) niſi pro ſine Barcin. Pontificis in concil. pro Pontificum. ſine auctoritate Pontificis ſui. Raim. & Cont. apertius.

remanere in eis) in eis remanere, concil. & vetus Tarrac. additur in Barcin. eccleſijs, quod non probo. Raim. in eis, omiſit, & Cont.

Cap. 11. Cantuar. Archiepiſcopo) & eius ſuffraganeis, additur in veteri Tarrac. & in Barcin. & in Gregorianis. quod addendum cenſeo. eſt autẽ hoc cap. 12. in Barcin. & in Tarr. veteri.

ne qui hereditario &c.) recte Contius addidit, quę Raim. omiſerat. quis pro qui vetus Tarrac. quod recipi poſſet, ſi ſcriberetur præſumat pro præſumant.

qui in ſacerdotio ſunt geniti) fuerint pro ſunt Barcin. qui ſunt in ſacerdotio geniti, vetus Tarrac.

vel regularium canonicorum) vox regularium aliquando in vet. Tarr. omiſſa fuerat.

patres eorum eccleſia perſonatus geſſiſſe) patres in eccleſijs perſonatum geſsiſſe. vetus Gregor. perſonatus Cont. & alij. vox eorum in veteri Tarrac. non eſt.

ab eiſdem eccleſijs, ſi eas iam adepti ſint) ab eiſdem,

ſi etiam

ſi etiã eas adepti ſunt, Raim. & Cont. ſi eas adepti ſunt iam, vetus Tarrac.

ap. eor.) omittunt Raim. & Cont.

nec ad eorum) ſic in vtroq. Tarrac. earum Barcin. & ceteri, quod probo.

Nolumus enim etc.) & hęc clauſula, & alia pleraq. verba ſimilia ſunt in d. parte 19. cap. 7. & pro enim illic eſt tamen, quod malo.

vt propterea) verbũ propterea omittunt Raim. & Cont. eſt in concil. licet in priore editione propter*ea* ſcriptum ſit. vt pro ea, eſt in vet. Tarr.

deducatur) deducantur, vetus Tarrac.

vel teſtes admittantur) vel teſtes ſuper hoc producantur, concil. & teſtes etiam admittantur, vetus Greg. & Cont. excepto vel pro et.

cum hoc manifeſtum exiſtit) exiſtat Barcin. & vetus Tarr. dummodo factum ipſum manifeſtum ſit, cõcil. ſi hoc manifeſtũ exiſtat. Raim. & Cõt.

TIT. X. DE SERVIS non ordinandis.

CAP. 1. *ex concilio Toletano*) ſic etiam præter Raim. Burchar. lib. 2. cap. 28. et 29. & Iuo Carnoten. parte 6. cap. 129. & 130. decreti. ſed ego falſam eſſe inſcriptionem ſuſpicor.

Inſtruendi ſunt laici. preterea &c.) Recte Contius addiderat a Raim. prætermiſſa: ſed non recte librarij notas eius omiſerunt. præterea laici, Tarr. vetus.

ſciant quod) quia pro quod Cont.

aggregare decreuerunt) ſic etiam Iuo. aggregare deq; ſeuerunt, Burch. congregare conſueuerũt, Cõt. aggregare decreuerint, vetus Tarrac.

in ſacro ſancta eccleſia ordine prænotato) ſupranotato. Burch. & Iuo. in ſacra eccleſia ordine prænotato. Cont.

Quomodo enim) ergo pro enim vetus Tarrac.

extra eccleſiam) extra ſanctam eccleſiam, Iuo.

conſequi) aſſequi, Cont.

ad ſecularem iudicium) ad ſæcularem iudicem, Barcin. ceteri, vt editum eſt.

quomodo) quando, vetus Tarrac.

fortaſſe dicet aliquis) ſed addunt omnes præter Tarracon. recentẽ, & Raim. Forte dicit aliquis, vetus Gregor. Contius, & alij dicet pro dicit. Burch. & Iuo, ſed fortaſſe dicit aliquis.

ante ſuſceptum clericatus officium) ſic Burch. & Iuo. ante clericatum Raim. & Cont.

non ſolum autem &c.) Hæc alterius capitis verba ſunt ex eodem concilio apud Burch. li. 2. c. 29. & Iuon. parte 6. c. 130. omiſſa ſunt a Raim. addidit ea Contius.

ad clericatus ordinem) clericatus ordine, vetus Burch. liber. alij, & Iuo, & Cont. vt editum eſt

in eccleſia) Iuo caret his verbis.

emancipari) emancipare, Barcin. ſic etiam aliquando fuerat in vet. Tarrac.

ſic ſcriptum eſt in pacto Francorum) ſcriptũ quippe eſt &c. ſolus æditus Burch. liber, vetus & Iuo, & Cont. vt edidimus. vox ſic in veteri Tarrac. nõ eſt. Poſt hęc verba apud Burch. & Iuon. additur formula libertatis in eccleſia datæ, quę fortaſſe ſumpta eſt ex pactis Francorum, ſiue ex capitularib. ex quo libro ſuſpicamur hæc etiam eſſe, vt mox dicemus.

Cap. 2. ex eodem) Magna varietas eſt in huius capitis inſcriptione. nã Burch. li. 2. cap. 31. & Iuo parte 6. cap. 132. decreti, & Grat. ſiue Palea diſt. 54. cap. 6. ex eodem Toletano cap. 82. ſed poſt concil. Later. parte 50. cap. 56. ex concilio Maticenſi. Apud Iuon. li. 3. tit. 14. cap. 1. Panormiæ, ex capitulis, ſiue ex capitulari lib. 1. ca. 82. Raim. vt editum eſt. Mihi quidem Panormiæ ſcriptura magis probatur, poſt eam, quæ Maticen. potius, quam Toletanum notat. In Iuonis decreto cap. 32. pro 82. ſcriptum eſt. hodie inueniri accepi lib. 1. cap. 88. capitul. Caroli.

qui paſſim ad gradus eccleſiaſticos indiſcrete, etc.) hæc Raim. omiſit, Contius addidit. ad eccleſiaſticos ordines indiſcrete, vetus Tarrac. pro eccleſiaſticos indiſcrete, fuit in priori editione cõcil. eccleſiæ.

cum ſacris) cũ ſacroſanctis, prior editio concil.

concordare ſtatutum) concordare debere, & ſtatutum, Burch. & Iuo. concordare. & ſtatutũ, concil. & Grat. vt editum eſt, Contius.

aliquos ad ſacros ordines) tales pro aliquos, Barcin, eos ceteri libri, excepto Tarracon. recenti, & priori editione concil. in qua eſt, ſeruos forte, in marg. vox aliquos in vet. Tarr. non eſt.

a dominis propriis libertatem conſecuti fuerint) ſic Burch. & Grat. in vno tamen veteri libro Gratiani eſt ſint pro fuerint. a dominis ſuis conſecuti fuerint libertatem, Iuo. a dominis ſuis libertatem ſint conſecuti. concil. a dominis libertatẽ fuerint cõſecuti. Raim. & Cont. a dominis ſuis prorſus libert. ſint conſ. prior editio concilior. fuerint conſecuti, vetus Tarrac. cetera, vt edidimus.

ſi quilibet ſeruus etc.) Hoc eſt initium d. cap. 1. Panor. Iuonis.

dominum ſuum) vox ſuum deſideratur in Panor. Iuonis, & apud Grat.

aut latitans etc.) hæc verba uſq. ad illa, qualibet calliditate, omittunt Raim. & Cont. habent ceteri, excepto Grat. qui habet, aut per litteras, pro aut latitans. in veteri tamen eſt aut litteris, in alio aut litteras, quod licet mendoſum ſit, a voce

voce latitans non longe abeſt.

munere conductus) precio conductis, Panor.

peruenerit) aut promotus fuerit, additur in vet. Tarrac.

dominus eius eũ recipiat) vox eius nõ erat in priore edit. concil. accipiat pro recipiat, Panor.

Si vero auus, vel pater ab alia patria &c.) hęc verba vſq; ad caput 3, omiſit Raim. & Cont. ſcribunt ceteri. Si vero pater ab vna prouincia, Barcin. ſed in concil. vt editum eſt, & Iuo in Panor. aut pater, pro vel pater, Burch. & Iuo in decreto, & Grat. ab illa pro ab alia, prior editio concil.

filium genuerit) filium procreauerit, vetus liber Burch. filium generauit, prior edit. concil. ceteri, vt editum eſt.

educatus, & ad gradus) ſic Burch. & Iuo in Panor. & duo veteres libri Grat. alij educatus eſt, & ad gradus. in cõcil. & in decreto Iuonis, educatus, ad gradus.

ignoratum ſit) ſic duo Tarr. ignotũ ſit, Barcin. & omnes præter Panor. quæ habet, ignorauerit.

& poſtea) vox et nõ eſt in Tarr. veteri.

dominum illius) eius Panor.

ſi dominus eius libertatem dare voluerit) eius libertatem ei, Barcin. eius illi, Burch. & Grat. illius libertatem illi, concil. ei pro eius, Iuo in decreto, & eius in marg. cetera, vt ſcripta ſunt, mendoſe in Panor. eius in libertatẽ.

cum cathena) ſic olim in vet. Tarr. ſed poſtea vox cum deleta eſt. cum cũ in cathena; Panor.

a caſtris dominicis) a dominicis caſtris, vetus Tarr. & à caſtris dominicis, prior editio concil.

voluerit) noluerit, vetus Tarr.

qui à iuxta ſacros canones) in veteri libro Burch. ordines pro canones. et in veteri Gratiani libro in marg. alias ordines, ſed nihil muto. in Panor. hæc clauſula deſideratur; contra pro iuxta eſt in Tarr. veteri.

vilis perſona permanens) ſic etiam vnus ex veteribus libris Gratiani, alij, & Burch. & Iuo, & concil. manens. mendoſe in priori editione concilior. vel pro vilis. manens, pro permanens, iuerat olim in vet. Tarr.

frangi non poteſt) frui non poteſt, concil. ceteri libri, vt editum eſt.

Cap. 3. apud Altheum) apud Alth. eſt in veteri Gregor. in alijs apud Alchi. cui ſcripturæ addidit Alteũ Cont. & in marg. Aluern. apud Alentum, eſt in veteri Tarrac. ſed Burch. lib. 2. cap. 234. ex concilio apud Alth. cui interfuit Conradus Rex cap. 38. ſolet autem eum locũ appellare Burch. Altheim, vbi. l. 1. c. 162. & 227. & alibi. ſic Iuo Carnot. parte 6. c. 302. decreti, ex concilio apud Altheim habito cap. 38. & in marg. Alteum. eadẽ verba ſunt in veteri Burch. lib. excepto verbo Alteum. eſt autẽ illic cap. 235.

Nullus clericus ad gradum etc.) Recte Cõtius addidit verba initio a Raim. omiſſa. quãuis vt verum fatear, totum hoc caput morib. noſtri temporis alienum videtur.

niſi vt ſcriptum in canonib. habetur) ſic Burch. & Iuo. niſi ordine canonico, vt ſcriptũ &c. Cont.

Si enim propter d lectionẽ Dei quis) Si quis, Raim. Cõtius non recte. Si enim propter Dei dilectionem. Si quis. Burch. & Iuo, vt editum eſt.

elegerit, & dicuerit litteras, &) hæc omittunt Raim. & Cont. habent ceteri.

libertatem donauerit) libertati donauerit, vetus Tarr. libertati condonauerit, Burch. & Iuo, ſed in veteri Burch. libertati olim; poſtea libertate ſcriptum non male. donauerit libertati, Raim. & Cont.

et per interceſſionem erga Epiſcopum presbyterum fieri) effecerit, Burch. & Iuo. apud pro erga eſt in vet. Tarr. & ipſum in presbyterum fecerit ordinari, Raim. & Cont. Poſt hæc verba eſt apud Burch. & ſecundum Apoſtolos, victum, & veſtitũ ei donauerit. Sed in veteri libro hæc non ſunt.

ille autem) adde poſtea, ex vet. Taarac. & Barcin. & Burch. & Iuo. & Raim.

miſſam dominis, & canonicas horas obſeruare, & pſallere renuerit) dominis ſuis, vetus Tarr. Barcin. Burch. & Iuo. qui cetera, vt edita ſunt, ſcribunt. ſolus Iuo ſeruare pro obſeruare. domino ſuo canonicas horas pſallere noluerit, Raim. & Cont.

eis iuſte obedire &c.) multa omittunt Raim. & Cont. ab his verbis ad illa, accuſetur apud Epiſcopum.

hec ſancta) ſic vetus Burch. liber, hoc pro hęc recens,

etiam hec contempſerit) & hæc, Iuo & vetus Tarrac. & hoc, Burch.

accuſetur apud Epiſcopum) ſic Burch. & Iuo. accuſatus apud Epm, Raim. & Cont. in quodam tamen nõ recenti Gregoriano ante pro apud eſt, ad Epm, vetus Tarr.

ordinauit) ordinauerit, Raim.

& degradetur) vox et omittitur in Gregor.

& fiat ſeruus &c) hæc omnia ad cap. 4. omittunt Raim. & Cont. habent alij.

id eſt domini ſui ſicut natus fuerit) fuerat Burch. & Iuo. eſt autem ſcribendum id eſt, non idẽ apud Burch. ex veteri lib. ſic poſtea negatio deſideratur ante verbum proiecerit. eſt autẽ in veteri libro. deſideratur apud Iuonem. ſicut ante fuerat, Tarrac. vetus.

poſt quam) poſtea quam, Burch. & Iuo nõ male.

rem illius prædictam audierit) rem prædictam audierit eſſe illius, vetus Tarrac.

ſiue Epiſcopus ſiue Comes) in libro legum Gothicarum inuenio Comites in ſingulis vrbibus Epiſcopis additos, vt ius dicerent: Duces vero rei militari præeſſe. vide cap. 36. concilij Turonen. ſub Carolo, & cap. 9. et c. 35. concilij Triburien. ſub Arnulpho. vox Comes in vet. Tarr. deſiderabatur, & vox miles ſcripta eſt. forte Comes, ſiue miles ſcribendum.

ſocietate innodatus) nodatus Barcin. & Burch. & Iuo. & vetus Tarr.

poenam excommunicationis ducet) luet Burch. luat Iuo. quæ magis placēt. incurret, vetus Tarrac.

Cap. 4. ex concilio Toletano) addi poteſt, quarto capite 73. licet Raim. & Cont. id omiſerint.

De familijs eccleſiæ) ſic in concil. De famulis eccleſiæ, Raim. & Cont. quod eſt in veteri Tarrac.

et diacones) diacones concil.

ita tamen &c.) ante hæc verba eſt præclare in concil. quos tamen vitæ rectitudo, & probitas morum commendat. ea tamen ratione, vt antea &c. Raim. & Cont. vt editum eſt.

libertatis ſtatum accipiāt) ſtatum accipiant libertatis, vetus Grego. Cont. & alij recipiant. libertatem ſtatus ſui percipiant, concil. Poſt hæc verba adde ex concilijs. & denuo ad eccleſiaſticos honores ſuccedant. Eſt enim irreligioſum obligatos exiſtere ſeruituti, qui ſacri ordinis ſuſcipiunt dignitatem. Hæc omiſſa in prima collectione, & in Gregoriana prætermiſſa ſunt. Iuuat igitur fontes inueſtigare, vnde cetera manant.

aut per libertatem conceſſum, aut per ſucceſſionem) aut ſucceſſione, cōcil. omnia hæc Raim. & Contius omittunt.

exſtiterit debitum, aut quolibet modo collatum) extiterit datum, aut a quolibet quoquo modo collatum, concil. in marg. tamen eſt pro datum debitum. Raim. & Cont. vt editum eſt.

quippiam) quippiam inde, concil. vtrumq. omittunt Raim. & Cont, qui aliorū verborum ordinem mutatur.

ad ius eccleſiæ) ſic etiam Raim. ſed in concil. ad ius eius eccleſiæ.

ad quam manumiſſi ſunt) ſic etiam vetus Gregor. ſed in vet. Tarr. & in conci. eſt, a qua, quod Contius, & alij habent, & aptius videtur.

pertinere) pertineant, concil. debeant pertinere, Raim. & Cont.

his quoq. ſicut ceteris eccleſiæ libertis) ſicut & cōcil. vox eccleſiæ in Barci. deſideratur. quibus, ſicut ceteris eccleſiæ libertis, Raim. & Cont.

aditus intercluditur) ſic etiam in concil. aditus præcludatur, Raim. & Cont.

quod ſi aſpirauerint) ad quod, Barcin. & in concil. ſed in marg. eſt, quod ſi id ſpreuerint. Raim. & Cont. vt Barcin.

ſed etiam honoris gradu) ſic etiam in concil. vox honoris in Barc. non eſt. et pro etiam habet vetus Gregor. Contius, & alij. vt editum eſt.

ſed tēporis neceſſitate promeruerint) promeruerūt, vetus Tarrac. ſed neceſsitate temporis meruerunt, vetus Gregor. promeruerunt, Cont. & alij. in concilijs olim, ſed temporis neceſsitate promeruerunt, in poſtrema editione, ſed tempore neceſsitatis promeruerunt.

Cap. 5. Conſuluis nos &c.) verba a Raim. omiſſa, ſunt etiam poſt cōcil. Lateran. parte 26. cap. 19. Contius fortaſſe in mendoſum librum incidit.

ad ordines promouere) ordinare, concil.

Super quo vtique conſultationi tuæ, taliter reſpondemus) ſuper quo tibi taliter reſpondemus, concil. Conſ. t. r. reſp. Raim.

ad ordines promouere præſumas) ſic etiam in concil. & apud Contium, & alios Gregorianos. Sed in quodam non recenti eſt, ad ſacros ordines promouere procures.

memor es) eſſes pro es, concil. ego quidem certe immemor ſum huius admonitionis, quæ fortaſſe in veterib. libris Pontificiarum cærimoniarū exſtabat; hodie non exſtat.

dictum eſt) ſuit pro eſt Raim.

TIT. XI. DE OBLIGATIS ad ratiocinia &c.

CAP. *un. ex concilio Carthag.*) ſcribi poteſt, Carthaginienſi primo capite octauo. licet caput 9. appelletur a Burch. lib. 2. cap. 36. & ab Iuone parte 6. cap. 137. decreti. maiori errato Gratianus, ſiue Palea diſt. 54. cap. 3. ex concilio Maguntinenſi cap. 8. & in aliquib. veterib. libris vidi Magocien. ſiue Magotien. Raim. vt editū eſt, & Contius ad Raim. namq. idem ad Grat. recte, poſt Ant. Democharem, quaſi digito fontem oſtendit.

Magnus Epiſcopus Auguſtenſis dixit) Auguſtinus ait, Barcin. quod non placet: ſunt enim hæc Aurelio Auguſtino antiquiora Conſtantij tempore poſt Sardicēſe cōcil. Aſtuagēſis, ſiue Aſtyagenſis, Burch. & Iuo, & concil. Auguſtudunen. Grat. editus, ſiue Auguſtenſis, vt alij veteres habent. Aug. Raim. & Contius. quidam dicit pro dixit, alij Auguſtus pro Aug. ego a concilijs non diſceſſerim.

Quid dilectioni veſtræ videtur?) his caret Raim. addidit Cont. ceteri habent, præter Barcin. qui tuæ pro veſtræ maluit forte quod non ſynodum

Magnus

Magnus alloquatur, ſed Primatem Gratũ Carthaginien. Epiſ. ſed nihil muto. turpius Grat. editus, quid dilectionis veſtræ. procuratores etc.

procuratores & actores & executores ſeu curatores pupillorũ) Magna varietas eſt, altera in nominibus, altera in coniunctionib. In cõcilijs duplex varietas notatur. in vtraq. eſt tutores, quod verbum magis placet, quam executores, & ſi liceret arbitratu meo hæc conſcribere: pro et executores, ſcriberem, & tutores, ſiue ordine mutato, & curatores, ſeu tutores pupillorum. Varietas conciliorum eſt. Procuratores, & actores, etiam per ſe tutores pupillorũ. Altera ſcriptura. Procuratores, actores, tutores etiam, & executores, ſeu curatores pupillorum. Burchardi ſcriptura. Procuratores, & actores etiam, ſeu curatores pupillorum. Iuonis. Procuratores, & actores, etiam executores pupillorum. Gratiani ſcriptura noſtræ editioni ſimilis eſt, prima coniunctione excepta, Procuratores, actores &c. ſed in veterib. libris vidi, & actores ſcriptum. Raimundus cõiunctiones abſtulit, SEU reliquit. Procuratores, actores, executores, ſeu curatores pupillorum, in quodam etiam libro non recenti eſt, executores, actores, ſeu curatores. & in eodem olim fuerat auctores pro actores, quod nondum probaui. Venit etiã mihi in mentem exactores pro executores mutare: ſed manum abſtinebo, quoad cõfirmatum videro aut libri, aut ſcriptoris auctoritate. In veteri Tarrac. duplex ſcriptura agnoſcitur; Procuratores, & auctores, & curatores pupillorũ. Altera eſt, Procuratores, & actores, & executores ciuilium cauſarum, ſeu curatores pupillorum.

ſi debeant ordinari) ſic omnes. ſed mihi an, pro ſi magis placeret. Sed Græcorum eſt: vt ſi introibunt in requiem meam?

ſi poſt depoſita omnia) vniuerſa pro omnia, concil. Burch. Iuo, & Grat. ſolus Raim, opera & cum Contius ſecutus, ſolus Iuo diſpoſita pro depoſita. quæ varietates defendi poſſunt.

et reddita) et in Barcin. deſideratur.

actus vitæ ipſorum) et actus vita, vetus Tarra. omiſſa voce ipſorum.

comprobati) comprobatæ, vetus Tarr.

in omnibus) ſolus Barcin. nihilominus, ordinari verum Tarr.

debent et cum laude clerici) debent ordinari, Barcin. cleri, in concil. & in vet. Tarr. cetera, vt edita ſunt, atem Burch. clericatus, Iuo, cetera eodem modo, debere eos cum laude cleri, Grat. editus. addunt ex veterib. quidam, et poſt eos, alij pro eos, item pro cleri alij clerici, alij clericorum retinent. debent cum laude Dei, Raim. & Cont.

ſi poſtulati fuerint, honore munerari) numerari Barcin. & vnus ex veterib. libris Grat. ſed mẽdoſum videtur. Sic in cantico Ambroſij eadẽ varietas eſt; alicubi Siſebuti Regis nomen adſcriptũ eſt ei cantico: ſi poſtulatus fuerit, Burch. & vnus ex veterib. Gratiani libris. quod etiam improbo.

ſi enim) vox enim neq. in Barcin. eſt, neq. in vno veteri Grat. libro.

vel officiorum) hæc in libris Grat. omiſſa ſunt, ceteri habent.

ab aliquo ſine conſideratione) hæc omittũt Raim. & Cont.

eccleſia infamatur) ab eccleſia infirmentur, Grat. ſiue infirmantur, vt in vno veteri eſt; in alio, eccleſia infirmatur, ceteri omnes, vt edidimus, concil. Burch. Iuo, Raim.

recte quoq. ſtatuit ſanctitas tua) veſtra pro tua, Tarrac. vetus, ſed Barcin. veſtra omnia. pro quoq. habent omnia concil. Burch. & Iuo. recte omnia ſtatuit ſanctitas veſtra, Grat. recte ſtatuit ſanctitas veſtra, Raim. & Cont. Mihi concilior. ſcriptura magis probatur.

ita eſt noſtra ſententia) iſta pro ita, multi Gregoriani libri. aliqui ita. Contius edidit non recte, iſta eſt veſtra ſententia, & in marg. iuſta. ita noſtra quoq. eſt iſta ſententia, Grat. vnus tamen habet mea pro noſtra. ita noſtra eſt quoq. ſententia, Burch. & Iuo. ita eſt & noſtra iſta quoq. ſententia, concil. ita eſt ſententia noſtra, vetus Tarrac.

TIT. XII. DE CORPORE vitiatis

CAP. 1. *Alexander iij.*) addi poteſt, Salernitano Archiepo, ex ea collectione, quæ eſt poſt concil. Lateran. parte 26. cap. 4. 5. et 6.

pars cap. licet pr.) licet præter ſolitum, Barcin. et vetus Tarrac. licet præter, concil. Præter ſolitum, Contius, cum Barcinonenſi conuenit apud Raim. caput 3. de ſponſa duor. ex eadem epiſt. eſt caput 4. de iudicijs, & cap. 7. de homicidio, & cap. 1. de clericis pugnantib. in duello, vt in dicta parte 26. ſcriptum eſt.

De presbytero autem) vox autem neq. in vet. Tarr. eſt, neq. in Gegor.

ſicut ille, ita et nunc pru. t. reſpondemus) olim pro illi, aptius Barcin. & Tarr. vetus, et concil. & Tar

racon.recens.cap.2.infra de cleric.pugn.omiſerunt hæc omnia verba vltimo excepto, Raim. & Cont.

ſicus etiam nos videmus) et pro etiam, concil. & vidimus pro videmus. ommittunt etiam hæc Raim.& Cont.

non perdiderit)non perdidit,concil. non amiſerit,vetus Gregor.Contius,& alij,vt editũ eſt.

de digito)ex pro de,concil.

ipſe ſine)vox ipſe omittitur a Raim.& Contio.

ſollemnia celebrare)ſollemniter celebrare,Raim. & Cont.ſed vt editum eſt,in concil.

poſt peractam penitentiam cum eo)peracta pænitentia cum eo.Barcin.cum ipſo poſt peractam pænitentiam,concil.ſed Raim.vt editum eſt.

grauis admodum extitiſſet) ſic etiam Raim. & Cont.grauis ſit.concil.

Cap.2.Ciſtren.electo)Ciceſtrenſi Epõ, in concil. parte 40.cap.3.quod nõ placet.in antiquo Gregoriano olim vt editum eſt, mox Ciſtercienſi electo,quam varietatem Contius etiam notat. illud addam ſæpe in hac collectione ordinẽ Ciſtercienſium monachorũ ordinem Ciſtrẽſem, ſiue Ciſtrenſium appellari, & ſuſpicari poſſumus hunc non Epm electum, ſed Ciſtrenſem Abbatem fuiſſe.

et aliorum)hæc ſunt etiam in concil.& ea Raim. omiſit,addidit Contius,vt alia recte. Sed non recte coniunxit his verbis illa: quæſtio mota fuiſſet:ſunt enim alia media,quæ is poſtea conſcripſit.

et ſingulis veſtris quadam obiicerentur) ſcribe veſtrum pro veſtris, vt in concil. eſt. hæc omnia Raim.& Contius omittunt.

maculam habebas)habeas,concil.& Raim.quod placet.

fueris canonici filius)canonici filius ſis, concil. aptius. Raim.& Cont. vt editum eſt.

attendentes itaq. &c.)hæc Raim.& Cont,omittunt.itaq.in concil.deſideratur.

noſtra gratia)nomine gratiæ,concil.

venerabili f.n. R Cant.)fratri tuo, Barcin.mendoſe,R.omiſſum eſt in concil.Vnde Cantuarien. Raim.& Cont.forte pro u.f. n. vnde ſcriptum eſt;cuius nota eſſe ſolet vñ.ꝑ.pro R. eſt in vet. Tarrac.

A.S.L.)Apoſtolicæ ſedis legato,concil.omittunt hæc Raim,& Cont.omnes autem Cantuarienſes,& Eboracenſes Archiepĩ Apoſt. ſedis legati appellabantur.

filius diceris)fuiſſe,additur in concil. ſed Raim. vt editum eſt.

procedere non poſtponat)ſic etiam in concil.procedat,Raim.& Cont.

quam in oculo habere diceris,hoc)hæc ſunt in concil.omiſit ea Raim.& Cont.

mandamus,vt conſilio)mandamus, vt cum conſilio,Barcin.mãdauimus,vt cum cõſilio, Raim. & Cont.mandauimus,vt in quo,in concil.non recte,& in marg.forte ſecundum quod, quod itidem diſplicet.

et præſertim &c.)hæc vſq. ad verbum Epõrũ, Raim.& Contius omiſerunt.

fratrum noſtrorum)noſtrorum fratrum, concil. fratrum ſuorum,Barcin.

Exonen.et.Wigor.)Exonien.& Vuigorn. concil.

qui exinde ſibi,quod viſum fuerit,exequentur)quod exinde eis viſum fuerit, exequentur, Barcin. non male.examini viſum fuerit,ſic exequatur, concil.quod exinde ſibi viſum fuerit, exequatur,vetus Grego.ſed Cont.et alij ſibi nõ habẽt.

tu itaque eundem &c.) hæc Raim.& Cont. neglexerunt.tu vero eundem &c.concil.

frater requirere ſuper his)inquirere pro requirere vetus Tarrac.ſuper his inquirere,concil.

quia nos tibi)ſic etiam in concil.in quo nos tibi, Raim.& Cont.nõ video,cur mutauerit Raim. & quod pace tãtorum patrum dictum ſit, hac conſtitutione carere ſine vlla noxa potuimus; cuius pars ad titulum de filijs presbyterorum pertinet, & ſoluitur legibus canonici filius; de macula,quod huius tituli erat, nihil ſtatuitur.

ex maxima)ſic etiam Raim.ex magna,concil.

in hac parte)hæc omittunt Raim.& Cont.

curauimus prouidere) ſic etiam Raim. & Cont. ſed Barcin.curauimus ſollicite prouidere. item concil.

ut pote qui perſonam &c.) hæc ad finem omittunt Raim. & Cont. vt perſonam &c. concil.

TIT. XIII. DE BIGAMIS non ordinandis.

CAP. 1. *ex concil. Aurelian.*)ſcribe,Aurelianenſi tertio cap.9.licet Burch. lib. 2. cap. 19.& Iuo parte 6.cap.39.decreti,ex concil. Aurelian.cap.10.& Iuo in marg. alias Arelaten.

filios habent)in veteri libro Burch. filios procreauerint.Sed in concil.& in alijs libris,vt editum eſt.

poſt habuerunt)ſic Burch.poſt habuerint Iuo, & duæ ex editionib.concil.in vltima poſt deſideratur;

ratur, habuerunt ſcriptum eſt.

et defunctis vxoribus) ſuis, Barcin. addit, pro & aut eſt in concil. ſed Burch. & Iuo, vt editum eſt.

publice ſocient) publice ſociauerint, Barcin. publice crediderint ſociandas, concil. ſed Burch. & Iuo, vt edidimus.

id obſeruandum) adde eſſe, ex concilijs, & vet. Tarrac.

non remoueamus) ſcribe non remouemus, vt concil. Burch. & Iuo habent, item Tarrac. vetus.

ordinentur) tales, additum in vet. Tarr. eſt.

Cap. 2. ex eodem) adde cap. 6. licet varie inſcribatur etiam in Gregorianis. nam in veteri legi, ex Arelaten. concilio; Contius tamẽ, & alij, ex Aurelian. Burch. lib. 2. cap. 33. ex conc. Auralaten. cap. 5. vel potius vt in veteri eſt, ex concil. Arelaten. c. 3. Iuo parte 6. cap. 134. decreti, ex concil. Arelat. 3. cap. 3. & lib. 3. tit. 5. cap. 18. Panor. ex eod. Arelat. 3. cap. 8. Videndus Grat. diſt. 55. cap. 2. ex eodem cap. 3. eiuſd. Arelaten. concilij. plane in concilijs eadem ſententia eſt, ſed alijs verbis conſcripta.

Vt bigami, vel pœnitentes) vel, omittunt Raim. & Cont. digami pro bigami, rectius Burch. & Cont. ſed Iuo, vt editum eſt, & alij, ne aut duarum vxorum vir, aut renuptæ maritus, aut pœnitentiam profeſſus &c. promoueatur. in concil. Aurelian. 3. c. 6. Nullus pœnitentem, nullus digamum, nullus viduarum maritum &c. audeat ordinare. Grat. & concil. Arelat. 3. cap. 3.

non promoueantur) non aſcendant, Raim. ſed Burch. & Iuo, vt editum eſt.

Cap. 3. Spoletano Archiepiſcopo.*) ſic etiam vetus quidam Gregor. ſed Contius, & alij, Spalen. Archiepõ, quod magis placet. rectius tamen Hiſpalen. Archiepõ, diceretur, ſiue Spoletano Epõ.

a nobis) hæc Raim. & Cont. omittunt.

quid faciendum ſit) hæc etiam ab eiſdem omittuntur.

inquiſitioni tuæ taliter) his etiam carent Raim. & Cont.

eis debent ordinibus ideo priuari) eis ideo ſunt priuandi, Raim. & Cont.

quia in bigamis) quia cum biganis, Barcin. & vetus ille Gregor. Cont. & alij, vt editum eſt.

diſpenſari) diſpenſare, Raim. & Cont. poſt vet. Tarrac.

in eiſdem) in eis, Raim.

poſſint aliquatenus) omiſſa a Raim. & Contio.

TIT. XIIII. DE CLERICIS

peregrinis, et eis ſine litteris nõ recipiendis.) Raim. contentus fuit illis verbis, De clericis peregrinis pro eis ſine, eſt in vet. Tarr. eorundem.

CAP. *iii. Alex. iij.*) ſic etiam vetus Gregor. & concil. Alex. iij. mendoſe Cont. & alij.

litteras eorum oſtedunt, a quibus ſibi proponunt manus impoſitas) ſic Raim. ſed parte 26. cap. 20. poſt concil. Lateran. eſt. litteras eorum proponũt, a quibus ſit manus impoſita. proponunt ſibi, vetus Tarr. cetera, vt edidimus.

& incertum eſt, vtrum eorũ ſigilla ſint, quæ repræſentant) Epiſcoporum, Barcin. & vetus Tarrac. pro eorum. cũm incertum eſt, vtrum eorum ſint ſigilla, quæ præſentãt, concil. de vtrum Epõrũ ſigilla ſint, quæ præſentãt, incertum exiſtat, vetus Gregorian. repræſentãt, Cont. & alij.

Tuæ igitur conſultationi ſignificatione præſentium indulgemus) inquiſitioni pro conſultationi, Barcin. ergo pro igitur, concil. Tuæ igitur conſult. reſpondemus, Raim. & Cont.

tutius eſſe) tutum eſſe, concil.

patrum veterum) vox veterum, in Tarr. omittitur.

nouum aliquid) nouum quid, concil. vox nouum in vet. Gregor. non eſt.

eſt autem) eſt enim, concil.

teſtimonio) teſtimonijs, vnus ex veterib. Gregor.

qui ſimiliter) ſic etiam in concil. rectius, quam ſi pro qui, vt Raim. & Cont. ſed & in vno ex veterib. Gregor. eſt qui pro ſi.

ita tamen, vt) quod pro vt, vetus Tarrac. vox tamen in vet. Greg. non eſt.

aliquo tempore) aliquanto tempore, vetus Tarrac. Barcin. & Raim. & Cont. ſed in concil. aliquo, alias annuo tempore.

videntes) hoc verbum Raim. & Cont. omiſerunt; eſt tamen in vno ex veterib. Gregor.

de ipſorum) de Epõrum, Barcin.

inſtruantur) inſtituantur, concil. ſed Raim. vt editum eſt.

ſed de inferioribus &c.) hæc pertinent ad titulũ de clerico per ſaltum promoto. Raim. ſcribit, Sed & de &c. aptius. quod eſt etiam in vet. Tarrac.

oportuit inquiri) ſic etiam concil. oportet inquiri, Tarr. vetus, & duo veteres Gregor. Cont. & alij, inquiri oportet.

TIT. XV. DE OFFICIO Archidiaconi.

CAP. 1. *Gregorius Honorato Archiepiſcopo Salon.*) Salernitano Archiepo, vetus Tarrac. ſcribendum eſt Archidiacono Salonitano ex epiſt. 10. lib. 1. regiſtri B. Gregorij. nam in veterib. libris eſt diacono Salonitano, in alijs Epiſcopo. ſic etiam in veterib. Raimundi libris eſt, Gregor. H. Archid. Salonitano. Contius, et alij habent. Gregor. 3. Archid. Salonit. agitur autem de hac eadem controuerſia inter Natalem Eiſcopum, et eundem Honoratum lib. 2. epiſt. 16. regiſtri, ex qua eſt apud Grat. diſt. 74. cap. 8. cuius initium eſt, Honoratus Archidiaconus Salonitanæ eccleſiæ etc. et lib. 1. epiſt. 19. ex qua eſt diſt. 74. cap. 2.

Ea, quæ nos contra vos &c.) nobis ſcribendum eſt pro nos, vt eſt in veterib. libris regiſtri Gregorij. in alijs eſt, Ea, quæ cōtra nos, mēdoſe, quod etiam eſt in quodam veteri Raimundi libro. in alio antiquiori, Ea, quæ contra. et infra. recte, vt in multis. Contius tamen in marg. Ea, quæ cōtinet, mendoſe. Omiſit autem multa Raim. et Contius nihil addidit. vox nos in veteri Tarrac. non eſt.

direxiſtis ſcripta) contraria direxiſtis ſcripta; Tarr. vetus, Barcin. et Gregor. recte. vox ſcripta aliquando in illo Tarr. deſiderabatur.

quod nihil inter vos caritas) eo quod inter vos nihil caritas. Greg. quod nihil caritas inter vos, vetus Tarrac.

in officio ordinis tui te) te in officio nominis tui, Barcin. te in officio ordinis tui, Greg.

adminiſtrare præcipimus) ſic etiam vetus reg. liber, alij præcepimus. adminiſtrante pro adminiſtrare, olim vetus Tarr. habuit.

illic poteſt) ſic olim vetus Tarr. mox potes.

ſi vero ita) ſic veteres libri reg. vox ita in edito deſideratur.

in tumore ſcādali) ferri potuit hæc ſcriptura. ſed in regiſtro eſt timore pro tumore, quod malo.

occurre) ocurrere Gregor.

ſubtili) ſub tali, Barcin.

quæ viſa fuerint partibus, audire debeamus) contingere pro audire, Barcin. ſed neutrum placet. conſtituere, quæ viſa fuerint partibus, debeamus, Greg. aptius. vox audire olim in Tarr. non erat, ſcripta mox eſt poſt verbum debeamus.

quæ vel propriæ eccleſiæ) quia vel propriæ eccleſiæ. vetus liber regiſtri. ſi non ea, quæ vel propriæ eccleſiæ, vulgaris liber. quia quæ vel propriæ, vetus liber Raimundi. quia vel propriæ eccleſiæ, Cont. et alij. cūr ea, quæ de propria eccleſia, Tarrac. vetus, aptius.

vel ea, quæ diverſis eccleſijs) poſt quæ, addo. de, vt in veteri libro regiſtri eſt, cetera vt edita ſunt. vel de diuerſis eccleſijs, in editis. in veteri Raim. vt editum eſt. Cont. et alij, vt in libro veteri regiſtri. vel quæ de diuerſis eccleſijs, vetus Tarrac.

cimilia ſunt collecta) ſunt collata, vetus Raim. verbū cimilia varie mutatū eſt, ſimilia, cimitulia, ciminilia, et quod præſtat, cimelia. ſed credo vſum Gregoriū eo verbo, vt Latino, quo ſignificatur eccleſię theſaurus, ſiue maioris pretij dona, aut ſupellex. vaſa ſacra appellātur lib. 11. cap. xvi. regiſtri. vide etiam cap. 15. octauæ ſynodi; ex quo eſt 12. q. 2. cap. 13. non ex ſexta ſynodo, vt editum eſt.

non ſub omni ſollicitudine, & fide ſeruantur) pro non ſcribi poteſt iterum, pro ſeruantur ſeruentur. ſub omni nunc ſollicitudine, et fide ſeruentur, Greg. in regiſtro. vetus liber, ſeruantur habet. Raim. et Contius, vt editum eſt. ſic etiam eſt in Tarr. veteri, cuius ſcripturam ſupra probauimus: cur ea, quæ etc.

ex eis) ex his, Tarr. vetus.

vel cuiuſquam fraude deperit) deperit Greg. et vnus ex veterib. libris Raim. cuiuſdam Raim. liber antiquior.

tu in hoc reatu aſtringeris, qui) tu tanto magis in hoc reatu conſtringeris, quanto, Barcin. conſtringeris Greg. et vetus Tarr. cetera, vt edita ſunt. tu hoc reatu aſtringeris, qui. Raim. et Cont.

artius deputaris) artius implicaris, Gregor. ſed Raim. et Cont. vt editum eſt. Poſſet addi. Dat. menſe Nouembri Indictione nona anno primo, ex regiſtro.

Cap. 2. ex lib. Rom. ordinis. Vt Archidiaconus &c.) In libro Romani ordinis nuper edito hæc verba ſunt. obſeruandum eſt ſeptem eſſe regiones vrbis Romæ, ſingulas regiones ſingulos diaconos regionarios habere, et vniuſcuiusq. regionis acolythos per manum ſubdiaconi regionarij diacono regionis ſuæ officij cauſa ſubditos eſſe. Hos omnes Archidiacono, qui vicarius eſt Pontificis, obedire, ſeruato vnicuiq. per eum proprij gradus miniſteriali ordine.

ſiue honore, & reſtauratione) pro honore, quidam onere, et pro reſtauratione inſtauratione. vetus Greg. vtrumq. habet. Contius alias onere, cetera, vt edita ſunt.

eccleſiaſticorum virorum) eccleſiarum Barcin. mendoſe. eccleſiaſticar. uetus Greg. virorum omittunt Barcin. et Tarrac. vetus, et Raim. et Cont.

Conſt.

vniuerſam) vniuerſaliter, vnus ex veterib. Gregor.

corrigat) addit Raim. et emendet, in vno tamen vetere eſt mutatum, vel emendet.

Cap. 3. ex concilio Toletano) hoc nondū inueni. ſuſpicor eſſe Iſidori.

Officium vero) vox vero in Tarrac. veteri non eſt.

miſſam canit) cantat Barcin.

veſtimentis ſacris) indumentis ſacris, Barcin. ſed Raim. et Cont. vt editum eſt.

qualiter) ſic etiam Raim. et Cont. ſed in Barcin. eſt æqualiter, quod nondum probaui.

cum Pontifice) cum Epo, vetus Tarrac.

omnem querimoniã &c.) hæc Raim. omiſit. Contius addidit, qui omnemq. pro omnem ſcribit.

debet deliberare, ordinare, & facere) debeat deliberate ordinare, Contius omiſſis duob. verbis, et facere liberare pro deliberare, vetus Tarrac.

epiſcopij totius) totius epiſcopatus, Cont. hæc ſolum in Tarr. veteri non erant.

aut reſponſoria) et pro aut alias Cont.

in matrice) in maiori, uetus Tarrac.

Et interim, vt) et in tantum, vt. rectius vetus Tarr. et vetus Gregor. et omittunt Cont. et alij.

aut reſponſorium) aut omittunt vetus Tarr. et Raim. et Contius, qui reſponſoria ſcribit, veteres Gregor. reſponſorium.

vel cantet) ſic etiam duo veteres Gregor. et cantet, Cont.

donec ante ipſum legat, vel cantet, & auſcultetur) donec ante ipſum auſcultetur, Barcin. donec auſcultetur ab ipſo, Raim. et Cont.

deferre) deferre debeat, Barcin. vtrumq. deeſt in veteri Gregor. deferre Cont. et alij.

aliqua officia) alia officia, Barcin. et vnus ex veterib. Greg. vt editum eſt, Cont. et alij.

Cap. 4. & a ſanctorum &c.) omiſſa a Raim. addidit Contius non ſine mendis. eadem verba ſunt infra de inſtitutionib. c. 3. et parte 24. cap. 2. poſt concil. Lateran. Alex. 3. eſt autē eius partis hic titulus. De exceſsib. Eporum cōtra ſuos Archidiaconos, & Archidiaconor. contra ſuos Epos, et ſanctor. eſt in tit. de inſtit. ſed in veti Tarr. A additum eſt, poſt veterem ſcripturā, et ſacrorū, olim in veteri Tarr. et a ſacrorū hodie.

vt Archidiaconus auctoritate propria debeat) ſic etiam in concil. et Barcin. tit. de inſtit. vt Archidiaconi auct. propriæ debeant, vt. de inſtit. debent; Cont. non recte. vt Archid. etc. debeat, vetus Tarr. d. c. 3. de inſtit.

cuilibet eccleſiarum curam committere) ſic etiam tit. de inſtit. et Cont. recte. cuilibet cauſam animarum committere, concil. mendoſe. forte curam animarum ſcribendū, vt mox diſerte ſcriptū eſt. cuilibet eccleſiam committere, Barcin. tit. de inſtit.

agre nimis ferimus) ſic recte in concil. et d. tit. de inſtit. aegre nimis ferimus, Cont. mendoſe.

perſonis curam) vox perſonis a Contio omiſſa eſt an concil. vt editum eſt, et in hac collect. tit. de inſt.

contra ſanctorum patrum inſtitutiones) venire additur in Tarr. veteri. ſanctorum patrum inſtitutiones transgredi, d. tit. de inſt. et concil. vt editum eſt, duo veteres Greg. ſed Cont. et alij cōſtitutiones, pro inſtitutiones, et addunt venire, vt Tarr. vetus.

ſibi vindicare) ſibi omittit cōcil. Raim. et Cont. et d. tit. de inſtit.

ideo mandamus, vt nemini de cetero) ſic etiam tit. de inſt. et in concil. ſed Raim. et Cont. omittunt ideo, et de cetero. in duob. veterib. Greg. eſt, mand. quat. vt.

Epiſcopi) tui addunt Barcin. et concil. et d. tit. de inſtit.

Cap. 5. Alexander iij. Wigor. Epiſcopo) Idem, Barcin. rectius. Vigorien. alias Vintonie. Epo, Cont. non recte. Idem Wigor. Epo. uetus Gregor. Idem R. Vuigornienſi Epo, ſcribendum ex parte 36. cap. 3. et 4. poſt concil. Later.

pars cap. cauſam que vertitur.) p. c. cauſa quæ, Cont. non recte. Si quis integram clauſulam deſiderat, ex dicto cap. 3. partis 36. deſcribere poterit. Cauſam, quæ uertitur inter fratres Dunelmenſis monaſterij, et monachos S. Albani ſuper eccleſia de Tenemuda (ſiue Tinomuhe) audiatis, et appellatione ceſſante terminetis. etc.

et conſenſus) hæc omittunt Raim. et Cont. ſunt in concil.

acceſſerit) interceſſerit, vnus ex veteribus Gregor.

in aliquos) in alios concil. quod nondum probaui. Raim. vt editum eſt.

TIT. XVI. DE OFFICIO Archipreſbyteri.

CAP. 1. *ex concilio Toletano*) ex epiſt. Iſidori Hiſpalēſis Epi ad Leudefredū Epm Corduběſem, ex Iuone parte 6. cap. 20. decreti, qui Ludefredū ſcribit, et Gratiano d. 25. cap. 1. qui Ludifredū in vulgarib. libris, in veterib. Ludefridum

fridũ, ſiue Ludeſredum, quamuis apud Burch. lib.3.cap.50. hæc verba omiſſa ſint, et Lantfridus in veteri libro is Eps appelletur. omittitur etiã in Panor. Iuonis li.3.tit.4.c.1. in qua Iſidorus Hiſpanenſis, Ludofridus Carbunenſis Eps inepte appellantur. nos ſequimur ſubſcriptiones concilior. Toletanor. quamuis nihil videamus, cur non recte is vel Ludifridus vel Lantfridus Germanis nominib. appellari potuerit.

Vt Archipreſbyter ſciat ſe ſubeſſe Archidiacono) ſe ſubdere, et ſubeſſe, vetus Tarrac. ſe ſubdi, et ſubeſſe. Barcin. et Cont. ſe ſubdere, vetus Gregor. Archipresbyter ſe eſſe ſub Archidiacono, et ſciat. Iuo. Archipresbyter vero ſe etc. vt Iuo, Grat. vt editum eſt, vnus ex veterib. Raim. et multi vulgares, et Cont. Et pro Vt aliquando fuit in eod. Tarrac. veteri.

et eius præceptis omnib. vel præceptionib. ſicut Epi ſui obedire debet) eiuſq. præceptis, ſicut Epiſcopi ſui obedire ſciat, Iuo, et veteres Gratiani libri. ſciat ſe obedire, recentes libri. et eius præceptis, ſicut ſui Epi, obedire. Raim. et Cont. mihi illa delẽda videntur, vel præceptionib. ex proximis uerbis confecta. neq. ea ſunt in Tarr. veteri, in quo eſt, eiuſq. pro et eius, cetera vt edidimus.

et quod ſpecialiter ad eius) atq. ad eius ſpecialiter. duo veteres Gratiani libri, aptius.

in ordine poſitos curam agere) ſic duo veteres Gregor. et Grat. et Iuo, excepto vltimo verbo, pro quo habet gerere Iuo, et vnus ex veterib. Grat. libris, in ordine presbyterali poſitos curam agere animarum, Cont. et alij non recte. ordinem pro ordine olim fuerat in Tarr. veteri.

et quando Epiſcopi ſui abſentia eſſe contigerit) eſſe apud Iuonem deſideratur. et in Epi ſui abſentia, Raim. at Grat. vt Iuo. tantum in vno veteri eſt quamdiu pro quando. abſentiam pro abſentia vetus Tarr. recte.

ipſe ad vicem eius) ipſe Raim. et Cont. omittunt. ipſe vice eius, Iuo, & Grat.

et collectam dicat, aut) ſic etiam Raim. et Cont. et collectas dicat, vel. Iuo, et Grat.

Cap.2. Leo Papa) Leo IX. appellatur a quibuſd. ex veterib. libris.

in eo) ideo, vetus Tarr.

myſterium ſacerdotum Cardinalium) miniſterium pro myſterium, vetus Tarrac. Raim. et Cont. aptius. defendi tamen poſſunt edita, cum agatur de ſacroſancto ſacrificio, quod iure myſterium dicitur. ſacerdotes Cardinales hoc loco, non vrbis tãtum Romæ, ſed quarumcumque aliarum interpretamur, primos ſacerdotes, quibus tituli, hoc eſt parochiæ committebantur. ſed hæc olim fuerunt, omittique a Raimundo poterant paucis exceptis.

qui per ſollemniſſimum) vox per, in Tarr. veteri non eſt. qui ſollemne, Raim. & Cont.

ita vt viciſſim eos ſibimet ſuccurrere faciat) hæc omittunt Raim. & Cont. notatur in libro Romani ordinis nuper edito, ſingulis dieb. ſingularũ regionũ clericos miniſtrare Epo. erant autẽ regiones ſeptem, diaconi ſeptem, hypodiaconi ſeptẽ. feria ſexta regio prima, ſabbato ſecunda, die dominico tertia, feria ſecunda quarta regio &c.

quatenus a ſacroſancto die dominico) quapropter, Barcin. pro quatenus. vtrumq. omittunt Raim. & Cont. quatenus a ſacroſancta die dominica, vetus Tarrac.

Veram ſententiam &c.) Hæc omiſit Raim. addidit Cont. non ſuo loco.

ſapientiſſimi) viri addit Cont. ſunt autem verba Ieremiæ cap.48.

Maledictus homo, qui negligenter facit opera Dei) agit pro facit, Cont. Maledictus, qui facit opus domini fraudulenter, noſtra editio. ἐπικατάρατος ὁ ποιῶν τὸ ἔργον κυρίου ἀμελῶς. ſic vides Leonem Pontificem Græca magis, quam Latina verba fuiſſe ſecutum.

ſui obtemperando Epi) ſui Epi obtemperando, vetus Tarrac. aptius.

ne aliquando) nec pro ne, vetus Tarrac.

et reminiſcantur &c.) ſed pro et, vetus Tarr. et Barcin. & Cont. omiſſa autem eſt hæc clauſula a Raim. ſed cur hæc verba, & ſuperiora omiſerit, neſcio. ſunt enim præclara verba, & apte collocata. Contius tamen librarij, vt ſuſpicor, errato præpoſtere vtrumq. locum attulit.

labia ſacerdotum cuſtodiant ſcientiam) cuſtodiunt, pro cuſtodiant, vetus Tarr. cuſtodiunt iuſtitia, vel ſcientiam, Barcin. cuſtodiunt ſcientiam, & iuſtitiam, Cont. Sed Malachias cap.2. Labia enim ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam. ὅτι χείλη ἱερέως φυλάξεται γνῶσιν.

et legem requirunt ex ore eius, q.a.d.ex.e.) ex ore eius, q.a.d.e.e. Contius mendoſe. Malachias. & legẽ requirent ex ore eius; quia angelus domini exercituũ eſt. καὶ νόμον ἐκζητήσουσιν ἐκ στόματος αὐτοῦ· διότι ἄγγελος κυρίου παντοκράτορός ἐστι.

in Græ-

in Græcis verbis pro domini exercituum, domini omnipotentis eſt.

quæ in ſacerdotum) ſic etiam Raim. quæ ab eis in ſacerdotum, Barcin.

infirmos) infirmũ, Barcin. et vetus Tarr. et Raim. & Cont.

quæ ad purgationem animarum pertinent) omittunt hæc Raim. et Cont. non ſine negligentia.

in præcipuis) et pro in olim fuerat in Tarr. veteri; mox et in præcipuis.

adimpleat, aut ad oris ſui) impleat, aut ad ſui, Raim. et Cont. per pro ad, Barcin. cetera, vt edita ſunt.

cui committitur) cui comitetur, vetus Tarr. mendoſe. ſcribo, cui committetur.

veneranter peragant) ſcribe peragat, vt Barcin. et vetus Tarr. et Raim. licet Contius, peragat venerantur, mendoſe ob librarij flagitium.

Cap. 3 quando ibi) ſic veteres Gregor. ſed Cont. et alij, quando ſibi, mendoſe.

miſſam cãtat) canat olim, mox canit, vetus Tarr. canit, Raim.

veſtibus ſacris, qualiter ad miſſam) pro qualiter, & æqualiter, Barcin. quod non placet. et qualiter, veteres Gregor. cetera, vt edita ſunt. Contius, & alij, veſtimentis ſacris, et qualiter ad miſſam. ſacris veſtib. vetus Tarr. cetera, vt edita ſunt.

Chriſti propter) vox Chriſti, in vet. Tarrac. non eſt.

confeſſiones vero) vox vero in editis Gregor. deſideratur, eſt in veterib.

veniunt) venerint, vnus ex vet. Gregor.

per iuſſionem Pontificis) per prouiſionem Põtificis. Raim. et Cont. prouiſione Epi, vetus Tarr.

per iuſſionem illius) ad prouiſionem illius, vnus ex veter. Gregor.

Cap. 4. Itẽ ex ſynodo Rauenna etc.) Ante hoc caput in Barcin. eſt caput ex concilio Triburienſi, quod nos in finem voluminis reiecimus. poſt ea hoc ex eodem concilio ſumi dicitur. Idem ex ſynodo Rauen. habita, veteres Greg. et Cõtius in contextu. ſed in marg. alias Romæ a Io. PP. xii. et a Lamberto Imp. quæ ſi vera ſunt, Item ſcribendum eſt, non Idem, cum Leo antiquior aliquot ſęculis fuerit Io. xii. ſed magis arbitror Ioannẽ nonum ſiue decimum ſcribendum. is enim ſynodum Rauennæ coẽgit, et tum vixit Lambertus Widonis Fil. qui pater, et filius, et Reges Italiæ, et Imperatores dicti ſunt. Pro xii. et, IN eſt in vet. Tarrac.

Vt ſingulæ plebes Archipreſbyterum habeant) Hanc ſuſpicamur eſſe ſummam, ſiue titulum totius capitis: ſed Raimundo aliud viſum eſt. Et pro Vt, vetus Gregor.

ſingulis plebib. Archipreſbyteros eſſe volumus) pręeſſe, ſcribẽdum eſt, nõ eſſe, ex Barcin. et Tarr. veteri. hæc omnia Raim. et Cont. omiſerunt.

ſollicitudinem gerant) ferant, Barcin. gerat, duo veteres Gregor. gerant, Cont. et alij

eorum presbyterorum, qui per minores titulos) eorum, omittunt Raim. et Cont. viculos, vetus Greg. titulos, Cont. et alij. vtrumq. defendi poteſt; ſed titulos magis placet, quod eſt in vet. Tarr.

cuſtodiant) cuſtodiat, vetus Gregor. cuſtodiunt, Cont. et alij. cuſtodiant, vnus ex veteribus Gregor.

renuntient, nec obtendat) renuntiet, nec cõtẽdat, Barcin. ſic etiam vetus Gregor. olim tamen obtendat. Cont. et alij, vt Barcin.

quaſi ipſe) quia ſi ipſe, vetus Gregor.

quia etſi valde) et valde, vetus Tarr. alijs omiſſis. etiã ſi pro et ſi, vnus ex veter. Gregor.

matrici præeſt) ſic etiam vetus Gregor. ſed Cont. et alij, matrici eccleſię præeſt.

TIT. XVII. DE OFFICIO Primicerij.

CAP. *vn. Item ex concilio* Romani ordinis*) ſcribe libro pro concilio ex Barcin. ſic etiã eſt in Gregoriana collectione, in qua non recte Idem pro Item ſcribitur. Gregorius ex libro Romani ordinis, vetus Tarrac.

ſe eſſe ſub) ſe ſubeſſe, vet. Tarrac.

ad eius curam) Raim. et ad eius curam, quod placet. et ad eum curam, vetus Tarrac.

diaconib. donet lectiones, quæ ad nocturna officia dicuntur) in Tarracon. recenti vox (dicuntur) recenti manu addita eſt. forte etiam (quæ) vox tolli debet. nam in veterib. Gregorianis vtraq. omittitur. diaconis donet lectiones, quæ ad nocturna officia clericorũ pertinẽt, Cont. alij diaconib. ſcribunt, cetera, vt Cõtius. de hoc officio Primicerij ex epiſt. Iſidori viden. Iuo parte 6. cap. 20. Grat. diſt. 25. cap. 1. pertinẽt, pro dicuntur eſt etiam in Tarr. veteri, in quo pro donet olim fuerat doceat.

quacumq re) hora pro re, vetus Tarr.

habuerint, abſq. vlla vacet neglegẽtia) malo vacẽt, vt in Barcin. habuerit, abſq. vlla vacet negligentia, Raim. & Cont. & vetus Tarr.

inſtruendi ſunt) inſtruantur, Raim. & Cont. inſtituantur, vnus ex veterib. Gregor.

TIT. XVIII. DE OFFICIO Sacriſtæ.

CAP.

CAP. 1. *ex concilio*) Item ex concilio, vetus Tarr.
Vt ſciat ſe ſacriſta ſubiectum) Vt ſciat ſacriſta ſubiectum ſe eſſe, vnus ex veterib. Gregor. non male.
totius theſauri eccleſiæ) eccleſiaſtici, vetus Tarr. & Barcin. & Raim. & Cont. Iſidorus de officio theſaurarij videtur apud Grat. diſt. 25. c. 1. in fine, & ſuo. parte 6. c. 20. decreti.
ſiue in cera) ſiue in oleo, ſiue in cera, veteres libri Gregoriani aptius. in antiquiori recenti manu addita ſunt ea verba, ſiue in oleo. Cont. & alij, ſiue in cera, ſiue oleo. in Barcin. ſiue incerto, mendoſe. forte, ſiue incerta. aut ſiue incenſo, vt cap. 2. tit. 19. ſiue ad ceram pertinent, Tarr. vet.

TIT. XVIIII. DE OFFICIO CUSTODIS.

CAP. 1. *Ex cõcilio Romani ordinis*) ſcribe Ex libro Romani ordinis, vt Raim. Item ex libro Rom. ordinis, vetus Tarr.
ea ad) vox ea, aliquando in vetus Tarrac. non fuit.
In canonibus horis) ſcribendum, In canonicis horis, vt alij in Barcin. & in Gregorianis, & in vet. Tarrac.
Pallia vero, vel linteamina, altaria) altaris Barcin. & vetus Tarrac. & Raim. qui (vero) omiſit.
ſeu in extinguendo) vox in, omittitur in Gregorianis.
ut ne ſupra) ſic veteres Gregor. ne aut ſupra Cont. & alij. forte nec pro ne. ſcribendum eſt, vox vt in vet. Tarr. non eſt, quod placet.
ſed omnia) hæc pro ſed, vetus Tarr.
quæ noſcitur &c.) quæ omnium virtutum mater eſſe cognoſcitur, vetus Tarrac.
cui eccleſia cuſtodienda traditur) hæc non ſunt in Gregorianis. omiſſa a Raim. & Cõtio. traditur cuſtodienda, vetus Tarr.
ad hæc peragendum) ad hæc peragẽda, vet. Tarr.
coërceatur) cõpellatur, vnus ex veter. Gregor.
Epiſcopo nuntiando) ſic veteres Gregor. denuntiando, Cont. & alij.
in laudem, et nomen domini fiant) in laudem Dei fiant: et curetur, vetus Tarrac. in laudem domini fiant, veteres Gregor. Dei Cont. & alij. pro domini. pro verbo nomen, fortaſſe honorem ſcribendum.
qualiter poſſit Deus &c.) hæc clauſula deſideratur in Gregor. etiam apud Contium.
placari &c.) honorari &c. Barcin. laudari a ferventibus, vetus Tarrac.
Cap. 2. Ex concil. Toletano) in vno veteri Gregor. eſt Tolleranẽſi, mendoſe. Ante hoc caput eſt in Barcin. aliud caput, cuius initium Studeant, vide in fine huius voluminis. Item ex conc. Toletano, vetus Tarrac.
Cuſtos vero) vox vero a Raim. omittitur.
de omni) vox omni in vet. Tarr. non eſt.
columnarum) in luminarib. malo, vt Iſidorus d. c. 1. diſt. 25.
debet etiam per ſingulas) et per ſingulas, Raim. & Cont. omiſſo verbo debet.
ut oblationes vel decimas vel eleemoſynas ſeu decimas) aut ſeu decimas, aut vel decimas delenda ſunt, vt omnes oblationes, ſeu eleemoſynas, ſeu decimas, Barcin. & vetus Tarr. et pro vt, Raim. & Cont. cetera, vt Barcin.
cum euſdem conſenſu) cum eiuſd. tamen conſenſu, Raim. et Cont. in vno tamen veteri Gregor. vt editum eſt.
diuidat) diuidet Barcin.
plus meliores, & ſanctiores eſſe) eſſe in Barc. et in vet. Tarr. deſideratur. plus recte Raim. omiſit.
eſſe videatur) eſſe Raim. & Cont. omittunt, ne, Tullianũ exiſtimẽtur. videatur eſſe, vetus Tarr.
hi tres) et hi tres, vetus Tarr.
cuſtos) et cuſtos, vetus Tarr. et vnus ex veter. Gregor.
prouide ſimul) vox prouidi ab eiſd. omiſſa eſt.
ſimilis) coniũctis, olim in Tarr. veteri.
uno animo peragant) ſic etiam vetus Gregor. vno animo prouide peragant, Cont. & alij.
nec zelus) vel zelus, Barcin. neque zelus, vetus Tarr. et Raim. et Cont.
inter illos) inter eos, vetus Tarrac.

TIT. XX. DE OFFICIO

Vicarij, et eius beneficia.) eiuſq. pro & eius, vetus Tarr.

CAP. 1. *Maximo Syracuſano*) Maximo Epo Syracuſano. Barcin. et vetus Tarr. ſed ſcribendum eſt, Maximiano Epo Syracuſano, vt lib. 2. epiſt. 4. regiſtri. ſic etiã ſcribendũ eſt lib. 2. tit. 16. de præſumptionib. cap. 7. huius collectionis. vbi in Barcin. eſt Maximiano Epo. Raim. et Cont. Maximo Epo, et duo Tarr. Maximæ, tertius.
Mãdata cæleſtia) ſic etiam in regiſtro, et apud Raim. ſed in Barc. tã hoc loco, quã in titulo de præſum. Mãdata eccleſiaſtica. vtriuſq. ſcripturæ veſtigia exſtãt in veteri Tarr. hic, ſed d. c. 7. in trib. Tarr. vt editũ eſt.
onera partiamur) bona pro onera, vetus Tarr. et Barcin. tit. de præſum. ſed in regiſtro, et apud Raim. vt edidimus. quamuis in vulgaribus libris regiſtri partimur, in veteribus

partiamur

partiamur.bona patimur, olim in Tarrac.veteri,mox partiamur.

pro inde ſuper) ſic in regiſtro,& apud Raim.ſed tit. de præſum. in duob. Tarracon.deinde ſuper,in Barcino.immo ſuper,non recte,forte Inde ſuper.vt editum eſt,vnus Tarr.d.c.7.

cunctas) omnes,vetus Tarr.

te fratrem,et coëpiſcopum noſtrum) meum,d.tit.de præſum.reuerentiſſimum te virum Maximianũ,fratrẽ,& coëpiſcopum noſtrũ,in regiſtro. Raim.& Cont.TE ſolum ediderunt.

vicem ſedis Apoſtolicæ miniſtrare decernimus) ſic in veteri regiſtro.in alijs vices pro vicem.vices Apoſtolicas miniſtrare decreuimus.vetus Raimundi liber.vices Apoſtolicæ ſedis miniſtrare decernimus, Cont.& alij.vices pro vicẽ in vno ex veterib.cetera,vt edita ſunt.

quas ſ.vices &c.) Ante hæc verba multa ſunt in regiſtro,quæ ad titulum de officio Vicarij quadrare poterant.
„ Vt quiſquis illic religionis ha-
„ bitu cenſetur,fraternitati tuæ ex noſtra aucto-
„ ritate ſubiaceat,quatenus eis nõ ſit poſt hæc ne-
„ ceſſarium,pro paruulis ad nos cauſis,tanta ma-
„ ris ſpatia tranſmeando peruenire. Sed ſi quæ
„ fortaſſe difficilia exiſtũt,quæ fraternitatis tuæ
„ iudicio nequaquam dirimi poſſint;hæc ſolum-
„ modo noſtrum iudicium flagitent;vt ſubleua-
„ ti de minimis,in cauſis maiorib.efficacius oc-
„ cupemur. Quas videlicet vices &c.Raim.& Cont.pro his omnib.QVAS ediderunt,in Barcin.S.deſideratur ſub tit.de præſum.

quia in te ex tranſacta vita) ſcribe,quia ex tranſacta in te vita,vt ceteri habent.in te,in vet.Tarrac. non ſunt.

quid de ſubſequenti) ſic etiam Raim.& Cont.in regiſtro tamen eſt,quid etiam de ſubſequenti? quod pro quid eſt in uno Tarr.d.c.7.In fine addi poſſet,Dat.menſe Septem.Indictione decima,Pontificatus anno ij.

Cap.2.et G.Archidiacono) pro G.eſt in vet.Tarr. Wal.& in Barcin. Waltero.in veteri Gregor. Gul.in alio Saulo.in alijs,& apud Cont.vt editum eſt.omnia hæc nõ ſunt in concil.parte 30. cap.5.poſt concil.Lateran.

quod V.g.) quod H.Barcin.& concil.quod Pugil.vetus Tarrac.quod W.vetus Greg.quod Galter.quod V.alij,quod Hug.V.Cont.ſcribo,quod Hug.

de Rameſcia) de Rameſeia,concil.quod malo. de Rameſea Barcin.de Rameſia,Raim.alias Dumeſia,Cont.de Remenſia vnus ex veterib. Gregor.

et Thomam clericum ſuum) hæc Raim.& Cont. omittunt.& clericum ſuper,Barcin.non recte, & clericum ſuum T.concil.

petendo vicariam ſuam eccleſiæ de Burnelia) vox ſua neque Barcin.neque vetus Tarrac.neque concil.neque Raim.habent.pro Burnelia Barcin.Burnelie,cõcilia Buruuelle,Raim.Burnel. Tarr.vetus Bunde habent.pro petendo eſt tenendo in vet.Tarr.

xx.annis) ſic Raim.& Cont.xxix.annis.cõcil.

multipliciter vexare,ac) hæc omittunt Raim.& Cont.

vicarius fiat in alienis) ex pro in vetus Tarr.fiat vicarius &c.concil.vicarius in alienis exiſtat, Raim.& Cont.expeditior ratio erat, adeptione alterius beneficij, prius ſimile amiſiſſe,& hæc ad tit.de renuntiatione aptare,ſiue de reſtitutione ſpoliatorum.

d.n.per A.ſ.pr.m.qua.) diſcretioni tuæ &c.quatenus,cõcil.nõ recte.man.quat.Raim.& Cont. diſ.n.pr.m.qua,vetus Tarr.

rei veritate plenius inquiſita) hæc omittũt Raim.& Cont.diligenter pro plenius in concil.

ſi ita eſſe noueritis) noueris,concil.ſi eſt ita,Raim.& Cont.

ſupradictæ) prædictæ,Tarrac.vetus.

ap.& oc.re.diſtrictius) hæc etiã Raim.& Cont. omittunt.ap.ceſ.diſtrictius,Barcin.appellatione,& occaſione remota,diſtrictius,concil.apertius,remota pro.re.vetus Tarr.cetera vt edita ſunt.

non obſtantib. &c.) hæc omnia Raim.& Cont. omiſerunt.

per nuntium) aliquem,additur in concil.omnia ſunt omiſſa in vet.Tarrac.

impetrauit) impetrauerit, uetus Tarr.

contraria ſunt rationi,vel ſanctioni) pro vel in Barcin.eſt S.forte pro ſiue ſcriptum,ſunt contraria ſanctioni,eſt tantum in concil.

Cap.3.pars cap.conueniens) Venientes,vetus Tarrac.malo Veniens,ex parte 39.cap.5.et 6.poſt concil.Later.eius partis titulus eſt,de vicarijs monachorum,& aliorũ. licet in eodem cap.5. additum ſit in marg.Pars cap.ſecũdum.ſupra ne clericus,vel monachus.eſt autem id caput 3. partis 27.& in Gregoriana collectione cap.6. tit.ne clerici,vel monachi &c.ſub aliena inſcriptione ad Epm Lõdon.cũ hoc caput ſit apud Raim.& in concilijs ad Epm Elienſem,Apud Contium P.C.additur poſt ea verba,Elienſi Epo,quibus ſignificatur Pars capituli, ſed initium deſideratur ſiue operarum errato, ſiue ſcriptor.neglegentia.Si quis primam clauſulam huius reſcripti habere deſiderat, ex libro conciliorum repetere poteſt.ſed vt curioſis ſatis fiat:hoc eius capitis principium fuit.

"Veniens ad nos P. rector eccleſiæ de Geſtan. ſua nobis inſinuatione propoſuit, quod ipſe Ioannis de Feſcam, (ſiue Hocham,) qui multos habet eccleſiaſticos redditus, & vicarias in eccleſijs plurib. vicariam de Geſtun.† ſub annua trium marcarum penſione conceſſit; cum redditus illius vicariæ quattuor marcas valeant annuatim, &c.

† Geſtan ſupra

Prouideas attentius)ſic etiam Raim. Prouideas autem attentius. in concil. cap. 5. d. partis 39.
patiaris aliquem)patiaris quemlibet, concil.
eccleſijs, et perſonis)eccleſijs, & proprijs perſonis, cōcil. perſonis, & eccleſijs, Raim. & Cont. neutrum placet.
alienum eſt) vox eſt in Tarr. vet. omittitur.
ab ordine vicarij)ab ordine iuris, cōcil. & Raim. fortaſſe rectius, ab officio, vel a nomine vicarij, magis placeret. notū eſt carmen poetæ neſcio cuius nō inelegans. Eſſe ſat eſt ſeruum, iam nolo vicarius eſſe. & illud Chriſti. Nemo poteſt duob. dominus ſeruire. petis, alias iuris, vetus Tarr. pro vicarij.
vt vicariam)ne pro ut, Tarr. vetus. quod nondum placuit.
Cap. 4. Winton.) Victori, Tarr. vetus. Wand. vetus Gregor. Vintonien. concil. & Cont. & alij. Wigornienſi, alter minus uetus Gregor.
pars c. quamuis ſimus)hæc omittunt Raim. & Cont. integrā clauſulā videbis tit. prox. cap. 7.
Ad hec ſi perſona)cap. 2. dictæ partis 39. Si perſona. morem eſſe Anglorū ferunt perſonas appellare, quos alij parochos, ſiue titulares dicunt, veteres Cardinales. ſic ordinarios ſeruos a vicarijs Romani diſtinxerunt.
inſtituit)ſic Raim. & Cont. conſtituit, concil.
certam aſſignauerit portionem)aſſignauit portionem, concil. omiſſa voce certam.
illius ſubſtituitur eccleſia) vox eccleſiæ a Raim. & Contio omittitur. illius eccleſiæ ſucceſſit. concil.
eundem vicarium remouere)eundem, in conc. nō eſt. vicarium omittunt Raim. & Cont.
committat)committeret, concil.
ſit condemnandus)eſſet pro ſit concil.
Cap. 5. Nor Wicen.)Noruig. vetus Tarrac.
pars c. ſignificaſt.)hoc etiam omittunt Raim. & Cont. eſt q. etiam in concil. eſt d. parte 39. cap. 3. nondum autem initium huius epiſtulæ inuenimus ad Nor Wicenſem Epiſcopum. Fortaſſe ſcribendum eſt ſignificaſti pro ſignificauit, eſt enim hoc initio caput 9. tituli proxi mi ad eundem Epiſcopum.
Clericos)Clericos autem vel, concil. ſed Raim. & Cont. vt editum eſt.
vel in alijs inferiorib.) minoribus, concil. in omittit vetus Greg. ſed Contius, & alij, vt editum eſt.
conſtitutos) poſitos, vetus Tarrac.
in vicarijs eccleſiarum)ſic etiam Raim. & Cont. vox eccleſiarum, in concil. non eſt.
ſubſtituere)alios ſubſtituere, Barcin. & vetus Tarr. & concil. alios ſibi ſubſtituere. Raim. & Cont.
& rationi contrarium)& contrarium rationi, Contius addidit ut a Raim. omiſſa. & omni rationi contrarium, concil.

TIT. XXI. DE OFFICIO,

et poteſtate iudicis delegati.

CAP. 1. *Lundon. Epo*) Lug. Epō, vetus Tarr. Londonienſi Epo, parte 7. cap. 1. poſt concil. Later. eſt autem eius partis hic titulus: De poteſtate iudicum delegatorum, & de varijs litteris diuerſis tēporib. impetratis. A Londino in Britannia Londinenſem Epm dicendū eſſe ſuſpicor. ſed qui Londoniū, ſiue Lundoniam dicebant, Londonienſem, ſiue Lundonienſem Epm dicere poterant. exſtat Lundoniæ vox apud Gregor. lib. 12. epiſt. ſiue cap. 15. regiſtri. ex quo eſt cap. 1. de maiorit. & obed.
vt cauſas) ſic etiam in concil. vt omnes cauſas, Barcin.
cauſa per te fuerit commiſſa) cauſa fuit per te commiſſa, concil. quod non æque placet. fuerit cauſa per te commiſſa, vetus Tarr.
eadem cauſa)ea cauſa, vetus Tarr.
commiſſa a p. re.)appellatione ceſſante commiſſa, concil.
alior.)etiam aliorum, vetus Tarr.
audiendam)terminandam, Tarr. vetus.
quæ rponat.)addo &c. & infra. nam nondum quæſtio conſcripta eſt. Vide caput 7. de appell. in Gregor. collectionē. verbum interponat, in Tarr. veteri deſideratur.
Conſult. t. t. reſpondemus) Conſultationi tuæ reſpondemus, Barcin. & cōcil. Super quo conſultationi t. t. reſpon. vetus Tarr.
Cap. 2. Idem)Bathonenſi Epo, d. parte 7. capite Londonen. Epo, Raim. & Cont.
a nobis ex parte tua)hæc Raim. & Cont. omittūt, ſunt in cōcil. nobis pro a nobis, vetus Tarr.
de his, quos diligunt, aut tueri volunt)hæc itidem ſunt in concil. & omittuntur ab eiſdem.
minis, aut terrorib ſuis)et pro aut, cōcil. aut verborib. veteres Greg. Cont. & alij, ac. ſuis omittunt Raim. & Cont.
et ſic mandatum noſtrū eluditur)eliditur, alias eluditur, vetus Gregor. ſed Cont. & alij, vt editum eſt. & mandatum noſtrum eludunt, concil.

Id tibi

ſed tibi)ſic etiam in cõcil.ſic tibi, Raim.et Cont.
trahuntur in cauſa)in cauſam, rectius concil.et Raim.
cenſura eccleſiaſtica)ſic etiã in cõcil.diſtrictione eccleſiaſtica, Raim.et Cont.
Cap.3 Eboracen. Epõ)ſcribo Archiepõ, vt in concil.d.parte 7.c.3.et parte 36.c.5.et parte 41.c.7. Eboren. Archiepo, Barcin. Bonon. Epõ, Raim. et Cont.non recte.ſed cap.9.de ſenten.et re iudicata, Eboracen. Archiepõ.
pars c. Inter ceteras.)ſic etiam, Cont.eſt autem, vt ſuſpicor cap.4.de reſcriptis in hac, et in Gregor.quod eſt cap.1.d.partis 41.confirmãtur hæc verbis capitis 9.de ſent.et re iud. in Gregor.et 17.tit.de appell.huius collectionis.
ſi nobis)ſi a nobis, vetus Tarr.
ſuper aliqua cauſa)hæc non ſunt parte.7.c.3.in concil.ſed parte.41.c.7.ſunt, et habent Raim.et Cont.
litteræ prius impetrentur)ſic vtrubiq.in concil.litteræ impetrentur, vetus Gregor.litteræ impetrantur, Cont.et alij.
litteræ opponuntur)litteræ obiciantur, Barcin.litteræ impetrentur.d.parte 7.litteræ obtinẽtur, d.parte 41.et in veteri Gregor.ſed Cont.et alij, vt editum eſt.
innotuerint) innotuit. d.parte.7. innotuerit.d. parte 41.et Raim.et Cont.quod malo.
ſignificant veritatem)voluntatem ſcribendũ eſt, vt habent omnes, Barcin.& concilia, et Raim.et Cont. recognoſcant voluntatem.d.parte.7.nõ recte.
executioni litterarum debet penitus ſuperſedere)executione, in concil.pro executioni.cetera, vt edita ſunt.executioni ſuperſedeãt vtrarũq. Raim. et Cont.
ne pro varietate)ſic Raim.et concil.parte 7.ſed parte 41. alias ne præ varietate.
Item cum aliqua cauſa etc.)Hæc Raim.cap.9.de ſent. et re iud. nõ ſunt in cõcilijs parte 41.ſed pro his parte 7.cap.3.aliena quædam adiciũtur ex iure ciuili. quorũ initiũ eſt. Et hoc iubemus obſeruari ab omni adminiſtratore etc. mox cap.4.Idem. Cum aliqua cauſa etc.et parte 36. cap.5.Idem Eboracenſi Archiepõ. Cum aliqua etc. vt editum eſt cap.17.de app.in hac coll.
ap.re.)ſic in cõcilijs vtrubiq.et Raim.et Cont. ſed in vno Tarracon.cap.17.de appell.ap.ceſ. at in Barcin.vtrubiq.vt editũ eſt.in alijs duob. Tarr.vtrubiq.ap.re. alterum ſignificat appellatione remota, alterum appellatione ceſſante.
eam euacuari) eam vacuare. cõcil.p.7.ſed p.36. vt editum eſt.
debitiſtari) lare, vetus Tarr.
continet iniquitatem)ſic parte.7.c.4.et in duob. Tarracon.vtrubiq.ſed in Barcin.d.c.17.et parte 36.c.5.in cõcil.et in vno Tarr.et apud Raim. et Cont.contineat.eſt tamẽ in vno ex veterib. Gregor.continet.
Cap.4. Idẽ London. Epõ) London. Epõ, in cõcil. Lond.in veteri Gregor. Londonẽn.in alio. Lõdenn.at Lunen. Cont. Londenſi in alijs. Item Londen. vetus Tarr.
Si pro debilitate, vel pro aliqua)tua additur in concil.poſt verbũ debilitate.vel aliqua, omiſſo pro, Barci. Si pro debilitate, vel qualibet alia, Raim. vetus liber.vel pro qualibet alia, Cont.et alij. vel aliqua alia, vnus ex veterib. Greg. Si pro infirmitate, vel pro aliqua, Tarr. vetus.
graui neceſſitate) ſic etiam in concil.neceſſitate graui, vetus Gregor. graui cauſa, vel neceſſitate, Cont.et alij.graui infirmitate, alius ex veterib. Gregor.
interreſſe non poteris)ſic etiã Raim.et Cont.adeſſe non poteris.concil.
perſonis diſcretis, et idoneis)alijs perſonis idoneis, et diſcretis, concil.ſed Raim.et Cont.vt edidimus.
ita quod)ſic in concil.et in veterib. Gregor.ita tamen quod, Cont.et alij.
commode terminari)omnino terminari, cõcil.ſed alij, vt editum eſt.
*Cap.5. Willelmo (an electo)*Car.pro Can.erat in Tarracon.recenti, et Barcin.ſed Can.ego Cantuarienſi interpretabar.in concil.parte 7.cap.6. Vu.Carnotẽſi electo.et Cont.et alij V.Carnotẽ.electo.at vnus ex veterib. W.Card.clerico. alter Guilermo Cardinali electo. Ving.Cant. electo, vetus Tarr.
in certum) infra certum, vetus Tarr. Barcin.et vetus Greg.intra certum, concil.et Cont.et alij aptius.
ab Apoſtolico)ſic etiam in concil.et in quibuſdam Gregor.ab Apoſt.ſede, Contius addidit, cum Raim.hæc omiſiſſet. Apoſtolicus autem Pont.Rom.dicebatur, vt in litanijs. Vt domnum Apoſtolicum conſeruare digneris.
conſenſu partium)vox partium in concil.nõ eſt.
cognitionem)ſic omnes, præter vnum ex veterib. Gregor.in quo eſt diſcretionem.
Illis etiam)Alterius capitis initium eſt cum hac inſcriptione IDEM, in Barcin. Illi etiam, cõcil. ſed Raim.et Cont.vt editum eſt.
neglexerint)cõtẽpſerint, in vno ex veterib. Gregor.et in alijs editis eſt in marg.
fuerit negotium)negotium fuerit, vetus Tarr.ſit negotium, vnus ex veterib. Gregor.
canonibus)ſic veteres Greg.in canonib. Cont. et alij.
eam infligas) ſic etiam in concil.eandẽ infligas

Raim.et Cont.
punias)punire procures,Raim.et Cont.ſed in concil.vt editum eſt.
Cap.6.Archiep̃o Sen.)Senon.Barcin.recte,et in vet.Greg.Senonenſi in cõcil.d. part.7.cap.7.et Cont.et alij.addit Cont.alias Cenomanenſi, quod mendoſum eſt pro Cenomanenſi.
Sicut Romana et infra)Hæc omiſit Raim.et vet. Tarr.P.c.Sicut Romana,Barcin.et Cont.exiſtimo autem eſſe partẽ eius capitis,cuius initium collocatum eſt ſub titulo de reſcriptis.c.1.
ſine litteris commiſſorijs)citatorijs,concil.nõ recte. omnia omiſſa ſunt a Raim.et Contio,hæc litteræ commiſſionis poſtea appellantur.ſine cõmiſſorijs litteris, vetus Tarr.
exigere cõtumacem) cogere cõtumacem, ſcribẽdũ,vt in Barcin.et cõcil.et Raim.et in vet.Tarr.
ſi non venerit)ueniat veteres Gregor.ſed in concil.et Cont.et alij,vt editum eſt.ſi non venit,vetus Tarr.
quod poſt quã ei cauſa)ſic etiã Raim. et Cont.ei deſideratur in Barcin.quod quãuis ei cauſa,cõcil.
delegetur)ſic in cõcil. delegatur Rãim.et Cont. in vno tamen veteri delegetur.
et etiam)vox etiam non eſt in concil.neq.in veterib. Greg.et Tarr. quod probo.ſcio tamẽ illius tẽporis eſſe erratũ frequens,in vno veteri eſt, compellere contumaces,et ſeueritate.
aut partes) aut etiam partes,Barcin.
mandatum non habeant)ſic in cõcil.et in veterib. Greg.mãdatũ noſtrũ nõ habeãt.Cont.et alij.
ſuper his omnib.)ſic etiam in cõcil.hic omittũt Raim.et Cont.
ſpectare noſcũtur)pertinere noſcũtur,cõcil.ſed vt editum eſt,Raim.et Cont.
recipit poteſtatẽ)accipit pro recipit,vnus ex vet. Gregor.
Cap.7.Winton.)alias Wig.Cont.W.vet.Tarr.
Quamuis ſimus multiplicitate etc.)Multa omiſſa a Raim.addidit Cont. ſunt etiã in concilijs parte 7.cap. 8. inepte in quibuſdã Gregor.Quamuis ſi unus.
præter communne debitum)ſic etiam cõcil.propter Cont.non recte pro præter.
tua fraterna caritas) tua fraternitas,concil.et Cont.
quæ nobis enodanda) ſic etiam cõcil.quæ a nobis enodanda,Cont.non male.
tua voluit diſcretio)dilectio concil. ſed diſcretio Cont.
Innoteſcat autem)Innoteſcat itaque,Barcin.concil.et Cont.
poteſt alijs delegare) ſic etiã Cont. poteſt alij, vel pluribus delegare,concil.
et terminandam)hæc in Barcin.non ſunt.
aut etiam,vt allegationes audiant,et rationes)aut etiam,vt audiant rationes,et allegationes,cõcil. aut etiam allegationes audiãt,Barcin.aut vt audiant allegationes,et rationes,Cont.audiãt allegationes,vetus Tarr.cetera,vt edidimus.
ſententias ſibi ſeruent) ſententiam ſibi ſeruent,cõcil.ſententiam ſibi vt reſeruent,Cont.
vel vt horum)vel horum,Cont.
tantummodo faciant)faciant tantum,concil.
voluntatem,et)hæc omiſſa ſunt in vet. Tarr.
et ſi ſibi ſit)licet ſibilet hæc oratio,rectior eſt,quã ea,quę in cõcilijs,et apud Contiũ legitur, et ſi tibi ſit.
alij ap.)alijs ap.Cont.
Cap.8.*Idem eidem*)adde in eadẽ,ex d.parte 7. c.10.nam ex eodẽ reſcripto ad Vintoniẽ.Epm ſunt tam hæc duo capita,quam id, quod inter hæc collocatur in cõcilijs caput 9.in Gregoriana vero eſt cap.3.de reſcriptis. Vidimus etiã ſupra tit.20. cap.4.quod eſt caput 3.de officio Vicarij in Gregor.ex eodem reſcripto ſumptum. vox eidem in vet.Tarr.non eſt.
habeat facultatem) habet facultatẽ. concil.Hoc caput Raimũ.omiſit,quia capite proximo idẽ conſtituitur.
Cap.9.*Nor Wic.*)Nor Wicen.vetus Tarr.
Significaſti nobis per litteras tuas etc.)Recte Cont. a Raim.omiſſa addidit.ſunt etiã d.parte.7.cap. 11.ordo verbor.mutatur in vet.Tarr.vox enim nobis eſt poſt vocem tuas.
ad mandatum ipſius)ſic etiam in cõcil.illius pro ipſius,Cont.quod non placet.
vel alijs)vt pro vel Cont.vel, aliquando in vet. Tarr.deſiderabatur.
mancipari non poſſit)mancipare non poſſit, concil.non male.mancipare non poſſe,Barcin.et Cont.quod nondum probaui.mancipari non poſſe,duo Tarr.libri.
Super hoc autem cõſulo.t.taliter reſpõdemus)autem Cont.omittit.in cõcil. vt editum eſt. conſult.t. t.reſp. Raim. tuæ pro t. vnus ex Tarr. cetera, vt edita ſunt.
effectui mancipare)ſic in cõcil.et in veterib.Gregor.ſuo effectui mancipare.Cont.et alij.
iudex cauſam auctoritate ſibi commiſſa) ſic etiã in concil.et in veterib.Greg. eam pro cauſam Barcin.aptius.error ex compẽdio verbi cauſam ortus eſt.iudex eam auctoritate noſtra ſibi commiſſam,Cont.et alij non recte.
et ſi qui ſibi reſtiterint,eos)et ſi quis ſibi reſtiterit, eum.concil. vt editum eſt,Raim.et Cont.
eccleſiaſtica ſententia coërcere)canonica ſententia coërcere,Barcin.eccleſiaſtica cenſura coërcere, concil.aptius.Raim . et Cont. vt editum eſt.in vno tamẽ ueteri eſt cenſura, vt in concil.
Cap.10.

Cap. 10. Idem) ſic etiam Raim. et Cont. ſed ſcribendam, Idem eidem in ead. epiſt. ex cap. 12. dictæ partis 7. aut tota inſcriptio erat omittenda.

Si quando clerici) Si quãdo vero clerici, concil. et duo libri Tarr. ſed Raim. et Cont. ut editũ eſt.

coram eodem iudice) coram iudice delegato, unus ex ueterib. Gregor.

obtinuerint) obtinuerunt, duo Tarr.

certum ſit) certum eſt, unus ex veterib. Gregor.

nullatenus habuiſſe) non habuiſſe, unus ex veter. Gregor.

inſtare debet) vox debet neq. in concilijs poſteriorib. eſt, neq. in Gregor. collectione. in priore editione concil. ut editum eſt, et in uno ex veterib. Gregor.

ut defferat illos) ſic etiam in concil. eos, Raim. et Cont.

in poſſeſſionem mittere) corporalem additur in uno ex veterib. Gregor.

rei veritas) hæc olim in concil. deſiderabantur.

Cap. 11. certam formam) certam cauſam, concil. non recte.

ad te, & alios) ad te, et ad alios, concil. & unus ex veter. Tarrac.

f. t. taliter duximus reſpondendum) diſcretioni tuæ tale damus reſponſum, concil. varietas ex compendijs orta. fraternitati tuæ, pro f. t. vnus ex veter. Tarrac.

cognoueris eas) ſic in concil. ſed vox eas in Barcin. non eſt.

aut per ſuppreſſionem) et pro aut, in concil. quod non æque placet.

Cap. 12. Idem) ſic etiam in concil. cap. 14. ſed in Barcin. additur, pars c. meminimus. vide cap. 3. qui clerici, vel uouentes, et cap. 13. de accuſ. in Gregor. et vide ſupra tit. 9. c. 4. Omiſſum videtur a Raimun. quod de hac re dictum ſit cap. 5.

ultra præfixum diem) terminum pro diem in concil.

Cap. 13. Idem G. Landon. et R. Wigor. Epis) Idem London. et Vuigorenſi Epis, concil. et Wigor. Epõ, Barcin. mihi videtur ſcribi potuiſſe, Idem G. Londonienſi, et R. Wigornienſi Epis. G. Longo, & R. W. vetus Tarr. G. Lodon. & R. Wig. Epis, minus vetus.

Peruenit ad nos) Peruenerat ad nos, concil.

cum Epiſcopus olim ad vos) cum ad vos olim, concil. cum ipſe olim ad uos, Barcin. rectius. Cum ipſe ad vos olim, duo Tarrac.

de Giledeſia) de Gilegiegia, Barcin. de Gitebergia, concil. de Lidenligui, vetus Tarr. de Gidilegia, minus vetus.

pridem iuramento) iam pridẽ iuramento, concil. ei reſtitueretis. prædictus T. alias litteras poſterius impetratas) ei reſtitueres. prædictus vero T. alias litteras a nobis poſterius impetratas, concil. nõ recte, cum rectius ſit, reſtitueretis. at in Barcin. eſt, ei reſtitueretis, non obſtantib. litteris, quas prædictus P. T. a nobis poſterius impetratas. In duob. Tarr. reſtitueretis ei. prędictus T. alias litteras a nobis poſterius impetratas.

f. u. atq. pr. qua) fraternitati ueſtræ, atq. prudentiæ, quatenus, concil. quod non placet. ſed pro prudentiæ ſcribendum eſt præcipimus, fraternitati ueſtræ, atq. præcipimus. duo Tarrac. tuæ pro veſtræ antiquior Tarrac.

litteris) noſtris additur in vno ex veter. Tarr.

continentur expreſſum) ſic etiam in concil. ſed in marg. alias expreſſum, quod malo.

ſubtraximus) ſubtraxerimus, concil. et vet. Tarr.

apud vos connoceetis) cõuocetis ante vos, duo Tar.

iuxta aliarum litterarum noſtrarum tenorem) noſtrarum in Barcin. deſideratur. iuxta tenorem alterarum litterarum noſtrarum, concil.

Cap. 14. Brixien. Epõ) ſic etiam Raim. et Cont. ſed in concil. Lexouien. Epõ. vide cap. 5. & 6. de reſtit. ſpol. in Gregor. Briſieſi Epõ, vet. Tar.

In litteris quas tua &c.) Recte Cõtius addidit a Raim. omiſſa, quæ etiam ſunt in concil. d. parte 7. cap. 16.

poſtulaſti exhiberi) ſic etiam Cont. ſed in concil. poſtulas exhiberi.

iudicatæ rei) rei iudicatæ, vetus Tarr. et concil. et Cont.

ſuper quo conſultationi t. taliter reſpondemus) ſuper quo utiq. paternitati tuæ taliter reſpondemus, in concil. ſed fraternitati malo, quã paternitati, ſiue prudẽtiæ. Apud Cont. ſuper hoc itaq. prudentiæ tuæ t. reſpondemus. At Raim. Con. t. t. reſp. ſuper quo utiq. prudentiæ tuæ taliter reſpondemus, duo Tarr.

ſi potuerit) ſi potuit, concil. et unus ex vet. Tarr. ſi non potuerit, Barcin. quod defendi poteſt. omnia Raim. et Cont. omiſerunt.

ſententiam executioni mandauit) ſic etiam Raim. et Cont. executioni mandauerit, concil. omiſſo uerbo ſententiam, non recte.

vel præcepit mandari) vel pro ſe petierit mandari, concil. uel mandari præcepit, Raim. et Cont.

ſuo officio eſt functus) functus eſt officio ſuo, cõcil. eſt officio ſuo functus, Raim. et vnus ex veter. Tarr.

Cap. 15. Abbati ſancti Albani) ſic etiam in concil. parte 7. c. 17. et in veterib. Gregor. Albini, Cõt. et alij, et vetus Tarr.

Conſultationibus ſingulorum &c.) Hæc Raim. omiſerat, Contius addidit. ſunt etiam in concil. ex his poſſunt alia capita eiuſd. initij reſtitui. Con

 ſul

ſultationi, vnus ex veter. Tarrac.

ſuſceptæ ſeruitutis cogimur) ſuſcepti regiminis cogimur, Barcin. ſed in concil. ut editum eſt. ſeruitutis ſuſceptæ cogimur ſingulis, Cont. non vellet.

ſi quid dubietatis) ſic etiam concil. et Cont. dubitationis, Barcin.

in mente) in mentem, Tarr. vetus, cōcil. et Cont. quod nondum concoxi.

a nobis ſiquidem) ſi quidem a vobis, concil. hæc omiſſa ſunt a Raim. et Cont.

vtrum ſi aliquis) ſic etiam Raim. et Cont. vt ſiquis, concil. vtrum ſiquis, unus ex veter. Tarrac.

poſſeſſione qualibet, ſi aſſeuerans) aſſerens, Barcin. aliqua pro qualibet, concil. ut editum eſt, Raim. et Cont.

vt a nobis ad iudicem litteras optinet) poſtulat, vetus Tarr. et a nobis ad iudices litteras obtinuerit, concil. et veteres Greg. et, non habet Cont. et alij, cetera vt in concil. ſed mox omnes habēt iudici non iudicib.

eum eſſe ſpoliatum, qualiter poſſeſſio) eum eſſe taliter ſpoliatū, poſſeſſio, duo Tarr. cōcil. et Raim. et Cont. ſed in Barcin. nec taliter eſt, nec qualiter. ſingula defendi poſſunt.

ei debeat) debet ei, duo Tarr.

qui tenebat) qui tenet, Barcin. concil. et Raim. et duo Tarr.

vel poſſeſſionem ſiquam) ſic ſcribendum in concil. in quib. monſtri inſtar eſt, vel poſt quam.

de litteris ipſis) ipſis, deſideratur in concil. ipſius, vetus Greg. ſed Cont. et alij, vt edidimus, et vnus ex veterib. Greg.

vel peregrinationis) vel, omittunt omnes Gregoriani, et concil. et vnus Tarr. ego vel pignore contendum ſcribendum eſſe.

nec infra præfixum tempus) nam pro nec, in concil. mendoſe. uetus Gregor. vt editum eſt nec intra tempus præfixū, alias præmiſſum, Cont.

vtique conſultationi t. taliter) hæc omittunt Raim. et Cont. pro his eſt in concil. itaq. inquiſitioni tuæ taliter. vtique inquiſitioni tuæ taliter, vetus Tarr.

nec poteſt) non poteſt, vetus Gregor.

teſtimonium habere) teſtimonium habere, in concil. magno ſcriptoris flagitio.

ſi per contumaciam abſentaſſet) per contumaciam ſe abſentaſſet, vetus Tarrac. Hæc habēt Raim. et Cont. deſiderantur in concilijs, vt cetera vſq. ad illa, terminū prorogauerit. feſellit enim ſcriptorem, quod bis ſcriptum eſſet, (qui poſſidet) et priorib. verbis ſcriptis, credidit ſe poſteriora ſcripſiſſe. itaq. addidit medijs omiſſis, quæ ſequebantur. idem erratū eſt in vet. Tarr. ſed alias

manu ea addita ſunt.

ſi etiam index eſt) ab his verbis ad finē omittūt Raim. et Cōt. ſi autem iudex etc. vnus ex Tarr. et Barcin. non recte, forte etiam ſi iudex, ſcribendum eſt.

vedimus eius) in præſenti cauſa, vnus ex veter. Tarr. non ſine mendo.

ſine conſenſu vtriuſq.) partis additur in concil. vide caput quintum huius tituli, quod in Greg. 4. eſt.

Cap. 16. Cremonen. Epo) ſic in concil. et in multis Gregor. Archiepo, in Barcin. mendoſe. Cantuar. Archiepo, Cōt. in marg. Cremonen. Epo, vnus ex veterib. Gregor. Cano. Epo; vetus Tarr. Cat. Archiepo, alter minus vetus mendoſe.

Sane quia nos in primis &c.) Videtur eſſe pars capituli, nōn initium. ideo ante hæc verba eſſet ſcribendum, Pars cap. * - - - Recte autem Contius addidit, quæ Raim. omiſerat, eadem ſunt in concil. d. parte 7. c. 20.

iudex delegatus Epis) ſic in concil. et apud Cōt. vox delegatus in Barcin. deſideratur.

faciendum) uel faciendum, duo Tarr.

et laicum, vel clericum) et clericum, et laicum, Cont. quod non placet. in concil. vt editum eſt. et clericum, vel laicus, vnus ex Tarr.

de mandato noſtro ſuſcepit) additur terminādam, in Barcin. et in veteri Tarrac. ſuſcipit pro ſuſcepit, alter Tarrac. a mandato noſtro ſuſcipit terminandam, concil. ſuſceperit, Cont. cetera, vt in concil. a pro de non placet, cetera defendi poſſunt.

duximus reſpondendum) ſic etiam Raim. et Cōt. ſed in concil. damus reſponſum, quod non placet, et videtur ex compendio erratum ortum (d. reſp.)

ſuſcipit terminandam) ſic in concil. ſuſcepit pro ſuſcipit, veteres Gregor. ſuſceperit, Cont. et alij ſuſcipit olim fuerat in Tarrac. veteri, hodie ſuſcepit.

ideo ſi) ideoq. ſi, Raim. et Cōt. ſed in cōcil. ideo ſi.

in cauſa) illa, addit vetus Tarr.

quam ei delegauimus) ſic Raim. et Cont. illi pro ei, concil. et duo Tarr. delegauimus, vnus liber.

ac contumax) ſic veteres Gregor. aut, concil. et Cont. et alij. et pro ac, vnus ex Tarr.

vel quantitatem) hæc omittunt Raim. et Cont. et vnus ex Tarr. ſunt in concil.

vel interdicti, vel ſuſpenſionis ſententia) ſic in concil. et apud Cont. et alios. vel per interd. vel ſuſpen. ſententiam, vetus Gregor.

itaq. iudex) ita quod iudex, cōcil. Raim. et Cont.

negotij) iudicij unus ex Tarr.

ingreſſum eccleſiæ) ſic etiā in concil. ingreſſum eccleſiæ,

eccleſiæ, vetus Tarr. et Raim. et Cont. nō male. *aut etiam terrā illius*) vel etiam terrā ipſius, vnus ex veterib. Gregor.

ſuam pertinet, ſpecialiter) in vno Tarr. et in concil. aptius, ſuam ſpecialiter pertinet. ſcribi poteſt, ſuam pertinet ſpecialiter, interpunctione mutata. eius pro ſuā, eſt in Barcin. et in vno ex veterib. Gregor. elegantius. ſed contemnunt hæc noſtri Pontifices tēporib. ſeruientes. vox ſuam in vno Tarr. non eſt, in quo ſpeciali pro ſpecialiter ſcriptum vidimus.

In fine huius capitis in cōcilijs adduntur verba capitis 5. de teſtib. cogendis, et capitis 31. de appellat. huius primæ collectionis.

Cap. 17. et Epō Conuentren.) ſic Raim. et Cont. et Couentren. Epo, d. parte 7. c. 21. omnia hæc omiſſa ſunt in Barcin. et in vno Tarr. quod ali qua ratione defendi potuit ex calce huius reſcripti.

Ex parte N. capellani nobis) ſic etiam in concil. vox capellani omiſſa eſt a Raim. et Cont. vox nobis aliquando in uno Tarr. omiſſa fuerat.

frater Conuentren.) ſic vetus Greg. Epiſcope, addit Contius, et alij. frater Couentren, Epiſcope. in concil. poſterioris editionis, nam in priori edi tione vox Epiſcope non erat. ſuper controuerſijs, Barcin. non ſine mendo.

impetrauit) ſic vetus Gregor. impetraſſet Barcin. et vnus Tarr. et concil. impetrauerit, Cont. et alij.

in eccleſia) ſic etiam in concil. tua, addidit Raim. non male; quæ vox in duob. Tarr. exſtat.

uacare contigerit) ſic in concil. vacare contingeret, vnus Tarr. et Raim. et Cont. aptius.

R. *aduerſarius eius ad te*) R. aduerſarius eius alias ad te, concil. non male. apud Cont. et alios, a te pro ad te mendoſe, cetera ut in concilijs. R. alias ad te, vetus Gregor. in priore editione concil. alias ad te, deſiderabatur. ℞. pro R. vetus Tarr.

litteras, ſicut dicitur, impetrauit) ſic etiam in cōcil. litteras impetrauit, Cont. et alij. ſed in veteri Gregor. impetrauit ceteris omiſſis.

auunculus ſuus) auunculus eius, concil. aptius. ut editum eſt, Raim. et Cont.

in ea eccleſia) in eadem eccleſia, Barcin. et Raim. in iam dicta eccleſia, concil. in eccleſia Conuen. vnus ex Tarrac.

ei faceres aſſignari) aſſignare, prior concil. editio. faceres ei aſſignare, olim in vet. Tarr. mox aſſignari.

nos præfato N.) ſic etiam in concil. ſed Raim. mutauit, nos pro prædicto N. aptius. ſcribo nos pro præfato N. vt eſt in vet. Tarr. in altero vox nos ſcripta eſt ante Sl, et pro ſcripta pro nos.

noſtras ſicut prædiximus) hæc omittunt Raim. et Cont. ſunt tamen in concil. diximus, eſt in vno Tarr. omiſſa ſyllaba præ.

nullatenus ſcripſiſſemus) non ſcripſiſſemus, Raim. et Cont. eius nullatenus ſcripſiſſemus, concil.

nolentes litteras noſtras &c.) hæc uſq. ad illa man. quat. omittunt Raim. et Cont.

occaſione hac) occaſione aliqua, concil.

f. t. per A. ſ. pr. m. qua.) mendoſe in cōcil. ut ſæpe, fraternitati tuæ etc. quatenus. in Barcin. quoq. non ſine mēdo. f. t. per. A. pr. com. qua. quamuis ſi poſt A. addamus ſ. defendi poterit. ut ſignificetur, per Apoſtolica ſcripta præſentia committimus, quatenus. forte quod eſt, ſignificat; per Apoſtolica præcepta committimus, quatenus. mandamus, quod; vetus Greg. mand. quatenus, Cont. et alij. Mirum autem eſt, cur cum altero loquatur, nec repetat (frater Eboracen.) aut cur non addatur clauſula ad Epm directa. Iure igitur Raim. finē huius capitis immutauit.

præſcriptum Conuentrenſem commoneas, ut) vox Conuentren. in Barcin. deſideratur. præſcriptum Epm admoneas, ut, concil. hæc omnia Raim. et Con. omiſerunt. prædictum Epm pro præſcriptum, eſt in vno Tarrac. hoc amplius in altero vox Conuentren. deſideratur.

eccleſiæ ſuæ) ipſius eccleſiæ, Raim. et Cont. ſuæ in Barcin. deſideratur. vt editum eſt in concil.

ſi vacat iuxta promiſſum ſuum aſſignet) ſi uacet, in concil. ſi uacat, non obſtantib. poſteriorib. litteris aſſignetis, Raim. et Cont.

quæ ab aduerſario &c.) hæc etiam omittūt Raim. et Cont. ſunt vero in concil.

poſt modum) primo, vetus Tarr. quod nondum placet.

fuerint) fuerunt, vnus ex Tarr.

Cap. 18. Idem Eboracen. Archiepō) ſic Raim. et Cont. ſed in concilijs parte 41. quæ de exceptionib. inſcribitur, cū eadem inſcriptio ſit, vox Idem non ad Alex. 3. ſed ad Lucium 3. refertur.

Ex parte tua quæſitum eſt a nobis &c.) Recte Contius addidit, quæ Raim. omiſerat. eadem ſunt in concil. ſed pro tua habent, fraternitatis tuæ. et mox, fuit a nobis requiſitum. eſt nobis, pro eſt a nobis, fuerat olim in vno Tarr.

formam ſibi commiſſam debeant ſequi, quod) ita formam ſibi commiſſam ſequi debeant, quod, in concil. pro quod, ita quod, Barcin. cetera, ut edita ſunt. itaque pro ita quod mendoſe Cont. cetera, ut Barcin. ita debeant ſequi, quod, vetus Tarrac.

non admittant) non dimittant, vnus Tarr.

Super quo taliter reſpondemus) Super quo itaq. tuæ prudentiæ taliter reſpondemus, concil. Super quo quæſtioni tuæ taliter reſpōdemus, Cont. Quæſtioni t. t. reſp. Raim.

quod et ſi aliquando iudici) ET in Barcin. deſideratur. quod ſi quandoq. iudici, cōcil. his verbis addit delegato vetus Gregor. quod ſi quando iudici delegato, Cont. et alij.

expediat formam ſibi ſtatutam) :xpediat formam inſtitutam, concil. ſed ut editum eſt, Raim. et Cont. expediat, ſibi formam ſtatutam, vetus Tarr.

debet tamen) etiam pro tamē, vetus Tarr. tamē debet, alter Tarr.

iuxta iuris) ſic etiam Raimun. ſecundum iuris cōcil.

exprimatur in litteris noſtris) uetus Gregor. caret hac voce noſtris, et duo Tarr. ceteri Gregor. habent minime quidem certe neceſſariā. in ipſis litteris exprimatur, vetus Tarr. IN tamen aliquando deſiderabatur.

nec anteceſſores noſtros umquā credimus expreſſiſſe.) umquā in veterib. Gregor. deſideratur. nec aliquem prędeceſsorum noſtrorum credimus expreſſiſſe, concil.

Cap. 19. maioris monaſterij) ſic Raim. et Cont. ſed in concil. eſt parte 46. quæ inſcribitur, de poteſtate iudicum, cap. 4. maioris eccleſiæ Monaſterij, et H. eorum clerico.

Quoniam Abbas Leiceſtriæ) Ante hæc verba addi potuit. Pars cap. Iam pridem. hoc enim fuit principium huius epiſtulæ, ut ex concilijs apparet. Recte autem fecit Bern. Papien. qui ex lōga epiſt. breuem ſententiam retulit. Eſt autem in concilijs mendoſe ſcripta hoc initio.

Iā pridē, ſicut bene meminimus, recepta querella veſtra * a Ceſtriæ* capellam de Herdeleia, quam ad eccleſiam ueſtram de Eſtun aſſeueraſtis iure parochiali ſpectare, * contra iuſtitiā detinebāt: cauſam ipſam Abbatib. Leiceſtriæ, et Lilleshullæ commiſimus terminandam: ita quidem, quod ſi uterq. intereſſe nō poſſet, alter nihilominus adſcitis ſibi diſcretis, et honeſtis hominib. in negotij executione procederet. Accidit autem inopinato rerū euentu, ſicut ex litteris tuis, et fratrum veſtrorū, fili Abbas, intelleximus; quod antequā partes in iudicio apparuiſſent, Abbas unius loci Lilleshull. ſcilicet, de pręſenti uita migrauit; cui vir alter in breui prudens, et religioſus ſucceſſit. Deinde Abbas Leiceſtriæ etc. Deſideratur autem nomē aduerſariorum, qui eam capellam, de qua agebatur, poſſidebant. tantum ex alijs verbis in alia parte litterarum ſcriptis conſtat eā capellam fuiſſe in dioeceſi Vigornien. is enim Eṗs ſententiā eſt executus. Pro Leiceſtriæ, quod in veterib. Gregor. recte eſt, Cōt. Leiceſt. alias Luiceſtriæ. Liceſtriæ, vnus Tarr. habet.

qui prius ſuſcepto mandato) prius Raim. omiſit, Cont. addidit. mandato deſideratur in Barcin. ſuſcepto in concil. vox mandato olim in altero Tarrac. deſiderata eſt.

præhabito conſilio prudentum). habitoq. conſilio uirorum prudentium, et iuriſperitorum, cōcil. hæc omnia Raim. et Cont. omittūt. habito pro præhabito unus Tarr.

Abbatem Leiceſtriæ) mendoſum eſt hoc nomē. pro eo in concil. eſt Lileshull. in veterib. Greg. Winceſtriæ. Cont. et alij Vinceſtriæ. Celeſtriæ unus Tarr.

iudici præmortuo) hæc in concil. non ſunt. habēt tamen Raim. et Cont.

litterarum a nobis) hæc Raim. et Cont. omittunt.

in cauſa cognitionē adiunxit) cognitione, Barcin. et duo Tarr. et Raim. ſed in concil. ceteris omiſſis adduxit, prō adiunxit, quod non æque placet.

ideo nos ſententiam eorum) vox eorū in vet. Tarrac. nō eſt. Multa omiſit Papiē. quæ in cōcilijs legi poterunt. in quib. illud eſt. prædictā capellam de Herdeleia eccleſiæ de Eſtun prudentiū uirorum conſilio adiudicauerunt. Nos ſentētiā illorum, vnus Tarr. et Raim. et Cont. eorū in uno ex ueterib. Greg.

ſicut rationabiliter lata eſt) ſicut eſt iuſta, Raim. et Cont.

ratā, et firmā habemus) ſic etiā Raim, et Cōt. ſed in concil. poſt alia multa hæc ſunt. Quia igitur lites, ſiue cōtrouerſiæ, quæ cōcordia, vel iudicio finiuntur, in recidiuæ contentionis ſcrupulum non debent iterum aliquatenus redigi; præſentis ſcripti patrocinio eam vobis confirmamus. etc.

Cap. 20. Idem) addendum eſt Cenomanen. Eṗo ex concil. parte 47. de iure patronatus cap. 3. ſed vt editum eſt, Raim. et Cont. Placentino Eṗo, cap. 11. de vſuris.

pars c. tua nos.) tua, Cont. tua nos duxit, tit. de ordinatis. in concil. credo eſſe cap. 20. partis 26. de depoſitione clericorum. eſt autem in hac collectione cap. vn. tit. 14. de clericis peregrinis. ſed in veteri Tarrac. ſcriptum eſt. tua nos. infra de uſuris. quod eſt cap. 11. tit. 15. lib. 5. huius collectionis, ex quo integra clauſula repeti poteſt. Id tamen caput in Barcin. incipit, Quia tua nos.

Super eo uero) vox uero in concil. non eſt.

contigeris) contingit, unus ex veter. Gregor.

ſub

ſub hac forma)in hãc formam,prior concil.editio,et unus Tarr.

ius,de quo)illud,de quo,prior concil. editio.

alterutram partem)partium concil.

eius de perſona)eiuſdẽ de perſona,cõcil.et Raim. et Cont.eiuſdem perſonã idoneã,unus Tarr. eiuſdem perſona idonea, alter liber.

ordinet eccleſiã) ordinet ad eccleſiã,unus Tarr.

inſcio diœceſano) dioceſiano,cõcil.et duo Tarr. et Barcin.et veteres Gregor.mẽdoſe.inſcio dioeceſis Cont.et alij,ſiue dioceſis.

eccleſia mittere)uox eccleſiæ deſideratur in veteri Gregor. eſt in concil. et apud Cont. et alios.

præſertim ſi ignotus fuerit præſentatus,aut minus idoneus)hæc omittũt Raim.et Cont.ſunt in cõcil.

aut ſi Archipreſbyter) vox ſi, in duob. Tarr. nõ eſt.et an ſi Archipresbyter,Raim.et Cont.ſed, ut editũ eſt,in concil. in priori editione concil. mendoſe,aut Archieps.

appellauerit:utrum eorum)ſic etiam in concil.appellauerint,eorũ, veteres Greg. appellauerit, eorum,Cont.et alij.

ap.re. committimus)committamus, concil. et Raim.non male.

diœceſano Epõ, Archidiacono,uel Archipreſbytero)ſic etiam vetus Gregor. poſt verbum Epõ, additur in concil.uel.Contius,et alij ſcribunt, dioeceſis Epõ,vel Archipresbytero, uel Archidiacono. at Barcin. dioces. Archipresbytero, Archidiacono, uel Epõ. et in quodam veteri Gregor. dioceſano Epõ, vel Archid.aut Archipr.

eſt illi) illis olim,mox ille,in vet. Tarr.

tenebit eorum appellatio) ſic in concil.et in veterib. Gregor. ſed Cont.et alij appellationem non ſine mẽdo.vox eorum deſideratur in priore editione concil.

quia non eſt illis)eſt omittunt vetus Tarr.et Barcin.et concil. et Raim.vel potius in fine collocant poſt verbum remedium.pro illis in veteri Gregor. et in alijs quibusdam eſt illi, quod nõ placet.

ap.remedium interclusum)appellationis remediũ ſublatum,Barcin. appellationis remedium eſt ſublatum,vetus Tarr.concil.Raim.et Cont.

Cap.21.Idem.) ſic etiam Raim. et Cont. ſed ex parte 50.cap. 26.addi poteſt:Arelaten. Archiepõ,et ſanctæ Marię Inuiolatę diacono Cardinali,ex lib.12.regiſtri Alex.3.nos pro Inuiolatæ ſcribimus in uia Lata.

inter Bemegardam mulierem,et Blaſium)inter Ermegardam mulierem,et Blancatium,vetus Tarrac.inter Emergardã mulierem, et Blaſcatium Barcin.inter Ermengard. mulierem,et Blatiũ, concil.inter I.mulierem,et Blancan. vetus Gregor.inter I.mulierem,et Blãcarium,alter vetus Greg.Blanchacium,Cont.et alij.forte Hermengardã ſcribendum, et Blaſcatium,ſiue Blancatium.

venerabilib.fratrib.noſtris) hæc ſunt a Raim. et Contio omiſſa.ſunt in concil.

Formolen.et Vapicen.)Foro.et Vapi.vetus Tarr. Forojulien. et Vapincen.concil.Forojulien.et Vapien.uetus Gregor.Formiſien.et Vapicen. minus vetus. Furolien.et Vapicen.Cont.et alij. Formoſolenſis eccleſiæ mẽtio fit cap.8. de præſcript. in hac collectione.

nos meminimus)vox nos,in concil.non eſt.

utiq.in unum conuenientib.)hæc a Raim.et Cont. omittuntur,in concil.ſunt.

et eandem mulierem,ſicut accepimus)eandemq.in concil.eam Raim.ceteris omiſſis. Contius iam edidit.

uer mulierem,ſicut accepimus)ſic in Tarrac.recenti tantum,mendoſe,ut ſuſpicor,repetitis illis verbis,ſicut accepimus.quæ nõ ſunt in alijs libris. Barcin.veteri Tarr.concil.Raim.et Cont.

adeo affecit)ita affecit,quidam ex Gregor.

et virum parentellam eſſe confeſſa eſt)eſſe parentelam,concil.cetera ut edita ſunt.et uirum ſuum confeſſa eſt parentelam,Raim. mendoſe Cont. ET omiſit.eſt eſſe,unus ex veter.Gre. cetera ut Raim.uox parentellam in vet.Tarr.eſt poſt cõfeſſa eſt.

vnius eorum ipſam dimiſit)vnius illorum mulierem ipſam dimiſit,concil.unius eorum dimiſit eandem,Raim.et Cont.

quæ quinq.filios etc.)hæc uſq,adilla, d.u. omittit Raim.addit Cont.ſunt in cõcil. his immutatis, quæ filios ſuos quinque.

ſine aliqua queſtione ſecũ)ſine quęſtione aliqua, ſecum,concil.aliqua Contius omiſit. vox ſecũ in vet.Tarr.eſt ante vocem ſine.

adeo magnum ſacramentum comprobatur) probatur eſſe,cõcil.a Deo probatur eſſe magnum ſacramentum,Cont. non ſine mendo.

ſit inſtitutũ) ſic etiã in cõcil.fuerit pro ſit,Cont.

d.u.per A.ſ.)d.c.Barcin.pro d.u.non recte. nam cum duob.ſermo eſt.in concil.ut editum eſt.d.u.Raim.et Cont.ceteris omiſſis.d.u. pr. vetus Tarrac.alijs omiſſis.

huius rei veritatem inquiratis:et.) hæc Raim.et Cont.omittunt. ſed et alia verba addẽda ſunt ex Barcin.et Tarr.veteri,et concil.ante verbum inquiratis, diligenter,et ſubtiliter.)

prædictam mulierem)ſic etiam in cõcil. dictam I. Raim.et Cont.

 alterius

alterius prædictorum Epiſcoporum) vox Eporum omittitur a Raim.et Cont.vnius præd.Epor. concil.
a ſe ſeparauerit) a ſe ſeparaſſet, Barcin.concil.et Raim.quod nō æque placet.a ſe paraſſet, et, vetus Tarrac.
inſtanter commoneatis, et diſtricte cōpellatis) ipſum conſtanter pro inſtanter, concil. cetera vt edita ſunt. ipſum, Raimun. et Cont.cetera omittunt.
vt eādem mulierem) ſic Raim.et Cont.vt mulierem, concil.
ap.re.) appellatione remota, cōcil.hæc omittūt Raim.et Contius.
affectione) affectu, concil.
Quod ſi facere etc.) pro his, quæ etiam in concilijs ſunt, Raim. et Cont.ſcribunt, monitione præmiſſa cogatis.in vno ex veterib. ante verbum cogatis olim fuit, per cenſuram eccleſiaſticam.
ces.ap.ob.) appellatione ceſſante, cōcil.ob.in vet. Tarrac.non eſt.
aſtringatis) perſtringatis, concil. conſtringatis, vetus Tarr.
ſi qui tamen &c.) hæc in veteri Greg.deſiderātur.
matrimonium ipſorum) eorū, concil.ipſor.Raim. et Cont.
partib. ante vos conuocatis) hæc omittunt Raim. et Cont.ſunt in concil.
et eam re.ap.re.ſine canonico terminetis) et eam ap.re.Barcin.hoc eſt, et eam appellatione remota; in cōcil. eſt, et eam ſine canonico, appellatione remota, terminetis.at in uno ex veterib.Gregor.et ſine debito terminetis.ſed Cont.et alij, et ſine canonico terminetis.remoto ap.re.vet. Tarrac.cetera, vt edita ſunt.
illa maturitate etc.) hæc omittunt Raim. et Cont.
quā in tanto) quam pro quæ vetus Tarr.et Barcin.et concil.non male.
adhiberi) exhiberi, vetus Tarr.
Poſt verbum adhiberi, adde ex Barcin.et concil. Quod ſi ambo etc.intellegitur autem clauſula vulgaris ſæpe in reſcriptis ad duos iudices ſcribi ſolita. Quod ſi ambo intereſſe non poteritis, alter ſolus exequatur.vt in cap.21.huius tit.in Gregor.In Tarr. veteri eſt, Si autē ambo etc. Dat. Verulis.
Cap.22. Relatum eſt etc. et infra.) vox eſt in vet. Tarrac.deſideratur, etc. non habent Raim.et Cont. pars cap. Relatum eſt, Barcin. Verba Lucij addi poſſunt ex concilijs parte 7.cap.22. Relatum eſt ex parte veſtra; quod licet in commiſſionib.a ſanctæ recordationis Alexandro Papa tertio prædeceſſore noſtro factis, fuerit appellationis remedium amotum, altera tamē partium, ſiue lis fuerit conteſtata, ſiue non, expiraſſe mandatum morte mandatoris allegat: ideoq. negotijs omnib. poſtpoſitis, in ſuſpenſo mandatum Apoſtolicum expectatis. In Barcin.hoc cap.eſt 23.et ante id, eſt aliud Lucij caput, cuius initium eſt, Poſtremo, quod inuenies tit. de appellat.c.45. In Tarr. veteri hoc etiam eſt cap.23.et 22.eſt Vrbani caput, non ſine mendo.
Nos itaq. conſultationi veſtræ reſpōdemus) Nos igitur conſultationib. veſtris præſentium auctoritate reſpondemus, concil.ſed Raim.et Cont. vt editum eſt.tuæ t.pro veſtræ, Tarr.vetus, cetera, vt edita ſunt.
mandatum morte) ſic Cont.et alij aptius.mandatum in morte, Tarrac.duo, Barcin. concil. et vetus Greg.
ante litis conteſtationem deceſſerit) deceſſit, Raim. et Cont.ante litem conteſtatā deceſſit, concil. deceſſerint, vnus ex vet.Greg.
in eo caſu) hæc omittunt Raim.et Cont.ſunt in concil.
iudicibus, quos delegauerit) delegauerat, vetus Tarrac.et concil. et vetus Greg. a iudicibus, quos delegauerat, Cont.et alij.
procedendum) adde ex concil.etiam ſi ab eis minime fuerit appellatum.quibus etiam verbis carent Raim.et Cont.
poterit ergo &c.) hæc ad finem omittunt Raim. et Cont.
per narrationem, et reſponſionem) per conqueſtionem, et reſponſionem partium, concil.
litis conteſtationem) non recte in concilijs eſt, lite conteſtata. mendum ex compendio natum.lit.cont.
penitus ſubſiſtat) penitus ſubſiſtatur, concil.
Cap.23.de Vellebec, et de Olſeſton Abbatib.) de Velebet, et Se.Abb. vetus Tarrac.de Wellebech, et de Olebech Abbatib.Barcin. Abbatib.de Vuellebec, et de Sulueſtun.cōcil. Nomina ſunt ipſo pæne timenda ſono; ideo Raim.et Cont.fortaſſe omiſerunt. Poſtea inueni horum Abbatum, et huius epiſt. fieri mētionem cap.25.de teſtibus, et atteſt.et appellantur Abbates de Vellebec, et Oſelueſton.
Gratum gerimus, & acceptum &c.) omiſſa initio a Raim. addidit Cont. ſunt etiam in concil.parte 48.cap.3.hoc eſt cap.24.in Barcin.et 22.in Tarr.veteri.

in negotijs

in negotijs veſtræ diſcretioni commiſſis) in negotijs cõmiſsis ueſtræ iuriſdictioni, concil. non ſine mendo; Cont. ut editum eſt, IN tantum omiſſo. quod etiam omittitur in Tarrac. veteri, in quo pro diſcretioni eſt, d. quod interpretari dilectioni poteſt.

quæ dubitationem) quæ ad dubitationem, Barcin. & Cont. quod nondum probaui. in concil. ut editum eſt.

poſtulatu) mendoſe Cont. poſtulaſti.

dominio veſtra) ſic Raim. et Cont. veſtra diſcretio, concil.

citationis edicto) excõmunicationis edicto, prior concil. editio.

poſt mortem conteſtatæ) ſic Raim. et Cont. additur in concil. vox delegantis ante vocem conteſtata. in Tarr. veteri eſt, conteſtata poſt mortem delegantis.

delegatus iudex) ſic etiam in concil. vox iudex omittitur a Raim. et Contio.

qui ea) quia, vetus Tarr. & prior concil. editio.

et demum) et deinde, concil.

petit ſollemniter) ſollemniter petijt, vetus Tarr.

publicari) celebrari, et prouocari, prior editio concil.

ſunt hoc totum &c.) hæc omiſſa ſunt a Raim. et Contio, uſq. ad ea verba, Nos autem. in concil. autem ſunt.

Lucij Papæ) vox Papæ in cõcil. deſideratur. fuit autem is Lucius Tertius, cuius fuerat caput proximum de hac ipſa quæſtione. et de eadẽ re exſtat Gregorij octaui æquiſſima cõſtitutio ſub titulo de reſcriptis cap. 7. in 2. collectione, quæ a Raimundo omiſſa eſt. Ex eis elicimus Alexandro Tertio Lucium iij. ſucceſsiſſe, Lucio Gregorium octauum.

iudices delegauerat) iudices delegauit, concil.

inquiſitionis veſtræ) ſic etiam in concil. inq. tuæ, Raim. et Cont. non recte, cum duob. hæc ſcribantur.

in cauſa procedi) procedere, vetus Tarr.

iudiciali tramite) hæc Raim. et Cont. omittunt.

vero caſu) vox vero in concil. non eſt.

caſu vtrum) ſcribendum caſu videtur, vt in marg. eſt. ſic etiam in Barcin. et in vet. Tarrac. et in concil. et apud Raim. et Contium. Hæc autem ſecunda quæſtio ad tit. de appellationib. pertinebat. Vide etiam cap. 25. de teſtib. et atteſtat.

appellaueris) appellauerat, concil. et vetus Tarr. In fine eſt in cod. Tarrac. Dat. Veronæ VI. kal. Iulij.

TIT. XXII. DE OFFICIO LEGATI EPISCOPI.

cio Legati Epiſcopi) vox Epiſcopi eſt in ſolo Terracon. recẽtiori, non in veteri, neq. in Barcin. neq. in Gregoriana collectione.

CAP. *vn. venerabilem fratrem noſtrum*) ſic in concil. parte 44. cap. 3. ſed parte 50. cap. 66. B. ven. fr. n. at Raimun. omnia hæc omiſit, et Contius tantum addidit. fr. n. vox noſtrum in vet. Tarr. non eſt.

metropolitani) metropolitico, in concil. metropol. ſiue metropolit. Raim. et Cont. metropolitico in vno ex veter. Gregor.

mirabile ſatis etc.) hæc, vſq. ad illa, ſane licet, a Raim. omiſſa addidit Cont. ſunt etiam in concil.

ſicut audiuimus) vt pro ſicut, vetus Tarr.

aſſeuerare præſumunt) ſic etiam d. cap. 66. in concil. præſumpſerunt. d. c. 3. partis 44. præſumit, Cont. non recte. aſſerere præſumunt, vetus Tarr.

ſiue legationis) ſiue delegationis, vetus Tarrac. quod nondum placuit.

niſi per appellationem perferatur ad ipſum) hæc etiam Contius omiſit. niſi per app. ad ipſum deferatur, in concil. par. 44. niſi per app. factam ad ipſum. parte 50. omiſſo verbo perferatur. referatur pro perferatur vetus Tarr. cetera, ut edidimus.

ſane licet metropolico) metropolitico, concil. aptius. ſane licet forte metropolitico. d. c. 66. ſane licet idẽ Archieps metropolico, Raim. et Cont. metropolico vnus ex veterib. Gregor. metropolico in vet. Tarrac. olim, mox metropolitico. et verborum ordo alius eſt. licet audire metropolico iure. verbum audire olim deſiderabatur, vel potius ſcriptum poſtea fuerat, poſt verbum referatur.

non debeat cauſam) cauſas Raim. et Cont. ſed in concil. vtrubiq. vt editum eſt.

per ap. deferatur) deferantur, Barcin. et Raim. et Cont. referatur, audire, vetus Tarr.

eccleſiaſticas cauſas de ipſis Epiſcopatib.) hæc omnia Raim. et Cont. omittunt, vocem eccleſiaſticas Barcin. non habet, cetera habet. cauſas, quæ de ipſis Epiſcopatibus, d. parte 44. omiſſo verbo eccleſiaſticas, parte 50. vt in Barcin.

quæ per ap. vel querimoniam aliquorum proueniunt) perueniunt, vetus Tarr. et d. c. 66. quæ de ipſis Epiſcopat. per appellationem, vel per aliquam querimoniam perueniunt, d. parte 44. quæ per app. vel querimoniam perueniunt, Raim. et Cont. quæ appellatione, vel querimonia aliquorum proueniunt, Barcin.

gerera

genere comprobatur)ſic d. parte 50.ſed par.44. gerere probatur.at ut editum eſt,Raim.et Cont. agere cōprobatur, vetus Tarr.

mandamus itaq. & præcipimus, ut etc.)Hæc ad finem uſq.omittunt Raim.et Cont.Mandamus itaq. vobis,atq. præcipimus quatenus d.c.66. pro vobis eſt venerabilitati veſtræ d.parte 44. ſed malo,vniuerſitati ueſtrę.oritur varietas,ex u. vel u. u. mandamus itaq. vobis,atq.præcipimus,ut,vetus Tarr.

perferuntur)referuntur,vetus Tarr.

nec quemlibet)et non pro nec, Tarr.vetus.

deterrere)ſic d . parte 44.de cetero deterrere,d. par.50.detinere,Barcin.terrere,vetus Tarr.

quominus cauſam)cauſas ſuas,concil.utrubiq.

ſi voluerit; poſſit transferre) ſi voluerint , poſsint trāsferre.d.c.66.ſed parte 44. ut editū eſt,mutato ordine duor.poſtremorum uerborū.transferre poſſit.

TIT. XXIII. DE OFFI-

cio,et poteſtate praelati,et iudicis ordinarij)prælati, et, deſideratur in Barcin.neq.Raim. et Cont. habent.

CAP.1.*Perniciosa &c. et infra*)hæc nō ſunt in Barcin.etc.omittunt Raim.et Cont.Perniciosam , duo veteres Gregor. et alij recentes. Perniciosa,Cont.vt editum eſt,infra cap.4. de adulterijs in hac collectione.Cetera verba nondum reperi.

ſua in dioeceſi)in ſua dioceſi d.c.4.et vetus Tarr. in ſuis dioceſ.Raim.

adulterinaſcelera) adulteria,et ſcelera.d. c.4. et vetus Tarrac. et Raim. et Cont. ſed nihil muto.

publicum conuocent)auxilium addunt Raim. et Cont.populum conuocent.d.c.4.quod malo. publice pro publicum.vetus Tarr.

ea,quæ Deo placita ſunt,ad cuſtodiendū)ad ea,quę Deo placita ſunt, proſequēdū, d.c.4.et Raim. et Cont.et Tarr. vetus,excepta voce proſequēdum,pro qua eſt,perſequendum.

Cap.2.et ad audientiam)et ob hoc ad audiētiam, Barcin.quod placet.

in eo ſit)fuerit pro ſit,vetus Tarr.

cauſam audire &c. poteris) cauſam audire debes etc.vetus Tarr.omiſſo verbo poteris.

ante abſolutionem ſuam)vox ſuam in Barcin. non eſt.

Cap.3.Idem Flor.Epō)Floren.Epō,Raim.et Cōt. Idem,Barcin.et in cōcil.parte 31.cap. 7. cui proximum caput Gelaſij eſſe dicitur.ego ſuſpicor duob.uel plurib.ſcriptum eſſe ex his,quę infra ſcripta ſunt.Florentino Epō, vnus ex veterib. Gregor .

inuiolabiliter obſeruari)ſic etiam Raim.et Cont. inuiolabiliter obſeruetur,concil.

d.u.per A.ſ.)hæc omittunt Raim.et Cont.diſcretioni tuæ etc.in concil.diſ.veſtræ per A.ſ.p. vetus Tarr.

ſi quando)ſi quandoq.unus ex veter.Gregor.

dilectus filius noſter Lan.)Lan.in Barcin.non eſt. iam dilectus filius noſter,concil.forte Lam.pro iam ſcribendum.hæc omnia Raim.et Cont. omiſerunt.

plebanus ſancti Pancratij de Lucar.) de Ludana, Barcin.pro de Lucar . neutra in concil. ſunt, neq.ea habent Raim. et Cont.qui P.pro Pancratij ſcribunt . ſed in vno ex veterib. aperte Pancratij eſt. de Lucar . in veter . Tarrac.non ſunt.

vel laicos)ſic etiam Raim.et Cont. vel in laicos. concil.vel Lyſos,vet.Tarr.mendoſe,

ſuos interdictis)ſuos interdum interdicti,concil. vt editum eſt,Raim.et Cont.vox interdum ex verbo interd.proximo ſumptum videtur.

ipſam faciatis inuiolabiliter obſeruari) facias pro faciatis,Raim.et Cont.præcipias obſeruari,concil.ceteris omiſſis. ipſas pro ipſam, vnus ex vet. Greg.

et eam)nec eam,concil. et eam ,Raim.et Cont.

nullatenus relaxetis)non relaxes,Raim.et Cont. aliqua ratione relaxes,concil.

Cap.4.Idem Gen.Epō)Alex.Eurien. Epō.c.7. de purgat.canonica in hac collectione.utrūq.mendoſum exſtimamus.Alexander iij . Raim . et Cont.Idem Genuenſi Archiepō, vetus Tarrac.

Nos inter alios præminemus &c)omiſſa ſunt multa a Raim.et Contio.Ideo pro Nos.d.c.7.alias, Nos ideo.hoc poſtremum magis placet.pro alios in Barcin.Apoſtolos ſcriptum eſt,quod nōdum probaui.

ſuperna)alias ſuprema , Tarrac.recens.ſupprema,Barcin.ſuprema d.c.7.et vetus Tarr.

tua duxit fraternitas conſulendos) tua fraternitas conſulere voluit.d.c.7.et Barcin.et vetus Tarr. et Raim.et Cont.

publica fama cum accuſante)hęc omittunt Raim. et Cont.ſunt in d.c. 7.

cogere poſſit)eum cogere poſsit,vetus Tarr.

de hoc crimine) aliquo pro hoc,Barcin.& vet. Tarr.et d.c.7.et Raim.et Cont.

per dioeceſanū Epiſcopū eſt)eſt per dioeces. Epm. d.c.7.eſt per ipſum Epiſcopum,Raim.et Cont. in uno ex veterib.Greg.non eſt Epm.per Epm dioceſianum eſt,vetus Tarr

ſuper

ſuper ipſi, ſic Raim. et Cont. ſuper ipſa cauſa, d. cap. 7. aptius.
cauſam voluerit) cauſam voluit. d. c. 7. ut editum eſt, Raim et Cont.
Cap. 5. et eius ſuffraganeis) hæc in concil. deſiderātur, parte 15. cap. 28. ſub titulo de iure patronatus, et clericorum inſtitutionib. nō male. Raim. & Cont. ut editum eſt.
Cum vos) nos pro vos in concil. mendoſe. Cum plerumq. vos, vetus Tarrac.
oporteat ordinationem eccleſiarum differre) oporteat ordinationes differre eccleſiarum, Barcin. ordinationes clericorum oporteat differre, cōcil. vt editum eſt, Raim. et Cont. in uno tamen veteri Gregor. eſt ordinationes, pro ordinationem.
nobis minus) ſic Raim. et Cont. vel minus, Barcin. minus concil. omiſſo vobis. eadem vox in Tarr. veteri aliquando aberat.
præſentantur) repræſentantur, vetus Tarr.
aut interdum inter vos) nos concil. aut dum inter uos, Barcin. aut inter uos, Raim. & Cont. et vetus Tarr.
præſentatores perſonarum) vox perſonarum omittitur a Raim. et Cont. eſt in concil.
alia de cauſa) aliqua pro alia, unus ex veterib. Gregor. ut editum eſt, cōcil. et Raim. et Cont.
diſſenſio emerſerit) alias radix diſſentionis pro diſſenſio, Tarrac. recens. radix diſſenſionis emergit, Barcin. radix diſſen. emerſerit, concil. et Raim. et Cont. emergat unus ex veterib. Gregor. radix diſſenſionis interdum aliqua emergit, vetus Tarrac.
prouidendum eſt nobis &c.) Hæc omiſſa a Raim. addidit Contius, qui edidit. prouidendum nobis eſt; ut eſt in Tarr. veteri. ſed in concil. nec vobis, nec nobis eſt.
ne occaſione) ſic in concil. et apud Cont. ne ſub occaſione, Barcin.
huius diſſenſionis et ſcandali) ſic etiam Cont. huius ſcandali. concil.
interim fructus illarum eccleſiarum) ſic etiā Cont. aut fructus eccleſijs, concil. ſed in priore editione eccleſiæ, in poſteriore eccleſijs.
aut eis) aut eius parochianus, Cont. ut editum eſt in concil.
f. n. per A. ſ. pr. m.) fraternitati tuæ &c. concil. fraternitati veſtræ mandamus, Raim. et Cont.
in illis) uox illis omiſſa eſt a Raim. et Cont. eſt in concil.
præſentationem) repræſentationem, Barcin.
nobis præſentātur) uobis omittunt Raim. et Cōt. mendoſe præſentatur pro præſentātur, Cont. ut editum eſt, in concil.
non poteritis) non poteris, concil. et vetus Tarr. non potueritis in eis, Raim. et Cont. non poteritis inſtituere, in eis, vnus ex veterib. Gregor.
in eccleſijs ap. ceſ. ponatis oeconomos) in eccleſijs ipſis contradictione, et appellatione ceſſante ponatis oeconomos, concil. appellatione remota ponatis oeconomos, Raim. et Cont. in eis app. ceſſante ponatis oeconomos, unus ex veterib. Gregor.
qui debeant eccleſiarum fructus) qui debent reditus eccleſiarum, concil. qui debeant fructus, Raim. et Cont.
aut in perſonarum utilitatem) eccleſiarum rectius pro perſonarum, concil. et Raim. ipſarum, unus Tarracin. in quo vox aut deſideratur.
eos perſonaliter reſeruare) eos omittunt Raim. et Cont. idem quoq. omiſſum eſt in concil. et in duob. Tarr. et pro reſeruare obſeruare habent concil. utiliter, et fideliter reſeruare, vetus Tarr.
Cap. 6. Eugenius Papa) ſic etiā Raim. et Cont. qui in margine ſcripſit Auguſtinus, quod nomen eſt in Barcin. et in uno Tarr. at in concil. par. 50. c. 55. Idem (Alex. iij.) Noruuicēſi Epo. Verum uerius ſit, incertum eſt.
vel ſi confeſſus) ſi omittit vetus Tarr. et cōfeſſus, unus ex veter. Gregor.
probare poſſit) poſſet vetus Greg. poterit, alter.
arguere) redarguere, concil. et Tarr. vetus, arguere Raim. et Cont.
ſed indeterminate) ſed interminari, editio prior concil.
ſicut vnus) ſicut dominus, cū dixit. Vnus, Tarr. unus liber. ſicut dixit Chriſtus. Vnus, concil. et Raim. et Cont. eſt autē id Mat. c. 26. Marci 14. in priore editione concil. ut editum eſt.
traditurus eſt [illegible], hoc eſt proditurus eſt me.
ſed ſi ille) ſic etiam Raim. et Cont. Si vero ille, concil.
auctorem damni) actorem damni, vnus Tarr. et ueteres Gregor. auctorem damni, cōcil. et Cont. et alij.
ſed tamen) ſed non eſt in uno ex veter. Gregor.
non nominatim poteſt eum) non eum nominatim poteſt, vetus Tarr. non nominatim, nec poteſt eum, olim unus ex veter. Gregor.
eum eſſe reum) eſſe in Barcin. deſideratur. ut editum eſt, concil. et Raim. et Cont.
remouere a communione) in priori editione conciliorum. additur, uel actione. in poſteriore, ut editum eſt. ſic etiam Raimund. et Contius.

a com-

a communione eccleſiæ priuare, unus ex veteRib. Gregor.

quia nec Chriſtus etc.) hæc in priore concilior. editione deſiderabātur, et pro eis erant hęc verba, quæ in alijs libris non ſunt, actioni, vel communioni.

Iudam remouit) remouit Iudā, vetus Tarr. amouit Iudam, alter.

Cap. 7. Cant. Archiepō) ſic etiam Raim. et Cont. Exonien. Epō, parte 31. tit. de excōmunicatis, cap. 1. in concil.

Ex parte tua nobis &c.) Recte Contius a Raim. omiſſa addidit. ſunt eadem in concil. nobis eſt, duo Tar.

propoſitum eſt) in duob. Tarr. omittitur eſt.

de abſolutione litteras &c.) hæc uſq. ad vocem auditus in concil. deſiderantur. de abſolutione ſua litteras, Barcin. et duo Tarr. et Cont.

vtrum illa abſolutio) illorū pro illa, Raim. et Cōt. ut editum eſt, in concil. illa non eſt in Barcin.

ſi occultatis) ſic etiam in cōcil. qui pro ſi, Raim. et Cont. qui occultatis ſceleirib. uel exceſſib. unus ex veter. Greg.

excommunicati fuerant) fuerunt, concil.

abſolutionis beneficium meruerunt) ante hæc verba addit ET Barcin. et duo Tarr. abſolutionis meruerint priuilegium, alias beneficium, concil. abſolutionis beneficium per ſedem Apoſtolicam meruerunt, Raim. et Cont.

ſiue excommunicationis) ſic etiam in concil. ſuæ pro ſiue, Raim. et Cont. aptius.

Conſultationi tuæ) hæc omittunt Raim. et Cont. ſunt in concil.

taliter) tibi, vnus ex vet. Gregor.

ita tibi cōſtiterit) ita eſſe tibi conſtiterit, vnus ex vet. Greg. non male, vox tibi in concil. nō eſt.

eos cogere debes eccleſiaſtica cenſura) cenſura eccleſiaſtica, concil. cetera, ut edita ſunt. debes eos eccleſ. cenſura compellere, Raim. et Cont.

cum litteris tuis) vox tuis in Barcin. deſideratur.

rei veritatē) vox rei in vno ex vet. Greg. nō eſt.

id tibi non conſtiterit. vox tibi in Barcin. non eſt.

veritate confeſſi) rei veritatem cōfeſſi, Barcin. alij, vt editum eſt.

quod exinde coram te) exinde coram te, quod, cōcil. et duo Tarr. et Raim. et Cont. non male.

rei veritatem) i veritatem, Raim. et Cōt. veritatē, concil. et unus ex veter. Gregor. et duo Tarr.

Cap. 8. Exonē Epo) Exonien. Epo, parte 7. cap. 19.

In litteras, et infra) hęc neq. in duob. Tarr. neq. in concil. ſunt, Pars c. In literis, Barcin. Scribo In litteris. et infra. et ſuſpicor partē eſſe eius epiſt. ex qua eſt cap. 14. tit. 21. de officio et poteſt. iudicis delegati, quod in concil. eſt d. parte 7. cap. 16. Lexonienſi Epō. forte ſcribēdū, L. Exonien. Epō. illinc igitur initiū curioſus ſumpſerit, vide cap. 5. et 6. de reſtit. ſpoliat. in Gregor.

Ad hec) Ad hoc, vetus Tarr.

prefixerit) præfixit, Barcin. et duo Tarr. præfigit, concil.

ſtatuto appellationi,) malo, ſtatuto, apellationem, ut eſt in Barcin. et in cōcil. et in duob. Tarrac.

canonicam excuſationem) executionem in cōcil. mendoſe.

iudex ap. ceſ.) appellatione pro ap. vetus Tar. malo, iudex appellantē, ex concilijs, in quib. vtrūq. eſt, iudex appellantē appellatione ceſſante, quod nō æque placet. vide cap. 39. de appell. in Gregor.

appellationem proſequi) poſſe app. proſequi, vetus Tarr. quod nondum probaui.

Cap. 9. Idem) adde Ambianenſi Epō, ex lib. 12. regiſtri Alex. 3. ut d. parte 50. cap. 28. et 29. ex eis etiam quid ſequatur poſt illa verba, Quod ſedem, inuenies. eſt autem eo initio ſumptum cap. 2. de frigidis in Gregor. mox cap. 10. de regular. et 3. de diuor. poſt quod cap. hoc ſcriptū eſt, et hoc ſequitur cap. 15. de decimis in eadē Gregoriana.

Quod ſedem) Quia, unus Tarr. non recte. ſed recte in eodem adſcribitur. infra de diuor. poſtea. namq. illic ſunt verba huius capitis repetita.

Non ponitur) immo ponitur. de diuor. c. 3.

de Vgone de Calceio) ſic etiā ſub tit. de diuor. c. 3. in hac collectione, de Vgone de Calorie, concil. de H. Raim. et Cont. de Hugone de Calcedonio, vetus Tarr. olim.

filiam Alelmi) Alelmi, Barcin. Alelmi concil. et unus Tarr. Ale. alter, Petri, Barcin. d. c. 3. hæc omittunt Raim. et Cont.

duxit uxorem) ſic etiam d. c. 3. duxit in vxorem, vetus Tarr. et vetus Gregor. et concil. vt editū eſt, Cont. et alij.

et hoc publicum &c.) hæc uſq. ad verbum reſpondemus, omittunt Raim. et Cont. habent ceteri.

nec appareat) ſic etiam d. c. 3. nec appareat, unus ex Tarrac. et Barcin. d. c. 3.

matrimonium ipſum) vox ipſum neq. in concil. eſt, neq. dicto cap. 3.

velit impetere) uoluerit pro uelit Tarr. vet. tantū.

tibi reſpondemus) t. reſpondemus, vetus Gregor. reſpondemus, Cont. & alij.

et publica) ſeu pro et, Gregoriani, ſeu fama publica, unus ex veter. Gregor.

niſi eſſent conſobrini) vox conſobrini a Raim. et Contio eſt omiſſa, ubi pro niſi concil. ut ſi, malim. ſed feramus.

in primo, vel ſecundo gradu) uel in, pro vel, unus Tarr. et. d. c. 3. in primo gradu, vel ſecundo,

Raim.

Raim.

eccleſiaſtica auctoritatis intereſt matrimonia) cui officij intereſt matrimonia, Raim.et Cont. eccleſiæ auctoritate interdictum eſt matrimonium, concil.mendoſe.

quæ illicite noſcuntur contracta) ſic etiam d.c.3. et in Gregor.quod illicite noſcitur contractum, concil.

TIT. XXIIII. DE TREVGA, et pace.

ga, et pace) ex legib. Longobardorum ſumptum eſt hoc nomen barbarum treuga. quo etiam Raimundus eſt uſus.

CAP. I. *Alex. iij. in concil. Later.*) adde cap.21. non cap.16.ut ait Cont, ſumpſit autem Alexander ex concilio Romano ſub Innocen.ij.cap.ix.extſtat in calce Panormiæ Iuonis Carnoten, quod fatetur Alexander cap.20. Innocentij ſe, et Eugenij veſtigijs inhærere, vide cap.1. de torne.in Gregor.

Treugas a quarta etc.) Treugam autem ab occaſu ſolis in quarta feria, vſq.ad ortum ſolis in ſecunda feria, Innoc.ij.

in ortu ſolis) hæc in concil.Lateran.non ſunt.habent Raim.et Contius,qui in marg.poſt ortum ſolis.in veteri,in ortum ſolis ſecundæ feriæ,et.vetus Tarrac.omiſſis priorib.verbis,ad ſecundam feriam.

ab aduentu) ſic Raim.et Cont.et, addunt Barcin.et cõcil,et Iuo,et Veron.et vetus Tarrac.

ad octauam Epiphaniæ) octauas,concil, et liber Veronen.et Raim.et Cont. octauam Iuo.in octauas,duo Tarr.

et a LXX.) ſic omnes præter Veronen.in quo eſt,et a quinquageſima.

ad octauam Paſchæ) octauas,duo Tarr.et concil, et Raim.et Cont.et Veronen.ad octauam pentecoſtes,Iuo.

obſeruari præcipimus) Iuo ſolus,ſeruari pro obſeruari.

Si quis autẽ treugas etc.) Ante hęc verba ex Innoc.ij.Iuo refert aliã ſentẽtiã, quæ nobis videtur aliunde ſumpta.treugam pro treugas fere omnes.duo ueteres Gregor.treugas.

frãgere tẽptauerit) præſumpſerit, Raim.et Cont, ut editum eſt,concil.Iuo,et Veron.temptauerit frãgere, vetus Tarr.

commonitionem) ſic concil.et Iuo,et Veron.admonitionem,Raim.et Cont.

excommunicationis ſententiam dictet) ſent.excom. dictet,concil.in eum,addunt Raim.et Cont. et Iuo,et Tarr.vnus.in eum excom.ſent.dictet, Veron.excomunionis,vnus Tarr.

vicinis Epĩs repræſentet) adnuntiet pro repræſentet, Barcin.et Tarr.vnus, et Raim.et Cont.et Veron. vicinis ſuis adnuntiet, concil.vicinis Epĩs nuntiet,Iuo,vicinis denuntiet,vetus Tarrac.olim, mox uox Epĩs inſerta eſt.

Epiſcoporum autem nullus) ſic etiam Iuo, et Veron. Epĩs autem nullus,concil.quorum nullus, Raim.et Cont.

ſuſcipiat in communione) communionem, vetus Tarr.in communione ſuſcipiat, Veron.in communionem ſuſcipiat, concil.in communione recipiat, Raim.et Cont.in communicationem ſuſcipiat,Iuo.

immo ſcriptam ſententiam) ſic Raim. immo ſcriptã ſuſceptam ſententiam,concil.immo ſcripta ſuſceptã ſententiam,Iuo,immo ſcripto ſuſcepta,ſententiam. Cont.in marg.ex vet.libro, mendoſe;vt alij,immo ſcripto ſuſceptam ſententiam, Veron.aptius.immo ſententiam ſcriptam,vetus Tarr.

quiſque confirmet) ſic omnes præter Iuonem, qui omiſſa voce quiſque, confirment ſcripſit. In vet. Tarr.confirmet,altera voce omiſſa.

hoc violare) hoc etiam omiſit ſolus Iuo.

præſumpſerit) temptauerit,vetus Tarr.

periculo ſubiacebit) ſic Iuo,et Veron. periculo ſubiaceat, Barcin.et vnus Tarr, et concil. et Raim.et Cont.

funiculus triplex, difficile rumpitur) σπαρτίον τὸ ἔντριτον ὀ ταχέως ἀπορραγήσεται. apud Eccleſiaſten cap.4.pro difficile,eſt non cito in Græcis verbis.ſunt qui intelligãt σπαρτίον ἔντριτον cohortem militum triplici ordine conſtantem, ex Chaldęo interprete,in concil.pro difficile, eſt non facile;apertius.ceteri libri,vt editũ eſt.

præcipimus, ut Epĩ etc.) Hęc ut Innoc.ij.verba refert Grat.diſt.90.c.11.et additur enim poſt verbũ præcipimus, ſed in multis veterib.non eſt.

ad ſolum Deum, et ad ſalutem populi) ſic Raim.et Cont.poſterius ad, Grat.omiſit. item Iuo,qui mendoſe domini pro Deum habet.ad ſolum Deum,et ſalutem propriam, Veron.non recte. ad ſolum Dei,et ſalutis populi,concil.in quodam ueteri Gratiani libro,ut editum eſt.

omni tepiditate) ſic in concil. et Grat. et Iuo. omni trepiditate, Veron. omni trepidatione, Raim. et Cont.eſt in quibuſd.veterib.Gratiani libris trepiditate,et cupiditate in vno tantum.

ſepoſita) depoſita, Iuo et Tarr.vetus, ſemota in quibuſd.veterib.libris Grat.

auxilium præbeant) ſic Raim.et Cont.et Iuo, et Veron. auxilium præſtent, concil. auxilium impendant, Grat. in antiquiorib. vt editum eſt.

neque hoc alicuius amore) neque alicuius amicitiæ, Iuo ſolus. ceteri, vt editum eſt. pro amore vnus Gregor. alias timore.

Quod ſi quis in hoc opere tepidus) ſic vetus Greg. ti epidus, Cont. et alij. Quod ſi quis in hoc Dei opere tepidus, Grat. et Veron. Quod ſi quis in opere Dei tepidus, concil. Vel ſi quis in hoc Dei opere tepidus, Iuo. Quiſquis in hoc opere tepidus, Barcin. trepidus, vnus Tarr. cetera, vt Barcin.

propriæ dignitatis) ſic omnes. dignitatis ſuæ, concil.

Cap. 2. Idem) addi poteſt in eodem concil. cap. 22. non cap. 15. vt Cont. edidit.

Innouamus autem, vt presbyteri, monachi) Innouamus, vt presbyteri, monachi, clerici, concil. Innouamus, vt presbyteri, monachi, Raim. clerici addit Cont. poſt verbum presbyteri. Apud Iuonem, et in Veronen. hoc eſt initium capitis noni Romanæ ſynodi ſub Innoc. ij. et vſq. ad illa verba, nec quiſquam etc. quæ pertinent ad exactiones, et cenſus, collocantur ante verba capitis ſuperioris. et quia ab Alexãdro idem ſtatuitur, quod ab Innocentio fuerat conſtitutum, vſus eſt verbo Innouamus. at Innocẽtius, Præcipimus etiã, inquit, vt presbyteri, clerici, monachi. ſic in fine Panor. Iuonis, et in libro Veron.

conuerſi, peregrini) ſic concil. Raim. et Cont. vox cõuerſi omittitur apud Iuo. et in Veron. vox peregrini, in vno Tar. non erat.

mercatores, ruſtici, euntes, et redeuntes, et) ſic cõcil. et vet. Greg. mercatores, et ruſtici etc. vt edita ſunt, Iuo. excepto vltimo et. et mercatores, ruſtici, etc. vt edita ſunt, Veronen. non recte. mercatores, ruſtici, euntes, vel redeuntes, vel, Cont. et alij.

exiſtentes) ſic cõcil. et alij, præter Veron. in quo eſt, perſiſtentes.

quibus arant, et) hæc omiſſa ſunt in concil. habent Raim. et Cont. cum quibus arant, et, Veron. cum quibus aratur, et oues, Iuo.

quæ ſemina portant ad agrum) ſic in concil. quæ omittunt Raim. et Cont. cetera, vt edita ſunt. oues, Iuo, et Veron. addunt. et miror, cur oues omiſſæ ſint ab Alexãdro. ſemen apportant pro ſemina portant, vnus Tarr. cetera, vt edidimus.

congrua ſecuritate lætentur) ſic in concil. et Raim. et Cont. omni tempore ſecuri ſint, Innoc. ij. apud Iuo. et in Veron. ſed ſecuræ eſt apud Iuo.

nec quiſquam alicubi &c.) hæc verba Raim. ſub titulo de cenſib. poſuit, non quaſi ex concilio Lateran. immo poſt alios canones eius concilij adiecit capita duo ex epiſtulis Alex. iij. et poſtea hoc addidit caput 10. Idem. Innouamus et infra. Ne quiſquam alicubi. ſic in veteri Gregor. eſt. in alio veteri, vt editum eſt. Nec quiſquam alicui, Contius, et alij mendoſe. hoc recte Contius fecit, quod addidit eſſe ex concilio Lateran. et verba illa Innouamus, et infra, quærenda eſſe ſub tit. de treuga et pace. male autem numerum canonis concilij Later. ſcripſit eſſe xv. cum ſit xxij. non recte etiam editum eſt in concil. Nec quiſqam alicui pro alicubi.

ſine conſenſu, et auctoritate Regum, et Principum) ſine auct. et conſenſu etc. Raim. et Cont. ſine auctoritate Regum, et Principum conſenſu, concil. ſine aſſenſu, et auct. etc. vnus ex veterib. Greg. vidẽda conſtitutio hac de re, quæ in Cœna Domini dicitur.

ſtatuere aliquo modo præſumat) ſic etiam Raim. et Cont. ſed in concil. plura verba ſunt. ſtatuere, aut ſtatutas de nouo tenere, aut veteres augmẽtare aliquo modo temere præſumat.

contra hoc fecerit) ſic etiam Raim. et Cont. contra hoc venire præſumpſerit, concil.

commonitus) monitus, vetus Tarrac.

donec ſatisfaciat) ſatisfecerit, Tarr. vetus.

TIT. XXV. DE MAIORITATE, ET OBEDIENTIA.

f. s. taliter duximus reſpondendum) diſcretioni tuæ taliter reſpondemus, concil.

remedium illud) tale remedium, concil.

tamen cenſura) cum cenſuræ, concil.

aliud remedium) ſic etiam in concil. illud pro aliud Barcin. quod non æque placet.

præter remedium appellationis non admittit) præter appellationem non admittant, cõcil. admittunt pro admittit fuerat olim in ueteri Tarr.

commiſerimus) commiſimus, concil.

nepote B.) Blandu. pro B. eſt in Barcin. Baldeuuini, in cõcil. Bal. in uet. Tarr. Blaſium, in altero Tarrac.

ut in præſentiarum) ut in præſenti, concil. in præſentiarum, ut, vetus Tarr.

repræſentauit) præſentauit, concil. & duo Tarr. Hoc uidetur caput a Raim. eſſe omiſſum propter cap. 13. quod eiuſdem ſententiæ eſt.

Cap. 19. Idem. Dulm. Epõ) Dulmenſi Epõ, duo Tarr. Idem, tantũ eſt in Barcin. Idẽ Exonien. Epõ, in concil. additurq. Pars cap. Significaſti, ſupra de poteſtate iudicium. eſt autem cap. 11. partis 7. eo initio, ſed inſcriptio alia eſt. Idem Noruuicen. Epõ. uide cap. 9. ſupra de officio, & poteſtate iudicis delegati.

Appellationi autem) vox autem in cõcil. nõ eſt.

ſub aliquo caſu) ſuper pro ſub in concil. et in uno Tarr. ſuper aliquam cauſam, Barcin.

niſi appelletur) niſi appellaretur, unus Tarr. niſi appellatur, alter olim.

debita deuotione eſt) eſt debita deuotione, Barcin. & duo Tarr. cum debita eſt deuotione, concil.

Cap. 20. Idem eidem.) Idẽ Dulmenſi Epõ, Barc. & uetus Tarr. Alex. iij. Dunolmenſi Epõ, d. parte 10. c. 19. in priore editione concil. Dunelmenſi, in poſteriore. Idẽ Raim. Dulmen. Epõ, addit Cont.

& grauati) ſic etiam in concil. hæc omittunt Raim. et Cont.

Ap. ſe.) Apoſtolicæ ſedis, duo Tarr.

& appellatione) et iam pro et unus Tarr.

aduerſarij) et aduerſarij Tarr. unus.

nec pro ſe) ſic etiam in concil. nec Raim. et Cõt. alijs omiſſis. neq. vetus Tarr. itidem alijs omiſſis, neq. pro ſe, alter Tarr.

tranſmittunt) ad nos tranſm. uetus Tarr.

perſenſerint) ſenſerunt, Raim. et Cont. præſenſerunt, concil. & uetus Tarr.

illos rediſſe, &) eos rediſſe, et, concil. illos Raim. & Cont. alijs omiſſis.

iter ad nos arripiunt) iter ad nos veniendi arripiunt, cõcil. iter ad nos arripiũt ueniẽdi, Raim. ad omittit Cont. non recte.

Verum quoniam &c.) hæc clauſula a Raim. et Contio eſt omiſſa, ſit licet in concilijs. Vnde pro Verum vetus Tarr.

Apoſtolici moderaminis) ſic etiam in concil. Apoſtolicæ moderationis, Barcin. moderaminis Apoſtolici, unus Tarr.

continere) obtinere, uetus Tarr.

f. t. nos) et nos, in concil. non recte. uox nos in uno Tarr. deſideratur.

taliter reſpondemus) tibi pro taliter concil. tuæ conſultationi taliter reſpondemus, Raim. et Cont. vox taliter in uet. Tarr. non eſt.

ſi quis) quod ſiquis, concil. ut ſiquis, unus Tarr. et Raim. quod placet.

hoc

hoc ex fraude)ſic etiam in concil.hæc pro hoc vetus Gregor. hoc Cont.et alij.

uel malitia)vel malitioſe, unus Tarr.

non deferas)ne deferas,vetus Gregor.non ceteri libri.

ſine congruo)hæc Raim.omiſit,ſunt in concil.

decretalem epiſtolam)decretalem illam,unus ex veter. Greg.hæc putatur eſſe, quæ relata eſt cap.9.

uidentur muniri)ſic etiam in concil.muniti vidētur,vetus Gregor. muniri videntur, Cont. et alij.

ad deprimendam cuiusq.)ſic etiam Raim.et Cōt. ad deprimendum cuiuſquam, concil.cuiuſcūq. unus ex veter. Gregor.

ad remouendum)ſic etiam in cōcil.ad,in veterib. Gregor.non eſt,eſt in alijs.

iniuſtum grauamen)vox iniuſtum a Raim.et Cōtio eſt omiſſa.ſit licet in concilijs.

Cap.21.quod cum ſint quidam)quod quidam ſint, concil.

uxorib.ſuis)uox ſuis in concil.deſideratur.

errorem ſuum)et errorem ſuum, concil.et vetus Tarr.

officio noſtra ſollicitudinis) noſtræ ſollicitudini, Barcin.ut editum eſt, in concil.

prouidendum)prouidere,unus Tarr.

f.u.per Ap.ſ.pr.m.qua.)fraternitati veſtræ &c. quatenus.concil.pr.in vet. Tarr.deſideratur.

ſit aliquot)eſt pro ſit in concil.

pro appellatione)propter appellationem,concil. aptius.

ſi quam)ſiqui,unus Tarr.

interpoſuerint) interpoſuerūt, cōcil.et duo Tarr.

non prætermittatis) nō prætermittas, unus Tarr.

et ad recipiendas)ad,in concil.non eſt.

affectione)affectu,concil.

Cap.22.Idem Eboracen.Ep̄o) Archiep̄o,Raim.Idem,vetus Gregor.alijs omiſſis.Idem Eboracē. Archiep̄o,et R.presbytero,d.parte 10.c.21.non ſine mendo.in poſteriori edit. cōcil. Ep̄o eſt in priori editione.Hoc eſt cap.23.in uno Tarr. eſt enim cap.22.quod nobis eſt 26.Quæſiuiſti &c.

T.et R.presbyteris conuenientib.)R.presbytero veniente,concil.et Raim.et Cont.apertius.venientib.R.prior editio concil.N. pro R.uetus Tarr.

et ipſius)ſic omnes.ſed ego addo R.

audiendam) ſic in concil. terminandam, vetus Gregor.audiendam Cont.et alij.

qui ad obiectionem tuam)ſic etiam Raim.et Cont. qui eum, pro qui Barcin.qui ob excommunicationem tuā,concil.in poſteriori edit. ſed in priori quem pro qui fuit.qui ab excommunicatione tua,unus Tarr.

licet non eſſet)ſic etiam in concil.licet R.nō eſſet, vetus Gregor.licet R.presbyter non eſſet,Cōt. et alij.

de facto fecerunt abſolui) de facto tamen fecerunt eum abſolui,concil.et Raim.et Cont. de facto fecimus abſolui,prior editio concil.

Quia uero &c.) hæc clauſula ante illa mād. quatenus,a Raim.et Contio eſt omiſſa,neq. ſatis integra videtur.eſt tamen in concil.

ſtatutum)conſtitutum,eſt in concil.

f.t.pr.m.quatenus)f.t.per A. ſ. pr.m.quatenus. Barcin.et unus Tar.plenius.fraternitati veſtræ &c.quatenus.concil.Ideoq.mandamus,quatenus,Raim. et Cont. qua. pro quatenus, duo Tarr.

uel aliū)hæc neq.in cōcil.ſunt,neq.apud Raim. neq.apta ſunt.ſunt tamen in priori edit.concil. et in trib. Tarr.et in Barcin.

pro eo, quia) quod pro quia ceteri libri, præter Tarracon.duos,et Barcin.qui,in priori editione concil.

factam cantauit diuina) factam diuina cātauit, cōcil.et Raim.vox diuina in Barcin. deſideratur, cantauit,prior editio concil.alijs omiſſis.

nullo modo inquietare attemptes) nullo modo attēptetis inquietare,cōcil. nullatenus inquietes, Raim.et Cont.

omnia reducas)reducas omnia,Raim. omn pro omnia in concil. mēdoſe in poſteriori editione. omnia reducatis, erat in priori.

ceſſante ap.)appellatione ceſſante,concil.omnia ſunt a Raim.et Contio prætermiſſa.ap.ces.vetus Tarr.

ad ſedem Ap.) hæc etiam ab eisd. omittuntur. ſunt autem in concil.

facta)emiſſæ,Raim.et Cont.factæ,concil.

Cap.23.Cum teneamur conſultationib. &c.) Recte Contius addidit a Raim.omiſſa,quæ ſunt in cōcil.d.parte 10.c.23.conſultationi, unus Tarr.in quo eſt hoc cap.24.

quantum dominus)ſic etiam in concil. quantum nobis dominus,Cont.plenius.

Quoniam igitur nos)ſic etiam in concil.vox igitur a Raim.omiſſa addita eſt a Contio.

ad audientiam)ſic etiam concil.et Gregoriani libri.ad,in Barcin.deſideratur,et in uno Tarr.

tibi liceat,quæ ipſis &c.) quæ ab ipſis,vetus Tarr. reformare debeas eo prætermiſſo &c.concil.tibi eam ſibi liceat reformare,eo,de quo appellatio eſt interpoſita, prætermiſſo. Raim.et Cont. eodem negotio,ſuper quo,pro eo,de quo,unus ex veter. Greg.

ſi exinde)ſic etiā in concil.quod ſi exinde,Raim. et Cont.non male.

tibi licebit)ſic etiam veteres Gregor. terminare, additur in Barcin.experiri,Cont.et alij.tibi cor

rigere licebit.concil.
Cap.24. Idem uniuerſis ſuffraganeis Cant. Archiepiſcop.) Cant.eccleſię,Barcin. Idem uniuerſis eccleſiæ Cant.et eius ſuffraganeis,concil.nō ſine mēdo. uox uniuerſis in vet. Tar.non eſt.uox Archiepiſcop.in altero.in quo eſt hoc 25. caput.
uenerabilis frater noſter Cant.) frater noſter R. Cant.concil.omiſſa voce venerabilis,quam retinendam cenſeo. R.autem etiam placet, ſic enim cap.25.quod de eadem re ſcriptum eſt. Idē R. Cant. Archiepō.
ad præſentiam)ad audientiam, concil.non male.
vel Archid.ueſtri) vel Arch. veſtri prior editio concil.vel Archidiaconi veſtri,poſterior editio. ego hæc verba ſcripſiſſem poſt illa, ſiquando uos.ſed fingamus ita intelligendum eſſe.
et Archidiaconatus) vel pro et concil. et unus Tarr.
ponitis)apponitis,unus Tarr.
et appellatis ad annum,et interim)ad annum,et infra,concil.alijs omiſſis.ex cap.25.quod 30.eſt in concil.confirmantur edita. et cū appellatis etc. Barcin.
ſiue de ſubiectorum)ſiue de ſubditorum, Barcin. nec de ſubditorum,concil.
ipſum cognoſcere)eum pro ipſum concil.
inſtitiam ei)eius pro ei concil.et unus Tarr.
et prorſus)et protinus,concil.
prouidendum)nobis prouidendum,concil.
ne appellationis obtentu,aut manifeſta delicta crimine)ne mala impunita ſub appellationis obtentu remaneant,concil.intuitu pro obtentu, unus Tarr.
f. n. pen. A.ſ. pr. m. qua.)fraternitati veſtrę etc.quatenus,concil.
ſi uos Epi ueſtros) ſi qui veſtrum,cōcil. edita ſunt in vet. Tarr.deletis duob. poſteriorib. verbis. uox ueſtros in altero Tarr.non eſt.
Archidiaconi ſuos)hæc in concil.non ſunt. Archidiaconi ueſtri ſuos,duo Tarr.plenius.
et ad audientiam)et audientiam, concil.
memoratum) prędictum,concil.
temptetis)curetis,unus Tarr.
de cauſa,uel de exceſſib.)poſterius de in Barcin.nō eſt.neq.in vet. Tarr.de cauſis,et de exceſſib. cōcil.
iuxta meritorum) ſecundum delictorum, unus Tarr.
aut etiam) ſic etiam in concil.aut ceteros, Barcin.
ſi qui) perſequi,qui,concil.
exceptis) exemptis,unus Tarr.
Cap.25. Idem R. Cant. Archiepō)ſic in concil.d. parte 10.c.29.et c.30.R.in Barcin. deſideratur, et in uno Tarr. T. pro R.in altero. eſt autem hoc cap.26. in dicto Tarr.

ſi Epi)ſiquando Epi,concil.et Barcin. aptius,et unus Tarr.
uel Archid.)tui,vel Archidiaconi,cōcil.plenius, et duo Tarr.
et Archidiaconatus)et Archidiaconus,mendoſe in poſteriori editione concil.
protectioni)hæc uox in cōcil.deſideratur. ſed eſt cap.24.
appellant ad annum;interim) in concil. mutatur punctorum ratio.appellant,ad annum interim. ſalebroſus locus male etiam acceptus cap.24. ad annum fortaſſe ſignificat eo anno,ſiue durante anno, ſiue quoad annus appellationis effluxerit.
cognoſcere)ſic etiam in concil. te cognoſcere,Barcin.plenius.
euacuant) tibi euacuant,concil.
Volentes igitur)itaque,unus Tarr.
grauia committendi)grauiora pro grauia in cōcil. aptius.
duximus indulgendum) reſpondendū cōcil.quod non æque placet.induſſimus,vetus Tarr.
vel Archidiaconi appellauerint) et Archidiaconi, quando appellauerint, concil. et pro vel, duo Tarr.
poſuerint)poſuerunt,unus Tarr.
et exceſſib.ſubditorū ſuorum) et de exceſſib.etc.cōcil.vox ſuorum in Barcin.omiſſa eſt.
ſi qui manifeſte)ſic etiam in concil.ſi in Barcin. non eſt.
ſunt)ſint concil.et unus Tarr.
poteris)poſſis,Barcin.et concil.et duo Tarr.
uideris)cognoſceris,vet. Tarr.non recte. cognoueris malo.
Cap.26. Quæſiuiſti)Quæſitum eſt, Barcin. Quæſiſti,unus Tarr.in quo eſt hoc 27. caput.
cum ſublato appellationis remedio)ſcribe,cum ſublatio appellationis in medio,ſit. eſt in duob. Tarr.ſi pro cum Barcin.cetera,ut mutauimus.
ſicut in iſtis)hæc in Barcin.non ſunt,commiſſionis,unus Tarr.
quoties)quod quotiens,unus Tarr.
ſublatio appellationis ponitur)in medio,additur in Barcin.ante verbum ponitur.ſublatio remedio etc.vetus Tarr.non recte.uox tamen remedio, olim non erat.
quæ prædicta ſunt)quæ ſunt ſupradicta, vetus Tarr.quæ ſupradicta ſunt,alter.
Cap.27. Idem Bon. Epō et Archipresbytero) Bononienſi pro Bon.in concil. parte 50. cap.34. Idē Epō,et Archid.Bonō.vetus Gregor.et Archidiacono de Bonon. Cont.et alij.
Conſuluit nos &c.)Recte Cōtius addidit,a Raim. omiſſa ſunt in cōncil.
ueſtra deuotio)ſic etiā Cont.ueſtra dilectio,cōcil.

ut ſi

et ſi appellatio) ſic etiam Cont. utrũ appellatio concil, non male.

aggrauamine) grauamine, Barcin. et cõcil. et Cõt. et duo Tarr. aptius.

prudentiam veſtram redderemus certiorem) veſtram prudentiam redderemus noſtris litteris certiorem, Cont. hæc in concil. non ſunt.

et ideo) ſic etiã Cont. Super quo utique, concil.

quod ſi forte generaliter appellationem interponeret) aliquis, additur in cõcil. in fine. quis, in Barcin. poſt vocẽ forte. quod ſi generalẽ appellationẽ quis interponeret, vetus Gregor. generaliter Cont. et alij, cetera, ut vetus.

poſſet) poſſit, vetus Tarr.

ap. tenere non debet) appellatio, concil. et veteres Gregor. et vetus Tarr. pro ap. ſed Contius, et alij nonnulli appellationem mendoſe.

aliquis ſub aliquo) ab pro ſub concil. ab aliquo, Raim. et Cont. tertia voce omiſſa.

in una cauſa) in cauſa, olim vetus Tarr.

contingere poſſet) contingere poſſit, concil. poſſit inferri, Raim. et Cont.

appellationis obſtaculum interponeret) hæc omittũt Raim. et Cont. ſunt in concil.

generalis) generaliter, unus ex veter. Gregor.

huiuſmodi) ſic in concil. eius, Raim. et Cont.

ab eodem iudice) hæc in conc. non ſunt. habent Raim. et Cont.

Super eo vero &c.) hæc ad finem usq. Raim. omiſit, et in concil. d. c. 54. non ſunt. eſt tamen additum in marg. in prin. eius capitis, ſupra de appellat. Super eo. 3. ſed ſuſpicabamur eſſe non 3. ſed 2. hoc eſt cap. 2. partis 10. quod eſt cap. 2. in hac collectione, et plenius cap. 28.

Cap. 28. Idem Rauennati Archiepo) Archiepo Remenſi, d. parte 10. cap. 2. et Raim. et Cont. c. 2. eo. et caput 2. huius tit. in hac coll.

Non ponitur) hæc verba ſunt in uno Tarr. ſed pro eis ſcribendum eſt cap. 2. eo.

Inter cetera, quod nos &c.) quæ pro quod Barcin. aptius; Raim. et Cont. omiſerunt; quæ poſt verbum cetera ſunt, usq. ad illa, Super eo vero, in concil. quoque nulla ſunt, ut diximus cap. 2.

appellant a te) ad te, unus Tarr.

Super eo vero &c.) vide, quæ diximus d. c. 2.

Verum ſi aliquis ſpecialiter &c.) hæc neq. in cõcil. ſunt, neq. apud Raim. neq. in hac collectione dicto cap. 2. Veruntamẽ ſiquis etc. Barcin. Verũ tamen ſi quis aliter, unus Tarr.

eum remittere) eos mittere, unus Tarr.

Cap. 29. Idem Genuenſi Epo) Aurel. Epo, Barcin. Anuenſi Epo, prior editio concil. d. parte 10. cap. 28. Zamorenſi Epo, poſterior editio, quæ pleraq. mutat ob Gregorianam collectionẽ, ſic Raim. in veterib. libris, Zamorien. Cõt. et alij nõ recte. Iennenſi, vetus Tarr. Ianuenſi, alter. pro Genuen. ego Gienen. ſcriberẽ, ſiue Auinẽ. pro Aurel. aut pro Anuen. Abulen. Si credimus Raimũdo, nihil aliud opus eſt quærere, ſed Zamoren. retinere; neq. enim id nomen fictũ eſt. immo de Zamorenſi eccleſia magna contentione inter Archiepos certatũ eſt tempore Innocẽtij Tertij, ut ex eius regiſtro apparet. vide etiã cap. 7. collect. 2.

quas nobis per nuncium tuum porrexiſti, benigne) pro his verbis Raim. et Cont. habent tuas, quam vocem in concil. legimus, et edita. tuas, quas nobis etc.

admittere) ſic etiam Raim. et Cont. ſuſcipere, concilia.

et efficaciter exaudire) hæc etiam Raim. et Cont. omiſerunt. ſunt in concil.

dilectus filius noſter &c.) I. diaconus, Raim. et Cont. frater pro filius concil. non recte. Hunc ſuſpicor fuiſſe poſtea Cæleſtinum III. dictum, qui legatus in Hiſpania fuit, ut ait Innocent. III. de reſt. in integ. 3. collect.

ſanctæ Mariæ) ſcilicet concil. mendoſe in poſteriori editione, ſ. in priori.

conſtanti nobis aſſertione) ante hæc verba eſt in poſteriori edit. concil. olim Apoſtolicæ ſedis Legatus, quæ in Gregorianis libris ſunt, edita non ſunt, ſed ſunt in concil. et in priori editione omnia, ut edidimus.

et ad ſynodum ſuam vocaſſet, et) hæc in Gregoriana collectione non ſunt, ſunt licet in concil.

poſt eum excommunicationem) ſic etiam in concil. poſt excommunicationem eius, Contius addens, quæ Raim. omiſerat.

qui vice &c.) hæc usq. ad illa, Cũ dilectus, Raim. omiſit, Contius addidit, ſunt autem in concil.

Cum dilectus filius noſter Martinus) Cum q. pro Guill. eſt in duob. Tarr. et in concil. Cum q. N. Raim. et Cont. alijs omiſſis.

aſſeuerâres) aſſeueraſſet, vetus Tarr.

et ideo non potuiſſes) vox ideo in concil. non eſt. poſſes pro potuiſſes vetus Gregor. ut editũ eſt, Cont. et alij.

in Salamantina) ſic in cõcil. et in Gregoriana. ſed in Salmáticenſi ſcribendum erat, ut veteres uſi ſunt. ſed ferendum eſt, vitio enim temporum multa ſunt immutata.

tibiq. dixiſſet &c.) hæc recte Cont. addidit, a Raim. omiſſa ſunt etiam in concil. et ubi Cont. legit, tibiq. in concil. eſt.

quod in alia &c.) ſic etiam Cont. quod non in alia eccleſia eſſes quæſiturus, concil. mendoſe.

quod quando venerabilis &c.) ſic etiã Cont. quod venerabilis N. Archidiaconus Prædanus, in concil. non recte.

appellauerit) appellauit, Barcin. cõcil. et Cont. et vetus Tarr.

tuam etiam appellationem interpoſuiſſes) ſic etiam in concil. tuam appellationem etiam interpoſuiſſet, Cont. quod non placet. tu etiam pro tuã etiam malo, ſiue tu tuã etiã, cetera, ut edidimus.

illa in parte) in parte illa, cõcil. in hac parte, Barcin. et Cont. in illa parte, vet. Tarr.

quin ad) quod ad, unus Tarr.

ipſius inuocatione) ſic etiã Cõt. illius pro ipſius cõcil. ipſius inuocatione, Barc. quod nõ æque placet.

quomodo te) ſic etiã in cõcil. quod te, Raim. et Cõt.

non decuerit) nõ decet, concil. nõ decuit, Raim.

ad uocationem Cardinalis veniſſe) venire concil. ad uocẽ Card. uenire, Barcin. ad uocationẽ uenire Legati, Raim. et Cont.

f. tuam monemus, atq pr.) fraternitatem tuam monemus, mandantes, atq. præcipientes, cõcil. præcipimus, Raim. et Cont. alijs omiſſis.

te repræſentes) ſic etiã Raim. te præſentes, concil.

vt immunitatem) ſic etiam in concil. hæc a Raim. et Contio ſunt omiſſa.

Poſt hoc caput in Barcin. eſt Cæleſtini caput, cuius initiũ, Præterea requiſiti etc. eſt in 2. collect. cap. 14. eiuſd. tituli.

Cap. 30. Idem Cant. Archiepõ) Cantuarien. pro Cant. Raim. et Cont. Idem R. Cant. Archiepo. Barcin. et concil. d. parte 10. c. 29. ut editum eſt, in Barcin. cap. 4. de iureiurando.

Ad hæc, et infra) ſic etiam Raim. et Cont, Pars c. Ad hæc. Barcin. omittuntur hæc in concil. et d. c. 4. in Barcin. alias incip. Prreterea. Cõt. in marg. Integra clauſula fortaſſe eſt ſub tit. de exceſſib. prælator. c. 2. in hac collectione, et in cõcil. parte 24. c. 4. licet non eſſe initium id reſcripti manifeſtum ſit: quis enim litterarum initium eſſe credat, vel Ad hæc, uel Præterea?

Præterea de ijs) Præterea, vetus Gregor. alijs omiſſis. ceteri libri, ut editum eſt.

quod ſtabunt iudicio eccleſia) ſic etiam in cõcil. mãdato pro iudicio Barcin. d. c. 4. quod eccleſiæ ſtabunt iudicio, Raim.

præſtito ſacramento) iuramento, concil. et Barcin. d. c. 4. omnia omittunt Raim. et Cont.

ut eos) non eos, Barcin. d. c. 4. mendoſe. forte nã eos. ſed nihil muto.

Cap. 31, Idem Carnoten. Epõ) ſic omnes, vno veteri Gregor. excepto, in quo eſt, Cantuarien. Archiepo. Carnomen. vetus Tarr. Canonim. alter.

Quæſtioni, quam facis) ante hæc verba eſt in Barcin. Pars c. Sane quia nos. P. c. Sane, Cont. Integra clauſula poſita eſt cap. 16. de officio, et poteſtate iudicis delegati. eſt in concil. parte 7. c. 20. et quod in hac collectione eſt in tria capita diuiſum, illic unicũ caput eſt. nam poſt verba capitis 16. adduntur verba capitis. 5. de teſtib. cogẽdis, et poſt eius capitis verba, hæc ſunt. Quæſtioni vero, quam facis.

moris eſt) ſic etiam Raim. mos eſt, concil.

abſolui meretur) ſic etiã Raim. et Cont. exhibetur pro meretur concil. non recte.

ſi ante quã) ſic etiã in cõcil. et pro ſi, Raim. et Cõt.

mandetur, appellaſſet) mandatum eſt, appellet, cõcil. mandetur Raim. alia voce omiſſa.

vel ſi mãdato) ſic etiam in concil. uox ſi a Raim. eſt omiſſa.

cauſa ſubterfugij appellauerit) ſic etiam Raim. et Cont. cauſa diffugij appellet, concil.

taliter reſpondemus, quod poſtquam iurauit) iurauerit, concil. Reſpondemus, quod, Raim. et Cõt. alijs omiſſis.

appellationi eius) ſic etiam in concil. vox eius omittitur a Raim.

eius debeat derogare) ſic etiam Raim. et Cont. derogat, concil. alijs prætermiſſis.

non eſt) ſic etiam Raim. penitus non eſt, concil.

in eadem ſententia reducendus) in eandem reducẽdus ſententiam, concil. et Raim. et Cõt. aptius, in eandem ſententiam reducendus, duo Tarr.

pro poſſe fuerit proſecutus) ſic etiam Raim. et Cont. executus, Barcin. pro poſſe ſuo fuerit executus, concil.

Cap 32. Præterea qui &c de clericis appellant) appellant de clericis, concil. parte 50. cap. 53. Præterea de his, qui ad ſedem Ap. appellant, Raim. et Cont. apertius.

et enormia) hæc omittunt Raim. et Cõt. ſunt in concil.

dũ conueniuntur) ſic etiã Raim. cũ pro dũ cõcil.

hoc duximus) ſic etiam in cõcil. vox hoc a Raim. eſt omiſſa.

ſi poſt appellationem &c.) hæc Raim. et Cõt. omittunt, usq. ad illa, eos appellatio. ſunt autem in concil.

alij grauiter) alij concil. omiſſa voce grauiter.

eos appellatio non debet in tanta nequitia, et iniquitate tueri) eos appellantes in tanta nequitia, et iniquitate non debes tueri, concil. eos appellatio non debet in ſua iniquitate tueri, Raim. in ſua pro in tanta, unus Tarr.

eorum exceſſus) ſic etiam Raim. et Cont. coram te exceſſus, concil. quod non æque placet.

puniatur) puniantur, vetus Gregor. et alij. puniatur Cont. et concil.

Porro de ijs etc.) hæc omittũt Raim. et Cont. ſunt in concil.

excommunicationis) excõmunionis, vetus Tarr.

eccleſiaſtico) eccleſiæ, concil.

appellationem ſuſtam) ſuã appellationem, cõcil.

longiore tempore) hæc in concil. non ſunt.

Cap. 33.

Cap.33. et eius ſuffraganeis) hæc in duob. Tarr. nõ ſunt.

Ex querimonijs) Ex crebris querimonijs, concil. Ex frequẽtib. querellis, cap. 1. de inſtitutionib. in hac collectione. quod caput huic noſtro nõ diſſimile eſt. quorundam, additur in uno Tarr.

quandoq. filij) filius, uetus Tarr.

et in eccleſias) vox et non eſt in duob. Tarr.

et earum bona vel pro et concil.

Quoniam igitur) Quum igitur, concil.

eſt penitus) ſic in priori editione cõcil. ſit proeſt, in poſteriore.

f. u. per A. ſ. pr. m. quatenus) fraternitati tuæ etc. quatenus, concil.

inhiare præſumant) ſic etiam in priori edit. cõcil. inhiare præſumũt, in poſteriore, et in uno Tarr.

ad eas) ad eaſdem, concil.

quanto citius) quantocyus, concil. et duo Tarr.

ipſos ita temere) tenere, concil. quod non placet. eos ita temere, Barcin.

optentu) ſub obtentu, concil.

ſi quam) ſ. pro ſi vetus Tarr. quod ſcilicet inter pretor.

interpoſuerint) ſic etiã in concil. interpoſuerũt. Barcin. et duo Tarr.

Cap.34. Super eo uero &c.) Ante hæc verba eſt in Barcin. pars cap. Quamuis. Integram clauſulã eſſe ſuſpicor cap. 7. de officio, et poteſtate iudicis delegati, in hac collectione.

t. diſcretio) dis. t. vetus Tarr. di. t. alter.

per incidentem) propter ſcribe, ut eſt in concil. et in duob. Tarr. non per.

ſuper quam) ſub qua, cõcil. ſuper qua, duo Tarr. non male.

appellatione poſtpoſita) remota, concil.

terminanda) determinanda, uetus Tarr.

principalis cauſa) ſic in concil. vox cauſa in Barcin. deſideratur.

non poſſit) non poteſt, unus Tarr.

per interpoſitam) propter in concil. nõ per, ut ſupra. per interpoſitam, uet. Tarr. per interpoſitũ debet, alter Tarr. deleto poſtea ſimili verbo debet.

differri) deferri, in cõcil. nõ recte, et in vet. Tarr.

iam dicta) prædicta, concil.

Vide ſimile reſcriptum cap. 10. quod maluit Raim. quam hoc referre.

Cap.35. dilecti filij noſtri) dil. fil. noſter, unus Tarr.

ſancta Frid.) Fridæ, duo Tarr. ſanctæ Fridesvuichæ, cõcil. Fridæ poſtea in trib. Tarr. Fridesvuerichæ, in concil. et Frideſvuichæ. ſi iudex, additur in vet. Tarr. poſt Fridæ.

cum ſuper) cũ in Barcin. et in concil. deſideratur, et in vet. Tarr. cum ipſi ſuper, alter Tarr.

Oſeneia) Oſenia, concil.

de mandato) ſic etiam in concil. cum de mãdato Barcin.

uenerabilib. fratrib. noſtris) uenerabili fratre noſtro, prior cõcil. editio nõ recte. uenerabil. fratr. noſtr. poſterior recte.

Exon.) Exonien. concil. Exonienſi, unus Tarr. plenius.

ad audientiam) et ad audientiam, concil.

Oſeneia) Oſenia, concil. poſtea tamen Oſeneia eſt. Oſeneia in trib. Tarr. bis. Oneſia, et Oneſeia, in uno tantum.

Exon. Archid. mãdauerũt) Oxeneford. pro Exõ. Barcin. quæſtione facta a Xenefordẽ. Archidiacono, mandauerunt, concil. plenius.

dignoſcitur) dinoſcitur cõcil. quod minus probo.

S. Frida) ſanctæ Fridesvuerichæ, concil. ſanctæ Fridæ, duo Tarr.

reiecti) deiecti, Barcin. et unus Tarr. eiecti, cõcil.

Deinde autem) vox autem in concil. non eſt.

ad Lunden. et Wigor.) ad Lunden. et Vuigorn. cõcil. ſæpe incidimus in hæc nomina varie ſcripta. qui recte ſcribũt, Londinum, et Vigorniam ſcribunt. alij Lũdoniam, ſiue Londoniam pro Londino dixerunt iam inde a temporib. Gregorij primi.

quod ſi a poſſeſſione) ſic prior concil. editio. ſi deſideratur in poſteriore.

et ſic cum pars utraq.) et ſicut utraq. pars, concil. non recte.

propter hoc) hæc in concil. non ſunt.

ſancta Frida) ſanctæ Fridesvuichæ, concil.

per ſubreptionem) per ſubreptiones, olim in uno Tarr.

ſed Lunden.) ſed Lunden. prior concil. editio. ſed London. poſterior.

Oſeneie) Oſenia, concil.

eius eccleſie) eiuſdem eccleſiæ, Barcin. et concil.

f. t. per A. ſ. pr. m. quatenus) fraternitati tuæ etc. quatenus, cõcil. f. u. per A. ſ. m. qua. unus Tarr.

ex litteris) in pro ex cõcil. quod nõ æque probo.

Exon. et Ciſtrenſi) Exoniẽ. et Ciceſtrenſis, prior concil. editio, non recte. Ciceſtrenſi, poſterior.

factis) factæ, concil. non ineptiſſime.

aut etiam) uox etiam in uno Tarr. non eſt.

tibi legitime) vox tibi in concil. deſideratur.

poſt eius) vox eius non eſt in concil. neq. in Barcin. neq. in uno Tarr. eiuſmodi forte ſcribi debuit.

ab eis) ab eiſdem, concil.

uel mutatum; in eum ſtatum) aut mutatũ, in eo ſtatu, concil.

extitiſſe) fuiſſe concil.

litteris noſtris ad Lunden. et Wigor. Epõs poſterius directis) litteris, neq. Lundẽ. neq. Vuigornien. Epis poſtea directis, concil. mendoſe.

uolentes

uolentes poſſeſſionem intrare)uolētes intrare,cōcil.

reiecti)eiecti,Barcin.reiecti,concil.

eum incontinenti ui repellere) eum ui in conti nenti tantum repellere,concil. eum ui etc. uet. Tarr.

ab aliorum)ab eorum,concil.

iura ſua tueri)iura tueri,concil.

ante te)ante præſentiam tuam,concil.

conuocata)uocata,unus Tarr.

cauſam diligentius) cauſam ipſam diligentius, Barcin.et concil.

ſtudeas terminare)termines,concil.

Cap.36.noſtrorum tenemur conſultat.)conſultatio nib. duo Tarr.vox noſtror.in altero deſideratur.

quod a nobis)a,in veteri Tarr.expunctum eſt.

arbitrium refertur)refertur, duo Tarr.

Cap.37. Idem Gradenſi &c.)Idem Granden. Patriarchæ, et ſancti Vitalis presbytero Card. Raim.et Cont.alijs omiſſis.Grand. unus Tarr. I.priori,pro et priori,idem.

dilectis filijs noſtris M.)hæc omittunt Raim.et Cont.

ſancti Felicis) ſanctæ pro ſancti, unus Tarr.non male.

ne q.canonico ſancti Marci)hæc etiā ab eiſd.ſunt omiſſa.

Toletanæ)ſic tres Tarr. Torcellanæ Barcin.et Raim.et Cont.aptius.

faciente maligni hoſtis inuidia)hæc itidem Raim. et Cont.omiſerunt.

nobis per A ſ. pr.)hæc etiam ab eiſd. omittūtur, nobis in Barcin.deſideratur.

in unum pariter &c.)hæc usq.ad illa, ſi vobis, a Raim.et Contio ſunt omiſſa.

ſi vobis cōſtiterit,quod præfatus Archidiaconus) ſi Archidiaconus,Raim.et Cont.

ad nos factam)hæc a Raim.et Cont.ſunt omiſſa.

poſt denūciationē)et,additur in Barcin.ante hæc verba.et denuntiationem,Raim.et Cont. poſt nuntiationem,vetus Tarr.

etiam excommunicationis)vox etiam a Raim. omittitur.

ad denominationem)ad nominationem,Raim.et Cont.

prenominatum)nominatum,vet.Tarr.

elegerit)elegerunt,vetus Gregor. elegerint, Cōt. et alij,et unus Tarr.

uel prohibitione)hæc omittunt Raim.et Cont.

ſi ipſe)vox ipſe in uno Tarr.non eſt.

præſtita ab Archidiacono)præfati Archidiaconi,Barcin.et Raim.et Cont.

de præfato (.)I.ſcribēdum eſt,ut in Barcin.eſt, et in Gregorianis,et in duob. Tarr.

appellatione,et ex.re.)ap.et excuſatione re. Barcin.hæc a Raim.et Contio ſunt omiſſa.

et tu frater &c.)Quæ ſequuntur,a Raim.et Contio ſunt etiam omiſſa.

Graden,is)Grandenſis,unus Tarr.

aſſeſſis) aſſiſtentib.vetus Tarr.

Cap.38.reſpondere penitus renuat,et recuſet)reſpondere recuſet,Raim.et Cont.alijs omiſſis.

conſul.t.taliter)ſic etiam veteres Gregor.ubi taliter,Cont.et alij.

pro illa appellatione)per illam appellationem,vetus Tarr.

tuam) vox hæc delenda eſt, quæ neq.in Barcin.eſt,neq.in Gregorianis,neq.in uno Tarr.eſt in alijs duob.

appellatum eſt)appellatū nō eſt,Barcin.et Raim. aptius,et duo Tarr.

cum in cauſa procedere non deberet)cum nō debet. Raim.et Cont.apertius.cum in cauſa præcedēte nō debere,Barcin.non ſine mendo.forte,cū in cauſa procedente non deberet ad reſpondēdum etc.compellere.vox cum in uno Tarr.nō eſt.debet pro deberet in duob.

ad reſpondendum) nec ad reſp.unus Tarr.

ſuper alijs cauſis)pro,eſt in Barcin.nō ſuper.vox cauſis in Gregorianis deſideratur.

quod ipſo actu &c.)quo ipſo actu merito ſit damnandus.Raim.et Cont.quod non æque placet.

Cap.39.Relatum eſt aurib.noſtris.quod cum quidam &c.)vox cum in Barcin.non eſt, neq.in concil. parte 47.cap.7.tit. de iure patronatus. Raim. multa omiſit.et Contius ſub tit.de conceſſione præbendæ cap.3.

marcharum)argenti,addit vetus Tarr.

vocem appellationis emittunt) appellationē emittunt.concil.

conſulis)conſuluiſti,vetus Tarr.

an a diœceſano)an diœceſiano,concil.non recte.

præſentib.litteris reſpondemus)præſentib.tibi litteris reſpondemus,duo Tarr.et concil. conſulenti reſpondemus,Raim.et Cont.

in Lateranenſi concilio)cap.g.ſub Alex.iij.nō cap. 5.ut Contius ſcripſit.ex eo eſt cap.2.de conceſ. præb.in Gregoriana.

ſint caſſata)ſunt.pro ſint unus Tarr.

qui iam dictis)qui iam prædictis,cōcil.qui dictis, Raim.et Cont.

nituntur) innituntur,concil.et Raim.

perſonis)de perſonis,concil.et Raim.

Cap.40.prout nobis dominus) prout Deus nobis, concil.

reuelauerit)ſic etiā concil.miniſtrauerit.Barcin.

propoſitas denodare) quæſtiones propoſitas denodare,Barcin.propoſitas enodare,concil.propoſitas denodare,Tarr.duo.in altero tamen S expunctum eſt.

ante

ante citationem, uel poſt) citationem, addunt Barcin. et concil. et unus Tarr.
ante ſententiam, uel poſt) ſententiam, addunt ijdem. uel poſt, in ueteri Tarr. aliquando deſiderabantur.
in his articulis) in huiuſmodi articulo, Barcin. et duo Tarr. et concil. excepta voce articulo.
ſi cui cauſa) ſi cauſa, Barc. et cõcil. et duo Tarr.
appellaſſet) appellet, concil.
quæ delegatus) vox delegatus in uno Tar. nõ eſt.
quæ cauſatur) eſſe, additur in Barcin. cõtra Cant. eſt in concil. non ſine mendo.
Dubitas autem) etiã pro autẽ in concil. nõ male.
ap. re. commiſſa) ap. re. in uet. Tarr. olim non erant.
ille ſolus) vox ſolus aliquando in uet. Tarr. deſiderabatur.
in fine litterarum) vox litterarum in concil. non eſt.
nequiuerit) nequit, unus Tarr.
Primæ igitur quæſtioni taliter) Primæ ergo quæſtioni, concil. omiſſa voce taliter.
ſiue poſtea) ſiue poſt, concil.
quæſiſti) quæſiuiſti, concil.
appellauerit) appellauit, unus Tarr.
ſuper falſis) falſa, unus Tarr.
ſpecialiter) ſpeciale, concil.
in commiſſionis litteris) in litteris commiſſorijs, concil. in commiſſorijs litteris, unus Tarr.
De cetero noueris &c.) hæc ſunt in concil. parte 49. c. 12. ſuperiora c. 13. non recte. in marg. addi debuit hoc loco. cap. 5. de ſent. et re iudic. vidimus ſupra eodem illo tit. cap. 7.
Cap. 41. Idem R. Cantuar. Archiep.) R. non eſt in concil. parte 31. cap. a titulo de excommunicatis, neq. in Gregorianis, excepto Coltiano. Ep. pro R. eſt in duob. Tarr.
ſuper articulis iuris) ſic etiam in concil. hæc Raimun. omiſit. in articulis iuris, Cont.
in ijs, quæ tibi nota ſunt, & liquido manifeſta) liquida, manifeſte, concil. hæc etiam omnia Raim. omiſit, in his, quæ tibi nota ſunt, Cont. alijs omiſſis.
ordinem iuris) ſic etiam Raim. et Cont. vox iuris in concil. non eſt.
& euidenter &c.) hæc recte addidit Cont. a Raimun. omiſſa, ſunt in concil.
eccleſiaſtica contraire) ſic etiam in concil. ſed in marg. eccleſiæ, eſt. eccleſiaſticæ occurrere, Cõt. quod non æque placet.
ille glorioſus inclitus) et inclitus, Barc. et duo Tarrac. et concil. et Cont. aptius. glorioſus ille, unus Tarr.
Thomas) ſanctus Thomas, unus Tarr.
non in palatio) ſic etiam in concil. non etiam in palatio, Raim. et Cont.
non in camera) ſed pro non uetus Tarr.
in propria) ſic in concil. vox propria a Raim. et Contio eſt omiſſa.
et contra Pontificalis officium dignitatis) officij dignitatem, concil. et unus Tarr. cetera, ut edita ſunt. et Pontificalis officij dignitatem, Raim. et Cont.
Verum ne petitionib. &c.) Recte addidit Cont. a Raim. prætermiſſa, quæ ſunt etiam in concil. mendoſa. namq. ita ſcriptum eſt. Verum ſuper his, de quib. etc. alia deſiderantur.
prout nobis dominus dedit) dederit, unus Tarrac. prout nobis dederit dominus, concil. prout dedit nobis dominus, Cont.
interdicto, uel) hæc in concil. non ſunt. habent Raim. et Cont. interdictione, uel, unus Tarr.
excommunicatione) excommunione, uetus Tarrac.
excepit) ſuſcepit, unus ex ueter. Gregor.
ut non in excommunicationem diſcedat) ne pro ut non, Raim. ut non in excommunicationem diſcedat, concil. mendoſe.
Romanus Pontifex) hæc omittunt Raim. et Cõtius. ſunt in cõcil.
iuris pareat æquitati) ſic etiam Raim. et Cont. ſed in concil. ante hæc uerba eſt. uel coram ep. in quo utraq. pars conuenerit.
De ijs etiam &c.) Hoc eſt in concil. cap. 5. hac inſcriptione. Idem eidem in eadem epiſtola.
uel interdicto) ſic etiam Raim. uel interdictioni, concil.
illud idem) vox illud in altero ex ueter. Greg. non eſt.
& ſi ij) etiam ſi hi, concil. et Raim. et Cont.
qui huiuſmodi protulerint) protulerunt, Raim. et Cont. pro quibus tulerint, concil. quod aptius eſt forte ſcribendum, pro quib. huiuſmodi protulerint. ſed malo, quod in uno ex veter. Greg. eſt. pertulerint ſcribere, cetera ut edita ſunt.
Super eo vero &c.) hoc thema neq. in concil. eſt, neq. in Gregorianis. durum credo uiſum fuiſſe, corpus poſt appellationem non tradi ſepulturæ, quod ſecundum Anglicanam cõſuetudinẽ fieri, teſtantur R. et Alanus Angli, ut Tancredus refert.
poſtulant) poſcunt, uet. Tarr.
miſſis) uox hæc in uet. Tarr. deſideratur.
Cap. 42. Idẽ in concilio Lateranen.) ſic etiã Raim. et Cõt. ex pro ut Balc. c. 9. addit in marg. Cõt. nõ recte ſcribo cap. 6. ut in concilijs eſt.
Reprehẽſibilis valde &c.) Recte Cõt. addit a Raimun. omiſſa, quæ ſunt etiam in concil. ſed
ut cum fratres) ſic etiã Cont. ut fratres, concil. ut confratres, Barcin. quod non æque placet.

appellaturos quoſdam)quos appellaturos,concil. ut editum eſt,Cont.

commonitione)admonitione,Cont.et concil.

ſiue excommunicationis)uel pro ſiue concil.ſeu etiam,Cont.

in eos)ſic etiam in concil,hæc omiſit Cont.

ſententiam ferant)ſerunt pro ferant Cont.et unus Tarr.ferant ſententiam,concil.

dum ſuperioris)cum pro dum,unus Tarr.

et defenſionem)et adde fenſionem,concil. Barc. duo Tarr.et Cont.aptius.

præſidium)ſic etiam Cont.ſubſidium,concil.

ne prælati)ne uel prælati,cõcil.et Cont.plenius.

grauare ſubiectos)ſic etiam in concil.grauare ſubditos,Cont.

uel ſubiecti)uel ſubditi,concil.Barcin. et Cont. et unus Tarr.

pro ſola)ſic etiam Cont.pro ſua,concil.et Barc.

correctionem)ſic etiam in concil. correptionem, Cont.et unus Tarr.

ut nec)ut ne,unus ex veterib.Gregor.

commonitione præmiſſa)ſic etiá in cõcil.et in uno ex ueter.Gregor.monitione præmiſſa, Raim. et Cont.ut editum eſt,ſcriptum eſt cap.48.cõcilij generalis ſub Innoc.3.ex quo eſt c.61.de appel.in Gregor.ex 4.collectione.

proferant)ſic in concil.et in veterib. Greg.et alijs.ferant,Cont.et vet.Tarr.

ſuo genere)genere ſuo,concil.ſuo genere,Raim. et Cõt.qui in marg.addit nomine,alij iure ſcribunt.

ſuſpenſionis,uel) ſic etiam Raim.et Cont.hæc in concil.non ſunt.

excommunicationis)excommunionis,unus Tarrac.

ante ingreſſum cauſæ)hæc omiſit Raim. ſunt in cõcil.addidit Cont.poſt vocem appellationis.

prorumpant)ſic etiam in concil.erumpant,Barcin.et Raim.et Cont.qui in marg. habet alias prorumpant.quod verbum eſt in uno ex veter.Gregor.

pro ſui)ſic etiam Raim.pro ſua, concil.

competens ad) competens ei ad,concil.duo Tar. Barcin.et Raim.aptius.

proſequi)perſequi,vetus Gregor.et concil. proſequi Cont.et alij.

neglexerit)noluerit,unus Tarr.

qui appellauerit)ſic etiam in concil.et qui appellat,uetus Gregor.qui appellat,Cont.et alij.

ſi quidem proprium)ſi quid proprium,Barcin.et uetus Tarr.ſi quod proprium,uetus Gregor.ſi quid,Cont.et alij.ſi proprium quid,concil.

habuerit)ſic etiá Raim.et Cont.habuit,cõcil.et duo Tarr.

competentem illi) ei pro illi cõcil.et uetus Greg. illi,Cont.et alij.et Inno.3.c.44.Gregorianæ.

deterritum)ſic etiam ueteres Greg.territus, Cõt. et alij.perterritus,cõcil.deterritus eſt c.44.Gregorianæ.

in locis religioſis)ſic etiam in concil.in religioſis, Raim.et Cont.

ne monachi,ſiue quicumq.religioſi uiri)ne religioſi, Raim.alijs omiſſis.ne (monachi, ſiue quicũq. alij)religioſi.Cont.vox uiri in concil.non eſt. cetera,ut edita ſunt.

eis fuerit iniũctum)fuerit eiſdem iniũctũ,Raim. et Cont.utiliter eis fuerit iniũctum,concil.

Cap.43.Idem)ſic etiam Raim.et Cont.

pars.c.Eam te)ſic etiam Cont.Integra clauſula exſtat fortaſſe c.4.de ætate,et qualitate ordin. in hac collectione.

Ad hæc præſentib.&c.)Quæ omiſit Raim.addidit Cont.Adhoc, unus Tarr.

appellatione ceſ.)ſic etiam uetus Gregor.remota pro ceſ.Cont.et alij.

ſuſpectum habuerit) habuit duo Tarr.

iudicem)iudices,unus ex veter. Greg.et poſtea ualeant pro ualeat.

Cap.44.Idem Saleberienſi Epo)Salebiriẽſi Epõ, Barcin.Salabrien.Epõ, Raim.et Cont. Salesbien.vnus Tarr.

cum Rogerium filium Willielmi)cum tu Rog.etc. Barcin.cum W.uetus Greg.cũ G.alter vetus codex,cum V.Raim.et alij,ceteris omiſſis.cũ tu. Rog.filium W.unus Tarr.cum Rogerum filium Willi.alter.

ut debitam in eadem eccleſia)ut in ea, Raim.et Cont. uox eadem in uno Tarr.non eſt.

ad audientiam noſtram)hæc omittunt Raim.et Cont.

prorupperit) prorupit,Raim.et unus Tarr.

& appellatione &c.)Recte Cõt.addidit a Raim. prætermiſſa.

beati Lucæ)beatæ Luciæ, Cont.et uet. Tarr.olim.

per eius,uel per aliorum ſubterfugia)pro eius,et aliorum ſubterfugio, Cont. horum pro aliorũ olim uetus Tarr.

præſcriptam)prædictam,Cont.

cum ipſe)Cum autem,Raim.Cum ipſe(autem) Cont.

uideatur)dictus canonicus,Raim.addidit.

per A.ſ.pr.)hæc omittunt Raimund. et Contius.

præfatum Rog.diligenter,& ſtudioſe commoneas) eum ſtudioſe moneas, Raim. et Cont. Rogerium

rium pro Rog. vetus Tarr. plenius.

debitam omni mora poſtpoſita) hæc etiam ab eiſd. ſunt omiſſa.

infra proximum feſtum beati Lucæ) infra terminũ, Raim. beatæ Luciæ, vetus Tarr. olim.

appellationẽ ſuã) ap. eã, ueteres Greg. eam, Cõt. et alij altera voce omiſſa, non ſine mendo.

uices tuas) ſic etiã Raim. et Cõt. uices ſuas, Barc.

exequendas) hæc vox a Raim. et Cõt. eſt omiſſa.

ap. ceſ.) hæc itidem ab eiſd. omittuntur.

unde poſſit) ut poſſit, unus ex veter. Gregor.

prælibatum Rog.) W. pro Rog. veteres Greg. V. Cont. et alij. Rogerius, vetus Tarr.

tu eũ extũc etc.) tu prębẽda ſua priuẽs eũdẽ, uet. Greg. tu de prabẽda, etc. Cont. et alij nõ recte.

ap. poſtp.) ap. ceſ. Barcin. ap. poſtpoſita, vet. Tar.

& eam alicui diſcreto &c.) et eã alij idoneæ perſonæ concedas, Raim. et Cont. alicui pro alij, unus ex ueter. Gregor.

Cap. 45. Lucius iij. Wallincon Epõ) ſcribo Wal. Lincon. Epõ. eſt enim in Barcin. Val. Lingon. Epõ, et alibi Epõ Lincol. et in veteri Gregor. Waltio Lincon. Epõ, ſed pro Waltio ſcribo Walterio, ſiue Waltero. Vu. Lincolnien. Epõ, d. parte 10. cap. 18. Gualtero Lincon. canonico, tam Cont. quam alij quidã mendoſe. Valton. Epõ, alter ex veter. Gregor. Waltero Lincol. unus Tarr. non ſine mendo.

pars c. Ad aures) hæc omittunt Raim. et Cont. et unus Tarr. et cõcil. Integra clauſula exſtat ſupra de reſcriptis cap. 6. Valtero Licoln. inſcripto, et in concil. parte 41. c. 8. Lincol. Epõ.

Poſtremo) et infra, additur in uno ex uet. Greg.

intimamus) inſinuamus, Barc.

cauſa aliqua) aliqua cauſa, concil. et Barcin. uox aliqua omittitur a Raim. et Cont.

impetrauit) impetrauerit, Barcin.

aut ex alia quacunq. iuſta cauſa) vox iuſta in concil. non eſt. uel ex alia iuſta cauſa, Raim. et Cõt. uel alia cauſa, unus ex veter. Greg. aut ex aliqua etc. duo Tarr. aut alia quacunq. cauſa iuſte, Barcin.

functus) fit, addit Barcin.

non immerito poterit) ſic etiã Raim. et Cõt. poteſt non immerito, concil.

fuerit ei) vox ei in cõcil. nõ eſt. eſt in Gregorio. In duob. libris Romano, et Barc. eſt hoc caput eiſdem verbis ſub tit. de officio, et poteſt. iudicis delegati.

Cap. 46. Idem NorWicen. Epõ) Greg. VIII. Noruicenſi Epõ, Barcin. Idẽ Noruicen. Epõ, Raim. et Cont. et unus Tarr.

pars c. quæſitum) hæc omittunt Raim. et Cont. vide c. 7. de reſcriptis, in hac collectione. Integra clauſula fortaſſe ex c. 2. de officio iudicis delegati collect. 2. ſumi poteſt.

Ad hæc) Ad hoc, unus Tarr.

& deinde) ſic etiam Raim. et Cont. et ſi deinde, Barcin.

interdictum) illud, Raim.

ſeruare) obſeruare, unus ex ueter. Greg.

noueris quod) Noueris igitur, quod, Raim. et Cõt.

poſt ap.) poſt appellationem, uetus Tarr.

ſic interdictum nequeunt) uox nequeunt in Barc. deſideratur. ſic nec interdictum nequeunt, uetus Greg. ut editum eſt, Cont. et alij.

eos conſtat ſuppoſitos) ſic etiam Raim. et Cont. eos conſtat eſſe ſuppoſitos, Barc. et unus ex veter. Gregor. plenius.

Cap. 47. uniuerſis Archiepiſc.) et Epis, additur in Barcin. et in vet. Tarr. non male. uniuerſis fratrib. Epis, et Archidiaconis, ad quos litteræ iſtę peruenerint, concil. Archiepis, pro Archiepiſc. duo Tarr.

Vel ex malitia) Vel ex dolo, uel ex malitia, concil plenius.

intelligentia præpediti) diligentia impediti, cõcil.

non poſſumus) non poſſimus, concil. et unus Tar.

concurrentium clamores, & murmura) contradicẽtium clamores, aut murmura, concil. quod nõ æque placet.

mediocribus) minorib. concil. non male.

quam oporteat) quam oportet, concil.

huic rei) huius rei, unus Tarr.

ne uel multitudinis) ne multimodo, cõcil. ne vel in multitudinis, unus Tarr. olim.

ſuam iniuriam) ſua pro ſuam, concil. quod non improbo. Eſt autem præclara ſententia totius principij huius capitis, cui eſt non diſſimilis Bernardi Clareuallenſis ad Eugenium in aureo illo libello de conſideratione.

f. t. per A. ſ.) uniuerſitati pro f. Barcin. et concil. fraternitati veſtræ, uetus Tarr. f. t. alter Tarr.

m quat.) præſentib. mãdamus, quatenus, cõcil.

ſuper reb. modicis) de modicis reb. concil.

ſubſiſtunt) conſiſtunt, uetus Tarr.

quæſtio uentiletur) quo pro quæſtio, prior concil. editio non recte. cauſa, poſterior.

prouocandum) appellandum, concil.

uero ueſtrorum) vox uero, ut ſuperuacanea recte omittitur in Barcin. et in concil. et in uno Tar.

eligere cõpellatis &c.) eos eligere iudices, qui ſuſpicione careant, compellatis, concil.

ibidem idonei potuerint inueniri) ibi pro ibidẽ unus Tarr. idonei ibi fuerint inuenti, concil.

ſeu Primatem vocem prouocationis) ſiue Primatẽ uocem appellationis, concil.

negotium tale fuerit) tale negotium ſit, concil.

ſubſtantiam) ſummam, concil. aptius.

aliquatenus teneat) contineat pro teneat, Barcin. contineat aliquatenus, concil.

cognitores eligere) hæc in concil. deſiderantur.

tamen de viciniѕ &c.) cognitores tamen de viciniѕ epiſcopatib. aliquos eligere compellantur, concil.
in maiorib.) ſed in maiorib. vetus Tarr.
appellandi ſedem Ap.) appellãdi ad ſedem Ap. concil. Apoſtolicam pro Ap. vetus Tarr.
copia reſeruata) copia ſeruata, concil.
ſuos in præſentiam noſtram aduerſarios) ad pro in, unus Tarr. et Barcin. uos aduerſarios ad præſentiam noſtram, concil.
laborare compellant) cõpellunt, Barcin. et cõcil.
cum a nobis &c.) hæc uſq. ad illa, Ceterum ſi, in concil. non ſunt.
poſſit litteras) malo, poſsint litteras, in Barc. eſt, poſſunt litteras. litteras poſſint, vetus Tarr.
ſuper aliquib. cauſis) ſuper cauſis, concil.
cuius iuriſdictioni) eius pro cuius, vetus Tarr.
ſaltem u) alter, uel is, unus Tarr.
ſubiacet, non fuerit) non ſubiacet, non fuerit, concil. quod nondum placet. ſubiaceat, olim uetus Tarr.
iudices electi ſupradicto modo non fuerint) iudices clerici ſupradicto modo nõ fuerint electi, cõcil.
litteras a nobis) et litteras a nobis, concil.
iudicia reuertantur) negotia reuertentur, prior editio concil. negotia reuertantur, poſterior.
diſceptantium occurrere) occurrere diſceptationum, concil. non recte.
reſeruemus) referemus, concil. non male.
Cum tamen) Cum uero, concil.
noſtram præſentiam) ſic etiam poſterior concil. editio. ueſtram pro noſtram, prior editio. quod non placet.
ſuper illis) his pro illis, unus Tarr.
fieri contigerit, & primates) uel Primates fieri contigerit, concil. aptius.
non mutamus) ſic etiam in concil. poſt hæc uerba eſt in Barcin. Datum Bon. hoc eſt Bononiæ. non immutamus, unus Tarr. habet.

TIT. XXI. DE CONFIR-

mationibus utili, uel inutili) et inutili, Barc. uel & inutili, uetus Gregor. uel inutili, Cont. et alij.

CAP. 1. *Exon. Epo*) ſic etiam Raim. et Cont. Lexonienſi Epo, in concil. parte 44. c. 10. forte L. Exonien.
Si quis rei &c.) Ante hæc uerba additur in Barcin. Pars cap. In litteris. ſic etiam Cont. Integra clauſula quærẽda eſt. Multa quidẽ capita ſunt ex eodem reſcripto ſumpta, ut exiſtimamus. In duob. integra clauſula exſtat ſub tit. de offi. iud. dele. et ſub tit. de raptor. in hac collect.
impetrauerit Apoſtolica ſedis) ſic etiã veteres Gregor. a ſede Apoſtolica impetrauerit, concil. impetrauit ab Ap. ſede, Cont. et alij.
nõ minus) ſic omnes: ſed ego nihilominus malo,
cum in) cum inde, Barcin. duo Tarr. concil. et Raim. ego, deleo in.
optinuit) ſic etiam ueteres Gregor. et concil. obtinuerit, Cont. et alij.
non eſt tutum, aut licitum) ſic etiam in concil. nõ eſt licitum, Raim. et Cont. alijs omiſſis.
de quæſtione ſuborta) poſtea, additur in concil. de quæſtione poſtea ſuborta, Barcin. et unus Tar. de quæſtione poſtea exorta, Raim. et Cont.
ſine mandato &c.) ſic etiam in concil. decernere, aut eam diffinire abſq. Ap. ſedis mandato, Raim. et Cont. vox eam in Barcin. deſideratur, cetera, ut edita ſunt.
Cap. 2. Idem Wigor. Epo) ſic etiam vetus Greg. Vigorien. Epo, Cõt. et alij. Wigornien. Epo, 12. libro regiſtri, concil. parte 50. c. 16.
pars c. Ex parte tua) P. c. Ex parte. Contius, hæc Raim. omiſit. Integram clauſulam inuenies in concil. et c. 13. de accuſat. in hac collect.
Romanorum Pontificum) Rom. Pont. Raim. et Cont. Ro. Po. unus Tarr. Ro. Pontificũ, cõcil.
tuam volumus cognitionem tenere) ſic in cõcil. uolumus te tenere, Raim.
quod nullas) quod illas, unus Tarr. non recte. quod contra illas, concil. et Barc. et duo Tarr. et Raim. et Cont. aptius.
procedit) procedat, cõcil. et Barc. et Rai. et Cõt.
ipſa confirmatione) hæc omittunt Raim. et Cõt. ſunt in concil.
per falſam) ſic in concil. per falſi, Raim. et Cõt.
elicita ſint) fuerint, unus ex ueterib. Greg. ſint elicitæ, duo Tarr. ſint ſuggeſtione obrẽtæ, cõcil.
Operæ pretiũ eſt Tancredi ſcholij facere mentionem, qui multorum veterum opiniones de his ipſis confirmationib. rettulit, ut ſimul cognoſcamus, qui fuerunt huius collectionis interpretes. Refert initio Alani, et Vincentij uerba, mox Laurentij, quas etiã gloſſas appellat, mox B. hoc eſt Bernardi huius libri, ut ait, compilatoris, et Hugonis. Silueſtri quoq. uerba audiſſe ſe Tan. ait, has nõ eſſe decretales etc. Ipſe Tan. recte ſeparat cõfirmationes ex certa ſcientia ab alijs. Viden. Bern. in ſcholijs Gregor. collect.

LIB. TERTIVS,

TIT. I. DE VITA, ET HOneſtate clericorum.

CAP. 1. *Ex concilio Africano*) Magotienſi, Barcin. Magot. uetus Tarr. Agontino, alter. Magũtino, Raim. et Cont. Maguntino cap. 13. Burchar. lib. 3. cap. 102. et Iuo parte 2. cap. 157. decreti.

creti.ſed in concil.eſt ex concilio Turonenſi ij. cap.iiij. Eſt autem hoc caput in libro Barcin. non primum,ſed quinctum.

quando ſancta) quando ſacra, Raim. et Cont. quo ſancta,concil.et Burch.et Iuo.forte quum ſancta, ſcribi poſſet.

inter clericos,tam ad vigilias,quam ad miſſas,ſtare penitus,uel ſedere) miſſam pro miſſas, Barcin.et Iuo.ſtare,uel ſedere penitus,Burch.et Iuo.cetera,ut edita ſunt.uel ſedere,in concil.deſideratur;cetera,ut edidimus. ſtare, uel ſedere inter clericos, Raim.ceteris omiſſis. tam ad vigilias, quam ad miſſas) addidit Cont.

quæ cancellis ab altari) ſic etiam Burch.Iuo,Raimũd.et Cont.quę a cãcellis verſus altare,cõcil.

tantum pſallentib pateat clericis) ſic etiam Burch. et ceteri.choris tantum pſallentium pateat clericorum,concil.

ad orandum uero) ſic in concil.in ult.editione, et in Gregorianis,et in Burch.edito.vox veró in duab.editionib.cõcil.deſideratur. ſed aptius in ueteri Burch.eſt,ad adorandum uero, et apud Iuonem.etiam pro uero,uetus Tarr.

Cap.2.ex concilio Pictauienſi) ſic etiam Raim.et Cont.Magotienſi,Barcin.eſt autem hoc caput primum in eo libro.in ueteri Tarr.omiſſũ eſt.

pars c.Decernit) hæc omiſit Raim.et Cont.et Barcin. Integra clauſula quærenda,ut ipſum Pictauien.concilium.unde cap.1.de filiis presbyterorum,cuius initium olim fuit Decreuit.

Cap.3 Gregorius) ſic etiam ueteres Raim.libri.et Grat.Greg.9.Cont.et alij,non recte.Item Gregor.unus Tarr.ſcribendum Gregorius in ſynodo Romana.ut apparet ex regiſtro B.Gregorij.lib.12.in fine.Hoc eſt cap.2.in Barcin.ſunt, qui putent eam ſynodum fuiſſe Gregorij poſterioris,ſiue ſecundi.

Comã relaxauerit) laxauerit coronã,regiſt. relaxauerit comam;Grat.23.diſt.c.23.in quibuſd. tamen ueteribus libris Gratiani eſt,laxauerit comam.comam nutrierit,unus Tarr.

Cap.4.ex concilio Carthaginenſi) ſic etiam Raim. et Cont.addit quarto ex concilijs,cap.44. ex concil. Carthagin.c.44.Burchar.li.2.cap.174. et Iuo parte 6.cap.265.decreti.Hoc eſt caput 3. in Barcin.et in uet.Tarr.

Clericus nec comam nutriat,nec barbam) ſic concil.et Burch.neq.pro nec,Raim.et Cont.Clericus nec comam,nec barbam nutriat, Iuo non male.nec barbam tondeat, ſiue nec barbam radat,quidam in marg.concil.non recte. nec barbam radat,antiqua editio concil. Vide Clemens lib.1.cap.4.Apoſtolicar. conſtitut.Ante hæc uerba eſt in ueteri Tarr.Pars.c. Decernit.quod ex cap.2.videtur ſumptum.

Cap.5.ex concilio Triburienſi) Hoc in libris conciliorum non inuenio.eſt hoc cap.4.in Barcin. et in uet. Tarr.

niſi mantello) deſt pro niſi,duo Tarr.

Cap.6.ex eodem) ex concilio Triburienſi, veteres Gregor.Triburicen.Cont.et alij.et in margine Maguntienſi. Cont.in libris conciliorum non inueni.ex concil. Triburi. præſente Arnolpho Rege c.16. Burch.li.8.c.97.et Iuo parte 7.c.115.decreti.ex concilio Triburienſi, cap.1.de apoſtatis,in hac collectione.

qui quidem) uox quidem in uno Tarr. non eſt.

nec ad monaſterium) aliquod, additur in Barcin. et in duob. Tarr.nec monaſterio, Raimund. et Cont.uox aliquod eſt apud Burch.et Iuo.et d.c.1.de apoſt.

uxorem habere &c.) ſic etiã Raim.et.d.c.1.ſi uxorem habere permittitur,iterum tonderi cogatur,Burch.et Iuo.

& iterum) hæc in ueteri Tarr.ſcripta,et mox deleta ſunt.

ſeruata &c.)hæc uſq.ad illa niſi forte Raim.et Cont.omittunt.ſunt in cõcil.et multo plura.d. c.7.ſitq.accipienti,uel ſubſcribenti de perſonis ſuperius cõprehenſis,ideſt,quas anathemate ferri cenſuimus, inſtituta poena cõtubernaliũ ſeruata.in ſexta quoq.ſynodo alia ſunt,quę lectori conferenda relinquimus.

in alienatorem)in alienatore, Tarr.tres,et Barc. et cõcil.quod ferri potuit.in alienatione,uetus Tarr.in quo olim,in alienatore,fuerat.

ſibi dum repetit)hęc omittũt Raim.et Cõt.ſunt in concil.

qui acceperit) acceperat,unus Tarr. quod pro qui,mutatum in ueteri Tarr.

reſtitutione)remedio,quidam Gregoriani libri.

proſpexit)proſpexerit,cõcil.et duo Tarr.et Barcin.ſibi proſpexerit,uetus Greg.ſibi proſpexerint,Cont.et alij.

quod ſi minorem anime ſue curam) Melius in concil.et in duob.Tarr.et in Barcin.eſt,quod ſi minore animæ ſuæ cura.eſt autem hoc initiũ capitis 8.ſynodi tertiæ.qui ſi minore etc.uetus Gregor.ut in concil.Cont.et alij.

quiſquã remediũ)ſic etiã in cõcil.vox quiſquam a Raim.et Contio eſt omiſſa.

forte neglexerit)ſic etiã in cõcil.neglexerint,Raimundus,et Cont.altera uoce prętermiſſa.

ſuper ea poenarum genera etc.)ſupra pro ſuper,in concil.aptius.præter poenam ſuper hoc adſcriptam,Raim.et Cont.

contra ſus,ſi quod preceptum fuerit, documẽtum) cõceptum pro præceptum,cõcil.et duo Tarr.ſed in altero ceptũ olim fuerat:in altero quod deſideratur.ceptũ,Barc.cõfectũ exinde documentum,Raim.et Cont.

uniuerſis uiribus ſuis)vox ſuis in cõcil.non eſt,uirib.Raim.et Cont.alijs omiſſis.uox ipſa uirib. in ueteri Greg.deſideratur.

nullas uires habuerit)ſic etiam vetus Greg.nullas habuerit,cõcil.et duo Tarr.et Cõt. et alij. nullas habuit, alter minus uetus Greg.

efferetur)effectetur,Barc.effoetetur,cõcil.uacuetur,Raim.apertius,effeteretur,unus Tarr.ideſt euacuetur uiribus,Alan.uel offerretur ad incidendum.ut 12.q.2.Apoſtolicos.Tancr.

liceat)ſic etiam concil.et ueteres Gregor. licet, Cont.et alij.

uetem)libellum,unus Tarr.

et eccleſiaſtica auctoritate fulciri,ita ut cũ fructibus poſſint alienata repoſcere)poſſit pro poſſint in cõcil.et ut cum fructib.poſſint alienata repoſcere,eccleſiaſtica auctoritate fulciri, uetus Greg. ut et pro et ut,Cont.et alij.ijdem quoq.addũt ET ante vocem eccleſiaſtica.in alio ueteri et utrubiq.deſideratur,et fulciti habet pro fulciri. poſſunt pro poſſint,olim unus Tarr.

Huius autem etc.)Hæc omittũt Raim.et Cont. ſunt autẽ in concil.plenius.nã ante hæc uerba

ita

ita ſcriptū eſt.nec aliquo ſe ante tribunal Chriſti obſtaculo muniat,quia religioſis animab.ad ſubſtantiā pauperū derelicta, cōtra fas ſine aliqua pietatis cōſideratione diſpergit,cōcil.d.c.8.et in ſyn.6.et apud Iuo.et Grat.paucis exceptis.

conſtitutis)conſtitutionis,concil.

quæ propoſito)ſecūdū animarū conſideratione͂, quem propoſito,concil.plenius.

Cap.7.Wigor.Epo) Vuigorn.Epo,in cōcil.par.29.c.4.tit.de alienatione rerū eccleſiæ,et de ea eundē recuperatione . Wig. Epo, uetus Greg. Vigor. uetus Tarr.et Cōt.et alij. Vigorn.alter uetus Greg.

Ad aures, & infra) ſic etiā Raim.et Cōt.Pars c.Ad aures.Barcin.hæc in concil.non ſunt. Integra clauſula eſt fortaſſe c.15.parte 6.in cōcil.et in hac collect.c.2.de eo,qui cognouit etc.Ad auras.Cont.mendoſe.Illas,in marg.

Illas uero terras)vox uero a Raim.eſt omiſſa,exſtat in concil.

eis hereditario iure ſub annuo cenſu)ſub annua penſione,hereditario iure,unus Tarr.

ipſas ſuo)ipſas ſuorū,cōcil.ſuo Raim.et Cont.altera uoce omiſſa.

fuiſſe extirpatas)uox fuiſſe a Raim.et Cōtio eſt omiſſa,exſtat in concil.

niſi forte alijs)ſic etiā in cōcil.alij,Barcin.niſi forte tunc alijs,Raim.et Cont.

poſſent)poſſint,concil.et Raim.

onere,& labore)honore pro onere,concil.et duo Tarr.labore,et onere,Raim.honere, vetus Gregor.honore,non ita uetus.

Cap.8.Idem)addendum uidetur,Allifano Epo, ut c.un.ſupra de in integrū reſtitutione. Addi etiā potuit,Pars.c.Requiſiuit.

Non ponitur)ſic in uno Tarr.ſed falſo.ſcribēdū eſt.De in integ.reſtit.c.1.

De poſſeſſionib.&c.) Vide d.c.un.adſcripta.

TIT.XII.DE PRECA-
rijs.

CAP.1.*ex concilio apud Beluacum*)apud Beluacen. Raim.et Cont.mendoſe.ex cōcilio Beluacenſi,Grat.ſiue Palea.10.q.2.c.6.apud Beluacū,cui Ludouicus Imperator intererat,c.13.Burch.li.3.c.169.ex cōcilio Beluacen.præſente Ludouico c.13.Iuo Carnot.parte 3.c.230.decretū in ueteri Burch.libro eſt,apud Beluacum c.16.alijs omiſſis.vide Melden.c.17.et 21.et 22.

Precaria)ſic etiā Grat.et Raim . Vt precariæ, Burch.et Iuo.hoc genus cōtractus ignotū veteribus.Romanis,hodie quoque nō adgnoſcimus.cur igitur vexamur his legēdis?uide concil.Toletan.6.c.5.

ſecundū antiquā cōſuetudinē,& auctoritatē)ſic etiā Burch.et Iuo.et auctoritatē,apud Grat.omiſſa ſunt.in uno tamē veteri libro exſtant.ſecūdū auctoritatē, et antiquā cōſuetudinē, Raim.et Cont.

Cap.2.ex concilio Carthaginenſi)ſic etiā Grat.ſiue Palea.10.q.2.c.7.et Raim.et Cont.ſed in cōcilijs nondū inuenimus.exſtat cōſt.Lotharij totidē uerbis li.3.tit.8.c.2.legum Longob.

De precarijs quoq.quæ a rectorib.eccleſiarū irrationabiliter fiebant) vox quoque a Grat.ſiue Palea eſt omiſſa.ſed eſt in uet.libro, et in Long. De precarijs irrationabiliter factis a rectorib.eccleſiarum,Raim.et Cont, ratio nabiliter eſt in tribus ueterib.Grat.libris.

et ſe)vox et a Raim.eſt omiſſa, habet Grat.et Long.

obligabāt)ſic etiā Grat.et Lōg.obligābāt.Raim.

nequiuiſſent abſoluere) diſſoluere pro abſoluere,Gratian.diſſoluere nequeant , Raimund.et Cont. nequiuiſſent ſic ſoluere, vetus Grat.liber.nequiſſent pro nequiuiſſent,tres alij ueteres.nequirent diſſoluere,Long.

in anteceſſoris ſui pœnam)pœna,duo Tarr.et Barcin. et Grat. anteceſſoris ſui pœna , Raim.et Cont.pœna ſtatuta pro pœnam Long.

prudentiæ)prouidētiæ,Grat.et duo Tarr.et Raimū.et Long.al.prudētiæ,unus ex ueter.Greg.

ſit cōceſſum)uox ſit in Long.deſideratur.

diſtribueris)diſtribuit,Grat.et vet. Tarr, et Raimun.diſtribuerit,Long.

ad ius &c.)eidē eccleſiæ ad ius tenēdū reuocetur,Long.

eiuſdem eccleſiæ)eccleſiæ eiuſdem,Grat.et Cōt.uox eccleſię in ueteri Greg.deſideratur.eius eccleſiæ,uetus Tarr.

TIT.XIII.COMMODA-

ti)De commodatis,Barcin.et duo Tarr.De cōmodato,Raim.et Cont.

CAP.1.*In exodo*)Cap.unicū eſt in Barc.et in duob.Tarr.nā c.2.eſt ſub tit.de depoſitis.qua ratione ordo præpoſitus duorū capitū minus offēdet lectores.ſunt autē eorū uerba c.22.Exodi. Bernardus Papiē.hęc in ſcholijs adſcripſit,quæ ad omnia capita ex ueterib.ſacris libris ſumpta pertinēt. Debuit autē Raim.eadē cautione uti,ut minus in ſimilib.laboraremus. Hæc,inquit,et alia,quæ de textu Pentateuchi huic inſerui uolumini, ad hoc appoſui,ut ſciatur,quid de talib.fuit in ueteri lege ſtatutum, nō quod omnia credam ad litteram eſſe ſeruāda.ut diſt.vj.par.ult.B.

Si quis cōmodauerit proximo ſuo bouē,aſinū.et ouē,& omne iumentū ad cuſtodiā)cōmēdauerit pro cōmodauerit Cōplut.pro et ouē,eſt ouē,et,omiſſo.cōmodauerit,olim in vet.Tarr.mox cōmēdauerit

dauerit bouē,uel aſinū,eſt in eod.lib.ἐὰν δέ τις δῷ τῷ πλησίον ὑποζύγιον ἢ πρόβατον ἢ μόσχον ἢ πᾶν κτῆνος φυλάξαι.Lxx.Siquis dederit,inquit,proximo iumētum,aut ouem, aut vitulū, aut quodcumq.animal ad cuſtodiendum.agnū pro ouem Chald.interpres,quod etiam πρόβατον ſignificat.ὑποζύγιον ſubiugale,κτῆνος iumētum,Complut.Quod cuſtodiendū datur,ad tit. locati,non commodati pertinet.

& mortuum fuerit,aut debilitatum,uel captum ab hoſtibus)ſic etiam Complut.καὶ συντριβῇ ἢ τελευτήσῃ ἢ αἰχμάλωτον γένηται.Lxx.et mortuus fuerit,aut confractus,aut ductus in prædā. Chald.

nulluſq.hoc uiderit;iuſiurandum erit in medio) ſic etiam Complut.καὶ μηδεὶς γνῷ.ὅρκος ἔσται τοῦ θεοῦ ἀνὰ μέσον ἀμφοτέρων.Lxx.hoc eſt.et nemo nouerit.Dei iuſiurandum inter utrumq.erit,ſiue intercedet inter ambos.Compl.nullo uidēte.Chald.

quod non extenderit manum ad rem proximi ſui) ſic etiam Lat.Compl. ἦ μὴν μὴ αὐτὸν πεπονηρεῦσθαι ἐπὶ τῆς παρακαταθήκης τοῦ πλησίον. Lxx.profecto non ipſum nequā fuiſſe in depoſito proximi.Compl.Chaldęus cū editis facit.

ſuſcipietq.dominus iuramentum,& ille reddere non cogetur)ſic etiā Compl.καὶ οὕτως προσδέξεται ὁ κύριος αὐτοῦ,καὶ οὐ μὴ ἀποτίσῃ.Lxx.atq.ita dominus eius ſuſcipiet,ſiue pro recepto habebit, quod amiſit,ſiue recepto ſacramento cōtentus erit,et non ei reſarcietur damnū a cuſtode. ſed uerborū cōceptio breuis eſt.et nihil reſtituet. Chald.

Quod ſi furto ablatum fuerit,reſtituet damnum domino)Et ſi pro Quod ſi,Cōplut.ἐὰν δὲ κλαπῇ παρ' αὐτοῦ,ἀποτίσῃ τῷ κυρίῳ αὐτοῦ.Lxx. ſi autē ſublatum fuerit ab eo,ſoluet domino eius. Compl.ab eo ambiguum eſt,num ipſe furtum fecerit,an alius eo cuſtodiente,quod magis uidetur ſignificare παρ' αὐτοῦ.ab eo etiā additur in Chald.

ſi comeſtum a beſtia,deferat ad eum,quod occiſum eſt,et nō reſtituet) ſic etiā Lat.Cōpl.ἐὰν δὲ θηριάλωτον γένηται,ἄξει αὐτὸν ἐπὶ τὴν θήραν,καὶ οὐκ ἀποτίσει.Lxx . Si autē a beſtia comeſtū fuerit, ducet illud ad oſtiū,et nō ſoluet,Compl.Si dilaceratū fuerit;adferat,quod dilaceratum eſt in teſtimoniū,et nō reſtituet.Chald.

qui a proximo ſuo quicquā poſtulauerit horum mutuum)quidquid horū mutuo poſtulauerit.Lat. Cōpl.ἐὰν δὲ αἰτήσῃ τις παρὰ τοῦ πλησίον.Lxx. ſi autem petierit quis a proximo,Cōpl.Et quādo mutuo acceperit uir a proximo ſuo.Chald. Hæc magis ad commodati titulum pertinent. poſtulauit pro poſtulauerit, duo Tarr.ſed in altero V E additum eſt.

& debilitatum,aut mortuum fuerit,domino nō præſente;reddere compelletur)ſic etiā Compl. καὶ συντριβῇ ἢ ἀποθάνῃ ἢ αἰχμάλωτον γένηται, ὁ δὲ κύριος αὐτοῦ μὴ ᾖ μετ' αὐτοῦ,ἀποτίνων ἀποτίσει.Lxx.et debilitatū fuerit,uel mortuū fuerit, uel captiuū fuerit , et dominus eius non fuerit cum eo;ſoluēs ſoluet.Compl.et confractū fuerit,ſiue mortuum domino non exiſtente cū eo, reſtituens reddet.Chald.

quod ſi in præſentia fuerit dominus,non reſtituet) et ſi in præſentiarū dominus fuerit,non reſtituet. Cōpl.ἐὰν δὲ ὁ κύριος αὐτοῦ ᾖ μετ' αὐτοῦ,οὐκ ἀποτίσει.Lxx.

maxime ſi conductum fuerit pro mercede operis ſui) uenerat pro fuerit,Compl.Lat.ἐὰν δὲ μισθωτὸς ᾖ,ἔσται αὐτῷ ἀντὶ τοῦ μισθοῦ αὐτοῦ.Lxx.ſi autē mercenarius fuerit , erit ei pro mercede ſua, Compl.ſi conductum fuerit , computetur pro mercede eius.Chald.fuerat pro fuerit, tres Tarrac.ſed in uno fuerit olim. corporis pro operis olim in eodem.

*(cap.2.In exodo)*verba huius capitis ſunt in ſacris libris ante uerba capitis prioris:et poterāt omnia verba coniungi.ſed in Barcin.et in duob. Tarr.ante hoc cap.eſt titulus de depoſitis. Depoſiti,eſt in uet.Tarr.Raimundus utrumq.caput omiſit.

Siquis commodauerit amico ſuo pecuniam aut vas in cuſtodiam)Siquis commendauerit amico pecuniam,aut vas in cuſtodiam, Complut.commendauerit, duo Tarr. commodauit tertius. ἐὰν δέ τις δῷ τῷ πλησίον ἀργύριον ἢ σκεύη φυλάξαι.Lxx.Si autem quiſpiam dederit proximo argentum,uel uaſa ad cuſtodiendum. Complut.Quando dederit uir proximo ſuo argentum,aut uaſa in cuſtodiam. Chald. ἀργύριον malim pecuniam, quam argentum reddere. Videndum autem, num hic contractus mutuum ſit, an commodatum,an depoſitum. ſed cuſtodia uidetur efficere depoſitum.

et ab eo,qui ſuſceperat,furto ablata fuerint) ſic etiā Lat.Complut.καὶ κλαπῇ ἐκ τῆς οἰκίας τοῦ ἀνθρώπου.Lxx.et furatum fuerit de domo hominis,Complut.et furto ſublata fuerint de domo viri,Chald.ego τοῦ ἀνθρώπου eius hominis, interpretarer.ſuſceperit olim uetus Tarr.et fuerit pro fuerint.

Si inuenitur fur,duplum reddet)ſic etiam Compl. ἐὰν εὑρεθῇ ὁ κλέψας,ἀποτίσει διπλοῦν.Lxx.duplicata

plicita reddet, unus Tarr.

ſi lates, dominus domus applicabitur ad deos) ſi lateat fur, etc. Compl. ἐὰν δὲ μὴ εὑρεθῇ ὁ κλέψας, προσελεύσεται ὁ κύριος τῆς οἰκίας ἐνώπιον τοῦ θεοῦ. Lxx. ſi autem non inuentus fuerit, qui furatus eſt; accedet dominus domus coram Deo. Cõpl. in conſpectum iudicum. Chald.

et iurabit, quod non extenderit manum ſuam in rem proximi ſui ad perpetrandam fraudem) vox ſuam in Compl. non eſt. item pro perpetrãdam habet perpetrandum. extendit pro extenderit, unus Tarr. καὶ ὀμεῖται ἦ μὴν μὴ αὐτὸν πεπονηρεῦσθαι ἐφ' ὅλης τῆς παρακαταθήκης τοῦ πλησίον κατὰ πᾶν ῥητὸν ἀδίκημα. Lxx. et iurabit profecto non ipſum malignatum fuiſſe in omni depoſito proximi iuxta omne dicibile delictũ. Complut. πεπονηρεῦσθαι fraudem feciſſe potius, quam malignatum fuiſſe dicerem. Chaldęi uerba obſcura ſunt. ſi non extendit manũ ſuã in illud, quod tradidit illi proximus ſuus. ſuper omnem rem delicti.

tam in boue, quam in aſino, et oue, ac ueſtimento) ſic etiam Complut. περί τε μόσχου καὶ ὑποζυγίου καὶ προβάτου καὶ ἱματίου. Lxx. deque uitulo, et ſub iugali, et oue, et veſte, Compl. ſuper bouem, ſuper aſinum, ſuper agnum, ſuper veſtimentum, Chald.

et quidquid damni inferri poteſt) et quidquid dãnũ inferre poteſt, Compl. Lat. καὶ πάσης ἀπωλείας τῆς ἐγκαλουμένης. Lxx. et omni amiſſione accuſata. Compl. ſuper omnem rem perditam, qui dixerit, quod hęc eſt. Chald.

ad deos utriuſq. cauſa perueniet) ſic etiam Compl. ὅτι οὖν ἂν ᾖ, ἐνώπιον τοῦ θεοῦ ἐλεύσεται ἡ κρίσις ἀμφοτέρων. Lxx. quidquid igitur ſit, corã Deo ingredietur iudicium amborum. Compl. in cõſpectu iudicum veniat cauſa amborũ. Chald. perueniat, unus Tarr.

et ſi illi iudicauerint, duplum reſtituet proximo ſuo) ſic etiam Compl. καὶ ὁ ἁλοὺς διὰ τοῦ θεοῦ ἀποτίσει διπλοῦν τῷ πλησίον αὐτοῦ. Lxx. et captus per Deum ſoluet duplum proximo ſuo. Cõpl. et quicumq. cõdemnatus fuerit a iudicibus, reddet duplum proximo ſuo. Chald.

TIT. XIIII. DEPOSITI)

ſic duo Tarr. De depoſitis, Barcin. et duo Tarr. ante cap. 2. tituli 13. De depoſito. Raim. et Cõt.

CAP. 1. *Gregorius Sereno Epo Anconitano*) hoc eſt cap. 2. in Barcin. et in duob. Tarr. Seuero Epo Anconitanẽſi, lib. 7. indict. 2. cap. 13. regiſtri. in alio lib. edito Sereno eſt. vetus habet, quod editum eſt. Qui nouerit, unus Tarr. Quę nouerit. alter mendoſe pro Anconitano.

Paſſius) ſcribe, Paſſiuus, ut eſt in Barcin. et in regiſt. et in uno Tarr. fuit autem Firmanus Eps, ut apparet ex epiſt. ad eum miſſa lib. 10. ind. 5. epiſt. 12. Paſſus, unus Tarr.

Eps indicauit nobis) frater, et coëpiſcopus noſter ad nos veniens indicauit, regiſt.

argentum a deceſſore eccleſiæ tuæ Fabiano) ſuæ pro tuæ Barcin. et duo Tarr. argentum eccleſiæ ſuę a deceſſore ſuo Fabio, regiſt.

diaconum tuum) diaconem tuũ, Barcin. et regiſt. et duo Tarr.

parte reſtituta) parte aliqua reſtituta, regiſt. partem reſtitutam, duo Tarr. non optime.

partem aliquam) vox aliquam in reg. nõ eſt, vox partem in uno Tarr.

reiacere) ſic etiá unus editus reg. liber, iacere alter. remanere, Barcin. aptius. ſed reiacere Gregorianum fortaſſe verbum eſt.

et reſtituere) eam, additur in reg.

te hortamur) his fraternitatem tuam hortamur affatibus, regiſt.

ut eum admoneas) ut eũ admonere ſtudeat, regiſt.

quod accepit) quæ pro quod, regiſt.

ſine cunctatione) ſine contentione, regiſt.

aut ſi qua excuſatione excuſare ſe cõfidit) ratione pro excuſatione Barcin. et tres Tarr. aptius. aut ſi forte ab eius reſtitutione, aliqua ſe excuſari ratione cõfidit, regiſt. plenius. ſe excuſare, tres Tarr.

inter eum) neceſſe eſt, ut inter eum, regiſt.

et actores) et auctores, regiſt. quod non placet.

cognoſcere debeas) una cũ Armenio fratre, et coëpiſcopo noſtro cognoſcere debeatis, regiſt. certa pro una, eſt in alio edito non recte.

et finire) et ſubtiliter veritate diſcuſſa, ita huic cauſæ finem imponere, regiſt.

ne ipſe diaconus) ut nec antedictus diaconus, reg.

nec præfata eccleſia &c.) nec præfata iniuſte damnum uideatur eccleſia ſuſtinere. regiſt.

Cap. 2 Lugdun. Epo.) Lugdunẽſi Archiepo, in cõcil. parte 50. cap. 35. Lõdon. Epo, Raim. et Cõt. Lundun. Epo, unus ex veter. Gregor.

Grauis illa, et odibilis querimonia) ſic etiam in cõcil. et odibilis, Raim. et Cont. omittunt. querella, unus ex veter. Gregor.

quę uſque) vox quę a Raim. et Cõtio eſt omiſſa. exſtat in concil.

duplici nos &c.) Recte Cõt. addidit a Raim. prætermiſſa. quæ ſunt etiam in concil.

præſtringit) perſtrinxit, cõcil. et tres Tarrac. perſtringens, Cont.

prout velles, efficaciter) hęc omiſit Cont. ſunt in concil.

non conſtet nobis) ſic etiam in concil. vox nobis a Raim. et Cont. eſt omiſſa.

ille vir Belial)ſic etiam Raim. Belialim, Cont. ille uir,ut Belial,concil. poſtrema editione. ut in Belial,fuerat in alia edit.non recte.N.ille uir Belial,unus Tarr.

impia,et deteſtabili ſurreptione)hæc omittunt Raim.et Cont.ſunt in concil.

in utilitates eccleſiæ)ſic etiam in concil.in eccleſię utilitatẽ, Raim.et Cont. in utilitatem eccleſię, unus Tarr.

non debemus de iure) ſic etiã in Gregorianis. nec de iure debemus, concil.

nec poſſumus)hęc omittunt Raim.et Cont.ſunt in concil.

contra canones)ſcribendum eſt,cõtra canonicos, ut in concil.et apud Gregor.9.et in uno Tarr. prius canones,mox canonicos.

inſtantiam)ſententiam,prior edit.concil.

perſonæ,ut dicunt)pecuniam perſonę, concil.et Raim.alijs omiſſis. ego editis adderem vocem pecuniam.pecuniam,ut dicunt,prior cõcil.editio.dictum eſt,pro dicunt,duo Tarr.

non eccleſiæ commendatam)nõ niſi eccleſiæ commodatam,prior concil.editio mendoſe.

diſcretioni &c.)hæc uſq. ad verbum ſuademus omittunt Raim.et Cont.ſunt in concil.

in æterna caritatis diligentia)internæ caritatis intuitu, concil. ego, internę caritatis diligentia, ſcriberem,ut in duob. Tarr.poſtea inueni.

in raptorem illum,et furem)ſic etiam in concil. in illum furem, Raim.et Cont.

et ea quæ tibi ſūt ſubrepta.portauit)hęc in cõc.deſiderãtur.aſportauit,pro portauit,Raim. et Cõt.

Nam et nos ipſi &c.)pro his verbis uſq.ad verbũ dedimus,eſt in Greg.nã et iudicibus. ſed in cõcil. pro verbis ſupraſcriptis eſt, Nos enim.

ut iniquum)ut illum iniquum, concil. et Raim. ſed ut editum eſt,in priori edit.concil.

ſub duris quæſtionib.)ſic etiam in concil.ſub quęſtionib.Raim.et Cont.

ad rationem)hęc in cõcil.nõ ſunt,ſunt in Greg.

et etiam)ſic etiam in concil.et,omittunt Raim. et Cont.ego etiam omitterem.

macerent)hæc vox in Greg. non eſt.eſt in cõcil.

et affligant)hæc etiam omittunt Raim.et Cont. ſunt in concil.

ut cogatur bene ligatus &c.)ut bene ligatus cogatur etc.concil.ut dictam pecuniam reddere cõpellatur, Raim.et Cont.

quod male)quę male,concil.

Ceterũ circa &c.)hæc etiã omittũt Raim.et Cõt, uſq.ad illa,ſi autem cum eis. ſunt autẽ in cõcil.

illam affectum)illum pro illam in concil. talem, additur in vet. Tarr.quæ vox olim non fuit.

ut nil ab ea requiras indebitum) nihil pro nil in concil.et indebite pro indebitum.ſed in marg. eſt indebitum.

redditũum per ceptione)de redditũũ perceptione, Raim.et Cont.pactionem,cõcil.pro his verbis. de,eſt additum in uno Tarr.

nobis acceptum)nobis eſſe acceptum,vetus Tarr. ſed olim,ut editum eſt.

TIT. XV. DE EMPTIONE,et venditione.

CAP.1.*In Leuitico*)addi potuit cap.25.

Si attenuatus frater tuus uendiderit poſſeſſiunculam ſuam)ſic Lat. Complut.ἐὰν δὲ πένηται ὁ ἀδελφός σου ὁ μετάσου, καὶ ἀποδῶται ἀπὸ τῆς κατασχέσεως αὐτοῦ.Lxx.Si autem pauper fuerit frater tuus,qui tecum:et vẽdiderit de poſſeſſione ſua, Complut.ego poſt vocem tecum addo eſt:et pro vendiderit ſcribo alienauerit.Quãdo pauper factus fuerit frater tuus, et vendiderit de poſſeſſione ſuã,Chal.frater autem hoc loco nõ fratrẽ germanũ ſignificat, ſed Iudæum.

et voluerit propinquus eius poſt redimere.quod ille vẽdiderat)poteſt pro poſt Cõplut.et tres Tarr. καὶ ἔλθῃ ὁ ἀγχιστεύων ὁ ἐγγίζων αὐτῷ, καὶ λυτρώσεται τὴν πρᾶσιν τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ. Lxx. et accedat propinquus,vel proximus,ei,et redimet venditionem fratris ſui, Cõplut. ἐγγίζων vicinum intelligo:fratrem quoque eiuſdem nationis hominem.veniet redemptor eius,qui propinquus eſt ei,et redimet, quod frater ſuus vẽdidit,Chald.paullo apertius.

Si autem non habuerit proximum,et ipſe pretium ad redimẽdũ poterit inuenire)potuerit pro poterit Barc.et Cõplut.ſin autẽ pro ſi autẽ, eadẽ Cõpl. ἐὰν δέ τινι μὴ ᾖ ὁ ἀγχιστεύων, καὶ εὐπορηθῇ τῇ χειρὶ, καὶ εὑρεθῇ αὐτῷ τὸ ἱκανὸν λύτρα αὐτοῦ. Lxx.Si autem alicui non fuerit propinquus,et abundauerit manu,et inuentum fuerit ei,quod ſufficit redemptio eius. Cõplut. parum hæc diſerta ſunt. Vir autem,cui nõ fuerit redẽptor, et attigerit manus eius,et inuenerit, quantum ſufficit ad redemptionem eius,Chald.

Computabuntur fructus ex eo tempore,quo uendidit) ſic etiam Complut.καὶ συλλογιεῖται τὰ ἔτη τῆς πράσεως αὐτοῦ. Lxx.et connumerabit annos vẽditionis eius, Cõplut.cõputabit annos venditionis, Chald.

& quod reliquum eſt,reddet emptori)ſic etiã Lat. Cõplut. καὶ ἀποδώσει ὃ ὑπερέχει τῷ ἀνθρώπῳ ᾧ ἀπέδοτο αὐτό.Lxx.et reddet, quod ſupereſt homini,cui vẽditũ fuerit illud.Complut.et reddet,quod ãplius fuerit viro,cui vẽdidit.Chald.

ſicq.recipiet poſſeſſionem ſuã)ſic etiã Cõplut.καὶ ἐπανελεύσεται εἰς τὴν κατάσχεσιν αὐτοῦ. LXX. et redibit in poſſeſſionem ſuam:Compl.et reuertetur ad poſſeſſionem ſuam. Chald.

Poſt

Poſt verba huius capitis eſt in ſacris libris. Quod ſi non inuenerit manus eius, ut reddat pretium, habebit emptor, quod emerat, uſque ad annum iubileum. In ipſo enim omnis uẽditio redibit ad dominũ, et ad poſſeſſorem priſtinum. Excipitur poſteà venditio domus, quæ redimi intra annum poteſt, poſt annum ne in iubileo quidem redimi poteſt, ſi oppidum, in quo domus eſt, muris cinctũ fuerit. Aedes tamen Leuitarum ſemper redimi poſſunt. ἔτος τῆς ἀφέσεως, hoc eſt annus remiſſionis, iubilei annus appellatur a Lxx.

Cap.2. apud Alumnas) apud Alum. veteres Gregor. Al. unus Tarr. Valen. Cont. et alij. in libris concil. non inueni. Alumnias, Cont. in marg. Alumpnas, tres Tarr. Aruernas, Burch. li.2. c.168. et Iuo parte 6. c.258.

ut ipſi) ut et ipſi, Raim. et Cont. ut ipſi, unus ex veter. Gregor. et Burch. et Iuo.

et nihil) et non, Raim. et nulli iter facienti mãſionem denegent, et ut omnis occaſio rapinæ tollatur, nihil, Burch. et Iuo.

niſi quantum in mercato) quam mercato, Raim. et Cont. quam in mercato, unus ex veter. Greg. niſi quanto in mercato, Burch. ut editum eſt, Iuo. ſed in marg. quanto. in veteri Burch. libro, quãtum eſt. forte quanti ſcribendum.

uendere poſſint) poſſunt, Raim. ut editum eſt, Burch. et Iuo. poſſunt, unus Tarr.

quod ſi carius vendere voluerint) pro his verbis eſt tantũ in Gregor. alioquin. ut editũ eſt, Burch. et Iuo.

et illis) et pro ut, Burch. et Iuo.

cum humanitate eis vendant) ſic etiam Burch. et Iuo. cum humilitate ſibi vendant, vetus Greg. cum humanitate ſibi uendant, Cont. et alij.

Cap.3. ex concilio Magonc.) Magoc. tres Tarr. Maguntin. vetus Grego. Moguntí. c.21. Burch. lib.19. c.148. Maguntien. c.21. Iuo parte 15. c.158. decreti. Maguntinen. Cont. et alij. in cõcilijs hoc caput nondum inueni, cum tamẽ cap.20. eiuſd. concilij, ut Burch. et Iuo referunt, ſit in ſynodo Moguntina ſub Ludouico Rege, et Rabano Archiepõ cap.2. vol.3. concil. et totidem verbis in concilio Cabilonen. ij. ſub Carolo cap. 37.

Vt mẽſuræ et põdera iuſta fiant ſicut in diuinis etc.) Recte Cont. addidit a Raim. prætermiſſa. quæ habent Burch. et Iuo. Nolite facere iniquum aliquid in iudicio, in regula, in pondere, in menſura. ſtatera iuſta, et æqua ſint põdera, iuſtus modius, æquuſq. ſextarius. Leuit.19. de eadem re Prouerb. c.11. et c.20. Quod menſuræ, et pondera iuſta ubique habenda ſint, teſtis eſt Salomon, qui dicit. quod ſtatera doloſa abominatio ſit apud Deũ etc. Turonẽ. concil. ſub. Carolo cap.45.

conſtitutum eſt) ſic Burch. ſancitum eſt, Iuo, et Cõt. apertius.

et in capitulari domini continetur) dominico pro domini Burch. et Iuo. domini Karoli, duo Tar. et Cõt. aptius. eſt in capitulari Karoli lib.2. cap. 74. vox domini in ueteri Tarr. olim non erat.

et iſte ſacer) ſic Burch. et Iuo. ſicut et iſte ſacer, Cont. et iſte ſacerdõmni, Barcin. forte vox dõni pro domini antea erat ſcribenda. quamuis domini conuentus, dici quoq. poteſt.

ſtatuit ſic, omnibus nobis) ſicut pro ſic vetus Tarrac. ſtatuit, ſic omnib. nobis. Burch. ſtatuit, ſic omnib. nobis. Iuo. conſtituit, ſic in omnib. Cont.

et ſiquis) ſic etiam vetus Burch. liber, et Iuo. Vt ſi quis, Burch. editus, ſiquis, Raim. et Cont.

xx. dies) ſic etiã Burch. et Iuo. xxx. dies, Raim. et Cont.

Cap.4. (um dilecti filij noſtri) vox noſtri in Gregor. eſt omiſſa.

Beluacen.) Atrebaten. unus ex veter. Gregor.

religioſos viros) hæc omittunt Raim. et Cont.

Caroli loci) Karoli loci vetus Greg. Careoli loci, alter vetus liber Cari loci, Cont. et alij. ſic etiã cap.2. de tempor. ordinat. in 3. collect.

proponerent) ſic etiam veteres Gregor. proponerent querimoniam, Cont. et alij.

x. libris) ſic etiã vet. Greg. pro, addit Cõt. et alij.

poſt multas commiſſiones, tandem) hæc etiã Raim. et Cõt. omiſerũt. propter pro poſt vetus Tarr.

venerabili fratri noſtro) hæc quoque ab eiſd. ſunt omiſſa.

Morienſi Epo) ſic etiam vetus Gregor. Morimenſi Epõ, Barcin. Morinen. Epõ, Cont. et alij. quod non diſplicet, idq. eſt in uno Tarr.

dilecto filio) hęc etiam Raim. et Cont. omittunt.

ſub certa forma) hęc itidem ſunt ab eiſd. omiſſa.

in litteris) omittuntur etiam hæc ab eiſdem.

eiuſdem cauſa) vox eiuſd. a Raim. eſt omiſſa.

adhibitis ſibi viris prudentib. et honeſtis) hæc etiam omittũt Raim. et Cont.

Cum itaq. Decanus &c.) Recte Cont. addidit a Raim. præterita.

propter hoc) hęc omittit Cont.

vel reſpondendum) et pro vel Cont.

deſtinarunt) deſtinarent, unus Tarr.

appellarunt) apellauerant, Barcin. et Cont. appellaſſent, unus Tarr.

Decanus in illius) Tandem Decanus in illius, Raim. et Cont.

per teſtes canonicorum Beluacen.) hæc in veterib. Gregor. non ſunt. per teſtes, Cont. et alij ceteris omiſſis.

dimidia

dimidia iuſti)ſic etiam Raim.et Cont.dimidij iuſti,Barcin.
uenditionem non tenere)ſic etiam veteres Gregor. ante hæc verba habet Cont.et alij verbum pronuntiauit.poſt hæc verba eſt verbum decreuit in uno ex veter.Gregor.
ſiluam ipſam)vox ipſam omittũt Raim.et Cont.
adiudicauit eccleſiæ) eccleſiæ adiudicans, Raim. et Cont.
et canonicos)vox et omiſſa eſt a Raim.et Cont.ipſos addunt Tarr.duo.
Nuntijs igitur &c.)Recte etiã Cõt.addit a Raim. omiſſa.
ſentẽtia peteretur)vox ſentẽtia à Cõt.eſt omiſſa.
quia in arbitrio)Quia vero in arbitrio,Raim. et Cont.
ſupplere)iuſtũ pretium,addit Raim.et duo Tarr. pretium,tertius liber,in quo ea quoq.vox olim deſiderabatur.
Et propter ſententiam)ipſam,Barcin.addit. ſentẽtiam ipſam,Raim.et Cont. alio verbo omiſſo. duo Tarr.ut Barcin.
de communi &c.)pro his verbis uſq. ad uocẽ irritantes,eſt in Gregor.tanquam iuri cõtrariam.
poſſeſſionem)et poſſeſſionẽ,vet.Tarr.nõ optime.
iudicauimus)adiudicauimus,unus ex vet.Greg.
ſalua omni quæſtione) ſalua quæſtione canonicis, Raim.et Cont.uox omni in uno Tarr.non eſt.
*alia *rationabili*)ſcribe,alia cauſa rationabili, ut in Barcin.et in Gregorianis,et in duob.Tarr.alia rationabili cauſa, tertius liber.

TIT. XVI. DE RERVM permutatione.

CAP.1.*ex concilio apud Siluan.*)ſic etiã Raim. et Cont. Siluanectum præſente Ludouico Rege cap.6.Burch.lib.3.c.165.ex Nouella 7. cap.2.Iuo parte 3.cap.184.decreti. ſunt autem Iuliani Anteceſſoris verba.hæc fortaſſe fuerunt in illo cõcilio recitata,ut quæ ſub tit.de reb. eccleſiæ alienan.retulimus.in veteri Burch.libro deſiderãtur illa verba præſente Lud.Rege. hoc etiam caput exſtat lib.2.c.30.capitularium.
Si princeps uoluerit rem immobilem ſanctis locis preſtare)ſic etiam Burch.et veteres Gregor.rẽ mobilem,vetus Tarr.olim,et Cont.et alij quidam non recte.ſacris pro ſanctis,Barcin. ſancto loco, Iuo, et Iulian. pluribus verbis Iuſtinianus. ἐφίεμεν τοίνυν τῇ βασιλείᾳ, ὅπου τις κοινωφελὴς ἐστὶ καὶ πρὸς λυσιτέλειαν τῆς πολιτείας βλέπουσα χρεία, καὶ κτῆσιν ἀπαιτοῦσα τοιούτου τινὸς ἀκινήτου πράγματος, ὁποῖον ὑποτιθέμεθα, τοῦτο αὐτῇ παρὰ τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν, καὶ τῶν λοιπῶν εὐαγῶν οἴκων τε καὶ συστημάτων λαμβάνειν ἐξεῖναι.hoc eſt, Permittimus igitur Imperatori,ſicubi eſt publice utile, ac ſiqua urgeat publica et aperta cauſa,quę huiuſmodi rei immobilis,de qua loquimur,aliquam poſſeſſionẽ expetat,ut eam accipere poſſit a ſanctiſs.eccleſijs, et ab alijs ſacris ædib.et corporibus.
et accipere ab eo aliam immobilem rem,et eo modo permutationem contrahere) ſic etiam Iulian. et Burch.et Iuo.ab eis pro ab eo,Barcin. et accipere ab eis aliam immobilem,eoq.modo de communi voluntate permutationem contrahere, Raim.et Cont. et accipere aliam mobilem etc. vetus Tarr.olim.
liceat ei hoc facere diuina pragmatica ſanctione ab eo promulgata)ſic etiam Iulian.et Burch.apud Iuonem.vox ei, et poſt verbum facere cetera deſiderantur.Liceat ei hoc facere,ſi cauſa rationabilis id expoſcat,et res,quã pręſtiterit,maior fuerit,vel æqualis,pragmatica ſanctione ſuper hoc promulgata, Raim.et Cont.videtur autem hęc addidiſſe Raim.ex Irnerij verbis poſitis ſub tit. de ſacroſanctis eccleſijs in Codice Iuſtiniani,et relatis a Grat.10. q.2. cap.3. Sed et permutare principi licet pro re maiori,meliori,vel æquali, ſi reſpublica hoc expoſcit, et pragmatica forma ſuper hoc præcedente.ſed apud Grat.editũ eſt,principes poſſunt pro re maiori, vel æquali. vox quoque ET poſt verbũ expoſcit illic deſideratur.ſed in duob. veterib.eſt. principi poſſunt,et in uno,cũ principe poſſunt, et in omnib.veterib.procedẽte pro pręcedẽte. τοῦ πανταχόθεν ἀζημίους τοῖς ἱεροῖς οἴκοις φυλαττομένους, καὶ ἀντιδιδομένου πράγματος αὐτοῖς παρὰ τοῦ λαβόντος ἴσου ἢ καὶ πλείονος τοῦ διδομένου. Iuſtinian.omnino autem,inquit,ſeruentur ſacra loca ſine damno,et res,quę pro alijs dantur,ſint ęquales,aut etiã maiores datis. Et poſtea de pragmatica ſanctione. δεῖ ἐπειδὰν τοῦτό τι γίνοιτο, καὶ πραγματικὸς προέλθοι τύπος ὁ ἐπιτρέπων τῇ βασιλείᾳ δοθῆναί τι τῶν τοιούτων πραγμάτων, καὶ αὐτὸ διδοῦσιν εὐθὺς πρᾶγμα κάλλιόν τι καὶ λυσιτελέστερον καὶ ἐπωφελέστερον, ἔσω τε τῆς ἀμείψεως βέβαια.
Cap.2.ex concilio Beluacen.) ſic etiã Iuo parte 3. cap.232.decreti.et Raim.et Cõt.apud Beluacũ, Iuo li.2.tit.10.c.3.Panormię.addit Burch.lib.3. c.171.apud Beluacum cap.5.in concilijs non reperio.Tantum in concilio Meldenſi cap.23.referuntur ut verba concilij apud Beluacum.
Vt cõmutationes)ſic etiã Raim.et Burch.et Iuo in decreto.Et pro Vt,Panor.et vet.Greg.Vt Meld.
rerum eccleſiaſticarum)rerum eccleſiarum,vetus Tarr.olim.
caueantur &c.) multa omiſit Raim.et Cont.valde caueantur, Barcin.et Burch.et Iuo.et Meld.
ſi aliquo modo)ſi aliquando,Panor.
quę aut)ſic Meld.Burch.et Iuo in decreto.vox autem

autē in Panor.deſideratur,et olim in uet.Tarr.

facta ſunt)ſic omnes. ſed in veteri Burch. libro fiunt. vox factæ olim in vet.Tarr.non erat.

iuxta decretum canonum)canonicum,Melden. et tres Tarr. et Barcin. et Burch.et Iuo in decreto.iuxta decreta canonum, Panor.hoc Hilarij decretum adhuc quærimus.

quas illicite)quæ pro quas Melden.vox illicite, olim in vet. Tarr.non erat.

admiſerit) ſic etiam Meld.et Burch. et Panor,amiſerit,Iuo in decreto.

commiſſæ ſunt) ſunt,Panor.commiſſæ ſunt commutationes,Barcin.ut editum eſt,Burch.et Iuo in decreto. quæ ab anteceſſore inconſulte factę ſunt,Raim.et Cont.reuocentur,additur in uno ex veterib.Grego.et in fine capitis,et emendētur.commiſſa ſunt,Meld.

Cap.3.ex concilio apud Sinacum) Siluan. veteres Gregor.Siluanectum,Cont.et alij,Siciac.Cont, in marg.apud Cariſiacum cap.2. Burch.li.3.c.173.et Iuo parte 3.c.234.decreti. apud Mac. unus Tarr. Sinac.alter.

Mancipia eccleſiaſtica commutari, niſi ad libertatem,non poſſunt)Mancipia eccleſiaſtica,niſi ad libertatem, non conuenit commutari, Raim.et Cont.Neque mancipia eccleſiaſtica quiſquam, niſi ad libertatem commutet, Burch. Ne pro Neq.Iuo, cetera, ut Burch. quiſque pro quiſquam.vetus Burch.liber.

uidelicet ut) ſic etiam Burch.et Raim. ut uidelicet,Iuo.

eccleſiaſticus homo)vox homo in vet.Tarr. olim non erat.

ſemel domino)ſic etiam Burch.et Iuo.ſemel Deo, Raim.

iam transferri non poteſt) totidē verbis Burch.et Iuo.transferri non decet,Raim.et Cont.iam omiſſo.

Poſt verba huius capitis addunt Burch.et Iuo. 7 Ait enim lex:ſi quis mutauerit,et quod mutat, 7 et quod mutatum eſt, ſanctificabitur domino. apud Iuonem tamen hæc verba (et quod mutat) deſiderantur.ſumuntur ex cap.xxvij. Leuitici. Animal autem,inquit,quod immolari poteſt domino,ſiquis uouerit;ſanctum erit, et mutari non poterit:ideſt,nec melius malo, nec peius bono.quod ſi mutauerit;et ipſum,quod mutatum eſt,et illud,pro quo mutatum eſt,conſecratum erit domino.Lat. Complut. ἐὰν δὲ ἀπὸ τῶν κτηνῶν τῶν προσφερομένων ἀπ' αὐτῶν δῶρον τῷ κυρίῳ. ὃς ἂν δῷ ἀπὸ τούτων τῷ κυρίῳ, ἔσται ἅγιον. οὐκ ἀλλάξει αὐτὸ καλὸν πονηρῷ οὐδὲ πονηρὸν καλῷ. ἐὰν δὲ ἀλλάσσων ἀλλάξῃ αὐτὸ κτῆνος κτήνει ἔσται αὐτὸ καὶ τὸ ἄλλαγμα ἅγιον. LXX. Si autem ab animalibus oblatis ab ipſis donum domino, qui dederit ab his domino:erit ſanctum. non mutabit ipſum bonum malo, neq. malum bono.ſi autem mutans mutauerit illud animal animali,erit ipſum, et cōmutatio ſanctum.Cōplut. duriuſcule. Chaldæus apertius.Animal autem, quod offerri poteſt in oblatione coram domino,ſi quis obtulerit illud coram domino, erit ſanctum.non immutabit eū, neque permutabit bonum pro malo,aut malum pro bono. et ſi permutans permutauerit animal pro animali; ipſum, et illud, pro quo mutatū eſt,erit ſanctum.

Cap.4.ex eodem)ſic etiam Raim.et Cōt.ex eodē cap.3.Burch.li.3.c.174.et Iuo d.parte 3.c.235.ex concilio apud Tantiatum cap.2. Grat. ſiue Palea 12.q.2.c.55.quod apud Contium eſt cap.54. et in marg. addidit, alias Tariſiacum cap.3. ſed credo Cariſiacum ſcribendum, ut apud Burch. et Iuo.et in uno veteri Grat.libro,in alio eſt,Catiſiacum cap.3.

et impium)ſic Burch. Iuo,et Raim. et ineptum Grat.quod ipſum ineptum eſt.

uiri, ſeu femina) hæc verba omittunt Raim. et Cont.habent ceteri.uel pro ſeu,vetus Burch. liber.

pro remedio)ſic etiam Burch. et Iuo,et Raim. in remedio,Barcin.pro redemptione,Grat.

et ſanctis)cum pro et unus ex ueter. Gratiani libris.

conſecrarunt)cōſecrauerint, Grat. ſiue Palea ſolus.conſecrant,duo veteres Grat. libri, et duo Tarr.libri.

muneris mancipio)ſic etiam Iuo,et Raim. et Cōt. muneris pretio, Burch.et Grat.

ſecularium in ſeruitutem)ſeruitute,Barcin. in ſæcularium ſeruitutem, Iuo,et vetus Tarr. in ſeruitutē ſæcularium,vetus Gregor. ut Iuo,Contius,et alij. in ſęcularium ſeruitutem,Burch.et Grat.

rectores eccleſiarum)eccleſiarum rectores, Raim. omnes rectores eccleſiarum,Burch. Iuo,Gratianus.

ut eccleſiaſtica dignitate ſeruus diſcedens) decedēs, Barcin.et Burch. ut ab eccleſiaſtica dignitate ſeruus decedens, Grat.et uetus Gregor.ex pro ab,vetus Burch.liber,et Iuo,cetera,ut Grat.diſcedens pro decedens,Cont.et alij. cetera,ut vetus Gregor.vox ab in duob.veterib.Grat.libris omiſſa eſt.diſcendens,olim unus Tarr.forte deſcendens retineri potuit.

TIT. XVII. DE PIGNORIBUS.

Cap.1

Cap.1.ex concilio Remenſi)ſic etiã Raim. et Cõt. addi debet cap.xi.ex Burch.lib.3.c.104.et Iuone parte.2.c.139.decreti.

Nullus presbyter)ſic etiam Raim.et Cõt.Vt nullus presbyter,Burch.et Iuo.

uel patenam)uel patinam,Cont.ſolus.

uel pallium altaris)hæc omittunt Raim.et Cõt. habẽt Burch.et Iuo. pallam pro pallium,vetus Tarr. non male.ſed pallium olim.

in uadium)ſic etiam Burch.et Raim.in vadimonio,Iuo.quos fugiã,habeo; quos ſequar,non habeo.ſed nihil muto.

niſi iuſtiſſima) uox niſi in veteri Burch.libro deſideratur.

ſicut Stephanus &c.) Ante hæc verba Burch. et Iuo alia addunt.in Gregorianis omnia deſiderantur.ſicut et Zepherynus etc. Cont.quia tanta eſt ſanctitas ſacri miniſterij, ut ſalua altioris myſterij intelligentia,etiam per prophetam dominus prohibuerit, ne cum ſanctis ueſtimentis ſacerdos procedat ad populum ; ſed illa intra ſancta dimittat a colloquio diuino rediens. Et cui in tabernas ad bibendum a ſacris canonib. ingredi prohibetur,ſanctificata ſacro miniſterio,nec ad contingendum immundis:quãto minus in vadium exhibere debet? ſicut Stephanus etc.hęc Burch. pro ſacro miniſterio, habet Iuo,ſacro myſterio:et pro uadium uadimoniũ. prophetã intellige Ezechielem cap.44. Stephani ad Hilarium epiſtula exſtat in concil.epiſt.1. latius ſcripta,quam referatur,vel ab Iuone parte 2.cap.74.vel a Grat.de conſecrat.diſt.1.c.41. appellat autem eum Iuo Stephanum Papam xxij.a Petro,et hoc ait ſtatuiſſe decimo decreto.verba autẽ ipſa eadem fere a Xyſto fuerant ſcripta epiſt.2.ad Epõs Hiſpaniæ,ſic enim refertur a Burch.li.1.c.143.ſed Iuo ait d.parte 2.c.70. Sixtus a Petro Papa VI.in primo decretorum ſuor.omnib.in Chriſto dilectis fratrib. et Grat. Sixtus d.diſt.2.c.40.at Xyſtus de vaſis tãtũ conſtituit, Stephanus de veſtimentis,quæ differentia cõfirmari poterit verbis Damaſi in utriuſq. Papę uita. Nemo autem ſuſpicetur Hilarium hũc eſſe Ep̃m Pictauien. qui fuit poſt Nicænã ſynodum.

in ſuis decretalib.)ſic etiam Burch. et Cõt.decretis,Iuo.

Cap.2.Gregorius Sacratio defenſori)Fãtino pro Sacratio,Barcin.recte.Sãction, vet.Greg. Sancto, alter minus vetus liber.Sanctio,duo Tar.Sacrario,tertius.Gregor.iij. Exonen. Epõ,Cõt.et alij mendoſe.Gregorius Fantino Defenſori,ſcribẽdum ex epiſt. 43.li.3.regiſtri.

Lator præſentium &c et infra)ſic etiam Raim. et Cont.Integra clauſula in regiſtro hæc eſt.Lator præſentiũ Coſmas Syrus in negotio, quod agebat, debitum ſe cõtraxiſſe perhibuit; quod et multis alijs, et lacrimis eius atteſtantib.verũ eſſe credidimus. et quia centum et quinquaginta ſolidos debebat,uolui,ut creditores illius cũ eo aliquid paciſcerentur.pro credidimus in veteri eſt credimus,et pro volui eſt voluit.

Quoniam et lex habet)ſic etiam in regiſt.Lex habet,Raim.et Cont.

non teneatur)ſic etiam Raim. et Cont. nullatenus teneatur,regiſt.

ſi res defuerint) ſic etiam in regiſt. et ſi res defuerint,Raim.et Cont.

quæ poſſint)poſſunt,unus Tarr.

et de debito) eidẽ debito,Barcin.et unus Tarr. et regiſt. pro debito,Raim.et Cont.ei debito, duo Tarr.

Poſt verba huius capitis eſt in regiſtro. Creditores ergo ſuos, ut aſſerit,ad Lxxx.ſolidos cõſentire poſſibile eſt.ſed quia multũ eſt, ut a nil habẽte homine octoginta ſolidos petãt: ſexaginta ſolidos per notariũ tuũ tibi tranſmiſimus; ut tu cũ eiſdem creditorib. ſubtiliter loquaris; rationem reddas,quia filium eius, quem tenere dicuntur, ſecundum leges tenere non poſſunt. etc.In fine ait. Hic tamen ſollerter age,ut acceptis ſolidis ei plenariã munitionem ſcripto faciant. in veteri libro Hoc pro Hic ſcriptum eſt.

Cap.3. Exon.Epõ)ſic etiam veteres Gregor. Exonien.Epõ,Cont.et alij,et in cõcil.parte 29. cap. 1.tit.de alienatione rerum eccleſię,et de earundem recuperatione.Ex hac inſcriptione mẽdũ ſuperioris capitis in multos Gregorianos libros manauit.

Alex.quondam) Alexãder quondam, in concil. et in vet. Tarr.hæc omittunt Raim.et Cont.

de Ofecolon)eccleſiæ de Ofecolon,Barcin. eccleſiæ dictæ Offetolon, concil. eccleſiæ de Off. vet.Greg.Offitona,Cõt.et alij.eccleſię de Confecolon,vetus Tarr.ſed olim vox eccleſiæ non erat.de Ofecolem, duo Tarr.

calicem argenteum)ſic etiam Raim.et Cont. calicem quendam argenteum,concil.plenius.

Vnde quoniam) ſic etiam Raim. Vnde quia,concil.

ut eidem)ſic etiam Raim.ut eiuſdem,cõcil.quod æque placet.ut eidem,fuerat in uno ex veterib. Gregor.poſtea,ut eiuſdem.

et præſertim)et,omittũt Raim.et Cõt.eſt in cõcil.

ſacris myſterijs) ſacris miniſterijs,concil.et Raim. quod non æque placet.

f.s.per A.ſ pr.)hæc omittunt Raim.et Cont.fraternitati tuæ etc.quatenus,concil.

quod aſſeris) quod aſſeritur, concil. et Raim. et

duo

duo Tarr.ſed in altero,ut editum eſt,prius fuerat.

Walterium) V.concil.omittunt Raim.et Cont. Walterum,uetus Tarr. Galterum, duo Tarrac.

ipſius patrimonij) patrimonij ipſius,uetus Gregor.eius,ipſius patrimonij,concil.ut editū eſt, Cont.et alij.

moneas diligenter) uox diligenter a Raimun.et Cont.eſt omiſſa.exſtat in concil.

ut res ipſas pigneratas recolligat) ſic etiam in concil.ut eas recolligat,ueteres Gregor.ea pro eas Cont.et alij.ſic etiam mutatum in uno ex ueteribus Gregor.

& eas eccleſiæ reſtituat) reſtauret pro reſtituat cōcil.et reſtituat eccleſiæ memoratæ, Raimun.et Cont.

quod ſi facere &c.) hæc omittunt Raim.et Cont. ſunt autem in concilijs.

TIT. XVIII. DE FIDEIVS ſorib.

CAP.1. *Hieronymus in parabolis*) prouerb. cap.6.

Fili mi ſi ſpoponderis pro amico tuo, defixiſti animā tuam apud extraneum) defixiſti apud extraneū manum tuam,Complut.et Hieron.uox pro in uno Tarr.non eſt. Υἱὲ ἐὰν ἐγγυήσῃ σὸν φίλον, παραδώσεις σὴν χεῖρα ἐχθρῷ. LXX. Fili ſi ſpoponderis pro tuo amico,trades tuam manum inimico,Cōplut. Sunt,qui ita interpretari poſſe putent.Fili mi,ſi fideiuſſeris pro amico tuo, ſi ſtipulatus fueris alieno manu tua: illaqueatus es uerbis oris tui.

illaqueatus es uerbis oris tui,et captus proprijs ſermonibus) ſic etiam Complut.et Hieron. παγὶς γὰρ ἰσχυρὰ ἀνδρὶ τὰ ἴδια χείλη, καὶ ἁλίσκεται ῥήμασιν ἰδίου στόματος. LXX. Laqueus enim fortis uiro propria labia(ſunt):et capitur uerbis proprij oris.Complut.excepto uerbo ſunt.uerbum es,in uno Tarr.deſideratur.

Littera patet) In promptu eſt litterę ſenſus,Hieron.

qui ſpoponderit) qui ſpopondit,Hieron.

proximo ſuo) pro amico, Hieron.pro proximo ſuo,uetus Tarracon.ſed uox pro olim non erat.

ut eum) ut ipſum amicum,Hieron.

ipſum,& ſe liberet) et ſe,et ipſum liberet, Hieron.et tres Tarraconen. poſterius, et, in ueteri olim non fuerat. Verba Salomonis de hac re fuerunt.Fac ergo,quod dico fili mi, et temet ipſum libera; quia incidiſti in manum proximi tui, diſcurre, feſtina, ſuſcita amicum tuum. ne dederis ſomnum oculis tuis, nec dormitent palpebræ tuæ; eruere quaſi damula de manu, et quaſi auis de laqueo. ſic apud Hieron. et in Complut. exceptis ultimis uerbis, pro quibus eſt, et quaſi auis de manu aucupis. ὥσπερ ὄρνεον ἐκ παγίδος. LXX. tamquam auis ex rete. Compluten.

Cap.2. Salomon in parabolis) priora uerba ſunt ex capite. 20.prouerbior. poſteriora ex cap. 22.

Tolle ueſtimentum eius, qui fideiuſſor extiterit alieni) ſic etiam Complut, et Hieron.extitit, duo Tarr. ἀφελοῦ τὸ ἱμάτιον τοῦ ἐγγυήσαντος ἀντὶ ἀλλοτρίου. LXX. Tolle ueſtimentum ſpondentis pro alieno. Complut. Huius fere ſententia eſt cap.27. Tolle veſtimentum eius, qui ſpōpōdit pro alieno,et pro alienis aufer ei pignus, licet LXX.alijs ea uerbis expreſſerint. Vtrubiq.dici creditur,ut pignori potius,quam fideiuſſori credamus.

& pro extraneis aufer ab eo pignus) aufer pignus ab eo. Complut.et Hieron. καὶ ἀντὶ ἀλλοτρίας λάβε ἐνέχυρον παρ' αὐτοῦ. LXX. et pro aliena accipe pignus ab eo. Complut.

Noli eſſe cum eis, qui defigunt manus ſuas, & qui uades ſe offerunt pro debitis) his pro eis Complut. et Hieron. Μὴ δίδου σεαυτὸν εἰς ἐγγύην αἰσχυνόμενος πρόσωπον. LXX. Ne des te ipſum in ſponſorem erubeſcens uultum, Complut. defigere manus uidetur eſſe, quod ueteres manus conſerere, ſiue nexum facere dixerunt.

Si enim non habes, unde reſtituas, quid cauſæ eſt, niſi ut tollat operimentum de cubili tuo?) coperimentum, Barcin. uox niſi in Complut. non eſt, neque in duobus Tarracon. ſi enim non habet, unde reſtituat, quid cauſę eſt,ut tollat operimētum de cubili tuo?Hierō.

ἐὰν

ἐὰν γὰρ μὴ ἔχῃς πόθεν ἀποτίσῃς, λήψονται τὸ στρῶμα τὸ ἐπὶ τὰς πλευράς σου. LXX. Si enim nõ habueris, unde ſoluas; accipiẽt lectũ, qui ſub lateribus tuis (eſt). Complut. excepta voce eſt. στρῶμα cur lectus dicatur potius, quam ſtragula ueſtis, non uideo.

Cap. 3 ex concilio Carthaginen.) cap. 70. Burch. li. 2. cap. 173. et Iuo parte 6. c. 254. decreti. ex concilio Cantuarien. Raim. et Cont. ex canonib. Apoſtolorum cap. 20. in concil. et in marg. Iuonis. hi canones ſumpti ſunt ex lib. 8. conſtitutionum Apoſtolicarum B. Clemẽtis, in quo libro eſt hic canon 16.

Clericus fideiuſſionib. inſeruiens abiciatur) ſic etiã concil. Burch. Iuo, Raim. et Cont. alias ab eccleſia abijciatur, Cont. in marg. deponatur pro abiciatur, uetus liber cõcil. aptius. κληρικὸς ἐγγύας διδοὺς καθαιρείσθω. Til. et Clemens. hoc eſt, Clericus fideiubens deponatur. κληρικὸς ἐγγύας ὁ διδοὺς, ἀποβληθήσεται. Ariſten. in epitome. Clericus, inquit, non fideiubeat, ſi fecerit, deponatur. Hæc poſtea ita interpretatur, ut non fideiubeat lucro aliquo ductus, ſed pro paupere miſericordia ductus ſi fideiubeat, laudandus eſt. et Epiſcopi pro Epiſcopis in quarta actione cõcilij Chalcedonenſis fideiuſſores fuerunt. Licebit igitur iudicij ſiſtendi cauſſa pro clerico clericum fideiubere. Sic etiam Ioã. Zonaras ait diſtinguendum eſſe pro ſe, an pro alio fideiubeat. ſi pro alio, an lucri cauſſa, an caritatis zelo. iubemur enim animas noſtras pro fratribus noſtris ponere, quod etiam Ariſtenus dixit. ſed ſi nundinationis gratia pro publicano obligemur, uetitum eſt clericis; ne implicentur litibus, et negotijs ſæcularib. ſed clericum pro clerico ſiſtendi cauſſa cauere, licitũ eſſe conſtat ex generali quarta ſynodo. leges autem etiam iubent clericos fideiuſſores præſtare, ſi conueniantur. At Balſamon Theodorus dubitari ait, num fideiuſſores præbere, an fideiubere prohibeatur clericus. durum tamen eſſet, ut inops datis fideiuſſorib. deponeretur. ſi pro alio commodi ſui gratia fideiubeat, iure coërcetur. at qui miſericordia ductus eſt, deponi nõ debet. idq. cõfirmatur ex geſtis in quarta generali ſynodo, et ex nouella Iuſtiniani cxxiij. qua prohibentur quibuſdam ciuilib. munerib. clerici fungi, et pro eis cauſis fideiubere. adfert etiam c. 30. Chalced. ſynodi. quod pars actorum eſt, et mentio fit fideiuſſorũ quorundam Eporum.

Cap. 4. Lucius iij. Helien. Epo, et Archidiacono NorWicen.) Mornen. pro NorWicen. vetus Gregor. G. Helien. Epo, et Archid. NoWicen. Barcin. Archiepo Noruicen. Cont. et alij mendoſe, cetera, ut edita ſunt. Lucius iij. Epo Elien. et S. Archidiacono Noruuicen. in concil. parte 23. cap. 5. vide ſupra de iuramento calumniæ c. 6. in hac collectione.

ex transmiſſa nobis conqueſtione) de pro ex concil. ex quæſtione, veteres Gregor. alijs omiſſis. ex conqueſtione, Cont. et alij. uox nobis olim in uno Tarr. non erat.

de S. Albano) hæc omittunt Raim. et Contius; ſunt in cõcil. et ſub tit. de iuram. calum. in Gregor. ſancto pro S. in tribus Tarr.

pro Helia, & Philippo) pro Ph. et pro Helia, concil. pro E. et F. uetus Gregor. pro C. et F. Contius, et alij. I. et F. canonicos, tit. de iuram. calũ. Raimund. pro E. et S. alter minus vetus Greg.

Lundon ad eorum &c.) hæc uſq. ad uocem mercatoribus omittunt Raim. et Cont. ſunt in cõcil. ſed pro Lundon. eſt de Lund.

pro altero Helia) pro altero eorum Helia, Barcin. et duo Tarr. illorum pro eorum, concil.

& pro altero) vox et in concil. non eſt.

in vij. marchis) in viij. alijs marchis, uetus Tarr. in vij. alijs marchis, duo alij Tarr.

mercatoribus Bon. fideiuſſit) fideiuſſiſſet, Barcin. et tres Tarr. fideiuſſerit, uetus Gregor. fideiuſſiſſet mercatoribus Bononiæ, cõcil. Bononien. Cont. et alij, cetera ut uetus.

eis, ſicut unus &c.) hæc etiam omittunt Raim. et Cont. uſq. ad uocem præſcriptam. tantum pro eis habent illis. et ei unus etc. concil.

& alter) ſicut et alter, concil.

iuramento) pro iuramento, duo Tarr. quod non placet. proprio iuramento forte ſcribendum.

promiſerant) promiſerat, Barcin. et concil.

creditorib. pro ipſis pecuniã, ſicut inter eos cõuenerat, exhibere) prædictis creditorib. pro ipſis, ſicut inter eos cõuenerat, prædictã pecuniã exhibere, cõcil. ſatisfacere de eadẽ, Raim. et Cont. alijs omiſſis. prædictis creditorib. tres Tarr.

Ne igitur &c.) hæc in concil. non ſunt; ſunt in Gregorianis.

ſupradictus R.) hæc omittunt Raim. et Cont.

uener. f. noſtro) I. additur in Barcin. et in duob. Tarr. omnia Raim. omiſit, et Cont. uener. fratri noſtro Ioanni, uetus Tarr.

debitis illis) vox illis non eſt in duob. Tarr.

eorum reſcripta) ſcripta, Barc. trãſcripta, Raim. et Cont. apertius.

nobis mittere) nobis pro vobis, unus Tarr.

atq. pr.) hæc omittunt Raim. et Cõt. atq. præcipimus, uetus Tarr.

quaſi) ſi, duo Tarr. altera voce omiſſa.

ex confeſſione) ſic etiam veteres Greg. ex conceſſione, Cont. et quidam alij non recte.

prædictos clericos moneatis) moneatis eoſdẽ, Raimund. et Cont.

ut procuratori memorati R.) ut memorato R. Raim.

dil.& ap.ces.) hęc omittunt Raimundus, et Côt.

Si uero ad veſtram &c.) pro his uſq. ad illa, de eo rũ, eſt in Gregorianis, alioquin pro Si vero, eſt in Barcin. Si hoc uero.

ap.remota in in.ſolui) ap.ces. in integrum ſolui, Barcin. exſolui, Raim. et Cont. alijs omiſſis. ap. remota, in integrum perſolui, uetus Tar. ap. re. in integrum ſolui, alter Tarr.

et damna) etiam, addit Raim.

idem R.) hæc omittunt Raim. et Cont.

pertulerit) pertulit, Barcin. et Raim. et unus Tarr.

aut procuratori eius prædictos redditus) ac prędictos redditus ſibi, ueteres Greg. aut pro ac, Côtius, et alij.

donec ipſe) donec ei ipſa, unus ex veter. Gregor.

ſub.ap.ob.) hæc etiam omiſit Raim. ut ſæpe alias.

et beneficio) hæc in Barcin. deſiderantur.

Ceterũ quia &c.) de his uerbis uide ſupra tit. de iuram. calum. c. 6.

Cap.5. in præſentia noſtra) ſic etiam Raim. et Contius, et in concil. d. parte 23. c. 6. apud nos, Barcin.

dilectus filius noſter) hæc omittunt Raim. et Côtius, et concilia.

magiſter Stephanus) M. Stephanus, concil. magiſter S. Raim. et Cont. L. pro S. unus ex ueteribus Gregor.

pro magiſtro P. Bleſenſi cancellario) Beleſenſi, Barcin. Mai. P. de Bleis cancellario, côcil. uoce pro omiſſa, pro cancellario, Raim. et Cont. alijs omiſſis. Beleſenſi, uet. Tarr. Pleſenſi, duo alij libri.

Lateranen.) Lateran. Raim. et Cont. Laterani, concil. non recte.

ad preces &c.) pro his uerbis uſq. ad uerbum intercesſit, eſt in Gregor. in quadam ſumma pecuniæ. ut editum eſt, in concil.

marchas) marcis, uetus Tarr.

intercesſit) ſic etiam Raim. et Côt. interceſſerit, concil.

quas quoniam &c.) hæc uſq. ad illa, Quia uero, in concil. non ſunt. quam pro quas, Raimun. et Contius. uox quoniam in altero ueteri Gregor. non eſt, in altero idonius ueteri eſt, quia pro quoniam Cont. et alij.

iſte plurimas aſſeris) ſe aſſerit, Barcin. et tres Tarracon. ſe aſſerit plurimas, Raim. et Cont.

a creditorib.) Bonon. addit Raimundus.

& antiquum debitum plurimum augmentari) et debitum augmentatum, Raim. et Cont. et debitum antiquum etc. unus Tarr.

Vnde quia &c.) pro his uſq. ad illa, in qua eſt in Gregor. Ideoq. uox quia olim in uet. Tarr. non erat.

præfatum P.) pręfatum debitorem, Raim. et Côtius.

a præſcripta) a prædicta, Raim.

prorſus abſoluas) ſcribendũ eſt, abſoluat, ut eſt in Gregor. et in Barcin. et Tarr. quattuor.

omni gratia &c.) hæc uſq. ad uocem eccleſiaſtica, omiſit Raim.

diſtrictione compellas) ſic etiam in ueterib. Greg. cenſura compellas, Cont. et alij.

Quia uero diuerſa etc.) De his uerbis ſcripſimus ſub tit. de iuram. calum. c. ult.

teſtes in Angliam) ſuos teſtes, Barcin. et Raimũdus.

a P.) a cancellario ipſo, Raim. et Cont.

examinent, & interrogent) et examinent, Raim. alijs omiſſis. examinẽtur, uetus Tarr. quod vix ferri poteſt.

tranſmittant) tranſmittentes in Gregor.

& ſignificent) vox et omittitur a Raim. et Cont.

teſtibus, uel inſtrumentis poſſit haberi) adhiberi Barcin. poſſit inſtrumentis, et teſtib. adhiberi, uetus Gregor. uel pro et Cont. et alij.

Ceterum ſi &c.) hæc omittunt Raim. et Cont.

iudicio ſtare contempſit) contempſerit, duo Tarr. iudicio uo ſtare contempſerit, Barcin. plenius.

post literarum ſuſceptionem) litterarũ, additur in Barcin. apertius. et in duobus Tarr. post vocẽ harum.

beneficio alienum) beneficio eccleſiaſtico alienũ. Barcin. non male, et vetus Tarr. in quo olim, ut editum eſt.

debitoribus) ſcribendum, creditorib. ut eſt in Barcin. et in uet. Tarr.

TIT. XIX. DE SOLVTIONIBUS.

CAp. Dion capitulo Morien.) Morian. concil. 3. parte 29. cap. 9. Mor. uetus Gregor. Morin. unus Tarr. et Cont. et alij. Morien. alter minus vetus liber, et duo Tarr.

Ad hoc in Apoſtolica, &c. & infra) ſic etiã Raim. et Cont. excepto etc. integra clauſula ſcribi poteſt ex concil. in hanc rationem. AD hoc in Apoſtolicæ ſedis ſpecula ſumus, licet immeriti, a domino diſponente conſtituti: ut aciẽ noſtræ conſiderationis ad uniuerſas eccleſias extendamus, et earũ commodis, et profectibus omnimo intendamus, etc. Quæ poſtea ſequuntur, a lectoribus uideantur: mihi enim nõ eſt otiũ, ut eadem hoc loco totidem uerbis deſcribam.

Sicut filius &c.) Altius uerba referre ex concil.
„ placet. Quod ſi contigerit eundem Epiſcopū
„ ante ſolutionem debitorum, quæ pro utilitate;
„ et neceſſitate eccleſiæ ſibi commiſſæ contraxe
„ rit, ex hac luce migrare; de redditibus, qui ſpe-
„ ctant ad menſam eius, donec alius loco eius ſub
„ ſtituatur, eadem debita ſoluere ſtudeatis. Quo
„ ſubſtituto Epiſcopum ad eorundem debitorū
„ ſolutionē omnino adducetis, et ſicut filius etc.
certa perſoluere tenetur) ſcribendum eſt, contracta pro certa, ut in Barcin. et in duob. Tarr. eſt. forte cepta, uel capta. contracta tenetur perſoluere, concil. ſoluere tenetur, Raim. et Cont. ſcribunt ante illa, ita prælatus. et cōtracta pro certa, in fine totius capitis.

TIT. XX. DE DONA-tionibus.

CAP. 1. *Gregorius Aſclepiodoto Patricio Gallorum*) A. pro Aſcleptodoto, Raim. Aſchelpidato, Cōt. in marg. ex li. 12. indict. 7. epiſt. 17. regiſtri B. Gregorij. in meo eſt Aſcelpidato, in ueteri Aſcelpteudo. Accepidoto, uetus Tarr. Aſdepidoto, alter. Aſdepodito, tertius.
Prudentes &c.) Recte Contius addidit, quæ-
„ dam a Raimun. prætermiſſa. Prudentes ui-
„ ros, ſicut eſtis, Regibus adhærere, multo-
„ rum ſolamen eſt. nam dum præſtanti ſibi lo-
„ cum ad animæ utilitatem datum intelligunt;
„ certum eſt, quia mercedis cauſas, ubi inue-
„ niunt, nō poſtponunt. Quanto igitur affectu,
„ quantaq. deuotione Gloria ſe ueſtra in cauſis
„ pauperum ſtudio pietatis impenderit; dilectiſ-
„ ſimo filio noſtro Candido presbytero renun-
„ tiante comperimus. ſic in ueteri regiſtro. præſtandi pro præſtanti eſt in editis.
Hanc ſibi) ſic etiam Raim. et Cōt. Sed cum hāc ſibi, regiſt.
legem ponis) ſic etiam uetus Raim. liber, et vetus regiſt. legem imponit, editi libri, et Cont. et alij. impoſuit, alter ex ueter. Raim. libris. legem pręponit, unus Tarr.
æſtimet) ſic etiam regiſt. extimet, uetus Raim. liber, et duo Tarr. exiſtimet, Cont. et alij.
beneficijs ſuis) vox ſuis in Barcin. non eſt, habent ceteri.
nil præſtitiſſe putet) nihil pręſtitiſſe ſe reputet, regiſt. nihil ſe præſtitiſſe putet, Raim. et Cont.
& apud nobilium mentes etc.) hæc omittūt Raim. et Cont. ſunt in regiſtro, ſed poſt alia verba, quib. presbyterū, et patrimonium eccleſiæ cō-
„ mendat; paterna, inquit, dilectione ſalutantes,
„ Gloriæ veſtræ ſupraſcriptum presbyterum, et
patrimoniolum eccleſiæ noſtrę fiducialiter cō „
mendamus: ut ope gratiæ ueſtræ pręmunitum, „
moleſtias, et onera nulla ſuſtineat. et poſtea. Au „
gete fauoris ueſtri præſidia: quia nobilium mē „
tium ſemiplenum etc.
Quę poſt uerba huius capitis ſcripta ſunt, in regiſtro uideantur. toto autē hoc capite ſine ulla iactura carere poteramus.
Cap. 2. Ep̄o Papienſi) Pariſien. Ep̄o, Raim. et Cōtius. Pap. duo Tarr.
alium eccleſiaſticum) hæc omittunt Raim. et Cont.
non dominus) ſic etiam veteres Gregor. et nō dominus, Cont. et alij.
bonæ memoriæ P.) hæc omittunt Raimund. et Cont.
& oneroſas eccleſiæ) hæc etiam ab eiſdem omittuntur.
ad quorundam inſtantiam) hęc ſunt itidem ab eiſdem omiſſa.
canonicis ſuis catholicis) ſuis canonicis, Raim. alia voce omiſſa. forte catholicæ, ſiue cathedralis eccleſiæ.
Vnde quoniam) Vnde cum, unus ex ueter. Gregor.
non tenent) non teneant, idem vetus Gregor.
ſ t. auctoritate Ap.) hæc omittunt Raim. et Cōt.
indulgemus, ut donationes &c.) indulgemus, ut tibi liceat donationes huiuſmodi tam a clericis, quā a laicis legitime reuocare, ueteres Greg. indulgemus tibi, ut liceat etc. ut ueteres, Cont. et alij.
Cap. 3. Idem) Wigor. Ep̄o. Barcin. et tres Tarr. Wigorn. Ep̄o, uetus Greg. Vigor. Cont. et alij. Idem, in concil. parte 29. c. 3. Alex. 3. ſupra de conſuetudine cap. 2. in hac collectione.
Ceterum ſi abbatem &c.) Ante hæc uerba eſt in Barcin. et trib. Tarr. pars c. Meminimus. et in d. c. 2. et apud Cōt. in marg. uide, quæ diximus d. c. 2. quod totidem uerbis ſcriptum eſt.

TIT. XXI. DE PECVLIO clericorum.

CAP. 1. *ex concilio Lateran.*) Arelat. Raim. et Cont. ex concilio Remenſi cap. 6. Burch. li. 3. c. 118. et Iuo parte 3. c. 94. decreti, et li. 2. tit. 4. cap. 23. Panor. in concilijs editis nondum inueni.
Inueſtigandum eſt, ſi nil) nihil pro, nil, Iuo, et Raimun. Inueſtigandum ſi nihil; Burch.
promotus eſt) ſic etiam Burch. et Iuo, et ueteres Gregor. promotus eſt, Cont. et alij.
& poſtea emerit prædia) vox et omiſſa eſt a Burch.

Burch. Iuone, et Raim. poſtea prædia emit, Panor. poſtea emit prædia, unus ex veter. Gregor.

terris ſint) ſic etiam Raim. et Burch. ſunt, Iuo.

nil habens) nihil habēs, Raim. et Cōt. de nihil habente, Barcin. Burch. et Iuo.

eſſe debet) ſcribe, eſſe debēt, ut duo Tarr. et alij omnes habēt, præter Panor. et unum Tarr. eſſe debeant, uetus Burch. liber.

Cap. 2. ex concilio Arauſico) Auraſico, Tarr. quatuor, et Contius in marg. ex eodem Raim. Inde eſt ex Arelaten. Arauſico cap. 54. Burch. li. 3. c. 119. ſextum Iuo ex concil. Agathēſi cap. 54. Iuo parte 3. c. 95. et d. tit. 4. c. 24. in concil. Agathen. Grat. 12. q. 4. c. ult. Et recte Demochares addidit c. 54. ex concil. Magdaſen. eſt in uno veteri Gratiani libro mendoſe.

Presbyter cum) dum pro cum in concil. ceteri libri cum.

tenet) habet, uetus Grat. liber.

ſupervixerit) ſic etiam Raim. et Cont. eſſerit, cō cil. Burch. Iuo, et Grat.

ad eccleſia) ad ipſius eccleſiæ, Raim. et Cont. vox ipſius in alijs Burch. Iuo. et Grat. libris non eſt, neq. etiam in concil.

aut ab eius, quam tenet, eccleſia ordinatione diſcedat) ſic etiam concil. Burch. et Grat. aut ab eius ordinatione diſcedat, Raim. et Cōt. ut pro aut Iuo, et non diſcedat pro diſcedat, quod non æque placet, ut pro aut, unus ex ueter. Grat. libris. ordinationem pro ordinatione, unus Tarrac.

Cap. 3. ex epiſtola Pij Papæ) ſic etiam Raim. et Cont. ex concilio Carthagin. c. 45. Burch. li. 3. cap. 121. et Iuo d. tit. 4. c. 26. Panor. ſed rectius idem parte 3. cap. 96. decreti ex concil. Carthagin. 3. c. 48. et videtur eſſe ſumptum ex titulo capitis 49. eiuſdē cōcilij. verba eiuſd. capitis 49. extant apud eoſdem Burch. cap. 120. d. libri 3. et Iuon. cap. 25. Panor. et d. c. 96. decreti, et apud Grat. 12. q. 3. c. 1.

Vt unuſquiſq. &c.) ſic Burch. Iuo, et Raim. ſed in concilijs editis eſt hic titulus capitis 49. Vt ea, quæ quis in eccleſiaſtico poſitus gradu adquiſiuit, eccleſiæ conferantur. et in ueteri libro Romano cap. 38. concilij Carthaginen. Vt ne quis eccleſiaſticas res ſibi mācipet. Apud Creſcon. cap. 248. hæc uerba ſunt. Vt ſiquis clericorum pauper promotus in ordine, aliquid poſtea habuerit, eccleſiæ poteſtati ſubiaceat, concil. Carthag. tit. 32. eſt autem idem titulus cap. 32. concilij Carthag. in corpore canonum, excepta uoce Vt. ἵνα τις τῶν κληρικῶν πενιχρὸς προκόψας ὥς τινα τάξιν κτήσηται τόπον, ὑποκεῖσθαι τῇ ἐξουσίᾳ τῶν ἐπισκόπων. Titulus cap. 32. Carth. pro eccleſiæ poteſtati eſt, poteſtati Epiſcoporum, in Græcis verbis.

poſt diem) ſic etiam Raim. et Cont. poſt diem Burch. et Iuo, et unus Tarr.

relinquat) obtinenti, additur in veteri Tarr. ſed olim, ut editum eſt.

Cap. 4. ex dictis Auguſtini) ex ſermone 53. ad fratres in eremo de communi vita clericorum, extat etiam is ſermo relatus totidem verbis in concilio Aquiſgranenſi ſub Ludouico Imp. cap. 115. magna etiam pars refertur ab Anſelmo Lucenſi libro 7. cap. 6. aliquot verba refert Grat. 12. q. 1. cap. 10. cuius initium eſt, Nolo, ut aliquis etc. quod initium ſumptum eſt ex ſermone 52. eiuſdem Auguſtini.

Ego, qui in primis conceſſi clericis habere proprium, nunc dico) Ego, qui primis conceſſi clericos &c. uetus Tarraconen. olim. Dixeram enim, et ſcio me dixiſſe, ut ſi nollent ſuſcipere ſocialem uitam mecum, non illis tollerem clericatum: ſeorſum manerent, ſeorſum uiuerent quomodo noſſent, Deo viuerent. Et tamen ante oculos poſui, quantum mali ſit a propoſito cadere. Malui enim habere cæcos, uel claudos; quam plāgere mortuos. qui enim hypocrita eſt, mortuus eſt. Quomodo ergo quicumq. uoluiſſet extra manere, et de ſuo viuere; non ei tollerem clericatum: ita modo quia placuit illis Deo propitio ſocialis hæc uita; quiſquis cum hypocriſi vixerit, concil. prout ſi nollent, eſt in editis Auguſt. libris, quod ſi nollem, mendoſe. et ante ſeorſum manerent, additur ſed, non male. Anſel. ut concil. ante vocem ſocialem eſt apud Grat. etiam, et ante ſeorſum eſt ſed; et poſt uerbum uiuerent deſiderantur multa uſque ad uerbum Malui, pro placuit illis, eſt apud eundem placuit eis. In uno veteri Grat. libro eſt, Dixeram etenim. et in tribus ueteribus libris eſt vox etiam ante uerbum ſuſcipere, in uno eſt omiſſa. pro cæcos, et claudos, eſt in uno languidos, in altero debiles, vel claudos, in tertio claudos tantum, in quinto additur illos ante vocē cæcos. pro qui enim, in trib. veterib. eſt, quicumq. enim.

quiſquis clericus inuentus fuerit) uox clericus non eſt apud Aug. neque apud Anſel. neq. Gratianum. quiſquis fuerit, concil. alijs omiſſis.

ut inde faciat) inde facere, unus ex veter. Gratiani libris.

delebo eum) ſic etiam Aug. Anſel. et Grat. deleo eum, concil. uide c. 2. concilij Agathen. apud Grat. diſt. 50. c. 21. et Iuo. parte 6. c. 366. decreti.

Poſt uerba huius capitis additur in Aurelij Auguſtini ſermone, et in côcil. Aquiſgran. et apud Anſel. Interpellet contra me mille concilia, nauiget contra me, quo uoluerit; ſit certe, ubi potuerit, adiuuabit me Dominus; ut ubi ego Epiſcopus ſum, ille clericus eſſe non poſſit. etc. cōſilia pro concilia, et illic pro ille, et Deus pro Dominus, in editis Aug. libris. apud Grat. his omiſſis alia uerba ſequūtur ex alia parte eiuſd. ſermonis. Appellantur autem hi ſermones in concil. de uita, et morib. clericorum, ab Anſelmo, ſermo de communi uita clericorum, item a Gratiano.

Cap. 5. ex concilio Toletano) ſic etiā Burchar. li. 3. c. 122. et Iuo parte 3. c. 96. decreti. ſed in concilijs non inueni.

(ceterum presbyteri ſi) presbyter, Barcin. Burch. et Iuo. ſi presbyteri, uetus 2 arr.

ordinationem ſuam) uox ſuam omittunt Burch. et Iuo.

acquiſierint) acquiſierit, Barcin. Burch. et Iuo.

& nil) et nihil Iuo, nihil, Burchar. editus, et omiſſo. ſed in ueteri libro eſt.

conſtitutum eſt) ſic etiam Iuo, et Burch. editus, ſtatutum eſt, uetus Burch. liber.

Cap. 6. ex concilio Remenſi) capite x. Burch. li. 3. c. 102. et Iuo d. c. 96. Raim. et Cont. ut editū eſt.

Inquirendum eſt ſi aliquis) ſic etiam Iuo, et ueteres Gregor. uox eſt a Burch. omittitur, ſiquis pro ſi aliquis Cont. et alij.

ac uotis) ſic etiam Burch. et Iuo. uel pro ac, Raimundus.

alieno nomine) ſic etiam Raim. et Cont. alio nomine, Burch. et Iuo.

comparauerit) ſic etiam Burch. et Iuo, et ueteres Gregor. comparauit, Cont. et alij.

& ibi ſtructuras &c.) hæc uſq. ad illa, quia ſicut, omittunt Raim. et Contius; habent Burch. et Iuo.

Poſt uerbum collocauerit, apud Burch. eſt. et mulierum frequentationem inibi fieri permiſerit; uel quod turpius eſt, tales mulieres ibidem habuerit, quæ lanificium ſuum exerceāt, et curam domus agant; et in eadem presbyter frequenter ueniens manſerit, et contra decreta canonum hoc malum agat. Totidem uerbis Iuo, hoc agant malum, uetus Burch. liber.

ſicut non ſuo &c.) Hæc ſunt Leonis Papæ uerba epiſt. 1. c. 4. ex concil. et regiſt. et corp. can. c. 4. Leonis. refert Grat. diſt. 46. c. ult. Anſel. li. 7. c. 150. et Burch. lib. 2. c. 121. varietas non nulla eſt.

presbyter) aliquis clericorum, Leo. ubi ſupra.

ſinus exercere debet, multo minus) hæc in Gregor. omiſſa ſunt. habent ea Burch. et Iuo.

fraudem) fraudes, unus Tarr. in fraudem, alter.

quoniam hoc) quando hoc, Iuo. debet. quoniam illuc, Raim. quō hoc, uetus Burch. liber.

par crimen) ſic etiam Burch. par crimini, Iuo, par criminis, uet. Greg. par crimini, Cont. et duo, et tres Tarr. olim, poſtea ut editum eſt.

Iudæ furis) ſic etiam Burch. et Raim. Iudæ fit, Iuo. ſimilis locus ex Clemen. epiſt. 2. Grat. 12. q. 2. c. 15. ſi forte. Iuo parte 3. c. 63. et parte 6. c. 1. decreti.

aſportabat) aſportauit, unus Tarr.

Cap. 7. ex concilio Toletano) ſic etiam Raim. et Cont. ad de ſecundo capite quarto, ex concil.

agellos uel uineolas) ſic etiam Raim. et Cont. agellos, uel uineolas, ſeu alia ædificia, concil. editus.

in terra) ſic etiam Gregor. in terris, concil. in terram, duo Tarr.

probabuntur) probauit, concil. probabitur, Raim. et Cont. probabit, unus Tarr.

ſuæ cauſa) ſic etiam Raim. ut æ ſuæ cauſa, concil.

Verum poſt ſuum de hac luce deceſſum) poſt ſuum uero de hac luce deceſſum, concil. Verum poſt ſuum deceſſum, Raim. et Cont. alijs omiſſis. deceſſum pro deceſſum eſt in uang. concil.

iuxta priorum canonum inſtitutiones, ius ſuum) conſtitutiones pro inſtitutiones Barcin. et concil. omittunt omnia Raim. et Cont.

eccleſiæ reſtituat) ſic etiam in Gregor. eccleſiæ ſanctę reſtituat, concil. ſuæ pro ſanctæ, tres Tarr.

nec teſtamentario, aut) ſic etiā Raim. ac pro aut, concil. nec à teſtamentario, aut, Barcin.

pro heredum) ſic etiam Raim. et Cont. aut pro heredum, concil.

niſi forſitan) ſic etiam in concil. niſi forſan, Cōt. niſi forte, unus ex ueter. Gregor.

ſeruitijs ac præſtatione) ſcribendū pro ſeruitijs, ac præſtatione, ut in cōcil. eſt, et in Barcin. et in Gregorian. pro ſeruitijs, ac de prætestatione, ut tres Tarr. olim tamen de, et pro fuerant omiſſa. in altero præſtatione. quam uocē Alanus probat. utrāq. interpretatur, id eſt præ ordinatione, et prætextu, quod non placet.

TIT. XXII. DE TESTAMENTIS, ET ULTIMIS UOLUNTATIB.

CAP. 1. *Gregorius in regiſtro*) Gregorius Petro ſubdiacono. ſcribendum ex libro 1. epiſt. 9. regiſt.

9. regiſtri.

Teſtamentum Baucadi) Baucadæ eſt in trib. Tarr. Baricardæ in Barcin. [illegible] autem Bacadæ in regiſtro, uero pro autem eſt in vet. reg. ſic Bacandæ Epo Formienſi mittitur epiſt. 8. lib. [illegible] et de obitu Bacaudæ Antiſtitis mentio fit lib. 6. epiſt. [illegible] Bacadæ eſt in editis, in veteri Bacaudæ. Ante hæc verba ſcribi po[illegible] pars cap. Gregorius [illegible] 4. cum ex ead. epiſt. [illegible]

[illegible] *Form. Epi*) Formiani forſaſſe, ut eſt, epi[illegible] hic in reg. non ſunt.

firmitate perſiſtere) ſic vetus liber regiſtri, in editis, in firmitate perſiſtere, alter firmitate, alter [illegible] omiſſa.

Cap. 2. Idem Anthemo ſubdiacono) Greg. Anthemi ſubdiacono [illegible] veteres Gregor. [illegible] ſubdiac. Cont. et alij Greg. [illegible] marg. Cont. ex lib. 7. epiſt. [illegible] regiſt. recte ſcribo Idem Anthemio ſubdiacono Campaniæ, ex veteri regiſtro. Campaniæ ſub diacono, editus liber.

quod ſuperioribus) eo quod tempo [illegible] regiſt. quod [illegible] Raim. et Cont. qui in marg. [illegible] importunus.

Atellanæ) Atellanæ, regiſt. et vetus Gregor. ego Stephanum ſequor, et numm o [illegible] c. 13.

dum de hac luce migraret) hæc [illegible] omittunt Raim. et Cont. ſunt in regiſt.

totius ſubſtantiæ) vox totius ab [illegible] omittitur, eſt in regiſtro.

nurum ſuam inſtituit heredem) [illegible] eidem inſtituit, duo Tarr. inſtitueret, Barcin. [illegible] inſtituit nurũ ſuam heredem inſtitueret, regiſt. nurum ſuã heredem conſtituit, vetus Raim. [illegible] nurũ heredem inſtituit, Cont. et alij.

eccleſiam ſuam) ſic etiam Raim. et Cõt. et eccleſ. ſuam, regiſt. et unus ex veteri Raim. libris.

hortamur ergo experientiam tuam) ſic etiam in regiſtro. hortamur ergo, veteres Raim. libri, alius omiſſis. igitur pro ergo, Cont. et alij.

ut ſollicita inquiſitione) ſic etiam in regiſtro. ut ſollicite hoc, Raim. et Cont [illegible]

eccleſia ipſius eſſe patuerit) ſic in regiſt. ipſum habuiſſe patuerit, Raim. et Cõt. eccleſiæ ipſius eſſe ſuis potuerit, vetus Tarr. [illegible] olim; mox eccleſiæ tuæ patuerit.

Quidquid vero, vel ante eccleſia) ſic in regiſtro. Quidquid vero poſt, vel ante eccleſiæ, Barcin. uel ante, uel poſt, in marg. Tarr. unus. Quid quid vero eccleſiæ ante, [illegible] Raim. et Cont. et poſt, additur pro ſcholio in veteri Tarr.

ipſum eſſe) ſic etiam in regiſtro. ipſius conſecrationẽ fuiſſe, Raim. et Cõt. vox eſſe in veteri Tarr. olim non erat.

acquiſiuiſſe) ſic etiam Raim. acquiſiſſe, alter ex editis regiſtri libris, et alter ex veterib. Raim. libris.

Poſt verba huius capitis additur in regiſtro. nec quiſquam exinde aliquid uſurpare qualibet oc„ caſione præſumat, etc. mox adduntur alia, quæ„ pertinent ad electionem Epiſcopi.

Cap. 3. Gregorius) Idem, Raim. et Cont. aptius. ſed addi potuit, Ianuario Epo Caralitano, ex epiſt. 7. eiuſdẽ libri 7. regiſtri. et Anſel. Luc. [illegible] lib. 7. c. 184. Carolitano mendoſe Grat. 19. q. 3. c. 7. ſed in duob. veterib. eſt Caralitano.

Quia ingredientibus etc. et infra) ſic etiam Raim. et Cont. excepta voce etc. integra clauſula in regiſtro eſt hæc, QVIA ingredientibus mona„ ſterium conuertendi gratia, ulterius nulla ſit„ teſtandi licẽtia; ſed res eorum eiuſdẽ monaſte„ rij iuris fiant, aperta legis definitione decretũ„ eſt. Quod cum pæne omnibus notũ ſit; in ma„ gna nos Gabinæ Abbatiſſæ monaſterij ſancto„ rum Gabini, atq. Luxurij inſinuatio admiratio„ nem perduxit. etc. hæc in veteri regiſtro ſunt.„ pro nulla ſit, in quibuſd. editis vox ſit deſideratur, pro Gabinæ eſt Grauinæ, pro Gabini, atq. Luxurij, eſt Gauini, et Luxorij. Anſelmus refert verba ſupraſcripta uſq. ad illa decretum eſt, pro ſed res, habet, ſed ut res. Gratianus itidẽ uſq. ad illa decretum eſt, refert. et eodem modo ſcribit, ſed ut res, ut Anſel. et hoc amplius pro monaſterij iuris fiant, habet, monaſterij ſint. vi de Nouel. 5. c. 4. et Nou. 123. cap. 56. Iuſtiniani. pro res eorum in vno. veteri Grat. libro eſt, res omnes.

Gabiniana Abbatiſſa queſta eſt) Sabiniana, Barcin. Gibina, vetus Raim. liber. Gabina Abbatiſſa conqueſta eſt, Cont. et alij. Gadimatia, in marg. Cont. pro his omnib. eſt in regiſtro unica vox, quæ, et refertur ad Gabinam. quod pro quæ eſt in veteri libro non recte.

Syricam) ſic etiam in regiſtro. S. quondã, Raim. et Cont. qui in marg. habet *Silicam*.

quibuſdam reliquiſſe) ſic etiã veteres Raim. libri. quibuſdam aſſeruit reliquiſſe, regiſt. reliquiſſe, Cont. et alij, ceteris omiſſis.

dicens eam) ſic etiam Raim. et Cont. multa pro his uerbis ſunt in regiſtro. Et dum de ſanctitatis„ ueſtræ ſollicitudine quæreremus, cur res mo„ naſterio competentes ab alijs pertulerit detine„ ri: communis filius Epiphanius Archipresby„ ter ueſter præſens inuentus reſpondit, memora„ tam Abbatiſſam. ſic uetus regiſtri liber, monaſterij pro monaſterio eſt in editis.

uſque in diem obitus ſui) ſic etiam Raim. et Cont. uſq. ad diem obitus, regiſt. omiſſa voce ſui, eſt tamẽ in veteri libro. ad pro in unus ex vet. Raim.

 libris.

libris.

monaſticam veſtem non induiſſe) non induiſſe habitũ monachalem, Greg.9. indui ſe monachica veſte noluiſſe, regiſt. monachicam, duo Tarr. monachiam, tertius.

presbyteri permanſiſſe) ſic etiam Raim. et Cont. presbyteræ pro presbyteri eſt in regiſtro, atq; prius. ſic dicebantur olim presbyterorum vxores, cum quibus, ut ſorores uiuebant.

ſicut et illa &c.) totidem verbis Raim. et Cont. uſq. ad verbum Neceſſarium. ſed in regiſtro hæc ſunt. Ad hæc replicabat prædicta Gabina, hoc pæne ex conſuetudine licuiſſe; adeo, ut Abbatiſſam, quæ ante ſupraſcriptam Syricam fuerat, talibus uſam fuiſſe ueſtibus allegaret. Cum ergo de qualitate veſtium, nec nos mediocriter coepiſſemus ambigere. pro Gabina, quæ vox eſt in veteri libro, Grauinia eſt in editis. pro Cum ergo eſt in veteri, Cumq. ergo.

ipſam fuerat) ſic olim, mox fuerit, in vet. Tarracon.

hoc pæne) ſic etiam in regiſtr. et in ueterib. Raim. libris. hoc plene, Cont. et alij non recte.

Neceſſarium ergo viſum eſt) uox ergo in regiſtro nõ eſt. In contrariũ ergo uſum eſt, vetus Raim. liber, non ſine mendo. ut editum eſt, Cont. et alij.

tam cum conſiliarijs etc.) hæc uſq. ad illa, poſt quã Abbat. omittunt Raim. et Cont. ſunt in regiſtro, unã voce additã ut tam cum conſil. etc.

ſi quid) vox ſi in regiſtro non eſt.

tractaret) tractare, Barcin. et tres Tarr. aptius, tractarem, regiſt. non male.

qui tractantes) qui contractantes, tres Tarr.

dixerunt) reſponderunt, regiſt.

poſtquam Abbatiſſa ab Epiſcopo ordinata eſt) ab Epo, omittunt Raim. et Cont. poſtquam ſollẽni more Abbatiſſa ab Epo ordinata eſt, regiſtrum.

et monaſterio) et in monaſterio, Raim. vox et in uno ex veter. Raim. libris deſideratur. et in monaſterij regimine, regiſt.

ad obitum) ſic etiam Raim. ad uitæ ſuæ tranſitũ, regiſt.

præfuit) præfuerit, unus ex veterib. Raim libris.

pertinere) ſic etiam Raim. reſpicere, regiſt.

eſſe permiſit) eſſe permiſerit, vetus regiſtri liber. permiſerit, editi libri altera voce omiſſa. ut editũ eſt, Raim. et Cont.

potuiſſe) debuiſſe, unus ex veter. Raim. libris.

irrogare) generare, quidam editi Raim. libri, et unus ex veter. libris.

ex eo, quo illic) quod pro quo, Barcin. et unus Tarr. vox eo a Raim. eſt omiſſa, ex eo, quo illuc, vetus regiſtri liber. quod pro quo editi libri.

ingreſſa Abbatiſſa) ſic etiam in regiſtris editis: ingreſſa, et Abbatiſſa, vetus liber, et Raim. in uno tamen veteri Raim. libro, et, recenti manu additum eſt.

de iure) ſic etiam Raim. manifeſto iure, regiſt.

et xenodochium ſi litigium etc.) hæc omittunt Raim. et Cont. ſunt etiam alias ſcripta in regiſtro in hunc quẽ dum. Ex eo, quia ex dimiſſa illi cauſa xenodochium poſſe eam aſſerit ſuo debere regimine; his uos hortamur affatibus, ut quia et monaſterium, et xenodochium ipſum in veſtra eſt ciuitate poſitum; omni cura, ac ſtudio prouidere debeatis; quatenus ſi poſſeſſio ipſa ex nullo præcedenti contractu, ſed ex memoratæ Syricæ legato deſcendit; ante dicto monaſterio, poſtpoſito ſtrepitu, uel excuſatione reddatur. Si uero eſt aliquo forte dicatur obueniſſe cõtractu, aut fraternitas veſtra inter partes cognita veritate, quod legalis ſualerit ordo definiat, aut mutuo ſibi conſenſu arbitros eligant. Et poſtea. Alia igitur omnia, quæ ex teſtamento prænominatæ Syricæ detinentur; quippe quod nullum eſſe legali ſanctione permittitur; neceſſe eſt, ut in prædicti monaſterij iura fraternitatis ueſtræ ſollicitudine, ſacerdotali per omnia ſtudio reparentur etc. in fine adduntur verba a Gratiano relata 25. qu.2. c.13.

Cap. 4. ex concil. Lateran.) ſic etiam Raim. et Cõt. qui in marg. addit cap.27. ſed in editis cõtilijs eſt cap.15. concilij Lateranenſis ſub Alex.3.

primo loco illi) illis ſcribendum, ut in Barcin. et trib. Tarr. et Gregori. uno eſt, illis primo, concil. omiſſa voce loco.

cognouimus recepiſſe) cognoſcimus recepiſſe, Barcin. et tres Tarr. et Raim. cognoſcimus accepiſſe, concil. dinoſcimur recepiſſe, unus ex veter. Gregor.

econtra) ſic etiam Raim. et Cont. eccleſiaſtici, in concil. mendo ſe.

multa beneficia) ſic etiam in Gregor. 9. multa bona, concil.

bona tamen per eccleſiam) bona per eas, Raim. bona per eccleſias, concil. eos pro eas unus ex veter. Gregor.

in alios transferre præſumunt) ſic etiam Raim. et Cont. in alios uſus præſumunt transferre, concil.

et antiquis) ſic etiam in concil. vox et in Gregorianis eſt omiſſa.

inhibemus) eſſe inhibitum, unus ex veter. Gregor.

nos etiam inhibemus. Indemnitati igitur eccleſiarũ) nos etiã nihilominus inhibemus. Indemnitati itaq. eccleſiarum, concil. nos indemnitati eccleſiarum, Raim. et Cont. alijs omiſſis, nos etiam nihilomi-

nihilominus, unus Tarr. et Barcin. cætera, ut edita ſunt.

ſiue alij) ſic etiam veteres Gregor. ſiue alijs, concil. et unus Tarr. et Cont. et alij.

penes eccleſias) ſic etiam Raim. et Cont. penes eccleſiam, concil. et unus Tarr.

Poſt verba huius capitis ſunt in cõcil. verba poſita ſub tit. ne prælati vices ſuas. cap. 1.

Cap. 5. Alex. iij.) ſic etiã Raim. et Cont. Cenomanenſi Epõ, additur in concil. parte 29. cap. 8.

pars c. Tua nos) ſic etiam Cont. in marg. Tua nos duxit, Barcin. Integra clauſula exſtat, ut ſuſpicor, ſub tit. de clericis peregrinis c. 1.

in ægritudine conſtituti) ſic etiam Raim. et Cont. in ægritudine etiam conſtituti, concil. aptius.

Alias varias lectiones ſcribere noluimus, lectores tã in hoc, quàm in alijs capitibus erũt diligẽtiores: nos enim feſtinamus, varijs occupationib. impediti.

Cap. 6 Vigilienſi Epõ Vigilienſi Epõ, vet. Tarr. et vetus Gregor. Vigilen. Cont. et alij. Panor. Archiepõ, in concil. d. parte 29. c. 5.

Quia nos tua &c.) Tua nos, alias Quia nos, et infra. vetus Gregor. Quia tua nos etc. cõcil. Quia nos, et infra, Cont. et alij. Recte autem Cont. omiſſa a Raim. rettulit paucis exceptis.

prudentia) ſic etiam in concil. fr. Cont.

clerici de mobilib. uel inmobilib.) clerici ſæculares de mobilib. uel inmobilib. rebus, Barcin. et unus Tarr. clerici ſcholares de reb. mobilib. aut inmobilib. concil. clerici ſeculares de mobilib. reb. Cont. placet Barcin. ſcriptura. et pro vel eſt in uno Tarr.

peruenerit) ſcribe, peruenerint, ut eſt in Barcin. et in trib. Tarr. et in veteri Greg. perueniunt, concil. peruenerunt, Cont. et alij; et unus Tarr.

eccleſia ſua) uox ſuæ in uno Tarr. non eſt.

perceperunt) ſic in concil. et in Gregor. perceperint, Barcin.

Cap. 7. pars c. Tua nos et infra) hæc omittũt Raim. et Cont. pars cap. ſupra de clericis matrimonio copulatis. in concil. d. parte 29. cap. 6. ille uero tit. eſt parte 18. capitq. primum eſt Alex. 3. Salernitano Epõ, ut hoc ipſum inſcriptum. de verbis eius capitis dictum eſt ſub tit. de cohabitatione clericor. etc. cap. 4. Prima eius capitis clauſula olim fuiſſe notatur Cum tu. exſtatq. ſub tit. de uſuris. Hoc fortaſſe initium mendoſum eſt.

Ad hæc licet conſuetudo &c.) Ad hæc licet, et infra, Raim. et Cont. cæteris omiſſis usq. ad illa, Illud eſt. ſunt autem in concil. Ad hoc, unus Tarr.

ad Kal. Nouembris) ad kalendas Septembris, unus Tarr.

quod debet) quem deberet, concil. aptius: quem debet, unus Tarr.

ſecundum ſuam uoluntatem) pro ſua voluntate, Barcin. pro uoluntate ſua, concil.

Epiſcopatu) Archiepiſcopatu, Barcin. et concil. rectius, et duo Tarr.

grauetur onere debitorum) grauetur debitis, concil.

Illud eſt omnino) Illud uero eſt omnino, Barcin. Et illud eſt omnino, cõcil. Illud eſt omni, Raim. et Cont. omnino, unus ex veter. Gregor.

Archid. et Decanatum optineat) Archid. et Cant. aut Archid. et Decan. obtineat, Barcin. et duo Tarr. excepto vel pro aut in altero eorũ. Archidiaconatũ, et Cantoriam, vel Decanatũ obtineat, cõcil. plures dignitates, vel perſonatus obtineat, Raim. et Cont. vel perſonam, unus ex veter. Gregor.

in eccleſijs) ſic etiam Raim. et Cont. quæ ſunt in eccleſijs, concil.

Cap. 8 Carnoten. Epõ) Tornacen. Epõ, Raim. et Cont. Carnoten unus ex veter. Gregor.

Admonet nos cura &c.) Admonet et infra. Raim. et Cont. omittunt autem omnia uſq. ad illa, uniuerſis eccleſiaſticis perſonis. ſed et ipſum verbum hoc eccleſiaſticis.

f. t.) fraternitati tuæ, vetus Tarr.

de earum bonis) de eccleſiarum, Barcin. et duo Tarr.

acceſſerint) acceſſerunt, Barcin.

bona ipſis eccleſijs) bona ipſa ipſis eccleſijs, Barcin. et unus Tarr. bona eccleſijs ipſis, duo Tarr.

quæ ipſis pro) quæ pro ipſis, tres Tarr.

acceſſerunt) acceſſerint, unus Tarr.

etiam ex parte) vox etiã deleta eſt in vet. Tarr. non eſt in altero.

aut detinere) aut etiam detinere, unus ex veter. Gregor.

prohibitionem tuam) ſic etiã veteres Gregor. ſuã pro tuam Contius, et quidam alij mendoſe.

auctoritate noſtra et tua fretus) hęc omittũt Raim. et Cont. tuaq. pro et tua, duo Tarr.

Cap. 9. Idẽ Vbaldo Oſtienſi Epõ, et Archiep. et canonicis Vellerra.) Velletten. tres Tarr. et Barcin. et Archipresbytero pro Archiepõ, aptius. Idem Oſtienſi Epõ, Raim. et Cont. Idem Huboldo Hoſtien. Epõ, et Archipresbytero, et canonicis Vuelleſtur. in concil. parte 50. c. 20. additurq. ſumptũ eſſe ex lib. 13. regiſtri Alex. 3. Hubaldo Hoſtiẽ. tres Tarr.

Cum eſſes frater Epe) ſic etiam in cõcil. Cum eſſes, Raim. Cum (tu frater Epiſcope) eſſes, Contius.

diligenti nobis narratione propoſuiſti) diligenti nobis aſſertione intimaſti, concil. propoſuiſti, Raim. et

Raim.et Cont.alijs omiſſis.nobis diligẽti, unus Tarr.
inoleuiſſe) ſic etiam in concil.obtinere,Raim.
ab ijs,qui poteſtatẽ habent ſuper alios)illos,pro alios, duo Tarr.ut ab his,concil.hæc omnia Raim. et Cont.omittunt.
reſcinduntur) ſic etiam veteres Gregor.reſcindã tur,concil.et Cont.et alij.
decernunt)decreuerunt,unus Tarr.
in ore)ſic etiam in concil.. et in uno ex veter. Gregor.quod in ore,Cont.et alij . de his verbis alibi diximus.
parochiani veſtri) vox veſtri a Raim . et Contio eſt omiſſa.
et tribus)ſic olim in vet. Tarr.mox vel pro et,nõ ineptiſſime,
vel duob.) ſcribe,vel duab.ut in Barc. et in cõcil. et in Greg. duob.olim in uno Tarr.mox duab. Alias varias lectiones omittimus.
In fine huius capitis eſt in concil . Præterea cũ Principes etc. integram clauſulam adhuc quærimus.
Cap.10. Idem iudicib. Velletr.) Velletren. Tarrac. duo. Velletr.vetus Gregor. alter,ut Tarracon. Vellenen. d.parte 50. cap.8.et Cõt. et alij.additur in concil.ex libro 1.regiſtri Alex.3 . quod ſi verum eſt,ante caput 9,hoc ſcribi debuit habita temporum ratione.
Relatum eſt aurib. noſtris quod cum ad veſtræ diſcuſſionis examen,aliqua ſuper teſtamẽtis relictis eccleſiæ cauſa deducitur) vox relictis in concil.non eſt, et, in veteri Tarr . olim non fuerat, Relatum eſt, quod cum ad veſtrum examẽ ſuper relictis eccleſiæ cauſa deducitur,Raim.et Cont.
nos ſecundum &c.)hæc omittunt Raim.et Cont. uſq.ad illa,niſi vij.excepta voce vos.ſunt in cõcil.omnia.
producti fuerint)ſic etiam in cõcil.interuenerint, Raim.
omnino poſtponitis exinde iudicare)non proponitis pro poſtponitis , concil.inde, poſtponitis iudicare, Raim.et Cont.
Unde quia &c.) Recte Cont. addit hoc loco a Raim.prætermiſſa,quæ ſunt etiam in concil.
huiuſmodi cauſa) vox cauſa in concil.non eſt; eſt apud Cõt.cauſæ pro cauſa,duo Tarr.
iudicijs eccleſiæ)vox eccleſiæ in Barcin. deſideratur,habent alij.
debet tractari) ſic etiã Cont. debent pro debet, concil.et duo Tarr.
et his) et in his,Barcin.et concil.et tres Tarr.et in ipſis,Cont.
ſuper teſtamentis eccleſiæ relictis ſic etiam in cõcil. talis,Raim.et Contius.
ea non)ſcribe,eam nõ ,ut eſt in concil.et in Gregorianis,et in duob.Tarr.
ſecundum decretorum ſtatuta)ſic etiam Raim . et Cont.ſecũdum canones, iuxta decretorum ſtatuta,concil.
et tribus)vox et non eſt in concil. neq. in Greg.
teſtibus)requiſitis,additur in concil.et in Greg.
Cap.11.ex concilio Magocen.)Magũtino,Raim. et Cont.Maguncenſi cap.2.in concil. parte 43. c.5.tit.de ſepulturis,et defunctorũ uolũtatibus,
et ceteris)et alijs,vnus ex veterib. Gregor. Sunt aliæ variæ lectiones,quas omiſimus.
Cap.12.Gregorius)Idẽ Raim.et Cont.qui hoc caput collocat poſt cap.2.Gregorij. addi debuit, Ianuario Epõ Caralitano.ex lib.3. epiſt.10.regiſtri B.Gregorij.
Nos quidem &c.et infra)ſic etiam Raim.et Cõt. excepta voce etc.Eos pro Nos in Barcin .et in duob.Tarr.non recte.Integra clauſula in regiſtro eſt hæc.Nos quidem arbitramur,quod ad imminentiã expletionis pratũ rerũ ipſe te tuus ſtatus ordo compellat.ſed ne zelum tuum cuiuſlibet interuentus remiſſionis emolliat;de his etiam te ſpecialiter iudicauimus exhortandum.
Peruenit ad nos Stephanum de hac luce migrantẽ) Peruenit ſiquidem ad nos Stephanum ueſtrum de hac luce migrantem,regiſt. Peruenit ad nos S.de hac luce migrantem,veteres Raim. libri, migrante Cont.et alij.
eulogio)elogio Barcin.et duo Tarr.et vetus regiſt.quod malo.eloquio unus ex editis,alter eulogio. item euſogio, vetus Raim . liber , elogio Cont.et alij.
Theodoſia religioſa femina ab eius dilatione protrahitur)a T. religioſa femina,eius herede protrahitur, Raim.et Cont. apertius.a Theodoſiæ honeſtæ feminæ herede eius fertur,quod hactenus dilatione protrahitur,regiſt. Theodoſia honeſta femina herede etc. alter editus liber. Theodoſia honeſta femina relicta eius faciente----eius fertur etc. vetus liber non ſine mendo.ad eius dilationem, pro ab eius dilatione,unus Tarr. utrũque diſplicet.
te hortamur)ſic etiam Raim. hortamur fraternitatẽ tuam,regiſt.
ut prædictam feminam)ut eam, Raim. et Cont. ut maximum de prædicta cauſa ſtudiũ geras, atq. ante nominatam feminam,regiſt.
infra annum) ſic etiã Raim.intra annale ſpatiũ, regiſt.
quod iuſſum)ſic etiã Raim.et vetus regiſtri liber. ut iuſtum,editi libri.
ſecundũ voluntatem) ſecundũ iuſſum,unus Tarr.
infra prædictum tempus) ſic etiã Raim.intra prædicti tem poris metam aliqua perficere negligẽtia,vel calliditate diſtulerit, regiſt. prædictã pro

prędicti, vetus liber. intus pro infra, unus Tarr. forte intra.

ſine in loco) ſic etiam Raim. et Cont. ut ſiue in loco eo, regiſt.

conſtitutum fuerat) inſtitutum fuerit, unus ex veter. Raim. libris.

ſeu certe ſi ibi) vox ſi in regiſtro, et in duob. Tarr. deſideratur, ſeu ſi ibi, Raim.

non poteſt) ſic etiã Raim. et unus ex editis regiſtri libris. non poterit, alter editus.

placet ordinari) ordinare, unus ex veter. Raim. libris.

tecum implere neglexerit) ſic etiam Greg. 9. et dilatione interueniente negligitur, regiſt.

tunc per te ædificetur) eadem Raim, edidit. tũc nolumus, ut fraternitatis tuæ ædificetur ſtudio, regiſt.

et omnia per te) ſic etiam Raim. et Cont. ordinatiſq. omnibus res, atq. redditus, qui relicti ſunt, per te, regiſt.

venerabili) hæc vox a Raim. et Cont. eſt omiſſa; extat in regiſtro. deſideratur in duob. Tarr.

ſine minutione aliqua ſortientur) imminutione pro minutione Barcin. et regiſt, ſine deminutione qualibet adſignentur, Raim. et Cont.

ſic enim ſecundum) ſic etiam Raim. et Cont. ſic enim et ante tremendum iudicem tuum ſententiam remiſſionis effugies, et ſecundum, regiſt.

Epiſcopali ſupplere ſtudio decens eſt) adimpleri pro ſupplere, Barcin. Epiſcopali decens eſt ſtudio adimpleri, Raim. et Cont. Epiſcopali ſupplebis ſtudio, regiſt.

Cap. 13 ſubdiacono Siciliæ) vox Siciliæ omittitur a Raim. et Contio, eſt in regiſtro lib. 12. epiſt. 30. De uniuerſis cauſis, additur in Barc. malo, de diuerſis cauſis. Tota enim ea epiſtola de diuerſis cauſis agitur. ſic etiam eſt in uno ex ęditis regiſtri libris.

Indicare &c. et infra) ſcribendum eſt, Indicante, ut in duob. Tarr. et in Barcin. et in Gregor. Integra clauſula hęc in regiſtro eſt. INDICANTE

" Romano defenſore cognoui: quia monaſteriũ

" ancillarum Dei, quod eſt in fundo Monotheo

" ab eccleſia noſtra de Villa noua de fundo iuris

" ſui uiolentiam pertulit, quod eidem monaſterio

" dicitur dimiſſus. etc. pro Monotheo, quod eſt in vet. libro, in editis eſt Monaſtro, ſiue Monaſteo.

Cognoui autem Romano referente) ſic in regiſtro poſt alia negotia. cognouimus R. referente, Raim. et Cont.

quia moriens uxor redempti) ſic etiã in regiſt. quod pro quia Raim, Redẽpti, Cõt. et alij, et in marg. Recepti. nomen viri eſſe exiſtimo. Reddendi eſt in duob. Tarr.

concham argenteam) ſic in regiſtro. urnam argenteam, vetus Raim. liber. ut editũ eſt, Cont. et alij.

iuſſit uenumdari) ſic etiam Raim. dixerit pro iuſſit. regiſt. iuſſerit, tres Tarr.

et libertis ſuis dari) tradi regiſt. et ſuis dari libertis, veteres Raim. libri. dare pro dari, Cont. non recte.

ſcutellam quoque) ſic etiam in regiſt. et ſcutellam, Raim.

reliquit) reliquerit, regiſt. reliquiſſet, Raim.

in quibus utriſque) uox utriſque eſt in regiſt. non eſt apud Raim.

impleri) ſic etiã in regiſt. adimpleri, Raim. et Cõt. Additur ratio in regiſtro. ne ex rebus minimis peccata maiora capiamus. Poſtea de alijs rebus agitur.

Cap. 14. Idem Dono Ep̃o) T. pro Dono, Raim. et Cont. Dono Ep̃o Meſſanen. uetus regiſtri liber epiſt. 4. lib. 7. Ind. 1. Ep̃o Meſſalino, editi.

Filius noſter Fauſtinus) F. pro Fauſtinus Raim. et Cont. Fauſtinus uir eloquentiſſimus ad nos veniens, regiſt.

conqueſtus eſt nobis) vox nobis a Raim. eſt omiſſa. queſtus nobis eſt, regiſt. cõfeſſus pro cõqueſtus unus Tarr.

quod Pel. quondam pater ſuus) quod quondam P. pater ſuus, Raim. quod pater eius quõdam Pelraſius, regiſt. P. pro Pel. unus Tarr.

reliquerit) ſic etiam regiſtr. reliquit, Raim.

et quidem leges ſæculi hoc habent) quædam pro quidem vetus Raim. liber. quidem, Cont. et alij. et quidem quid de hac re ſæculi leges habeant, et ipſe nouit, et nos audiuimus. vetus regiſtri liber. noſtis pro nouit, editi. malo noſti.

ut heres) ſic etiam Raim. quia heres, regiſt.

cogatur) cogitur, regiſt. cogatur, Raim. et Cont.

aliena legauerit) vel, addunt ante hæc verba regiſt. et tres Tarr. et Barcin. rem legauerit alienã, Raim. et Cont. rem alienã legauerit, duo Tarr.

fraternitas veſtra) tua pro veſtra, vet. Raim. libri. fraternitatem ueſtram, regiſt. omnia omittunt Cont. et alij.

lege uiuis ſæculi) ſic etiam vetus Raim. liber olim, ſed poſtea viuis pro uiuit in eo ſcriptũ eſt. in altero ex viuis huius mutarunt. lege ſęculi nouimus viuere, regiſt. lege huius ſæculi viuimus, Cont. et alij. ut mur in marg.

ut calix &c.) pro his verbis eſt apud Raim. ut res tibi legatæ, quæ cuiuſdam eccleſię eſſe perhibentur, a te teneantur, qui aliena reſtituere debuiſti, ut editum eſt, eſt in regiſtro.

cuiuſdam eccleſiæ) cuiuſdam alterius eccleſiæ, vet. Tarr. vox alterius olim non erat in eod.

eſſe perhibetur) eſſe perhibentur, Barcin. in poſſeſſione eius poſitæ dioeceſeos Conſentinæ eccleſię eſſe perhibetur, regiſt.

a te) a tua fraternitate, regiſt.
cum n. vir) cum enim et vir, regiſt.
Palumbus Archid.) Palumbus nūc Eps, tunc vero Archid. regiſt. Archidiaconus, duo Tarr.
uos eius) uos omnino eius, regiſt.
et reſtituere omnia aliena) et aliena reſtituere, regiſt. uox omnia in trib. Tarr. deſideratur, eſt in quarto, quem ſemper ſumus ſecuti in hac editione. Quæ poſt verba huius capitis ſequūtur, ad titulum de ſepulturis pertinent, ut gratis loca ſepulchrorum dentur.

TIT. XXIII. DE SVCCES ſionib. ab inteſtato.

CAP. 1. *ex concilio apud Altheū habito*) ſic etiā veteres Gregor. Altenen. pro Altheū, Cōt. et alij. ſed in marg. Alteum, Cont. Alpheū, duo Tarr. Altheim cap. 37. cui interfuit Rex Conradus, Burchar. lib. 1. cap. 227. eſt autem poſtremū eius cōcilij caput, namq. ei ſubſcriptiones Epiſcoporum addidit Burchardus.
Et hoc ibidem. Sed pro Et Raim. et tres Tarr. in duob. tamen Set ſcribitur. Sed et hoc, Barcin. et et Burch.
ſi hereditatem a domino Rege &c.) ſic etiam editus Burch. liber. hereditas pro hereditatem, vetus liber aptius. ſi per hereditatem, vel alio modo intuitu perſonę aliquid acquiſierint, Raim. et Cont.
deuenerint acquiſierint) deuenerit, uel acquiſierūt Burch. editus, uel acquiſierint, vetus liber. deuenerit, olim fuit in uno Tarr. acquiſierit, in trib. alijs. deuenerit, vel, in duob.
liceat hāc) vox hanc omittitur a Raim. eſt apud Burch.
dum uiuunt) ſic olim in vet. Tar. mox dū uiuerint, non recte. dum vixerint, ſcribi potuit, ſiue dum viuerent.
pro remedio animæ ſuæ) vox ſuæ omittitur a Burch. omnia in Gregorianis deſiderātur, uſq; ad illa, ſin autem.
quam firmiter perfecerint) ſic etiam Burch. quam hoc fecerint, Raim. perfecerint, unus ex veter. Gregor. teſtamenta additur alia manu ante verbum perfecerint in uno Tarr.
in ius tradantur) ſic etiam Burch. in ius eius tradentur, vetus Gregor. alias tradātur. in ius eius tradantur, Cont. et alij.
Poſt verba huius capitis habet hęc Burch. Similiter de presbyteris ſtatutum eſt. Hildibertus Moguntinenſis Archieps ſubſcripſit etc. Addantur aliæ ſubſcriptiones.
Cap. 2. ex concilio Triburien.) ſic etiam Raim. et Cōt. cui interfuit Arnolphus Rex c. 23. Burch. addit lib. 2. c. 206. et Iuo parte 6. c. 281. In veteri Burch. libro eſt cap. 209. et inſcribitur alijs omiſſis, ex conc. Triburien. c. 23.
concilio) Sancto concilio, Barcin. et duo Tarr. et Raim. et Burch. et Iuo.
agam contra) agantur contra, duo Tarr. ſed in altero mutatum eſt, agat.
partem ſibi vindicent) partes vindicent, Barcin. voce ſibi omiſſa. ſibi vindicent partes, vetus Gregor. partes ſibi vindicēt, Cont. et alij, et tres Tarr. et Burch. et Iuo. uindicant, vetus Burch. liber.
ſeruis) ſuis ſeruis, unus ex veter. Gregor. ſuis, tantum unus Tarr.
canonica auctoritate) hæc omittūt Raim. et Cōt. ſunt apud Burch. et Iuon.
et agendum) ſic etiam vetus Burch. liber, ſed varia lectio eadem manu eſt, et ad agendum.
De peculio vero &c.) peculiari pro peculio Burch. et Iuo, et tres Tarr. et Barcin. Peculium vero ipſorum diuidatur, Raim.
altera altari) altera eccleſiæ, Raim. et Cont. alia altari, Burch. et Iuo.
quarta parentib.) ſic etiam Burch. et Iuo. aſſignetur, addit Raim.
non ſint idonei) non ſint prædicti, unus Tarr.
contra hoc) ſic etiam Iuo, et Raim. contra hæc, Burch.
facere præſumpſerit) vox facere in Gregor. nō eſt. habeant Burch. et Iuo.
Cap. 3. Maximiano Eps) ſic etiā in regiſtro lib. 3. epiſt. 36. Indict. 12. Syracuſano, additur in alijs epiſtulis.
Eupulus) Euplus, regiſt. quod malo, niſi forte Eupolis ſcribendum ſit.
Euſanium) Euſanium, Barcin. et regiſt. Euſiuū, vetus Tarr. Euſonum, duo alij Tarr.
aſſeris) memorat, regiſt.
quem quoniam) ante hæc verba eſt in regiſtro, matriſq. ſuæ res apud eum plurimas indicat mā ſiſſe.
aſſeris eſſe) inquit eſſe, regiſt.
ideo iamdicti) ideo ante dicti, Barcin. et duo Tarr. ideoq. et res maternas ſibi petit debere reſtitui, et ante dicti, regiſt. ideo ante iam dicti, vet. Tarr. ſed uox iam olim illic non erat.
ſe promiſit) ſe permitti, regiſt. ſe promittit, vetus Tarr. debere ſe promiſit, alter Tarr.
proinde de reb.) Ante hæc verba in regiſt. hæc ſunt. Qua de re fraternitati tuæ huius præcepti ſerie deputamus: quatenus diligenter curet addiſcere; et ſiquid apud prędictam eccleſiam de reb. matris ipſius inueniri potuerit; ſiquidē nihil eſt, quod ante dicto Euplo rationabiliter poſſit obſiſtere, et ſecundum ſuam faciant poſ-

tionem

tionem reſtitui. Proinde et de reb. etc. pro ea voce Proinde eſt in veteri Perinde, et in alio edito Prouide, ſed nihil muto.

noſcitur habuiſſe iamdictus Eps) dignoſcitur habuiſſe, regiſt. alijs omiſſis.

in iure) in ius, regiſt. aptius.

quolibet modo non tranſtulit) quodammodo trāſtulit, regiſt. editum mendoſe. quolibet modo tranſtulit, veteres libri.

ſit competens) ſcit competere, regiſt. et vet. Tarr. ſcis competere, alter Tarr.

fraternitati tuæ) hæc in regiſtro non ſunt.

Poſt verba huius capitis alia ſunt ad eandem rem pertinentia, quæ lector in regiſtro B. Gregorij inueniet.

Cap. 4. Quia Pātaleon) ſic eſt in quattuor Tarr. et lib. 7. epiſt. 45. Indict. 2. regiſt. Vt pro Quia, vel Quātum malim, ſed feramus. ſic enim Gregorius ſæpe eſt uſus.

eccleſiaſticis ſit utilitatib.) ſit in eccleſiaſt. utilitatib. regiſt.

noniſti) Experientia tua nō habet incertum. regiſt.

proximiore) exiſtente, additur in regiſtro.

poſſit incurrere) prouideas, addit unus Tarr.

vocat ſucceſſionem) ſucceſſionem vocare dignoſcitur, regiſt.

tibi præcipimus ut quaſcumq.) hac tibi præceptione iniungimus; ut reuerentiſſ. fratrem, et coēpm noſtrum Vitalianum, atq. Bonifacium notariū in ſolatio tuo adhibeas; et quaſcūq. regiſt. ut quaſq. olim vetus Tarr.

ille qui) eum, qui, regiſt.

reliquit ſub breui) conſtiterit reliquiſſe, ſub breui annotare, regiſt. aptius. reliquid, ſub breue, tres Tarr. id eſt inuentario, ut 12. q. 2. caritatem. Re-

ueniat, debes facere) redeat, in totum ſtudioſe facere debeat, regiſt. in tutum fortaſſe ſcribendum, ut infra mox, pro in totum.

et infra etiam &c.) malo, et infra. Etiam. Sequitur enim in regiſtro tum alia, tum hæc verba. ❝Pariter etiam ſtudij tui ſit, quoniam quædam ❝apud ſe ſacrata prædictus Ioānes habuiſſe mi❝niſteria perhibetur. et pro etiam unus Tarr.

et ea inquire) et ea diligenter inquirere, et cum omni cautela in tutum facere, regiſt.

nobiſq.) ſubtiliter, additur in regiſtro.

inuentum) factum, duo Tarr.

indica) indicare, regiſt.

TIT. XXIIII. DE SEPVLturis

turis) ſic etiam Raim. mortuorum, additur in Barcin. De ſepulturis, et de functorum voluntatib. in concil. parte 43. poſt concil. Later. Alex. 3. De ſepulcris, unus Tarr.

CAP. 1. *Gregorius Anglorū Epo*) Auguſtino Anglor. Epo. concil. in regiſtro B. Gregorij hoc caput non inueni, licet ſint multa reſpōſa Gregorij ad Auguſtinum Anglor. Epm. ſuſpicor eſſe alterius Pontificis. Eugenius, vetus Tar. Aug. duo alij Tarr.

Monachi corpora) hominum, additur in concil.

deferre) efferre, uetus Tarr.

niſi aſſenſu) ſine conſenſu, cōcil. aptius.

conſulendo ſeruiuit, ac miniſtrauit) conſulendo viaticum ſuum adminiſtrauit, concil.

omni itaq ſemota) omni remota, concil.

Si autem) Sin autem, cōcil. et tres Tarr. hoc eſt, Sin minus. εἰδὲ μὴ, Græci.

ſubigi) ſubici, duo Tarr. aptius.

Cap. 2. Paſchalis Papa ij.) iij. unus Tarr. nō recte.

canonum ſtatuta) canonum ſententiam, concil.

illud iudicandi) eligendi ſepulturam, cōcil. inde pro illud, vetus Tarr. olim.

voluntas eius) vox eius non eſt in cōcil. neq. in Barcin.

alijs religioſis locis) alijs locis, concil. alijs locis religioſis, tres Tarr.

Cap. 3. maiorum patrum) ſic in concil. parte 43. & et in Gregor. ſed mihi alterutrum verbum ſolum magis placuiſſet.

illorum decreta firmando ſtatuimus) ſic etiā in cōcil. illorum, quoque decreta confirmando ſtatuimus, Barcin. ſtatuimus, Raim. et Cont. alijs omiſſis. illorumq. prior concil. editio.

quod ſanctiſſimum eſt) hæc neq. in cōcil. ſunt. neq. in Gregor. quib. ſancitum eſt, prior concil. editio.

videlicet) hæc vox omittitur a Raim. et in poſteriori edit. concil. erat in priori.

alienam elegit, ut propriam) ſibi alienā elegit, non propriam, concil. ut editum eſt, Raim. et Contius.

qui ſine peccato erat) ſic etiam in concil. hæc omittunt Raim. et Cont. non ſine cauſſa.

Sed quia dignus eſt operarius mercede ſua) cibo ſuo, Matth. c. 10. ἄξιος γὰρ ἐργάτης τῆς τροφῆς αὐτοῦ ἐστί. Mercede ſua, Lucas c. 10. ἄξιος γὰρ ὁ ἐργάτης τοῦ μισθοῦ αὐτοῦ ἐστίν. Et Paul. epiſt. 1. ad Timoth. c. 5. καὶ ἄξιος ὁ ἐργάτης τοῦ μισθοῦ αὐτοῦ. ut editum eſt, concil. et Raim.

iure dari) ſic etiam in cōcil. vox iure a Raim. eſt omiſſa.

a principio ſui exordij cotidie refectus cognoſcitur) vox cotidie in concil. deſideratur. refici cōſueuit, Raim. et Cont. alijs omiſſis.

ſint ſocij conſolationum, qui fuerunt etiam paſſionum) ut fuerunt paſſionum, concil. ut ſunt unā et paſſionum, tres Tarr. in uno ut olim, mox ſicut. ſic ſint etc. ut fuerunt etiam paſſionum, Barcin.

ſint conſolationum ſocij, ut fuerãt paſſionum, veteres Gregor. fuerunt, Cont. et alij. *ὅτι ὥσπερ κοινωνοί ἐστε τῶν παθημάτων, οὕτως καὶ τῆς παρακλήσεως*. Paul. epiſt. 2. ad Corin. c. 1. vide caput prox.

eundi habeat licentiam) ſic etiam prior editio cõcil. habeant pro habeat, Barcin. eligendi pro eũdi, forte ſcribendum. eligat ſepulturã, Raim. et Cont. et poſterior editio concil.

D. N. I. Chriſti) domini noſtri, Raim. et poſterior editio concil. ut editum eſt, prior.

ne tranſgrediaris terminos antiquos quos poſuerunt patres tui) veſtri, cõcil. tui, Raim. et Cõt. ſic etiã eſt prouer. c. 22. *μὴ μέταιρε ὅρια αἰώνια ἃ ἔστησαν οἱ πατέρες σου*. Lxx. Ne trãſgrediaris terminos æternos, quos ſtatuerunt patres tui. Complut. poſuerint pro poſuerunt, olim unus Tarr.

et Apoſtolorũ P. et P.) Petri, et Pauli, prior editio concil. hæc neq. in Gregorianis ſunt, neq. in poſteriore concil. editione,

omniumq. ſanctorum) hæc etiam omittunt Raim. et concil.

prohibemus) hoc verbum etiam ab eiſd. eſt omiſſum, neq. eſt in trib. Tarr.

deteſtamur) ſic etiã Raim. et poſterior editio concil. adſtringimus, prior concil. editio, non recte.

quia nec noſtrum &c.) vox quia in concil. deſideratur. omnia, quæ ſequũtur, omittunt Raim. et Cont.

alicui unquam) undiq. in concil. forte utiq. in marg.

licuit qualicunq. ratione) unquam licuit, concil. et uet. Tarr. olim tamẽ; qualicũq. licuit. licuit, Barcin. alijs omiſſis.

ſine manifeſta) ſine magna, concil.

in ferre praeiudicium) mendoſe in concil. præferre iudicium, etc.

Poſt hæc verba adduntur hæc in concil. Ea quidem, quæ mortuo poſito ante ſepulturam eius facta fuerint, vel exigendo, quod debitum eſſe dicetur, vel cõfeſſiones aliquas, aut fideiuſſores, aut pignora capiendo; penitus amputari præcipimus.

Cap. 4. Leo Papa &c.) ſic etiam Raim. et Cont. Decretum Leonis Papæ. Iuo parte 7. c. 150. decreti. Leo Eps ſeruus ſeruorum Dei omnibus fidelibus in Chriſto per totam Italiã. Anſel. lib. 5. c. 51. Leo ix. Gregor. in Polycarpo lib. 4. c. 34.

eſſe quoſdam &c.) Recte Cont. addit a Raim. prætermiſſa. eadem habent Iuo, et Anſel.

nituntur) hæc vox apud Iuo. deſideratur.

monachos) et monachi, Iuo, et Anſel. et monachos, unus Tarr.

non ſtudio caritatis, ſed zelo rapacitatis) ſic etiam Iuo, et Anſel. non zelo caritatis, ſed ſtudio rapacitatis, Cont. impietatis pro rapacitatis, unus Tarr.

inuigilant, atq. ſeducere conantur) inuigilant, et docent, atq ſeducere non ceſſant, Iuo, et Anſel.

ſæculares, quos) ſic etiam Cõt. ſæculares homines, quos, Barcin. et Iuo, et tres Tarr. ſæculares homines, Anſel.

poſſunt, ut) ſic etiam Iuo. poſſint, ut, vetus Tarr. et Cont. Apud Anſel. aliquot verba deſiderãtur.

poſſeſſiones) portiones, unus Tarr.

ſubiecta) ſcribendum ſubiectu, ut eſt in Barcin. et apud Iuo. et Anſel. et Cont. et in trib. Tarr.

eucharistiam, nec non pabulum vitæ) ſic etiam Iuo, et Anſel. et Cont. non, in uno Tarr. omittitur. forte nec non tollendum eſt.

acceperint) acceperunt, Iuo, et Anſel. et Cont. et duo Tarr.

vel accipiunt) hæc Anſel. ſolus omittit,

relinquunt) ſuis relinquant, Iuo, et Anſel. relinquunt, Cont.

Hunc denique fomitem) ſic etiam Cont. Hãc denique famam, Iuo, et Anſ.

animaduertendo) animaduertentes, Iuo ſolus.

ne amplius fiant) fiat, Barcin. et tres Tarr. et Iuo, et Anſel. et Cont. aptius.

ſi illi) ſic etiam Cont. ut illi, Iuo, et Anſel.

Cap.2 ex concilio Lateran.) adde c.9. non 18.ut apud Cont.ut editum eſt,Raim.hoc eſt c.3.in Barcin. et tribus Tarr.

pars c.Cum & plantare) Cũ in Apoſtolica, duo Tarr.non recte.Integra clauſula exſtat ſub titulo de priuilegijs c. 3.et in concil.

In eccleſijs religioſorum)In eccleſijs ſuis,concil. et d.c.3.In eccleſijs uero ſuis,Raim.loquitur autẽ de templarijs, et hoſpitalarijs.

non pertinent ſic etiam d.c. 3. et in concil.et in Greg. non pertineant,unus Tarr.d.c.3.

repræſentent)ſic etiã d.c.3. et Raim. præſentẽt, concil.

ut eis quidem) vox quidem omittitur a Raim.et Contio;habent ceteri.

inſtitutos autem)ſic etiam concil.et vetus Greg. etiam pro autem, Cont.et alij,uero,d.c.3.

Poſt uerba huius capitis ſequuntur alia uidenda d.c.3. et in concil.

Cap.3. dilectis filijs)hęc non ſunt in cõcil.hoc eſt c.4.in Barcin.et in tribus Tarr.

uniuerſis monachis)regularibus additur in cõcil. et in duobus Tarr.

fermenter) firmiter,concil.

congrueret)competere,concil.

per A ſ.pr.m)hæc in concil.deſiderantur.

ut eccleſijs)ut in eccleſijs,concil.et unus Tarr. aptius.quat.in eccleſijs,uetus Tarr.et Barcin. non male.

repræſentationem)præſentationem,concil.

habetis)ſic etiam in concil.habeatis, vetus Tarrac.

uobis autem)uox autem non eſt in concil.

TIT. XXXIII. DE IVRE

patronatus,& eccleſijs a laicis conceſſis)et eccleſijs tam clericis,quam laicis commiſſis,Barc.et clericorum inſtitutionibus, concil.parte 15. poſt concil. Lateran.

CAP.1. *ex concilio Mediomatricis*) ſic etiã uetus Gregor.Mediolanenſi,Cont.et alij. Mediomatricis c.1.Burch.lib.3.c.42.Mediomatricenſi cap.xi.Iuo parte 3.c.46.decreti.Sed in concilijs exſtat c.26.Cabilonen.2. ſub Carolo Imp.

Relatum eſt ad ſanctam ſynodum &c.)Relatum eſt,et infra,uetus Gregor.Perſatum eſt(ad S.ſynodum etc.) Cont.ſic in alijs editis Perlatum pro Relatum,et in tribus Tarr.et in Barc.Perlatum ad nos eſt, concil.at Burch.et Iuo,ut in Barc eſt.

etiam eccleſia)vox etiam non eſt in concil.neq. apud Burch.et Iuo.neq.in duob.Tarr.eſt in ueteri tertio,ſed deleta,ſiue expuncta,non habet Cont.

ut de uno altari tres)quattuor, Burch. et Iuo,et Barc.et duo Tarr.et Cõt.ut unius altaris quattuor,concil.

ſingulæ partes) hęc in uno Tarr.deſiderantur.

fieri poteſt) ſic omnes.geri poteſt,cõcil.tantum.

quod huiuſmodi eccleſia) quod huiuſcemodi eccleſiæ,cõcil.Burch.et Iuo.quod eccleſia,Raim. et Contius.

inter heredes)patroni,addit Raim.ſolus.

non debeant)ſic etiam concil.Burch.et Iuo.non debeat,Raim.

& ſi in contentionem venerint,& ſimultates)ſic etiam concil.Burch.et Iuo.contemptionem pro contentionem,unus Tarr.non recte.euenerint, pro uenerint,tres Tarr.ſed in ueteri e deletum eſt. et ſi ſimultates, tres Tarr.ſi,in ueteri olim non erat, Raim. alijs omiſſis, et ſi ſimultates.

inter eos) vox eos a Contio eſt tantum omiſſa.

per quas)ſic etiam concil, Burch. et Iuo. propter quas, unus Tarraconenſis, et Raim.non male.

præcipiatur ab Epõ ciuitatis)vox ciuitatis omiſſa eſt a Raim.et Contio.hi addunt ante hęc verba; ſi aliter prouideri non poterit.ut editũ eſt, concil.Burch.et Iuo.

donec illi)vox illi a Raim.et Cont.eſt omiſſa.habent ceteri.

& pari modo,& pari cõſilio eccleſiæ)uoto pro modo,tres Tarr.et pari uoto,atq.conſilio eccleſia, concil.et Iuo.et Barcin.concilio pro conſilio, Burch.nõ recte.et eccleſia,Raim.et Cont. alijs omiſſis.

illa ſacerdotem)uox illa omittitur ab eiſd.Raim. et Contio.

ſuum miniſteriũ agere poſſit)peragere poſſit, Barcin.ibi ſuum miniſterium peragere poſſit, cõcil. ſuum miniſterium ibi peragere poſſit. Burch. ibi miniſt.ſuum peragere poſſit.Iuo.ſuum miniſterium valeat exercere, Raim.

Cap.2. ex concilio Triburien.)ſic etiam Raim.et Cont. cui interfuit Rex Arnolphus, cap.32.addit Burch.lib.3.cap.224.Arnulphus,Iuo parte 3.cap.283.decreti.exſtat in concil. d. capite 32.

Quæcumque eccleſia pluribus &c.) a cõpluribus, tres Tarr.et concil.et Burch.et Iuo.a pluribus, Cont.qui multa addit a Raim.omiſſa,quę ſunt in concil.et in Burch.et Iuonis libris.

ſit

ſit obſeſſa) ſic etiam concil.et Burch.ſit poſſeſſa, Iuo,et Cont.non male.

concordi unanimitate) ſic etiam concil. et Iuo,et Cont.concordia pro concordi, Burch. unitate pro unanimitate,duo Tarr.

undique procuretur) ſic etiã concil.et Burch.et Iuo. unicuiq.pro undique Barc.et Cont.

diſcrepationes)ſic etiam Cõt. diſceptationes,concil.Burch.et Cont.

Si uero contingat pro ea comparticipes diſſidere)ſic etiam concil.Burch.et Iuo.Si contingat pro eccleſia diſſidere patronos,Raim.et Cont.

& ſub uno presbytero nolle eam procurare) ſic etiã concil.et Burch. et ſub nullo presbytero eam procurare,Iuo.ut eam nolint ſub uno presbytero procurari,Raim.alias ordinari,Cont.

& propterea &c.)hæc uſq.ad uocẽ Ep̃s,Raim. et Cont.omittunt.ſunt in cõcil.et apud Burch. et Iuonem.

inter ipſos)inter eos,Barcin.inter eos ipſos,unus Tarr.inter ipſos,concil.Burch.et Iuo.

frequentari)frequentare,concil.et Burch.et Iuo, et Barcin.et tres Tarr.in uno tamẽ eorum olim frequentare,mox frequentari.

ſeruus Dei non oportet litigare) δοῦλον δὲ κυρίου οὐ δεῖ μάχεσθαι.Paul.epiſt.2.ad Timoth.c.2.ſeruũ uero domini pugnare,ſiue contendere non oportet.Aptiora ſunt Pauli uerba epiſt.1.ad Corinthios c.6.ἤδη μὲν οὖν ὅλως ἥττημα ἐν ὑμῖν ἐστίν,ὅτι κρίματα ἔχετε μεθ' ἑαυτῶν.Iam uero inquit,omnino crimen in uobis eſt,quod lites inter vos habeatis. Addit rationẽ. διὰ τί οὐχὶ μᾶλλον ἀδικεῖσθε;cur non potius iniuriam patimini?Indigne fero,huiuſmodi admonitiones non ſæpius in noſtris libris inueniri.

Ep̃s tollat inde reliquias)ſic etiam concil. Burch. et Iuo.tollet pro tollat,unus Tarr.Ep̃s,ſi aliter non poterit ipſi cõſulere,tollat inde reliquias, Raim.et Cont.Referuntur hoc loco a Tancredo opiniones antiquorum Melendi, Ioãnis Falenſis,et Alani;a Tancredo ſumpſit,ut alia pleraq. Bernardus in ſcholijs Gregorianæ collectionis.Melendi facit mentionem Vincen.c.1. de coniugio leproſi,in hac collect.

& ſub magna &c.)hæc omittunt Raim.et Cõt. habent ceteri.

& ſub ſigillo ſignet ea)ſic etiam Burch.conſignet ea,cõcil.et Iuo.eas pro ea, Barcin.ſuo pro ſub, duo Tarr.non male.omnia a Raim.et Contio ſunt omiſſa.

et ut ſacrum miniſterium)myſterium,Burch. aptius.et,non eſt in concil.cetera,ut edita ſunt. et ſacrũ myſterium, Iuo. ut ſacrum myſterium, Raimund.

nullus celebret) nullus celebraret, Barcin, ſolus.

concordi unanimitate)hæc omittũt Raim.et Cõtius,habẽt alij.

unum omnes)uox omnes ab eiſdem tantum eſt omiſſa.

qui idoneus ſit ſacroſanctum)locum,addunt concil.et Burch.et Iuo.qui ſacroſancta ſit idoneus procurare,Raim.et Cont.

& populo Dei utiliter prodeſſe)hæc omittunt Raimun.et Cont.habent ceteri. valeat,addit Barcin.

Poſt hæc uerba eſt in concilijs tantum. Hanc autem habeant auctoritatem Ep̃i,ut in nullis eccleſijs nec conſtituantur presbyteri,nec expellantur illis inconſultis,et non conſentientibus.In epiſtola beati Papæ Clementis legitur. Attendẽdũ ſummopere eſt etc.ut apud Burch. lib.2.c.93.et Iuon.parte 2.c.123.decreti,et Grat. 16.q.1.c.41.cunctis.ex Clementis epiſt.3.

Cap.3.ex concilio apud Confluentiam)ex cõcilio Remenſi præſente Ludouico Imp.c.5.Burch. lib.3.c.239.ex concilio Confluentiæ habito,cui interfuit Henricus,et Carolus Reges.cap.5.Iuo parte 3.c.281.decreti.

proprias eccleſias) capellas proprias, Burch. et Iuo.

habeatur)ſic etiam Iuo.habetur,Burch.et unus Tarr.

canes,aut gynæciarias) canones, aut genitarias, Iuo mendoſe.canes,aut genitiarias,Burch.genitarias,Barcin.et duo Tarr.id eſt obſtetrices,addit tertius Tarr.ego nihil muto.

eccleſia eas) eccleſiarum eas,Burch.et Iuo.

inde reſtaurationes) reſtaurationem, Burch.et Iuo.in pro inde,duo Tarr.in reſtaurationem, Barcin.aptius.

eccleſiarum &c.)apud Iuon.multa deſiderantur.

Cap.4.ex cõcilio Lateranen.) adde c.17.ex cõcil. ſed apud Gulliel.Neubrig.in hiſtoria Anglica eſt cap.8.

Quoniam in quibuſdam)ſic etiã Raim.Quia pro Quoniam,Gull.

uſque huc)huc uſque,concil.et Raim.

& cum in Dei eccleſia &c.)hæc ratio,et clauſula omittitur a Raim.et Contio.vox et apud Gul. deſideratur.et cum in eccleſia Dei,etc.concil.

unius eſſe debet rectoris)unius debeat eſſe rectoris,concil.et Raim.unius debeat eſſe prælati,unus Tarr.debet eſſe,alter Tarr.cetera,ut edita ſunt.

defenſione plurimos)ſic etiam in concil.diſſenſione plures,uet.Greg.diſſenſione plurimos, duo Tarr.et Côt.et alij,et in marg. alias defenſione. diſpenſatione plures,Gull.
Quocirca) hæc omittunt Raim.et Cont.habẽt ceteri.
plures partes)plures perſonas,alias in marg.Cõtius,et alij.
dimiſerint)ſic etiam Gull.et Raim.diffuderint, concil.diem diffindere,ſiue diffundere, uetus eſt ex duodecim tabulis ſumptum.
& probatur)ſic etiã côcil.et approbatur,Raim.
eſſe nequiuerit)ſic etiam Raim. fieri nequiuerit, concil.eſſe non poterit,Gull.
ſicut melius eam)ſic etiam Raim.uox eam omiſſa eſt in concil.prout melius eam,Gul.
& id ipſum etiam)vox et non eſt in concil.vox etiam non eſt in ueteri Gregor.
& cui competat)vel cui competit,uetus Gregor. non optime.
infra tres)ſic etiã in concil.intra treis, Gul.infra quattuor,Barcin.et tres Tarr.et Raim.
In fine additur in duobus Tarr.ipſe diffiniat, quæ uerba neq.in concilijs ſunt,neq.in Greg. libris.
Cap.5.ex eodem)ſic etiam Raim.et Cont.Item ex eodem,Barcin.Idem pro Item,unus Tarr. non recte.tu adde editis,cap.14.ex concil.ſiue cap.6.ex Gull.Neub.eſt autem ordo capitum perturbatus, huius enim capitis uerba prius ſcripta ſunt in concilio Lateran.quam uerba capitis quarti.
Praeterea in tantum)Præterea quia in tantum, duo Tarr.et concil.et Raim. Ante hæc uerba addi potuit.pars cap.Quia in tantum,ex conci. Integra clauſula poſita eſt ſub titulo de præbendis.ſed apud Gulliel.eſt initium capitis ſexti poſitum poſt caput 19.in editis libris concil. cuius initium eſt.Nõ minus pro peccato. quod eſt in hac collect.tit.de immunitate eccleſiar. Aptius autem cohærere uidetur huic,quam illi capiti.
& remoueant)ſic etiam Raim.etiam,additur in concil.
poſſeſſionem)ſic etiam Raim.poſſeſſiones, cõcil.
atq.eccleſiaſtica bona)ſic etiam uetus Gregor. atque alia pro atq.tres Tarr.et Cont.et alij.atq. alia bona eccleſiaſtica,concil.et alia eccleſiaſtica bona,Gull.
uoluntate plerumq.)ſic etiam Raim. plurimum voluntate,concil.plerumq.uoluntate,Gul.
& tam eccleſias &c.)multa Raim.et Cont.omiſerunt oppido neceſſaria.
quam homines eorum)malo earum,ut eſt in trib. Tarr.licet in uno ex his olim eorum fuerit.earum,habet etiã Gul.quam eorũ homines,cõcil.
eos,qui amodo iſta præſumpſerint)commiſerint, cõcil.ipſos, Raim.alijs omiſſis.
eſſe firiendos)uox eſſe deſideratur in concil.et in Gregor.
Presbyter autem,ſiue clericus)ſic etiam in concil. Clericus autem, Raim.et Cont.
ſine propria auctoritate Epiſcopi)ſine proprij Epi auctoritate,concil.et Raimund.et tres Tarr.aptius.
receperit)ſic etiam Gull.et Raim.tenendam,additur in concil.
perſiſterit)perſtiterit,duo Tarr.et concil. et Raimund.perſtiterint,uetus Tarr.
et ordine)vel pro et,uetus Gregor.ſolus.
deponatur)deponãtur,uetus Tarr.tantum.
Poſt huius capitis uerba eſt in conc.Sane quia laici etc.ut ſub tit.de foro competenti c.6.in hac tantum collectione.
Cap.6.Praeceptori)Præceptori,unus Tarr.
Vellen.)Wellen.unus Tarr.Verſelen.Barcin.ſi de eccleſijs Italicis ageretur, Vercellen. ſcribi poſſet,ſed agitur de Britannicis.
ipſum in canonicum)vox IN non eſt in tribus Tarr.et uno Barcin.
xl.*ſol.*)lx.ſol.unus Tarr.
percipiendos)recipiendos,unus Tarr.
promoueris)promoueret,Barcin.et tres Tarr,nõ male.
in eadem)in ipſa,tres Tarr.
Tho.fructum prabendæ ſibi prioris)Thomas fructus præbendæ prioris ſibi,tres Tarr.
inordinata fuerint)inordinate fuerint,tres Tarr.
m.qua.)pr.m.qua.uetus Tarr.
ſi prælibatus)ſi præfatus,Barcin.
a commemorato)a memorato,duo Tarr.
uoluntate ueſtra)noſtra,uetus Tarr.ſed ſupra in principio eſt ueſtra in hoc,et in alijs tribus Tarr.
eccleſia fuerit)fuit,unus Tarr.uoce altera omiſſa in eodem,et in altero Tarr.
cum prebenda dicitur)cum aliqua pro cum, Barcin.cum alia,tres Tarr.
quia pro non dato &c.) hæc poſuit Raim.in fine cap.5.
de iure donare)dare,duo Tarrac.ut editum eſt, Raim.
Cap.7.Idem Eborac.Archiepõ)ſcribe R.Eboracenſi Archiepõ,ex concil.parte 15.c.1.tit.de iure patronatus,et clericorum inſtitutionib.
pars c.Relatum eſt)hæc omittunt Raim.et Cõt. Integra clauſula extat ſub tit.de clericis non reſidentibus.
Quod autem)ſic etiam Raim.Quia autem,concil.
an priore clerico)an clerico priore,concil.an primo clerico, unus Tarr.et Raim.

remoueri,

remouetri, uel poſterior) hæc in concil. deſiderantur.
condició poſſidentis) quam petentis, addit Barcin. ſolus.
Decetero prudentia tua litteris præſentibus intimamus) Decetero tuæ prud. reſpondemus, Raim. et Cont. præſentibus litteris, concil. cetera, ut edita ſunt, niſi quod hinc initium eſt capitis 2. cum hac inſcriptione IDEM.
inſtrumenta conceſſerunt) conceſſerint, concil. et uetus Gregor. confecerint, Cont. et alij. conceſſerunt, olim unus Tarr. mox conceſſerint.
firmaui) ſic etiam Raimundus. confirmaui, concil.
nihil agi uidetur) ſic etiam Raim. nil actum, uel datum videtur, concil.
a laico enim etc.) pro his, quæ ſequuntur, Raim. et Cont. ſcribunt, quia pro non dato etc. ut capite proximo dictum eſt. in concil. ut edidimus.
donari non poteſt) dari pro donari, concil. et duo Tarr.
Patronatum autem de) ſic etiam in concil. Patronatus, unus Tarr. vox de in duobus Tarr. omiſſa eſt.
aſſenſu) conſenſu, uetus Tarr. ſolus.
in eadem) in eoſdem, cõcil. et Barcin. in eodem, uetus Tarr.
Cap. 8. Idem Exon. Epõ) ſic etiam uetus Gregor. Exonien. Cont. et alij, non male. Idem Herefordẽ. Epõ, et Abbati de Forde, d. parte 15. c. 4. quæ inſcriptio nobis eſt capitis noni.
ueſtræ iuriſdictionis aduocationes) ueſtræ dioeceſis aduocationem, cõcil. aduocatias, Raim. et Cõt. alijs omiſſis, non recte, docet Tancrd. hoc nomine appellari ius patronatus, item alijs nominib. enumeratis etiã a Bern. in ſcholijs Greg. collectionis. Raimundus autẽ et Cont. multa in hoc capite omittunt, quæ lector uidere poterit, ne ſingulis immoremur.
modo poſſunt) ſic etiam Raim. et concil. poſſint, duo Tarr.
nos tamen prauam) nos tã prauam, concil. et tres Tarr. aptius. omittunt hęc Raimundus, et Cõtius.
uobis auctoritate m. atq. pr.) auctoritate mandamus, atq. præcipimus, concil. prima uoce omiſſa. uobis auct. m. qua. uetus Tarr. præcipimus, Raim. et Cont. alijs omiſſis.
uniuerſis eccleſijs) uniuerſis clericis, concil. et Barcin. aptius.
ulterius) hæc uox non eſt in concil, neq. in duobus. Tarr. et Barcin. neque in Gregor.
inhibere curetis) ſic etiam concil. procures, Raimund.
a p. re. auctoritate Apoſtolica ſpolietis) appellatione ceſſante, Apoſtolica auctoritate ſpolietis, concil. ap. poſtpoſita, ſpoliando, Raimundus, et Cõtius.
Cap. 9. Idem H. Eforden. Epõ) Idem Herefordenſi Epõ, ſcribendum eſt, tum ex concil. d. parte 15. c. 4. tum ex Gregor. tum ex ſcriptura trium Tarr. et Barcin. unius, quamuis in quibuſd. litteris varietas ſit nonnulla. Nec placet nobis inſcriptio cap. 5. in cõcil. d. par. 15. Idem I. baſilicæ xij. Apoſtolorum presbytero Cardinali. ſed eã putamus aliunde luxatam illic hæſiſſe.
Ex litteris I. Saleberien.) Saleberien. uetus Gregor. Salabrien. Cont. et alij. Ex litteris Sarenſis, concil.
eccleſia de Lunton.) Lauerton, duo Tarr. Lãnion, tertius. Laton. Raim. de Lauerchon. concil. alia uoce omiſſa.
Winton.) Vinton. Raimundus. Vuilthon. concil.
Willelmum de Leiceſtre) Vu. de Leiceſter, concil. W. duo Tarr. et vetus Greg. qui alia omittit. Gu. Cont. et alij.
præſentauit) ſic etiam Raim. præſentabat, cõcil. Poſt hoc uerbum eſt in Barcin. qui cognoſcens eum legitime natum, et honeſtis moribus præditum, ipſum in eadem eccleſia inſtituit.
Poſt aliquantum temporis) aliquantulum, Barcin. ut editum eſt, concil. poſtmodum, Raim.
Willelmum de Norale) Vu. de Norhale, concil. W. duo Tarr. alium, Raim.
Epõ autem nolente) uero pro autem, concil. quo nolente, Raim.
Archieps quia &c.) Archieps uero, quia, concil. et duo Tarr. autem pro uero, Cont. qui addit multa a Raim. prætermita.
quod perſonam illam reciperet) ſic etiam Cont. ut pro quod, cõcil. recipiat, duo Tarr.
induceret) ſic etiam concil. et Cont. inducat, unus Tarr.
decreuerat ſibi) ſibi decreuerat, Cont. duxerat, concil. altera uoce omiſſa.
et infra. Reſtitutione autem facta &c.) hæc etiam omiſit Cont. ſunt in concil. ſed multa etiam deſiderantur. Raim. non male addidit, Mandamus, quatenus etc.
& militem) ſic etiam concil. et Raim. hunc, addit unus Tarr.
præfatus W. de Leiceſtra) Leiceſtre, duo Tarr. Leiceſter

ceſter, tertius. Willelmus, Barcin. et unus ex ſupraſcriptis Tarr. Vu. de Leiceſter, concil. in quibus eſt mendoſe in priore editione, præfatum pro præfatus. in ueteri Gregor. eſt, præfatus W. alijs omiſſis. præfatus Gu. habent Cont. et alij.

eccleſiam ipſam) ſic etiam in concil. vox ipſam non eſt in uno Tarraconenſi, neque in Gregor.

Alias editorum librorum uarietates lectoribus conſiderandas reliqui.

Cap. 10. Idem Winton. Ep̃o) ſic etiam d. parte 15. c. 6. et uetus Gregor. Vintonien. Cont. et alij. Idem eidem, uetus Tarr. non recte.

Quamuis ſimus, & infra) ſic duo Tarr. et Barcin. Pars c. Quamuis ſimus. duo Tarr. Omnia omiſſa ſunt in concil. et in Gregor. Integra clauſula exſtat ſub titulo de officio, et poteſtate iudicis delegati.

ſuper quo &c.) hæc omittunt Raim. et Cõt. ſunt in concil.

concedit alicui religioſæ) concedat pro concedit, concil. concedit religioſæ, Raim. non religioſę, duo Tarr. quod non æque placet; et in altero NON expunctum eſt.

prior conceſſio &c.) hæc uerba uarie ſcripta ſunt in priore, et poſteriore concilior. editione.

patronatus ius conferendi) ius patronatus conferendi, concil. et Raim. patronatus ius eccleſia non vacante conferendi, duo Tarr. non recte. ſi NON auferamus, minus offendet hæc ſcriptura.

& aliquis ſine) ſic etiam Raim. et aliquis poſtea ſine, concil. aptius.

Cap. 11. Idem Winton. Ep̃o) W. con. uetus Tarr. Vuigorn. concil. d. parte 5. c. 7. Idem eidem, Raimund.

Querimonia Prioris, & fratrum de Lauth.) Querimoniam Prioris, et fratrum de Lauch, concil. Querimoniam pro Querimonia, Barcin. et tres Tarr. Querimoniam, et infra. Raim. et Cont. Lauthe. pro Lauth. unus Tarr. Lanther, alter. Lamth. Barcin.

deſtinata) deſtinatam, concil. et tres Tarr.

quondam Herford.) Hereforden. tres Tarr. quondam de Hereford, concil.

de Wic.) de Vuica, concil.

H. delati) H. defuncti, duo Tarr. H. laici, tertius, et Barcin. R. de Laci, concil.

ipſius R. ſoceri) ipſius Richardi ſocij, concil.

habere debeant) debebant, concil. et unus Tarrac.

Unde Ep̃s poſtea iamdictus) Vnde idem Ep̃s poſtea iam dictum, concil. uox poſtea, non eſt in tribus Tarr. in uno deletum exſtat.

Demum cum) Deinde cum, concil. Demum uero cum, duo Tarr.

conſiſtit) conſtitit Barcin. ſolus non melius.

W. de medio) Vu. pro W. concil. ut ſemper. Willelmo, duo Tarr.

W. de Medran.) Meditan. unus Tarr. Mediteran. alter. W. i. de Meduan. Barcin. Vu. ſcilicet de Meduan, concil.

in ea, qua et W.) uox et, deletum exſtat in ueteri Tarr. in altero deſideratur. alter pro et, in cõcil. in eadem, Barcin. alijs omiſſis.

quod prænominatus Ep̃s I. fecit ſuper eccleſia) quod prænominati Ep̃i inſtitutio, quã ſuper eccleſia ipſa, etc. fecit. concil. quod prænominati Ep̃i inueſtitura ſuper eccleſia, unus Tarr.

cum patrimonium uxoris ſuæ) ſic etiam prior editio concil. cum matrimonium, poſterior mendoſe. cum vxoris ſuæ patrimonium, duo Tarrac.

ſibi reſtitutum) ſic etiã in concil. ſibi debitum reſtitutum, duo Tarr.

ſuam poſſit) ſuam poſſet, concil. et unus Tarr.

Vnde quoniam abſurdum) Verum pro Vnde, concil. Abſurdum, alijs omiſſis Raim. et Cont. qui breuem hanc ſententiam ex longo reſcripto referunt.

& ab eccleſia Dei &c.) hæc etiam omittunt Raimund. et Cont. vox Dei non eſt in concil.

eccleſiarum debeant ordinationes mutari) ſic etiam in concil. eccleſiarum, et ordinationes mutentur, uetus Gregor. vocem et, omittit Cont. et alij.

nec quod a ſupradicto H. &c.) hæc etiam omittunt Raimundus, et Cont. uſq. ad uocem Viciſſitudines. ne pro nec, eſt in concil. et R. pro H.

licuit reuocare) liceat irritare, concil.

& ſtudioſe) et ſtudioſius, uetus Tarr.

eſt narratum) eſt dictum, Barcin. narratur, cõcil.

reſtitui) reſtituas, concil. et Barcin.

Viciſſitudines etiam huiuſmodi) ſic etiam in concil. uox huiuſmodi non eſt in duobus Tarr. Et uiciſſitudines, Cont. et alij quidam mendoſe. in ueteribus enim ea uerba ſuperioribus coniũcta ſunt. ordinationes mutentur, et uiciſſitudines etc. præſumantur.

quibuslibet in tua &c.) pro his uſq. ad finem reſcripti Raim. ſolo uerbo præſumantur contentus fuit; nihilq. addidit Cont.

eorum præſumptiones) earum præſumptores, concil. et duo Tarr.

Cap. 12. Idem Eboracenſi Archiep̃o) ſic etiã Raimund. et Cont. Idem eidẽ c. 3. d. partis 15. quod refertur

refertur ad verba cap.1.Idem R.Eboracen.Archiepo.

Inter ceteras,et infra) hęc,neq.in concil. ſunt, neq.apud Raim.et Côt.cetera, pro ceteras, eſt in duob.Tarr.quod non placet.Integram enim clauſulam uidimus ſub tit.de reſcriptis.

aut non conſentientib.clericis eccleſias) clericis,eccleſias,concil.eccleſias clericis,Raim. aptius. non, in Barcin.deſideratur.

alios ad eas eccleſias) eaſdem pro eas,Barcin.alios ad eccleſias ipſas, concil. alios ad eaſdem, Raimund.

repraſentant) præſentant, concil. repræſentent, Barcin.et vetus Gregor.repræſentant,Cont.et alij.

et eorum debet) vox et ſuper uacanea eſt,non habent eam concil.neq. Gregor.9.

ſunt inſtituti) inſtituti ſunt,duo Tarr. fuerint inſtituti,concil.auct. ſunt Epi inſtituti,Raimun.

clericos in eccleſijs) abſq.Epis, addit vetus Gregor.tantum. in eccleſijs clericos,concil.

Cap.13.*Idem Abbatib.Prioribus &c.*) ſic editi Gregor.vox Priorib.in veteri non eſt.Idem,hoc eſt Lucius tertius,concil.d.parte 15.cap.9.

Cura paſtorali neceſſitate &c.) Cum pro Cura, concil.et duo Tarr.Cura paſtorali, et infra, vetus Gregor.paſtoralis,alij non recte. ut editum eſt,Cont.qui addit a Raim.omiſſa.Cura paſtorali,et neceſſitate,unus Tarr.non male.

eccleſiarum vigili ſtudio) cura pro ſtudio,côcil.eccleſiæ vigili ſtudio,Cont.

ne ultra) ne contra,concil.et Cont. et Barcin. et unus Tarr.ne uel contra,alter Tarr.olim,mox, ne contra.

ualeant eccleſia attentiore) uox eccleſiæ eſt in uno tantum Tarr. in trib. alijs non eſt, neq. in Barcin.neq.in Contiano,neq. in concil.ualeat pro ualeant,eſt in uno Tarr. et apud Cont. qui addit volumus poſt vocem attentiore . attenta pro attentiore,eſt in ueteri Tarr.debeant,attentiori,eſt in concil.

noſtra per A.ſ.m.) pr.addit ante m.unus Tarr.et Cont.qui n.pro u.hoc eſt veſtiæ ſcripſit.ueſtrę etc.concil.non recte.Mandamus,Raim.alijs omiſſis.

et conſenſus adſit) adhæſit, vetus olim Gregor.tâtum.interueniat,et conſenſus adſit,concil.

aliquas eccleſias) ſibi eccleſias,concil.aliquas ſibi eccleſias.Raim.et Barcin.et duo Tarr. aliquas eccleſias ſibi,tertius Tarr.

niſi longa) ſic etiâ in côcil.ſed in marg. longęua. niſi legitima,Raim.et Cont.longa,in marg. idē Cont.et alij.

Nos enim cum laici) ſic etiam in concil. Cū enim laici,Greg.9.

non poſſunt) non poſſint,concil.et Raimund.aptius.

viribus carere decernimus,et) hęc omittût Raim. et Cont.

Cap.14.*Idem Abbatib.&c.*) Idem,concil.alijs omiſſis.refertur autem ad Lucium iij.non ad Alex.iij.ut hoc caput.

ius repraſentandi) ius præſentandi,concil.

ordinis noſtri) ſic etiam in poſteriore concil.editione.noſtri ordinis,fuerat in priore edit.

modis omnib.) modis alijs, concil.

et per alios) vel pro et,concil.vel alios,duo Tarr.

non decet nos) nos, concil.quod non æque placet.

inſtitutionib.) canonib.concil.

patrum noſtrorum) noſtrorum,côcil.et Barcin. et uetus Tarr.ego nihil muto.

aut eccleſias) aut in eccleſias, concil.hęc omittût duo Tarr.

deſiſtatis) ſic etiam in concili deſinatis, unus Tarr.

ut uos in ijs) ut in uobis, concil. poſter. edit.ut in uos.prior.edit.non recte.

confouere uelimus,quod) qui pro quod, Barcin. et unus Tarr.fouere uelimus,quia,concil.

Cap.15.*Idem Lundon.Epo*) Lunden.côcil. priori edit.d.parte 15.c.12. vox autē Idē illic refertur ad Lucium.3.ut in ſuperiorib.Lingonen.Epo, Raimundus.ut editum eſt,in poſter.concil.editione.

Si uero aliquando) ſic etiam in concil.uox aliquâdo a Raim.et Contio eſt omiſſa.

diſceptantium) ſic etiam Raim. diſcrepantium, concil.

malitioſe differtur) ordinationes malitioſe differuntur,concil.prorogatur,Raim.

de auctoritate &c.) omittunt quędam Raim. et Cont.quę ſunt in concilijs.

euicit) euicerit,concil.et Barcin.et tres Tarrac.et Raim.

Cap.16.*Idem dil.filijs Hos.et Templ.*) Hoſpitalarijs,et Templarijs,tres Tarr.Idem Hoſpitalarijs,Raim.et Cont.Idē.alijs omiſſis,côcil. quod ad Lucium 3.refertur.

Cum ſeculum reliqueritis) ſic etiā Raim. et Côt. qui alia omiſſa a Raim. addit. relinquitis, concil.

uel qua) ſic etiam Contius . et quæ , concil.aptius.

ſubiaceant) ſic etiam concil.ſubiacent, Cont. et unus Tarr.

et famam) aut famam,concil.et duo Tarr.uel famam,Cont.

in eis presbyteros &c.) multa omittunt Raim. et Cont.quæ ſunt in concil.

per Epos) ſic etiam in concil.per Epm,Barcin.et tres Tarr.
excommunicatos &c.) hęc pars omiſſa eſt a Raim.et Cõtio,ut aliena ab hoc titulo. de eadē re agitur ſub tit.de priuilegijs.ſunt in cõcil.ut e-dita ſunt,paucis exceptis.
uel Archidiaconorum ſuorum)ſic etiam in cõcil. uel Archidiaconi,uel ſacerdotum ſuorum,Barcin.
ad diuina) mendoſe in concil.ad digna.
in capellis) in capitulis,concil.quod nõ æque placet.
Cap.17.Idem)ſic in concil.d.parte 15.c.14. et in Gregor.ſed ad Lucium 3.refertur in concil. in Gregor.et in hac collect.ad Alex.3.
dilecti filij noſtri O)ſic etiam in concil. M. vetus Gregor.alijs omiſſis.O.Cont.et alij.
in Lincon.et Salesberen.Epiſcopatib.conſtitutis)hęc omittunt Raim.et Cont. in Lincolnien. et Saren.Epatib.conſtitutis,concil. Epiſcopatu pro Epiſcopatib. Barcin. et duo Tarrac. Lincoln. pro Lincon. idem Barcin. item Saleberien. pro Salesberen. at in veteri Tarrac. eſt Saleſbrien.in altero Tarrac. Salebrien. in tertio Salesbinen.
eaſdem eccleſias quidā presbyteri,et alij.etc.)vox et deſideratur in cõcil.quidā alij,duo Tarr. olim, omiſſis alijs medijs.eas quidē,vetus Gregor. et alij.eas quidem,Cont.non ſine mendo:multa autem Raim.et Cont. omiſerunt.
occupauerunt per violentiam)occuparũt,tres Tarr. per violentiam occupauerunt,concil. occuparunt,Raim.alijs omiſſis.
Quia igitur noſtra &c)recte Cont.addit a Raim. omiſſa,quæ ſunt etiam in concil. excepto noſtrum pro noſtra.
ea quæ minus ordinate) uox ea omiſſa fuerat in duob.Tarr.in quor.altero addita eſt. non eſt in Contiano.quæ minus inordinate, concil. voce ea omiſſa.
ab aliquib.ſubiectis attentantur)attemptãtur,tres Tarr.ab aliquib.ſuper eccleſijs attententur. cõcil.a ſubiectis attentantur,Cont.ab aliquib.attemptantur ſubiectis,duo Tarr.
f.u.per A.ſ.pr.m.)f.t.per a.ſ. Mand.Cõt. fraternitati tuę in.etc.concil.pr.deſideratur in veteri Tarr.
diligenter)ſic in concil.diligentius,unus Tarraconen.
ſi ita ſicut dictum eſt eſſe inueneritis) cognoueris, pro eſſe inueneritis,concil.ſi eſt ita,Raimũ. ut pro ſicut,unus Tarr.inueneris eſſe, tres Tarracon.

eccleſiarum earundem detentatores) detentores, Barcin.earum eccleſiarum detentores, concil. earum pro earundem,duo Tarr. earum detentores, Raimundus, tertia voce omiſſa.
moleſtiam ferant)inferant,malo,ut eſt in cõcil.et in Barcin.et in duob.Tarr.
acquieſcere) ſic etiam concil. obedire,Barcin.
omni oc. et ap. ceſ.)dilatione, pro omni oc. Barcin.omni occaſione,et appellatione ceſſante,cõcil. apertius.
auctoritate militum)eccleſiæ,Barcin.addit.militũ auctoritate,concil.
nec ſic)vox ſic deſideratur in trib. Tarr. eſt in concil.
percellas)compellas,concil.monitione pręmiſſa compellas,Raim.qui his tribus uerbis pro multis verſib.ueteris collectionis utitur.
Cap.18.Idem Andren. E po)Andron.unus Tarr. Adon.Epo,vetus Gregor.Adonen.Cõt.et alij, et in marg.Ardon.Idem,alijs omiſſis,concil.d. parte 15.c.15.quod ad Lucium 3.refertur,ut ſuperiora.
Conſuluit nos tua fraternitas &c.)Recte Cont.addit omiſſa a Raim. quæ ſunt etiam in concilijs.
conſtructas)ſic etiam Cont.a parentib.conſtitutas,concil.poſter.edit.conſtitutis,edit.priori.ego conſtructas malo.
filijs, uel nepotib.)ſic etiam concil.filijs,vel filiab. nepotib. Cont.non recte.
et indignum ſit penitus &c.) Multa Raim.et Cõt. omittunt,quæ ſunt in concil.penitus ſit, unus Tar.penitus eſt,alter.
non decet aliquatenus ſuſtinere) ſuſtineri, Raim. nec te pro non,concil.et unus Tarr. nec decet te,alter Tarr.nõ debes,tertius,in quo prius fuerat,non decet.
ut in Epiſcopatu tuo uel clerici) ſic etiã in concil. ut clerici.Raim.et Cont.alijs omiſſis.
uel a liquib.alijs eccleſias ipſas concedant)vox ipſas in concil.non eſt. aut aliquib. alijs concedant eaſdem,vetus Gregor.uel aliquib.laicis concedant eaſdem, Cont.et alij.
Cap.19.Idem) Vuintonien.Epo,additur in concilijs, ubi vox Idem refertur ad Lucium 3.
Robertus)Rotbertus,vetus Tarr.R.alter, et concil.
et W.)et Vu.concil.Willelmus,duo Tarraconenſes.
*de Creton*a) de Hortun.concilia.de Octana, Barcin.de Certon. unus Tarraconen. de Creton. alter.

preſen-

præſentatio) ſic etiam concil.repręſentatio,unus Tarr.
Stodoleia)Stodleia,concil.Stoldeia,vetus Tarr. et Barcin . Stoleia,alij duo Tarr.
perſecutiones) ſic etiã concil.et,addit vetus Tarrac.
quoniam cum)uox cum in veteri Tarr. non eſt. vox quoniam non eſt in concil. quod placet.
nexum ſit)annexum ſit,Barcin.et unus Tarr.et concil.adnexum ſit,duo Tarr.Hoc Raim. poſuit cap.16.eo.in Greg.
d.t.)dis.t.unus Tarraconẽ.Discretioni tuæ,concil.
ſuper patronatu) ſic etiam in concil.ſuper ius patronatus,Barcin.et tres Tarr. quod non æque placet. ſuper iure patronatus,malo.
metu capitis)metu captus,in concil. non recte.
ut fertur)nititur,concil.mendoſe.
renuntiauerit)renuntiauit,concil. abrenuntiauerit,tres Tarr.ſed in uno olim,ut editum eſt.
Cap.20.Idem)ſic etiam Raim.et in concil.d.parte 15.cap.17.ſed parte 47.tit.de iure patronatus cap.1.additur, Cantuarienſi Epiſcopo.vox uero Idem d.c.17.refertur ad Lucium 3.ſed d.c.1. ad Hadrianum Papam.
De iure uero patronatus in præſcripta capella)eccleſia,d.c.17. capella, Cont.qui addit quædam a Raim.omiſſa.vox uero non eſt in Barcin.De iure patronatus capellæ de Stretton. d.c.1.
ut ſi prædictus R. ipſum comparauit) quatenus ſi prædictus R.ius patronatus cõparauit, d. c.17. ut ſi R. Brito ipſum comparauit , d. c. 1. et in marg.P.pro R.idem pro ipſum,unus Tarr.idẽ ius,alter Tarr.ſed uox ius olim deſiderabatur. quat.ſi R.illud comparauerit,vetus Gregor.cõparauit,Cont.et alij. Videndum eſt,num ſit idem R. de quo capite proximo, eritq. tunc Robertus dicendus,ut illic dicebatur.
cum inconueniens ſit)ſic etiam d.c.1.et Raim.cum hoc,pro cum,d.c.17.
et penitus inhoneſtum)ſic etiã d.c.17.vox penitus omiſſa eſt d.c.1. omnia a Raim.et Contio.
contractum illũ &c.)ante hæc verba addit Raim. quod eſt ſpirituali annexum, quæ verba ſumpſit ex cap.19.quod eſt ab eod. omiſſum.ut editum eſt,in concil.
ſublato ap.re.)re.ap.unus Tarr.ſublato appellationis remedio,concil.omittit omnia Raim. et Cont.
irritum denunties manere) et inanem, pro manere,d.c.1.et unus Tarr.irritũ eſſe decernas,Raim. hæc omittuntur,d.c.17.
Cap.21.Idem)ſic etiam in cõcil.d.parte 15.c. 18. et in Gregor.ſed vox Idem in concil.ad Luciũ, in alijs ad Alex.refertur.
aut eccleſias)aut eccleſiam,cõcil.et Raim. et tres Tarr.
ſine conceſſione ſui Pont.)ſic etiam concil.et Greg. 9.ſummi Pontificis, vetus Tarr.
nec monaſterijs)ſic etiam concil.vox nec non eſt in Gregor.nec in monaſterijs,tres Tarr.in uno tamen IN expunctum eſt.
nec canonicis offerat)ſic etiam in concil. vel pro nec,vetus Gregor. vel canonicis conferat,Cõt. et alij. canonicas autem hoc loco appellari exiſtimo canonicorum loca,ut monaſteria monachorum.
et auaritia)vel pro et,unus Tarr.ſolus.
cõſentire noluit)noluerit,duo Tarr. voluerit,concil.et Barcin. et vetus Tarr.et olim vetus Gregor. mox noluerit,ut apud Cont.et alios.
tunc licentia eius)cum pro tunc,Barcin.tunc eius licentia,tres Tarr.et vetus Gregor. et alij editi. eis pro eius,Cont.mendoſe.
Cap.22.Idem)ſic Raim.et Cõt.Idem Noruuicẽ. Ep̃o,d.parte 15.c.19.ſed vox Idem ad Lucium 3.refertur.
Significaſti,et infra)ſic etiam Raim. et Cont.hæc in concil.deſiderãtur. Integra clauſula exſtat, ut exiſtimo,cap.9.de officio,et poteſtate iudicis delegati,in hac collect. Ante et infra, adde etc. ut eſt in duob. Tar.et ita ſæpius eſt in hac collectione.
Ceterum ſi Epiſcopi)ſic etiam in concil. vox ceterum a Raim.eſt omiſſa: addit eam Cont. qui Ep̃o edidit in marg.mendoſe. et addit, nec de eſt aliquid , quod falſum eſt.
poſt promotionem ſuam repræſentationes) præſentationes,concil.poſt monitionem ſuam pręſentationes.vetus Gregor.non recte.ut in cõcil. Cõtius,et alij.
a patronis eccleſiarum) ſic etiam in cõcil.earum, Raim.
adepti fuerint)ſint,vetus Greg.ſolus.
repræſentauerint)præſentauerint,duo Tarr.et cõcil.et Raim.
Cap.23.Idem Abbati S.Albani)ſic etiam d.parte 15.c.20.ſancti Albini,vet. Tarr.ſancti Alberi, alter Tarr.ſancti Albert ,Raimundus,et Contius.
Conſultationibus,et infra) ſic etiam Raimundus, et Contius. Pars cap. Inconſultum . concilia, quod mendoſum ſuſpicor.Integra clauſula exſtat, ut exiſtimo,ſub titu.de officio,et poteſtate iudicis delegati, cap.15.in hac collect. Ante illa,et infra,adde etc.ut eſt in duobus Tarraconen.

De cetero

De cetero ſi aliquis) ſi quis, cōci. pro ſi aliquis. Si aliquis, vetus Gregor. alijs omiſſis. Si quis, Cont. et alij. De cetero ſiquis, etc. et nihil notatur deeſſe. Cont. in marg. non recte.

ad repræſentationem illius) ad præſentationem ipſius, concil. ad prçſentationem illius, Raimundus.

clericus, qui inſtitutus eſt, non deberet ab eccleſia ipſa propter hoc remoueri) non debet ab ipſa eccleſia remoueri, cōcil. non debet ab ipſa eccleſia, tres Tarr. non debet ab eccleſia ipſa, Barcin. inſtitutus non debet ab eccleſia propter hoc remoueri, vetus Grgor. alijs omiſſis. ab ipſa pro ab eccleſia, Cont. et alij.

Si vero non poſſidebat ius patronatus) Si uero tunc etc. concil. tunc ius patronatus, unus Tarr. et Barcin. ius tunc patronatus, alter Tarr. Si uero non poſſidebat, Raim. et Cōt. alijs omiſſis. Ante hæc verba addunt ijdem. cum ex hoc ei, qui de iure debet habere, nullum in poſterum præiudicium generetur. quæ neq. in concil. ſunt, neq. in hac collectione.

nec poſſeſſionem patronatus &c.) ſic etiam concil. iuris patronatus, duo Tarr. multa Raim. et Cōt. omittunt.

Donationes uero &c.) ſic etiam in concil. hæc pars poſita eſt a Raim. ſub tit. de donationib. Contius ſe mutam perſonam prçſtitit.

conceſſiones eccleſiarum) ſic etiam Raim. vocem eccleſiarum in concil. deſideramus.

qui ipſas) ſic etiam Raim. qui illas, unus Tarr. quæ ipſas, concil.

Si religioſis fiant locis) Si fiant religioſis locis, concil. ab Epo, uel eius auctoritate, addidit Raim. verbis editis non male.

ſine ipſarum aſſenſu) ſine aſſenſu ipſorum, concil. ſine ipſorum voluntate, vetus Gregor. aſſenſu, Cont. et alij.

Cap. 24. Nouoburgo) Neubure, cōcilia. uide cap. 25.

de Giſeburn.) de Giſeburne, concil. Giſeburna, unus Tarr. Giſeburgen. alter Tarr.

de Certon.) de Cradun. concil. de Crotoha, vetus Tarr. de Certonen. alter Tarr.

monſtrauerunt) ſic etiam concil. dixerunt, unus Tarr.

donationes etc. pertinēt) donatio etc. pertinet, Barcin. et concil.

eiſdem ſignificauimus) eidem, tres Tarr. eiſdē ſignificamus, concil.

donationi laicali) ſic etiam in concil. laici pro laicali, vetus Tarr.

qui habent in eccleſia &c.) mutatur ordo verbor. in concilijs. in ecleſias, vetus Tarraconen. pro in ecleſia.

reſeruare noſcuntur) ſeruare, duo Tarracon. et cōcil.

Poſt hoc caput eſt in. Barcin. Dilectus filius noſter S. etc. ut cap. 1. hoc titulo in 2. collectione.

Cap. 25. Idem Eboracen. Archiepō) ſic etiam in cōcil. d. parte 15. c. 23. et apud Raim. et Cont. et capitulo, addunt tres Tarr. recte. Hoc eſt cap. 26. in Barcin.

Suggeſtum eſt aurib. noſtris) ſic etiam cōcil. et vet. Greg. hæ voces, aurib. noſtris, non ſunt in Contiano, neq. in alijs quibuſdam editis libris.

cum eccleſia de Ochona, ac de Borales, Sauer, et de Land.) cū eccleſię de Ochera (Ochan, in marg.) et de Maleſlart, et de Leinder, concil. cum eccleſiæ quędam, Raim. et Cont. breuius. Ochan H. pro Ochona ac, duo Tarr. Occham H. tertius Tarr. Ocham R. Barcin. Boroles pro Borales, unus Tarr. Sarter pro Saiter, vet. Tarr. Sarc. duo alij. Fart. Barcin. Lande pro Land. item duo Tarr.

in prebenda) malo, in prębendam, ut eſt in concil. et in Gregor.

attemnare, et) hęc omitūt Raim. et Cōt. ſunt in concil.

in donationib. eccleſiæ) eccleſiarū, duo Tarr. et cōcil. et Raim. aptius.

vniuerſitati ueſtra) ſic etiā in cōcil. hęc omittunt Raim. et Cont. apparet autem ex his etiam capitulo ſcriptum fuiſſe.

ſi cum aſſenſu) ſic etiā Raim. ſi cū cōceſſu, prior editio concil. et in marg. forte conſenſu. ſi cum coſenſu, poſterior concil. editio.

Cap. 26. Regi Anglorum) Anglorum Regi, cōcil. Angliæ, Barcin, in quo eſt hoc cap. 27.

de Bligurd) de Ligurgis, concil. de Blibug. duo Tarr. de Bliburgen, tertius.

et honeſto) et honeſtate, Barcin. et Tarr. unus, et concil.

exaudire) ſic etiam in cōcil. uolumus exaudire, unus Tarr.

Verum) Vnde, Barcin. et vet. Tarr. Verū, cōcil.

contrarium videtur) ſic etiam concil. eſt contrarium, unus Tarr.

iuris patronatus obtentu) vox iuris non eſt in concil. neq. in Barc. neq. olim fuerat in veteri Tarr.

illa inpartiri) illa impertiri, tres Tarr. iſta imparti ri, concil.

ſi de iure) quod pro ſi, Barcin. ſi, concil.

Cap. 27. Idē Archiepūs, Epūs) et Epīs, duo Tarr. et concil. parte 50. cap. 33. et Raim. vox Epīs in veteri Tarr. non eſt. Hoc eſt cap. 28. in Barcin.

per Angliam conſtitutis) ſic etiam Raim. Galliā pro Angliam, concil. et duo Tarr.

Relatum eſt aurib. noſtris) Relatum eſt, vetus Gregor. alijs omiſsis. ut editum eſt, Cont. et alij.

No-

alijs omiſſis,ut editum eſt,Cont.et alij.Noſtris eſt aurib. intimatum,concil.

occaſione laica recognitionis)ſic etiã Raim.occaſione laici,cõcil.mẽdoſe.quæ fuerit apud Anglos recognitio,docuit Alanus Anglus,cuius ſcholium exſtat etiam in Gregorianis. Recognitio eſt confeſſio in iure,vel coram teſtibus conceſſionis, vel donationis prius factæ de re quacumque.

et potentia &c.) Multa Raim.et Cont.omittũt. vel pro et in concil.

patronatus eccleſiarum)ſic etiam in concil.ius,additur ante hæc uerba in duob. Tarr. omnia omittunt Raim.et Cont.

non intrant per oſtium,ſed aliunde conſcendunt)ſic etiam Raim.contendunt,concil.ſumuntur hęc ex cap.10.Ioannis.

uel prerogatiua)ſic etiam Raim.ac pro uel, cõcil. alterutra uox deſideratur in duob.Tarr.

m.atq.pr.) m.uetus Tarr.alijs omiſſis.præcipiẽdo mandamus,concil. mandamus, Raim. multis alijs omiſſis.

qua.eos quos patronatus)ſic etiam concil.qua.eos, Raim.et Cont.alijs omiſſis.quat.ſi conſtiterit eos ius patronatus, unus Tarr. quat.eos, quos conſtiterit ius patronatus, alter Tarr.

et eccleſiaſtica beneficia)vel eccleſiaſtica beneficia conſtiterit,concil.et vetus Tarr.aut eccleſiaſtica beneficia conſtiterit,Barcin.vel pro et,duo alij Tarr.cetera,ut edita ſunt.

modo adeptos)ſic etiam in concil.modo eſſe adeptos,tres Tarr.recte.

niſi præſcriptione) ſic etiam concil. recte omiſit Raim.vocem præſcriptione.

ſublato ap.diffugio) hæc etiam omittunt Raim. et Cont.ſunt in concil.refugio, duo Tarr. pro diffugio.

ab officio reddatis et beneficijs alienos) officijs pro officio,concil.beneficio pro beneficijs,Barcin. et duo Tarr.et Raim.reddas pro reddatis,prior concil editio non recte.

et ſi nec ſic &c.)ſic etiam Cont. addens a Raim. omiſſa.Si vero nec ſic,concil.

vinculo)eos vinculo, concil. vox eos non eſt in Contiano libro.

ad dignam)ſic etiam in concil.ad condignam, Cont.

Ad hac quoniam &c.)ſic etiam vetus Gregor. Ad hoc quoniam,concil.et Cõt.et alij. et unus Tarr.eſt autẽ initium cap.34. d. partis 50. et in uno Tarr.capitis 28.Contius etiã addit in marg. alias eſt nouum caput in vet. compil.

prohibitionis veſtra)ſic etiam concil.et Raim.noſtræ pro veſtrę,unus Tarr.

ſicut excommunicatos) ſicut excõmunicatum, cõcil.et tres Tarr.multa Raim.et Cont.omittunt, quæ nos ſingula non collegimus.

attentius)cautius,vetus Tarraconen. artius,concil.

(ap.28 ſibi ius) penitus, addit unus Tarr. quod nõ omnino placet.Hoc eſt 29.caput in Barcin. et in uno Tarr.

quod ubi Epiſcopalis auctoritas non acceſſerit) niſi pro ubi,Barcin.in quo NON omittitur. niſi ubi, olim vetus Tarr. auctoritas Epiſcopalis, duo Tarr.

Cap.29.Lucius iij.*Pars c.Ad abolenda*) ſcribendũ eſt,Ad abolendam,ut eſt in uno Tarr.et in Barcin.et apud Contium. Integra clauſula exſtat cap.11.de hęreticis in hac collect. ſi utrumq.caput, coniunxeris , integram præclaram hanc conſtitutionem habebis.

aduocati eccleſiarum) ideſt patroni . Tancredus.

in tantam noſcuntur &c.) Multa omittũt Raim. et Cont.

eccleſijs ipſis)in,ante hæc verba addit unus Tarrac.

etiam in alios) vox etiam non eſt in Barcin. neque in duobus Tarraconen.neq . apud Gregor.9.

præſumant)præſumunt,Raim.

fodrum)ſic etiam Raim.et Cont.et unus Tarr.et ſcholium Vincen. frodrium,vetus olim Tarr. mox frodrum.fodium, Barcin. frodum , duo Tarr.et ſcholium Tancr. Fodrum eſt collecta, quæ fit ſemel in anno , et eſt vulgare Lombardiæ. Vinc.in uno Tarr.Frodum eſt etc. Tanc. in altero Tarr.

et quod miniſtris eccleſiarum inconſultis faciũt &c.) Multa etiam Raim.et Cont.omiſerũt. et quod miniſtri eccleſiarum eis inconſultis faciunt, Barcin.et duo Tarr.aptius.

firmamus)confirmamus, Barcin.et unus Tarracon.

ſeu alio quolibet nomine)modo , vetus Tarr . pro nomine,quod non ęque placet . ſeu quocumq. alio nomine,Raim.

quos de alienatione aduocationis &c.)et aduocatione,unus Tarr.quod non placet.Raim. et Cõt. multa omittunt.

vel fecerint)fecerunt,duo Tarracon. in quorum altero vel deſideratur. quos fecerint, Raimundus.

præſenti conſtitutione caſſamus)hæc verba ſunt in veteri Gregor.nim aliquam decernimus non habere.Cont.et alij.Credo et hæc,et illa uerba a Raimun.cõſcripta , ut in hac prima collect.

ne autem

ne autem &c.)hęc pars in Gregorianis omiſſa eſt.

quæ de hereticis dicta ſunt)de hęret.ad abolendã, Alan.

coërtionem)coërtione,tres Tarr.et Barcin.

cuilibet)quibuslibet,Barcin.et tres Tarr. aptius.

Cap. 30. Idem Nor Wic. Epõ) Lucius tertius Noruuicenſi Epõ,d.parte 15.c.8.

pars c.Tua nos) hæc omittunt concil. et Raim. addit Cont.Integra clauſula exſtat cap.2.de iure iurando,in hac collect.et in concil. parte 17. c.4.et in Gregor.c.11.de iureiur.

Cum autem aduocatus)ſic etiam Raim. vox autẽ in cõcil. non eſt.aduocatum appellari patronũ ſupra dictum eſt.

clericum unum) ſic etiam concil. uox unum a Raim. et Barcin.eſt omiſſa.

præſentauit)pręſentauerit,concil.et Raim.et Barcin.et tres Tarr.aptius.

eo non refutato)ſic etiam Raim.eo non inſtituto, concil.non male.

in iudicio Epĩ)vox in non eſt in Gregor.neq.in Barcin.neq.in trib.Tarr.Epi iudicio, cõcil. IN etiam omiſſo.

credimus relinquendum) ſic in concil.vox credimus in veteri Gregor.non eſt.habet Contius, et alij.

uel religioſa perſona)ſic etiam in concil.vel eccleſiaſtica perſona,Raim.non male.

TIT.XXXIIII.DE CENSI

bus,et exactionibus,et procuratoribus) ſcribendum procurationibus,ut eſt in Barc.et in trib.Tarr. et apud Greg.9.in veterib. libris.in editis pro et exactionib.eſt exactionib.et omiſſo,ut in uno Tarr.

CAP.1. *ex concilio apud Guarmac.*) Guarmatiam,duo Tarr.Guarmat.Barcin.ex concilio Wormacien.c.18.Burch.lib.3.c.52.ex conc. Wormac.c.50.Iuo parte 3.c.55.decreti,ex libro 1.capitularium cap.85.Idẽ Iuo parte 16. c.262. hodie ut audio,reperitur lib. 1.cap.90.Capitularium Caroli,et in concilio Vormaciẽſi cap.50. Ex concilio Guarmacienſi eſt apud Grat.23.q. 8.c.25.ex concilio apud Guarmatiam,Raim.et Cont.qui in marg.ait hoc fuiſſe caput poſitum in capitularib.Caroli Magni.In veteri Grat.libro hoc caput deſideratur.fortaſſe a Palea eſt additum,

unus manſus) Manſus uulgari Italicorum dicitur tanta terræ quantitas,quę ſufficiat duobus hominibus per annum , ideſt xlvij . acraturę. Tancr. vide cap.2.de eccleſ.ædifican.in hac collectione.

abſq.ullo ſeruitio tribuatur)ſic etiam vetus Greg. et abſq.pro abſq.Cont.et alij.abſq. alio ſeruitio attribuatur, concil.et Iuo d. parte 16. abſq. ullo ſeruitio attribuatur, Burch.et Iuo d.parte 3.et Grat.

in eis)in eccleſijs,Barcin.tantum.

nec de atrijs)neq.pro nec,tres Tarr.et concil. et Burch. et Iuo, et Grat.neq. de areis , Raim. et Cõt.qui in marg.atrijs lege,ut in uet.uide cap. 4.apud Grat.12.q.1. Nicolao adſcriptum ,ſed exſtat in concil. Salegunſtadienſi c.12 et in fine Burchardi,et apud Iuo.parte 15.c.178. decreti.

et ſiquid amplius habuerint) ſi aliqui pro ſi quid, tres Tarr.et Burch.et Iuo parte 16. et Grat. et Raim. habuerint amplius,unus Tarr.et ſi amplius aliquid habuerint,cõc.ut editum eſt, Iuo d.parte 3.

ſenioribus ſuis) ſic concil.et Burch.et Iuo . uox ſuis a Raim.et Contio eſt omiſſa.maiorib.ſuis, Grat.non recte.ſenioribus,ideſt dominis:uulgariter loquitur.Alan.

Cap.2.Auguſtinus ſuper epiſtola ad Rom.)Romanos,tres Tarr.epiſtolam pro epiſtola Barcin. et Raim.Inuenitur hoc in ſcholijs veterib.ſacrorum librorum,quæ gloſſę dicuntur ordinariæ, et inter lineas,cap.13.illius epiſtulæ Pauli.

Omnis anima ſublimioribus poteſtatibus ſubdita ſit,&c.)et infra.Raim.quod non æquę placet. Sunt enim hęc tantum Pauli verba.πᾶσα ψυχὴ ἐξουσίαις ὑπερεχούσαις ὑποτασσέσθω.

Et uos ſubditi eſſe debetis)ſic etiam Raim.ſubditi eſſe debetis;quia etiam ideo,ideſt propter oſtendendam ſubiectionem,præſtatis,quaſi redditus, gloſſa ordin. Et uos debetis eſſe ſubditi,unus Tarr.

ideo enim tributa præſtatis) hęc Pauli uerba ſunt. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ φόρους τελεῖτε.

quia hæc eſt probatio ſubiectionis) ſic etiam Raim. hęc eſt probatio ſubiectionis, gloſſa inter lineas.

Cap.3.*Gregorius Lucillo &c.*)ex lib.2.epiſt.30.regiſtri B.Gregorij.

ut rebus)ut in rebus,duo Tarr.ſed IN non eſt in regiſtro.

communionem in partem) conuentionem in iurgium,regiſt.

et ad tuã uenit notitiam)peruenit,pro uenit,duo Tarr.et ad fraternitatis tuæ hæc ſunt perlata notitiam,regiſt.

ob quam rem)ſic etiam in reg.quam ob rem,duo Tarr.

eos nulla mora) nulla mora , nullaue excuſatione eoſdẽ, regiſt. eoſdẽ clericos,vetus regiſtri lib.

nam

nam ſi huius &c.)Ante hæc uerba eſt in regiſt. Sed ſi fidem honeſtatis contemplatione ſeruare poſtponunt;tua diſtrictione compulſi, quę rationi conueniunt,cogantur implere.

recurrerit)ſic etiam in regiſt.recurret,Barcin.et unus Tarraconen. recurreret, olim uetus Tarrac.

habere incipimus)incipiemus,reg.et unus Tarr. aptius.inceperimus,alter Tarr.

& in illo)illos,reg.et uetus Tarr.

uindicamus)uindicabimus,reg.et duo Tarr.aptius.

Alia poterunt in regiſtro inueniri pleniora.

Cap.4.Idem ad Stephanum Caſtrinum) Caſtoriũ, tres Tarr.Caſtarium,Barcin.et quartus Tarr. Gregor.Stephano Cantori,Raim.et Cont. qui in marg.ait,Chartulario,lib.12.epiſt.20.Indict. 7.Ego Chartario legi in ueteri regiſtri libro.

Scientes,&c.et infra)Coeperat Cõt.integrã clauſulam ſcribere,ſed a librarijs deceptus eſt,qui notas eius perturbarunt.Sic igitur eſt in regiſt. Scientes magnitudinem caritatis ueſtræ toto dominũ corde diligere,ob hoc ea,quæ in Marſis(forte maſſis)de iure quondam Patricij uiri piæ recordationis contra præcepta dominica, contraq.canonum regulam commiſſa eſſe didicimus;ad eius duximus reformare notitiam: quatenus hæc,quæ perpetrata ſunt,corrigi debeant,et alij deinceps tẽptare nõ præſumant. Inſinuatum igitur nobis eſt,in maſſa,quæ nuncupatur Marato de Abbate monaſterij ſancti Georgij, quod in eadem ſitum eſt,duos monachos refugiſſe.etc.

Aſſeruit etiam)ſic uetus regiſtri liber.autem pro etiam editus liber.neutra vox eſt apud Raimund.

ſupradicta maſſa)prædictæ maſſæ,regiſt. maſſæ, Raim.et Cont.altera uoce omiſſa.maſſa illis tẽporib.dicebatur uicus,ſiue colonia,ſiue uilla.ecclesię pro maſſæ,eſt in uno Tarr.

monaſterio illi)illius,Barcin.et olim uetus Tarr. ipſi pro illi,reg.illi monaſterio,unus Tarr.monaſterio,Raim.altera uoce omiſſa.

quæ ex tempore &c.)hæc omiſerat Raim.addiderat Cõt.ſed nõ ſuo loco a librarijs poſita ſunt: exſtãt in regiſtro.quod pro quę,Barcin.et duo Tarr.

conditi monaſterij per tricennale) ſic etiam Cont. conditionis monaſterij per triennalę, regiſtr.

non fuerunt)ſic etiam regiſt.et Cont.nõ fuerint, tres Tarr. non fuerint ſolutæ,Barcin.

quod diligenter agnoſcas)Ante hæc uerba eſt in regiſtro.Si quidem illic munificentię gratia a fidelibus uiris oblatum fuerat, portionẽ ſe debere percipere.Quod Magnitudo ueſtra ſtudeat diligenter agnoſcere.regiſt.ſi quid enim,pro ſiquidem,ſcribendum cenſeo.fuerit pro fuerat, eſt in editis non male,in ueteribus fuerat.Hæc omittunt Raim.et Cont.ſunt autem maxime neceſſaria.

& ſi hoc ab initio non fuit)ſic etiam in reg.et ſi hæc ab initio impoſita non fuerint,Barcin,et ſi hoc ab initio impoſitum non fuerit,duo Tarr. non fuerit, tertius Tarr.cętera ut edita ſunt. Mand.quat.ſi ab initio hoc non fuit,uet.Raim. liber:non fuerit,Cont.et alij.

aliquid penitus imponi non permittas)non condecet, regiſt.non permittas imponi,Raim, nihil de nouo imponi permittas,unus Tarr.

Poſt hæc uerba eſt non ſine mendo in regiſtro. quam maxime eum exiguæ ſubſtãtiæ,et monaſterium pauperum eſſe didicimus,et Abbatẽ ipſum hoſpitalem omnino eſſe,multorum atteſtatione didicimus.

Cap.5.Paſchalis ij.Comitiſſæ Matildæ)ſic etiam Raim.dilectæ filiæ Comitiſſæ Matildi,Barc.et duo Tarrac. Paſchalis V.unus Tarrac.non recte.

Peruenit ad nos,quod Fraxinorenſis etc.)Fraxinorũ, Cont.qui recte addit quędam a Raim.omiſſa.Fraſinon.unus Tarr.

uidelicet)ſcilicet,Cont.

cum nos Archipresbyter)ſic etiam Cont. uox nos in ueteri Tarr.deleta eſt.cum Archipresbyter nos,alter Tarr,elegantius.

quod rationabile)nobis,addit unus Tarr.ut quod rationabile,Cõt.uel quid,pro quod,uet. Tarr. olim,mox vel deletum eſt.

reſpondimus) reſpondemus,Tarr.quattuor,non recte.reſponderemus, Cont.aptius. Inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus,Raim.

Cenſus enim)quod cenſus,Raim.

inuenitur)ſic etiam Raim.inuenitur definitus, unus Tarr. definitus inuenitur,alter.

et quomodo)et quando,Raim.

Mãdamus ergo dilectioni etc.)hęc pars a Raim.et Cõtio eſt omiſſá.dis.pro dilectioni,duo Tarrac.

reſtitui facias)faciatis,tres Tarr. in uno tamẽ mutatum eſt faciatis in facias.

Cap.6.ex concilio Lateranenſi)adde c.4.ut recte Cont.addit,et ex concilijs id confirmatur. Eſt autem id concil.ſub Alex.3.habitum.

Cum Apoſtolus ſe,ac ſuos &c.)hæc ex uarijs locis ſumpta uidẽtur,Act.c.20.Pauli epiſt.1.ad Theſſalon.cap.2.et epiſt.2.c.3.et epiſt.2.ad Corinth. cap.11.

exhibendos)ſic etiam in cōcil.et in Greg.alēdos, eſt in marg.concil.apertius,ſed eadē notio eſt al terius uerbi.
locum prædicandi)dicendi,vel detrahēdi malim; ſed ferendū eſt; cū nulla uarietas ſit in concil. et in Greg.et in quinq.libris huius collectionis.
& illis)vox illis in Barcin.non eſt:eſt in alijs libris.
non exiſteret onerosus)ſic etiam concil.et Raim. onerosum,Barcin.hoc onerosum,duo Tarr.in quibus olim onerosus fuerat.
& emendatione dignum)hæc omittunt Raim.et Cont.ſint licet in concilijs,uno uerbo fore addito ante dignum.
quidam fratrum,& coēpiſcoporum noſtrorum) vox et non eſt in concil.quidam prælatorum, Raimund.
ſuis ſubditis exiſtant)exiſtunt,concil.vox ſuis nō eſt in tribus Tarr.exiſtant,Raim.et Cont.alijs omiſſis.
pro huiuſmodi cauſa ipſa)vox ipſa non eſt in concil.neq.in Barc.omnia omittunt Raim.et Contius.
longi temporis victum)ſic etiam concil.et Raim. quæſitum,additur in duobus Tarr.
pro diuerſitate prouinciarum ſic in concil.et Gregor.temporum,addit Barcin.nō ſine mendi ſuſpicione,niſi et addamus.
euectionis numerum. Epiſcopi autem etc.) euectionum pro euectionis,Raim. euectionis numerū non excedant:Cardinales vero uiginti quinq. non excedant: Epiſcopi uiginti,uel triginta nequaquam excedant,concil.poſter.editionis.in priori edit.eſt.Cardinales uero uiginti, uel uiginti quinq.etc.
Cardinales autem XXV. *nunquam excedant*)numquam pro nuſquam,unus Tarr.rectius.Cardinales XXV.nuſquam excedant,uetus Greg.nū quam,Cont.
Decani conſtituti ſub ipſis) ſic etiam in cōcil.et in vet. Greg.ſub Epis,Cont.et alij.Decani uero, etc.unus Tarr.
ut non quæ ſua ſunt,quærant &c.)vox quærāt nō eſt in concil.neque in Gregor. Verba Pauli ſunt in epiſt.ad Philippen. c.2. οἱ πάντες γὰρ τὰ ἑαυτῶν ζητοῦσιν,οὐ τὰ τοῦ χριστοῦ Ἰησοῦ. Omnes enim, quæ ſua ſunt, quærunt; non quæ Ieſu Chriſti. Quæ grauis eſt in omnes ſententia,digna,quæ ubique legatur.
nec ſumptuoſas epulas quærant &c.)requirant, Barcin.quærentes,uetus Gregor.quærant,Cont.et alij.hæc uſque ad illa, Prohibemus etiam, in concil.deſiderātur.Laurentius vetus interpres hoc loco uerſus ineptiſſimos adfert, et ſcurrę perſonam induit ineptiſſime,et frigidiſsime: Bernardus partem eius verborum retulit; partem omiſit.
ac competenter) aut pro ac, uetus Greg.ſolus.
ſuſtinemus autem)etiam pro autem,idem vetus Gregor.tantum.
non debent filij theſaurizare parentibus,ſed parentes filijs) οὐ γὰρ ὀφείλει τὰ τέκνα τοῖς γονεῦσι θησαυρίζειν,ἀλλ' οἱ γονεῖς τοῖς τέκνοις. Paul.cap.12.epiſt. 2.ad Corinthios.non enim debent liberi parentibus ſeruare theſauros,ſed parentes liberis.
pietate uidetur)eſt pro uidetur,uetus Gregor.ſolus.
Archidiaconi uero,ſiue Decani)ſic etiam Raim. autem pro uero,concil.et unus Tarr.ſiue canonici,ſiue Decani,Barcin.
ſeu clerici)uel pro ſeu,unus Tarr.
eccleſiaſtica facultates)ſic etiam Raim.eccleſiæ facultates,concil.
teneri menſuram)ſic etiam concil.et uetus Gregor.tenere,Cont.et alij.
minores merito non doleant ſe grauari) debeāt pro doleant,uetus Tarr.et uetus Gregor.ut editū eſt,Cont.et alij.minores non debeant grauari, concil.
nec ſub tali)ſic etiam Raim.ne pro nec,concil.et vetus Tarr.non male.
hactenus uti ſolebant)uti ſolebant hactenus,duo Tarr.et cōcil.et Raim. ſed male in editis diſtinctio notatur ante vocem hactenus.
plurimum ſibi credant)ſic Raim.plurimum credāt ſibi,uetus Tarr.plurimum ſibi credant,alij duo Tarr.plurimam ſibi credant,concil.
Huius decreti mentio fit c.3.de exceſſibus prælator.collect.2.quod exſtat lib.1.epiſt.132. regiſtri Innoc.3.
Cap.7. Idem)ex eodem, Raim.et Cont.aptius. eſt enim capitis 7. concilij Lateranen. portio.
pars cap. Cum in eccleſia) hæc omittunt Raimund. et Contius.uox Cum, deſideratur in duobus Tarr.Integra clauſula legenda ſub titulo de ſimonia capite 8. in hac collectione.
ab Abbatibus,uel Epis,alijſue prælatis) ab Epis,uel Abbatibus,alijſue prælatis,concil.ab Abbatibus Epis aut alijs prælatis,uetus Gregor. uel, pro aut, Cont, et alij. idem omiſit vocem,ab, non recte,quod peccatum olim fuerat in duobus Tarr. alijſque pro alijſue,habet vet. Tarr. uel alijs,duo alij Tarr.

liber

libertatem quam)ſic etiã Raim.libertates,quas, concil.

conſeruare deſiderant)ſic etiam Raim.deſiderant conſeruari,concil.aptius.deſiderant ſeruare, uetus Tarr.

Si quis vero aliter fecerit) ſic Raim.Si quis autem aliter egerit,concil.

quod egerit)quod fecerit,concil. ut editum eſt, Raim.

Cap.8.Wiger.Epõ)ſic etiam uetus Gregor. Vigorien.Cont.et alij.Vuiggornien. Epõ, parte 28.c.9.titulo de pactionibus licitis,et illicitis in rebus eccleſiaſticis.in concil. prioris editionis, Vuigorn.Epõ,in edit.poſteriori.

pars c.Meminimus)ſic etiam in concil.P.c. In eminenti.Cont.non recte.ſunt enim ea verba capitis 9.in hac collect.Integra clauſula exſtat ſub titulo qui clerici, uel uouentes,c.3. in hac collect.1.ſunt autem plura capita ex eadem epiſtula ſumpta.

quadam illuſione)ſic etiam Raim.colluſione facta,concil.aptius.

ſoluerint ſiue receperint)ſic etiam Raim. ſoluunt. ſiue recipiũt,Barcin.ſoluunt, aut recipiunt eas, concil.ſoluerunt,ſiue receperunt;duo Tarr.

eis defunctis,niſi ab ijs &c.)perſonis defunctis,ubi ab his etc.concil.vbi multa mendoſe,et obſcure ſunt edita.eis defunctis,Raim.et Cont.alijs non paucis omiſſis.

praeſertim ſi Pontificalem)ſic etiam in concil.ſi Pontificis,Raim.uoce praeſertim omiſſa.

quod de iure)ſcribendum,qui de iure,ut eſt in concil.et in Gregor.et tribus Tarr.

propria,praeſertim)ſic etiam Raim.ſua,cõcil.pro utraq.uoce.

Cap.9.Idem Carnoten.Epõ Pars c.In eminẽti. De cetero noueris &c.)Vide cap.5.de tranſactionibus huius collectionis,et dele in margine Nõ ponitur.eſt enim cap.5.de tranſact.etiã in Gregoriana.

Cap.10.Idem Carnoten.Epõ)ſic etiam Raim.et Cont.Cenomanenſi Epõ,concil.parte 2.c.8.titulo de ſimonia etc.neue praelati uices ſuas ad cauſas terminandas,uel regimen eccleſiarum ſub annuo pretio committant; neue ſubditos tallijs vexent,uel poena pecuniaria multent. Cenoman.Epõ,habet etiam Barcin.quod placet.Carnoten.ſumptum videtur ex cap.9.

pars capit.Tua nos) ſic etiam Cont. deſiderantur in concil. et apud Raim. Integra clauſula eſt,ut opinor,ſub titulo de clericis peregrinis t.un.in hac collectione.quod etiam eſt Cenoman.Epõ inſcriptum.

Eccleſias autem)ſic etiã in concil.autẽ omittunt Raim.et Cont.enim pro autem,Barc.habet.

Epi de manibus laicorũ eripiunt)Epũs etc.eripuiſſe concil.ut editum eſt,Raim.

non videmus exactionem imponendam)exactionẽ aliam,concil.plenius.exactionem prohibemus imponi,Raim.

quin nouis &c.)haec clauſula a Raim.et Cont.eſt omiſſa.qui pro quin,cõcil.quod,duo Tarr. quia,tertius.

prohibemus generaliter)prohibuimus,concil. altera voce omiſſa,fortaſſe ad concil.Lateran.refertur.

praegrauare)praegrauari,cõc,quod magis placet.

TIT.XXXV. DE ECCLE

ſijs readificandis,& reparandis) aedificandis,tres Tarr.uel pro et, duo Tarr.reparãdis,uel aedificandis,Barcin.De aedificandis, et reparandis eccleſijs, vetus Gregor, De eccleſijs aedificandis, vel reparãdis,Cont.et alij.

CAP.1.ex concilio Lateranen.) cap.23.addi poteſt ex concil.aut cap.11.ex hiſtoria Anglica Gull.Neubrigen.non cap.13.ut edidit Contius.

Cum dicat Apoſtolus &c.) Recte Cont. addit a Raim.omiſſa,quę ſunt etiã in concil.et apud Gull.qui addit poſt uocem Apoſtolus Paulus.

abundãtiorem honorem membris infirmioribus deferendum)ἀλλ' ὁ θεὸς συνεκέρασε τὸ σῶμα, τῷ ὑστεροῦντι περισσοτέραν δοὺς τιμήν. Paulus epiſt.1. ad Corinthios cap.12.

econtra quidam)ſic etiam Cont. cõtra quidam, Gull.eccleſiaſtici quidam,concil. ut ſuſpicor, mendoſe ex compendio uocis econtra.

quae ſua ſunt &c.)de his uerbis dictum eſt c.6.de cenſi.

leproſis,& qui)leproſis,qui,concil.et Cont.leproſos,qui,Gull.

uel ad eccleſiam &c.)ſic etiam Cont.et pro vel, concil.multa omiſit Gull.

quod quia procul a Chriſtiana pietate eſſe) a pietate Chriſtiana,concil.eſſe a Chriſtiana pietate, unus Tarr.quod quidem procul a Chriſtiana ueritate,Cont.

de benignitate ſedis Apoſtolicae)uox de in Barc.deſideratur.de benignitate Apoſtolica, concil.et Ant.Cont.

qui eccleſiam cum coemeterio ſibi conſtituere) qui eccleſiã ſibi cũ coemeterio conſtituere, concil. quod eccleſiam cum coemeterio ſimul conſtituere,Gull.quod eccleſiam cum coemeterio ſibi conſtruere,Raim.

ualẽt gaudere)ualeãt gaudere,Barc.et duo Tarr. et ueteres Greg.gaudere valeãt,concil.et Cont. et alij.gaudere,Gul.et uetus Tarr.altera voce omiſſa.

et interioſi) ſic etiam concil. et Raim. ne pro ut, Gull. apud quem vox nequaquam deſideratur.
quod enim pro pietate) quod namq. eis pro pietate, concil. quod enim pro pietate eis, Gul. quod enim eis pro pietate, Barc. et tres Tarr. plenius. ſic ſcribendum in Gregorianis, in quib. vox pro deſideratur.
noluimus) ſic etiã Gull. et Raim. noluimus, cõcil.
& de nutrimentis) ſic etiam uetus Greg. vox de non eſt in concil. neq. apud Cont. et alios.
Cap. 2. Idẽ Ebor. Archiepõ) Eboracen. vet. Tarr. et Raim.
quæ dicitur H.) N. duo Tarr. Nortona, uet. Gregor. Nortorna olim, H. Cont. et alij. Enimen. tertius Tarr.
non poſſunt) non poſſint, tres Tarr. et Raim.
eam difficultate) difficultate eam, Barcin. et unus Tarr. difficultate ipſam, Raim.
parochialis eccleſia) eccleſia parochialis, duo Tarr. dicta eccleſia, Cont.
conuenienter ualeat) ſic etiam vetus Greg. ualet, Cont. et alij.
ita ſi habet) habeat, vetus Greg. ſolus.
ſub ap. ob) vox ob. in Barcin. non eſt. ap. re. uetus Greg. ſublato appellationis obſtaculo, Cont. et alij.
eius uillæ) eiuſdem uillæ, unus Tarr. et Raim.
quod quidem) per quod, Barcin. quod ſi quidem, uetus Gregor. quod quidam, Cont. nõ recte. vt editum eſt, alij, quod præfero.
xx. acras) agras, uetus Tarr. agros, Barcin. acras, ideſt iugera, et eſt vulgare Anglorum. Alan. et iugerum habet octo ſtaria 36. tabularũ ad perticam pedis Luiprandi, quæ habet 12. pedes triũ ſemiſſium, et trium digitorum. Tancr. uide c. 5. qui filij ſunt legit. in hac collectione.
Cap. 3. Idem Exonen. Epõ) Exonien. Epõ, concil. apuius parte 29. c. 2. titulo de alienatione rerum eccleſiæ, et de earundem recuperatione. Lexõ. duo Tarr. Lexonien. Barcin. Idem Alex. Epõ, uetus Gregor. Lexouien. Cont. et alij.
In litteris. & infra) Hæc omittunt concil. et Raimun. et Cont. et Barcin. pars capituli, Ad aures ſupra de ſponſis, concil. ſcribo de ſponſalibus. eſt autem cap. 15. partis 6. et in hac collectione cap. 2. de eo, qui cognouit. Wigor. Epõ inſcriptum. Illic habebit lector integrã primam clauſulam. Si uero quærat quis integram clauſulã, cuius initium ſit In litteris, uidere poterit ſub tit. de officio iudicis delegati cap. 14. Brixienſi Epõ, et c. 6. de raptorib. Claremont. Epõ.
De iis autem, qui) ſane pro autem, Barcin. De his qui, concil. et Raim.

& inſtructionem) ſic etiam vetus Greg. et inſtitutionem, concil. et tres Tarr. et Cont. et alij.
quæ ſunt illius eccleſiæ) ipſius pro illius, tres Tarr. et Raim. quæ ipſius ſunt, concil. uoce eccleſiæ omiſſa.
ſuperſunt) ſic etiam concil. et vetus Gregor. ſuperſint, Cont. et alij non male.
mittentur) admittentur, Barcin. ſolus.
Cap. 4. ex cõcilio Mogoc.) Mogunt. c. 42. Burch. lib. 3. c. 30. Magontienſi c. 42. Iuo parte 3. c. 35. decreti. ex concilio Maguntin. vetus Greg. Magũtinen. Cont. et alij. Maguntiacum ſub Carolo appellatur in concilijs, et eſt c. 42.
reſtituenda) ſic etiam duo veteres Gregor. reſtauranda, concil. et Burch. et Iuo, et Cont. et alij.
& nonam, & decimam reddant) hæc omittunt Raim. et Cont. vox et poſterius omittitur in uno Tarr. nouenariam pro nonam, Barc. numiſma, Iuo, et in marg. nonam. et nouam decimã reddant, concil. quod editum eſt, in marg. in prioribus editionib. ſed in poſtrema hoc ſolũ editũ.

TIT. XXXVI. DE IMMVnitate eccleſiæ

nitate eccleſiæ) ſic etiam vetus Greg. eccleſiarũ, Cont. et alij.
cœmeterij, et rerum ad eam pertinentium) ſic etiam in ueteri Gregor. eas pro eam, Cont. et alij. omnia deſiderantur in ueteri Tarr.

CAP. 1. *ex ſynodo Ioannis Papæ*) ſic etiam Raimun. concilio pro ſynodo, unus Tarr.
hoſpitium uindicent) ſic etiam Raim. hoſpitium ſibi uindicent, unus Tarr.
in publicis rebus) locis malo, quam rebus, ut eſt in duobus Tarr. et in Gregor.
& ſecundum antiquam conſuetudinem hoſpitentur) et etiam hoſpitentur, Raim. et Cont. quod non æque placet.
Cap. 2. Gregorius Eps Agnello Epõ Terracin.) vox Eps nõ eſt in tribus Tarr. neque in veteri Raimun. libro, cetera, ut edita ſunt. Gregor. 9. Archiepõ Tricen. Cont. et alij. mendoſe. Traſo, in marg. Cõt. Gregorius Agnello Epõ, li. 7. epiſt. 20. Indict. 1. regiſtri B. Gregorij. et in marg. Terracinenſi.
Peruenit, etc. et infra) Peruenit, et infra, Raim. et Cont. Integra clauſula ex regiſtro hęc eſt. Peruenit ad nos quoſdã illic, quod dici nefas eſt, arbores colere, et multa alia contra Chriſtianã fidem illicita perpetrare. Cetera in regiſtro videãtur. Sed quæ ad hoc attinẽt caput, hęc ſunt. Quia uero comperimus multos ſe a murorum uigilijs excuſare: ſit fraternitas ueſtra ſollicita, ut nullam etc.

) *nullam*

nullum neque per noſtra)nullum per noſtrum,uetus Raim.liber.nullum per noſtrę, Cōt.et alij. nullum nec per ueſtræ,editus regiſtri liber.nullum neque per noſtræ,uetus lib.poſt uocē noſtræ additum eſt in veteri Tarr.neque per ueſtræ,ſed eadem verba poſtea expuncta ſunt.

uel eccleſiæ)uel per eccleſię,uet.Raim.lib.ſolus.

defendi a murorum vigilijs)vox murorum in regiſtro non eſt.excuſari pro defendi,Raim.

melius)ſic etiam Raim.auxiliante domino,additur in concilio.

prouocari)malo,procurari,ut in regiſt.et apud Raim.

Cap.3.Idem Vitali defenſori Sardiniæ) Sar.Raim. et Cont.Sardinium,in quodam ueteri libro nō rectè.Sardiniæ,in ueteri regiſtro lib.7.epiſt.65. Indict.2.ea vox in edito deſideratur.

Indicatum eſt,&c.& infra.)ſic etiā Raim.et Cōt. excepta voce etc.Integra clauſula in regiſtro hæc eſt.Indicatum eſt nobis,quod quidam Caralitanæ eccleſiæ clerici diſciplinā ſui refugientes Epi,contra eum ſolatium tuæ defenſionis exquirant;atq.per hoc illi, quod dici graue eſt contumaces exiſtant.quam rem,ſi ita eſt,omnino dure ſuſcepimus.etc.

Dictum eſt etiam nobis)Indicatum eſt etiam nobis,uetus Tarr.alijs omiſſis,quæ media ſunt. Dictum etiam eſt nobis,vetus regiſt.Dictū eſt nobis etiam,editus liber.Indicatū eſt nobis,vetus Raim.liber.Dictum eſt nobis,Cont.et alij.

ruſtici eiuſdē eccleſiæ)ruſtici eccleſiæ,Raim.ruſtici poſſeſſionis eiuſdē Caralitanæ eccleſiæ, reg.

rura propria)iura pro rura,in regiſtro,et in Barcin.mendoſe.iura eius,Raim.

culturā laboris exhibeant)adhibeāt,regiſt.aptius. culturam exhibeant,Raim.et Cont.

in qua re &c.)Ante hæc verba eſt in regiſt. Ex qua re agitur,ut poſſeſſiones eccleſiæ proprio in alios occupato cultore depereant,atq.ad tributa ſua perſoluenda idoneæ,nō exiſtant.Hęc etiam a Raim.et Contio ſunt omiſſa.et pro his quę ſequūtur,ediderunt.quod experientia tua fieri non permittat.ſed in regiſt.eſt.In qua re Experientiam tuam volumus omnino eſſe ſollicitam;nec tale quidquā fieri poſt hac, noſtra auctoritate data tibi,permittere debeas.ſcituros,quod ſi neglexeris,noſtros exinde de minori cōtra te ſollicitudine animos commoueri. Eſt in his uerbis nonnihil mendoſum. Poſtea de monaſterijs quibuſdā agitur;quę in regiſtris videantur.

Cap.4.ex concilio Lateranen.)cap.19,cōcil.c.20. Cont.c.5. Gull.Neubrigen.

Non minus pro peccato etc.)eorū,additur in concil.et in trib.Tarr.illorū,Cōt.qui alia a Raim. omiſſa addit.pro illorū peccato, Gull.et Barc.

quod faciunt)homines,addit unus Tarr.qui faciunt,cōcil.et Gul.et Cōt.et Barc.et duo Tarr. ſed in altero qui mox mutatum in quod eſt.

pro illorum)ſic etiam concil.et Cont.pro eorū, Gull.pro ſuorum,unus Tarr.

quod ſuſtinent)malo qui pro quod,ut in cōci.et apud Gul.et Cont.et in Barcin.et in uno Tarr. utraq.uox in altero deſideratur.

conſules ciuitatis,& rectores)ciuitatum pro ciuitatis,uetus Tarr.et Raim.rectores,et conſules ciuitatum,concil.

ita grauibus &c.)hæc omittunt Raim.et Cont. ſunt in concil.et ita pro ita,duo Tarr.et concil. ut editum eſt, Gull.

& crebris)ſic etiam Gul.crebriſq.concil.

non habebat)ſic etiam concil.et Raim.non habuit,Gul.

ille quidem)et ille quippe,uetus Gregor.ſolus.

ſeruitutibus ſubactis)ſic uetus Greg.ſeruituti ſubiectis,concil.ſeruituti ſubactis , Gul. et uetus Tarr.olim,et Cont.et alij.

de publicis)de publico,Barc. aptius, et concil.et Raim.et tres Tarr.in quorum uno ex publico publicis factum.

eas affligūt)ſic cōc.et Greg.9.ipſas pro eas,Gul.

Princeps prouinciarū facta eſt ſub tributo)Hierem. thren.c.1. ἄρχουσα ἐν χώραις ἐγενήθη εἰς φόρον. LXX.

foſſata)Modeſtin.cap.3.de re militari,qui a foſſato recedit,capite puniendus eſt.

& clericorum,& pauperum)ſic Raim.vox et poſterior non eſt in uno Tarr.neq.apud Gull.nō male.clericorum,et pauperum, concil. omiſſo et priori.

cuncta uolunt fere compleri)compilari,concil. uolunt fere cuncta compleri,Raim.cuncta volūt compleri,Gulli.uoce fere omiſſa.

iuriſdictiones etiam)iuris etiam dictiones,unus Tarr.iuriſdictionem etiam , concil.et Gull.et Raim.

Epōrum et aliorū)hæc omittunt Raim.et Cont.

ſuper quo dolendum &c.)hæc etiā omittūt Raim. et Cont.eſt,additur in concil.et in uno Tarr. poſt uocem dolendum.

dolendi etiā eſt nihilominus pro ipſis)vox eſt in cōcil.deſideratur,uox nihilominus in uno Tarr. dolēdū nihilominus pro ipſis,Gul.et pro ipſis concil.

qui et)vox et nō eſt in concil.neq.in uno Tarr.

et clerus)ſic etiā concil.et Raim.vel pro et,Gul.

uel utilitatem)et pro vel,Gulli.ſolus.

inſpexerint)aſpexerint,concil.et Gul.inſpexerit,duo Tarr. et vetus Gregor.aſpexerint, Cōt. et alij.

abſq. ulla occaſione) coactione, uetus Gregor. apertius. exactione, Cont. et alij. abſq. coactione, concil. et Gulli. abſq. ulla coactione, uel excõmunicatione, unus Tarr.

utilitates, uel) hæc omittunt concil. et Gulli. habet Raim.

iſta commiſerint) ſic etiam Gul. et Raim. id præſumpſerint, concil.

noluerint) uoluerint, mendoſe in concil. prioris editionis.

nec communioni) ſic etiam Raim. fidelium, addit Gulli. nec communicationi fidelium, concil.

donec ſatisfactionem fecerint competentem) niſi pro donec, concil. et Gulli. qui addit in fine, pœnitẽtes. donec ſatisfecerint competenter, uetus Gregor. ut editum eſt, Cont. et alij.

TIT. XXXVII. NE CLE-

rici, uel monachi ſæcularibus negotijs ſe immiſceant) ſic etiam Raim. et Cont. miſceant pro immiſceãt, unus Tarr. et leges, nec phyſicam audiãt, addit alter Tarr.

CAP. 1. *ex concilio Magocen.)* Magot. duo Tarr. Maguntino, Raim. et Cont. ex concilio Moguntino cap. 22. Burch. lib. 8. c. 90. Magontienſi c. 22. Iuo parte 7. c. 108. et in marg. Magont. 1. c. 14. quod ex concil. confirmatur. exſtat etiam in altero Magunt. ſub Rabano c. 13.

Multa ſunt &c.) ſic etiam Raim. et Cont. Ante hæc uerba eſt in concil. d. c. 14. Miniſtri autem altaris domini, uel monachi, nobis placuit, ut a negotijs ſæcularibus omnino abſtineant. Multa ſunt ergo etc. ſic etiam Burch. ſic Iuo. At d. cap. 13. ſub Rabano hæc uerba ſunt. Prouidendum neceſſario eſt unicuiq. Epõ, qualiter canonici uiuere debeant, nec non et monachi; ut ſecundum ordinem regularem uiuere ſtudeant; ut ait Apoſtolus. Vnuſquiſq. in qua uocatione uocatus eſt, in ea permaneat. et ut a negotijs ſæcularibus omnino abſtineãt. Multa ſunt enim etc. Pauli uerba uidenda epiſt. 1. ad Corinthios cap. 7. et epiſt. ad Epheſios c. 4.

de his tamen pauca perſtringamus) de huiuſmodi tamẽ perſtringamus pauca, unus Tarr. perſtrinximus, concil. utrubiq. cetera, ut edita ſunt. de quibus pauca præſtringamus, uetus Greg. perſtringamus, alter uetus, et Cont. et alij. ut editũ eſt, Burch. et Iuo.

ad quæ pertinet omnis carnalis concupiſcentia) ſic etiam Raim. et Cont. ad quæ pertinet omnis libido, non ſolũ in immunditia carnis, ſed etiam in omni concupiſcentia carnali, concil. d. c. 14. plenius. immunditia pro in immunditia, d. c. 13. IN omittit Burch. utrubiq. et ſcribit, omnis carnalis concupiſcentia, cetera, ut concil. Iuo, et Burch.

quidquid enim plus iuſto appetit) vox enim nõ eſt in concil. neq. in Gregor. neq. olim fuerat in ueteri Tarr. in fine in his omnibus additur vox homo, et in duob. alijs Tarr. et apud Burch. et Iuon. qui etiam carent voce illa enim. homo, hoc, additur in ueteri Tarr. ſed vox hoc poſtea expuncta eſt.

uel lites, uel rixas) ſic etiam Raim. et lites, uel rixas, concil. et vet. Tarr. et lites, et rixas, Burch. lites, et rixas; Iuo.

in placitis) in plateis, uetus Gregor. ſolus. placitum pro iudicio dicebant illis temporib. ut in legibus Longobardor. tit. de his, qui ad placitũ uenire coguntur.

conductores, aut procuratores eſſe ſæcularium rerũ) ſic etiam concil. Burch. Iuo, et duo ueteres Gregor. conductores ſæcularium rerum, aut procuratores eſſe, Cont. et alij.

turpis uerbi, uel facti ioculatorem) eſſe, additur in cõcil. et in uet. Tarr. et in Barc. et apud Burch. iaculatorem eſſe, Iuo, et in marg. ioculatorem eſſe. At in Gregor. eſſe ioculatorem, et in duob. Tarr. vox uel in uno Tarr. olim deſiderabatur.

iocum ſæculare) ſic etiam in concil. d. c. 14. ſæcularem, d. c. 13. Burch. Iuo, Raim. Barc. et tres Tarr. locum pro iocum, unus Tarr. iocum interpretor ludũ, ut differat a iocoſis uerbis.

ornamentum inconueniens propoſito ſuo) ornamentũ conueniens pro poſſe ſuo, Barcin. ſolus, non recte, conueniens quoq. olim fuerat in uno Tarr. ſed omnia errata librariorum perſequi non debemus.

uel menſuras) iniuſtas, addit ſolus vetus Tarr.

eſt contradicendum) eſt interdicendum, d. c. 13. non male.

negotiaſſe) ſic etiam concil. d. c. 14. Burch. et Iuo. negotiatos eſſe, d. c. 13. Raim. negotia geſiſſe, malo. negotiamini, dum uenio, dicitur Lucæ c. 19. πραγματεύσασθε ἕως ἔρχομαι.

prauidere) ſic etiam concil. Burch. et Iuo. prouideri, Raim.

negotia monaſterij tranſeant) negotium monaſterij tranſeat, concil. Burch. et Iuo. negotia monaſterij procurarentur, uetus Gregor. procurentur, alter, et Cont. et alij.

& omnibus quibuslibet cauſis) in pro et, concil. d. c. 14. et in omnib. Burch. et Iuo. et omnib. Raimun. in comeſſationibus, et uinolentijs nimijs incumbere, ſuperfluitatem in quibuslibet reb. nolle fugere, concil. d. c. 13.

ſuperfluum eſſe) ſic etiam concil. d. c. 14. Burch. et Iuo. ſuperfluus intereſſe, Barc. et Raim. apertius.

ecce

ecce talia &c.)ecce qualia etc. uetus Gregor. ſolus. quę omnia,etc.d.c.13.concil.

altaris domini,nec non) altaris domini noſtri, idẽ vetus Greg.tantum.altaris interdicimus, cõcil. d.c.13.

omnino)hæc vox in duob.Tarr.deſiderabatur, in altero addita eſt. omittitur d.c.13.

de quibus,&c.)hortantes eos ſeruare illud Apoſtolicum,concil.d.c.13.

nemo militans Deo implicat ſe ſecularib.negotijs) ſic etiam vetus Gregor. negotijs ſęcularib. concil. et Burch.et Iuo,et Cont. et alij . implicet pro implicat,alter vet. Greg.vox Deo in quibuſd. Græcis libris non eſt apud Paulum epiſt. 2. ad Timotheum cap.2. *οὐδεὶς στρατευόμενος ἐμπλέκεται ταῖς τοῦ βίου πραγματείαις.* Nemo, inquit,militans implicatur uitę negotijs.Superiora tamen verba de milite Chriſti ſunt. *σὺ οὖν κακοπάθησον, ὡς καλὸς στρατιώτης Ἰησοῦ Χριστοῦ.* De quib.uerbis dictum eſt cap.2.de renuntiatione. et ciuili iure Romanorum prohibita erat militibus negotiatio,uſq.eo,ut ne agrum quidem cõparare militi liceret in ea prouincia, in qua militaret,ne a cura ſua auocaretur, ut Macer ait cap.13.de re militari.

Poſt hæc verba ſunt alia in concil.d.c. 13.a pijs lectoribus omnino legenda , et conſideranda.

Cap.2.Alexander iij *in concilio Turonenſi*) ſic etiã Raim.et Cont.et concil. parte 27.c.2.titulo ne clericus,vel monachus ſęcularib.ſe negotijs immiſceat: et de regula religioſorũ. Addo cap.8. ex quodam libro Pontificali nondum edito, et ex hiſtoria Anglica Gulliel.Neubrigen.

Non magnopere &c.) Recte Cõt.addit a Raim. omiſſa,quæ ſunt etiã in concil.et in ſupra ſcriptis libris.

ſed manũ mittit ad deſiderabiliora) deſiderabilia, Pontif.et Barcin.et duo Tarr.et Cont. Hic manum mittit ad deſiderabilia, concil.iniecit pro voce mittit, olim in Pontif.

et electos quoque) quoſque,unus Tarr.et Pont. et Contius . electos quoq. in concil . omiſſa voce et.

dicente ſcriptura, Eſca eius electi) ſic etiam Cont. electæ pro electi,Pontif. Eſca eius electi , cõcil. et in marg.Iob cap.39.iuxta Lxx.ſed Abacuc cap.1.in Complut.ſunt illa uerba, Eſcę eius electę. Iob uerba parum apta mihi vidẽtur eſſe d. c.39. *καὶ τὰ βρώματα αὐτοῦ ἐκλεκτά.* Lxx. d. c, 1. Abacuc.et cibus eius electus . Hieron.

caſum operari ſe)caſum ſe operari,concil. caſum ſe,Contius omiſſa voce operari . cauſis operari ſe,Pont.non recte.caſum ſiue caſus, Gull.

pretioſus)hæc vox deſideratur in concil.

detractum)ſic Pontif.et Cont.ſubtractũ , cõcil.

in angelum lucis &c.) Paul . epiſt. 2. ad Corinthios cap.11.

lugentium fratrum) languentium fratrum,cõcil. et Raim.et Pont.et tres Tarr . ſed in uno eorũ mutata eſt ea vox in lugentium,quę mihi non æque placet.

conſulendi)ſic etiam concil.et Raim .coſulendũ, duo Tarr. in quorum altero conſulendi olim fuerat.conſiderandi,Pontif. quod nondũ probaui.

pertractãdi) ſic omnes pręter vet.Tarr. in quo ex pertractandi pertractandum , ſcriptum eſt.

et regulares)vox et ab alijs recte omittitur.

phyſicales)ſic etiam Raim.phyſicas,cõcil.et Põt. et Barcin.minus inepte.

ſub occaſione)ſic etiam concil. et Pont. vox ſub omittitur a Raim.et Contio. ſub hac occaſione,Gul.

et in interioribus &c.) hæc omittunt Raim. et Cont.ſunt in concil.et apud Gull.vox in omittitur in Pontif. et in uno Tarr. et in altero aliquando deſiderabatur.

ex eo ipſo)ipſi,Gull.pro ipſo.

per præſentis concilij aſſenſum)de præſentis concilij aſſenſu,concil. et Pont.hęc etiã nulla ſunt in Gregorianis.

ut nulli)ſic etiam uetus Gregor.et Cont.et editi.ut nullus,concil. et Pont.et alter vetus Gregor.et unus Tarr.et Barcin.

poſt factam)ſic etiam concil.Pont. et duo veteres Gregor.et poſt factam,Contius, et alij,non male.

permittatur exire)ſic etiam concil.et Pont.permittantur exire,tres Tarr.et Raim.

Si uero exierint)ſic etiam Raim.exierit, concil.et Pontif.ſic poſtea eadem varietas eſt in alijs verborum numeris.

et ad clauſtrum)monaſterium,duo Tarrac. tantum.

uoluerint,audiantur)ſic etiam Raim.voluerit,audiatur,concil. et Gul. temptauerit , audiatur, Pontif.

ultimi fratrum exiſtant)ſic etiam Raim.ultimus fratrum exiſtat,concil.ultimus fratrum ſemper exiſtat,Pontif.plenius.

niſi forte ex miſericordia)niſi ex miſericordia forſan,Pont. forte Gul. ut editum eſt, concil. et Raim.

In fine adduntur in concil.tantum hęc. Epi uero,Abbates,Priores tantæ enormitati conſentientes,et non corrigentes ſpolientur proprijs honoribus,et ab eccleſiæ liminibus arceantur. Hęc Raim. dura uiſa ſunt , et ideo ab eo ſunt reiecta.

Cap.3. Ex concilio Lateranen.) Idem in concilio Lateran. Raim. Adde cap. 12. ex concilijs.

Pars c. Clericum) Clerici, Cont. et vetus Tarrac. Clerici in ſubd. Barcin. plenius. Integra clauſula quęrenda eſt ſub titulo de poſtulādo. ſubdia conatu pro ſubd. ſcribendum.

Sed nec procuratores) ne pro nec, Barcin. Sed nec procurationes, concil. et Raim. et tres Tarr. in quorum uno procuratores olim fuerat. et in duob. veterib. Gregor. dubium eſt, procuratores, an procurationes, ſcriptum ſit. ego concil. ſcripturam probo.

et ſecularib.) ſic etiam Raim. uel pro et, concil. neutrum in altero veteri Gregor.

ut iuſtitiarij eorum fiant) ſic etiam concil. ut iuſtitiarius eorum fiat, Raim.

exercere præſumat) aſſumere præſumat, concil. poſterioris editionis. exercere præſumant, vetus Tarr. olim. ut editũ eſt, Raim. exiſtere præſumat, prior concil. editio.

aduerſus hoc uenire temptauerit) ſic etiam concil. et duo veteres Greg. hæc pro hoc, Cont. et alij. aduerſus hoc tēptare præſumpſerit, unus Tarr.

quia contra doctrinam Apoſtoli) ſic etiam Raim. diſciplinam pro doctrinam, duo Tarr. quoniā contra doctrinam Apoſtoli eſt, concil. plenius.

Nemo militans Deo &c.) de his verbis dictum eſt cap. 1.

implicat ſe ſecularib negotijs) negotijs ſæcularib. concil. implicet pro implicat, Raim. cetera, ut edidimus.

ſeculariter agit) ſic uetus Gregor. alter, et Cont. et alij editi. et ſæculariter agit, concil. ideſt ſęculariter agit, unus Tarr. quamuis vox ideſt olim non eſſet. ſæculariter agens, alter uetus Tarr. ſęcularibus agens, alter Gregor. vetus, non recte.

ut potentibus) ſæculi, additur in concil. ut poteſtatib. Raim.

ſe immergit) ſe iniungit, vetus Gregor. ſolus.

decernimus) decreuimus, concil. et duo veteres Gregor. deternimus, Cont. et alij.

auſus fuerit) ſic etiam Raim. audeat, concil.

Cap. 4 per A. ſ. m.) per Apoſtolica ſcripta mandamus, unus Tarr. præcepta. concil. et in marg. pręſcripta, non recte. omittuntur autē alia quædam in concil.

uel eccleſias recipere) et eccleſias, cōcil. omiſſo verbo recipere, non ſine mendo.

vel detinere) vel receptas detinere, concil.

a ſua præſumptione) a præſumptione ſua, concil. ab hac præſumptione, Barcin.

Omiſſum uidetur hoc caput a Raim. propter caput proximum.

Cap. 5. Idem Lunden. Epo) Lunden. concil. d. parte 27. c. 3. prior. edit. Londonen. poſterior. et Cont. et alij. Londonien. malo.

uel a laicis) ſic etiam in cōcil. A in vet. Tarr. nō eſt. vel laicis ſuo nomine, Raim.

neque laici eccleſias ad firmas teneant) ſic etiam duo veteres Gregor. firmam pro firmas, Cont. et alij. vel laici ad firmā eccleſias teneant, cōcil.

Cap. 6. Idem Cant. Archiepo) Cantuarienſi pro Cant. concil. d. parte 27. c. 4. et Raim. et Cont. plenius. Sed mihi concilij alicuius verba uidentur, ut aperte ſunt ex concilio Agathenſi ea, de quib. mox agemus. In uno quoq. ueteri Gregor. eſt tantum vox Idem, quæ referri poteſt ad concil. Lateran. proximum.

Clericis, qui in ſacris ordinib. conſtituti ſunt) ſunt cōſtituti, concil. Clericis, et infra. Raim. et Cont. ſub tit. de uita, et hon. cler. Clericis in ſacris ordinib. conſtitutis, ſub hoc titulo.

ex Toletano concilio) ſic etiam unus ex veterib. Gregor. ex concilio Toletano, alter vetus Gregor. et Cont. et alij. et duo Tarr. deſiderantur hęc in tertio Tarr. et in concil. ſed in marg. ſcripta ſunt. Addi autem poteſt, Toletano XI. cap. VI. ex cōcil. cujus verba refert Burch. lib. 1. cap. 202. ut ex concilio Mogunti. c. 6. et Iuo parte 5. c. 315. decreti, ex Tolet. concilio c. 6. et Raban. in lib. de pœnit. cap. 30. et Grat. 23. q. 8. c. 30. ex concil. Tolet. XI. In eo capite pro uerbis ſupra relatis hæc ſunt. His, a quib. domini ſacramēta tractanda ſunt, ſic in concil. et apud Raban. et Grat. tractantur, habent Burch. et Iuo.

iudicium ſanguinis agitare non licet) hæc ſunt Toletani concilij verba, teſtib. concil. Rab. Burch. Iuone, Grat. et Raim. et d. partis 27. collectore.

Vnde prohibemus) hæc aliter in cōcil. Tolet. ſunt.

ne aut per ſe truncationes membrorum faciant) uox membrorum non eſt in Barcin. eſt in concil. d. c. 4. et in Gregor. aut truncationes quibuslibet perſonis, aut per ſe inferant, Tolet. d. c. 6. et Burch. et Iuo. quaslibet pro quibuslibet, Raban. aut per ſe inferant mēbrorum truncationes quibuslibet perſonis, Grat. editus. aut membrorum truncationes quibuslibet perſonis per ſe inferant, vetus Grat. liber.

aut iudicēt inferēdas) ſic etiā d. c. 4. et apud Raim. aut inferendas præcipiant, Tolet. et Burch. et et Iuo, et Grat. aut alijs iudicent inferendas, vet. Tarr. ſed vox alijs olim deſiderabatur. aut inferenda præcipiant, Raban.

Quod ſi quis tale quid fecerit) alijs verbis in Tolet. concil. vox quid non eſt in uno vet. Greg. eſt in altero veteri, et in concil. d. c. 4.

honore priuetur, et loco) ſic etiam d. c. 4. et in Gregor. et cōceſſi ordinis honore priuetur, et loco, Tolet. et Burch. et Iuo. vox et apud Grat. deſideratur. priuatus pro priuetur, eſt in Suriana tā

tum

tum edit.conſilior.et apud Rab.

Iubemus etiam &c.)hæc non ſunt ex Tolet.concilio,in quo aliæ poenę enumerabantur,ut etiã Rab. Burch.Iuo,et Grat.referunt,ut editũ eſt, cõcil.d.c.4.Inhibemus etiam etc. uetus Greg. Iubemus,alter vetus,et Cont.et alij.

Clerici,qui comam &c.)hæc verba ſunt Agathenſis concilij cap.20.quod antiquius multo eſt, quam illud Toletanum.refert hęc etiam verba ex eod.Agathenſi concilio,Grat.diſt.23.c.22. Clerici etiam,qui comam, eſt in concil. d. c. 4. Raim. etiã voce caret ſub tit.de vita,et honeſtate cleric. totam clauſulã omiſit ſub hoc titulo.

nutriant)ſic etiam concilia. d.c.20. et d.c. 4. et Grat.et vetus Gregor.et barbam, addit Cont. et alij editi.vide cap.4.tit.1.lib.3.huius collect.

etiam inuiti ab Archidiaconis ſuis tondeantur) ſic in concil.d.c.4.a ſuis Archidiaconis, Raim. ab Archidiacono,etiam ſi noluerint,inuiti detondeantur.concil.d.c.20.et Grat.

Veſtimentis autem &c.)hæc omittunt Raim. et Cont.ſunt in concil.d.c.4. Veſtimenta, uel calciamenta etiam eis,niſi quæ religionem deceãt, uti,aut habere non liceat. Agath. alias et pro uel,in marg.concil. Veſtimenta etiã, vel calciamenta eis etc.Grat.

quæ honeſtatem)ſic etiam in concil. d.c.4. quæ ad honeſtatem,Barcin.quod nõdum probaui.

Si quis contra &c.)Siquis autem cõtra,concil. d. c.4. et Raim. et duo Tarr.ſed a Raim.ſolo hæc cõiunguntur illi clauſulę,Iubemus etiam etc.

Cap.7.Idem London.Epõ)Lunden.Epõ,concil. d.par.27.c.7.edit.prioris.Idem eidem,Raim.et Cont.hoc eſt London.ut ſupra cap.5.London. Epõ,cõcil.poſter.editionis. Idem in eodem, vetus Gregor.non recte.

auribus noſtris)ſic etiã concil.nobis,vetus Greg. omnia omittũt alter vetus Greg. et Cõt.et alij.

monachi N.)monachi de N. Barcin.et unus Tarr.et uetus Gregor. de H.alter vetus Greg. et Cont.et alij.de Neſtun.concil.plenius,de E. alter Tarr.

exemplo corrumpant) ſcribe corrũpunt, ut eſt in quattuor Tarr. et in cõcil.et in uno ueteri Gregor. exemplo eorũ corrumpunt, Barc.et alter vetus Greg.ſuo pro eorum,Cont.et alij.

Inde eſt etc.)ſic etiã in concil.ſeuerius hęc a Gregor.9.ſcripta ſunt.Ideoq. mand. quatenus, eos etc.

ut ſi tibi)et pro ut,unus Tarr. aut, concil. vel, Raim.

auſu temerario)temerarie,Barcin.ſolus.

eis eiectis fratres Ciſtren.ordinis) abiectis pro eiectis,cõcil.poſter.edit.mutauit hæc Raim.eis eiectis, inquit,fratres alterius ordinis, ſi nõ poteſt prędictũ monaſteriũ in ſuo ordine reformari.

et illis tam de) tandem,ſcribendum,ut eſt in Barcin.et in trib.Tarrac. et in Gregor.et illi inde, concil.

rubore confuſi)ſic Raim.rubore ſuffuſi,concil.nõ male.

Cap.8. Eugenius Papa Lucell. Archiepõ)Lucellis, tres Tarr.Iocell.Barcin.Luc. Epõ, vetus Gregor.Vic.pro Luc.alter.Lucæ, Cont.et alij.Eugenius Papa primus Saren. Epõ, concil. parte. 26.c.15.titulo de depoſitione clericor. etc.Addi autem poteſt ex eadem collectione, pars cap. Presbyterum,cuius duo.Integra clauſula conſtat cap.2.de clerico ægrotante, cuius etiam in ſcriptio eſt in hac collect. Eugenius Papa Iocell.Archiepõ.Eiuſdem reſcripti pars eſt cap.2. de apoſtatis,in hac collect.

Sacerdotib.autem,et clericis tuis)ſic etiam concil. aut pro et,Barcin. Sacerdotibus tuis,et clericis, vetus Gregor.Sacerdotib. et clericis tuis, alter vetus Gregor.et Cont.et alij.

fieri præſumpſerit)fieri prę ſumpſerint, Barcin. et quattuor Tarr.facere pręſumpſerint,Raim. pręſumpſerint,concil.altero verbo omiſſo.

propter pecuniariam cauſam a laicis capiantur)propriam cõcil.pro pecuniariam.propter pecuniariam cauſam deprehendantur in fraude, Raimund.

ſcandalum generari)ſic etiam in concil. præiudicium generari,vetus Gregor.ut editum eſt, alter vetus,et Cont.et alij.

LIBER QVARTVS.

TIT.I.DE SPONSALIBVS,

bus,et matrimonio) ſic etiam vetus Gregor. et matrimonijs,Barcin.et Contius,et alij. De ſpõſalib.unus Tarr.alijs omiſſis.

CAP.1. Alexander iij.)I.PP.Electo, duo Tarr.addunt non recte.I. Papien. Electo, ſcribendum cenſeo. Præl. eccleſiæ, vetus Gregor. non ſine mendo.Papien.Epõ, Contius, et alij.L.Papien.electo,c.4.qui matrim. accus. pos.in hac collectione.

Cum Hugo Alberitius) Albericus, Barcin. cum Hug.Albericus,tres Tarr.cũ H.Raim.et Cont.

cuidã filio Lantacon.) Lantaconon.vetus Tarr. olim,mox Lanconon.cuidam filiorum L.Raimund.

dare vellet uxorem)in vxorem,vetus Tarr. in

tamen

tamen olim illic non fuerat. ut editum eſt, vetus Gregorian. vellet dare uxorem, Contius, et alij.

cui deſponſabatur) hęc omittunt Raim. et Cont. ut alia nonnulla, in quibus et illa ſunt, ad eccleſiam accedentes.

præfatus Hugo) H. Raim. Hug. tres Tarr.

eandem fœminam dare alteri filio nititur) eandem dare nititur alteri filio, vetus Gregor. eandem dari alteri filio nititur, Cont. et alij.

ſcriptum eſt: quod ſponſam fratris frater habere non poteſt) de uxore fratris dicitur Leuitici cap. 20. Qui duxerit uxorem fratris ſui, rē facit illicitā. καὶ ἀνὴρ ὃς ἂν λάβῃ γυναῖκα τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, ἀκαθαρσία ἐστίν. LXX. Excipitur alibi, ſi frater ſine liberis moriatur. ſed de fratris ſponſa nihil diſerte inuenio præter ea, quę Grat. adfert 27. q. 2. c. 10. 11. 13. et 14. quorum etiam capitum fontes nondum inueni. huc reſpexiſſe Alex. exiſtimo.

d. t. per A. ſ. pr.) hęc omittunt Raim. et Contius. pro d. duo Tarr. pr. in uno Tarr. deſideratur.

quod canonicæ rationi obuiat) hæc etiam omiſſit Raim. et Cont. ex quib. appa[ret] non fuiſſe illud legi diuinæ contrarium, ſed canonicæ rationi: quæ non erant omittenda, Britanniæ Regis cauſſa.

diligenter admoneas, et) monitione pręmiſſa, Raimund.

contra. &c.) vox etc. non eſt in quattuor Tarr. contra. in veteri Tarr. deſideratur, in trib. alijs, et in Barcin. eſt, non eſt in Greg. ſuſpicor ſignificari contradictores per cēſuras eccleſiaſticas cōpeſcendo.

Cap. 2. Idem Wintoni Ep̄o) Vuintonienſi Ep̄o concil.

niſi cohæſerint copula maritali) carnali, vetus Tarr. aptius. niſi carnali copula cohæſerint, concil. varietates huius in ſcholijs veterum interpretū mētio fit. Qui adhæret meretrici, unum corpus efficitur. Paulus epiſt. 1. ad Corinthios cap. 6. uide cap. 1. de deſponſat. impuberum.

Idcirco) ſic etiam in concil. et idcirco, vetus Tarr.

libere dimittitur) obſtat tamen publicę honeſtatis impedimentum. quamobrem Raim. hæc omiſit.

Cap. 3. Idem Wigor. Ep̄o) Vuigoren. Ep̄o, in concil. parte 6. c. 2. titulo de ſponſalibus, et matrimonio contrahendo, uel iam contracto. Wigornienſi ſcribo.

quid tibi) uox tibi in vet. Tarr. olim deſiderabatur: eſt in concilijs.

de Willelmo) de Vilielmo, vetus Tarr. de Vuilhelmo, concil.

utique) utique, concil.

quibus) hęc vox in concil. non eſt.

fidem dederit) dedit, concil.

a muliere ſecunda) ſua, unus Tarr. ea, concil.

pœnitentia) pœna, vetus Tarr. ſolus.

inducenda) iniungenda. duo Tarr. indicenda, Barcin. et concil. et unus Tarr.

Hoc etiā caput omiſſum eſt a Greg. 9. propter dubitationē interpretū, num fides data fuerit uerbis præſentis temporis, an futuri. ſed facile fuit addere futuri mentionem.

Cap. 4. Idem Panormitano Archiep̄o) ſic Raim. et ita ſcribendū in cōcil. d. parte 6. c. 12. ubi Pan. eſt in utraq. editione, et in priori Parno. in marg. ſed Piſano inuenio in ueteri Greg. ſcriptū ſub hoc titulo, et ſub tit. de condic. appo. neutrum, ſed Alex. iij. tantum.

De illis autem &c.) ſic etiam in concil. et in Gregor. ſub hoc titulo, ſed tit. de cond. appos. De illis autem, et infra. quod a Contio prætermitti non debuit, ut lectores ſcirent, integra clauſula quę eſſet. Vox autem ſignificat partē eſſe hanc, non initium capitis. Qui integram epiſt. inueniet, dicere poterit, quod fuerit eius initium. vox autem eſt in veterib. Gregor. utrubique, non eſt in editis c. 3. de condic. ap.

terram et ſe ad partes alias transferentes) alienas pro alias, concil. terras, ſe ad partes alias transferentes, vetus Gregor. terram, Cont. et alij.

mulieribus ipſis) mulierib. et ipſis, vetus Greg. ſolus. et, in concil. non eſt. neq. in editis Gregor.

in facto) in factum, unus Tarr.

ad alia ſe vota transferre) ſic Raim. vox ſe olim in vet. Tarr. non erat. ad alia uota tranſire, concil.

recepta tamen) ſic in concil. et in vet. Gregor. vox tamen omittitur a Contio, et alijs.

ſi per eas non ſteteris &c.) ſic in concil. non ſtetit, unus Tarr. ſi per eas ſteterit, quo minus matrimonium fuerit conſummatū, vetus Gregor. ſtetit, Cont. et alij. Alano, et Tancredo placebat ſine negatione ſcriptura, quā ſecutus Raim. eſt. Ricardo, ſiue Rogerio cum negatione.

conſummaretur) conſummetur, concil.

præſtiteris) ſic in concil. et in duob. veterib. Gregor. præſtitit, Cont. et alij.

in uxorem accipiam) ſic etiam Raim. accipio in uxorem, concil. quod uix defendi poteſt.

quod iuramento) uox iuramento non eſt in Gregor. eſt in concilijs.

niſi conſenſus de præſenti &c.) horum verborū mētio fit ab Vrbano 3. cap. 4. de cōdic. appoſitis in hac collectione, argumento a cōtrario ſenſu

ſumpto

ſumpto, ut Alanus illic notat.

Cap. 5. Idem Ebrardo Paduano Epō) ſic etiã in cõcil. d. parte. 6. c. 18. Eborardo, unus Tarr. Ebordardo, alter. Idẽ Paduano Epō, Raim. et Cont. Eberardi Paduani mẽtio fit cap. 22. d. partis 6.

*pars c. **) Sollicitudini, addunt Barcin. et tres Tarr. P. c. Sollicit. Contius. Integra clauſula exſtat in concil. et c. 4. de ſponſa duorum, in hac collect. ubi eadem inſcriptio eſt.

De muliere, quæ eſt &c.) ſic etiam concil. d. parte 6. c. 19. et Raim. et Cont. ſub hoc titulo de ſponſalib. De muliere, et infra. ſub tit. de matrim. cõtra interd. In Barcin. additur uox uero poſt vocem muliere.

et detentus) hęc non ſunt in Barcin. neq. in veteri Gregor. ſunt in concil. et in editis Gregor.

et utrum poſtea) ſic etiam in concil. et in vet. Gregor. vox et deſideratur in editis, et apud Contium.

certum nobis) quia certum nobis, concil. et vetus Gregor. Cum certum nobis, Barcin. ut editum eſt, Cont. et alij.

nil poſtea) nihil poſtea, Raim. nil, cõcil. altera voce omiſſa.

exquiſitioni tuæ nihil &c.) ſic in duob. Tarr. olim, mox inquiſitioni etc. inquiſitioni eſt etiam in Barcin. inquiſitioni tuæ nihil, concil. nil inde tibi poſſumus reſpondere, vetus Gregor. nihil certum inde etc. Cont. et alij. Ante vocem inquiſitioni eſt in Barcin. et imo, mendoſe, ſed ſuſpicor, et ideo, ſcribendum, ſic enim ſcribi ſolet iō.

ſi ſe receperint) ſic etiam in concil. ſe receperunt, vetus Gregor. ſe receperint, alter vetus, et Cõt. et alij.

donec tamdiu) ſic etiam concil. et Raim. et tam diu, Barcin.

de iure poſſit, et debeat ſtare) ſic etiam in cõcil. poſſit, et debeat iure ſtare, Raim. quod non æque placet.

Cap. 6. Idem Cant. Archiepō) ſic etiam in concil. d. parte 6. c. 20. et parte 41. c. 3. et parte 10. c. 3. Idem, vetus Gregor. alijs omiſſis. Idem Cantuarien. Archiepō. Cont. et alij. Hoc eſt cap. 7. in Barcin. caput vero ſextum eſt, quod nobis eſt cap. 13. in cõcil. poſter. editionis d. c. 3. par. 41. eſt Cantuarienſi.

Ex litteris, quas &c.) Recte Cont. addit a Raim. prius omiſſa, quæ ſunt etiam in concil.

et Mariæ filiæ Gileberti de ſancto Leodegario) ſic etiam in cõcil. d. c. 20. G. de S. Leodegario, c. 28. d. par. 6. ubi etiam Maria eius filia dicitur. G. de S. Leodeg. M. filiam ſuã etc. c. 3. de matrim. cõtra interd. in hac collectione. Gilberti de ſancto Ledeg. uetus Tarr. M. pro Mariæ, Cont. cetera, ut edita ſunt.

tranſmiſiſti ſollicitudo) ſic etiam in concil. tua, additur in vet. Tarr. tranſmiſſa tua ſollicitudo, Barcin. non recte. tranſmiſiſti, tua ſollicitudo, Cont.

quam in ipſius) quod pro quam, Cont. nõ recte. quam, concil. recte. qui ipſius, vetus Tarr. quod reicio.

plenarie indagare) ſic in cõcil. plenius indagare, vetus Tarr. plenarie cognoſcere, Cont.

pars mulieris) ſic etiam cõcil. parum diſerte. pars altera mulieris, Contius; plenius, ſed non aptius.

fratrib. noſtris) ſic etiam in concil. ſi. n. Cont. mendoſe.

Winton. Herforden. et Baton.) Wint. Herford. et Baton. Contius. Vuinton. Herefordẽ. et Bathonien. concil. Witon. et Herford. duo Tarr. Hereforden. tertius Tarr. Bartho. pro Baton. vetus Tarr. Bacon. alter. Ipſæ litteræ, quarum hic mẽtio fit, exſtant. d. c. 3. de matrim. contra interd. cuius inſcriptio eſt: Idem Winton. Bathō. Herforden. Epis. et in concil. d. c. 28. Idem Vuin. Bat. et Hereford. Epis. Qui eas litteras cum his coniunget, plenius de toto negotio cognoſcet.

per A. ſ. m.) ſic etiam Cont. pr. m. duo Tarr. per A. ſ. pręſentib. mandamus, concil. pręcipiendo, malo; quam præſentib. pr. explanare.

partes adire) ſic etiam Cont. partes aditæ, cõcil. prioris editionis, non ſine mẽdo. ut editum eſt, concil. poſter. edit.

cont. et ap. ces.) contra. pro cõt. tres Tarr. re. pro ces. vetus Tarr. contradictione, et appellatione ceſſante, concil. re. pro ceſſante, Cont.

De hoc autem &c.) ſic etiam in concil. De hoc, quod conſuluiſti, vetus Gregor. De hoc autem, quod conſuluiſti, Cont. et alij.

conſuluiſti) ſic etiam Raim. cõſuluiſtis, duo Tarr. ſed in altero S expunctum eſt. tuarum cõſulere voluiſti, concil. d. c. 3. partis 41.

hoc tuam &c.) omittit quædam Raim. quę ſunt in concil. ea neglecta ſunt etiam a Contio.

ſi alter aliter intellexerit, quod alter propoſuerit) quam pro quod, concilia. ſi alter alterum non intellexerit, etc. Barcin. ſi alter non intellexerit, quod alter propoſuit, Raim. alterũ, vetus Tarr. pro aliter, non recte, niſi negatio addatur, ut in Barcin.

in ſenſu retinere) ſic etiam vetus Gregor. in eo ſenſu recipere, concil. in eo ſenſu retinere, Barcin. et Cont. et alij.

Quod uero quæſiuiſti &c.) Hæc neq. in concil. ſunt. d. c. 3, neq. in Gregor. ſunt autem ſatis digna, quæ legãtur. Sunt tamen in concil. d. parte 10. c.

10.c.3.titulo de appellationibus.
appel.deferri) appellationi deferri, duo Tarr. et concil.
conſult. t. breuiter)taliter,unus Tarr. conſultationi tuæ breuiter,duo Tarr.taliter,concil.cetera, ut duo Tarr.
eſſet adulterium,&c.)eſt crimẽ,uel adulterium, concil.
ſi ap. inter poſita deferretur)appellationi pro ap.cõcil. et duo Tarr. deferetur,vetus Tarr.deferatur, alter.vox interpoſitę non eſt in concil.
nollemus)nolumus, vetus Tarr. nõ debet,cõcil.
uel adulterij)vel adulterium, vetus Tarr. vel aliquod adulterium, alter Tarr, utrũq. reicio. ut editum eſt,concil.
materiam)inepte matrimonia eſt in concil.in utraq.editione.
Cap.7.Idem Vigilenſi Epõ)ſic in concil. d. parte 6.c.3.et 4.et parte 2.c.4.Wigilienſi,unus Tarr. Wilienſi,alter. Vigilienſi tertius,et Raim.Idẽ,alijs omiſſis quartus Tarr.,et vet.Greg.et cap.11. de deſponſat. impuber.in hac collect. Eberardo Paduano,concil.c.22.et 23.d.partis 6.ſed ea inſcriptio eſſe videtur capitis quinti huius tit.
pars c.cum ſit Ro.)hæc omittũt cõcilia,et Raim. et Cont.Integra clauſula uidenda eſt ſub titulo de ſimonia,tam in hac collect.quam in Cõtiano libro,et in concil.d.parte 2.c.4.ſcribi etiã potuit,pars cap.*Si puella* ex d.c.11.
Sponſam autem alterius)vox autẽ non eſt in Gregor.eſt in concil.c.4.et c.23.d.partis 6.et d.c.11. ubi Sponſa eſt in edito libro, ſed in trib. Tarr. Sponſam,vox alterius illic nõ eſt,additur vox maxime poſt vocẽ alterius a Cõtio et alijs,quę nõ eſt in ueteri libro ſcriptoris manu; ſed poſt centum annos addita eſt,ut ſcholium. Bernardus tamen eã habuit; Alanus non habuit, ſed de ſuo addidit.
conſanguineorum ali quando) ſponſi pro aliquando,d.c.11.
Hoc caput in veteri Tarr.nonũ eſt, vel potius fuit,nã poſt ſcripturam deletum eſt.
Cap.8.Idem Abbatibus ſ.Eadmundi)ſancti Cadmũdi,unus Tarr. et Grgoriani editi. Idẽ, vetus alijs omiſſis.Idem Abbati S. Edmundi,concil. d.parte 6.c.25.Abbati pro Abbatib.Barcin. cetera,ut edita ſunt.
et de Meſcia)et de Ra. vetus Tarr.et de Rameſua,Barcin. Rameſeia,concil.ſiue Rameſeria.et Demer,Cont. et in marg. Rameſia. Rameſeia placet,ut cap.5.de inſtitut.coll.2.vide cap.2. de dolo,et cont.in hac collect.
Ex parte Emina) Emę.vetus Tarr.Emmæ,cõcil.E.vetus Gregor.C.Cont.et alij.
intimatum eſt aurib.noſtris)noſtris eſt aurib. intimatum,concil.nobis intimatum eſt,Contius,et editi Gregor.innotuit,vetus Raim.liber,alijs omiſſis.
quod Andreas ſibi coram &c.)ſic etiam in concil. quod A.iuramentum pręſtitit, vetus Gregor. Andreas pro A.Cont.et alij.
pro coniuge teneret)ſic etiam concil.et editi Gregor.tenet.pro teneret,unus Tarr.coniugem teneret,vetus Raim.liber.
ſicut uxori)ſic etiam vetus Gregor.ſuæ,addit vetus Tar.et Barcin.et concil.et Cont.et alij.
Quo facto in eadem &c.) multa Raim.et Cont. omiſerunt,quæ ſunt in concil.
iuramentum præſtitum)vox hęc præſtitum omittitur in vet. Tarr.eſt in concil.
Eminam) Emam, vetus Tarracon. Emmam, concil.
ſine manifeſta cauſa fornicationis) ſic etiam cõcil. et Raim.rationabili pro manifeſta,uetus Tarr. vox fornicationis in altero Tarr.non eſt.
tunc eam ſibi)ſic etiam Raim.tunc eam vel ſibi, concil.
nec nos &c.)hæc etiam omittunt Raimund. et Cont.
d.u.per A.ſ. præ.m.qua.)dis.ueſtræ,pro d u.duo Tarr.diſcretioni ueſtrę per A.ſ.præſentib. mãdamus,quatenus,concil.præcipiendo pro præſentib. ſcribo.mand.quat. Raim.alijs omiſſis. multa etiam idem poſt hęc verba omiſit, quæ a Contio addita non ſunt.
et eam)ſic etiam cõcil.et Raim.vox eam in vet. Tarr.non eſt.
penitentia)poena,in concil.non recte.
noluerit)contempſerit,concil.
omnia oc.et ap.re.)contra.pro oc.vetus Tarr.occaſione,alter.omni occaſione, et appellatione ceſſante,concil.
excommunicationis uinculo innodetis &c.)ſic etiam in concil.excommunionis,vetus Tarr.monitione pręmiſſa,eccl.cen.cogatis.duo veteres Gregor.per eccl.cens.Cont.et alij.
ab omnibus)hominibus,concil.quod non ęque placet.
Cap.9.Idem Pictauienſi Epõ)Pictauẽſi,tres Tarr. et cõcil.d.par.6.c.26.Pict.vetus Greg.Pictauẽſi,Cont.et alij.Hoc eſt cap.10.in vet. Tarr.
Ex litteris uen.fratris noſtri Saluonon.) uenerabilis pro uen.unus Tarr.et concil.Sanxonis,pro Saluonon. cõcil.Saluon.vetus Tarr. Saluonẽ. duo alij Tarr.Ex litteris Sil. vetus Greg.Silua ni,Cont.et in marg.Sanctonen. nõ male.Siluani,alij.
W.S.de Monſtrand.)ſcilicet pro S. ſcribẽdum ex concil.et quattuor Tarr.et Gregor.Videlicet de Monda, concilia. Moronda, in marg. Monſtrandum,

Monſtrandum, duo Tarr. habent. Monſtrãda, tertius. Moſtrandum, quartus. ſcilicet V. de Monſtr. vetus Greg. W Ils. ſ. de M. alter. Guil. ſcilicet De montandre, Cont. de Monſtrata, alij.

et B. de Mauritania) ſic etiam in concil. et in Cõtiano libro. et B. Raim. alijs omiſſis.

et ſpe pacis inter eos concilianda) reconciliandę, d. c. 26. hæc omittunt Raim. et Cont. et cauſa, additur in Barcin. quorum verborum nullam habendam rationem cenſeo. ſuſpicor interpretationem eſſe illorum, et ſpe.

conuenerint) conuenerunt, tres Tarr. et Greg. 9. conuenirent, concil.

adinuicem) inuicem, vetus Tarr. rectius.

promiſerint) promiſerunt, duo Tarr. et cõcil. promiſere, Raim.

ſi quidem G. filiam prædicti B.) quidem G. prioris filius filiam prædicti B. concil. ſi quidem G. filiam alterius, Raim.

ſemel et iterum accipere) recipere, concil. et tres Tarr. ſe (ſemel et iterum) iurauit ducere, Cont. ſe iurauit ducere, Raim.

Cumq. ipſe volente ad alia vota migrare) ſic etiam in concil. Quo volente etc. Raim. ad aliam migrare, duo Tarr.

ſub diſtrictione anathematis) hęc conſulto videntur a Raim. omiſſa: ſunt tamen in concil. vide cap. 7. de iure iurando, in 2. collect.

ipſe ad audentiam &c.) hęc addidit Cõt. a Raim. omiſſa, ſunt in concil. totidem verbis.

nuntium ſuum) ſic in concil. et in Cõtiano. vox ſuum in duob. Tarr. non eſt.

prædicto G. periculoſum eſt) ſic etiam Cont. et alij editi Gregor. dicto pro prædicto, vetus liber. periculum G. prædicto extitit, concil. prædicto G. periculum exiſtit, Barcin. periculoſum exiſtit, vetus Tarr.

f. t. per A. ſ. pr m.) ſ. u. tres Tarr. fraternitati ueſtrę per A. ſ. pręſentib. mandamus, concil. non recte. pręcipiendo ſcribo pro præſentib. ut alibi. ueſtrę autem defendi poteſt habita illor. temporum ratione. mand. vetus Gregor. fra. t. mandamus, alter vetus et Cont. et alij.

cum exinde &c.) Multa Raim. et Cõt. omittũt, quæ ſunt in concil.

et cognitis) et agitatis, concil.

præſtito iuramento firmaſſet) ſic etiam in cõcil. iurauerit, vetus Tarr. pro his trib. uerbis.

eum moneas, et auctoritate noſtra diſtricte cõpellas) ſic etiã cõcil. diſtrictius pro diſtricte, duo Tarr. eum moneas, et ſi non acquieuerit monitis, eccle. cens. compellas, Raim.

extiterit) ſic etiam in concil. obſtiterit, Barcin. et Raim. non male.

maritali) matrimoniali, vetus Gregor. ſolus.

Si vero rationab. l m &c.) hæc etiam omittunt Raim. et Cont. ſint licet in concil.

omni ap. ces.) vox omni non eſt in concil.

eum, et patrem) ſuum, additur in cõcil. et eum, et patrem, unus Tarr.

baptiſmata paruulorum) puerorum, vetus Tarr. baptiſma paruulorum, concil.

et pœnitentias) non ab hæretico ſacerdote, ut apud Laur. dixit P. de Cor. ſic in ſcholijs veterib. inueni ſcriptum. et nonnumquam P. quibuſd. ſcholijs adſcriptum eſt. Petrum Corbolienſem appellari inuenio a Tancredo cap. 4. de eo, qui cognouit conſan. in hac collect. fuit autem Hiſpanus, ut Melendus, et Vincentius.

Cap. 10. Innocentius iij. *Vintonien. Epõ*) M. pro iij. aptius eſt in margine. in concil. prioris edit. neutrum in poſter. edit. duę enim uero hę collectiones nihil habere debent ex reſcriptis Inno. iij. forte Inno. ij. ſcribendum. Vuin. Epõ. eſt etiam in concil. Winton. in uno Tarrac. Witon. in altero, Witocon. in tertio, Vintonen. in quarto Tarr.

patri commendatam) vox patri in veteri Tarr. nõ eſt, eſt in concil.

in domum ſuam) ille, additur in concil. in domo ſua, Barcin. quod nondum probaui.

coniunx ſit) fuerit, concil. fuit, Barcin. coniux ſit, quattuor Tarr.

quo ſpontanea conceſſione) quod, pro quo duo Tarr. quod ſpontanea voluntate, concil. conceſſione, in marg.

eſſe aſſeris) eſſe conſenſerit, vetus Tarr. et Barc. et concil. aſſerit, alter Tarracon. altera voce omiſſa.

poſtmodum factum eſt) ſic etiam in concil. poſtea fuerit factum, vetus Tarr. factum poſtmodum eſt, alter Tarr. factum eſt, tertius, alijs omiſſis.

Conſtante enim) ſic in concil. Conſtat enim, tres Tarr.

futile erit) et, poſt hæc verba addebatur olim in uno Tarr. quod non eſt in concil.

Omiſſũ hoc eſſe caput a Raim. videtur, quod nullam haberet difficultatem, ſi conſenſus verbis præſentis temporis expreſſus eſſet.

Cap. 11. Idem Exo. Epõ) Exon. tres Tarr. Exoneſi, quartus. Exonien. c. 33. d. partis 6. poſt concil. Later. Innocen. ſecundus. Exon. Epõ, vetus Greg. aptius. tertius Cont. et alij. Alexander tertius, in concil. parte 50. c. 43. non male.

Præterea ij, qui matrimonio &c.) Ante hęc verba addi debet, Pars cap. Super eo, quod a nobis. ut eſt in concil. d. c. 43. quibus verbis carent ceteri libri. ſuſpicor integram clauſulam exſtare, parte 14. c. 7. in concil. et in hac collect. cap. 2.

de ſenten.et excom.utrubiq.vero dicitur id etiam caput partem eſſe cap.Sicut dignum.inuenies id initium cap.7.de homicidio,in hac collectione,quod ita inſcribitur.Alex.iij.Bartholomæo Exon.Epo.Nunc de uerbis ipſis uidēdū eſt.ut editum eſt,concil.d.c.33.qui de matrimonio,Barcin.et duo Tarr. et Raim. et Cont. qui non recte hoc ſecundæ collectioni caput adſcripſit.Præterea hi,qui iurant de matrimonio contrahendo, uſq.Si autem,promiſerunt,coniungant.concil.d.c.43. quæ uerba intellegi nequeunt,niſi cū hac collectione conferantur. et apte in marg.ut locus obſcurus,notatur in priori concil.editione.qui matrimonium contrahēdo,et pure,vetus Tarr.habet.

condicione)contradictione,duo Tarr.et Barcin. condicione,Raim.quod retineo.

fidē dederint,et)fidē dederūt, aut, concil.aptius. vox dederūt eſt itē in Barcin. et in trib. Tarr.et in Greg.vox et nutat in duob.Tarr.hoc eſt olim deſiderabatur,hodie eſt:habent eam Greg.

et iuramentum fecerunt) hęc omittunt Raim. et Cont. leguntur in concil.ſunt autem maxime apta.iuramenta,eſt in Barcin.tantum.

et diligentius exhortandi)diligentius,et exhortandi,concil.hæc etiam omittunt Raim. et Cont.

uel iuramentum factum) hęc itē omittunt Raim. et Cont.ſunt in cōcilijs.ex quib.apparet recte in concil.aut pro et,ſupra eſſe ſcriptum.

et ſi,ſicut promiſerint,cōiūgāt) promiſerūt,cōcil.d.c.33.et d.c.43.hęc etiā omittunt Raim.et Cōt.

Si autem ſe adinuicem admittere noluerint) ſic etiam Raim.Si autem ſibi inuicem id remittere noluerint,concil.

talem ſcilicet ducat) ſic etiam Raim. talem ſibi ducat,concil.

quam odio habeat) ſic etiam vetus Greg. habet, Cont.et alij.quam ſemper odio habeat,concil. plenius,et aptius.

iuramento,vel)hæc etiam omittunt Raimun.et Cont.ſint licet in concil. ſocietatis exemplum diſſimile eſt, cum ea facile diſſoluatur ex utriuſque contrario conſenſu,quod in matrimonio dicere nefas eſt.ſi de ſponſalib.agitur,et de futuri matrimonij ſpe,exemplum ſocietatis in eundæ placet.

eandem) eaſdem,Barcin.tantum.

Cap.12.*Lucius* iij.*Rapulen. Epō*) Rapulenſi, duo Tarr.Capulen.vetus Gregor. Rapalen. Cont. et alij.Capriano,concil.parte 45.c. 6. titulo de ſponſalib.ſecūdo.forte Capuano,in margin. in priore edit.Rapalenſi, in poſteriori. Lucius iij. in altero veteri Gregor.alijs omiſſis. Mihi Crapulēſi placet.Ordo horum capitum valde perturbatus eſt in hac collectione,Raim. quædam rectius mutauit.

Quæſiſti etiam &c.) hanc quęſtionem omiſſam a Raim.recte addidit Cōt.ſolutionē quęſtionis addere oblitus eſt.Vtrumq.in concilijs exſtat.

utrum ea,cuius uir)ſic etiam Cont.ſi cuius vir, cōcil.alijs omiſſis.

Cum mater fieri deſideret) ſic etiam Cont. cum filios deſideret,concil.

Ad quæ tibi breuiter &c.) Ad quod breuiter reſpondemus,quod mulier etc.concil. Ad quod breuiter reſpond.quod cum libera etc. Raim. et Cont.in uno tamē veteri eſt, Reſpōdemus, quod cum libera etc. alijs omiſſis.

de iure)hæc omittunt concil.et Gregor.9.et unus Tarr.

maxime cum conſuetudines) huiuſmodi, additur in concil.vox maxime non eſt in Gregor. cetera, ut edita ſunt.

Illa ſane &c.)hęc omittunt Raim.et Cont. ſunt in concil.

nec uiro)ſic in concil.nec ipſi uiro,uetus Tarr.

matrimonium)matrimonia, duo Tarr. quod nō æque probo.

Cap.13.Alex.iij.*Archiepiſc. Epiſc.&c.*) ſcribe Archiepīs, Epīs, ut eſt in quattuor Tarr. Archiepīs,et alijs pręlatis Anglię.vetus Greg.per Angliam conſtitutis,editi libri.Contius non recte bis,et alijs pręlatis, ſcripſit; cum alia recte adderet a Raim.prætermiſſa.

Ciſmaritanam) ciſmarinam,tres Tarr.et Cōt.aptius. Hoc verbo ſignificantur hæ prouinciæ, quas in Gallia rex Anglię obtinebat. De tota autem huius capitis hiſtoria,vidē.Gulliel. Neubrigen.in hiſtoria Anglica.

peccatis exigētibus eſt oborta) orta,Barcin.eſt orta, vet. Greg.alijs omiſſis.eſt ſuborta, Cōt.et alij.

pro quibus &c.) hæc uſq.ad illa,nos itaque,omittunt Raim.et Cont.

et precibus eorum &c.)multa Raim.et Cont.omiſerunt.

ut ad cōmonitionem)ut cōmonitione,unus Tarr.

Cōuētrēſis)Ludū.unus Tarr.Dulucmē. Barcin.

non potuerint)non potuerunt,unus Tarr.

litterarum noſtrarum) ueſtrarū,unus Tarr.quod non æque placet.

infra quā detinētur)in qua detinētur,unus Tarr.

et ad quam trāſferuntur)trāſferētur,unus Tarr.

non reſtituantur) uox non in duob. Tarr. omittitur,quod ferri poteſt.

præter baptiſma)baptiſmata,tres Tarr.ſic etiam poſtea.

ipſas recipere) hæc olim deſiderabantur in vet. Tarr.

et ſi iuxta mandatum , et commonitionem) noſtrā, addit vetus Tarr.ueſtram,alij duo Tarrac. et ſi

iuxta

juxta commonitionem veſtram, Raim.
infra terminum conſtitutum) infra terminum a võbis indultum, vetus Gregor. infra terminum, alter vetus Greg. alijs omiſſis. intra certum terminum, Cont. et alij.
non reſtitueris) ſic etiam duo veteres Gregor. nõ reſtitueret, Cont. et alij.
in quacunq. parte) uox parte non eſt in duob. Tarr. neq. apud Greg. 9.
vel transferuntur) ſic uetus Greg. et Cont. et alij. vel transferẽtur, unus Tarr. et alter vetus Greg.
præter baptiſmata) baptiſma, duo veteres Greg. baptiſmum, Cont. et alij.
celebretis vel permittatis celebrari) aliquatenus celebrari, duo veteres Gregor. nec pro vel, Cont. et alij. uide ſupra cap. 9. in fine. Ad hæc uerba in Tancredi ſcholijs inueni mentionem fieri extrau. Alani de pœniten. quod quidam. eam inuenies in 2. collect. feciſſe quidem Alanũ cõſtat quandam ſecundam collectionem ex Io. And. verbis alibi a me relatis. cur autem non dixerit libro 2. ut ſolet hanc Ioannis Gallenſis collectionem appellare, mihi incertum eſt. Crediderim ſatius fuiſſe ab Alano, quam Ioanne relatam eam cõſtitutionem.
omni ap. ceſ. &c.) hæc etiam omiſerunt Raim. et Cont.
quod ſi cõtra) quod ſiqui cõtra, tres Tarr. nõ male.
temptaueris) temptauerint, tres Tarr. aptius.
Cap. 14. Idem Ianuenſi Ep̃o) ſic etiam in concil. parte 50. c. 41. et 42. Ianuen. Archiep̃o, duo veteres Gregor. Genuenſi Archiep̃o, Cont. et alij quidam. veteres Genuam dixiſſe conſtat, ſed Alex. iij. tempore Ianuam dicebant.
Parte. Tua fraternitas) hęc Raim. et Cont. omittunt. Tua nos fraternitas etc. initium eſt in cõcil. d. c. 41. ubi integra clauſula uidẽda eſt. et in hac collect. tit. de ſponſa duorum. c. 7. cuius initium eſt, Tua fraternitas nos.
Illud quoq. nihilominus &c.) Ante hęc verba in integra epiſt. fuerant verba cap. 12. de deſponſat. impuber. ut apparet ex concil. in quib. hoc initium totidem verbis refertur. in Gregor. multa omittuntur etiam in Contiano libro.
cum quedam mulier libera) ſic etiam vetus Gregor. libera mulier, concil. et tres Tarr. et alter vetus Gregor. cum libera mulier, Cont. et alij omiſſa voce quędam.
pro eo quod teſtes &c.) hæc etiã omittunt Raim. et Cont. non contemnenda.
Verum uir vindicat eam) eam vindicat, concil. et tres Tarr. Vnde uir eã vindicãs, vet. Greg. Verũ pro Vnde, Cõt. et alij editi, et unus uetus.
et oſtendit) ſic etiã in cõcil. oſtẽdẽs, uetus Greg. oſtendit, alter, et Cont. et alij, voce et omiſſa.
quo ſeſe) in quo ſeſe, vnus Tarr. et Raim. ut editũ eſt, in concil.
coniuges nominant) ſic etiam Raim. nouerant, cõcil. non recte. coniugem nominauerit, Barcin.
et per quod) ſic etiam Gregor. et propter quod, Barcin. et concil.
compares) ſic etiam veteres Gregor. apparet, cõcil. et Cont. et alij aptius.
illud vitioſum fuiſſe fatetur) ſic etiam in concil. aſſerens vitioſum, duo veteres Gregor. illud aſſerẽs vitioſum, Cont. et alij.
ut ſeruo &c.) hęc in cõcil. nõ ſũt, habuit Raim.
quoniam ſeruus ille ab amicis mulieris) quod ſeruus ille ab inimicis mulieris, concil. non ſine mendo. quod ille ab amicis eius, Raim.
ille ſe eam) ſibi pro ſe, Barcin. tantum.
qui viderant eam) ſic etiam in concil. et in duob. veter. Gregor. vox eam non eſt in editis.
mulierem ipſam probauit eſſe uxorem) propriã, eſt in concil. pro ipſam. ipſam probauit uxorem, Raim. alijs omiſſis.
ſicut ſuam uxorem, et non concubinam habuerit) habuit, unus Tarr. aut concubinam, pro et non concubinam, concil. et duo Tarr. in quib. vox ſuã deſideratur. vox nõ in tertio Tarr. nõ eſt.
cum matrimonium ſit &c.) ſic in concil. et in Gregor. et apud Iuonẽ initio libri ſexti Panormiæ, et initio lib. 8. decreti, et apud Grat. 27. q. 2. in prin. et 29. q. 1. in prin. Omnes ſumpſerunt ex libr. Inſtitut. Iuſtiniani titulo de patria poteſtate. Nuptiæ, inquit, ſiue matrimonium eſt uiri, et mulieris coniunctio, indiuiduam uitæ conſuetudinem continens. καὶ τί ἐστι γάμος; ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς συνάφεια, ἀχώριστον τοῦ βίου τὴν συνήθειαν ἐπαγγελλομένη ἄγειν παρέχουσα, Theophilus. uiri, mulieriſq. eſt in Panor. et conſuetudinem vitæ, item in decreto Iuonis, et apud Grat. cau. 27. Sunt enim nuptiæ etc. uiri, mulieriſq. etc. conſuetudinem retinens. et cau. 29. Coniugium, ſiuę matrimonium eſt uiri, et mulieris coniũctio indiuiduam vitæ conſuetudinem retinens. indiuiduę pro indiuiduam, habent Barcin. et unus ex veterib. Gregor. pro cõtinens, ſiue retinens, Theophilus legit promittẽtẽ, aut prębens. Modeſtini definitio cap. 1. de ritu nuptiar. eſt. Nuptię ſunt coniũctio maris, et feminæ, et conſortium omnis vitæ; diuini, et humani iuris communicatio. Non recte autem Raim. definitionẽ matrimonij a titulo de ſpõſalib. et matrimonio abſtulit, et in titulum de præſumptionib. reiecit.
cõditum) cognitũ, in cõcil. quod nõdũ probaui.
Cap. 15. Idem Barñ. Archiep̃o) Baren. vetus Tarr. B. duo alij Tarr. Haran. Barcin.
cum ipſe) cum ille, unus Tarr.
quod mater) eius, addunt tres Tarr.

præfatã B.) ſcribe præfatam B. ut eſt in Barcin. et in duob. Tarr.
redire deſiderat) uenire deſiderat. duo Tarr.
committimus) remittimus, unus Tarr. commiſimus terminandam, Barcin. olim tamen in trib. Tarr. ea vox non erat.
mandantes) mandamus. duo Tarr.
veritate inquiſita) diligenter, addit Barcin. ante hæc verba.
aut ſi) vel ſi, duo Tarr.
fonte ſuſceperit) fonte leuauerit, Barcin. quod etiam fuit aliquando in uno Tarr.
eam uxorem) eam in uxorem, tres Tarr.
Cap. 16. ſanctæ Agathæ) ſic etiam Raim. et Cont. Agathes, cõcil. d. parte 50. c. 30. ubi additur ſumptum eſſe hoc reſcriptum ex lib. 12. regiſtri Alex 3.
pari c. de muliere) ſic etiã in Cõtiano libro. Integra clauſula exſtat in cõcil. et cap. 3. de pænitẽ. collect. 2. poſt cuius capitis verba addũtur verba cap. ult. de conuer. coniug. in hac collectione.
a viro impetitur) ſic Raim. appetitur, concil. et Barcin. et tres Tarr. quorum unus olim ET addidit.
prouidentiæ tuæ duximus reſpondendum) ſic etiam in cõcil. Tibi reſp. vetus Gregor. T. reſp. alter. Taliter reſp. Cont. et alij.
ne deterius inde contingat) ſic cap. 11. ne forte deterius inde contingat. ſumuntur hæc verba ex Ioan. cap. 5.
Cap. 17. Idem procuratori &c.) ſic etiam in cõcil. d. parte 50. c. 31. et in Gregor. mihi vox procuratori ſuſpecta eſt, maluiſſem Præpoſito, Primicerio, Pręcentori, aut alio ſimili nomine dignitatis id mutare. Additur in cõcil. eſſe hoc caput ex eod. libro regiſtri, ex quo eſt proximũ.
Veniens ad Apoſtolicæ ſedis clementiam Mariota) ſic etiam in concil. breuius Raim. et Cont. Veniens ad Ap. ſedem Mariota. Eſt autẽ Mariota deminutum, ut uocant nomen, a Maria ductũ, ut Plautilla, et Lucilla Romanis a Lucia, et Plautia. ſic Carlota, et Ioannota, et alia id genus.
quendam adoleſcentem) ſic etiam Raim. E. nomine, additur in concil.
præſtitit iuramentum) ſic etiam in concil. et in veterib. Gregor. præſtiterit, Cont. et alij.
alij in uxorem tradiderant) tradiderũt, tres Tarr. et cõcil. in quib. ante hæc verba additur cuidã, et in vet. Tarr. et in Barcin. in quo tamen tradiderant eſt. in uxorem alij tradiderunt, Raimund.
exhorruit) exterruit, olim vetus Gregor. tantum.

ſi ab eo) illo pro eo, alter vetus Greg.
permiſit) permiſerit, vetus Greg. ſolus.
profiteretur) ſic etiã cõcil. fateretur, Raim. quod non æque placet.
atq. iurata) iurata in marg. concil. priore edit.
qui tunc erat &c.) multa Raim. et Cõt. omittũt, quæ ſunt in concil. præerat, eſt in duob. Tarr. pro erat.
et iſtã cuidam Ptolemæo) uno, additur in concil. poſt uocem cuidam. alij, in Barcin. et in trib. Tarr. in quib eſt Tholomeo. quod ut ſuſpicor, ſic dictum eſt pro Bartholomęo; quemadmodum in Italia uulgo loquũtur. ſic Bertus, et Berta pro Alberto, et Alberta ſunt; ſic Toſanus, et Cecus Chriſtophorũ, et Franciſcum ſignificant. In Gregor. eſt, et illa cuidam T.
Sane cum) ſic etiam cõcil. prioris edit. et duo veteres Gregor. Tandem cum, concil. poſt. edit. et Cont. et alij.
pater iſtius Ptolemæi) Tholomei, tres Tarr. illius pro iſtius, unus Tarr. et concil. pater ipſius T. Raim. et Cont. T. tamen in uno veteri Gregor. deſideratur.
non potuerit, nec debuerit) de iure, additur in Barcin. et in trib. Tarr. nec potuit, nec debuit de iure; concil. non potuerit de iure, vetus Gregor. alijs omiſſis. non potuit, Cont. et alij, item alter uetus, alijs omnib. omiſſis.
in virum habere) habere, vetus Gregor. alijs omiſſis.
eo quod ab alio qui nec defunctus eſt) eo quod ab alio viro, qui nõdũ defunctus eſt, cõcil. eo quod ab illo, qui defunctus eſt, vetus Greg. alio pro illo, alter vetus, et Cont. et alij.
Quia vero aſſertioni) ſic etiam concil. Quod pro Quia, vetus Tarr. olim. Quod cum aſſertioni, Cont. qui recte quędam addidit a Raimun. omiſſa.
non debuimus, non adhibuimus) ſic etiam Cõt. et concil. et olim vetus Tarr. nec debuimus, poſtea mutatum eſt. nec adhibuimus, Barcin.
d. u. per A. ſ. pr. m.) f. u. pro d. u. tres Tarr. quod non æque placet. vob. per A. ſ. mandãtes, Cõt. per A. ſ. præcipiendo mandantes, concil. alijs omiſſis. quę etiam omittuntur in Barcin. Mandamus, Raim. alijs prætermiſſis. in uno tamen veteri eſt, Ideo mandamus.
huius rei veritate plenius comperta) rei veritate plenius inquiſita, et cognita, concil. omittunt hæc Raim. et Cont.
a prædicto viro) a priori viro, concil. et Raim. et tres Tarr. ſed in uno ex eis olim prędicto fuerat, et in uno veteri Gregor. eſt.
cui a parentib. inuita, et renitens copulata eſt) cui inuita etc. cõcil. omiſſis illis, a parẽtib. cui a parentib.

tibus copulata fuerit,vetus Gregor.fuit,alter vetus.fuit copulata, Cont.et alij.

deceſſeris)ſic uetus Gregor.deceſſit, concil.et alter vetus,et Cōt.et alij,et Barcin.et uetus Tarr.

prædictum Ptolemæum &c.)moneatis,et compellatis,concil.cetera,vt edita ſunt.Tholomeū,tres Tarr.prædictum T.præmiſſa monitione cōpellas,vetus Gregor.præ .mo.cōp.alter vetus.monitione præmiſſa compellatis, Cont.et alij.

ut præfatam M.)ſic etiam veteres Gregor.Mariotam, Cont.et alij.ut prædictam Mariotam, concil.

poſtpoſita occaſione)ſic etiam concil.et contradictione,addit Barcin.omittunt cuncta Raim.et Cont.

maritali affectu tractare)ſic in concil.et in altero Greg.veteri.affectione maritali tractare,habet alter vetus.maritali affectione tractare,Cont.et alij.maritali affectu eam tractare,Barcin.

eam,& ſuperinductam,& patrem etiam ipſius)ſic etiam in concil.vox etiā non eſt in duob.Tarr.in quorum altero vox ET prior olim deſiderabatur.poſt patrem additur,et matrem, in Barcin.et vox ipſius omittitur.vox etiam in veteri Gregor.non eſt,cetera vt edita ſunt.eum, ſuperinductam,et patrem ipſius,alter vetus.eius pro ipſius,Cont.et alij,cetera,ut edidimus.

ſi huic rei reſtiterit)ſic concil.et Raim.nō reſtiterint,olim vetus Tarr.mox reſtiterint,quod non reicio.

excommunicationi innodetis &c.)excōmunicationi ſubdatis,Raim.alijs omiſſis.vinculo excommunicationis innodetis etc.concil.

Cap.18.Eugenius iij.presbytero Aeſculapio)Sed.presbytero,concil.parte 12.c.8.Epō pro presbytero, Barcin.Eugenius Papa,Raim.et Cont.Ordinis et temporum ratio habetur in Greg.collectione,ſi Eugenio tertio caput hoc adſcribamus.namq.fuit is Innocentio ſecūdo poſterior,et antiquior Alexandro tertio,poſt quem Lucius iij.fuit,et poſt eum Vrbanus iij.et mox Clemens iij.hæc perturbata ſunt in hac collect.et in editis Gregorianis.Non recte etiam in Contiano libro ſecūdæ collect.eſſe hoc caput ſignificatur.

Inuenis illi)vox ille non eſt in Gregor.eſt in concil.

etas repugnet)repugnaret,Barcin.et tres Tarr.et concil.et Raim.repugnarit,vetus Tarr.olim.

& humana)ſcribe ex pro et, vt eſt in concil.et Gregor.et in Barcin.et duobus Tarr.

forſitan)forſan,Raim.neutrum in concil.neq.in uno Tarr.

complere)adimplere,vetus Gregor.ſolus.

æſtimamus)ſic in concil.et in vet.Greg.exiſtimamus,Cont.et alij non male.

coniunx ipſius fuiſſe dicitur)ſic etiam Raim.ipſius coniunx eſſe dicitur,cōcil.non male.cōiux pro coniunx, quattuor Tarrac.

dubitationem)ſic etiam in concil.et in Gregor.dubietatem,Barcin.et vetus Tarr.

mandamus tibi,ut)ſic in concil.mandamus,ut,vetus Gregor.olim tamē,mand.quat.quod habēt editi libri,et Contianus.

ab eo diuidas)ſic in concil.dimittas,duo Tarr.diuidas ab eodem,Raim.

Cap.19.Alex.iij.Papienſi Epō)electo pro Epō, vetus Gregor.ſolus.

eſt,ubi)eſt,ut ubi,tres Tarr.et Raim.aptius.

requiritur)ſic etiam Raim.requiratur, olim uetus Tarr.

matrimonium autem aſſenſu ſolo contrahitur) matrimonium vero ſolo conſenſu contrahitur, vetus Gregor.autem,alter vetus,et Cont.et alij.

gaudere)ille,addit vetus Gregor.ſed in altero veteri ea vox non eſt.ille gaudere,Barcin.Cont.et alij.

f.s.per A.ſ.)hæc omittunt Raim.et Cōt.ex quibus apparet ad Epm non ad electum hæc ſcripta fuiſſe.

inter Siderios,& Canos ciues tuos)hæc omittunt Raim.et Cont.inter clericos,et laicos,ciueſq.tuos,Barcin.non ſine næuis . Sicilios,eſt in uno Tarr.Cileos,in altero ciclos, in tertio pro Siderios.forte Deſiderios ſcribendum.

ſub tuo fuit examine ventilata)fuerit pro fuit, Barcin.et unus Tarr.fuit ſub tuo,alter Tarr.uentilatur,Raim.et Cont.

eam poſuiſti,ita quod nihil)nihil,Raim.et Cont.alijs omiſſis,nec pro nihil,unus ex vet.Greg.

facias eam honeſte tenere)teneri,vetus Tarr.facias honeſte teneri,Barcin.et Raim.

donec præſcripta cauſa &c.)donec dicta cauſa terminata,ſententia ſine contradictione cuiuſquā valeat executioni mandari,vetus Gregor.donec prædicta etc.exſecutioni mādari, alter vetus.donec prędicta cauſa terminata fuerit,et ſententia etc.Cont.et alij.

Cap.20.Vrbanus iij.)ſic etiam Raim.et Cont.Idem Vrbanus M.Cenom.Epō,concil.parte.6.c.21.prioris edit.vox Epō in poſt.edit.omiſſa eſt.ſuſpicor M.pro iij.ſcriptum.ſed fortaſſe illi Epō Martino,vel Marco nomen fuit.Ex hac eadem epiſt.eſt cap.8.de reſcriptis in hac collect.cuius hęc inſcriptio eſt.Vrbanus iij.Cenoman.Epō.Pars cap.cum in Apoſtolica . Viden.etiam cap.13.de deſponſat.impuber.et cap.4.de condicio.appoſitis,in hac collect.

Cum in Apoſtolica ſede &c.)Recte Cont.addit a Raim.omiſſa,quæ ſunt etiam in concil.vox tamen ſede in Contiano libro deſideratur.

circa negotia eccleſiaſtica)ſic etiam Cont.eccleſię, Barcin.et vetus Tarr.circa negotium eccleſiæ, concil et duo Tarr.

emergit,ad ipſius)ipſis,mendoſe Cont.emerſerit, ad ipſius,concil.

de Ernaia)Erneia,uetus Tarr.Eurucia,ſiue Eurucia,alij duo Tarr.Eruera, Barcin.Herneia,concil.de H. vetus Gregor.de N.alter vetus.de Arueia,Cont.et alij.ſed quid noſtra?

productis teſtibus &c.)multa Raim.et Cont.omiſerunt,quæ in cõcil.ſunt. et productis teſtibus, eſt in eiſd.concil.

& atteſtationibus eorum diligenti examine diſcuſſis) et eorum examinationibus diligenti examine diſcuſſis,concil.non recte.examinatione pro examine,Barcin.et tres Tarr.vox eorum in ueteri Tarr.deleta eſt.

idem villicus)ſic etiam in concil. idem W.duo Tarr.ſic fortaſſe alibi quoque ſcribendum Willicus.ſiue Willelmus.in Gregorianis tamen villicus eſt,altera voce omiſſa.

promulgatam) ſic etiã Raim.eſſe promulgatam, concil.apertius.

V*nde quia*)ſic etiam in concil.Verum quia,Raimund.Quoniam,Barcin.

quam ſuperinduxit) ſic Raim.quam ſuperinduxerat,concil.refert hoc loco Tancr.varias multorum opiniones,in quib.Ioan.Gallen. magis probat ſententiam;ut ſi prius matrimonium de iure, et de facto tenuit, poſterius nullum ſit, quamuis prius diſſoluatur etc.

lite prioris uxoris)ſic etiam concil.et Raim.matrimonij pro vxoris,vetus Tarr.

tua nos duxit &c.)hæc etiam omittunt Raim.et Cont. ſint licet in concil.

ad matrimonia)ad matrimonium,concil.et duo Tarr.aptius.

quod interpoſita ei)ſcribe,quod impoſita ei,ut eſt in tribus Tarr.et in concil. quod impoſita uiro, Raim.

infra pœnitentiæ tempus)infra ipſius pœnit.tempus, concil.et tres Tarr.vox ipſius non eſt in Gregor.

in maritali)et in maritali,unus olim Tarr.

poterit remanere) poterunt remanere, concil.et Raimund.et uetus Tarr.

Poſt huius capitis verba eſt in concil.Super eo uero,etc.ut d.c.4.de condicio.appos.

TIT.II.DE DESPONſatione impuberum.

C*AP.1.Benedictus Papa Gradenſi Patriarchæ*) Grandenſi,unus Tarr.Grangrenſi,duo alij Tarr.Gaudenſi,in concil.d.parte 6.c.27.omnes mendoſe.nihil igitur muto.Benedictus ſeruus ſeruorum Dei N.ſalutem etc.Palea 27.q.2.cap. 17.et in ueteri Gratiani libro adſcriptum vidi. Palea,quæ incipit,Lex diuinæ.conſueuit etiam apponi extra de deſponſat.impub.c.1.ſed hodie remota eſt cum gloſſa.

Lex diuinæ diſpoſitionis)conſtitutionis,concil.Palea,Barcin.et uetus Tarr.

Apoſtolicam cathedram)ſic etiam Pal.ſedem Apoſtolicam, concil. cathedram Apoſtolicam; duo Tarr.

magiſterium)magiſtram,Palea,et concil.et Barcin.et duo Tarr.magiſterium eſt cap.20.de ſpõſalib.in hac collect.

ubique locorum) undique,Barcin.ſolus.

ab ea ratio)ab ea tandem ratio, concilia tantum.

cathedra ſeſſorem)ſic etiam in concil. poſſeſſorem,Palea,ſiue ut in alijs libris eſt, aſſeſſorem. ego ſeſſores ſcriberem. ut ad vocem nos referatur.

quidam veſtras)ſic etiam Palea.uix pro veſtras, concil.et Barcin.et duo Tarr.noſtras,unus ex editis Grat.libris.

Stephano nomine)ſic etiam Palea.nomine Stephano, concil. nemine F. duo Tarraconenſes.

fuerat deſponſata) ſic etiam Palea, fuit pro fuerat, concilia. fuerit, unus ex Gratiani libris.

perueniret) ſic etiam Palea.peruenerit, concil. et Barcin.et tres Tarraconen.et unus Gatian.liber.

celebrare)celebrari,Palea,et concil.et Barcin.et unus Tarr.

reddemus his uerbis certiſſimam)reddimus, Palea, et concil.parum mihi grata ſunt hæc verba, ut alia non pauca huius reſcripti, cuius ſcriptor alia locutus lingua videtur, quam ceteri.

Protoplaſtus) mendoſe veteres libri habent Prothoplauſtus.inuenies hanc vocem in Græcis libris Sapientiæ cap.10. αὕτη πρωτόπλαστον πατέρα κόσμου μόνον κτισθέντα διεφύλαξε.

videns detractam ſibi coſtam in mulierem formatam)apud Grat.vox videns ſcripta eſt ante vocem formatam.detracta ſibi coſta videns mulierem formatam,concil.

propter

propter hoc relinquet homo patrem,et matrem)ſic etiam Palea.dimittet pro relinquet,concil. quãobrem relinquet homo patrem ſuum , et matrem.Gen.c.2.ἕνεκεν τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ καὶ τὴν μητέρα. Lxx. propter hoc relinquet homo patrem ſuum , et matrem.Complut. propterea relinquet homo lectulum patris ſui,et matris ſuæ.Chald. verba Græca Lxx.referuntur Matthæi cap.19.excepta voce αὐτοῦ in quibuſd. libris.ſed Marci capite 10.ea vox eſt.ἀντὶ τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ καὶ τὴν μητέρα.Paulus in epiſt.ad Epheſios cap.5.vox dimittet eſt in Matthæo Complut.et propter hoc non eſt vox ſuum.at Marci 10.c.propter hoc relinquet homo patrem ſuum,et matrem.et Paul.apud quẽ eſt patrem, et matrem ſuam.

& adhærebit uxori ſuæ)καὶ προσκολληθήσεται πρὸς τὴν γυναῖκα αὐτοῦ.Lxx.τῇ γυναικὶ αὐτοῦ. Matth.ſed Marcus,ut Lxx.et Paulus.

& erunt duo in carnem una)καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν.Lxx. et erunt in carnem unam. Chald. Matth.ut Lxx.et Marcus,et Paul. d. c. 5.at in epiſt.1.ad Corinthios cap. 6. ἔσονται γάρ φησιν οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν.erunt enim,inquit, duo in carnem unam.

niſi carnali copula)ſic Palea,et concil.ſic etiam in quibuſd.libris cap.2.de ſponſalibus in hac collect.alij maritali pro carnali,ſcripſerunt.

Quia ergo nequaquam mixtus eſt extraneæ)Qui pro Quia,Palea,et concil. cetera,ut edita ſunt. Quod,in marg.concil.pro(extraneæ)alteri,non nulli ſcribunt,vt notat R.qui interpretatur alteri ſorori.

poſſunt una)ſic Palea,et concil.poteſt una,Tarr. unus.

quia nullam facit)quod pro quia,Palea non male.quod facit nullam,concil.

ſeſe habet)ſic etiam Palea.ſe habet,unus Tarr.et concil.habent pro habet,ſcribi poſſet;ſed nihil muto.

ut uelit filiam illi nuptijs copulare)ſic etiam concil. vt velit ſecundam filiam nuptijs copulare,Gratian.ſiue Palea.filiam ſuam pro filiam illi,vetus Tarr.ut uelit ſuam filiam nuptui copulare,duo alij Tarr.

decreuerat deſponſare) hæc verba arripiũt,qui putant Pont. nõ loqui de ſponſalibus contractis, ſed de contrahendis:vim tamen facere uidentur verbis.

cenſura iam Apoſtolici magiſterij)vox iam nõ eſt apud Grat.neq.in trib.Tarr.cenſura Apoſtolica,Barcin.et concil.

ſi utriuſq. partis ſederit voluntas)his verbis carent concilia,et Barcin.liber.ſunt apud Grat.ſiue Paleam,et in quattuor Tarr.

nam cur prohibeatur,quod prohibendum)ſic etiam Palea.prohibitum,Barcin. nam cur prohibeamus,quod prohibitum,concil.

numquam ſancta ſcriptura declarat)ſic etiam Palea.ſancta ſcriptura numquam declarat,uetus Tarr.ordine mutato veteris eiuſd.libri ſcripturę. ſacra pro ſancta,duo alij Tarr.numquam ſacra ſcriptura declarauit,concil.quaſi uero non eccleſia multis quoque pie interdixerit,quib.aperte ſacra ſcriptura nuſquam interdixerat.

ſed nec) ſed neq. Palea,concil. et tres Tarraconen.

quæ inter ſe nuptias contrahunt) non contrahunt, Grat.ſiue Palea,quod aptius videtur.quib.inter ſe nuptias contrahere non licet,concil.ut editũ eſt,unus Grat.liber.

ne ergo)ſic etiam Grat.et concil.non ergo,duo Tarr.ſed in altero ne olim fuerat.

quod negandum nulla ratione mõſtratur)docemus, Barcin.et uetus Tarr.decreuimus,Palea. quod nulla abnegandum ratione monſtratis, concil. Ad extremum addã recte a Raim.hoc fuiſſe caput omiſſum,quo prima frõte videtur reici publicæ honeſtatis impedimentum.

cap.2.Hormiſda Euſebio Ep̃o)ſic uetus Gregor.et Grat.ſiue Palea 31.q.2.cap.2.Honor.iij.alter vetus Greg.mendoſe.Honorius,Cont.et alij,Hormiſda in marg.Cont.Hormiſda Papa Euſebio Ep̃o,Barcin.et Palea.

Tua ſanctitas &c.)ſic etiam Palea.Quia tua ſanctitas etc.Barc. Tua fraternitas requiſiuit,duo veteres Gregor.Tua nos requiſiuit fraternitas, Cont.et alij.

matrimonium ducere uult)contrahere pro ducere, Palea non male.matrimonium uult contrahere,Raim.

fieri non poſſe)ſic etiam Palea,et Raim.vox fieri non eſt in uno Tarr.non poſſe fieri,habet alter Tarr.

Poſſet autem de filio nondum adulto)Poteſt pro Poſſet,Palea.Poſſe,vetus Tarr.De filio autem non dum adulto poſſe,alter Tarr.Poteſt autem filium nondum adultum,Raim.

noluntas enim)cuius noluntas,unus Tarr.ſolus, quod non placet.

pater cui uult in matrimonio copulare) pater eum, cui uult,in matrimonium tradere, Palea.pater, cui uult. matrimonio tradere , Raim.tradere pro copulare,duo Tarr.in quorum altero additur poteſt poſt uerbum vult.pater, cui vult,in matrimonium tradere poteſt,Barcin.

peruenerit)ſic etiam Palea, et Gregor. editi. peruenit, duo veteres.

omnino ſeruare, & adimplere debet)obſeruare pro ſeruare, Palea. omnino debet hoc adimplere, Raim.

hoc omnib. orthodoxæ fidei &c.)Hoc ab omnib. orthodoxæ fidei cultorib. ſancitum a nobis, tenendum mandamus, Grat. ſiue Palea. omnia Raim. et Cont. omiſerunt.

Cap.3. Gregorius Papa)Idem G G.7. concil. non recte. ſed ſcribo, Item Gregorius ſeptimus.

Manifeſtum eſt eum)ſic in concil. vox eum non eſt in Barcin. vox eſt deſideratur in uno Tarr.

non peruenerit)ſic etiam in concil. non peruenit, duo Tarr.

Cap.4. Vbi non eſt conſenſus, &c. & infra)ſic etiam Raim. et Cont. excepto etc. ſenſus pro conſenſus, unus Tarr. non recte. integra enim clauſula eſt hæc. Vbi non eſt conſenſus utriuſq. non eſt cõiugium. Sic Grat. 30. q.2. c.1. in ueteri libro. ibi non eſt coniugium, editi libri. ſed apud Iuon. lib.6. tit.11. c.3. Panor. vt in veteri.

Huius ergo decreti auctoritate)hęc neq. Grat. habet, neq. Iuo, neq. Raim. et Cont. quæ ſequuntur, habent Gregoriani tantum libri.

ne de cetero aliqui)ut pro ne, duo Tarr. ne aliqui, Raim.

& canonib.)uel pro et, Raim.

non peruenerit)non peruenerint, duo Tarr. non peruenit, vetus Gregor. ut editum eſt, alter vetus, et Cont. et alij.

aliquando)aliqua, duo Tarr. et Raim.

toleretur)ſic etiam Raim. alias roboretur, vetus Tarr.

Cap.5. Alex. iij. Herforden. Epo)ſic etiam editi Gregor. et unus vetus. Epo Luc. alter vetus. Idem, alijs omiſſis concil. parte 12. c.2. titulo de eo, qui conſanguineam uxoris ſuæ, vel ſponſam patris ſui, vel conſanguineam ſponſæ propriæ cognouit. Hereford. duo Tarr.

Litteras tua fraternitatis recepimus)ſic vetus Greg. accepimus, alter vetus, et editi libri, et unus Tarr. ſuſcepimus, alter Tarr. Fraternitatis tuæ litteras ſuſcepimus, concil.

parochianus tuus A. nomine)hæc omittunt Raim. et Cont. ſunt in concil.

in uxorem accepit)ſic etiam Raim. duxit, cõcil. nõ male.

Vnde quia &c.)hæc recte Contius addidit omiſſa a Raim. quæ ſunt etiam in concil.

fraternitati tua taliter duximus reſpondendum)vox taliter non eſt in cõcil. neq. in uno Tarr. T. reſp. vetus Gregor. Con. t. t. reſp. alter vetus, et Cont. et alij.

ſi præfatus uir)ſic uetus Gregor. et Contius, et alij editi. ſi dictus vir, alter vetus. ſi memoratus uir, concil.

antequam puella ipſa &c.)illa, concil. antequã vij. annum puella compleſſet, vetus Greg. vox puella non eſt in editis, neq. in altero veteri.

compleuiſſet)impleſſet, concil.

ſed eundem etc.)hęc omittunt Raim. et Cõt. ſunt in concil.

cum huiuſmodi deſponſationes nullæ ſunt)cum deſpõſationes huiuſmodi nullæ ſint, duo Tarr. et Raimund. cum huiuſmodi diſpenſationes nullæ ſint, concil. mendoſe in poſter. editione; deſponſationes, eſt in priori.

quæ in cunabulis fiunt)ſic etiam Raim. factæ ſunt, pro fiunt, concil.

ſi præfata puella poſtquam)ſi poſtquam præfata puella, concil. et duo Tarr. ſi poſtquam puella, Raim. vox puella in tertio Tarr. non eſt.

prædictus uir matrem)eius, addunt concil. et tres Tarr. et Gregoriani. in uno tamen veteri eſt, ipſe vir matrem eius.

in uxorem accepit)accepit in uxorem, concil. et duo veteres Raim. libri. voce IN carent Cont. et alij.

ſententiam diuortij)diuortium, Barcin. ſolus.

nec ipſum, ſeu filiam)vox ſeu non eſt in trib. Tarr. neq. in concil. neq. in Gregor. hæc omnia verba, et quę poſtea ſequũtur, in uet. Gre. deſiderãtur.

ſiu matrem vxorem habere permittas)in vxorẽ, pro vxorem, Barcin. et tres Tarr. et concil. in quib. concil. etiam SIVE pro ſeu, eſt. ſeu matrem habere permittas, Raim. alijs omiſſis.

Cap.6. Eborac. Archiepo)ſcribe, Eboracen. ut in concil. parte 6. c.7. et in veterib. Greg. Epo, Cõt. et alij non recte.

Acceſſit ad præſentiã noſtrã nobilis vir &c.)Multa hic omiſſa a Raim. addidit Cont. quę ſunt in cõcil. duæ illę voces, nobilis uir, in uno Tarr. non ſunt.

W. filius G.)Vuilhelmus pro W. concil. W. ms, duo Tarr. ſic poſtea, ne idem ſæpe ſcribamus in hoc eodem capite. VV. Cont. edidit.

dum eſſet)ſic etiam concil. cum eſſet, Cont. et vnus Tarr.

non prabente)ſic etiam in concil. caret non Contianus liber non ſine mendi ſuſpicione.

matrem eius W. ſibi matrimonio copulauit)Vuilhelmus, concil. vox matrimonio in uno Tarr. non eſt. matrem eiuſdem VV. in matrimonio copulauit, Cont. Wlmus, duo Tarr.

noluerit acquieſcere)noluit acquieſcere, concil. et Cont. et duo Tarr.

eundem mandato noſtro abſolutum denuntiaſti) ſic etiam in concil. denuntiauit, Cont. non recte. eũdem pro eundem, Barcin. et duo Tarr. de mandato noſtro

to noſtro

Tarr.de mandato noſtro eum abſolutũ denun tiaſti,tertius Tarr.mihi obſcurus locus videtur: neque enim præceſſerat mandatum Apoſtolicum,ſed abſoluebatur ea condicione,ut mãdato pareret.ſic fortaſſe deſideratur hæc uox parendo,ut ſit apertior ſcriptura.eundem parendo mandato noſtro,abſolutum denũtiaſti.nũc etiam tollamus eam uocem parendo;et fingamus id ſignificare, mãdato noſtro abſolutum, ac ſi diceretur, ad mãdatum noſtrum adimplẽdum,abſolutum.

Verum præfatum W.) Vuilhelmus,concil. Vnde pro Verum,Barcin.et vetus Tarr.et Cõt. Wiſ,duo Tarr.

puellam ipſam)ſic etiam Cont.illam,concil.

infra vij.*annum*)duodecimum pro vij.concil.ſeptimum,Cont.

ut præfatũ W.*in uirum acciperet*)VV.Cõt.Vuilhelmum,concil.cetera,ut edita ſunt.in pręfatũ W.ut eum in uirum acciperet,vetus Tarr.olim tamen,ut edidimus,fuerat.

ad præſentiam tuam acceſſit) ſic etiam concil.ad tuam præſentiam acceſſiſſet,Cont.

& per eam cognoſceres)cognouiſſes,Cont.hęc in concil.deſiderantur.

quod memoratum W.*in uirũ uolebat*) Vuilhelmũ pro W.concil.quod præfatum VV.in uirum uolebat,Cont.non recte.

ab huiuſmodi)ſic etiam Cont.ab huius,concil.

H.*Anglorum Rex*)ſic etiam Cõt.Henricus pro H.concil.apertius.

matrem ſupradictæ)puellæ,additur in cõcil.et in Barcin.et in uno Tarr. ſupradictæ puellæ matrem,Cont.

quam idem W.)ſic etiá Cont.quam ideo Vuilhelmus,concil.

accepit,& ſollemniter deſponſauit)ſic etiam cõci. accepit ſollemniter, et deſponſauit,Cont.

& etiam ſine)et ſine concil.et tres Tarr.et Cõt. etiam ſine, uetus olim Tarr.

Vnde licet) Verum licet,concil.et Cont.quæ mutatio frequentiſſima eſt in his collectionibus.

in litteris tuis)ipſis pro tuis,concil.et Cõt.et tres Tarr.

quod ipſa puella)quod puella illa,conci.ipſa,Cõt.

quando huiuſmodi)ſic etiã in cõcil.quãdo ipſius, Cont.quando,unus Tarr.altera uoce omiſſa.

tamen refert utrum eſſet)utrum cum eſſet,conci. tamẽ reſtat,utrum puella eſſet,Cont.

proxima ætati)ſic etiam Cont.fuit proxima ætati,concil.

aut infra)ſic etiam concil.an infra,unus Tarr.et Cont.

Ideoq.fr.t.&c.)nõ recte hæc in cõcil.ſunt.(ideo) fr.t.mand.Cont.fr.t.non ſunt in uno vet.Gregor. ſunt in altero, et in editis. vox ideo eſt in Contiano tantum.

rei ueritate &c.)hæc omittunt Raim.et Cont. ſunt in concil.excepta voce rei.

quod præfata)quod puella præfata,concil.quod puella,Cont.

quando præmemorato W.)vox W.in concil.nõ eſt.quando V.ueteres Gregor.quando G.Cõtius,et alij.

non conſenſerit)non conſenſit,uetus Gregor.tãtum.vox non in uno Tarr.olim deſiderabatur.

idem W.)idem V.duo ueteres Greg.G.Cont. et alij. Vuilhelmus,cõcil.eadem varietas eſt in illis uerbis,eundem W.

præcipias) præcipimus,uetus Gregor.ſolus.

prolem denunties eſſe legitimam)ſic etiam in concil. memini Germanos quoſdam Romę ſic loqui. prolem denunties eſſe legitimam,Raim.aptius.

ſicut diſcretio &c.)hæc etiam a Raim.et Contio ſunt omiſſa,ſint licet in concil.

matrimonia ante vij.*annum*)annos,duo Tarr.et Raim.matrimonium ante vij.annum,concil.

præſertim)hac uoce tam concilia, quam Gregoriani carent.

non interuenit) ſic in concil.non accedit, Raimundus.

ſi præfata)ſi dicta,vetus Gregor.tantum.

vij.*annum compleuerit*)compleuerat, Barcin.aptius,et tres Tarr.et Raim.et concil.ſeptimum pro vij.uetus Tarr.

illam puella)puellæ ipſius,uetus Tarr.ipſius puellæ,alij duo Tarr.et concil.et Raim.

nolebat)ſic etiam concil.noluerit,Raim.

ſibi fuerat deſponſata)ſic etiam concil.et duo veteres Gregor.ei pro ſibi,unus Tarr.qua uoce idem olim caruit.fuerit pro fuerat,alter Tarr. fuit ſibi deſponſata,Cont.et alij.

Verum ſi tibi &c.)hæc diſplicuerũt Raim.et Cõtio,quia diſpenſationem,ſiue diſſimulationem ſignificant. ſunt autẽ in concilijs paucis exceptis,quorum varietatem lector inſpiciat.

Cap.7.Unde Iſidorus)Vox Vnde non eſt in tribus Tarr. neq.apud Raim.et Cõt.neq.apte poſita eſt.li.5.etymol.addit Cont.in margine. ego lib.11.c.2.etym.ſcribo.

ſunt uocati)ſic etiam Raim.vox ſunt non eſt in duob.Tarr.utraq.uoce caret Iſidorus.

id eſt a pudentia corporis)ſic etiã Raim. pudicitia pro pudentia,Barcin.et vnus Tarr.pudenda,alter nõ recte.ego pudendis malo:ſequitur enim quia hęc loca primo lanuginem ducunt,et id apud Iſidorum eſt.

quia hæc &c.)quod hęc loca tunc primum,Iſid.

quidã autẽ)tamẽ,unus Tarr.et Raim.autẽ, Iſid.

exiſtimant) extimant, unus Tarr. et uetus Greg. non male, etſi æſtimant aptius ſit. exiſtimant, alter uetus, et Iſid. et Cont. et alij.
expleuit) expleuerit, unus Tarr. et Iſid. impleuit, duo ueteres Greg. impleuerint, Cont. et alij.
Certum autem eſt, eum) Certiſſimum autem, Iſid. alijs omiſſis.
qui et ex habitu) ſic Iſid. vox et non eſt in Greg. neq. in duob. Tarr. et in tertio aliquãdo deſiderabatur. uetus Greg. etiam caret uoce ex, quã illi alij retinent.
iam poſſit) ſic Iſid. iam poteſt, Raim.
Puerpera autem &c.) Et puerperæ, Raim omiſſa uoce autẽ. Paulus c. 163. de uerbor. ſignificat. puerperas appellant recentes ex partu. ut editũ eſt, Iſid.
quæ annis) ſic Iſid. quæ in annis, Raim. et Cont. in uno tamen ueteri, ut edidimus.
Poſt uerba huius cap. addit Iſidorus. unde eſt
7 Hor. ... Laudantur in primo prole puerperæ
7 nato. Et dictæ puerperæ, uel quod primo partu
7 grauantur, uel quod primum pueros pariant. Horatij uerba mendoſa ſunt. ſcribendum: Laudatur ſimili prole puerperæ, ex lib. 4. carminũ.
Cap. 8. Norwicen. Epõ) ſic etiam Raim. Nor Wicen. duo Tarr. et concil. d. parte 6. c. 16.
Continebatur autem) uox autem non eſt in cõcil. neq. in Greg. neq. in duob. Tarr. ſi retineatur, partem eſſe alterius addi oportebit.
quod cũ) vox cũ in ſolo ueteri Tarr. deleta eſt.
tradita fuerat) fuerit, cõcil. et Raim. et duo Tarr.
ſuis parentibus &c.) hæc omittunt Raim. et Cõtius. parentib. ſuis, concil.
aſſerens in eundem uirum) ſe, additur in concil. et in Greg. poſt uocem aſſerens, ſed uoce virum carent Raim. et Cont.
prædictus uero vir econtra &c.) hæc recte addidit Cont. excepta voce ecõtra, fuerãt a Raim. omiſſa, exſtant totidem uerbis in concil.
proponit) ſic etiam cõc. et Cont. proponens, duo Tarr.
tradita fuiſſet) ſic etiam in concil. fuit, Cont.
ætati fuit) fuit ætati, concil. ætati, Cont. altera uoce omiſſa.
eidem uiro) ſic in concil. et in Cõtiano. ab eodẽ uiro, unus Tarr.
& in vbi) ſic etiam Cont. et ita nos, concil.
taliter reſpondemus, quod in decretis) quod cũ pro quod, concil. et Barcin. et tres Tarr. in quorum uno uox cum expuncta eſt. Cõs. t. t. reſp. quod cum in decretis, Raim. decreta hic appellantur canones ex concilio apud Cõpendium c. 20. ut refert Burch. lib. 9. c. 42. et Iuo lib. 6. tit. 10. c. 8. Panormię, et parte 8. c. 180. decreti. exſtat apud Grat. 33. q. 1. c. 3.
habetur expreſſum) ſic etiam in concil. habeatur pro habetur, duo Tarr. et Raim.
cognouerit) cognouit carnaliter, uet. Greg. ſolus.
ſtandum eſt) uerbum eſt in altero ueteri Greg. tantum non eſt.
Vnde præſulo) uocem Vnde Raim. et Cont. omiſerunt, eſt in concil.
qui ſe dixit) ſic in concil. qui dixit ſe, uet. Greg. qui dicit ſe, alter uetus, et alij.
& ſi fuerit proxima) ſic etiam in concil. et ſi fuerit ætati nubili proxima, Barc. Si autem fuerit ætati proxima, Raim.
In xi.) ut in xi. Raim. duodecimo anno, concil.
& uoluntate parentis deſponſata, et benedicta fuerit) ſic etiam in concil. deſponſata fuerit, uet. Greg. alijs omiſſis. uox fuerit nõ eſt in alijs libris, neque in Contiano, ſed tantum uox deſponſata. Cur alia Raim. diſplicuerint, diuinare facile poſſumus.
nõ debet) ſic etiam Raim. nõ debebunt, concil.
ipſam fuiſſe) eam fuiſſe, uet. Greg. ipſam, altera uoce omiſſa, concil. ut editum eſt, Cont. et alij.
profitentur) fateretur, cõcil. et uetus Tarr. et Barcin. et Raim. fatentur, unus Tarr.
& ætati proxima) hæc omittunt Raim. et Cont. ſunt in concil.
benedicta, atque traducta) hæc etiam ſunt in concil. non ſunt in Greg. fuerit, additur in ueteri Tarr. quod olim omiſſum fuerat. mihi id ſuperuacaneum uidetur.
illius, cui) ſic etiam concil. et uetus Greg. ipſius, cui, alter uetus, et Cont. et alij.
deſponſata fuerit) fuit, uetus Gregor. ſolus.
eam ducere) ſic etiam concil. et Raim. eandẽ pro eam Barcin. traducere pro ducere, unus Tarr. quod non placet.
puella ſibi deſponſata) uox puellæ in uet. Tarr. deſideratur. in cõcil. uero ea ſola eſt, alijs omiſſis. ſponſæ, Raim. et Cont. alijs quoq. neglectis.
Cap. 9. Idem Baton. Epõ) Bathonienſi cõcil. d. parte 6. cap. 27. et unus Tarr. et Raim. et Cõt. Batonien. alter. Bathonenſi, Barcin. Barronienſi, tertius Tarr. non recte.
De illis qui &c.) Ante hæc uerba fortaſſe addẽdum eſt, Pars cap. A nobis. tum quia hoc initiũ reſcripti non uidetur; tum quia proximo capite uerba quędã huius capitis referũtur, quæ poſt id caput ſequantur.
infra annos aptos) ſic etiã Raimũd. exiſtẽtes, additur in concil.
peruenerint) perueniunt, concil. peruenerit, uetus Gregor. peruenerint, alter uetus, et editi.
reclamet, & poſtulet) reclament, et poſtulent, cõcil. reclamet, et poſtulent, Raim. poſtulant, uet. Greg. ſolus.
non ſunt audiendi) non ſunt aliquatenus audiendi, concil. ullatenus pro aliquatenus, Raim.

Si uero

Si uero alteruter iſtorum ad annos) eorum pro iſtorum, concil. et duo Tarr. alter pro alteruter, uetus Gregor. et tertius vetus Tarr. alter eorũ, cap. 10. ut editũ eſt. editi Greg. et unus uetus.

annos aptos matrimonijs contrahendis) ſic etiam in concil. annos pubertatis, Raim. et Cont.

cum quo eadem) hæc in cõci. non ſunt. voce quo Barcin. caret, et tres Tarr. cum, Raim. et Cont. alijs omiſſis.

in alterum) in alium, uetus Tarr. ſolus.

debent) poterunt, Tarr. tres, et concil. et Raim. potuerint, Barcin. non recte.

Utrum autem mulier) ſic etiam in cõcil. Mulier autem, Raim.

quæ poſtquam annos nubiles attingit) attigerit, uet. Tarr. attigit, Barcin. et alter Tarr. et duo ueteres Greg. attingit, Cont. et alij. multa in concil. deſiderantur.

ab eo ſi quærat diſcidiũ etc.) diſſidiũ cõc. et tres Tarrac. diuortium, Barc. multa omittunt. Raim. et Cont. pro ab eo, eſt etiam in Barcin. ab eodẽ.

quia cum) quod cum, duo Tarr. et concil.

conſenſerit) conſenſit, uetus Greg. ſolus.

diſſentire non poterit aliquatenus) conſentire non poteſt aliquatenus, concil. non recte. non poterit diſſentire, Raim. alia uoce omiſſa.

uel diuertere) hæc omittunt Raim. et Cont. ſunt in concil.

niſi forte ipſe, cui nupſerit etc.) nupſit, tres Tarr. niſi forte illi nupſit, etc. cõcil. non recte. niſi ipſe, cui nupſit, poſtquam ad legitimam ætatem peruenerit, Raim.

in ea ſuum omnino negauerit præſtare cõſenſum) ſe pro ſuum, uetus Tarr. vox omnino in altero Tarr. deſideratur. et in eum ſuum etc. cõcil. in eam ſuum negauerit præſtare cõſenſum, Raim.

Cap. 10. Idem eidem) ſic etiam in ueteri Gregor. voce eidem caret Cõt. et alij. forte addi poſſet, in eadem, ut ex ultimis uerbis colligi poteſt.

A nobis tua diſcretio) deuotio, unus Greg. uetus.

utrum ij) ſcribendũ ijs, ut eſt in Barc. et in trib. Tarr. et in Greg.

inquiſitioni tuæ taliter) hęc omittũt Raim. et Cõt.

quia pro eo) quod pro eo, unus Tarr. et Raim. aptius.

de ſanctorũ patrũ nõ habẽt auctoritate) non habẽt, Raim. et Cont. alijs omiſſis.

aut cõfirmẽt) aut cõſumment, uetus Greg. aut cõfirmetur, alter uetus, et Cont. et alij.

anticipare) hoc loco refertur in ſcholijs opinio G. Vaſconis veteris interpretis, cuius nomẽ raro ita ſcriptum inuenies.

Si uero alter eorum &c.) hæc omittunt Raim. et Cont. de his diximus c. 9.

ut ſupra prox. c.) proximo c. unus Tarr.

Cap. 11. Idem) Vigilenſi Epõ, additur in concil.

Si puella &c.) Si uero puellã infra duodecimũ annum aliquis deſponſauerit, concil. Ante hæc uerba addi poſſet, Pars cap. Cum ſit Romana. ex his, quæ dicta ſunt cap. 7. de ſponſalibus. In margine pro illis, Non ponitur, ſcribi potuit. c. 8. de ſponſal.

uel ſponſus &c.) hæc in concil. deſiderantur.

peruenerat matrimonio aptos) peruenerit aptos matrimonio, uet. Tarr. peruenerint aptos matrimonio, alter. peruenerit matrimonio aptos, tertius. matrimonio aptos ãbo peruenerint, cõc.

matrimonio peruenerit) peruenerint, concil. et unus Tarr.

uel recipienda) uel remittenda, concil. nõ male. uel reſcindenda, Barcin. quod præfero editis. uel renuenda, unus Tarr. uel retinenda, duo Tarr. non recte.

ad complendũ) ad implendũ, duo Tarr. et cõcil.

Sponſa autem &c.) De his uerbis dictum eſt d. c. 7. de ſponſalib.

Cap. 12. Ianuen. Epõ) ſic etiam in conci. parte 50. c. 41. Ianuen. Archiepõ, uetus Greg. Genuen. Archiepõ, Cont. et alij quidam.

pars c. Tua fraternitas) hæc omittũt Raim. et Cõtius. Integra clauſula, uel potius epiſtula exſtat in concil. d. c. 41. et in hac collect. c. 7. de ſponſa duor. cum eadem inſcriptione.

De illis autem &c.) Recte addit Cont. omiſſa prius a Raim. quæ ſunt in concil. excepta uoce autẽ pro qua uero eſt. Raim. neutrã uoluit.

Hæc inquiſitioni) Hoc pro Hæc, concil. et Cont. et Barcin. et duo Tarr.

taliter præſentibus litteris) t. Cont. pro taliter, alijs omiſſis. in concilijs ea uox non eſt, cetera, ut edidimus. eſt in uno ueteri Gregor. t. reſp. mihi in hac collect. ea vox ſuperuacanea videtur.

ætati proximi) ſic in concil. et in Greg. ætati nubili proximi, uetus Tarr. ſed uerbũ nubili, ut scholiũ, adiectum eſt. quod, ut ſcholium, placet. maxime, addit Alanus uetus interpres.

quod potuerint) quod potuerunt, unus Tarr. ſol. quod non poterunt, prior cõc. editio, nõ recte.

cum ætatem uideatur ſuppleuiſſe malitia) ſic etiam concil. cum in eis ætatem ſuppleuiſſe malitia uideatur, duo ueteres Tarr. uidetur, Cõt. et alij.

Cap. 13. Atteſtationes ſuper) Ante hęc uerba addi poteſt, pars c. Cũ in Apoſtolica. Integra clauſula exſtat c. 20, de ſponſalibus in hac collect. Atteſtationes, quæ ſuper, duo Tarr. nõ recte. ut editum eſt, Raim. et Cont.

a tua nobis fraternitate tranſmiſſas) hæc omittunt Raim. et Cõt. ut alia non pauca, quæ cõmemorare ſingula non eſt neceſſe.

cum præfatã acceperas in uxorem) accepit uxorẽ, unus Tarr. uxorem accepit, alter. cum præfatã G. accepit uxorem, Raim.

miſſas

niſus fuiſſet) uiſus pro niſus, unus Tarr. quod nō æque placet. uiſus fuerit, uetus Gregor. ut editum eſt, alter uetus, et editi.
credit ſe) credidit ſe, uetus Gregor. olim.
a memorata) a dicta, alter uetus Greg. ſolus.
ſed cum uir x. et vij. *&c.*) xvij. eſt in tribus Tarr. xiiij. in Barcin. Non recte hoc loco addidit Cōtius a Raim. omiſſa. nam debuerat obelo notare, quæ Raim. ex his ſumpſerat (cū xvij. annos habeat) habebat tamen in uet. Gregor. olim fuerat, quod non placet.
ipſam recipere) eam recipere, Cont.
ſuper cauſam ipſam) ſuper ipſam cauſam, uetus Tarr. ſuper cauſa ipſa, alter. ſuper ipſa cauſa, tertius. ſuper ipſa, Cont.
non duxiſſes) non duxiſti, Cont. et tres Tarr.
procedendum) procedere, Cont.
hoc a nobis etc.) Conſult. t. t. reſpōd. Raim. et Cōtius. in uno tamen ueteri eſt tantum, t. reſp.
poſt xiiij. *annū*) an. unus Tarr. annos, uetus Gregor. annum, alter, et Cont. et alij.
prædictus iuuenis) præfatus iuuenis, uetus Greg. tantum.
ætatem peruenit) ſic etiā Raim. peruenerit, unus Tarr.
non conſenſit uxorem) ſic etiam duo veteres Greg. conſenſerit pro conſenſit, unus Tarr. non conſenſit in uxorem, Cont. et alij.
Cap. 14. Ex litteris tuæ fraternitatis) Ex litteris tuis, uetus Gregor. ſolus.
annorum &c.) annorū xij. uetus Greg. an. xij. alter uetus. anno xij. Cont. et alij.
& deſponſata) ſic etiam Raim. et inuita, additur in uno Tarr.
qui erat in anno nono, uel x.) decimo, unus Tarr. ix. uel x. annorum, Raim.
& demidio tempore) et medio tempore, tres Tarrac. et tempore, Raim.
procedente) præcedente, uetus Gregor. quod nōdum probaui.
matris, & fratrum) pro his uerbis Raim. parentum ſcripſit.
patris prædicti pueri ducta) perducta, uetus Tarr. pueri prædicti, alter. patris pueri ducta, duo ueteres Gregor. adducta, Cont. et alij.
ubi molens) ubi dolens, Cont. ſolus.
ſicut ab ore etc.) Multa Raim. et Cont. omiſerūt.
perſuaſionib.) uaſionibus, unus Tarr.
impulſa) ſic etiam Raim. compulſa, uetus Tarr.
habuit et tandem) fecit pro habuit, Raim. habuerat, duo Tarr. in quor. altero habuit olim fuit. et, unus Tarr. caret.
Commonita uero &c.) hæc recte addit Cōt. a Raimund. prætermiſſa.
ſicut aſſeris) hæc Cont. omiſit.
contradicis) contradixit, Cont.

cum iam dictus) Cū autem dictus, Raim. et Cōt.
ſicut tua &c.) hæc ab eiſdem omiſſa ſunt.
ad xiij. *annum et alij ſua peruenerit*) peruenerat, unus Tarr. xiiij. pro xiij. Barc. et duo Tarr. ad xiiij. annum peruenit, unus Greg. peruenerit. alter uetus, et editi. xij. pro xiij. uet. Tarr. quod non placet.
nec umquam ad eam puellam) eādem pro eā, duo Tarr. nec ad eandem, Raim. alijs omiſſis.
carnaliter acceſſum habuerit) carnalem acceſſum habuerit, uetus Gregor. carnaliter acceſſum habuit, Cont. et alij. ut editū eſt, alter uetus Raimundi liber.
per te ad hoc ſtudioſe) hæc omittūt Raim. et Cōt.
idem puer compleat) ipſe pro idem, unus Tarr. cōpleat idem puer, alter Tarr. et Raim.
xiiij. *annum ſuæ ætatis*) xiiij. annos, uetus Greg. alijs omiſſis, annum Cont. et alij.
in maritum auctoritate noſtra) hęc etiam omittūt Raim. et Cont.
dare potes libertatem) poteris pro potes, Barcin. liberam tribuas facultatem, Raim.
Dat. Veron.) hæc in Gregor. non ſunt, neque in Barc. neque in uno Tarr. Veronæ, eſt in altero Tarr.

TIT. III. DE CLANDEſtina deſponſatione.

CAP. 1. *Hieronymus in parabolis*) adde c. 5. eādē uerba ſunt in ſcholijs ſacror. libror. gloſſam inter lineas dicunt.
In plateis tuis aquas tuas diuide) Salomonis uerba ſunt prouerbior. cap. 5. Bibe aquam de ciſterna tua, et fluenta putei tui, deriuētur fontes tui foras, et in plateis aquas tuas diuide. habeto eas ſolus, nec ſint alieni participes tui. υἱὲ πῖνε ὕδατα ἀπὸ σῶν ἀγγείων, καὶ ἀπὸ σῶν φρεάτων πηγῆς. ὑπερεχέσθω σοι τὰ ὕδατα ἐκ τῆς σῆς πηγῆς, εἰς δὲ σὰς πλατείας διαπορευέσθω τὰ σὰ ὕδατα. ἔστωσάν σοι μόνῳ ὑπάρχοντα, καὶ μηδεὶς ἀλλότριος μετασχέτω σοι. LXX. Fili bibe aquas de tuis uaſis, et de tuis puteis fontis. effundantur tibi aquæ ex tuo fonte. in autem tuas plateas trāſeāt tuæ aquæ. ſint tibi ſoli exiſtentia, et nullius alienus particeps ſit tui. Cōpluten. duriuſcule ſunt quędam dicta. ut illud in autē tuas, pro in tuas autem. et ὑπάρχοντα, quę bona, ſiue facultates ſolemus dicere, hic interpres exiſtentia dixit. Vetus quidā interpres, cuius ſcholia R. littera notātur, aquas interpretatur bonas operationes, ut in pſal. 1. ſecus decurſus aquarum, vel aquas doctrinæ. Vincentio extorta uidetur Hieronymi interpretatio, ut alibi notatur multos in ſacris libris ingenio abuti, diſt. 37. relatum. et de pœniten. diſt. 3. adhuc inſtant. Ego a Hieronymi interpre-

terpretatione, ſiue cuiuſuis alterius ſit, non alienus ſum. Video enim ita illic ſcriptũ eſſe poſt ⁊ relata uerba. Sit uena tua benedicta, et lætare ⁊ cũ muliere adoleſcentię tuæ. ἡ πηγή σου τοῦ ὕδατος ἔστω σοι ἰδία, καὶ συνευφραίνου μετὰ γυναικὸς τῆς ἐκ νεότητός σου. Lxx. Fons tua aquæ ſit tibi proprius, et conlætare cũ muliere, quæ ab adoleſcentia tua. Complut. pro muliere vxore malo, cetera quoque dure dicta ſunt, pro quæ tecũ adoleſcat. Sic apparet tranſlatione uſum ſapiẽtẽ Regem in ſuperiorib. uerbis. Coeperatq. deterrere filium a meretrice, et ab adultera, poſtea quid agere debeat, tectis uerbis docuit.

ideſt filium etc.) Hieron. verba ſũt, excepta voce ideſt, quę etiã omiſſa eſt in gloſſa inter lineas.

ac filiam) ſic Hieron. ac filias, gloſſa.

alijs) deletam hanc vocem inueni in ſolo ueteri Tarr. non eſt apud Hieron. eſt in dictis ſcholijs.

nuptũ trade) ſic Hieron. nuptũ tradas, ſcholia.

manifeſte cum plurib. ſocijs) manifeſte facito pluribus conſcijs. Hieron. manifeſte cũ plurib. conſcijs, ſcholia.

Cap. 2. ex concilio Agath.) Agathen. duo Tarr. Auril. uet. Greg. pro Aurelian. Arelaten. alter, et Cont. et alij editi. ego in concil. non inueni. Agathen. Cont. in marg.

uel uir) ſubſcribo Tancredo, qui putabat hæc uerba tolli debere. habẽt omnes libri, et Raim. et Cont.

uiro tantum) vox tantũ a Raim. recte omiſſa eſt.

Cap. 3 Beluacen. Epo) ſic etiã Raim. et Cont. Belluacen. duo Tarr. tota inſcriptio deſideratur in concil. parte 50. c. 17. in priori edit. concil. ſi ex c. 16. ſumenda ſit, hæc erit. Idem Vuigornien. Epo, in xij. libro reg. ut editũ eſt in poſter. edit.

Quod nobis ex parte tua etc.) Recte Cont. addit a Raim. omiſſa. nõ recte idẽ ſub tit. qui filij ſint legit. ex 2. cõpil. addidit, et nihil de his, quę ſub hoc titulo poſita fuerãt, dixit. ex una parte, cõcil. pro ex parte tua. Quod de uobis, et infra uetus Gregor. tit. qui fil. ſint leg. mendoſe.

utrũ in clandeſtinis) de pro in, unus Tarr. ut pro utrum, concil. ut de clandeſtinis, Cont.

debeamus) deberemus, concil. et Cont.

adhibẽda) ſic in concil. habẽda, unus Tarr. neutrum Cont.

legitimi teſtes nõ appareãt) ſic concil. et olim uetus Tarr. mox compareant. legitima probatio non apppareat, Raim.

contrahunt) ſic in concil. et in Greg. ſi perſeuerare noluerint, additur in Barcin. non male.

compellendi) repellendi, concil. prioris editionis.

tamẽ ea, quae ſic cõtrahũtur) cõtracta ſunt, concil. omnia Raim. et Cõt. omiſerunt. vox ſic in uno Tarr. deſiderata aliquando eſt.

et legitima) hęc neq. in concil. ſunt, neq. in Greg.

et cõprobãda) ſic etiã Raim. ac pro et, concil. et probanda, uetus Tarr.

contraherentur) ſic etiam in concil. cõtrahantur, Barcin. contracta, Raim.

et rato habito) hæc omittũt Raim. et Cont. ſunt in concil.

filios, et heredes) heredes, et filios, unus Greg. uet. uox filios olim in uno Tarr. deſiderabatur.

TIT. IV. DE SPONSA

duorum, & ſponſo duarum) et ecõuerſo, uet. Tarr. vel e contrario, alter. De ſponſa duorum, Barcin. et unus Tarr. et Raim. et Cont. alijs omiſſis,

CAP. 1. *Auguſtinus de fide pactionis et cõſenſus*) ſic etiam Grat. ſiue Palea 27. q. 2. cap. ult. et Raim. et Cont. Eugenius, Barcin. et uetus Tarr. In B. Auguſtini libris hæc nondum inueni.

dicitur fides pactionis) ſic etiã Raim. et pactionis, Grat.

ſi aliquis) ſic Grat. et Raim. ſiquis, uet. Tarr. ſed olim, ſi aliquis.

fidem fecerit) fidem dederit, uetus Gregor. ſolus.

ſi aliam) et ſi aliam, uetus Greg. tantum.

debet agere) ſic etiã Raim. agat, Grat. ſiue Palea,

dimittet ipſam, & adherebit uxori priori) dimittet eam, et adhęrebit primę uxori, Palea. dimittet illam, et adhęrebit priori, uetus Gregor. ipſam pro illam, alter uetus, et Cont. et alij.

ei rem) ſic etiã Palea, cum rem, Raim. vox ei in uno Tarr. aliquando deſiderabatur.

etiam ſi non ſtringat) et ſi nõ ſtringit, duo Tarr. et uetus Gregor. etiã ſi nõ ſtringit, tertius Tarr. et ſi nõ cõſtringat, Palea. et ſi non cõſtringit, alter uetus Gregor. non ſtringit, Cont. et alij.

corde tamen) vox tamen aliquãdo in uet. Tarr. deſiderabatur.

Cap. 2. ex B. lib. xix.) ex Brocardo lib. xxx. Raimũd. et Cont. qui in marg. ſcribit, alias xiiij. extat lib. xix. Decretor. Burchardi Epi Vormacienſis. ſumpſit autẽ is ex pęnitentiali Romano, ut ſuſpicor. Raro inuenies ex alio libro, quam ex eo, in quo de pænitentijs agitur, quidquã in his collectionib. adferri. ex Brocardi lib. xiiij. habet Barcin. Brocardo pro B. duo Tarr.

Accepiſti illam tibi uxorem) ſic etiã Burch. in uxorem, vetus Gregor. et três Tarr. Accepiſti vxorem illam tibi, alter vetus Gregor. Accepiſti illam in uxorem tibi, Cont. et alij.

xl. *dies*) quadraginta dies, unus Tarr.

quod carinam vocant) ſic Burch. in eo libro ſępe, ex quo eſt etiam ſub titulo de accuſationibus c. 9. carentenam, uetus Greg. et in margine Cõtius. a quadrageſima, ſiue quadragena corrupta vox deducta eſt, non a carentia hominum, uel ciborum, ut Tancredus putabat. caninam dici

aliquando exiſtimabam;quod pane,et aqua ut canes veſcerentur:non ut ceteri homines alijs cibis.ſed illud malo,quod aptius eſt tã pænitẽtijs,quam indulgentijs.

Cap.3.Salernitano Archiepõ) Epõ,in concil.d. parte 6.cap.8.Saler.Archiepõ, Raim.et Cont. ſed cap.2.de conuer.coniug.ut editum eſt.

Licet præter ſolitum,& amplius &c.)Recte Cõt. addit a Raim.omiſſa.eadem ſunt in concil.

more multiſſimis)vox more non eſt in Barc.neque in tribus Tarr.multis ſimus,concil.et Cõt. et duo Tarr.aptius,uoce more omiſſa.

& magnis)ſic etiam Cont.et uarijs,concil.

& ita)ſic Cont.et,non eſt in concil.

ſpeciali)mendoſe in concil.ſpirituali.

aduerſus perſonam)ad perſonam,concil.et Cont.

dilectio tua)dil.tua, Cont.prudentia tua, cõcil.

quantumcumq.alijs ſimus intenti)ſimus alijs,unus Tarr.ſumus alijs,concil.caret omnib.his uerbis Contianus liber.

aperire)ſic in concil.uolumus aperire,Cont.

iuramento)ſic etiam Cont.ſacramento, concil.

interuenerit)ſic in conci.et in Cont.interueniat, uetus Tarr.

de præſenti)ſic etiã in cõc.et pro de,Cõt.nõ recte.

fuerit copula ſubſecuta)ſic etiam Cont.ſecuta,cõcil.copula ſubſecuta fuerit,unus Tarr.

ſub ea ſollemnitate,qua &c.)qua,unus Tarr.et cõcil.multa Raim.et Cont,omittunt non contẽnenda.uox ſub in concil.non eſt.

præſente uidelicet ſacerdote,aut notario)præſente ſcilicet ſacerdote,aut etiam eius notario, concilia.uide cap.6.huius tituli,et quæ nuper in concilio Tridentino edita ſunt.

& ſicut)etiam,ſicut,unus Tarr.ſicut etiam,concil.et alter Tarr.

idoneis)corã idoneis,cõcil.et Barc.et tres Tarr.

unus alterum in ſuum) in ſuo,tres Tarr.unus alium in ſuam,concil.prioris edit.unus ad aliũ in ſuam,poſter.editio,utrũq.non recte.ſi unus alterum in ſuum,uetus Gregor.vox ſi non eſt in altero ueteri,et pro ſuum ſuo,quod etiã eſt in Contiano,et alijs editis.

uerbis conſuetis expreſſo)ſic etiã duo ueteres Gregor.expreſſis,Barcin.expreſſe,Cont.et alij.uerbis expreſſis,concil.

utrumq.dicendo)vterq.dicẽdo,uetus Tarr.utrimque dicendo,alter Tarr.et concil.et vetus Gregor.utroq.dicente, tertius Tarr.et alter uetus Gregor.et Cont.et alij.

Ego accipio te in meum)Ego te recipio in meam, cõcil.Accipio te in meã,uet.Greg. Ego te accipio in meã,Cõt.et alij.De his uerbis uide c. 6.

et ego te in meã)meũ,cõcil.et duo ueteres Greg. et ego accipio te in meum,Cont.et alij.

ſit iuramentum)ſic etiam concil.interpoſitũ,addit Raim.

& ſi nupſerit)ſic in concil.alij,addit Barc.et ſi nupſit,uetus Gregor.ut editum eſt,alter uetus,et Cont.et alij.

ab eo)ſic concil.et Raim.ab ea,Tarr.tres.quod non æque placet.

ad primum)ſic in cõcil.ad primam,Barc.et duo Tarr.et uetus Gregor.ad primum,alter uetus, et Cont.et alij.

compelli)compellere,uetus Gregor.ſolus.

quamuis quidam alij aliter ſentiant)vox quidam in concil.non eſt.omnia præter uocem quamuis omittunt Raim.et Cont.mihi magis hæc verba placent,quam ea,quæ poſtea ſequuntur.loquitur autem de Mutinenſibus,et Bononienſibus,qui poſtea ab errore ſuo ſunt reuocati, ut refert Tancred. de Mutinenſibus extat c.un.hoc tit.coll.3.uide c.4.et 5.huius tit.

& aliter etiam a quibuſdam prædeceſſoribus noſtris ſit aliquando iudicatum)vox et in concil.deſideratur. Quamuis aliter a quibuſdam etc. Raimund.iudicatum.in illis locis,in quibus obtinebat talis conſuetudo.R.non igitur illi Põtifices in lege cõdẽda,uel interpretatione facienda generaliter errabant;ſed in iudicio priuato. Ponderanda autẽ ſunt illa Innocẽtij tertij uerba,in matrimonijs decetero cõtrahẽdis,d.c.un.

Verum poſt conſenſum etc.)De his uerbis dictum eſt c.2.de conuerſione coniugat.

Cap.4.)Ante hoc caput duo ſunt in Barc.alia capita,quæ nos in calce huius libri ſcripſimus, licet alterum ad titulum de clandeſtina deſpõſat.cuius initium eſt,Solet frequenter,alterum ad titulum de raptorib.cuius initiũ eſt,De ijs, qui ſponſas,pertineat.Ab alio tamen ſcriptore adſcriptum eſt,Vacant iſtæ duæ.

Ebardo Paduano Epõ) ſic etiam in conci.Eborardo,unus Tarr.Ebaldo,Barc.Eberardo,ſcriptum eſt parte 6.c.22.quod malo.

ut ſi qua dubia)ut ſi dubia,concil.

ad noſtram audientiam perferãtur)aurem pro audientiam,concil.et Barc.et unus Tarr.ſed proferantur,hic,et alij duo Tarr. perſerũtur,Barc. ad noſtras aures proferantur,uetus Tarr.

& ea debeamus abſoluere)vox et non eſt in cõcil. neq.in Barc.neq.in trib.Tarr.eadẽ debeamus ſoluere Barc.debemus pro debeamus,tres Tarrac.ſoluere pro abſoluere,unus Tarraconenſis.

in lucidum)in lucem,concil.aptius.

unde nos)ſic in concil.quod nos,unus Tarraconen.

deſponſetur,& cognoſcatur)deſponſatur,et cognoſcitur,concil.et unus Tarr.

et ita

& ita mulier)infra pro ita,in concil..quod non dum placuit.
in ſuam)ſic etiam in concil.recipiat,addit uetus Tarr.
licet poſtea)ante hæc uerba eſt in eodem ueteri Tarr.vox et,quæ in concil.non eſt.
debeas)debet,concil.
Cap.5.Pars cap.Sicut Romana)hæc in concil.nō ſunt.integra clauſula exſtat cap.1.de reſcriptis, et c.12.de appellatio.in hac collect.et in concil. parte 10.c.11.Hoc eſt c.7.in Barcin.
Porro ſiqui)ſic etiam in concil.ſiquis,uet. Tarr.
contraxerunt)contraxerint,concil. aptius.
cognouerit)ſic in cōcil.cognouit,unus Tarr.
habere debeas)hanc,concil.non ſine mendo.
ſine iudicio)vox ſine in concil. non eſt.
aliam tamen &c.)inepte hæc cohærent. cū alio tamen contrahere nuptias non poteſt:dicēdū fuit:aut,aliam tamen vir interim nō poteſt du cere in uxorem.
Cap.6.Idem)Eberardo Paduano,additur in cō cil.et vox Idem refertur ad Vrbanū,ut ſuſpicor,tertium.poſt uotē Paduano, addi oportet Epō,ut c.4.huius tituli,et in concil.d.parte 6. c.18.Hoc eſt c.8.in Barcin.
Pars c.Significaſti)Integra clauſula quęrēda eſt. finge eſſe eā,quę ſub tit.de diuortijs, aut eam, quę ſub tit.de adulterijs eſt in hac collect.ſupra ſcripta uerba in concil.non ſunt.
Super eo uero) vox uero non eſt in concil.
domini utriuſq.)aſſenſu,additur in concil.
nullo ſacerdote præſente etc.)uide c.3.huius tituli.
Anglicana eccleſia exhibere)adhibere,concil. et unus Tarr.Anglica pro Anglicana,alter Tarr.
Tua prudētia)paternitati,cōcil.quod nō placet.
duximus reſpondendum)ſic etiā in concil.reſpondemus,unus Tarr.
mulier ipſa)uox ipſa non eſt in concil.neq.in uno Tarr.
dicendo unus alteri &c.)Multa in concil.deſiderantur.dicente uno alteri,Barcin.et duo Tarr.
recipio in meā)vox recipio nō eſt in uno Tarr. uide ſupra cap.3.
traduxerit,atq.cognouerit)traduxit,atq. cognouit,concil.traduxit,unus Tarr.
iniūcta primo uiro)vox uiro in cōcil.nō eſt,quod laudo.mulieri enim non priori uiro iniungitur pænitentia.
violatione iuramenti)ſic in concil. ſacramenti, unus Tarr.
ſi dedit exinde fidem)vox exinde nō eſt in cōcil. dederit pro dedit,Barcin.et unus Tarr.
præſtitit ſacramentum)iuramentum,concil.et unus Tarr. præſtiterit ſacramentum,Barcin.
Appellationi autem &c.)hæc clauſula in cōcil. non eſt.

ſuper iſto)ipſo,unus Tarr.
niſi appelletur ab eo)niſi appellaretur ab ipſo, duo Tarr.niſi appellaretur ab eo,tertius.
Cap.7.Idem Ianuen.Epō)ſic etiam in concil.parte 50.c.41.Archiepō,uetus Gregor.Genuen. Archiepō,Cont.et quidam alij editi.Eſt autē hoc caput 9.in Barcin.
Tua fraternitas nos conſuluit quid &c.)Recte Contius addit omiſſa a Raim: Tua nos fraternitas duxit conſulendos,quid etc.concil.
de his agere debeas)ſic etiam in cōcil.debeamus, Barcin.et Cont.de his agendū ſit,unus Tarr.debeas agere de his,alter Tarr.
uel cognoſcant)et pro uel,unus Tarr. ſolus.
accipiunt alias in uxores)alias in uxores accipiūt, concil.alias accipiant in uxores,Cont.
ſuper quo)ſic etiam Cont.ſuper hoc,concil.
recipiunt expreſſo)expreſſe,Cont.inuicem receperint expreſſo,concil.
uota tranſire)ſic etiā Cont. uota ſe transferre, concil.
Verum ſi)ſic etiam concil.et Cont.Vnde ſi,uet. Tarr.non optime.
conſenſus mutuus) voce mutuus caret Cont.eſt in concil.
uidelicet quod uterq.dixit)ſic etiam Cont.dixerit, unus Tarr.ſcilicet quod uterq.dixerit,concil.
in meam)in meum,uetus Tarr.ſolus.
ego te recipiam in meum) vox recipiam neq. in concil.eſt,neq.in Cont.libro,neq.in trib.Tarr. meam pro meū,eſt in ueteri Tarr.
ſi alius mulierem illam)vox illam non eſt in concil.et alius eam mulierem,Cont.
deſponſauerit.& traduxerit)deſponſauit,et traduxit,concil.et Cont.et unus Tarr.
etiam ſi inter)ſic etiam Cōt. et ſi inter,duo Tarrac.et concil.
iuramentum fuerit) fuit,concil.et Cont.
huiuſmodi) huius, duo Tarracon.et concil. et Cont.
de uiolatione fidei)ſic etiam Cont.iuramenti pro fidei,concil.neutra uox eſt in uno Tarr.
De alijs uero)ſic etiā in concil.De his uero,Raimund.et Cont.
et poſt ap.quam ante ſententiam)ſic etiam uetus Gregor.et poſt appellationem ante ſententiā, cōcil. et pendente appellatione, quam ante ſententiam,alter uetus Gregor.et Cōt.et alij.
ap.pendente)et appell.pendente,concil.
in uxores)ſic concil.et uetus Raim.liber.vox in aptius omittitur in altero ueteri,et in Cōtiano, et alijs.
duxerint)ſic etiam Raim.aliqui duxerint,cōcil. plenius.
in eccleſia)in eccleſijs,concil.prior.edit.
publice debes interdicere artius)publice interdicas,concil.

cas,concil.poſter.edit.et Raim.et Côt.debes publice interdicere artius,unus Tarr.publice interdicere, prior concil.editio,non recte.

aliud contrahat)ſcribe contrahant,ut eſt in concil.et in Gregor.aliquod contrahant,Barcin.et prior editio concil.aliud,in marg.

ita publice)ſic in concil.et in ueterib.Greg.voce ita caret Cont.et alij.

Poſt uerba huius capitis eſt in conc.De illis vero,qui in minori ætate etc.ut ſub titulo de deſponſat.impuberum,cap.12.

TIT.V.DE CONDICIO

nibus appoſitis in deſponſatione) deſpōſationibus, unus Tarr.in matrimonio,Barcin.in ſponſalibus,et matrimonio,uetus Gregor.ut editū eſt, alter uetus,et Cont.et alij.

uel alijs contractibus)et pro uel,Barcin.alijſq. cōtractibus,uetus Tarr.ut editum eſt,uetus Gregor.omnia in altero ſunt omiſſa.uel in alijs cōtractibus,Cont.et alij.

CAP.1 *ex concilio Africano*)ſic in cōcil.d.parte 6.c.5.et apud Grat.ſiue Paleam 27.q.2.c.7.et uſ.Gregor.In concilijs ipſis Africanis nōdum inueni.

& eam poſtea relinquere uoluerit) ſic etiā Palea. uox poſtea a Raim. et Côtio eſt omiſſa.et poſt eam relinquere uoluerit,cōcil.et eam relinquere poſtea,uoluerit,uetus Tarr.

irrefragabiliter)ſic etiā Palea, et Raim.firmiter, concil.non male.

Cap.2.Gregorius Griſanto Epo Spoletano)G.Spoletano Epo,cap.1.de ſenten.excommunicat.in hac collectione,ubi non recte adſcriptū eſt,Nō ponitur.vox Griſanto a Raim.et Côt.eſt omiſſa.Gregorius Cōſtantino Epo Spoletano,lib. 7 epiſt.36.indict.2.regiſtri B. Gregorij. Chryſantho Epo Spoletino,uet. regiſt.liber, quod malo.Criſanto,unus Tarr.

Cum ſit proprium &c.& infra)ſic d.c.1.et Raim. et Cont.excepta voce etc.Integra clauſula ex
" regiſtro hęc eſt.CVM ſit proprium diſciplinę
" ab illicitis prohibere,et exceſſus culpas ſalubri
" ter reſecare:ſtudioſe eius ſeruanda cenſura eſt.
" nam ſi negligitur,cūcta in cōfuſione deueniūt;
" dum alter deſtruit,quidquid ea cuſtodiendo al
" ter ædificat. Valentinus itaque presbyter que
" ſtus eſt nobis,quia ſi monachus monaſterij i-
" pſius exigente culpa,fuerit communione priua
" tus,ad loca ueſtra ſe conferat,et communionē
" ſine aliqua reſeruatione percipiat .Quod ſi ita
" ſe res habet,quoniam nō ſolum regularis ordo
" diſſoluitur,ſed etiam perditionis ex hoc mate
" ria miniſtratur:qui ſub uobis ſunt presbyteris
" diſtricte, ac ſollicitius interdicere uos neceſſe
" eſt,ut hoc facere de cetero non præſumant.In
his verbis pro in confuſione;malo,in confuſionem;et pro ea cuſtodiendo, malo eam.

Si forte iniuſte ſe,&c)ſic etiā d.c.1.hæc etiā omittunt Raim.et Côt.Sed ſi forte iniuſte ſe, etc.regiſt.ſe iniuſte,unus Tarr.

queratur)queritur,regiſt. et d.c.1.et tres Tarr.

ſubtili indagatione cognoſce)ſic etiam d.c.1.ſub tali pro ſubtili, unus Tarr.d.c.1.et hoc cap.Barcin.et alter Tarr. fraternitas ueſtra et ſubtili indagatione cognoſcat,regiſt.

& ita)ſic etiam d.c.1.cauſam,additur in regiſt,

diſpone)diſponat,regiſt.diſpone,d.c.1.

ut nec diſciplina) ſic d.c.1.ut nec iniuſtitia diu in inſontis afflictione prævaleat,nec diſciplinæ, uetus regiſtri liber.uox IN omiſſa eſt in editis.

frangi ualeat,nec diſſolui)totidē uerbis d.c.1.aut frangi,aut ex indiſcreta ualeat præſumptione diſſolui,regiſt.plenius.

& infra.Supraſcriptus presbyter etc.)ſic etiam d.c. 1.H.presbyter,Raim.et Côt.neutrū ex fontib. hauſtum eſt,ſed ex lacunis.Quia pariter ſupraſcriptus presbyter,regiſt.uetus liber,Qui pro Quia, editus. Si presbyter præſcriptus, unus Tarr.nō recte.Subſcriptus,alter d.c.1.mēdoſe. nomē huic presbytero fuit Valentino,ut prius rettulimus.V.igitur pro H.ſcribendum in Gregoriana collectione.

conqueſtus eſt)ſic etiā d.c.1.et Raim.nobis queſtus eſt,regiſt.

diaconum quendam duo mancipia &c.)diaconem pro diaconū, aliquot ueteres libri,et in ordine uerborum eſt uarietas alia permoleſta.diaconē quendam duo iuris ſui ſub hac condicione manumiſiſſe mancipia,regiſt.

ſub hac)ſic omnes,præter duos Tarr.d.c.1.qui habent,ſub ea,non male.

debeāt fieri)ſic d.c.1.vox debeāt in regiſt.nō eſt, ſed pro ea poſtea eſt,debuiſſent.fierent, Raim.

& in eo)eodem,regiſt.tantum.

fuerat,permanere)ſic d.c.1.et in regiſt.fuerit,unus Tarr. permanerent,Raim.

adiciēs ut ſi quis)ſic uet.reg.lib.et Raim.et d.c.1. adiciētē,editus reg.liber.ſiquis illorū uet.Tarr.

cōtra fecerit) cōtra facere prçſumpſiſſet,regiſt. ut editum eſt,d.c.1.et Raim.

iterum ſeruituti ſubderetur)ſic d.c.1.ſeruituti iterum ſubderetur,Raim.iugo iterum ſeruitutis per omnia ſubderetur.regiſt.

ex his) ſic d. c. 1. et Raim. ex eis, regiſt.et duo Tarr.et d.c.1. Barcin.et tres Tarr.

hanc condicionem deſpexiſſe)ſic d.c.1.hanc omnino etc.regiſt.hac condicione deſpecta,Raim,

& monaſterium)ſic d.c.1.vox et non eſt apud Raim.temerario auſu,additur in regiſtro.

& ſe)atq.ſe,regiſt.aptius.

Tu ergo ſi ita eſſe reppereris)ſic d.c.1.et Raim.excepto

pro veteri Raim.libro,in quo verbum eſſe deſideratur. Fraternitas veſtra et hoc ſubtili indagatione diſcutiat,et ſi ita repererit,regiſt.

ſic te exhibe)ſic dicto cap.1.et Raim.ſic ſacerdotali ſe zelo hac in re decenter exhibeat, regiſt.

conſeruata nihilominus)ſic d.c.1.nihilominus cõſeruata,reg.ſeruata pro cõſeruata,unus Tarr. omnia Raim.et Cont. omiſerunt.

præteriri non ualeat)ſic etiam d.c.1.non valeat præteriri,Raim. aliqua præteriri excuſatione non ualeat,regiſt.uox non in duobus Tarr.d.c.1.deſideratur.

Cap.3.Alex.iij.&c.)uide cap.2.de conſuetudine,in hac collectione.

Cap.4.Vrbanus iij.)ſic etiam Raim.et Cont.Idẽ Vrbanus M.Cenom.Epõ,in concil.d.parte 6.c.21.forte iij.pro M.ſcribendum,et item pro Idẽ.uox Epõ in Suriana editione deſideratur.

pars c.cum in Apoſtolica) hæc omittunt Raim.et Cont. Integra clauſula exſtat in concil.et ſub titulo de ſponſalibus c.ult.in hac collectione.

a nobis ſimiliter) hæc Raim.et Cont.omittunt, ſunt in concil.

mulierem conſenſit) poſt hæc uerba ſcribe,ſi pater eius uidelicet ſuum præſtaret aſſenſum, ſit ad conſummandum matrimonium compellẽdus.ſic eſt in omnibus libris Tarr.ſi ad conſũmandum matrimonium ſit compellendus, cõcil.cetera eodem modo.confirmandũ pro conſummandum,Barcin.cetera,ut Tarr.vox uidelicet non eſt in Gregor.alia,ut Tarr.

nihilominus)non minus,concil.non recte. omittunt Raim.et Cont.in uno tamen ueteri eſt,t.reſp.quod taliter reſpondemus,interpretor.

quod cum conſenſus)ſic etiam Raim.quia cum aſſenſus,concil.

qui in alieno)voce in carent concilia,non carent libri Gregor.

ac condicionem ipſam canonica non improbent inſtituta)improbant,unus Tarr.ac cõdicioni ipſam canonica non improbant inſtituta,cõcil.quod non placet.ut editum eſt, Raim.

quæ conſonet honeſtati) conſonant,concil. omnia Raim.et Cont.omittunt.

nam licet felicis memoriæ Alexander Papa anteceſſor noſter) recordationis pro memoriæ,concil.et prædeceſſor pro anteceſſor.nam licet Alex.Papa,Raim.alijs omiſſis.quæ differentia ſit inter hæc nomina,deceſſor,prædeceſſor,et anteceſſor,docet Tancr.mihi nugas agere videtur.

in ſuis videatur conſultationib.reſpondiſſe) ſic in cõcil.reſponderit,Raim.et Cont.ſupra de ſponſal.et matr.de illis.arg.ſumpto a contrario ſenſu.Alan.

contracta,condicione ipſa minime obſeruata) vox condicione in uet. Tarr.non eſt.certa pro contracta,concil. non recte.contracta, ipſa non impleta,Raim.

intercedat)intercedit,unus Tarr.ſolus.

non debent)ſic etiam concil.et Raim.nõ debeãt, Barcin.et uetus Tarr.

ſed firmiter obſeruari)hæc in ueteri Greg.tantum non ſunt.

cum huiuſmodi conſenſus nequaquam ſit de præſenti habendus)ſic etiam in cõcil.huius pro huiuſmodi,eſt in tribus Tarr.non pro nequaquam, in omnib.Gregor.cum huiuſmodi non ſit de præſenti,uetus Gregor.alijs omiſſis.

qui in alieno)quod pro qui, concil.qui, Raim.

conſiſtit)ſic etiam Greg.9.conſiſtunt : aliam tamen non poteſt ducere vxorem,cõcil.quæ verba mihi alicuius ſcholij eſſe uidentur , et indigna Pontifice.

TIT.VI.QVI CLERICI,

*uel uouentes(rei tamen trahere poſſunt)*ſcribe,matrimonium contrahere poſſunt,ut eſt in Barc. et Gregor.et in tribus Tarr.excepto uerbo poſſunt.pro quo in uno eorum eſt poſſint.

C*AP.1.Alexander iij.Remenſi Archiepõ*)ſic etiam Raim.et Cont.Cenomanenſi Epõ, in cõcil.parte 25.c.20.et 21.titulo de depoſitione clericorum,et de diſpenſatione circa eoſdẽ facta.ſed cap.12.partis 18.de clericis matrimonio copulatis,uel alijs fornicarias habentibus, Cantuar.Archiepõ,quamuis neutra inſcriptio in concil.certa ſit.et ſuſpicari poſſimus interijſſe inſcriptionẽ.confirmantur edita c.26.de decim.in hac collect.

De diacono uero &c.)Ante hæc uerba addi poſſet,Pars cap. Cum in Cantuarienſi,ex d.parte 18.c.10.ſiue Pars c.Tua nos duxit fraternitas, ut d.parte 26.c.20.Integra prior clauſula exſtat c.9.de cohabita.clericor;poſterior c.1. de clericis peregrinis,in hac collect.nec dubitari poteſt initium aliquod deſiderari.ueſtro pro uero, eſt in concil.d.c.21.omittitũr ea vox d. cap.12.et a Raim.et Cont.

quendam alium diaconum)ſic in concil.utrubiq. diaconẽ,duo Tarr.alium diaconẽ,duo ueteres Gregor.alia voce omiſſa.diaconum, Cont.et alij.Hæc uox cum tota Græca ſit,et a Græcis ſine ulla uarietate ita dicatur,ut ſemper diaconum,et diaconos proferant;Latinis Chriſtianis placuit diaconẽ,et diacones dicere,et quod magis barbarum eſt,diaconib.pro diaconis:recto tamẽ caſu diaco nemo dixit,diaconus omnes. Hac uoce Plato uſus eſt tum alibi,tũ lib.2. de repub.cuius uerba etiam refert Calliſtrat.c.2. de nundinis lib.50.Digeſt.

& mulierẽ uxoris nomine accepit)ſic d.c.21.ſuſcepit,d.c.12.et uxorem accepit,Raim.

hoc tuæ prudẽtiæ duximus reſpondendũ) ſic in concil. Reſp. uetus Gregor. alijs omiſſis. hoc tuæ prud. reſp. alter uetus, et Cont. et alij.

humiliato animo) ſic d. c. 12. humiliato corde, unus Tarr. et Raim. et Cont. corde, et animo, d. capite 21.

iſta, quam in uxorem accepit) illa pro iſta, concil. illa, quam accepit uxorẽ, ueteres Greg. in uxorem, Cont. et alij.

cum non poſſis &c.) hæc omittũt Raim. et Cõt. ſunt in concil.

ipſum debes recipere, & abſoluere) ipſum recipere potes, et abſoluere, d. c. 12. ipſum debes recipere, et, concil. d. c. 21. mendoſe. et abſolutionę obtenta, Raim. et Cont. dedita opera viſus eſt Raim. difficultatem euaſiſſe illius quæſtionis, cur hic abſoluatur ab Epo, qui diaconum uulnerauit. Citatur hoc loco antiqua collectio, ſiue decretalis a Bernardo in Gregorianæ collectionis gloſſis; quod nonnumquam idem facit, et hac noſtra editione ſatisfecimus curioſis, qui illa deſiderabant.

noſcitur incurriſſe) noſcitur meruiſſe, concil. d. c. 12.

& iniuncta) ſic in concil. iniunctaq. duo ueteres Grego. iniuncta, Cont. et alij.

poſt peractam &c et diſpenſatiue ſi perfectæ) poſt peractam etc. et etiam diſpenſatiue ſi perfectę, cõcil. poſt peractam etc. diſpẽſatiue, et ſi perfectę, duo Tarr. poſt eam peractam diſpenſatiue poteris ei diaconatus officium reddere, et ſi perfectæ, Raim.

Subdiaconi autem ſiue hominem interfecerint) Subdiaconum autem ſiue hominem interfecerit, Barcin. aptius, et duo Tarr. Subdiaconum autem ſiue homines interfecit, concil. d. c. 21. omnia deſiderantur dicto c. 12. Subdiaconem, tertius Tarr. et duo ueteres Gregor. cetera, ut Barcin. Hypodiaconum malo, quam Subdiaconũ, uel Subdiaconem, ut digamum potius, quã bigamum; ſed feramus duriora monſtra paſſi, ut treugas, et guerras, et feuda, et alia non pauca. Poſt huius capitis uerba additur in concil. d. c. 21. Parochianos autem tuos etc. ut cap. 26. de decimis, in hac collectione.

Cap. 2. percepimus) ſic duo ueteres Gregor. perpendimus, concil. parte 50. cap. 59. accepimus, Cont. et alij.

quod lator) ſic etiam Raim. quod F. lator, concil. plenius.

in coniugem) in coniugium, tres Tarr. et concil. et Raim.

Vnde tu &c.) quem eandem abiurare feciſti, uetus Gregor. quam eidem abiurare feciſti, alter uetus. quam eundem abiurare feciſti, Cont. et alij. ut editum eſt, concil.

ipſum eandem) ſic etiam concil. ipſam eandem, Barcin.

ſuper quo facto) ſic etiam in conci. tuo, additur in Barcin. vox facto a Raim. eſt omiſſa.

prudentiam tuam) fraternitatem tuam, uet. Gregor. ſolus.

per præſentia tibi ſcripta mandamus quatenus) per præſentium ſcripta tibi mand. quat. concil. tibi reſpondemus, quod, uetus Gregor. mandantes, quatenus, alter, et Cont. et alij ceteris omiſſis.

ſi ad canonicum, uel monaſticum ordinem) ſic etiã in concil. ſi ad ordinem, ueteres Tarr. alijs omiſſis. ſi ad monaſticum ordinem, Cont. et alij. canonicam forte pro canonicum, ſcribendũ: ſed nihil muto.

poſt ſeptennem pænitentiam &c.) hæc omittunt Raim. et Cont. grauia enim fortaſſe uiſa ſunt.

idoneum) hæc uox in ueteri Tarr. non eſt, neque in Gregor. eſt in concilijs.

ſe conferre) ſic duo ueteres Gregor. ſe transferre, concil. et unus Tarr. et Cont. et alij. trãſire, Barcin. ſe omiſſo, quod placet.

eum in ſubdiaconatu) ſcribe, eum neq. in ſubdiaconatu, ut eſt in duobus Tarr. et in concil. et in Gregor. ſubdiaconatum, eſt in Barcin. et in tertio Tarr. quod reicio: in eiſdem tamen neq. eſt.

In minoribus tamen) autem pro tamen, uetus Gregor. ſolus.

poterit) poſſit Barcin. tantum.

Cap. 3. Exon. Epõ) Exonien. Epo, concil. d. parte 18. c. 13. quem locum in marg. addere obliti ſumus.

exiſtentes, uel commorantes) exiſtentes, uet. Tarr. alijs omiſſis. commorantes, concil. alijs itidem omiſſis.

præſumpſerunt) ſic in concil. pręſumpſerint, uetus Tarr.

fr. per A. ſ. pr. a. qua.) m. pro a. ſcribendum, ut eſt in duobus Tarr. mandamus, in tertio. fraternitati tuæ etc. quatenus, concil.

deſererint) dimiſerint, Barc. aptius, et tres Tarr. et concil. deſeruerint, uel deſerent, non improbo.

inquiras) ſic concil. inquiratis, Barcin. et olim unus Tarr.

dicuntur eſſe) eſſe dicuntur, concil. vox eſſe in uno Tarr. non eſt, in altero nutat: hoc eſt, olim deſiderabatur.

tu ipſos) tu ipſas, Barcin. ſolus.

creduntur) credantur, concil.

tu id diſſimulare poteris) ob hæc uerba credo Raimund. non habuiſſe huius capitis rationem; cuius iudicium laudo.

perſonatum gerunt) gerant, unus Tarr. perſonas gerunt,

gerunt, concil. quod nondum probaui.

Cap. 4. Lemonicen.) Lemon. uetus Tarr. Lemoicen. duo alij. Lemonicẽſibus, quartus. Lincolnien. vel Lemonicen. concil. d. parte 18. c. 14. quod etiam in marg. ſcribendum erat.

Herbertus præſentium lator) H. vetus Tarr. lator præſentium H. concil.

nimis enormiter, et inordinate ſe ingeſſerat) minus pro nimis, concil. non recte, ſed in marg. forte nimis. Ex his uerbis, et alijs Hug. vetus interpres, ut Alanus refert, exiſtimat characterẽ nõ fuiſſe impreſſum. at P. Hiſpanus, cuius etiam ſcholia, ut arbitror, ſunt P. littera ſubſcripta, et alibi Pet. Corbolienſis dicitur; hic inquam, Alano teſte, ait, a fidei certę uiro accepiſſe, hãc epiſt. de Pontificis ſcientia non emanaſſe; ipſe Alanus exiſtimat Papam diſpenſaſſe, quia id facere potuiſſet.

et nõ potuiſſet) nec potuiſſet, cõcil. vox et in trib. Tarr. deſideratur, ſed in uno eorum, et cum, poſtea ſcriptum eſt.

ſicut non debuerat) nec pro non, concil. et duo Tarr.

ut poſſit ſibi in matrimoniũ aliquam) ut poſſet ſibi in matrimonio aliquam, tres Tarr. ſed in uno eorum vox in aliquando deſiderabatur. ut poſſet ſibi aliquam in matrimonio, concil.

legitime copulare) vox legitime in concil. deſideratur.

quod prædictus) quo modo pro quod, tres Tarr. et concil.

cum nullam ſibi dignitatem attulerit, uel honorem) nec characterem, R. vetus interpres.

d. u. per A. ſ. pr. m. qua.) diſcretioni ueſtræ etc. quatenus, concil. dis. u. unus Tarr.

a contractu matrimonij) a cõtracto matrimonio, concilia.

Cap. 5. Idem Spalenſi Ep̃o pars cap. Continebatur) ſimilis inſcriptio, et initiũ cap. 6. de ſepulturis, in hac collectione. ſed illud caput in concil. Lucio. iij. adſcribitur parte 49. c. 6. hoc Alex. iij. Hipponenſi, et Salernitano Epiſcopis d. parte 18. c. 4. ubi etiam eſt, Pars c. Continebatur. Integram clauſulam nondum inuenimus.

Super eo vero) vox vero in duob. Tarr. non eſt, neque in concil.

matrimonia contraxiſſe) matrimonium, concil.

in diaconatu) in ſubdiaconatu, Barcin. et olim unus Tarr. quod non reiicio, ut editum eſt, cõcil.

matrimonia contraxerunt) contraxiſſent, vetus Tarr. olim. matrimonium contraxerint, concil.

uxores dimittere) ſic in concil. relinquere, tres Tarr.

poſſint in ſuis) poſſunt in ſuis, unus Tarr. olim. ut editum eſt, concil.

contraxerint matrimonia) cõtraxerũt, duo Tarr. matrimonium, concil.

ante hoc) uox hoc non eſt in concil.

tales fuerint) ſic in concil. fuerunt, unus Tarr.

ne una pro) ſcribe, ne pro una, ut eſt in duob. Tarr. et in concil.

diſſimulare poteris) ſic ſupra cap. 3. hæc recte a Raim. omiſſa ſunt.

quod tolerandum) quia pro quod, duo Tarrac. et concil.

ut peiora) ut maiora, unus Tarr. ſolus.

Cap. 6. Idem Wigor. Ep̃o) Wigorien. vetus Gregor. Vigorien. Cõt. et alij. Wigoren. unus Tarrac. et concil. parte 6. c. 9. Exonien. Ep̃o, parte 5. c. 5. titulo de coniugatis, et ſponſis monaſterium ingreſſis, vel ingredi volentib. deſideratur inſcriptio parte 21. c. 3. ſcribo, Wigorniẽſi Ep̃o, ut alibi.

Meminimus nos ex parte tua &c.) Recte Cont. addidit a Raim. omiſſa, quæ ſunt etiam in concil. d. parte 6. et d. parte 21. ſed parte 5. initium huius capitis eſt, Si quiſquam, qui ſe etc.

audiuiſſe) ſic in concil. audiſſe, tres Tarracon. et Cont.

deuouerint) deuouerunt, d. c. 3. et tres Tarrac. et Cont. deuouerant d. c. 9.

ſuſcipiunt) ſic Cont. et d. cap. 3. ſuſceperunt, d. c. 9.

cogendi ſint) ſunt, concil. et Cont. et tres Tarrac.

ad eccleſiam, cui ſe contulerunt) ſic etiam d. c. 9. cõtulerint, unus Tarr. contulerant, Cont. ad eccleſias, cui ſe contulerant, d. c. 3. mẽdoſe in priore concilior. edit. eccleſiam, eſt in poſter.

ſuper hoc utiq. duximus reſpondendum) ſic etiam d. c. 9. Super quo utiq. dicimus reſpondendo, d. c. 3. non recte. et in marg. damus reſponſum. Reſpondemus, Raim. et Cont. alijs omiſſis.

ſi quiſquam, qui ſe) ſic etiã d. c. 5. et d. c. 9. et Raim. vox qui non eſt in vet. Tarr. ſi quiſpiam, qui ſe, d. c. 3.

et poſtmodum) vox et non eſt in concil. neq. in Gregor. neq. in uno Tarr. ſi poſtmodum, alter Tarr.

copulauerit) ſic d. c. 5. et 9. et Raim. copulauit, d. c. 3. et vetus Tarr.

recedere) diſcedere, concil. d. c. 5.

et ad eam, cui ſe contulerit eccleſiam) cõtulit pro cõtulerit, tres Tarr. vox eccleſiam in uno eorum deſideratur. et ad eccleſiam, cui ſe contulerat, d. c. 5. et ad eccleſiam, cui ſe contulit, d. c. 9. et Raim. omnia deſiderantur, d. c. 3.

ſine contradictione tranſire) ſic etiam Raim. ante hæc verba eſt in concil. verbum debet, d. c. 5. et 9. omnib. caret d. c. 3.

Verum ſi habitum nõ ſuſcepit) ſic d.c.9.et 3.Quod pro Verum, d.c.5. uoce non omiſſa. Vnde, vetus Tarr. Verum ſi nec habitum ſuſceperit, vetus Gregor. ſuſcepit, alter vetus, et Contius, et alij.

nec profeſſionem, ſed uotum ſolummodo fecit) ſic d.c. 9.excepto verborum ordine, qui etiam in quibuſd. Tarr. mutatur. et non profeſſionẽ fecit, ſed ſolum votum emiſit, d.c.5. nec profeſſionẽ fecit, ſed votũ fecit, d.c.3. nec profeſſionem fecit, ſed uotum ſolũmodo fecit, vetus Gregor. nec profeſſionem fecerit, ſed uotum ſolummodo, alter vetus. ut editum eſt, Cont. et alij.

tranſiturum) tranſire, concil. d.c.5. tantum.

contraxerit) ſic in concil. et in Gregor. cõtraxit, duo Tarr.

non eſt ad eccleſiam cogendus tranſire) ſic d. c. 9. mutatur verborũ ordo d.c.3. et in duob. Tarr. non eſt ab eccleſia cogendus ad monaſterium tranſire, d.c.5. non eſt cogendus ad religionem tranſire, Raim.

et matrimonij uotum reſcindere) ſic d.c.9. vota pro votum, d.c.5. et 3. ut editũ eſt, duo veteres Gregor. matrimoniale pro matrimonij, Contius, et alij.

Poſt huius capitis verba additur d.c.3. Item ex concil. Tol. ut clerici, qui ſe fingunt habitu, et nomine monachos eſſe. De quibus uerbis dictum eſt cap.5. de regularib. pro Tol. ſcriptũ eſt Toletano in Suriana editione.

Cap.7. Lucenſi Epõ) ſic in concil. parte 45.c.4. et apud Raim. tam ſub hoc tit. quã ſub tit. de homicidio. Lundon. Epõ, eſt in Barcin. c.12. de homicidio, in hac collect.

Conſuluit nos dilectio tua) Sane cõſuluit nos tua diſcretio, concil. conſuluit nos fraternitas tua, Raim. et Cont.

de nobili muliere) ſic etiam Raim. vox nobili in concil. non eſt. apud Villamfrancam hoc accidiſſe ait Vinc. Hiſpanus, fortaſſe in Galloecia, et Lucenſis Eps non a Luca in Etruria, ſed a Luco dicitur in Hiſpania.

poſt mortem mariti) uiri, unus Tarr. uiri ſui, concil. omittunt omnia Raim. et Cont.

manu presbyteri) Prioris, eſt in marg. cõcil. quod non placet.

nec intrauit clauſtra) clauſtrum, concil. nec tranſiuit ad clauſtrum, vetus Gregor. ut in concilijs, alter vetus, et Cont. et alij.

alicuius Epi, Abbatis, vel Abbatiſſe) Epi, aut Abbãtis, aut Abbatiſſę, concil. voce alicuius omiſſa. vel Abbatis, vetus Gregor. cetera, ut edidimus. vocem vel omittunt Cont. et alij.

cum multorum &c.) hæc omittunt Raim. et Cõt. ſunt in concil.

ſollemniter, ac per licentiam eccleſia) ſollemniter in facie eccleſiæ, concil. carent his etiam Raim. et Cont.

Super hoc itaq. &c.) ſic etiam in concil. T. reſp. vetus Gregor. Conſ.t.t. reſp. alter vetus, et Cõt. et alij.

et non dirimit contractum) ſic in concil. et in vet. Greg. iam contractum, alter vetus, et Cont. et alij. ſed pro et, eſt in concil.

ita ſine profeſſione habitus ſuſceptus) ſumptus, unus Tarr. ita ſine profeſſione, et propriorum renũtiatione, habitus ſuſceptio, concil. ita habitus ſine profeſſione ſuſceptus, Raim.

ne contrahatur) ne matrimonium contrahatur, vetus Greg. ſolus.

ſed conſummatum) ſic etiam in concil. ſed contractum, Raim.

De cetero noueris &c.) hæc in concil. non ſunt. Raimundus Barcinonenſis recte, atq. ordine ſub titulo de homicidio tantum ea collocauit. Contius debuit illic partem eſſe huius capitis indicare: ſed non omnia poſſumus omnes.

quem litteratum et honeſtate praditum aſſeris) vox et in veteri Tarr. deſideratur. litterarum honeſtate, cap.12. de homicid. quod nõ æque placet. litterarũ ſcientia, et honeſtate præditum, unus Tarr. d.c.12. nõ male. olim tamen voce ſcientia carebat. omnia Raim. et Contius omiſerunt.

qui homicidij) qui homicidio, d.c.12. et Raimund. quod homicidij, vetus Tarr. ibid. ut editũ eſt, alij duo Tarr.

ſicut ex tenore tuarum litterarum perpendimus) ſic etiam d.c.12. percepimus, vetus Tarr. omnia in Gregor. deſiderãtur.

non eſt ad ſacerdotium promouendus) non videtur, pro non eſt, d.c.12. et duo Tarr. et Raim. mihi utique promouendus non uidetur ad ſacerdotium, tertius Tarr. antiquior ceteris.

Cap.8. Marcus eremita) ſic etiam in concil. d. parte 5. cap.10. M. eremita, Raim. et Cont.

ſua nobis aſſertione) hæc omittunt Raim. et Cõt. ſunt in concil.

quod I. mulier) ſic etiam Raim. quod quædam mulier, concil.

et inhumanitate) hęc etiam omittunt Raim. et Cont. ſunt in concil.

nulla ratione voluit) ſic in concil. noluit, Greg. 9.

in manibus ſuis ſimpliciter) ſic etiã in concil. vox ſuis poteſt ad Marcum. poteſt ad mulierem referri. tuis, eſt in uno Tarr. ſui Epi, in veteri Gregor. ſuis, in altero veteri, et in Contiano, et alijs. voce ſimpliciter omnes libri carent. ego nihil muto, et vocem ſuis ad Marcum refero.

et ex ea prolem ſuſcepit) hæc etiam ſunt in omiſſis a Raim. et Contio, ſint licet in concilijs.

uotum

uotum ſimplex oblatum)ſic in concil. uotum ſimpliciter oblatum, Raim. qui prius voce.ii ſimpliciter omiſerat.

f.t.per A.ſ.m.quat.)fraternitati tuæ per A. ſ. mandamus, quatenus,concil. pr. additur poſt A.ſ.in duob. Tarrac.mand.quat.Raim.alijs omiſſis.Apparet ex ſupraſcriptis ad Epm rnittu hoc reſcriptum.

ſi plura non proceſſerint) ſi plus non proceſſerit, concil.et unus Tarr.ſi plus non proceſſit,alter Tarr.et Raim.

nec veſtem &c.)hæc etiam omittunt Raim. et Cont.ſunt in concil.

prædicta mulieri)ſibi,Raimund.obſcure,et inele ganter.

et uoto violato)ſic in concil.et Gregor. mihi hæc non placent.mallem,ut poſt illa verba (et ei, cui uult)adderetur,uoto prędicto nō obſtāte.

TIT. VII.DE EO,QVI DVxit in matrimonium

xit in matrimonium)ſic etiam Raim.in uxorem, Barcin.

quam polluit adulterio) per adulteriū, duo Tarr. et editi Gregor.et unus vetus. polluerat, alter vetus,et tertius Tarr.quam prius polluerat per adulterium,Barcin.

CAP.1.*Idem Abbati Sancti Albani*)Albini pro Albani,vetus Tarr.Alex.iij. pro Idē, Raim.et Cont.Idem S.Abbati ſancti Albani, concil.parte 6.cap.1.plenius.

O.dum uxorem haberet)C.pro O.concil.O. nomine,duo Tarr.O.uxorem habens,Raim.

huius rei)ſic etiam concil. huiusmodi rei,Raim.

de qua plures filios habuit)hæc omittunt Raim.et Cont.ſunt in concil.

aſſerens &c.)hęc recte Cont.addidit a Raim.omiſſa.exſtant in concilijs.

uxore ſua) uoce ſua caret Contius, ea eſt in concil.

eam non licuerit ſibi)licuit pro licuerit,duo Tarrac.et concil.et Cont.eam ſibi non licuerit,tertius Tarr.

in canonib habeatur)ſic etiam Raim.a pro in, cōcil.expreſſum,addit unus Tarr. expreſſim,alter. hos canones habes 31.q.1.apud Grat.

in matrimonio)vox in non eſt in concil. neq. in Gregor.neq.in vet.Tarr.ſibi pro in,habet alter Tarr.ſed utraq.vox olim deſiderabatur.

quam prius)ſic etiam Raim.quod prius, concil.

adulterio)per adulterium,Barcin.ſolus.

in mortem)ſic in concil.et in Gregor. in morte, Barcin.et duo Tarr.quod non æque placet.

erat inſcia)fuit inſcia,Barcin.tantum.inſcia, altera voce omiſſa,concil.

ad petitionem) ſic concil.et Raim.ad huiusmodi petitionem,Barcin.

ab inuicem)ſic in concil.aliquatenus,unus Tarr. et Raim.

cum ex ſuo &c.) hęc omittunt Raim. et Cont. ſunt in concil.

Cap.2.et magiſtro Vacario)et M.Vacario, cōcil. d.parte 6.cap.13. Vicario,unus Tarr.Vocario, Barcin.omnia omittunt Raim.et Cont.

parochianus Eboracen.&c.)Multa Cont. addit a Raim.omiſſa,quę in concil.exſtant.

per W.fratrem ſuum,quod W.)ſic etiam concil. per VV.Cont.alijs omiſſis,non recte.per Gulelm.unus Tarr.cetera,ut edidmus.

de Romare)ſic etiam in concil.de Romar.vetus Tarr.et Cont. de Romar. alij duo Tarr. de Romarum,Barcin.

tenuit,donec)tenuerit,donec,vetus Tarr.ſolus.

quod Ha.)ſic in cōcil.quod A.duo Tarr.et Cōt. ſic poſtea ſæpius eadem varietas eſt.

iuramento firmare)ſic etiam concil.ſeruare, Cōt. non recte.

ad illam)ad aliam,unus Tarr.ſolus.

in uxorem acceperat)firmauerat,acceperat,vetus Tarr.mendoſe.

O.ad eam)ſic in concil.eandem,Contius,et Barcin.

filios habuerat) habuit, concil. et Raim. et tres Tarr.

d.u.per A.ſ.pr.m.qua.)dis.u.pro d.u.tres Tarr. pr.in uno eorum, et in Contiano deſideratur. diſcretioni tuę per A.ſ.P.M.quatenus, concil. non recte.mand.quat.Raim.

rei ueritate inquiſita diligenter,et cognita)diligenter inquiſita,concil.diligentius inquiſita,vetus Tarr.omnib.his carent Raim.et Cont.

ſi nobis conſtiterit)ſic in concil.ſi conſtiterit, Raimund.

ut prædictam Ha.&c.)hęc etiam omittūt Raim. et Cont.A.pro Ha. unus Tarr. ut editum eſt, concil.

non ſponte in eam conſenſerit)primam pro eam, Raim.conſenſit,duo Tarr. ſponte in eam non conſenſerit,concil.

poſt præſtitum iuramentum)ſacramentum,vetus Tarr.ſolus.

cognouerit)ſic etiam concil. et Raim. cognouit, duo Tarr.

non dimittatis)ſic in concil. nō dimittas,Raim.

quin ad illam)ſic etiam in concil.aliam pro illā, unus Tarr.et Raim.

liberam ap.re.tribuatis facultatē)appellatione ceſſante liberam tribuatis facultatem,concil. liberam tribuas facultatem.Raim.alijs omiſſis.

Verum ſi &c.)Multa omittunt Raim. et Cont.

quæ

quæ ſunt in concil.
in præfatam Ha. ſponte) vox ſponte non eſt in concil. in præfata A. ſponte, duo Tarr.
uel poſt) et poſt, concil.
quod ipſam) quod eam, unus Tarr.
eam cognouit, ſibi) cognouit, concil. alijs omiſſis. alioquin ſibi, Raim. et Cont.
inhibeatis dantes) ſic etiam concil. inhibens des, Raim.
aliam ſi voluerit ducendi uxorem) ſic etiam in concil. ducere pro ducendi, unus Tarr. ducendi alteram in uxorem, vetus Gregor. ducendi aliam uxorem, Cont. et alij.
Animaduertendum eſt nullam Raim. facere mentionem mortis illius prioris uxoris, nec liberorum poſterioris; quę res facit, ut magis dubitemus, cur ita ſeuerus in hunc Pontifex fuerit; ut maluerit eũ ex alia liberos ſuſcipere, quã ex ea, ex qua habebat liberos. ſed odium binarum nuptiarum id effecit.
Cap. 3. Idem Banaren. Ep̃o) Bauã. unus Tarr. Vaccarienſi, Barcin. Beruacen. cõcil. d. parte 6. c. 16. Baran. ſiue Baranen. Raim. et Cont. non minor varietas eſt inſcriptionis cap. 2. de cõiugio leproſi, quod ex ead. epiſtula ſumitur. Idem Iaiorañ Ep̃o. Barotã. vetus Tarr. Baren. alter. Baiorañ. Barcin. Baronienſi, concil. parte 37. c. 3. prioris edit. Baiouenſi, poſter. edit. B. Ep̃o, vetus Greg. Baionen. Cont. et alij ego Beluacen. ſiue Barẽ. ſiue Batonien. ſiue Baionen. adgnoſco, cetera reicio.
Pars c. Quoniam ex multis auctorit.) auctoritatib. duo Tarr. ea voce caret Cont. omnib. caret Raim. et concil. Integra clauſula exſtat d. c. 2. in hac collect. nam in Gregoriana deſiderantur aliquot verba etiam in Contiana editione.
Super eo uero quod &c.) hoc pro eo vero, concil. et Barcin. Super eo, quod quęſiuiſti, vetus Gregor. alijs omiſſis. hoc pro eo, Cõt. et alij. Super hoc vero, quod, duo Tarrac. Super eo uero, d. c. 2.
cum ea ſibi matrimonium) ſibi matrimoniũ cum ea, concil, alicui cum ea contrahere matrimon. Raim. ſibi cum ea matrim. tres Tarr.
quam alia) vox alia non eſt in concil. neq. in Gregor.
tuæ ſollicitudini &c.) ſic etiam in concil. Reſpondemus, vetus Gregor. Taliter reſpond. Cont. et alij.
in mortem alterius) ſic in concil. morte pro mortem, Barcin. et unus Tarr. uxoris pro alterius, Raim.
ſiue iſte finem dederit) ſeu pro ſiue, concil. vox iſte in vet. Greg. non eſt. ſiue fidem dedit, ſiue non, Cont. et alij.

quod eadem) quod ea, concil. et Raim. et uetus Tarr.
perpetuo prohibetur) ſic in concil. vox perpetuo in Gregor. non eſt, quod placet. cetera enim videntur ſuperuacanea, ſi hanc vocem retineas. breuius vero Raim. potuiſſet his duob. verbis uti, et ceteris abſtinere.
et hæc) vox hæc non eſt in uno Tarr.
obſeruanda) ſic concil. et vetus Greg. ſeruanda, Cont. et alij.

TIT. VIII. DE CONIVgio leproſi

gio leproſi) leproſorum, Barcin. et Raim.

CAP. 1. *Idem Cant. Archiep̃o*) Cantuarien. unus Tarr. et Raim. et Cont. Idem, alijs omiſſis, concil. parte 37. c. 2. titulo de leproſis.
a communione omnium) ſic in concil. et in vet. Gregor. in quo hominum poſtea ſcriptum eſt, quam vocem habent Cont. et alij.
ſeparentur) ſeparantur, uetus Tarr. ſolus.
et extra &c.) hæc omittunt Raim. et Cont. ſunt in concil.
transferantur) ſic in concil. transferuntur, duo Tarr.
ſequuntur, ſed ſine ipſis manere præſumunt) ſequuntur, Raim. et Cont. alijs neglectis. ſequantur, cõcil. et præſumant, cetera, ut edita ſunt.
f. s &c.) multa Raim. et Cont. omittunt, quorũ aliqua etiam in concilijs deſiderantur.
ut uxores uiros &c.) uxores ut uiros, uiri ut uxores ſuas ſequantur, concil. ut uxores uiros, et uiri uxores, qui lepræ morbum incurrunt, ſequãtur, Raim.
inducere labores) laboretis, concil. et tres Tarr. inducere non poſtponas, Raim. et Cont. Credit Melendus, quod ſanus tenetur reddere debitũ leproſo. 32. q. 5. horrẽdus. non tamẽ eſt compellendus. 34. q. 2. ſiquis neceſſitate. Vincen. Melẽdi mentionem inuenies etiam apud Tancredum cap. 2. de iure patronatus in hac collect. et in ſcholijs, ſiue gloſſis Bernardi in Gregoriana. et Hiſpanus appellatur a Tancredo cap. 4. de eo, qui cognouit conſang. in hac collect.
eos induci non poteris) induci non poterunt, concil. et Barcin. et unus Tarr. et Raim. voce eos omiſſa, quę etiam in alio Tarr. deſideratur. non potuerint, eſt in alio Tarr. non poſſunt, in alio.
iniungas) ſic etiam Raim, iniungatis. concilia, et tres Tarr. in uno tamen eorum mutata ea vox eſt.
ſeruent) malo ſeruet, ut eſt in uno Tarr, et in cõcil. et in Gregor.
et ſi qui mandatum noſtrum ſeruare contempſerint) neſtrum pro noſtrum, duo Tarr. et ſiqui cõtra

manda

mandatum noſtrum venire præſumpſerint, cō cil. Quod ſi mandatū tuum ſeruare contempſerint, Raim.

eos contra. &c.) eos contradictione, et appellatione ceſſante, concil. hęc omittunt Raim. et Contius.

vinculo anathematis conſtringas) adſtringas, concil. adſtringatis, vetus Tarr. eos vinculo excommunicationis aſtringas, vetus Gregor. vox eos non eſt in editis.

Quæ poſt uerba huius capitis inueniuntur in cōcilijs, interpretis verba ſunt, non ſatis integra; ea referre non eſt neceſſe.

Cap. 2. Idem Iaieratum Epo) uide, quę ſcripſimus cap. 3. tituli 7.

Quoniam ex multis auctoritatib. &c.) ſic etiam in concil. parte 37. cap. 2. auctorib. duo Tarr. Quoniam nemini licet, Raim. et Cont.

ex euangelica ueritate) Matthæi cap. 5. et 19. Marci c. 10. et Lucæ cap. 16.

uxorem ſuam) vox ſuam non eſt in Gregor. eſt in concilijs.

ſin aliqua graui) ſiue graui aliqua, concil. ſeu alia graui, Raim. vox graui, ut ſcholium, additur in veteri Tarr.

a viro) ſic etiam Raim. ſuo, additur in concil.

vel dimittenda) vel etiam dimittēda, Raim. hæc in concil. non ſunt.

ſuper eo uero, &c. et infra) hęc neq; in concil. ſunt, neq; in Gregor. Integra clauſula exſtat d. c. tit. 7. huius libri.

Leproſis autem ſi continere nolunt) noluerint, unus Tarr. et Barcin. in quo eſt Leproſi pro Leproſis. Leproſis autem ſi ſe continere noluerint, cō cil. ut editum eſt, vetus Gregor. Leproſi, Cont. et alij, et duo Tarr.

inuenerint) ſic etiam Raimund. inueniant, concilia.

CAP.1. *Cæleſtinus Papa Florentinæ eccleſiæ*) ſic etiam Grat. ſiue Palea 35.q.6.c.2. Cæleſt. Papa Florent. Epõ, uetus Greg. Cęl.iij. Flor. Epõ, alter uetus. Clemens iij. Papa Florentino Epõ Cont. et alij. Cæleſtinus, in marg. Cont. ego Cęleſtini ſecũdi eſſe hoc caput ſuſpicor. nam neq. in volumine Gratiani, neq. in prima collectione ullum reſcriptum exſtat Cæleſtini tertij. Siquis Cæleſtini primi eſſe dixerit, pæne contumelia adfecerit ſanctiſſimum virum.

Videtur nobis, quod ſecunda &c.) Recte Cont. addit, quæ omiſſa fuerunt a Raim. leguntur eadem apud Grat. ſiue Paleam.

& ſi primam) etiam ſi primam, Palea, et Cont. et tres Tarr.

& ordinem) et ordinationem, vnus ex veteribus Grat. libris tantum.

tamquam inordinatum) hæc Palea omiſit, habet Contius.

tam diuinæ, quam humanæ legis auctoritas proclamat) ſic etiam Cont. tam diuinę legis, quam humanæ auctoritas proclamat, uetus Tarr. tam humanæ, quam diuinę legis proclamat auctoritas, Palea editus. ſed in trib. ueterib. eſt, tam diuinæ, quam humanę legis etc.

ea, quam) eam, quam, uetus Tarr. ſolus.

vxor non eſt, eam cogendus eſt recipere) ſic etiã Palea. mendoſe Contius, vxor, non eſt cogendus eam recipere.

conſeruetur) ſic etiam Cont. ſeruetur, Palea.

& educetur) hæc in vet. Tarr. ſolo non ſunt.

occaſionem peierandi) ſic etiam Cont. peccandi, Palea.

& alios decipiendi) ſic etiam Palea. alias pro alios, Cont. non inepte.

Quod autem parentes) ſic etiam Palea. Quia parẽtes, vetus Greg. Quod parentes, alter vetus, et Cont. et alij.

in teſtificatione filij vel filiæ) in teſtificationem, tres Tarr. ac Palea. et pro uel, Palea. in teſtificatione ſuorum, Raim. aptius. deſiderari enim aliæ perſonæ videbantur.

quam legib. approbatur) ſic etiam Raim. ſimiliter, additur in Barcin. et in duob. Tarr. ante uerbũ approbatur. ſed in altero Tarr. ea vox deleta eſt. legibus approbata, Palea, voce quam omiſſa.

et tam diuinis, quam humanis legib. ſimiliter approbatur) confirmatur pro approbatur, eſt in trib. Tarr. et in duob. ex his vox ſimiliter omittitur. in tertio vtriuſq. verbi, ſimiliter approbatur, veſtigia exſtant. omnia verba in Barcin. et in Gregorianis omiſſa ſunt. quam diuinis, et humanis legib. approbatur, Palea.

In dirimendo enim matrimonio) vox enim nõ eſt in Barcin. omnia omittunt Raim. et Cont. autẽ pro enim, Palea, cetera, vt edidimus.

ideo maxime parentes recipiuntur) ſic etiam Palea. ideo maxime, Barcin. omittit. Ideo enim maxime parentes, Raim.

ſiue ſi defuerint) ſic Palea. ſi vero defuerint, Barcin. ſi deſtiterint, vetus Greg. et ſi defuerint, alter vetus, et Cont. et alij.

tum teſtibus) ſic etiam tres veteres Grat. libri, et vetus Gregor. cum pro tum, Palea editus, et vetus Tarr. et alter vetus Raim. liber, et Cont. et alij editi.

tum etiam exercitatione) ſcribendum ex recitatione, vt eſt in Gregor. et in Barcin. et in vno Tarr. in quo olim fuerat, vt editum eſt. vox etiã in veteri Greg. non erat. cum exercitatione, et recitatione, Palea mẽdoſe, etiam in Antonianis libris, hoc eſt Ant. De mocharis, et Ant. Cõtij. ſed in trib. veterib. meis eſt, tum ex recitatione.

ſcire laborat) ſcire laboraret, vetus Tarr. ſolus, et ſine riuali.

Quia igitur alij melius ſciunt, &c.) hæc omittunt Raim. et Cont. vſq. ad illa, qui enim melius ſunt in Gratiani libris. et quia melius, quã alij ſciunt ideo, etc. Barcin.

ſimiliter recipiuntur in teſtificatione) ſimiliter etiam recipiuntur, et in teſtificationem, Grat. editus, ſiue Palea. ſed in veteribus eſt, teſtificatione.

matrimonij gratia) Palea voce gratia caret.

ita vt ſi non interſint) ſic etiam Palea. et pro vt, vetus Tar. non optime. interfuerint pro interſint, Raim.

in criminalibus) cauſis, addunt tres Tarr. et Raim. et Palea.

in matrimonio vero contrahendo) voce vero Palea caret. coniungendo pro cõtrahendo, Raim. cetera, vt edita ſunt.

ipſius coniugij) ſic etiam Palea. et, ante hæc verba addit vnus Tarr. ex, alter aptius, et Raim.

et quia) ſic etiam multi Gregor. quia et, Palea editus nuper. quia, editio vetus, et vnus ex veterib. Raim. libris. vt edidimus, tres veteres Grat. libri.

congrue recipiuntur) ſic etiam Palea. congrue admittuntur, Raim. et Cont.

Cap.2. Paduano Epõ) ſic vetus Gregor. Pad. Epõ, alter vetus. Paduen. Cont. et alij non recte.

quod cum quidam)ſic etiam Raim. vox cum in trib. Tarr. non eſt.

iam nubilem)vox iam in vno Tarr. omittitur.

a viri ſui)a proprio viri ſui, Barcin. et tres Tarr. et Raim.

ſe deſponſari permiſit)promiſit, vetus Gregor. ſolus, non optime. deſponſare pro deſponſari, tres Tarr. quod non placet.

Cumq. fraternitas tua ei prohibuiſſet) Cumq. ei prohibuiſſes, Raim. et Cont.

non formidauit)non expauit, Raim. ſine vllo magno lucro mutauit.

vtrumq. ante te conuocaſſes, et)hæc omittũt Raim. et Cont.

domum matris)ſic etiam Raim. patris, vetus Tar. et id olim in altero fuerat Tarr. ſed poſtea ſine vlla varietate eſt in omnib. lib. ad domum matris, et in domo materna, et in Barcin. additur vox ſuæ poſt matris vocem.

ipſi ad noſtram audientiam appellauerunt)ipſa noſtram audientiam appellauit, Raim.

Verum quoniam &c.) Recte Cont. addit omiſſa prius a Raim. Vnde pro Verum, tres Tarr. quæ varietas frequens eſt in his collectionib.

enormitates eorum)aliorum, tres Tarr. et Cont.

et formam)ſic etiam Cont. et ad formam , tres Tarrac.

pr. m.)pr. non eſt in trib. Tar. neq. in Contiano.

vt ſuperius eſt enarratum)hæc omittunt Raim. et Cont. narratum, vetus Tarr. vox ſuperius in altero deſiderata eſt.

præfatam mulierem)ſic etiã vetus Greg. et Cont. et editi Raim. lib. dictam mulierem, alter vetus Gregor.

eſſe videatur)verbum eſſe non eſt in Gregor. ne Ciceronis quidquam habeant.

omni ap. et ex. ceſ.)hæc etiam omittunt Raim. et Cont. excu. pro ex. duo Tarr. apertius, excuſatione, interpretor.

pœnitentia de tanto exceſſu)de tanto exceſſu pœnitentia condigna, duo Tarr. et Raim. pœnitẽtia condigna de tanto exceſſu, Barcin. et tertius Tarrac.

poſtquam ea)vox ea non eſt in Gregor. eam pro ea, duo Tarr. et Barcin. non recte.

ad tertium)virum, addit ſolus Barcin.

et legitime ſibi coniungi) hæc omittunt Raim. et Cont.

Cap. 3. Idem Winton. Bathon. Herforden Epũ) Idẽ Vuin. Bat. et Hereford. Epis, concil. d. parte 6. c. 28. Idẽ Vigorin. et Beranton. Epis, vetus Gregor. mendoſe. Vigorien. et Baron. Contius, et alij non recte. Wigorn. vnus Tarr. Wigor. alij duo, Wig. Barcin. pro Winton. item Balth. pro Bathon. vetus Tarr. nõ optime. et Hereforden. ſiue Herefor d. ſiue Herfor. tres Tarr. Huius reſcripti mentio fit cap. 20. d. partis 6. et cap. 6. de ſponſalib. huius collect. illic eadem Epõrum nomina edidimus, Winton. Herforden. et Baton. et in concilijs d. c. 20. Vuinton. Hereforden. et Bathonien. quæ mihi minus mendoſa videtur.

Ex litteris venerabilis fratris noſtri Cant. &c.)ſic etiam in concil. Ex litteris Cant. Archiepĩ, vetus Gregor. Cantuariẽ. alter pro Cant. aptius, & Cont. et alij. Harum litterarũ mentio fit d. c. 6.

A. S. L.)Apoſtolicæ ſedis legati, cõcil. apertius. Omittunt hæc Raim. et Cont.

ad audientiam Apoſtolatus noſtri peruenit) noſtri Apoſt. concil. ad nos peruenit, Raim. et Cont.

quod cum G. de S. Leodeg.)Gilebertus de ſancto Leodegario, ſcribi potuit, vt d. c. 6. et d. c. 20. ſancto pro S. eſt in quattuor Tarr. et in Gregor. S. pro G. eſt in vno veteri Raim. libro. G. de S. Leodegario, in concil. Leodeg. eſt in duob. veterib. Gregor. Leodegario, in Contiano, et aliis.

M. filiam)ſic etiam Raim. et Cont. Mariam filiam, concil. plenius. ſic poſtea hoc eodem capite appellatur, et d. c. 6.

poſt modicum quibuſdam &c.)Recte Cont. addit a Raim. omiſſa, quæ ſunt in concil. in quib. eſt, poſtmodum quibuſdam, et in vet. Tarrac. poſt modicum tempus quibuſdam, Cont. et vnus Tarr. in quo vox tempus olim non fuerat. temporis pro tempus, Barcin.

memoratus R. cum ea præſente)ſic in concil. et in Contiano. vox præſente non eſt in vno Tarra. vox et in altero additur ante vocem memoratus, quod mihi ſuperuacaneum videtur.

per verba)ſic in concil. verbis, Cont.

ſicut dicitur)ſic etiam concil. et Cont. ſicut ſupra dicitur, vnus Tarr. voce tamen ſupra olim caruerat.

fide hinc inde)fide tamen, Barcin. ſolus.

niſi ſollemnitas)illa, additur in concil . quæ vox non eſt in Contiano.

Poſtea vero)vox vero non eſt in Gregor. Tempore vero procedente, concil.

ad alia deſideraret)ſic etiam Raim. deſiderat, vetus Tarr. deſideret, concil.

vota tranſire)vota migrare, vetus Greg. ſolus.

ſicut ex litteris ipſius accepimus)hæc ſunt in concil. neglecta ſunt a Raim. et Cont.

de præſcripto negotio)ſic in concil. et in vet. Greg. et in editis. de negotio, vetus Tarr. alia voce omiſſa. de ſcripto negotio, alter Tarr. et alter vetus Gregor. in quo additur vobis, non recte.

ſed ipſe prædicta)ſic etiam vetus Greg. præſcripta, concil. et tres Tarrac. et alter vetus Gregor. et Cont. et alij.

filiam

filiã Hug. de Spolteli M. nomine) Poſteble, Barcin. pro Spolteli. Paſtelt. uet. Tarr. Polſtebe, duo alij Tarr. filiam Hugonis de Poſtlede Matildã nomine, cõcil. plenius. filiã V. duo ueteres Greg. alijs omiſſis. G. pro V. Cont. et alij mendoſe.

Poſt modum vero &c.) hæc a Raim. olim omiſſa, recte Contius addidit. ſunt in concilijs.

ſi cum Maria) ſic in concil. ſecum M. Cont. mẽdoſe.

ſicut ſuperius) vox ſuperius non eſt in concil. habet Contius.

dictum eſt) ſic etiã Cont. publice, additur in cõcil.

poſtmodum accepiſſe) ſic etiam Cont. ſuſcepiſſe, unus Tarr. olim accepiſſe, cõcil. altera uoce omiſſa.

conſtanter) ſic etiam Cont. frequenter, concil.

de uoluntate eis) eius malo, ut eſt in cõcil. et apud Contium, et in trib. Tarr.

adiiciens) ſic in concil. dicens, Cont.

& ideo, quia eã, quã ſecũdo acceperat, relinquebat) ſic etiã in concil. receperat pro acceperat, uetus Tarr. relinquere uolebat pro relinquebat, alij duo Tarr. uox quia in Cõtiano libro eſt omiſſa, quod placet. apertius diceretur: et ideo ei eã, &c.

Cum autem præfatum R.) præfatum, concil. et Barcin. et quattuor Tarr. aptius. Cũ autem alia præfat. R: Contius plenius. hæc ad Matildam apte referuntur, ad Mariam, aut ad R. non poterant apte referri.

uirum reſtitui) ſic in cõcil. viſum ſibi reſtitui, duo Tarr. et Cont.

& Archieps velles primo de matrimonio cognoſcere) de matrimonio primo, duo Tarr. de primo matrimonio, concil. Cumq. Archieps vellet de matrimonio primo cognoſcere, duo veteres Greg. Cum Archieps, Cont. et alij.

ob id maxime &c.) hęc omittunt Raim. et Cont. ſunt in concil.

Maria ad Apoſtolicam appellans ſedem, uocem appellationis emiſit) vox appellans non eſt in conci. non male. M. pro Maria, uetus Tarr. olim tamẽ Maria fuerat. uox appellationis in tribus Tarr. deſiderabatur. ſedem appellans, unus eorum habet. dicta M. app. vocem emiſit, Raim.

& feſtum circumciſionis proxima &c.) hæc etiam omittunt Raim. et Cont. ſunt in cõcil. totidẽ verbis. proximæ in pręteritum, uetus Tarr. proxime præteritum, alij duo Tarr.

terminum ap.) appellationi, concil. terminum pręfatæ ap. Barcin.

Appellationi uero) ſic etiam concil. cuius appellationi, Raim.

eidem M. ſub periculo animæ, et excommunicationis) Mariæ pro M. concil. apertius. eidé ſub excommunicationis, Raim. et Cont. alijs omiſſis.

diſtrictius) hæc vox in ſolo ueteri Greg. non eſt.

donec cauſa ipſa) vox ipſa non eſt in uno Tarr. neque in uno uet. Greg. eſt in concilijs.

coram nobis &c.) hæc ſunt in concil. omiſſa ſunt a Raim. et Contio.

W. nomine nobilem virum nupſit) Vu. cõcil. nomine W. uetus Tarr. V. nomine nupſit, duo ueteres Greg. Gu. Cont. et alij.

& ſuper hoc &c.) ſic etiam Cont. addens quædã omiſſa etiam a Raim. et propter hoc &c. concil.

quam obiecerat apparere) ſic etiam Cont. obierat pro obiecerat, concil. ego comparere pro apparere, mallem: ſed feramus, grauiora paſsi.

non uidetur) ſic etiam Cont. non videretur, cõcil.

plene cõpdimus) ſic in concil. multum pro plene, Cont.

præſentium auctoritate mandamus) terminãdum, concil. pro mandamus, non recte. mandamus, Raim. et Cont. alijs omiſſis.

partib. ante veſtram &c.) hæc ſunt in concil. non ſunt in Greg. Contio idem conniuente.

præter conſenſum) ſic in concil. de futuro, addidit Raim. quod etiam in ueteri ſcholio eſt. nam quę de præſentis temporis conſenſu dicta ſunt; allegabantur, ſed non probabantur, ut Tancr. ait.

inter præfatum R. & Mariam) M. duo ueteres Gregor. inter præfatos R. et M. Cont. et alij. ut editum eſt, concil.

ſecunda matrimonia inuiolabiliter obſeruãda) ſic in concil. et in Greg. ſecundum matrimonium inuiolabiliter obſeruandum, duo Tarr.

ap. diffugio) appellationis pro ap. concil. obſtaculo pro diffugio, Raim. ſine magno lucro.

nequaquam debuerit, conueniens tamen non uidetur, ut) vox tamen neq. in cõcil. eſt, neq. in trib. Tarr. non debuerit, non eſt tamen conueniens, ut, Raimund. tamen uidetur, ne, Barcin.

alia tamen pœna eis debebit imponi) ſic uetus Greg. pænitentia pro pœna, alter uetus Gregor. et duo Tarr. alia enim pœna debebat eis imponi, cõcil. debetur pro debebit, Barc. debebat, unus Tarr. ei pro eis, alter olim Tarr. aliqua tamen pænitẽtia eis debebit imponi, Cont. et alij.

quia contra) ſic etiam Raim. quod contra, concil. qui contra, uetus Tarr.

hoc fecerunt) fecerint, unus Tarr. ſolus.

In fine additur in concil. Nonis Februarij. ego ante eas duas voces addo, Datum.

TIT. XVIII. QVI FILII

ſunt legitimi) ſic uetus Gregor. Qui ſunt filij legitimi, alter uetus. ſint pro ſunt, duo Tarr. et cõcil. parte 33. et Cont. et alij. Poſt hæc uerba additur in concil. et de exactione dotium poſt diuor

tium, et ad quē pertinet huius cauſæ cognitio.

CAP. 1. *Alexander iij.*) ſic Raim. et Cont. Idem, Barcin. et concil. d. parte 33. c. 3.

Herbertus lator præſentium) Herebertus, unus Tarrac. Atbertus, alter olim. Albertus, Barcin. H. cōcil. et Raim. qui ſolus cetera uerba omiſit, neq. ea Cont. addidit.

quod cum) vox cum non eſt in concil. eſt in Gregor.

neptem R.) hęc in concil. ſunt, non ſunt in Greg.

acceperit in uxorem) accepit, concil. vox in nō eſt in uno Tarr. addita eſt in altero Tarr. in vxorē acceperit, Raim.

præfatus R.) et, addunt concilia ante hæc verba. R. patruus mulieris, Raim. ſine ulla cauſa, niſi quod uocem neptem omiſerat. ſic potuit auum dicere, vel auunculum. magis tamen credo verū eſſe patruum fuiſſe, quam auum.

cum poſtea, prout dicitur) ſic in concil. licet poſtea Raim. et Cont. alijs omiſſis.

acceperit in uxorem) acceperit vxorē, uetus Tarrac. ſolus non male.

Inde eſt, quod f. u. per A. ſ. m.) f. t. pro f. u. vet. Tarr. fraternitati tuæ etc. concil. Ideoq. mandamus, Raim. et Cont. alijs omiſſis.

rei ueritate diligenter, et cognita, & inquiſita) diligēter inquiſita, et cognita, concil. et tres Tarr. ſi eſt ita, Raim. et Cont. non male.

nullius ap. obſtante) appellatione pro ap. concil. omni ap. re. uetus Tarr. non obſtante ap. alter Tarr. mulierem ob, Barcin. mēdoſe. omnia omittunt Raim. et Cont.

legitimam eſſe) ſic in concil. eam legitimam, Raimund.

iubentes prædicto R. ex noſtra, & ueſtra parte) inhibentes pro iubentes, concil. prædicto R. inhibētes, Raim. et Cont. alijs omiſſis.

ne ſæpedictæ) ſic etiam concil. ne dictæ, Gregor. 9.

et heredibus ſuis) vel pro et, concil. hæc omnia Raimund. et Cont. omittunt non ſine cauſa.

ſuper hereditatem ſuam) ſuper hereditate ſua, concil. ſuper hereditate paterna, Raim.

contra inhibitionem noſtram) ſic in concil. prohibitionem, duo Tarr. veſtram pro noſtrā, itē duo. contra hoc, Raim. et Cont.

ſublato ap. re.) appellationis remedio, concil. apertius. omittunt hæc Raim. et Cont.

ſeueritate eccleſiaſtica percellatis) eccleſiaſtica ſeueritate percellatis, concil. ante edita. addit vetus Gregor. eum. In altero veteri eſt, eum cen. eccl. percellatis. at Cont. et alij habent, contra eū ſeueritate eccleſiaſtica procedatis.

Cap. 2. Cum inter I. ueterem conciuem noſtrum) noſtrum, cōcil. d. parte 33. c. 5. Io. pro I. uetus Tarr. Cum inter I. uirum, Raim. et Cont. alijs omiſſis. ueterem eſt pro uirum, in uet. Greg. ſcribi autē debet Veterem, ut opinor; ſic Auguſti tempore fuit Caius Antiſtius Vetus.

& T.) ſic in concil. M. uetus Tarr. C. uetus Gregor. et T. alter vetus, et Cont. et alij.

lata) prolata, concil. et Raim. lata, prior concil. editio.

qui ante ſententiam ipſam &c.) hæc omittunt Raimund. et Cōt. ſunt in cōcil. excepta voce ipſam.

publice, & ſine) ſic etiam duo ueteres Greg. uox et non eſt in concil. neq. apud Cont. et alios. pace, ſiue condicione, prior concil. editio mendoſe.

matrimonium inter ſe contraxerint) ſic in concil. cōtraxerunt, tres Tarr. inter ſe contraxiſſe noſcantur, Raim.

ſtatuimus) mand. uetus Tarr. ſolus.

quos ipſi) vox ipſi eſt in concil. non eſt in Greg.

& qui concepti ante latam ſententiam fuerat) fuerat ante latam ſententiam, concil. et uetus Tarr. et duo veteres Greg. et qui concepti ante latam ſententiam fuerant, Barcin. et qui concepti fuerant ante latam ſententiam, Cont. et alij.

non minus) ſic etiam Raim. nihilominus, concil.

& quod) et qui, prior editio concil.

et de bonis parentum ſuorum) ſic in concil. vox ſuorum non eſt in uno Tarr. et de parentum facultatib. Raim.

Quo circa uniuerſitati &c.) Quæ ſequuntur omittunt Raim. et Cont. uenerabilitati, concil. non recte.

ueſtræ per A. ſ. m.) pro his etc. eſt in concil. pr. m. tres Tarr. pro m. habent.

I. & prædictæ) ſic in concil. Io. et M. prædictæ, uetus Tarr.

et exinde) ſic etiam in concil. et inde, uetus Tar.

inter parentes eorum) celebrati, additur in concil. non male.

eis ab aliquo moleſtiam) eis a quoquam moleſtias, tres Tarr. moleſtiam, concil. cętera, ut Tarr.

uel grauamina) et pro uel, uetus Tarr. uel, concil.

Cap. 3. Idem Rothomagen. Archiepō) Arch. prior editio concil. parte 8, c. 11. Idem R. Archiepō Rothom. vetus Gregor. ut editū eſt, alter uetus, et Contius, et alij, et poſterior concil. editio.

quod cum Nicolaus Saget ciuis tuus) pro tribus poſterioribus uerbis eſt in concil. Sagantinus. uox cum in ueteri Tarr. deſideratur. quod cum H. uetus Greg. alijs omiſſis. N. alter vetus, et Cōt. et alij. tuus ciuis, eſt in trib. Tarr. eſt autē aptius hoc, quam quod cap. 2. dictum eſt, conciuem ueſtrum.

uxore ſua Matil. non deſponſata) nondum matrimonio, pro Matil. non, concil. Matilda nōdum, duo

duo Tarr. M. non, tertius Tarr.uxore ſua M. tunc non deſponſata, Raim.
cum eo cohabitante) ſic in concil.ſibi pro cum eo, Raim.mutauit parum apte.
ſicut dicitur) ſicut creditur, cõcil.utrũq. Raim.et Cont.omittunt.
& de ipſa filios ſuſtulit) ſic etiam in concil. et filios ſuſtulit ex eadẽ, Raim.ſine ullo lucro mutauit.
prædictus iuuenis) dictus iuuenis, unus Tar.ſolus.
contradictus gerens) ſic uetus Greg.contradicit gerens, alter uetus, et Cont.et alij.aſſerens pro gerens, Barcin.dicens, concil.
prædictus uero N.& uxor eius Matil.) Matilda, uetus Tarr.Matildis, cõcil.in quib.eſt Nicolaus pro N.apertius. De Matilde, ſiue Matilda vide caput vlt.ſupra tit.prox.deſideratur ea uox in Greg.prædicti pro prędictus, eſt in uno vet.Gregor.et apud Cont.et alios.prædictus, eſt in altero veteri.
eſſe negabãt) ſic etiã Raim.omnino pro eſſe, cõcil.
quod eum pietatis intuitu nutriuiſſent) ſic Raim. ordo verborum mutatur in concil.et in quibuſdã Tarr.libris.quia pietatis intuitu illum nutriuiſſent, uetus Tarr.omittitur vox eũ in uno Tarr. in altero additur poſt verbum nutriuiſſent, alia tamen manu.
mota eſſet) ſic etiam Raim.mota eſt, concil.et unus Tarr.facta eſt, alter.
& prædictus) vox et non eſt in uno Tarr.tãtum.
iuri ſtare nolebat) iniuſte petebat, uet. Tarr.ſolus.
quid de hoc &c.) hæc omittunt Raim. et Cont. ſunt in concil.
in tali cauſa) ſcribe caſu, ut eſt in omnibus libris.
prædictum iuuenem tibi conſtiterit eſſe filium) eorum eſſe filium, concil. Surianæ editionis. verbum eſſe in priori editione non eſt, et pro eo vox eorũ eſt ſcripta. tibi conſliterit eſſe filium iuuenẽ memoratum, Raim. conſliterat pro conſliterit, vet. Tarr.quod non æque placet.
Cap.4. *Idem Exon.Winton.Epis & Abbati Ferden.*) et Wigor.pro Winton.eſt in veteri Tarr. Witon.in altero mendoſe. Exon.et Vington. Epis, et Abbati Herfordenſi, uetus Gregor.tit. de off.deleg.Mutin. pro Vington. idem liber ſub hoc tit. Exon.et Vinton. Epiſcopis, et Abbati Herfonden.alter uetus tit.de dolo, et cont. Oxon.et Winton.Epis, et Abbati Herforden.idem tit.de offi.deleg.Exon.et Winton. Epis, et Abbati de Herefor.idẽ ſub hoc titulo. Oxoneſi, et Vintonien.Epis, et Abbati Herfor.Cõt. et alij d.tit.de offi. dele. Exonen. et Vintonien. Epis, et Abbati Herforden.ijdẽ d.tit. de dolo et contum. Exonien.et Vintonien. Epis, et Abb. Herforden. ſub hoc titulo. Ego ſcribo, Idem Exonienſi, et Wintonienſi Epis, et Abbati Hereſordenſi.
Cauſam, quæ inter nobiles uiros F.et R.de Ardenna) S.de Arden.Cont. non recte.qui ſub hoc titulo addit a Raim.pręter miſſa, ſub alijs nihil addidit. Cauſam, quæ inter, et infra.uetus Greg.vox inter non eſt in altero veteri, neq. in editis ſub hoc titulo. Cauſam, quæ inter R. et H.alter ex ueterib. Raim.libris ſub tit.de offi.dele.F.et H. alter vetus.F.et R.Cõt.aptius, et alij. F.et H.eſt etiam in ueteri ſub tit.de dolo. F.et R.in editis. de Ardena, ſiue de Ardenna F.et R.duo Tarr.de Ardun.tertius.ego nihil muto. ſuſpicari poſſumus R.Radulfum ſignificari, ut alij, quorũ poſtea mentio fiet, uocabantur.
quondã filium Agathæ) quendã Cõt.pro quondã, cui nõ adſentior.omittit omnia Raim.ſub tit.de offi.dele.vocem quondam ſub tit.de dolo.
de natiuitate ipſius) ſic etiam Cõt.A.in uno Tarr. additur alia manu.Agathæ, in altero, quaſi ſcholij vox eſt.ipſius A.Raim.d.tit.de dolo.de natiuitate Agathæ, Raim.tit.de offi.del.
nobis fratres Epi, & uenerabilis fratri noſtro Londen.) hæc breuius ſignificantur apud Cont.et Londonenſi Epo, uetus Greg.tit.de offi.del.Lond.Epiſcopo, alter uetus.London.Epo, Cont.et alij, et uet.tit.de dolo.ubi Cont.Londonen.alij London.tres illæ voces, venerabili fratri noſtro, a Raim.neglectæ ſunt. Lundun.unus Tarr. habet non recte.
ſub certa forma) ſic etiam Cont.hæc etiã Raim.omiſit ſub alijs titulis.
uerum quoniam &c.) hęc ſub tit.de dolo, Raim.et Cõt.omittũt.unde pro uerũ, unus Tar.nõ recte.
Idem F.de Ardenna) Ardon. uetus Tarr. Ard. Cont. Idem R.uetus Greg.non recte, alijs omiſſis.F.alter vetus, et alij d.tit.de offi.del.
præfatum London.) London.vetus Tar.Lundun. alter.præfa.Lundo.Epm, Cont.præfatum London.Epm, duo veteres Greg.præfatum Londonen.Epm, Cont.et alij d.tit.de offi.dele.
omnino habebat ſuſpectũ) vox ſuſpectũ omittitur a Cõtio.vox omnino a Raim.d.tit.de offi.dele.
dominus eſt prædicti R.) ſic etiã Cont.hoc titulo. H.pro R.duo veteres Greg.non recte. F. Cont. et quidam alij mendoſe, d.tit.de offi.dele.
ipſum amouendum) ſic etiã Raim.et Cõt.d.tit.de offi.dele.vox ipſum omittitur a Cõtio hoc tit.
loco ipſius) loco illius, tres Tar.et Cõt.et duo Gregor.illius, Cont.et alij d.tit.de offi.dele.
per A.itaq.ſcripta &c.) Ap.pro A.Cõt.hic.omittuntur omnia hæc a Raim. et Contio ſub alijs titulis.
de natiuitate prædicta A.&c.) hæc a Contio ſunt omiſſa. Agathæ pro A.ſcribere malo. et mox pro ſæpe dicta A.ſcribo, ſæpe dicta Agatha. Si conſliterit, quod Agatha, Raim.et Cont.

de Auelina muliere)ſic ueteres Gregor. Anelina, Cont.et alij.Hæc Auelina mater Agathæ tres habuit viros Alanum,et Radulfos duos.ex tertio cognomento Sauarico,ſiue Sauariſio, ut ait Tancredus,nata Agatha eſt;Auelina dicitur ab Alano non male,vel potius Abellina,vt Abellinum oppidum a Plinio.

ipſa cum eo)eodem,uetus Greg.ſolus.

cõmorante) morante, duo Tarr.et Raim.at in tertio Tarr. vox morãte olim fuit,mox cõmorãte.

nata fuerit,uel quod R filius Sauarici &c.)Sauerici, duo Tarr.Sauariſij, Tancr.Radulfus autẽ ſcribi debuit,ut poſtea appellatur.ſic etiã ab Alano,et Tancredo dicitur.Raimundus mutauit quædã, quæ obſcurius dici uidebãtur. vel R.patre dictę Agathæ ipſam A.adhuc habente uirum publice tenente nata fuerit.ſic veteres Greg.fuit pro fuerit,Cont.et alij.Mihi adhuc verba Raim.parum dilucida videntur.

ſuperſtite ſecũdo viro R.ſ. de Vindeſcen.)Wideſcen. duo Tarr.Winton.Barcin.Verent.tertius Tarr. hic mortuo Alano duxit Auellinam,Alan.

eandem Agatham)Agathen,duo Tarr.nõ male, ſi Agathe dicebatur.

& ſi de Radulfulfo) ſcribo Radulfo,ut eſt in Barc. et in duob.Tarr.et ſic appellatur a Tancredo; et Alano.Rafuldo eſt in tertio Tarr.Radul.in quarto.

non fuiſſe legitimam)filiam,addunt tres Tarr.eam non eſſe legitimã eiuſdem R.filiam,vetus Gregor.fuiſſe pro eſſe,alter vetus,et Cont.et alij.

filij Sauarici,omni oc.et exceptione poſtpoſita, & ap. pronuntietis)iudicetis,Raim.et Cont alijs omiſſis ap.poſtpoſita pronuntietis,duo Tarr.

iungi,& cohabitare præſumpſerit)cõiũgi,duo Tarr. pro iungi,et,non recte.ſed in eiſdem olim fuit, quod editum eſt.præſumpſit etiam eſt in altero eorum.copulari præſumpſit,Raim.et Cont.

Ceterum ſi aduerſarius ſuus &c.)ſic etiam Raim.et Cont.c.3.de dolo.Hæ autem litteræ impetratæ uidentur a F.de Ardenna aduerſus R.Agathæ filium,qui aui hereditatem poſſidebat.itaq.hoc loco aduerſarius appellatur R.de Ardenna,vt Tancredus ſcribit.

vel iudicio veſtro) ſic etiã vetus Greg.et pro vel, vetus Tarr.vel iudicio eccleſiæ,Cont.et alij.

aut ſi ita.ſicut nobis proponitur)aut etiam,Raim. et Cont. alijs omiſſis.ipſe pro ita,unus Tarr.vox nobis in altero deſideratur.

ſe abſentauerit)ſic etiã Greg.9.ſe abſentauit, tres Tarr.

a multis retrodiebus) hęc omittunt Raim.et Cõt.

nec in terra &c.)hęc etiam ab eiſd.ſunt omiſſa.

acceſſerit)acceſſiſſe,unus Tarr.

ad præſentiam ueſtram nihilominus) his etiam caret Raim.et Cont.

& ſiue procurator veneris) veniat ,vetus Tarr. qui ſiue velit,Greg.vet.nõ recte.venit pro velit, ſcribo.venerit,Cont.et alij.

denuntiationibus)ſic etiã Raim.nũtijs,vetus Tarr.

ad domũ eius)vox eius non eſt in vet.Tarr.eſt in Greg.

ſecũdũ ordinẽ &c.)hęc etiã omittũt Raim.et Cõt.

teſtib.alterius partis)cur non vtriuſq. partis?

infra tres menſes &c.)hæc etiam neglecta ſunt a Raim.et Cont.

iuxta dictam formam) ſic etiam Raim. iuxta earum formam,vetus Tarr.non male.

ſub.ap.)ob.addit Barcin.et tres Tar.ſublato pro ſub.duo Tarr.ex illis tribus.hæc etiam omittũt Raim.et Cont.

ita quod ultra &c.)Quæ ſequũtur,a Raim.et Cõtio ſunt ut ſuperuacanea omiſſa.

ſiue quæ de reſtitutione) harum litterarum mentio fit c.7.quod huic coniungi debuit.

R.*de Ardenna*)R.a.pro R.Barcin.et duo Tarr. olim.Ra.ſcribo,vt Radulfum ſignificet.

facienda)hæc vox non eſt in Barcin.

ſiue quæ de poſſeſſionis &c.)hæ fortaſſe ſunt litterę c.7.cõtẽtę,quod ante hoc caput ſcribi debuit.

quæ antea)quæ a noſtra auct.uetus Tarr.

litterarum iſtarum)noſtrarum,uetus Tarr.

commiſſio noſtra)ueſtra,duo Tarr.hęc,tertius.

Cap.5 Idẽ B.Exon.Epõ & Abbati Forden.)B.non eſt apud Raim.et Cõt.Herforden.pro Forden. ijdem habent,et Exonien.pro Exon.aptius.

Lator præſentium R.*non ſine &c.*)Recte Cont.addita Raim.prętermiſſa paucis exceptis.

uxores habuerit)ſic etiam Cont.habuit,duo Tarrac.non optime.

idem xl.*acras terræ*)idẽ Ha. Cont.mendoſe pro Hu.quod eſt in veteri Tarr.idem H.Barcin. idẽ V.alij duo Tar.Hugo videlicet,vetus ſcholiã.de acris vide c.2.de eccleſ. ędifican.in hac collect.

R.*contigerunt*) R.cõiungunt,Cõt.et unus Tarr. et Barcin.

Cum autem H. coram etc.)Hu.pro H.uetus Tarr. idem H.Barcin.Cum autem idem R.H.coram ſæculari iudice ſuper hereditate aui eiuſdem R. patris dicti H.traxiſſet in cauſam,Raim.et Cõt. vox ſæculari in uet.Tarr.non eſt.

ei præſumpſit)præſumpſerit,unus Tarrac.ille ſibi præſumpſit,Raim.parum diſerte.

de legitimo matrimonio)adde natus,vt eſt in duobus Tarr.et in Barcin.et in Gregor.

nihil poſſit iure ſucceſſorio vindicare)poſſet pro poſſit,tres Tarr.et duo Greg.nihil poſſit in ſucceſſorio vindicare,Cont.et alij mendoſe.Hic ponitur magna gloſſa de ſucceſſionibus,quam habes in apparatu Laurentij 35.q.5.ad Apoſtolicam.

Tancr.

Tancr.Laurentij verba nulla ſunt in editis Gratiani libris,ſed in veteri libro ea legi.

venerabili fratre noſtro) N.additur in vno Tarr. omnib.carent Raim.et Cont.

fuiſſet diu tractatum)tractatum fuiſſet, Raim.alia voce omiſſa.

de mandato ipſius Epī &c.) Epi N.unus Tarr.omnia omittunt Raim.et Cont.

fuerit natus)fuerat natus,duo Tarr.

ſicut aſſerit,audientiam appellauit)appellauit audiētiam,vetus Tarr.duo priora verba deleta ſunt in altero Tarr. eadem omittunt Raim.et Cont.ſcribentes,ad noſtram extitit audientiam appellatū.

ſed eo veniente &c.)hæc addit Cont.a Raim.prætermiſſa.

d.u.per A.ſ.pr.m.qua.)dis.u. pro d.u. Tarr.unus. di.u.alij duo.vox pr.in uno deſideratur.mā.quat. vetus Greg.alijs omiſſis.Ideoq. mā.qua.alter vetus,et Cont.et alij.

utramq.partem &c.)multaRaim.et Cont.omiſerunt.

diligenter inquiſitis,et plenius auditis,et cognitis) diligēter auditis,et cognitis plenius,vetus Tarr.diligēter,et plenius auditis,et cognitis,duo alij Tarr.

cauſam ipſam ſuper quæſtione natiuitatis) patris eiuſd.R.addit Greg,9.voce ipſam omiſſa.

poſt harum ſuſceptionem litterarum)hęc etiam omittunt Raim.et Cont.

ſub.ap.re.)ſublato appellationis obſtaculo,Raim.

non potuerit)non poterit,duo Tarr.et Raim.

ei de paterna hereditate)eidem ſuper natiuitatem, vetus Tarr.hæc etiā Raim.et Cont.omiſerunt.

obiecerit)obiecit,Raim.

ſæculari domino,ſub cuius iudicio de hereditate cauſam intrauit)intrat,unus Tarr.et olim alter. ſæculari iudicio de hereditate cauſa tractanda eſt, Barcin.cauſa vertitur,pro cauſam intrauit,Raim. cetera,ut edita ſunt.

ſignificetis) intimetis, Raim.

ſuper hereditate)ſuper hereditatē,vet Tarr. ſolus.

et decidat) et definiat,Barcin.tantum.

Cap.6.Exon.Epō) ſic etiam Raim.et Cont.Exonien.Epō,concil.d.parte 33.c.1.ex quo addi debet,Pars cap.Meminimus.Integra clauſula hæc eſt.Meminimus nos fraternitati tuæ ſuper cauſa, quæ inter P.et R.de quadam hereditate vertitur,quam idem P.nomine Sibyllæ vxoris ſuæ petebat,tali modo ſcripſiſſe: vt ſi cōſtaret,prout litteræ tuæ continebant, inter prędicti R.patrē, et matrem,poſt eius natiuitatem matrimonium fuiſſe contractum;eum omni appellatione remota legitimum eſſe denunties,et ab hereditate paterna propter cauſam prędictam nullatenus debere repelli.

Tanta eſt &c.)ſic etiam Raim.Tanta eſt enim,cōcil.Edita verba refert Cæleſtin.3.cap.2.de cōuerſione infidel.collect.2.

nis matrimonij)ſic etiam d.c.2. et Raim.uis ſacramenti,concil.matrimonij.in marg.

vt qui antea)ante matrimoniū.Barc.ſolus d.c.2.

ſi autem uir &c.)Latius hæc in concil. dicuntur. Verū quoniam P.ultra,quam in litteris tuis cōtinetur,nobis ſignificauit,quod pater ſuus viuēte vxore matrem R.tenebat,et eum in adulterio procreaſſet, et quod in mortem ipſius uxoris mater fuerit machinata: fraternitati tuæ etc.quatenus rei ueritatem inquiras, et ſi tibi cōſtiterit, quod uiuente vxore pater prædicti R.matre ipſius publice abuſus fuiſſet,eum ſpuriū, et ab hereditate repellendum etc. Raimundus Bernardi Papien.editionem eſt ſecutus.

eandē duxerit) ſic etiā Raim.duxit,uetus Tarr.

ſi in morte prioris &c.)ſi mortē,uetus Tarr.ſi mater ipſius in mortem prioris uxoris fuerit machinata, decernas,concil.ſi in mortem prioris etc.Raim.et Cont.

quoniam matrimonium &c.)hæc omittunt Raim. et Cont.ſunt in concil.verborū ordine mutato.

Cap.7.Idem Lundon.& Wig.Epis)Idem Londonenſi,et Vuigor. Epis,concil.d. parte 33.c.4.in Suriana editione.Lunden.eſt in priori edit. Lōdon. Wigorien. Epis,uetus Gregor .London.et Vigorien.Epis,Cōt.et alij. Wigorn. pro Wig. unus Tarr.aptius.Agitur de eade cauſa, de qua ſupra cap.4.ſed non eſt idem reſcriptum.

Cauſam,quæ inter R.et F.) ſic etiam in concil.in Suriana edit.et in Greg.nobiles viri appellātur d.c.4.et de Ardenna. erat autē F.auunculus R. ſiue frater Agathæ matris R.ut Tancr. ait.Cauſam,quæ uertitur inter R.et F.eſt in priori concil.editione.

experientiæ noſtræ iā pridē) tuæ pro veſtræ, Tarr. uetus.vobis,Raim.et Cōt.ſupra c.4.Exon.Vinton.et Lundon. Epis narratur fuiſſe hanc cauſam commiſſam,mox recuſato Lundon.Abbatem Hereforden.ſurrogatum.ſed ex utriuſq.capitis lectione apparet plura fuiſſe reſcripta ab utraq.parte impetrata.

quia in litteris)ſic in cōcil.vox in non eſt in Gregor.neq.in trib.Tarr.

inſeri fecimus)inſeruimus,uetus Tarr.ſolus.

ut præfato R.)ſic etiā uetus Greg.ut ſæpefato R. tres Tarr.et concil.et Cont.et alij.ſe præfato,alter uetus Greg.mendoſe.

poſſeſſionem omnium)ſic Raim.eorum,additur in concil.

extitit)extiterit,unus Tarr.tantum.

quando unus ſunt)R.filius Sauarici , et Radulfus appellatur d.c.4.Agathæ pater,quæ mater eſt huius R.de Ardēna,qui has litteras impetrauit.

faceretis)ſic in Gregor.faciatis,concil.

ap.ces.)appellatione ceſſante,concil. hæc omittunt Raim.et Cont.

ſi eadem)ſi de eadem,Barcin.ſolus.

ſpoliatus) exſpoliatus, uetus Tarr. deiectus, Barc. vt editum eſt, concil. et Raim.
pertinet, non ad eccleſiã) ſic Greg. 9. pertineat, nõ ad eccleſiaſticam auctoritatem, concil.
& dignitati Kariſſimi in Chriſto filij noſtri H.) ſic etiam in concil. Henrici pro H. ſcribi oportet. omnia Raim. et Cont. omittunt. dignitatib. pro dignitati, eſt in vno Tarr.
Regis Anglorum) ſic etiam Raim. principis, additur in concil. Angliæ, habet unus Greg. vetus.
ſicut accepimus etc.) multa Raim. et Cõt. omittũt.
quod de poſſeſſionibus ſcripſimus) nõ ſcripſimus ei, cõcil. pro verbo ſcripſimus, non male.
cum ipſarum iudiciũ ad ſe aſſerat pertinere) ipſe pro ipſarũ, Barcin. cum ipſarũ iudiciũ, ut aſſerit, ad ſe pertineat, concil. qui ipſarum iudicium ad ſe aſſerit pertinere, Raim.
volumus, &) hæc ſunt in concil. nõ ſunt in Greg.
per A. ſ. pr.) hæc neq. in cõcil. ſunt, neq. in Greg. neq. in trib. Tarr.
Regi poſſeſſionum iudicium) ſic etiã Raim. et Cõt. in uno tamen veteri eſt poſſeſſorium pro poſſeſſionum. et in concil. poſſeſſionum iura Regi.
de cauſa) factum, additur ante hæc verba in concil. non optime.
videlicet) ſcilicet, unus Tarr. ſolus.
utrum mater) ſi pro utrum, uetus Tarr. tantum.
fuerit) ſic in concil. ſit, duo Tarr. et Raim.
et eã ſecũdũ aliar. litterar. etc.) noſtrarũ, additur in trib. Tar. et eã, vel aliã, ſecũdũ litterarũ noſtrarũ tenorẽ, cõcil. et cauſam huiuſmodi, Raim. et Cõt.
ap. re.) appellatione remota, concil. hæc omittũt Raim. et Cont. et vetus Tarr.
non fuit, ut dicitur) ſic etiam Raim. ut dicitur, non fuerit, concil.
Cap. 8. & Archidiacono Vicentin.) Vinc. vet. Tarrac. et uetus Greg. Vicentino, alter. Viennen. in 12. libro regiſtri, concil. d. parte 50. c. 23. Innocentum, alter vetus Greg. mẽdoſe, et Archiepõ Vicentino, Cont. et alij non recte. Vicentino pro Viennen. editum eſt in Surianis concilijs.
quod cum Herm.) Hereman. concil. H. vetus Tar. et Raim. Stephanus, Barc. Hermanus forte. vox cum in concil. non eſt.
filius quondam Lazari) hęc omittũt Raim. et Cõt. ſunt in concil.
ad partes Cõſtantinopolitan. tranſiſſet) ad partes Cõſtantinopolitanas tranſiens, concil. Cõſtantinopolitanas tranſiſſet, duo Tarr. partẽ pro partes, Barc. Cõſtãtinopol. trãſiſſet, Raim. et vet. Tarr.
& ibidem per decennium moram) ibidẽ morã per decennium, concil. et, voce omiſſa, et ibi moram per decennium, Raim. et ibidem moram per decem annos, uetus Tarr. per decennium, duo alij Tarr. cetera, vt vetus.

faciens) ſic etiam Raim. fecit, concil.
ad Vunapam quondam filiam Olinardi) et ad Vitianam filiam Eulardi, cõcil. ſcribo Vibianã. ad I. Barcin. et Raim. et Contius, qui duo cetera omiſerunt. ad B. quondam filiam Lunardi, vet. Tar. ad Vunanã, alij duo Tarr.
non rediret) ſic etiã duo veteres Greg. nõ redijt, concil. non rediens, Cont. et alij.
ipſa apud bone memoriæ I. quõdam Vicentinũ Epm) ipſa uero pro ipſa, cõcil. poſter. edit. Io. pro I. vetus Tarr. Vincentinum, duo Tarr. ipſa apud Bonon. Innocentum Epm, vetus Greg. mendoſe. ipſa apud bo. me. Vincent. Epm, alter vet. Vincentinum, Cont. Vicentinum, alij. vox I in uno Tarr. deſideratur. Mentinen. Epm, cõcil. prior. edit.
aduerſus uirum ſuum) ſic in concil. aduerſus eũ, Raim. et Cont.
ſicut vir prouidus) vox vir nõ eſt in vet. Greg. tãtũ.
parẽtib. prædicti viri) vox prædicti non eſt in Gregor. parentib. ſuis, concil. prioris edit. vt in Gregor. eſt in poſter.
longo temporis ſpatio, prædictus vir) ſic etiam in concil. longi pro longo, Raim. qui vocem prædictus omittit. prædicto viro, Barcin.
ad propria non remearet) nõ remeãte, Barc. ſolus.
auditis allegationibus) ſic in concil. auditis rationibus, Raim.
ut alium virum traduceret, plenam) duceret, plenariam, concil. ut aliũ duceret, Raim. alijs omiſſis.
Quia igitur etc.) omittũt quædam Raim. et Cõt. quæ ſunt in concil.
d. u.) di. u. tres Tarr. diſcretioni veſtræ, concil.
pr. m. qua.) vox pr. non eſt in concil. neq. in uet. Tarr. ut pro qua. alter Tarrac. Ideoque mand. quat. Raim.
rem ipſam etc.) hæc etiam omittunt Raim. et Cõtius, exſtant in concil.
tulerit) protulerit, Barcin. ſolus.
filios eius, quos de Ricardo filio quondam Rad. &c.) Achardi pro Ricardo, concil. Ricardi, Barcin. et duo Tarr. R. Adæ, unus Tarr. filios, quos ſuſtulit de alio, Greg. 9.
ad eius) R. additur in uno Tarr. tantum.
ſine quæſtione, & cõtradictione) eccleſiæ, additur in concil. nulla ſunt in Greg. non ſunt autem ſuperuacanea.
ab hereditate &c.) ſic etiam in concil. mutat ordinẽ Raim. legitimos iudicetis, eos hac occaſione ab hereditate non patientes excludi. ſed in uno vet. Greg. eſt, et eos pro eos.
& ſi quis contra hoc niti &c.) venire pro niti, vetus Tarr. et concil. omnib. carent Raim. et Cont.
penitus) vox hæc in uno Tarr. deſideratur, eſt in concil.

TIT.XIX.QVI MATRI

monium accuſare poſſunt)ſic etiam Raim.et Cont. non poſſunt,unus Tarr.
vel in eo teſtificari)uel teſtificari,duo Tarr.alijs omiſſis,et uetus Greg.omnia hæc deſiderantur in uno Tarr.et in altero vet.Greg. vel contra illud teſtari,Cont.teſtificari,alij.

CAP.1.*Alex.iij.Parmenſi* Ep̃o) Parienſi,unus Tarr.Parſienenſi,Barcin.Pariſienſi, Raim. et Cont.
Relatum nobis eſt)Relatum eſt aurib.noſtris,vet. Tarr.Relatum eſt nobis,duo alij Tarr.Relatũ eſt,Raim.alia voce omiſſa.
ex parte tua)hæc omittunt Raim.et Cont.
cuidam Parmenſi)cuidam ciui Pariſenſi,vet.Tar. ciui Parſinenſi,Barcin.ciui Parmenſi,duo Tarr. ciui Palm.vetus Greg.cuidam ciui permanum, alter vetus.ciui Pariſienſi,Cont.et alij.
nuptui tradidiſſet)ſic etiam Greg.9.traderet,vet. Tarr.
poſt aliquos annos)ſic vetus Greg.aliquot pro aliquos,alter uet.aptius,et Barcin.et tres Tarr.et Cont.et alij.
& uidetur legitime)hæc omittunt Raim.et Cõt.
pater prædicta)vox prædictæ non eſt in ∟ reg.
ad Chriſtianitatem iuuenem tenuit,& quod eſt amplius)eum pro iuuenem,Barcin.omnib.Raim.et Contius carent.ad Chriſtianitatem,ideſt ad catechiſmum,et eſt vulgare Lombardiæ,Tancr.
eum de ſacro)ſic etiam Raim.eundem ſacro,unus Tarr.vox eum in altero eſt omiſſa.
iam dicatur elapſum) tranſactum,tres Tarr.ſit tranſactum,Raim.alijs omiſſis.
Quia igitur &c.) hæc omittunt Raim.et Cont. pro his ſcribentes,Conſult.t.t.reſp.in vno tamẽ vet.Greg.alterum t,omittitur.
ſignificatione mandamus) tibi,ante hæc verba unus Tarr.addit. ſignificatione tibi mãdamus, alter habet.
quod ſi imenis &c.)hæc addit Cõt.a Raim. neglecta.
fuerunt)fuerint,vetus Tarr.fuerunt ſimul,Cont.
Ceterum ſi) quod ſi,Raim.et Cont.
omni exceptione maiores) hęc etiam ab eiſd.ſunt omiſſa.
etiam ſi)vox etiam in vet.Tarr.ſolo deſideratur.
& fine canonico iudicium terminare)ſic etiã Raim. et fine ſcandalo terminare,vetus Tarr.
tu tamen ita &c.)hęc extrema pars huius capitis a Raim.et Contio eſt omiſſa.
procedas)procedes,unus Tarr. olim.
Cap.2.Burdega. Archiepo.)Burdeg.cõcil.Bulgar. vetus Tarr.

duxerit)ſic in cõcil.ante hoc verbum additur in Barcin.in facie eccleſiæ,ut infra,in facie eccleſię duxit.
tempore longo)longo tempore, in concil. aptius.
ſuſceperit)ſic etiam concil.ſuſcepit,unus Tarr.
ipſum accuſat)ſuum pro ipſum,concil.
ſe et in quarto)tertio,vetus Tarr.in quarto, cõcil. alijs omiſſis.
eſſe)attingere,vetus Tarr.eſſe,concil.
duxit)duxerit,concil.
tenuerit)tenuit,unus Tarr.ſolus.
non debet vox ſue accuſationis admitti)accuſationis ſuæ,concil. non debet accuſationem admitti, uetus Tarr.mendoſe,niſi AD ante accuſationẽ addideris.
niſi alie perſone idonea apparerent)appareant, Barcin.niſi perſonæ aliæ,vetus Tarr.niſi perſonæ aliæ,et idoneæ appareant,concil.
& merito ſuſpicione) ſuſpicionis, concil. et unus Tarr.olim.
ipſum uelint)vox ipſum in uno Tarr. deſiderabatur,eſt in concil.
poſſint)poſſunt,unus Tarr.ſolus.
nec eaĕ nec heredes,concil.non recte.nec eidẽ, vetus Tarr.quod etiam reicio.
uel xviij.)uel xix.Barcin.et unus Tarr.uel octodecim,concil.
manſiſſent)remanſerunt,concil.
Cap.3.Exon.Ep̃o)Exonien.Ep̃o,concil. Exoniẽſi,unus Tarr.
quod Hug. de Relegata) Thelago,uetus Tarr. Relega, duo alij.quod Hugo de Kalega, cõcil. Hugo,quartus Tarr.quod cum Hug.unus Tarrac.ex ſupraſcriptis.
poſſunt inſimul) poſſint,unus Tarr. ſolus, altera voce omiſſa.
commorari) permanere,uetus Tarr.tantum.
ad hoc) ſic in concil.adhuc,in uet. Tarr.
f.t.per A.ſ.pr.m.)vox pr.nõ eſt in ueteri Tarr. fraternitati tuæ etc.concil.alijs omiſſis.
impetere)accuſare,Barcin.impugnare,concil. improbare,in marg.
ante tuam præſentiam)ante præſentiam veſtram, uetus Tarr,tuam,concil.ante te,alter Tarr.
cohabitauerunt)cohabitauerint,uetus Tarr.et concil.
perquiras)ſic in cõncil.inquiras,in uet.Tarr.
coniuncti fuerunt)fuerint,uetus Tarr.et cõcil. ſint, alter Tarr.
ſiluerunt)ſic etiam concil.ſiluerint,vetus Tarr.
coniungi debere cognouerunt)cognouerint, concil. et vetus Tarr.vox debere in altero deſideratur. debere coniungi,tertius.
graue eſſet eos audire)audiri,tres Tarr. et concil. graue eſt eos audiri poſſe,Barcin.

tolerabilius eſt etc.)eiſd.verbis utitur Innocen.3. in concil.gener,c.52.quod eſt in 4.collect.tit.de teſtib.

copulatos relinquere)copulatos,cõiũctos relinquere,concil.

perueniſſe non conſtiterit)vox non deſideratur in uet.Tarr.peruenire tamen aliquando in eo ſcriptum fuerat.non perueniſſe conſiterit, concil.

ſtudeas)audeas,vet.Tarr.ſolus non optime.

Cap.4.Idem L.Papien electo)Lucius iij.electo,vetus Tarr.alijs omiſſis.vox L.non eſt c.8.de teſtibus.idem L.appellatur c.1.de ſponſalib.

pars c.ad audi.)ſcribe,Ad audiẽtiã,vt d.c.8.et in duob.Tarr.vide integram clauſulam d.cap.1.de ſponſalib.in hac collect.

Ad hec)ſic etiã d.c.8.Ad hoc,duo Tar.nõ recte.

eſt,vt dicitur,eccleſie Papien.)Papienſis,d.c.8.Papienſis eſt,duo Tarr.

vt ſi de)ſic d.c.8.vt ſi dubitatio de,vetus Tarr.

mentio)hæc vox non eſt in illo vet. Tarr.tantũ.

qui præfigitur)ſic d.c.8.qui pręfigatur,olim unus Tarr.

innoteſcat)reſpondemus,unus Tarr.ſolus.

poſterius)hæc vox in ueteri ſolo Tarr.non eſt.

tacens)reticeant,uetus Tarr.tantum.

uel teſtificari noluerint)voluerint,illi,vet. tantum Tarr.alijs omiſſis.

merito)hæc etiam vox in eodem uet.Tarr.ſolo deſideratur.Cetera dicta ſunt d.c.8.

TIT.XX. DE DIVORtijs.

CAP.1.*ex concilio apud Vermerias*)Termilias, vetus Tarr .Inmon.Barcin.mendoſe. Vermerias c.5.Burch.lib.6.c.41.et Iuo parte 10.cap. 169.decreti.ex concilio Elibertano apud Vermerias,Grat.ſiue Palea 31.q.1.c.6.nõ recte.vox Elibertano ex prox.capite ſumpta tollatur. ex concilio apud Warmaciam,uetus Gregor.apud Mig.alter non ſine mendo.Vuormaciam,Cõt. et alij.Vermerias,Cont.in marg.

Si qua mulier mortem mariti ſui)uiri ſui,Burch.et Iuo.in mortem,Barcin.et unus Tarr.et Palea,et Cont.atq.alij editi Greg.in morte,duo ueteres. vox mulier in uet.Tarr.non eſt.

conſiliata eſt)ſic etiam Raim.ſit pro eſt,Palea.fuerit,uetus Tarr.conciliata eſt,Burch.et Iuo.

& ipſe uir aliquem illorum &c.)ſic etiam Burch. Iuo,et Grat.vox vir in Greg.non eſt.eorum pro illorum,uetus habet Greg.Mihi tota hæc clauſula ſuperuacanea videtur.

occiderit)occidit,Grat.ſolus.

& ſi probare poteſt ipſe vir &c.)poteſt probare,vetus Tarr.et ſi probare poteſt,ut nobis etc.Barc, alijs omiſſis.et ſi hoc probare poteſt ille vir, Burch.et Iuo.ſi probare poteſt ille vir,Palea. et ſi pro ſi,eſt in ueteri Grat.libro.omnia Raim.et Cont.omittunt.

eam ream eſſe)ſic Burch.Iuo,et Grat.ſiue Palea. eam eſſe ream,duo Tarr.aptius.

vt nobis videtur) hæc etiam omittunt Raim.et Cont.habent ceteri.

ipſam vxorem dimittere)ſic etiã Burch.Iuo,et Palea.propriã pro ipſam,unus Tarr.ipſam poteſt dimittere,Barc.omittũt hæc etiã Raim.et Cõt.

& ſi voluerit,aliam ducere)ſic etiam Grat.ſiue Palea.aliam vxorem accipere,Burch.hæc apud Iuonem nulla ſunt.pro eis Raim.ita ſcripſit. poteſt ipſe poſt mortem vxoris, ſi voluerit , aliam ducere.ſic etiam Alanus vetus interpres.aliam ducere:poſt mortem vxoris,alias non tenet, vt 32.q.1.c.2.Alan.

pænitentiæ ſubiecta abſq.ſpe coniugij maneat)ſic etiã Burch.Iuo,et Palea.pænitentiæ abſq.ſpe coniugij ſtet ſubiecta, Raim.mutationis nullam cauſam video.ſine pro abſq.eſt in vet.Tar.nõ male.

*Cap.2.Alex.iij.Archiepõ **)Idem,vetus Tarr. Alex.iij.Raim.et Cont.Idem eidem in eodem, cõcil.d.parte 50.c.22.forte in eadem ſcribendũ. referri tamen poteſt ea vox ad lib . 14 . regiſtri Alex.3.ex quo eſt caput 21.cuius hęc inſcriptio eſt, Idem Carnoten. Epõ.in 14 . libro regiſtri. Pars illius capituli,Cum ſacroſancta Romana. Eius initium in uno tantum capite inuenio Clemẽti tertio inſcripto, ſub titulo de ætate,et qualitate,collect.2.

Quęſiuit a nobis tua fraternitas,vtrum mulier &c.) Ant. Cõtius addidit omiſſa prius a Raim.ſed in concilijs plura verba ſunt. Quæſiuit,et infra,eſt in vet.Gregor.Quęſiuit a nobis,et infra:in altero,vt apud Cont.et alios. Quęſiuit a nobis tua fraternitas, utrũ ſacerdos etc.ut c.9.de uerborũ ſignificatione,in hac collectione, quæ Contius omiſit in Gregor.eſt in concilijs d.c.22.et poſt illa,interponere diem,additur;et utrum mulier etc.voces illæ,tua fraternitas,omiſit etiam Contius noſter.

aut quolibet alio)ſic etiam Cont.aut alio quolibet,concil.aut pro quolibet alio,vetus Tarr.

& de viro)vox et non eſt in duob. Tarr.eſt in cõcil.et in Contiano.

quæſtionem propoſuiſti)expoſuiſti quæſtionem,cõcil.propoſuiſti,Cont.altera uoce omiſſa.

& utrum)ſic etiam Cont.vox et non eſt in concil.neq.in duob.Tarr.

a coniuge)ſua,addunt concil.caret ea uoce Contius.

legitimo matrimonio)ſic Cont.legitimo matrimonio,concil.et uetus Tarr.non male.

Nos

Nos itaq. taliter duximus reſpondendum) Nos itaq. tibi duximus taliter reſpondendum, concil. Quæſtioni itaq. tuę taliter dux. reſp. vetus Tarr. Tibi reſpondemus, vetus Gregor. Nos itaq. t. reſp. alter vetus. Nos itaq. taliter reſpondemus, Cont. et alij.

quod mulier &c.) quod ſacerdos etc. ut d.c.9. concil. et poſt alia. Quod autem mulier pro furto, uel quolibet alio crimine a viro ſeparetur, et alij nubere poſſit, et vir ſimiliter eadem lege conſtituatur; taliter reſpondemus, quod mulier, etc. ut editum eſt, Raim. et Cont.

ipſe eā ad maleficia ſua trahere nitatur, et) hæc ſunt in concil. omittuntur a Raim. et Contio. quod, ante hæc verba additur in trib. Gregor. vel pro et, eſt in vet. Tarr. et cōtrahere pro trahere, quod non æque placet.

corrumpere velit) voluit, olim in vet. Greg. tantū.

non debet ab ea ſeparari) eo pro ea, concil. aptius. ab eo ſeparari non debet, Raim. debeat pro debet, olim in uno Tarr.

nec alij aliqua ratione copulari) ſic in concil. matrimonio copulari, tres Tarr. et Barcin.

Verum ſi) hoc idem eſt in concil. et in Gregor. Vir ſi, in Barcin. Vnde ſi, in uno Tarr. ego nihil muto.

ad maleficium traxerit) ad errorem traxerit, et ad maleficium, concil. ad infidelitatis maleficiū traxerit, Raim. ſic etiam Tancredus ait. Cum iſtud cap. loquatur de coniugio rato, dicēdum, quod tantum unum caſum ponit hic Alex. in quo maritus poteſt dimittere vxorem, et vxor virum, videlicet ſi velit, ut religionem fidei corrumpat, quod eſt ſpiritaliter fornicari, ut 28. q. 1. idolatria. et ad hunc ſolum caſum littera exponitur. T. et poſtea. ad maleficium. i. ad corruptionem fidei, hoc eſt idolatriam. T.

mulier a viro recedere poterit, et ſeparari) ſic etiam in concil. a viro potuit ſeparari, Raim. et Cont. alijs omiſſis. potuit pro poterit, unus olim Tarr.

ita quod ei alij nubere) vox ei non eſt in vet. Tarr. alicui pro alij, concil. prioris edit. alij, in Suriana edit. itaque ei nubere alij, vetus Greg. ita quod, alter vetus, et Cont. et alij.

ſeparentur) ſeparetur, vetus Tarr. ſolus.

in viris &c.) uiris quoque præſens ſententia ſeruetur, concil. ut editum eſt, Raim.

ſeruetur) obſeruetur, vetus Gregor. tantum.

Cap. 3. Ambian. Epō) Ambianēſi Epō, duo Tarr. Ambienſi Epō, ex libro 12. regiſtri Alex. 3. concil. d. parte 50. c. 28. et 29. prioris edit. Ambianenſi, in poſteriori. Epō Albian. vetus Gregor. Al. Epō, alter vetus. Abianen. Cont. ut editum eſt, alij.

Pars c. Quod ſedem) ſic etiam Cont. hæc Raim. omiſit. Integra clauſula exſtat in concil. d.c. 28. et ſub titulo de frigidis, cap. 3. in hac collect.

Porro de Comite Pontini) Ante hęc uerba poſt illa, quæ ſunt d.c. 3. ſequitur in concil. d.c. 29. Sane de canonico etc. ut cap. 10. de regularib. in hac collect. Ponti pro Pontini, vetus Tarr. Pontini, Raimun. et concil. ſed Pontiui eſt in marg. concil.

qui filiam Bern. de ſancto Valerico) qui vxorē ſuā filiam Bernardi de ſ. Valerico, concil. plenius. qui filiam Bernardi de ſancto Waldarico vxorem ſuam, vetus Tarr. Ben. pro Bern. alter Tarr. Gualerico pro Valerico, duo Tarr. qui B. vxorem ſuam, Raim. et Cont. alijs omiſſis.

propterea quia eā) vox eā non eſt in uet. Tar. vox propterea nō eſt in Greg. omnia ſunt in concil.

defuncta vxoris) ſic etiam Raim. ſuę, addunt cōcil.

hec tua prudentia hoc pro hæc, cōcil. et tres Tarrac. omittitur ea vox a Raim. et Contio. prudētia ſua, uetus Greg. habet, tua alter.

cognoſcas) recognoſcat, unus Tarr. ſolus.

ab ea non) eo pro ea, unus Tarr. tantum.

ipſum ad eam) ſic etiam Raim. eum ad eam, cōcil. eum ad ipſam, vetus Tarr.

diſtricte compellas) ante hæc verba addidit Raim. quæ petit reſtitutionem ipſius. ea verba in cōcil. non ſunt.

& ſi eam) ſic in concil. quam, Raim. et Cōt. tātū.

eum, & ſuperinductam &c.) ſimilia verba ſunt c. 21. de officio et poteſt. iudicis deleg. in hac collect. ut notat R. ſiue Ricardus.

excōmunicationis aſtringas) ſic in cōcil. excommunionis conſtringas, uetus Gregor. excommunionis aſtringas, duo Tarr. et alter vetus Greg. ut editum eſt, Cont. et alij.

ſi qui autem &c.) hæc omittunt Raim. et Cont. ſunt in concil. et d.c. 21.

legitime) hęc vox in concil. non eſt. exſtat d. cap. 21.

poſſint impetrare) ſcribe inpetere, vt eſt in tribus Tarr. et in concil. et d.c. 21.

Præterea de Vgone &c.) Totidem fere verbis c. 9. de officio, et poteſt. pręlati, in hac collect. Hoc eſt initium capitis 4. in vet. Tarr. cum hac inſcriptione, IDEM.

Aſelini) Auelini, uetus Tarr. Aleloni, d.c. 9. ubi alias varias lectiones attulimus.

qui matrimonium) ipſum, additur in trib. Tarr. et d.c. 9.

Cetera uide d.c. 9. Poſt huius capitis verba eſt in concil. Ad hæc quoniam donationem &c. vt c. 27. de decimis, dictum eſt.

Cap. 4. Idem) ſic etiam Raim. et Cont. Cretenſi Epiſcopo, addunt concil. dict. parte 6. capite 14. et in margine Trecen. quod malo. Hoc eſt caput 5. in veteri Tarr.

Signifi

Significaſti nobis)vox nobis non eſt in Gregor.eſt in concil.

miles in prouincia tua)hęc etiam omittunt Raim. et Cont.ſunt in concil.

uxore ſua ſine iudicio eccleſiæ dimiſſa)ſic etiam Raimun.vxorem ſuam ſine iudicio eccleſiæ,et auctoritate dimiſerit,concil.vxorem ſuam, vetus Tarr.non recte.

ſibi fuerat)ſic etiam Raim.ei pro ſibi,concil.

uinculo propter hoc fuit excõmunicationis adſtrictus) fuerit pro fuit,uetus Tarr.et propter hoc uinculo fuit excommunicationis aſtrictus,concil.excommunionis pro excommunicationis , uetus Gregor. cetera, ut edidimus. uinculo fuit propter hoc excommunionis aſtrictus,alter vetus. excommunicationis adſtrictus,Cont.et alij.cetera, vt alter vetus.

ſe ab ipſo iniuſte dimiſſam)vox ſe in vet. Tarr.non eſt. eo pro ipſo, eſt in altero Tarr. fuiſſe dimiſſam,concil.et vetus Greg.ſe iniuſte ab eo dimiſſam,alter vetus.vt editum eſt,Cont.et alij.

& eundem)ante hæc verba eſt in uno tantũ Tarrac.pro eo quod.

adulterandi materiam) improbat hoc loco Vincentius Hiſpanus Baz.et Hug.opinionem, quã Ioannis Fauentini eſſe ait Bernardus Parmen.in Greg.et alter Ioannes 27.q.2.cap.23.ſi tu.

Vnde quia nos conſulere uoluiſti &c.) hæc omittũt Raim.et Cont.ſunt in concil.excepto conſuluiſti pro conſulere uoluiſti.

mulier ipſa debeat viro) mulier iſta debeat uiro ſuo,concil.vox ipſa in uno Tarr.non eſt.debebat pro debeat,Suriana concil.editio.

fraternitati tuæ præſentib.litteris reſpondemus)ſic etiam cõcil.tibi pro frater.tuæ,uetus Tarr. Super quo reſpondemus,uetus Greg.Cõſult.t.t. reſp. alter vetus,et Cont.et alij.

ſi manifeſtum eſt mulierem ipſam)ſic in concil,vox ipſam non eſt in uno Tarr.notorium pro manifeſtum,Raim.

commiſiſſe)ſic etiã in Greg.additur poſtea in cõcil.ex aliquo,ut opinor,ſcholio:poſt dimiſſionem,ſed non idem ſi ante.

non debet)non debeat,unus Tarr.ſolus.

niſi conſtaret)niſi conſtet,unus Tarr.tantum.

cum alia)cum altera, unus item ſolus Tarr.

Cap.5.pars c.Litteras ſuper)frater.uet.Tarr.frater.alter.fraternita.t.tertius Tarr.aptius,ut apparet ex cõcil.parte 50.c.63.Litteras fraternitatis tuę debita benignitate ſuſcepimus &c.ut etiam uidimus in hac ipſa collect.titulo de coniugio leproſi, cap.3.hæc omittunt Raim.et Cont.Hoc autem eſt cap.6.in uet.Tarr.

De illa uero,quæ uiro labente)uiro ſuo labente, cõcil.et duo Tarr.vox vero nõ eſt in Gregor. ſuo, eſt,labente viro ſuo,tertius Tarr.

ipſius conſortium)ſic etiam concil.eius conſortiũ, ſine iudicio eccleſiæ,vetus Greg.ipſius,alter vetus,et Cont.et alij.

utrum reuertente &c.)hæc omittunt Raim.et Cont.ſunt in concilijs.

unitatem)ueritatem,concil.utrumq.placet.

ſi mulier ab eo ea dumtaxat)ab eo,carent cõcilia, et tres Tarr.mulier maxime ſi ea,Raim.

diſceſſit)ſic etiam concil.et duo veteres Gregor. deceſſit,Cont.et alij non optime.

errore ſuo)vox ſuo in uno tãtũ Tarr.deſideratur.

et cum reuerſus)et,additur ante hæc uerba in ueteri Tarr.ſolo.

compellatur)ſic omnes.ſed ego compelletur malo,aut compelleretur.

ab eo)hæc in concil.non ſunt,habent Raim. et Cont.

ſine ſpe matrimonij redintegrandi)hæc ſunt in concil.non habent Raim.et Cont.coniugij pro matrimonij,eſt in vet.Tarr.

nullatenus dicimus compellendam)ſic etiam Raim. eam,additur in concil.ante verbum dicimus.cõpellendã dicimus,eſt in ueteri Tarr.infra eo.tit. quanto.li.3.contra.hoc vetus,illud nouũ.Alan. Poſt huius capitis verba eſt in concil. De vxore uero &c. ut c. 7. de ſepulturis , in hac collect., quod Lucij tertij eſſe dicitur,hoc Vrbani tertij etiam in concilijs.

Cap.6.Idem Epõ Wigor.)Vuigorn.Epõ,cõcil.in quib.vox Idem ad Alex.3.refertur,non ad Vrbanum.Epõ Gig,unus Tarr.non recte.Hoc eſt cap.7.in vet.Tarr.

pars c. Meminimus)hæc in concil.non ſunt.Integra clauſula uidenda ſub titulo qui clerici,uel vouentes,c.6.in hac collect.

Si aliquis)Si quis,concil.

matrem ſororem)matrem forte,uel ſororẽ, cõcil.

carnaliter cognouerit)ſic etiam cõcil.carnaliter forte cognouerit,tres Tarr.

& hoc publice)publicũ, duo Tarr.et cõcil.aptius.

extiterit)fuerit,concil.

illorũ ſ.)ſ.in duob.Tarr.deſideratur,eſt in cõcil.

debent ſine)debet ſine,concil.et unus Tarr.

ſi exegerit,ſoluere)ſic etiã in cõcil.perſoluere,unus Tarr.

ſi aliquam)ſic in concil,ſi aliquis,Barcin.

quæ illam)quæ eam,unus Tarr.quæ illi,concil.

uel alio deinceps gradu)vox alio non eſt in uet. Tarr.gradu,uel deinceps,concil.

inter eos ſententia diuortij celebranda) diuortiũ inter eos celebrandum,concil.inter eos diuortiũ celebrandum,tres Tarr.

perſona et criminis)ſic etiã cõcil.perpetrati, addit Barcin. delicti perpetrati,vet.Tarr.alijs omiſſis. Cur hoc Raim.omiſerit caput,apparet ex verbis Tãcredi,qui ait Innocẽtio tertio hanc diſtinctionẽ occulti,et manifeſti criminis,et gradus tertij, ſiue alterius diſplicuiſſe.ut infra de eo,qui cogn. conſan.diſcretionem.et de conſanguin.tuæ fraternitatis.li.3.

TIT. XXI. DE DOTE

poſt diuortium reſtituenda)ſic olim in ueteri Gregor. mox, De donationibus inter uirum, et vxorem, et de dote etc. quod eſt in editis libris.

CAP. 1. *ex concilio habito apud Guarmatiam)* Grauantiam, Barcin. Guamnantiam cap. 4. cōcil. d. parte 50. cap. 46. in priore edit. Vuormatiam, in poſter. ex concil. apud Wan. vetus Gregor. Vuormaciam, Cont. et alij aptius. et Capitular. Caroli Magni, Cont. in marg. ego in concilijs nondum inueni.

Mulieres vero cum ſeparata &c.)ſic etiam in cōcil. Mulieres cum pro aliqua licita cauſa a proprijs viris fuerint ſeparatæ, Raim.

pro aliqua licita ratione)pro hac, vel alia licita cauſa, concil.

a proprijs uiris)ſic in cōcil. a viris ſuis, uetus Tarr.

totam præcipimus recipere dotem)ſic in concil. recipere præcipimus, uetus Tarr. totam dotem præcipimus ſibi reddi, Raim.

quam a die &c.)hęc omittunt Raim. et Cót. quā in die &ç. concil. quod non æque placet, licet aptum ſit.

alios uiros)alium uirum, concil. utrumq iure Raimund. omiſit. uidentur enim hæc uerba permittere ſecundas nuptias uiuis prioribus uiris.

et uir vxorem)ſic etiam concil. et viri vxores, tres Tarr. aptius.

Cap. 2. Alex. iij.)Idem (Alex.) uen. frat. N. eremitę Bathonienſi, concil. prioris edit. parte 33. c. 2. titulo, Qui filij ſint legitimi, et de exactione dotium poſt diuortium, et ad quem pertineat huius cauſæ cognitio. Mihi vox eremitæ ſuſpecta eſt, pro ea Ep̄o ſubſtituo, quod in Suriana editione eſt.

M. mulieris)E. pro M. concil.

quod N.)quod R. concil.

eccleſiaſtico)eccl. cōcil. prioris edit. forte eccleſię, ut poſtea, et hoc loco in Suriana edit.

ſibi reddere)ſic in concil. ſibi debere, Barcin. et tres Tarr. in quorū uno debere olim, mox reddere.

f. t. per A. ſ. pr. m. qua.)frat. tuæ etc. quatenus, concil. f. t. l. pr. m. qua. unus Tarr.

fuit iudicio eccleſiaſtico ſeparata) ſeparata eſt, uetus Tarr. omiſſa uoce fuit. iudicio eccleſię ſeparata fuerit, concil.

ipſum moneas)et inducas, additur in concil.

eccleſiaſtica diſtrictione)ſic in cōcil. eccleſiaſtico iudicio, in uno Tarr.

Cap. 3. Vrbanus iij. Decano, Cantori, et Capicerio Lexouij) Vrban. 3. uet. Greg. alijs omiſſis. et capitulo Lexonen. Cót. et alij. Exonien. forte.

Hoc caput in Barcin. ſcriptū eſt poſt c. 3. de ſecūdis nuptijs, non recte; et in uno Tarr. extra ordinē poſt aliquot capita tituli de accuſationibus.

Significauit nobis Phu.)Pha. uet. Tar. P. alter Tar. et vet. Greg. Significauit P. Cont. et alij.

quod Gui. Gaſton.)quod G. uetus Tarr. quod H. Raim. quod Guido, alter Tarr. quod G. Gactō. tertius.

illicite detinet) illicite et detinet, unus olim Tarr. ſolus.

et reddere)et reſpondere, uetus Greg. tantum.

quæ ipſis)ſic etiam in concil. ipſi pro ipſis, idem vetus Greg. ipſis, editi libri.

communiter)hæc vox in ſolo Barcin. deſideratur.

eat ſolam muliere)ea ſola muliere, duo Tarr. ea, Raimund. et Cont. alijs omiſſis.

ſibi nititur uindicare)ſibi tacite uindicare contendit, duo Tarr.

Ideo d. t. per A. ſ.)Ideoq. Raim. et Cōt. alijs neglectis. Ideoq. diſ. u. etc. duo Tarr. Ideoq. diſ. t. habet tertius.

ſi uerum eſt &c.)ſi eſt ita, Raim.

prædictum Gui.)G. tres Tarr. ipſum, Raim.

compellatis)ſic etiam Raim. cogatis, tres Tarr.

TIT. XXII. DE SECVNdis nuptijs.

CAP. 1. *Idem Vigilen. Ep̄o*) Wigilēſi, duo Tar. Wigilienſi E. tertius. ut editum eſt, in cōcil. parte 9. c. 1. titulo eodē, de ſecūdis nuptijs. Videtur autē illic eſſe Lucij 3. ſed in hac collect. et in Greg. Vrbani 3. fuit autem Vrbanus poſterior Lucio, qui Alex. 3. ſuffectus eſt. Vrbanus 3. Vęr. Ep̄o, uetus Greg. Vig. Cont. et alij.

Vir autem, vel mulier)aut pro vel, Greg. uetus. et Cont. et alij. vel, concil.

ad bigamiam)ad digamiam, ſolus Cont. aptius. ſed non ita tum loquebantur.

quia cū vox quia in uet. Tarr. ſolo deſideratur.

benedicti ſunt)ſint, cōcil. et Rai. et tres Tar. aptius.

Cap. 2. Idem Exon. Ep̄o) Exonien. concil. d. parte 9. c. 2. plenius. Idē, uetus Greg. alijs omiſſis. Exonien. Cont. et alij.

pars c. In litteris)ſic etiā in cōcil. omittūt hæc Raimund. et Cōt. Integra clauſula exſtat ſub titulo de officio, et poteſt. iudicis deleg. c. 14. Brixien. Ep̄o inſcripto. ſed in concil. parte 7. c. 16. Lexonien. Ep̄o. De Pontificis nomine non minor cōtrouerſia eſt, quam in proximo capite fuit.

Super illa uero quæſtione)ſic in cōcil. vox uero nō eſt in Greg. Super illā quæſtionem, uetus Tarr.

an ſ. mulier)an ſcilicet mulier, concil. an mulier, Raim. et duo Tarr.

nubere infra)nubere alij infra, Barcin. ſolus.

ſollicitudini tuæ)hæc ſunt in concil. omittuntur a Raim. et Contio.

quia cum) quod cum, unus Tarr. et concil. et Raimund. quod ſicut, alter Tarr.

Apoſtolus dicat)ſic etiā cōcil. et Raim. dicit, duo Tarr.

mulier viro ſuo mortuo ſoluta eſt a lege viri)ſui, addunt tres Tarr.et Contius,et editi Greg.mulier mortuo viro etc.viri ſui,uetus Raim.liber mulier mortuo viro etc.ut edita ſunt.concil.omiſſa voce ſuo. Verba Pauli ſunt in epiſt.ad Romanos cap.7.Nam quæ ſub uiro eſt mulier,uiuente uiro alligata eſt legi. Si autē mortuus fuerit vir eius,ſoluta eſt a lege uiri. *ἡ γὰρ ὕπανδρος γυνὴ τῷ ζῶντι ἀνδρὶ δέδεται νόμῳ· ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ ὁ ἀνήρ, κατήργηται ἀπὸ τοῦ νόμου τοῦ ἀνδρός*.uiuenti non uiuente,eſt in Græcis verbis, et lege pro legi.et in epiſt.1.ad Corinthios cap.7.Mulier alligata eſt legi,quanto tempore vir eius viuit.quod ſi dormierit vir eius,liberata eſt a lege. *γυνὴ δέδεται νόμῳ ἐφ' ὅσον χρόνον ζῇ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς· ἐὰν δὲ κοιμηθῇ ὁ ἀνήρ, ἐλευθέρα ἐστίν*.libera proliberata,eſt in Græcis verbis.

& in domino nubat cui uult) *ᾧ θέλει γαμηθῆναι μόνον ἐν κυρίῳ*. Paul. d.ep.1. ad Corin.cui autē uult, nubat;tantū in domino.Cōplut.vox autē in Græcis uerbis non eſt,et pro eo ſcribi poſſet ut,ante vocē cui.ut,cui uult,nubat.cui voluerit, eſt in concil.et in trib. Tarr.et in Greg.in quib. tantum vox et deſideratur.pro cui in marg.concil.eſt cum,quod non æque probo.

per licentiam)ſic etiam Raim.addit et,uetus Tarraconen. ante hæc uerba.per ſententiam,concil.

eius infamia)vox eius non eſt in cōcil.eſt in Gregor.

Cap.3.Lucius iij.uniuerſis Chriſtianis &c.)ſic etiam Raim.et Cont.vox vniuerſis omittitur in uet. Tarr.aliorum verborum ordo in alijs Tarr.mutatur.Mutauit autem ordinem capitum nō male Raim.ſi capita ſuperiora Vrbani ſunt,qui Lucio poſterior fuit.

Dominus,ac redemptor noſter,etc.)et infra,pro etc. Raim.etc.et infra,unus Tarr.non male. et pro ac,alter Tarraconen.Integra clauſula quærenda eſt.

auctoritate Apoſtolica)hæc omittunt Raim . et Cont.

nullus ex uobis)nullus,Raim.alijs omiſſis.

firma certitudine)hæc etiam a Raim.et Contio ſunt omiſſa.

migrauerit)ſic etiam Raim.migrauit, duo Tarr.

non ſeruauit)non ſeruauerit,duo Tarr.et vet.Gregor.ut editum eſt,Cont.et alij.

extimat.)exiſtimat,Raim.et unus olim Tarrapeius.exiſtimant,Barcin.non optime.

quod ſi poſt hac)ſic etiam uetus Gregor.hoc pro hæc. Cont.et alij.

liciti ſque)hæc etiam omittunt Raim.et Cont.

ſine dubio)hæc quoque ſunt ab eiſd.omiſſa.

Poſt hoc ſequitur caput 4.in Barcin.Significauit nobis etc.ut cap.3.tit.21.huius libri.et cap.5. Interrogatum eſt etc. quod eſt in 2.collect.c.1. de conuerſione infidelium.

LIBER QVINTVS

TIT.I.DE ACCVSA-

tionibus)addit Raim.inquiſitionibus, et denuntiationibus.Cont. adcuſationibus, et adcuſare in hoc titulo ſemper pro accuſationib.et accuſare,non recte.

CAP.1.Felix Papa ij.)ex epiſt.Felicis Papæ Aegyptiorū Ep̄is miſſa c.18.Burch.lib.1.c.169. et Iuo parte 5. c.279.decreti.Felix Papa,tres Tarr.et Raim.Primus,addit Cōt.Gregorius,unus Tarr.nō recte.cōfirmātur edita ex cōcilijs,in quib.exſtat Felicis ſecundi reſcriptū ad Ep̄os in Alexādrina ſynodo cōgregatos, cuius reſcripti c.17. hæc verba inueniūtur.Cōtio placet,epiſt.1.et 2.Felicis primi hæc eſſe referenda. quod nondum probauimus.

Si legitimi &c.) Ante hæc uerba addi potuit, Pars.cap. Quotiens Ep̄s.quod eſt initiū d.c.17. ut eſt in concil.et apud Burch.et Iuonem. Quotiens Ep̄s ſuper certis accuſatur criminibus,ſi tales fuerint accuſatores;qui iuſte,et canonice recipi debeant;legitima in ſynodo ſuo in tempore congregata,ab omnibus canonice audiatur,qui ſunt in prouincijs, Epiſcopis. Quod,ſi legitimi etc.ſic in concil.ſynodo legitima in ſuo tempore,Burch.et Iuo.et prouincia pro prouincijs.Si legitimus non fuerit accuſator, Raim. et Cont.

non fatigetur accuſatus)ſic etiam Raim.et Cont.Epiſcopus pro accuſatus,cōcil. et Burch.ſed Iuo repetit verba ſupra ſcripta in hunc modum.accuſatores,qui iuſte,et canonice recipi debeant, non fatigetur Epiſcopus.

Poſt huius capitis verba additur in concil. quia ſacerdotes ad ſacrificandum vacare debent,non ad litigandum.nec illi,qui throni Dei uocantur prauorum hominum inſidijs turbari debēt,ſed libere Chriſto domino famulari. Apud Burch. uocari pro uacare eſt,quod nō placet,et uox domino deſideratur.Apud Iuonem vox debent poſt uerbum turbari non eſt,et pro famulari nō recte eſt familiari,cetera,ut in concil.

Cap.2.

Cap.2 Gregorius Anthemio ſubdiacono) ſic etiã eſt lib.9.epiſt.66.regiſtri B.Gregorij.Campaniç,additur in veteri libro. Ex regiſt. ad Anthemium ſubdiaconũ Campan. cap.201. Burch. libro.2. cap.201.ut in editis eſt,202 .ut eſt in veteri . in quo libro poſt caput 197 . additur 198. Presbyter proprio etc. ut apud Iuonem parte. 6.capite.270.decreti . Ex regiſtro Gregorij ad Anthemium ſubdiaconũ Campaniæ cap. 201. Iuo d. parte 6.c. 174. Greg. Anten. ſubd. vetus Raim.liber.Antena,alter mẽdoſe.Antemio ſubdiacono,et col.Ant.Contius, et alij. Arthemio, Barcin.Gregorius Papa Andenuo ſubd. unus Tarr.Tarentino,alter.Antonio, tertius. Omnia hæc pro glandib.ſint,frugibus repertis.

puniendaſint) ſunt,vetus Raim.liber,et olim unus Tarr.ceteri libri,ut editum eſt.

et maxime ſacratis hominib.infreruntur) ſic etiam duo veteres Raim.libri.vox et a Contio,et alijs eſt omiſſa.et maxime ſacris ordinib. ingeruntur,regiſt.ſacratis pro ſacris,Burch.cetera,ut regiſt.maxime ſacratis ordinib.ingeruntur,Iuo ET omiſſo.

omnes,qui) vox omnes a Raim. et Contio eſt omiſſa.habent ceteri.

attende) ſic vetus regiſtri,liber.attendite.editus et Burch.et Iuo,et unus Tarr.et Conti et editi Raimun.libri.attendentes, vetus liber. attente,alter vetus.

ut Hilarium criminatorem ipſius) criminatione impius,vetus Tarr.mendoſe.impium,ſcribi potuit. Hilarum pro Hilarium , vetus regiſtri liber, et Burch.et vetus Raim.liber,et Iuo in marg. vox ut nõ eſt in eodẽ veteri Raim.libro.

poena veniens) ſic regiſt. Burch.Iuo, et duo veteres Raim.libri.poena conueniens,Cont. et alij.

et infra) ſic etiam Raim.et Cont.Nec illud ad ex„ culationem veſtram credatis eſſe idoneũ; quod „ vobis quaſi iudicare volentib.ſolus frater,et co„ ẽps noſter Paſchaſius dicitur diſtuliſſe. nam ſi „ zelus in vobis rectitudinis viguiſſet,facilius uni „ a multis rationabiliter ſuaderi,quam multi ab u„ no poterant ſine cauſa differri, regiſt.et Iuo.detuliſſe pro diſtuliſſe,Burch.cetera totidem verbis.

non debet) non habet,Iuo ſolus.

fratrem noſtrum Paſchaſium admonere volumus) ſupraſcriptum fratrem Paſchaſium volumus admoneri, regiſt. noſtrum, addunt Burch. et Iuo poſt vocem fratrem.omnia omittunt Raim. et Cont. Paſchaſium,Barcin.non recte.

ut eundem Hilarium) ſic etiam regiſt.et Iuo. Hilarum,Burch.ut antea.iubemus eundem H. Raimundus.

prius ſubdiaconatus) ſic regiſt. et Burch.et Raim. prius ſubdiaconij,Iuo.

priuet officio) priuari officio,Raim.ceteri,ut editum eſt.

faciat in exilium deportari) verbum faciat omittunt Raim.et Cõt.habent regiſt.Burch.et Iuo. deputari pro deportari,vetus Raim.liber.

Poſt hæc uerba addunt Burch.et Iuo.vt vnius pœna multorum poſſit eſſe correctio.Hoc am„ plius eſt in reg.Cuius ſi forte lenitatẽ diaconi ſui „ adhuc opinio lacerata nõ commouet,et in hoc,„ quod non credimus,torpens extiterit; Experien„ tia tua hæc,quæ diximus,faciat,et de illius nobis „ neglectu renuntiet . Quę poſtea ſequuntur,illic „ uideantur.ſunt enim tanto Pontifice digna.

Cap.3.ab eis ſe impetendos cognoſceret) ſic etiam vetus Grat.liber 3.q.5.c.14.quod Paleæ adſcribitur.ab eis impeteretur,editus liber.ſe ab eis impetendum cognoſceret,Raim.

neglexerint ſeparare) neglexerit ſeparare,Raim.et editi Gratiani libri. neglexerunt ſeparare , vet. liber.

Cap.4 ex concilio Magoc.) Magocenſi,uet.Tarr. Magocen.alter.Magocien.duo alij Tar. Maguntino,Raim.et Cont.Moguntí.cap.7. Burch.lib. 16.c.9.Magontin. Iuo li.5.tit.2.c.19. Panor.ex capitularib.c.291.libri 7.Idẽ Iuo parte 16.c.291. Nos in concilijs hæc non inuenimus,eſſe in capitularib.Caroli audiuimus.

De ijs criminibus) illis pro ijs,Barcinon.his,alij libri.

abſolutus eſt accuſatus) ſic Burch.et Raim. quis abſolutus eſt ab eo,qui accuſauit,Panor.uoce accuſatus omiſſa.In decreto Iuonis vox quis omittitur.cetera ut in Panor.

non poteſt accuſatio replicari) ſic etiam Raim.refricari,malo;ſic enim Burch.et Iuo utrubiq . refricari accuſatio non poteſt.

Poſt hæc verba addit Panormia.Flagitari iudi„ cium non debet de cauſa,quæ definita,uel iudi„ cata eſt. Vtraq.ſententia mihi videtur ex iure ciuili ſumpta,et ab illo fonte manare;ne bis liceat de eadem re agere.

Cap.5.Gudaſcalo) Gudiſcalco,lib.2.epiſt.12. Indict.3.regiſtri B.Gregor.editi. Godeſcalco . habet vetus liber.Gudiſcalco,addit Cõt.omiſſum a Raim. et recte attulit locum, unde ſumptum eſſet hoc caput . Gidiſculo, habet uetus Tarr. Guidiſcalo,alter.Gudiſcalo,tertius.Diſcolo,Barcin.non recte.

Illa præpoſitorum &c. & infra) ſic etiam Raim.excepta uoce etc. Addit integram clauſulam Cõt. eſt in regiſtro in hunc modum.Illa præpoſito„ rum ſollicitudo utilis,illa eſt cautela laudabilis;„

z in qua

in qua totum ratio agit, et furor ſibi nil uendicat. ſic regiſt. utilis eſt, Cont. et nihil pro nil. Queritur poſtea Gregorius, quod Dux iratus frangi ianuas monaſterij ſancti Angeli iuſſerit, idq. monaſterium diripi, et minis Abbatem deterreri curauerit, fugam cuiuſdam monachi ei obiiciẽs, qui ad hoſtes abierat, quaſi eius uoluntate profugiſſet. Diluit mox hoc Pontifex crimen, quod nõ omnes ſerui, aut ſubditi dominorũ, aut ſuperiorum uoluntate aut peccent, aut fugiant. Ad extremum addit. Hæc itaq. ſollicite penſa, atq. ex te aliorum cauſas æſtima, et in quorundam aduerſitates falſis ſuſpicionibus non ducaris. Si vero etc.

Si vero aliquis eſt de prædicto monaſterio Abbatis qui) enim pro vero, Barcin. prædicti pro prædicto, duo Tarr. Si uero eſt aliquis, qui de prædicti monaſterij Abbate, regiſt. de monaſterio prædicti Abbatis, Raim. cetera, ut edita ſunt.

quid dicere) aliquid pro quid, unus Tarr. dicere, Raimund. altera voce omiſſa. quid dicere, regiſtrum.

pertinet) pertineat, regiſt. et Raim.

nos cum eis) ſic etiam Raim. et Cont. quibuſdam omiſſis. nos hoc non negligi, ſed magis una quidẽ cum eis, regiſt.

cauſam diſtricte) ſic etiam Raim. et Cont. cauſam omnino diſtricte, et ſollicite, regiſt.

ut vel condemnetur, uel abſoluatur) ſic etiam Raim. et Cont. ut aut feriat vindicta culpabilem, aut abſoluat veritas innocentem. regiſt.

Poſt hæc uerba additur illic. Si autem nullus inueniri potuerit, qui contra eum hoc, quod ſolus ipſe perhibes, aſſerat: hortamur, magnifice fili, ut a memorati monaſterij, Abbatiſq. ipſius te aduerſitate contineas, etc.

Cap. 6. Idem Conſtantiæ Auguſtæ) ſic etiam Raim. et Cont. et lib. 4. epiſt. 34. c. 78. Indict. 13. d. regiſt. Conſtantinæ, Barcin. et duo Tarraceconenſes.

Omnipotens Deus, etc. et infra) ſic etiam Raim. et Cont. omiſſa voce etc. Integra clauſula ex regiſtro hæc eſt. Omnipotens Deus, qui Pietatis ueſtræ cor ſuæ dextera maieſtatis tenet, et nos ex vobis protegit, et vobis pro temporalib. actibus æternę pręmia remunerationis parat. Deinde gratias agit, quod beati Petri cauſas fuerit tutata contra quoſdam ſuperbe humiles, ut ait, et ficte blandos. Mox aduerſus Ioannem Rauẽnatẽ, quod ſe vniuerſalem Epm dixerit, inuehitur. Poſtremo aduerſus Maximũ Salonitanæ eccleſiæ Epm multa ſcribit, quæ apud Gratian. legũtur diſt. 63. c. 24. et 21. q. 5. c. ult. cuius inſcriptio mendoſa eſt, Gregor. Conſtantino Auguſto, in editis libris. ſed in veterib. Conſtantinę, vel Conſtantiæ Auguſtæ.

Valde graue eſt etc.) hęc verba apud Grat. non ſunt, cum tamen proxima ſint tã ſuperiora, quã inferiora. Et ualde graue eſt, regiſt. ut editũ eſt Raim.

et talia) hæc in edito regiſtro non ſunt, ſed ſunt in veteri, et apud Raim. mala, additur in uno Tarr. quæ vox olim non erat.

honoretur) Sciendum eſt ante uerba huius capitis hæc in regiſtro exſtare. Prius tamen, quam hæc cognoſcantur, sereniſſimus dominus diſcurrente iuſſione præcepit, ut eum venientem cum honore ſuſcipiam. Et ualde etc. Ad ea uerba vox hæc honoretur referenda eſt.

Cap. 7. Stephanus Papa) ſic etiam Raim. et Cont. adde epiſt. 2. omnib. Epis, ex concil. Stephanus Papa I. in ſecundo decretali ſuo, Iuo parte 6. capite 327. decreti. In decretis Stephani Epi II. idem Iuo lib. 4. tit. 7. c. 10. Panor, nõ ſine mendo. ſcribe epiſt. ij.

Repellantur cohabitantes etc.) Ante hæc verba addi potuit, Pars cap. Plurimũ gaudemus: quod eſt eius epiſt. initium. Magna autem eius pars ad hunc titulum pertinet, et ex ea pleraque apud Grat. inuenies, et Burchar. et Iuonem. Integra principij clauſula hæc eſt. Plurimum gaudemus in domino, et in dono gratiæ ipſius gloriamur, quod ſedes ueſtra per bona opera creſcit magnifice, et dilatatur ampliſſime. ſed nimis affligimur, et tribulamur, de ueſtra oppreſſione etc. et poſt alia. Audiuimus enim uos a quibuſdam accuſari non tam pro ueſtra culpa, quam pro eorum libitu, ut ueſtra rapere poſſint: et ideo vos nimis affligi, et concuti in tantum, ut etiam a ſedibus proprijs pellamini etc. et poſt alia verba, de quibus ſub titulo de regulis iuris agemus, et uerba latius relata tã apud Burch. lib. 1. c. 142. et Iuon. parte 5. cap. 255. decreti, quam apud Grat. 2. q. 2. cap. 3. tum agitur de accuſatorum qualitate, quod eſt relatum apud Iuon. parte 6. cap. 327. et apud Anſel. libro 3. cap. 18. et Gratian. 3. q. 5. cap. 8. Eſt autem in concil. ſcriptum, Repellantur etiam cohabitantes etc. Repellantur habitantes, Iuo in decreto. vt editum eſt, in Panor. et in veteri epitome canon. Repellantur ab accuſatione cohabitantes, Raimundus, et Contius.

inimicis) et omnes laici, addunt concil. et Iuo vtrubique, et epito. ſed Iuo in decreto habet, cum inimicis. vox cum nequaquam eſt in Panor. inimici pro inimicis, eſt in epitome. eadem vox inimici olim fuit in ueteri Greg. inimicis, in editis,

is,et apud Contium.

inſiſtationem) ſic concil.et Iuo utrubiq. infeſtationes,Raim.in feſtinationem, epito.non male.

amicitiæ)ſic eti am Panor.et epito.et Raim.inimicitiæ,decretum Iuonis,et duo Tarr.in quorum altero ex inimicitię amicitiæ ſcriptum eſt.

Poſt huius capitis verba ſequitur in concil. nec illi in ueſtra ſunt ſuſcipiẽdi accuſatione,qui nos in ſua volunt recipere infamatione,nolunt pro volunt,eſt apud Iuo.in decreto.nec illi, uidelicet laici,in noſtra ſunt recipiẽdi accuſatione,qui vos etc.Panor.nec illi,videlicet laici,in ueſtra ſunt recipiendi accuſatione,qui nos in ſua nolunt recipere infamatione,epitome.Mox in concilijs eſt. Nullus enim anathema ſuſcipiatur etc.ut apud Iuon.lib.4.tit.7.c.18.Panor.et d.c.32.decreti,et apud Grat.3.q.4.c.6.

Cap.8.Felix Papa Epis &c.) ſic etiam Raim. et Cont.excepto idem pro Felix.ambo tamen credunt hoc,et caput 1.huius tituli eſſe eiuſd. Felicis.nos illud eſſe Felicis ſecundi oſtendimus,hoc eſſe Felicis primi conſtat ex epiſt.9. eiuſd.in cõcilijs.Antiquior autẽ Felice Stephanus fuit,cuius eſt proximum caput, quod neq. a Raim. neq.a Bern.Papien.recte collocatum eſt.Ex decr.Felicis Papæ Epis per Galliã cõſtitutis miſſis c.9. Burch.li.1.c.174.et Iuo par.5.c.292. decreti,qui decretis pro decr.ſcribit plenius,et vocem cõſtitutis omiſit.Eadem verba refert Hadrianus Papa in epiſt.ad Epm Mediomatricis cap.5. cuius initium eſt,Sancta ſynodus Romana dixit. ſunt enim verba Felicis confirmata 70.Eporum conſenſu, ut ex ead. epiſt.apparet. Hadr.uerba exſtant tum in concil. tum apud Anſel.lib.3.c.88. Felicis nomine uniuerſis Epis,ſunt in veteri epitome canonum.

Siquis Eps &c.)Ante hęc verba addi potuit.Pars c. Bonorũ operũ.eſt enim integra clauſula ex cõcil.hęc.Bonorũ operũ,et ſpiritaliũ ſtudiorũ Deũ auctorem eſſe non dubium eſt, qui eorum incitat mentes,et adiuuat actiones.Vnde lætari me fecerunt ſcripta ueſtra ex bono ſtudio , et ex integritate fidei deuotionis ueſtræ,ſed ex afflictione,et contritione veſtra, magna ex parte triſtauere .et poſt alia.Nos uero ad ſupplementum veſtrum,fratres,et coëpos noſtros vocauimus amplius, quam lxx.cum quib.hæc, quæ ſubter habentur inſerta, regulariter tractando decreuimus. Veſtris enim epiſtolis in omnium audientia perlectis,quæ multas,ut noſtis, querimonias, et oppreſſiones in ſe continebant veſtras,decretiſq. quæ ſunt de accuſationib. Eporum, ſancta ſynodus dixit.Hæc ſunt,quæ de inceps propter malorum hominum inſidias, quæ in eccleſiam , et eccleſiaſticos ſæuiunt viros indifferenter, conſeruare firmiſſime volumus in ſæcula.Si quis Eps etc. Apud Hadr. eſt.Sancta ſynodus Romana dixit etc.tam in concil.quam apud Anſel.conſeruare utrubique eſt pro conſeruare.ut editum eſt, Burchar. Iuo, Raimundus,et epitome. (eccleſiam et) deſiderantur in ſecunda editione concil.in Hadr.verbis.

poſtquam ipſe ab eis caritatiue conuentus fuerit) ſic etiam concil. Hadr.Burch.Iuo,et epito.ab eis , uetus Tarraconenſis; in quo vox fuerit eſt omiſſa,vox ipſe in Gregor.non eſt, coniunctus pro conuentus,Anſel.eſt autem eadem ſententia in epiſtola 2.Stephani Papæ tam in concil. quam apud Burch. libro 1.capite 142. et Iuo. parte 5.capite 255.decreti.vide,quæ diximus in notis ad Hadriani epiſtulam.

ut ipſam emendet cauſam)vt ipſam emendet , Raim.uoce ipſam omiſſa.vt ipſam cauſam emẽdet, Burch.et Iuo,et tres Tarraconen.vt ipſam cauſam emendare debeat,concil.et Hadr. et Anſel.et epitome.

& eam)ſic omnes,præter duos Tarraconenſes, in quorum altero vox et deſideratur,in altero eadem uox olim deſiderata eſt.

ſed nunc)ſic uetus Gregor.ſed tunc , Barcin. et Tarraconenſes duo,et concil.et Burch.et Iuo, et Hadr.et epitome.ſed etiam,Anſel.quod nondum probaui.

ad ſummos Primates)ſic omnes, præter Barcinonen.in quo eſt ſuos pro ſummos, non male. et apud Raimundũ ea vox deſideratur,addidit eam Cont.

cauſa eius canonice deferatur)cauſæ eius canonice deferantur,Anſel.et uetus Gregor.ceteri, vt edidimus.vox canonice in altera editione concil.apud Hadr.deſideratur.

Quæ poſt verba huius capitis in concilijs,et in alijs libris ſunt,referre non eſt neceſſe;præſertim cum de eiſd.verbis actum a nobis ſit in dictis notis ad Hadrianum.

Cap.9.ex Brocardo lib.xix.)ſic etiam Cont.ex Brocardi,Barcin.lib.xviij.unus Tarr.xiiij.editi Gregor.ex B.l.xliiij.vetus Raim. liber. Apud Burchardum Vormacien.exſtat lib.xix. decretorum.

per tuam accuſationem)pro tua accuſatione,Barcin.ſolus.

niſi pro pace) ſic etiam Burchar. et vetus Gregor.hoc feceris , addit Contius , et alij libri.

quod carinam uocant) ſic etiam Burch. quam pro quod, vetus Tarr. carentenam pro carinam, Barcin. quod carina vocatur, vetus Gregor. carena, Cont. et alij. carentenam vocant, Cont. in marg. vulgare eſſe verbum Lombardorum ait Tancred. a carentia hominum, vel ciborum. mihi videtur a numero xl. dierum, qui quarentena hodieque dicitur. vide cap. 2. de ſponſa duorum.

ſequentibus annis) per legitimas ferias, vt xi. q. iij. de illis. Tancr.

pœnitere debes) ſic etiam Burch. et uetus Gregor. pœniteat, Cont. et alij.

tres quadrageſimas ſuper pœnitere debes) ſupra pro ſuper, uetus Tarr. ſimiliter, duo alij Tarr. per legitimas ferias, Burch. xl. dies pœnitere debes, Barcin. alijs omiſſis. per tres debes quadrageſimas pœnitere, Raim. Addam libere, quod ſententiæ huius capitis non magnam video hoc tempore vtilitatem, eoq. carere potuimus ſine ulla iactura.

Cap. 10. Alex. iij. Non ponitur) ſcribi in margine debuit, cap. 14. de teſtibus, et cap. 4. de iudicijs. et in inſcriptione, Alex. iij. Salernitano Archiepo.

Pars c. Licet præter ſoli.) ſolitum, tres Tarraconẽſes plenius. uide, quæ dicta ſunt capite 6. de iudicijs, et cap. 14. de teſtib.

cauſam proſequantur) proſequerentur, tres Tarrac.

nec tunc etiam &c.) refellitur opinio Baz. et Melendi, quod laici bonæ famæ contra clericos admittantur. Tancr.

poſſint admitti) poſſunt pro poſſint, duo Tarraconen.

Si clerici) Et ſi clerici, duo Tarr.

conuicti fuerint) fuerunt, olim uetus Tarraconen.

propter hoc) propterea, vetus Tarr.

facta uidetur) facta fuiſſe uidetur, duo Tarrac.

coram Epõ) ſuo, additur in duobus Tarraconen.

ſeu legitima) et pro ſeu, uetus Tarr. vel, alij duo libri.

propter quæ) pro quibus, vetus Tarraconen.

& etiam) et, vetus Tarraconenſis, altera voce omiſſa.

Cetera diximus dict. capite 6. et dicto cap. 14.

Cap. 11. Auguſtinus ſuper geneſim) ſic etiam Raim. et Cõt. Eug. pro Aug. unus Tarr. nõ recte. ſunt autem verba ſcholij, quę gloſſa inter lineas dicitur, Genes. c. 4. ad illa verba. vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra.

de morte Abel) ſic etiã Raim. Abelis, unus Tarr.

perpetrati) patrati, duo Tarr. et Raim. parati, gloſſa, non recte.

accuſatoris) ſic etiam gloſſa, et Raim. accuſantis, uetus Tarr.

Cap. 12. Galetano electo) Gaitano, duo Tar. Gaiet. vet. Greg. Gaget. idẽ tit. de purgat. can. Gaiaten. alter vetus. Gait. Cõt. et alij. Gaietanen. d. t. de purgat. Gaiacen. electo, libro 8. reg. cõcil. d. parte 50. c. 14. quod verius arbitror. eſt autem parua vrbs hodie in Campania huius nominis quę, a veterib. alio nomine dicebatur.

Cum P.) ſic Raim et Cont. Cum Petrus cõcil. et duo Tarr.

Manconella) ſic editi Raim. libri. Mancouela, concil. Magonella, vet. Greg. Mauconella, alter vetus d. tit. de purgat. vt editũ eſt, idẽ hoc titulo. presbyter, et infra, additur ſub tit. de purg. can. a Raim. et Contio. presbyter ex una parte, addũt hic ijdem.

& Bonus Cocci presbyteri) Caci pro Cocci, concil. Coctı, Barcin. et Bonus presbyter, Raim. et Cõt. alia uoce omiſſa.

& Ioannes Bonus Cocci) Coci, concil. Boni Cocci frater, unus Tar. apertius. Ioannes frater Bonus Cocti, Barcin. nõ recte. et I. Bonus Cocti, Raim. alias Scoti, editus in marg.

laicus) ſic etiam in concil. frater eius ex altera, Raim. addidit.

I. quoniam) I. quia, Raim. Ioãnem, quoniam, concil. apertius.

in iam dicti P. accuſationem) ſic in concil. accuſatione, Barcin. vox iam non eſt in Gregor. Petri pro P. unus Tarr. apertius.

nequaquam admiſimus) ſic etiã in cõcil. nõ duximus admittendum, Greg. 9. ſine ullo lucro.

cumq. præfatus B.) presbyter, addit unus Tarr. tãtum.

quoniam ad teſtimonium illius cauſæ fuit adductus) quoniam in cauſæ teſtimonium fuit adductus, concil. quoniam in teſtimonium cauſę illius fuerat adductus, duo Tarr. in teſtimonio, Barc. quia in teſtimonium illius cauſæ adductus fuerat, Raim.

& quia frater eius I. ſcilicet) ſic in concil. vox quia in vet. Tarr. non eſt. et quia prædictus I. frater eius, Raim. mutauit, quod mihi æque placet.

iam dictum P. coram te accuſauerat) accuſarat, unus Tarr. prius, additur in cõcil. ante vocem coram. eadem vox additur in Barc. et trib. Tarr. ante verbum accuſauerat. ipſum P. coram te prius accuſauerat, Raim.

repulimus ab accuſatione) repulimus, cõcil. alijs omiſſis. ab accuſatione eum repulimus, uetus Greg. non optime. vox eum in editis non eſt.

frater P.) ſic Raim. Petri, concil. et unus Tarr. apertius.

Bonum Cocci antea) Coci pro Cocci, cõcil. Cocti, Barcin. ante pro antea, unus Tarr. memoratum B. antea

B.antea,Raim.
de cauſa)in cauſa,Barcin.ſolus.
accuſaret)accuſaſſet,Barcin.et tres Tarr.et concil.et Raim.
Vnde quoniam)ſic etiam Raim.Verum pro Vnde,concil.non male.
prædictum)ſic in concil.P.addunt duo Tarr.et Raim.quod placet.
accuſabat)ſic etiam in concil.accuſabant,Raim.quod non æque probo.
ſed utriſque)utrique,concil.et Raim. aptius. ſæpe tamen in Digeſtis utrique pro vterque eſt,et utriſq.pro utrique.
inducendam)ſic in concil.prioris edit.indicendã, Raim. non male,et duo Tarr.in quibus olim fuerat inducendam.indicendam, concil. Suriana.
Inde ſiquidem eſt &c.)omittunt quædam Raim. et Cont.quæ ſunt in concil.Inde eſt,tres Tarraconen.
quod d.s.)f.v.uetus Tarr.quod nõ placet.quod diſcretio veſtra, concil. prioris edit. mendoſe. quod diſcretioni veſtræ,Suriana concilia.
utrumq.illorum &c.)ſic etiam concil. uterque illorum cum tribus ſacerdotibus faciat ſe purgare,Raim.
xxx.dies)ſic in concil.xxv.dies, unus Tarraconen.
ſiu obtentu)uel pro ſeu,uetus Tarraconenſis ſolus.
deierare) ſic etiam duo ueteres Tarr.peierare, cõcil.et Cont.et alij.
agnoſcant)ſic etiam Raim.noſcant,concil.
quod ſi uterque illorum &c.) ſic etiam in concil. uox illorum non eſt in uno Tarraconenſi. omittunt quædam Raim.et Cont.
defecerint)defecerit,concil.et tres Tarraconenſes.
te deficientem)ſic in concil. deficientem uero in purgatione,Raim.
priua)ſic etiam in concil.priuare procures,Raimund.
tibi modis omnibus)tibi omnibus modis,tres Tarrac.tibi omnimodo,concil.omittunt hęc Raim. et Cont.
quod ſi qui)ſic etiam Raim.quod ſi,concil.
memorato P.)ſic in concil.purgando,Raim. non male.
in ſua uoluerint purgatione aſſiſtere)uoluerit, concil. pro uoluerint.in ſua purgatione voluerint aſſiſtere,uetus Gregor.ut editum eſt,Cont.et alij.uoluerint in purgatione aſſiſtere,uetus Tarr. in ſuam uoluerint purgationẽ exiſtere, Barcin. non optime.
uel indignationem)et pro uel,uetus Tarraconen. ſolus.
nec eos aliquo modo impedias)nec eis amodo impedias,concil.prioris edit.quod vix probo. nec eos impedias,Raim.alijs omiſſis.eos pro eis,concil.poſterioris editionis.cetera ut in priore.
Cap.13.Idem Wigor.Ep̃o)Idem Virgum.Ep̃o,uetus Gregor.Vigorien. Cont.et alij. Gregorius, uetus Tarr.Idem Vuigormen.Ep̃o, in 12.libro regiſtri,concil.d.parte 50,c.16.
Ex parte tua &c.)Recte Cont.addit a Raim.prę termiſſa,quæ ſunt etiam in concil.
fuit propoſitu)propoſita fuit,concil.propoſita eſt, Cont.
Abbatum ſuorum)vox ſuorum non eſt in ueteri Tarraconenſi, neque in Contiano.eſt in concil.
ſint aliquatenus audiendi)ſic etiam Cont.aliquatenus ſint admittendi,concil.
quod niſi alia rationabilis cauſa præpediat) quod niſi alia manifeſta,et rationabilis cauſa præpediat,tres Tarraconenſes, plenius, impediat, et manifeſta, concil. pro præpediat.quod monachi,niſi alia rationabilis cauſa impediat, Raimund.
Abbatis eſſe noſcuntur)ſic etiam Raim. Abbatis ſunt,concil.
non ſunt ullatenus repellendi)ſic etiam concil.et uetus Gregor.ſunt nullatenus repellendi,Cont.et alij.
non poſſint)non poſſunt,uetus Tarr.ſolus.
expenſæ debent)ſic etiam concil.et Raim.debentur,Barcin.et tres Tarr.
accipiat,miniſtrari)ſic etiam Raim. recipiat pro accipiat,concil.et unus Tarr.recipere mereatur, Barcin.quod cum uerbo debentur aptius coniungitur.
Poſt huius capitis uerba eſt in concil.De confirmationibus autem etc.ut cap.2.de confirmatione utili,huius collect.cuius inſcriptio eſt,Idem Wigor. Epiſcopo, Pars cap. Ex parte tua.

TIT.II.DE SIMONIA,

& ne aliquid pro ſpirituali exigatur) De ſimonia, uetus Gregor.alijs omiſſis.et ne aliquid exigatur pro ſpiritualibus,alter uetus,et unus Tarr. et ne aliquid pro ſpiritualibus exigatur, uel promittatur,Barcin.et Cont.et alij.vox et in veteri Tarr.non eſt,et mox eſt.ne aliquid de ſpirituali exigant,uel promittã.l pro ſpirituali exigatur

tur, vel promittatur, alter Tar. In ea collectione, quæ concilio Lateran. ſub Alex. 3. coniuncta eſt, pars prima, vel, ut editum eſt, ſecunda longam hanc inſcriptionem habet. De ſimonia, et ne merces pro eccleſiæ conſecratione recipiatur, vel pro moniacatione, (ſcribo monachatione) uel pro ſacramentis eccleſiæ, uel pro licentia docendi. Neue prælati uices ſuas ad cauſas terminandas, uel regimen eccleſiarum ſub annuo pretio committant. Neue ſubditos tallijs vexent, uel poena pecuniaria multent.

CAP. 1. *Gregorius generali ſynodo præſidens*) ſic etiam Raim. et Cont. dixit, addit Anſel. lib. 6. cap. 83. Vrbanus, Grat. ſiue Palea 1. q. 2. c. 3. et mox Greg. in regiſtro, cap. 4. e. q. tota inſcriptio deſideratur apud Iuonem lib. 3. tit. 2. cap. 7. Panor. exſtat in regiſtro B. Gregorij lib. 4. epiſt. 44. c. 88. et lib. 12. cap. 33. in ueteri tamen regiſtro utrubique deſideratur. eſt etiam editum in concil. Surianæ editionis, diciturque concilium Romanum, hoc vero caput eſt eius concilij cap. 5. Gregor. in 2. gen. etc. Barcin.

In ordinando Ep̃o &c.) Ante hæc uerba addi potuit, Pars cap. Antiquam patrum. id initium eſt d. c. 5. in concil. et in regiſtro, et apud Anſel. Regulam antiquam etc. Palea, qui Vrbani verbis mendoſe hæc coniunxit. Iuo, Bern. et Raim. omittunt illa uerba, et alia Raim. quæ Cont. addit. vox In apud Iuo. non eſt. Integra igitur clauſula hæc eſt. Antiquam patrum regulam ſequens, nihil umquam de ordinationibus accipiendum eſſe conſtituo. neque ex datione pallij, neque ex traditione chartarum, neque ex ea, quam noua per ambitionem ſimulatio inuenit, appellatione paſtelli. Quia enim ordinando Epiſcopo etc. ſic regiſtrũ, et concil. nulli umquam de ordinationibus aliquid omnino accipiendum etc. Anſel. et datione pro traditione, et enim in, pro in, quod malo. Regulam antiquam ſequens nulli umquam de ordinationibus aliquid omnino accipiendum etc. Grat. ſiue Palea. et donatione pro traditione, et enim in, pro enim.

manum imponit) ponit, regiſtrum libro 4. tantum.

euangelicam uero lectionem) vox vero non eſt d. libro 4. regiſtri, neque apud Grat. neque apud Cont. habent ceteri. lectionem vero euangelicam, vetus Tarr. tantum.

miniſter legit) legat, Iuo ſolus.

confirmationis autem eius epiſtolam) ſic dict. libro 4. et Anſel. et Palea, et Cont. confirmationis uero huius epiſtolam, regiſt. d. lib. 12. et concil. confirmationis epiſtolam, Iuo alijs omiſſis.

notarius ſcribit) ſic regiſt. dict. lib. 4. et concil. et Anſel. et Palea, et Cont. ſcribat, Iuo. excipit, regiſt. d. li. 12.

Sicut autem non decet Ep̃m manum) enim pro autem, Tarr. Sicut Pontificem non decet manum, dict. lib. 4. manum non decet, d. lib. 12. et concil. vox autem omittitur ab Anſel. cetera, ut edita ſunt. Sicut Ep̃m non decet manum, Grat. Sicut non debet Ep̃s manum, Raim. Sicut (igitur) nõ debet, etc. Cont.

uendere) omittitur hæc uox a Raim. et Cõtio. habent ceteri.

ita miniſter) ita nec miniſter, Raim. ſolus.

non debet) hæc etiam omittunt Raim. et Cont. habent alij.

ordinatione eius) ſua eius, regiſt. li. 4. tantum non recte. ſed uarietatem licet recipiamus, uel ſua, uel eius.

uocem ſuam) vox ſuam non eſt in duobus Tarr. neque apud Raim. habent ceteri.

uenundare) uendere, Raim. ſolus.

pro ordinatione igitur &c.) hæc omiſit Grat. ergo pro igitur, Anſel. et concil. uero, regiſt. vox igitur non eſt in veteri Raim. libro, eſt in altero veteri, et in editis.

uel uſu pallij) ſic regiſt. lib. 12. et concil. et Anſel. et Raim. vox uel in uet. Tarr. olim deſiderabatur. vel pallio, reg. lib. 4.

atque patellis) ſic olim uet. Greg. atq. paſtellis, idem, et alter uetus, et editi, atque regiſt. et concil. et Anſel. et tres Tarraconenſ. paſtum appellant Itali prandium, paſtellum bellaria quædam ex carne et farina, alijſue rebus. utriuſque uerbi fit mẽtio in reſcripto Paſchalis apud Gratian. 1. q. 3. cap. 7. quæ verba apud Iuonem, et Anſel. et Deuſdedit, et in libro Veron. non leguntur. pro paſtu, dicitur etiam cap. 1. huius tit. collect. 2. atque patellis, Contius mendoſe.

eum, qui ordinatur) ſic etiam Raimundus. eundem, qui ordinandus eſt, uel ordinatur, regiſt. libro 12. et Anſel. eidem, qui ordinandus eſt, vel ordinatus, concil. eundem, qui ordinandus, vel ordinatus, regiſt. li. 4. non recte.

prohibemus) ſic Raim. prohibeo, regiſt. et concil. et Anſel.

Quę poſt huius capitis verba ſequuntur, quę ad eandem rem pertinent, in regiſtro, et in concil. videri poſſunt, et apud Anſel. Lucen. quorum partem refert Gratianus.

Cap. 2.

Cap.2.ex concilio Magoc.) Magotiẽſi,duo Tarr. et Barcin.Maguntin.duo veteres Gregor. Maguntinen. Cont. et alij. Moguntι.cap.5. Burch. lib.3.cap.110.Magontienſi ſecundo cap. 5. Iuo parte 3.c.86.In concilijs ter hoc caput inuenio. Turonenſis ſynodi ſub Carolo Imp.cap.15.Moguntinæ ſub Rabano Archiepõ cap.12. Moguntiacenſis ſub Arnulfo Imp.c.5.

Qui alium preſbyterum etc.) Ante hæc verba addi potuit,Pars cap.Quicumq. preſbyter. Integra clauſula ita in concil.ſcripta eſt.Quicumq. preſbyter per pretium eccleſiam fuerit adeptus,omnimodis deponatur, quoniam et ille contra eccleſiaſticę regulae diſciplinam agere dinoſcitur. Qui alium etc.ſic d.c.15.quod cõtra,pro quoniã et ille contra, d.c.12.quoniam contra,d.c.5. et Burch.qui omittit illa,omnimodis deponatur. eadem omittit Iuo,et pro quoniam contra,ſcribitq,uando contra.ante Qui alium, addunt d.c.5.prior.edit.et Burch.et Iuo ET.vox presbyterum in Gregor.non eſt non ſine iuſta cauſa.

in eccleſia legitime ordinatũ) legitime ad eccleſiam ordinatũ,concil.et Burch.et Iuo.vox legitime a Raim.et Cõtio eſt omiſſa.legitime ad prædictam eccleſiam ordinatum,d.c.15. prioris edit.

eãq.ſibi) vox ſibi deſideratur in Cõtiano, et alijs editis libris, eſt in veterib.Gregor.et in concil. et apud Burch. et Iuonem. eo quod, pro eamq. Barcin.non optime.in priore concil.edit.d.c.15. hæc,et alia verba deſiderantur.

vindicauerit) uindicauit,unus Tarr.ſolus.

omnimodis deponatur) ſic Burch.et Iuo. omnimode deponatur,duo Greg.omni modo,Cõt.et alij. hæc in concil.non ſunt.

Poſt huius capitis verba eſt in concilijs. quod vitium late diffuſum ſummo ſtudio emendandũ eſt.Itemq.interdicendũ videtur clericis,ſiue laicis;nequis cuilibet presbytero præſumat dare eccleſiam ſine licentia,et conſenſu Epĩ ſui.

Cap.3.Deodatus Papa) Adeodatus Papa, duo Tarr.et duo veteres Gregor.Adrianus, tertius Tarr.ut editum eſt,Cont.et alij.

uni dederit) malo,uni dedit,ut Raim.uni ſceleratiſſimo,cum dixit,Si male locutus ſum etc.ut 2. q.7.par.ecce.Alan.tractatur illic a Grat.non diſſimile argumentum,Chriſtus,qui erat paſtor paſtorum,ouib.ſuis,de quib.ait:Non ſum miſſus, niſi ad oues,quæ perierunt,domus Iſraël etc.inter opprobria,et verbera,quæ ab eis patiebatur, ait,Si male locutus ſum,teſtimonium perhibe de malo etc.itẽ, quis ex vobis arguet me de peccato? At quicumque ad teſtificandum in aliquem,uel ad arguendum admittuntur;ad eundem accuſandum admitti poſſunt.etc. Vide Matth.cap.15.Ioan.cap.8.et 18. Quæ de Iuda referuntur in ſcholijs Gregor. inepta ſunt; et omnino reiicienda: alij Iudæo ſcribunt aptius.

quanto magis &c.) hæc addit Cont.a Raim. prætermiſſa.

commendandus) corrigendus,Barcinonen.et Contius.

dignoſcitur) noſcitur,Cont.

& in tali negotio) hæc omittunt Raim.et Cont. vox et in Barcin.et in tribus Tarraconen.deſideratur.

ad pellendam) ſic etiam duo veteres Greg.ad propalandam, Cont.et alij,non male.

exorandus) ſic duo veteres Gregor.exhortandus, vetus Tarr.et Cont.et alij.exorandus,in marg. Cont.et quidam alij.

Cap.4.Idem) ſic etiam Raimundus,et Cont. Silueſter Papa, Grat:ſiue Palea 2.q.5. cap. 14.ſed magis placet docti uiri opinio, ut hæc verba ſumpta eſſe credamus ex libro 5.epiſt.3. Indict.14.regiſtri B.Gregorij, cuius pars refertur etiam ab Iuone parte 5.cap.89.decreti, et cap.5.huius tituli a Bern.Papienſi.Itaque inſcribendum eſt hoc caput,ut eſt in regiſtro veteri. Gregorius Maximo præſumptori eccleſiæ Salonitanæ.Maximiano,eſt in editis. Maximino, apud Iuonem, Maximo, in margine. De hoc Maximo Salonitano uidimus ſupra cap.6.de accuſationibus.

Accuſatum ſimoniacum &c.) Hęc duo verba ſunt apud Paleam,et Raim.tantũ.Addi potuit, Pars cap.Quotiens contra ex regiſtro: Peruenit ad nos, ex Iuone.utriuſq. clauſulæ verba videbis cap.5.huius tituli.

neceſſe habuimus) ſic etiam Iuo,et Palea,et Raim. et c.5.neceſſe fuit,regiſt.

ſummopere per ſcripta noſtra prohibere) ſic etiam Iuo.te,addit ante hæc verba regiſt.ſummopere per ſcripturam prohibere, Palea.prohibere, Raim.et Cont.alijs neglectis.vox ſummopere in ueteri Tarraconen.non eſt,neq.c.5.pro ea eſt vox TE.

ne miſſarum ſollemnia celebrare debuiſſes) ſic etiam Palea. debuiſſes,regiſt.et Iuo,et dict.cap.5. ſed vox ne in edito regiſtro deſideratur. celebraret, Raim. Adduntur hoc loco Laurentij,et Melendi veterum interpretum opiniones;quas aliquãdo edi curabimus:nunc nominum eorum appellatione contenti ſumus.

donec quid eſſet &c.) hæc ſolus Iuo prætermiſit.

z 4 *potuiſſe*

potuiſſemus addiſcere)ſic etiam regiſt. diſcere, Barcin. cognoſcere, Palea. conſtituiſſet, Raim. et Cõt. diſceremus, d. c. 5.

Poſt hæc verba in regiſtro adduntur alia, quæ ad vocationem eius pertinent, et contumaciam: ea lector non ſine fructu illic leget.

Cap. 5. Idem) ſic etiam Raim. et Cont. addi autem potuit, in eadem. uel potius cap. 4. omitti debuit, quod eſt huius capitis ſumma, et compendium.

Quotiens contra &c.) Recte Contius addit omiſſa prius a Raim. quę ſunt etiam in regiſtro. Quotiẽs cumq. unus Tarr.

quid geſtum) ſic in regiſt. quid ſuggeſtum, Cont. quod nondum probaui.

redarguas) ſic etiam Cont. redarguit, regiſt. non recte.

irrequeſitum) irrequiſitũ, regiſt. aptius. inrequęſitũ, duo Tarr. irrequęſiti, Cont. non recte.

hoc relinquere) derelinquere, vetus Tarraco. ſolus.

Peruenit itaque) vox itaq. non eſt apud Iuo. neq. apud Raim. et Cont. eſt in regiſtro.

ſed et talia de te multa hic dicta ſunt) alia pro talia, regiſt. et Iuo, et duo Tarr. de te, in altero eorum Tarr. non ſunt. vox hic in tertio Tarr. deſideratur. omnib. carent Raim. et Cont. et de te alia multa dicta ſunt, Barcin.

de quib. unum, quod maximum fuit) quã pro quod, tres Tarr. et regiſt. quia, Barcin. quam maxime, Iuo; vox fuit in uno Tarraconenſi non eſt.

propter quod neceſſe habuimus) ſic etiam Iuo. fuit, regiſt. pro habuimus. propterea neceſſe hubuimus, Raim. eſt pro habuimus, olim fuit in vet. Tarr.

Cetera vidimus capite quarto.

Cap. 6. Lucius Papa) ſic etiam Raim. et Cont. Lucius iij. vetus Tarr.

ſicut enim) vox enim non eſt in Gregor. eam ſi retinemus, principium, quod addi poſſit, deſiderabimus.

atq. propelli) ſic etiam duo veteres Gregor. atq. repelli, vetus Tarraconenſis, et Barcin. et Cont. et alij.

Petrus enim primus paſtor eccleſiæ &c.) hæc omittunt Raim. et Cont. ſumuntur autem hęc ex Lucę actis c. 8.

Simonis ※ interiora recognoſcens) aſteriſci nota tollenda eſt. Conſtat enim ex Petri verbis hoc verum eſſe. Cor tuum non eſt rectum coram Deo. et mox. roga Deum, ſi forte remittatur tibi hęc cogitatio cordis tui.

ſine aliqua audientia &c. ※ morte ※ multaris) morte, ſ. ſpirituali, dum dixit, Pecunia tua tecum ſit in perditionem. vel refertur ad mortem temporalem. nam cum pignore poſito volaret ad ſumma, per preces Petri corruit ad ima, et mortuus eſt. Alan. uidendus ſermo B. Maximi, in quo de morte Simonis Magi narratur. Seuerior fuit Petrus in Ananiam, et Sapphiram vxorem, ut refert hiſtoria act. cap. 5. de quibus ſuſpicabar aliquando Lucium cogitaſſe. Laudo Raim. ingenium, qui hæc maluit omittere.

Cap. 7. Alex. iij in concilio Turon.) ſic Raim. et Contius. Turonen. concil. dict. parte 2. cap. 10. addi autem debet, cap. 6. ex Pontificali veteri Romano, ſiue cap. 2. ex hiſtoria Anglica Gulielmi Neubrigen. lib. 2. cap. 14.

Non ſatis inutiliter a populo redarguitur) ab Apoſtolo, pro a populo, duo Tarr. ſed in altero id mutatum eſt. mihi utraque ſcriptura imperfecta uidetur. Apoſtolo auaritia redarguitur, Contius, qui omiſſa prius a Raim. addidit, adhuc ſententia hæc mihi non probatur. Quia non ſatis vtiliter auaritia in populo redarguitur, concil. aptius. vox Quia neque in Pontif. eſt, neque apud Gull. cetera, ut concil. quod etiam placet.

ſi ab ijs) ſic etiam Cont. et Gul. ſed pro ſi, concil. prioris edit. et Pontif. et unus Tarr. quod non æque placet. ut editum eſt, Suriana concil. editio.

conſtitui) conſtitui, duo Tarraconenſes ſoli.

& precipue qui) ſic etiam Cont. contempto ſæculo, addunt Pont. et Gul. et præcipue contempto ſæculo, concil. omiſſa voce qui non recte.

regula modis omnibus non ſeruatur) regulam pro regula, vetus Tarr. non optime. et regulas, modis omnibus non cauetur, concil. aptius. et regulam, etc. ut in concil. Pontif. et Gul. ut editum eſt, Cont.

Prohibemus igitur, ne ab ipſis) ab ijs, Pontif. et Raim. ergo pro igitur, Gul. cetera, ut Pont. Prohibemus, ne ab eis, concil. Prohibuimus, Barcin.

tranſire volunt) ſic etiam Raim. voluerint, Pontif. Gull. et concil.

nec Prioratus, vel capellania qualibet) ſic etiam Raim. neue Prioratus, vel capellania quælibet, concil. neue Prioratus, aut capellaniæ quęlibet, Pontif. et Gul. nec Prioratus, nec capellania qualibet, uetus Tarr. nõ recte. ſed quælibet ſcribendum eſt.

aut

aut clericorum) ſic multi Greg. et Pontif. et Gul. vel pro aut, unus Gregor. vetus, et concil. et duo Tarr.
uenundentur) uendantur, Pontif. et Gul. et Raim. uendatur, concil.
cui regimen pſarum) animarum pro ipſarum, vetus Greg. in altero ea vox deſideratur. ceteri, ut editum eſt.
pro earum) ex earum, concil. tantum.
ullum pretium) vox ullum neq. in Barcin. eſt, neq. in concil. ceteri libri habent. nullum pro ullum, duo Tarr. ſed ſcriptorem alterius pænituit.
exigatur) exigant, concil. ſola.
hoc autem &c.) vox autem in concil. non eſt; habent Pōtif. et Gul. hæc clauſula omittitur a Raimundo, et Contio.
contra hoc decretum) ſic etiam Raim. hoc decetero, Pontif. Gul. et concil. uoce contra omiſſa.
tam ille, qui dedit, quam qui recepit) tam qui dederit, quam qui acceperit, Pontif. receperit, concil. cetera, ut Pont. tam ille, qui dederit, quam qui receperit, duo veteres Greg. et Barcin. et tres Tarr. acceperit, quartus. omnia Gul. omiſit. quam ille, qui receperit, Cont. et alij.
et qui conſentit) uel conſentit, duo veteres Greg. uel conſenſerit, Cont. et alij. hæc neq. in Barcin. ſunt, neq. in duob. Tarr. neq. in cōcil. neq. in Pōtiſ. neq. apud Guli.
ne dubitet) ſic unus Tarr. non pro ne, ceteri libri.
Pro ſepultura quoque) quidem pro quoque, eſt in concil. tantum.
et chriſmatis, et olei perceptione) ſic duo veteres Greg. et concil. receptione, Cont. et alij. ſuſceptione, unus Tarr. in quo illa, et olei, deſiderantur. chriſmatis, et olei ſacri perceptione, Pontif. vel chriſmatis, ſeu olei ſacri perceptione, Gul.
nulla cuiuſq. pretij exactio intendatur) nulla cuiuſdam pretij exactio intercedat, Pontif. nulla cuiuſquā pretij uenalitas intercedat, Guli. aptius. nulla alicuius pretij exactio intendatur, concil. nulla cuiuſq. pr̄ſidij exactio attemptetur, vet. Greg. mendoſe. ſed pretij pro præſidij ſcribendum. nulla cuiuſquam pretij exactio attemptetur, alter vetus, et Cont. et alij.
cuiuſquam cōſuetudinis) ſic etiam Raim. huius pro cuiuſquam, concil. alicuius, Pontif. et Gulliel.
quis tueatur) ſic Raim. aliquis pro quis, Pont. et Gul. et concil.
diuturnitas temporis) vox temporis non eſt in vet. Tarr. neq. in Pontif. habent eam ceteri.
non minuit peccata) ſic etiam Gull. et vetus Gregor. peccatum, Pontif. et alter ex veterib. Raim. libris, et concil. non deminuit peccata, Cont. et alij.

Cap. 8. ex concilio Lateran.) adde cap. 7. ut eſt in cōcil. non cap. 10. ut habet Contius.
Cum in eccleſiæ corpore omnia debeant ex caritate tractari &c.) Recte Cont. addit, quæ Raim. omiſerat. Videntur autem eſſe hæc Pauli verbis cōſentanea, in epiſt. 1. ad Corinthios cap. 16. omnia veſtra in caritate fiant. debent pro debeant, unus Tarr.
& quod gratis &c.) ſumitur hoc ex verbis Chriſti, Gratis accepiſtis, gratis date. Matthæi c. 10. δωρεὰν ἐλάβετε, δωρεὰν δότε. vide cap. 2. de magiſtris, in hac collect.
gratis impendi) ſic etiam in concil. gratis debet impendi, Cont.
horribile) horrendum, Barcin. tantum.
vel Abbatibus) et pro vel, unus Tarr. ſolus.
ſeu quibuſcumq.) ſic in concil. et in Greg. ſeu quibuſque duo, Tarr.
ponendis in ſede) ſic etiam concil. ſedem, Raim.
presbyteris) perſonis, vetus Tarr. ſolus.
in eccleſiam) ſic omnes, præter veterem Tarr. in quo eſt, in eccleſia.
aliquid requiratur) ſic Raimundus. exigatur, concil.
& non poſſit &c.) hæc omittunt Raim. et Cont. ſunt in concil.
niſi manum implere curaueris) ſic lib. 3. Regum c. 13. de Hieroboam Rege Iſrael.
ſibi licere) vox ſibi non eſt in Gregor. eſt in concil.
quia lege mortis) legem pro lege, concil. et Raim. quod legem mortis, unus Tarr. moris pro mortis, varietas eſt unius Tarr. et conciliorum. nihi neutrum placet. ſuſpicor ſignificari præſcriptionem, quam a barbaris quibuſdam appellari audio mortizationem.
ſatis, quia cupiditate cæcati ſunt) ſic etiam in concil. carent his Raim. et Cont. qua pro quia, unus Tarr. non male.
attendentes) nō attendentes. Barc. ſolus, et Raim.
quia tanto grauiora &c.) Cum tanto ſint grauiora peccata etc. Gregor. 9. c. ult. de conſuetudine. quod pro quia, concil. et Raim. et duo Tarr. in quorum altero vox tanto non eſt.
retinuerint alligatam) tenuerint alligatam, concil. et uetus Greg. detinent animam alligatam, alter vetus. retinuerint obligatam, Barcin. detinent alligatam, Greg. 9. d. c. ult. tenuerunt alligatam, Cont. et alij hoc titulo.
hoc de cetero fiat) ſic in concil. hæc decetero fiant, Raim.
vel pro perſonis) ſic multi Raim. lib. et vel pro perſonis, concil. et vetus Greg. et unus Tarr. et pro vel, alter Tarr.

ad ſe

ad ſedem Apoſtolicam) delenda eſt hæc vox Apoſtolicam hoc loco, quæ neq. in concil. eſt, neq. in Greg. neque in tribus Tarr. ſic ſupra dictum eſt, ponendis in ſede, hoc eſt Epi, vel Abbatis ſede, non Romana. IN autem pro ad, eſt in Gregor.

ſeu benedicendis) ſic etiam Raim. ſeu etiam benedicendis, concil. et tres Tarr.

ſeu alijs ſacramentis) ſic duo veteres Gregor. ſeu etiam alijs ſacramentis, concil. conferendis, ſeu collatis, addit Contius, et alij ex aliquo ſcholio.

aliquid exigatur) ab aliquibus exigatur, vetus Tarr. ſolus.

inhibemus) ſic in concil. prohibemus, Raim.

ſi muneris) vox ſe aliquando in uno Tarr. tantum non erat.

cuius factum &c.) hæc omittunt Raim. et Cont. ſunt in concilijs. qui pro cuius, uetus Tarr.

exactione turpis muneris) turpis muneris exactiones, concil. prioris edit. exactione, Suriana cõcil. editio.

Poſt huius capitis verba ſequitur in concil. Prohibemus inſuper, ne noui etc. ut c.7. de cenſib. huius collect.

Cap.9. Vigilen. Epo) Vigilenſi Epo, concil. d. parte 2. c.4. Wigilenſi, duo Tarr. Vigilien. Raim. et Cont. et olim unus Tarr.

Cum ſit Romana eccleſia &c.) Recte Cont. addit omiſſa prius a Raim. quæ etiam in concil. ſunt.

cui licet) ſic etiam concil. et Cont. cuius ſedem licet, Barcin.

mater eccleſiarum omnium) ſic etiam concil. vox omniũ in vet. Tar. nõ eſt. caput eccleſiarũ omniũ mater, Barc. caput omniũ eccleſiarũ, mater, Cõt.

regimur) ſic etiam in concil. tamen, addunt Barc. et Cont.

ſuſcepti regiminis) ſic etiam Cont. ſuſcepti honoris, et regiminis, concil.

miniſtrauerit) dederit, concil. et Cont.

penitus enodentur) ſic etiam Cont. enodentur penitus, vetus Tarr. vox penitus non eſt in concil.

præter procurationem) ſic etiam Cont. moderatam additur in concil.

habere debeas) ſic in concil. exigere debeas, Barc. debeas exigere, Cont.

Et nos cõſul. etc.) ſic etiã Cõt. Deſiderãtur quædã in cõcil. cõſultationi pro conſul. duo Tarr. Conſultationi tuæ reſpondemus, vet. Greg. Conſul. t. t. reſp. alter vetus.

exigere) ſic Raim. exhibere, vetus Tarr qud nondum probaui.

ſed procurationem &c.) etiã, addit vnus Tar. Quæ ſequuntur, Raim. et Cont. omittunt. ſunt etiam mendoſa in concilijs.

nemo cogitur ſuis ſtipendijs militare) ſic in concil. Quis militat ſuis ſtipendijs umquam? τίς στρατεύεται ἰδίοις ὀψωνίοις ποτέ; Paul. epiſt. 1. ad Corinthios c.9. pro ſtipendijs poſſumus ſumptibus ſcribere, ſi Græcis adhæremus, et ita nõ mercedem ſolum, ſed cibum quoq. intelligere poterimus.

exigere potes) ſic in concil. poteris, unus Tarr. nõ male.

Cap.10. De hoc autem) ſic etiam Raim. vox autem non eſt in concil. d. parte 2. c.13. Ante hæc uerba deſideratur initium epiſt.

quod Rex, & Principes &c.) hæc omittunt Raim. et Cont. ſunt in concil.

a Bernardo Exon.) ab Ernardo quondam Certomenſi, concil. alias Ceromenſi. ſic in priori edit. concil. a Bernardo, in poſter. Ego mendoſa eſſe omnia ſuſpicor, et ſcribendũ: a Bernardo Oxomen. Eſt autẽ Exonia in Britannia, Oxoma in Hiſpania. Exonenſi, unus Tarraconenſis, non recte.

recepiſſe) accepiſſe, concil.

præſtarent) ſic etiam concil. præſtaret, uet. Tarr. et Barcin.

à Archidiacono Exonen.) Exon. tres Tarr. Seuien. concil. Exom. Archid. vetus Greg. Obſom. Archid. alter vetus. Exonien. Cont. et alij. ſcribo Oxomenſi.

beneficiũ certi redditus) ſic in cõcil. beneficiũ, duo veteres Greg. alijs omiſſis. beneficia, Cont. et alij.

ut uterque) ſi pro ut, Barcin. tantum.

illorum, Archidiaconus videlicet & clericus) eorum pro illorum, cõcil. ſcilicet pro videlicet, vet. Tar. in quo etiam eſt, et eius clericus. omnia Raim. et Cont. omittunt.

ei conſentirent) eius electioni cõſentirent, cõcil. cõſentiret eidem, Raim.

Hoc tua prudentia duximus reſpondendum) paternitatj pro prudentiæ, cõcil. quod nõ æque placet. Tuæ pruden. reſpondemus, Raim.

quod ſi manifeſtum eſt) ſic etiam Raim. quod ſi operis euidentia manifeſta æſtimatur, ita quod notorium eſt, concil. plenius.

tam iniquam, & deteſtabilem) his carent Raim. et Cont. leguntur in concil.

promiſſam rem recepiſſe) accepiſſe, concil. promiſſa recepiſſe, Raim.

& ſi exinde) aut pro et, concil. et tres Tarr. aut exinde, Raim.

conuinci poterint) poſſunt ab aliquibus conuinci, concil. conuicti, Raim. et Cont. alijs omiſſis. conuinci poſſunt, olim uetus Tarr. poterunt, duo alij Tarr. quod malo.

manifeſtum eſt)ſic etiam Raim.manifeſtum non eſt,concil.non male.vide c.12.

nec tamen)ſic etiam duo veteres Greg.nec inde, concil.nec tamen inde,Cont. et alij non male.

& tamen publica)poſtea pro publica,cōcil. quod non æque placet.ſed tamen publica,vetus olim Greg.mox tantum pro tamen, ut in alijs.

ſi defecerint)ſi quidem,addit vetus Tarr.ſolus ante hæc verba non recte.ſed ſcribi poteſt,ſiquidem defecerint.

actores)ſic duo veteres Raim.libri.auctores,Barcin.et uetus Tarr.et concil.et Cont.et alij.

ſunt puniendi)ſic in concil.et in veterib. Gregor. ſint pro ſunt,Cont.et alij.

principes ſuos)ſic etiam in concil.eius pro ſuos,in Greg.

ſollicite monere &c.)ſic in concil.debes inducere, Raim.et Cont.alijs omiſſis.

receperint)receperunt,vetus Greg.ſolus.

eccleſiæ fine)eccleſiæ Ceromenſi ſine,concil.eccleſiæ Exon.duo Tarr.et Barcin.Exon.eccleſiæ ſine,tertius Tarr.Exom.uetus Greg. Obſom.alter vetus. Exonien.Cont.et alij.ſcribo, eccleſiæ Oxomēſi ſine.eſt autem Oxoma ſub Toletano Antiſtite,cui hoc reſcriptum mittitur.De limitib.ſingularum eccleſiarum,et quæ quib.Metropolitanis ſubicerentur,ſub Rege Wamba actū eſt in concilio Toletano.Illic prouincia Carthaginienſis Toletano Archiepō ſubicitur,Oxoma uero inter alias vrbes eius prouinciæ,quę Ēpos habent,numeratur.

non poſſunt)ſic uetus Greg.non poſſint,alter vetus,et concil.et uetus Tarraconen.et Cont. et alij.

Cap.11. Alex.iij. Eborac. Archiepō) Idem Eboracen.Archiepō S. Legato,concil.d.parte 2.c.14. non recte.ſcribi enim debet,A poſt.ante S.ſic enim appellari ſolent Cantuarien.et Eboracen. Archiepi.Idem Eboracen. Archiepō, Raim.et Cont.

de Ponte fracto)ſic etiam cōcil.franco pro fracto, uetus Tarr.ſacro,alter.omittunt omnia Raim. et Cont.

vir W.)ſic duo veteres Greg. Vu.concil.V.Cōt. et alij.G.vetus Tarr.

Poſt hæc uerba adduntur hæc in concil. filius
" Godrici pro controuerſia,quæ vertebatur inter
" eos ſuper quadam eccleſia,quam idem H.aſſere
" bat a præfato milite ſibi datam fuiſſe; prędictus
Vu.Hæc eadem verba ſunt in Barcin.et in uno Tarr.his exceptis.filius G.pro Godrici,et illi datam pro ſibi,et W.pro Vu.quæ uarietas eſt libri Barcin. ſed in Tarr.eſt,filius Godici.cetera, vt in eod.Barcin.

quia moram)qui moram, concil. quia idem W. moram,duo veteres Greg.quia idem V.moram, Cont.et alij.

in receſſu ſuo &c.)hæc ſunt in concil. omittuntur a Raim.et Contio.

Milonem)magiſtrum Milonem,concil.

nuntium ſuum)ſuum,concil.et unus Tarr.

conſtituit)inſtituit,unus Tarr.ſolus.

Cumq.cauſa &c.)hæc etiam omittunt Raim.et Cont.ſint licet in concil.

d.f.noſtris)dilectis filijs noſtris,cōcil.et tres Tarrac.

tt.ſ.Luciæ)Card.pro tt.Barcin.ſanctæ pro ſ.concil.et tres Tarr.

& Vi.ſ.)et Vu.tt.ſancti,concil.et M.ſancti, vet. Tarr.et W.ſancti,duo alij Tarr.

diacono Cardinalib.)rectius in uet.Tarr.diacono Cardinalibus.diacono Cardinali,concil.et Barcin.diaconib.Cardinalib.alter Tarr.diacon.Cardinalib.tertius.

& ab ore &c.)ſic etiam concil.Cumq.ab ore pręfati R. intellexerimus, Raimundus, et Cont.

memoratus miles)ſic etiam Raim.pręfatus miles, concil.

promiſerat ei)dare,addunt Barcin.et tres Tarr.et concil.et multi Greg.eidem pro ei,unus ex veter.Greg.

præſcriptam)hac voce caret Raimund. eſt in concil.

eiuſdem militis)vox militis non eſt in Gregorianis.eſt in concil.eius pro eiuſdem,vetus Gregor.

poſſet in noſtra curia)curia noſtra,concil. præſentia pro curia,Raimundus. verborum ordo varie in veteribus libris Gregor.et in editis mutatur.

Vnde cum id &c.)Multa Raim.et Cont.omittūt. Vnde et cum id etc.concil.

per eoſdem)ſic in concil.per eos,vetus Tarraconenſis.

nos intelligentes &c.)ſic etiam in concil. acper hoc promiſſionem ipſam continere ſimoniacā prauitatem,Raim.et Cont.

promiſſionem ipſam)illam,concil.

eidem R. ſuper eadem eccleſia)ſic etiam Raim.vox eadē nō eſt in cōcil.T.pro R.vet.Tarr.nō recte.

ſilentium impoſuimus) ſic in concil.ſilentium duximus imponendum,Raim.

Ideoq fraternitati tuæ per A.ſ.pr m.)Quę ſequuntur,omittunt Raim.et Cont.Ideoq.fraternitatem tuam etc.concil.

R.vel alijs)ſic in concil.V.pro.R.vet.Tarr. non recte.

ſuper præſcripta)ſcripta,concil.dicta, vnus Tarr.

grauari)vel inquietari,additur in concil.

Cap.12.

Cap.12.Ciſtren.Epõ)Ciſtrenſi Epõ,concil.d.parte 2.c.15.Caſtrenſi,uetus Tarr.Caſten.vetus Gregor.Ciſt.alter vetus.Ciſtrenen.Cont.et alij.

Inſinuatũ eſt aurib etc.) Multa omittunt Raim.et Cont.quæ ſunt in concil.nobis pro aurib.habet vetus Greg.ſolus.

plurimi ſunt clerici cõſtituti)plures pro plurimi,vetus Tarr.inſtituti pro conſtituti,duo alij Tarr.plurimi ſunt inſtituti,concil.plurimi clerici,Raimund.et Cont. alijs omiſſis.

& inde inſamia reſpergi)vox inde non eſt in concil.et infamia inde reſpergi,Raim.

quoniam indignum etc.)hæc etiam omittũt Raim.et Cont.ſunt in concil.

remaneant)remaneret,concil.non recte in priori edit.remanerent,in poſter.

in prædictis clericis)malo eccleſijs,ut eſt in concil.et in Barcin.et in uno Tarr.et in Gregor.qui addunt ante hæc verba uocem quos.

ap.ceſ.)appellatione ceſſante,concil.hæc etiã omittunt Raim.et Cont.

infra xl.dies &c.)hæc omittunt Raim.et Cont.ſunt in concil.excepta voce litterarum.

eccleſiarum ſibi commiſſarum)ſic in concil. huiuſmodi eccleſiarum,Raim.

perpetuo priues)ſic etiam in concil.eos,addit vet.Greg.eoſdem,alter uetus,et editi libri.

promiſſuros attentius &c.)hæc etiam ſunt in cõcil.omittunt Raim.et Cont.

alicuius optentu deierare) rei,additur in cõcil.poſt vocẽ alicuius,et in uno Tar.in quo olim ea vox nõ fuerat.peierare pro deierare,eſt in marg.cõc.

Cap.13. *vel emolumentum quodlibet*) hæc omittũt duo Tarr.ſunt in Gregor.

a quocumque) ſic etiã Raim.a quoquã,duo Tarr.

uel inceſtuoſo)aut pro vel,Tarr.vetus. omittunt omnia Raim.et Cont.

nec pro reſpectu)ſic Raim.uox pro non eſt in Barcin.neque reſpectu,vetus olim Tarr.

cuiuſq.perſona)cuiuſcumq.pro cuiuſq.vetus Gregor.ſolus.

aut conſanguinitatis,vel)aut pro vel, Greg. vetus.in altero,conſanguinatatis,vel,omiſſo aut.conſanguinitatis,aut,Cont.et alij.

detractet)ſic duo veteres Greg.detrectet, Cont.et alij,quod malo.

nec a quoquam pænitente &c.)nec quemquam pænitentem, vel minus digne pænitentem,Raim.aptius. peccatorem pro pænitentem,Cõt.in margi.quod reicio.

adducat)ſic etiam Raim.reducat,Barcin.

Cap.14. *Idẽ venerabili fratri noſtro Vigoren.Epõ*) fratri R.et Vuigoren. Epõ,cõcil.d.parte 2.c.12.non recte.R.pro fratri noſtro,Barcin.Idem Wigor.Epõ,uetus Tarr.alijs omiſſis.Idem,tantum duo alij Tar.Idem Wigon. Epõ,vetus Gregor.Wigor.alter vetus.Vigor.Epõ,Cont.et alij.Item bo,Idem venerabili fratri R.Wigornien.Epõ.

& dilecto filio de Pateia Priori)Priori de Panteia,concil.et Priori de Pantan.vetus Tarr.et Abbati de Pateria,vet.Greg.et Priori de Acra,Cont.et alij non ſine mendo.nam monachi de Acra erant,qui conquerebantur.

de Acra)ſic etiam Raim.de Atra,concil. ſed poſtea,de Acra.

nobis tranſmiſſam accepimus) recepimus, Raim.et Cont.alijs omiſſis.quæ ſunt in concil.alio tamẽ ordine.

quoddam manerium) quondã mannium,concil.et in marg.quoddam manerium,Barc.et tres Tarr.et Raim.ſuſpicor Tancredum manſum,aut aliã vocẽ habuiſſe,addit enim;alias maneriũ,quod idem eſt.ſed et in alio veteri ſcholio eſt.maneriũ ideſt manſum,vbi erant ruſtici.

quod dicitur Vella)ſic in concil.Guella,vet. Tar.Wella,alter.Vcella,tertius,hęc omittunt Raim.et Cont.

Ganonum)Gadonum,concil.Genon,vetus Tarr.Gatonum,alter.Gen.vetus Gregor.Genen.alter uetus,et Cont.et alij.

Cadonio)Gadonio,in cõcil.ſed poſtea Cadonio.Cadomo,in duob.Tarr.Cadomo,ſiue Cadonio,in duob.vet.Gregor.Cadanio,in Barcin. Cardonio,apud Cont.et alios.

cenſu xv.*librarum*)canone pro cenſu,cõcil.xxv.pro xv.unus Tarr.libris pro librar.vetus Greg.ceteri libri,vt editum eſt.

ab ipſis)de ipſis,uetus Tarr.ſolus.

Prior eorum)ipſorum,olim vetus Greg.Prior de Acra,unus Tarr.ut editum eſt,alij libri.

manerium)ſic etiam Raim.mannium,concil.mãſum,vetus Tarr.

Da eccleſia)de eccleſia,vetus Tarr.de eccleſiam,olim alter,mox eccleſiam,de expuncto,nõ male.et eccleſiam,tertius Tarr.quod etiam placet.id etiam eſt in concil.eccleſiam,Barc.omittunt omnia Raim.et Cont.

de Cadonio)ſic in concil.varietas eadem,quæ ſupra,Cadomo,et Cardonio,et Cadanio. hoc amplius vox monachis ante hæc uerba eſt in Barc.libro,et apud Raim.Barcin.quod placet.

accepta pecunia)perſona,concil.mendoſe.

Vnde quia)ſic etiam Raim.indeque,concil.

& nobis &c.)hæc omittunt Raim.et Cont. ſunt in concil.

minus irrationabiliter attentetur) minus quã, pro minus,concil.prioris edit.minus quam rationabiliter,Suriana editio.minus rationabiliter attẽptatur,Barcin.et tres Tarr.aptius.

committimus)ſic in concil.terminandã,addit vetus Tarr.

vetus Tarr.

m.qua.)mandantes quatenus, concil. mandantes qua.tres Tarr.Mandamus,qua. veteres Gregor. quatenus,Cont.et alij.

ante veſtram etc.)nõ pauca etiã omittunt Raim. et Cont.quæ ſunt in concil.

concordia)in concordia,unus Tarr.ſolus.

prouiſuri,quod)ſic etiã concil.ſcituri,quod,Raim. apertius.quãuis neutra vox apta mihi videtur.

ſicut enim non potuerit) non potuit,vetus Tarr. et Raim.non potuerunt, alij duo Tarr.non potuerunt iura,concil.Refertur hoc loco a Tancredo Bernardi Papien.opinio, qui dixit hanc fuiſſe locationem.

ita etiam nec redimi)vox ita nõ eſt in concil.vox etiam olim in Tarr.veteri deſiderabatur,ita nec redimi eccleſia memorata,Raim.

et vos prædictos) vox et non eſt in concil. neq.in trib.Tarr.vos ipſos,Raim.

de quibus)ſic concil.et Greg.9.de qua,duo Tarr. quod non aeque probo.

contradictione etc.)inducatis,Raim.et Cont. alijs omiſsis.occaſione etc.concil.non optime.

differatis)feſtinetis,concil.quod nondũ placuit.

Si uero uterq.etc.) hæc omittunt Raim. et Cont. ſunt in concil.

his exequendis)ſic in concil.in, additur ante hæc verba in vno Tarr.

Cap.15.Idem)ſic etiam Raim.et Cont.ſed in concil.parte 2.cap.5.Idem in concilio Turonen.de eadem re.et cap.6.Idem eidem Epõ. utraq. inſcriptio mendoſa eſt.ſuſpicor ſcribendum, Idẽ Archidiaconis per Angliam conſtitutis.

Ea quæ etc.)Recte Contius ſub hoc titulo addidit a Raim. prætermiſſa.Sed ſub titulo de cenſib.mutam perſonam egit.in concil. multa deſiderantur.

procedunt)proueniunt,Cont.

penitus extirpanda ſunt)vox ſunt non eſt in trib. Tarr.ſunt penitus extirpanda,Cont.

Audiuimus autem) vox autem neq. apud Raim. eſt,neque apud Cont. Audimus,eſt in vno vet. Greg.

auſu temerario)hęc etiam omittuntur ab eiſdẽ,ut quæ poſtea ſunt,diuerſis nominibus.

Epiſcopalem)temporalem,Barcin.ſolus.

ſimoniacum eſſe cognoſcitur)dignoſcitur,duo Tarrac.hoc.additur in Gregor.ante verba edita.

et periculum etc.) hæc etiam omittunt Raim. et Cont.

m.et m.pr.qua.)u.m.et pr.qua.vetus Tarr.mandamus.quatenus,Raim.

ab eccleſia ſub)hæc etiam ab eiſd.ſunt omiſſa.

ulterius nullatenus exigatis,non ulterius exigatis, vetus Tarr.voce ulterius carent Raim.et Cont.

pro certo ſcituri)ſic etiam Raim.et,ſiue etiam,addit Barcin.ante hæc uerba me non flagitãte. ſcituri pro certo,vetus Tarr.

auſu temerario)hæc etiam in omiſsis a Raim. et Contio numerabimus.

dignitatis veſtra)vox veſtræ ab eiſd.omittitur.

nihilominus etiam vobis etc.) hæc etiam omittunt Raim.et Cont.debuerunt autem ſub titulo de cenſib.ſcribi.ſunt in concil.d.c.6.hoc initio. Nihilominus et præſentium etc.

eccleſias ipſas)vox ipſas non eſt in vet.Tarr.eſt in concil.

uiſitationis officium)uiſitatoris officium,concil.

ut eas magis)vox eas non eſt in concil.

correctionis)ſic in concil.correptionis,vnus Tarr.

Cum autem beati Petri denariorum collectionem) Cum autem collectas denariorum beati Petri, concil.d.c.5.ubi præpoſtere duo capita collocata ſunt.Cum autem propter beati Petri viſitationem,denoriorum collectionem,duo Tarr.et Barcin. ſic etiam Raim. et Cont. excepta voce collectionem,pro qua collectam habẽt,ut apertiorem. Hæc collectio, præſtatio eſt quædam, quam Angli ſoluunt Romanæ eccleſiæ,ut Alanus Anglus ait.

in collectione facienda prædictas)hæc omittunt Raimun.et Cont.ſunt in concil.excepta voce prædictas.

grauare nullatenus præſumatis) ſic in concil. non grauetis,Raim.

aliter ſiue magis etc.)hęc etiam omittunt Raim.et Cont. ſint licet in concilijs. aliter ſiue, in vno Tarr.deſiderantur.

prædeceſſores noſtri)ueſtri tempore,concil.et Barcin.prædeceſſores veſtri temporib. deceſſorum meorum,unus Tarr.plenius.

Innocentius, Eugenius Romani Pontifices) et, addit vetus Tarr.inter duo nomina ſupraſcripta Põtificum.Innocentij,Eugenij Romanorum Pontificum,Barcin.et duo Tarr.Eugenij,et Innocẽtij Romanorum Pontificum,concil.

quod ſi temeritate qualibet etc.)aliqua pro qualibet, concil. et vetus Tarr. Quod ſi ſecus præſumpſeritis,Raim.

id præſumpſeritis attemptare)contempſeritis,concil.alijs omiſsis.

id,quod videmini habere etc.) uerbis euangelij vtitur Matthæi cap.25.et Lucæ cap.19.

Cap.16. *Deusdedit*) ſic etiam duo veteres Gregor. Item Dominusdedit, Barcin. Deodatus, Cont.et alij.

huius criminis)ſimoniæ,addit vetus Gregor. ſolus.

Item omnis peccator etc.) hoc eſt initium cap.17. in veteri Tarr.tãtum,cum hac inſcriptione,Itẽ. mox ſequitur.Omnis peccator etc.
quem etiam)hac voce etiã carent Raim.et Cont.
uel etiam meretrix)vox vel non eſt in vet.Greg. ſolo.
Cap.17.Nõ penitur)Pro his verbis ſcribi debuit, c.6.de pactis.et c.11.de cenſib.ut ſupra de pactis cap.6.in hac collect.vide etiam in concil. parte 28.c.8.Hoc eſt cap.18.in vet.Tarr.
paciſcuntur)paciſcantur,tres Tarrac.de,addunt duo ex eiſdem.
maiores ſolitis)ſolito,vetus Tarr.
f.s.)t.u.vetus Tarr.
paenitentia)pœna,duo Tarr.
ue.pr.) uenire præſumpſerint,tres Tarr. et Barcin.
a poſ.)ap.poſ.Barcin.et duo Tarr.ap.ceſ.tertius.
eis eccleſiis) vox eccleſijs non eſt in vno Tarr.
quam citius)quantocius,unus Tarr.
et alias) vox alias in vet.Tarr.non eſt.
Ad hoc quia)quoniam pro quia,duo Tarr.
dictis Epĩs) ſcribendum diœceſani Epi, ut eſt in Barcin.et in trib.Tarrac.di. Epi,eſt in quarto Tarr.
eadem)eidem,unus Tarr.ſolus.
poſſunt transferri)poſſint pro poſſunt,unus Tarrac.
ne de fraude)ne de ſua fraude,Barcin.et tres Tarrac.
Cetera dicta ſunt d.c.6.de pactis,quod totidem verbis ſcriptum eſt.
Cap.18.*Lucius iij.Spaloten.*)Spalat.vetus Tar.R. Spalaton.duo alij Tarr.Lucius iij.Raim.et Cõtius,alijs omiſſis.Spalen.Archie.Cõt.in marg. Hoc eſt cap.19.in veteri Tarr.Vide,quæ diximus cap.1.de conſanguinitate.
parte Super eo.quod)Integra clauſula,ni fallor,eſt ſub titulo de bigamis non ordinandis.P.c. Super eo.Cont.
De ſimoniace vero &c.)omittunt quædam Raimund.et Cont.
noſceremus)cognoſcamus,Raim.
fuerunt)fuerint,vetus Tarr.et Raim.ſunt,duo alij Tarr.
cum quidam)quod quidam, vetus Gregor. ſolus.
quandam ſpeciem)ſimoniæ,addit Raim.
ignorantibus ordinatis)ipſis ignorantibus, Raimund.
ſimoniace ordinentur)vox ſimoniace in uno ſolo veteri Tarraconen.non eſt,quod non reprehendo.
in ſuis &c.)ordinem verborum mutaſſe videtur Raim.

Cap.19.*Alex.iij.Breare*Ricardo*)Bare pro Breare, Barcin. Batrencardo, vetus Tarr. Ricardo Barre,duo alij Tarr.Idem,alijs omiſſis,Raim.et Cont.Baren.Epõ,Cont.in marg.non recte. Mihi Barẽſi Ricardo,magis placet,aut quod in veteri Tar.eſt.Rectius autẽ Raim.ordinẽ mutauit horũ capitũ, ut Alexãdri reſcripta eſſẽt ante Lucij ſucceſſoris reſcripta.Hoc vero eſt c.20.in veteri Tarr.
quod G.Cant.)ſic uetus Gregor.Cantuarien. vetus Tarr.et alter vetus Gregor.H.pro G.Cont. et alij.
te multis promiſſionibus illexit)allexit,duo Tarr. induxit, Raim. et Cont.
& quorundam magiſtrorum &c.)magnorum pro magiſtrorum,Barcin.et tres Tarr.aptius. multa omittunt Raim.et Cont.
commonitione)commonitionibus,duo Tarraconen.
hominium faceres)ſic vetus Gregor.hominium faciens,alter vetus.homagium faceres,Cont.et alij.
ita quidem quod)ita quod,duo Tarr.et Raim.
ipſe tibi beneficium eccleſiaſticum)ſic etiam Raim. ipſe tibi ecõtra eccleſiaſticũ beneficiũ,duo Tarrac.
exhibere deberet)exhiberet,duo Tarr.et Raim.
Vnde) Verum,vetus Tarr.ſolus.
illicita ſatis,& contra)vox ſatis non eſt in duobus veteribus Gregor.illicita contra;Cont.et alij,ceteris omiſſis.
ſicut tua etc.)hæc etiam omittunt Raim.et Cõt.
& ſuppliciter)et ſimpliciter,Barcin.et vetus Tarrac.quod non æque placet.
beneficio cõſtituto acciperes)reciperes,vetus Tarr. de,vero addendũ eſt ante hęc verba,ex auctoritate triũ Tar.de beneficio acciperes conſtituto, Raim.
in hac parte)hęc etiam omittunt Raim.et Cont.
Archiepĩs)ſcribendum Archidiaconi,ut eſt in Barcin.et tribus Tarr.et in Gregor.et ſupra ita ſcriptum fuit.
hominio)ſic etiam duo veteres Gregor.homagio, Cont.et alij.homagij mentio fit c.13.de regulis iuris,in hac 1.collect.
contraire noſcantur)ſic etiam Raim.noſcuntur, vetus Tarr.contraria noſcantur,alter Tarr.
ex beati Petri &c.)vox ex non eſt in veteri Tar. multa omittunt Raim.et Cont.
& noſtra etiam)te pro etiam,vetus Tarr.utramque vocem alij duo Tarr.omiſerunt.
ab aliquo Epõ)vox aliquo non eſt in Gregor.
& Deo &c.)hæc etiam omittunt Raimund.et Cont.
Verum) Vnde,vetus Tarr.ſolus non recte.

pro

propter hoc)hoc, tres Tarr.et Raim.

poſſis reſpergi)ſic etiam Raim.in poſterum,additur ante hæc verba in veteri Tarr.

& quaſi in)et quasin,duo Tarr.et Raim.

Cap.20.*Strigon*.Epõ)malo, Archiepõ, vt eſt in Gregor.Archid.vetus Tarr.non recte.tota inſcriptio deſideratur in concil.d.parte 50.cap.1. Eſt autem hoc c.21.in veteri Tarr.

exurgere,& ex intima &c.)exurgere,et te eas ex intimæ etc.concil.plenius.multa omittunt Raimund.et Cont.reſurgere pro exurgere,Barcin. exſurgere, vetus Tarr.

cognitionem)deuotionem,concil.

perferre)perferri, côcil.et Raim.quod nondum prætuli,præſertim addita voce te,quæ in concilijs eſt. proferri,quoq.eſt in veteribus Greg. non recte.

in his)ſic etiam Raim.in huiuſmodi, concil. de huiuſmodi,vetus Tarr.

(ſi leges humanæ &c.)primus Alanus attulit côſt. ult.de fide inſtrum.in qua hæc verba ſunt,quidam ſubtili reuerentia tenti nec verum ſacramentum præſtare patiuntur.alij alia adferunt iuris con.verba:ſed nemo eadem,quibus Pontifex uſus eſt.

tenui religione)ſic etiam Raim.contenti,additur in concil.

etiam neceſſaria.&c.)ſic etiam duo veteres Gregor.et pro etiam,unus Tarr.et concil. neceſſarie,et legitime exhibenda,concil.in marg. vox etiam non eſt in Contiano,et alijs editis.

tenuem enim vocant religionem)ſic in côcil. talem religionem,uetus Tarr.tenuẽ religionem vocãtes,Greg.9.

qui in talibus heſitant)quæ in talib. hæſitat,concil.et Raim.et duo Tarr.

aliquatenus)hæc vox in vet. Tarr.ſolo non eſt.

Vnde Pſalmiſta dicit &c.)hæc omittunt Raim. et Cont.ſunt in concil.addita voce etiam poſt verbum Vnde.

Trepidauerunt,vbi non erat timor) Trepidauerũt timore &c.concil.et Complut.pſal.13. Græcis, alijs 14.additur autem vox illic in pſalmo. τὸν κύριον οὐκ ἐπεκαλέσαντο, ἐκεῖ ἐδειλίασαν φόβον, οὗ οὐκ ἦν φόβος. Lxx.Dominum non inuocauerunt;illic trepidauerunt timore,ubi nõ erat timor. Vulg.editio.Qui deuorant populũ meum,vt cibum panis,dominum nõ inuocauerũt. ibi timebunt formidine,quoniam Deus in generatione iuſta eſt.Hieronym.Eadem fere verba ſunt pſal.52. Græcis,53.alijs.τὸν κύριον οὐκ ἐπεκαλέσαντο, ἐκεῖ ἐφοβήθησαν φόβον, οὗ οὐκ ἦν φόβος.Dominum non inuocauerunt; illic trepidauerunt timore,vbi non fuit timor.Vulg.editio.Qui comedunt populum meum, vt cibũ panis,Deum non inuocauerunt.ibi timuerunt timore,ubi non erat timor.Hieronym.

In hoc autem)ſic etiam concil.itaque pro autem, Raim.qui multa omittit, et Contius nihil addit.

dilectus f.noſter P.)dilectus filius noſter Petrus, côcil.filius pro f.vetus Tarr.dilectus P.alij duo Tarr.et Barcin.alijs omiſſis.quod P.Raim.et Cont.

tituli ſ.)ſcribe,ſancti,vt eſt in trib.Tarr.et in côcil.in quibus concil.vox tituli deſideratur.

in Damaſo)ſic in concil.in Damaſco, Barcin.et duo Tarr.mendoſe.fuit autem nomen cuiuſd. Pontificis Damaſus,qui a B.Hieronymo valde laudatur.

Euſtachij)ſic in concil.ſed in marg.prioris edit. Euſtachij.non male.Euſtaſ.j,in vet.Tarr.Euſtochij,Barcin.non recte.

& vt pallium tibi)ſic etiam duo Gregor.et vt tibi pallium,concil.vox et non eſt in uno Tarr.neq. apud Cont.et alios.

deferret)ſic in concil.traderet,Raim.non male.

dilectus filius noſter Alanus frater tuus) Albanus pro Alanus,concil.et duo Tarr.L.tertius Tarr. et frater tuus,Raim.et Cont.alijs omiſſis.

eidem Cardinali equum unum)ſic in côcil.ei equũ, vetus Gregor.unum,addit alter vetus,et alij editi.

te penitus)vox penitus non eſt in Gregor.eſt in concil.

quoniam per)quia per,unus Tarr.tantum.

tria ſunt.)ſic multi Gregor.tria ſint,concil.et vetus Greg.et vetus Tarr.

& recipientis &c.)hæc non recte edita ſunt,vt erant in uno Tarr.et in Barcin. ſed in concil.et in Gregor.et in alijs tribus Tarr.aptius ſcripta ſunt.et recipientis qualitas,muneris quantitas, et tempus donationis.qualitatem perſonarum, vt a quo etc.ſic in concil.accipientis pro recipiẽtis,eſt in uno Tarr.donationis tempus,eſt in tribus Tarr.et qualitas pro qualitatem.accipientis qualitas,quantitas muneris, et donationis tempus.qualitas perſonarum,vt a quo etc.ſic vetus Gregor.et Cont.et quantitas,alter vetus.

vel econtrario)ſic vetus Greg.vel econtra,unus Tarr.uel econuerſo,alter vetus Gregor.et alij editi libri.an econuerſo,concil.

ſollicite conſideremus)hæc ſunt in concil.omiſſa ſunt a Raim.et Contio.

æſtimationem &c.attendimus)ſic etiam concil.æſtimatio etc.Raim.omiſſo verbo attendimus, ſunt alia in Côtiano,et quibuſd.editis mẽdoſa.

magni,vel)ſi,ante hæc verba addunt tres Tarrac.et Barcin.et concil.et Raim.

minoris pretij) vox pretij in veteri Tarr. olim nõ erat.
diligentius inſpiciamus &c.) omittunt hic etiã quædam Raim. et Cont. quæ exſtant in concil. diligentius etiam inſpiciamus, vetus Tarraconenſis.
ſtudioſius inquiſitis) inſpectis, concil. altera voce omiſſa.
quæſtione tua) vox tua in vet. Tarr. deſideratur. eſt in concil.
nil reprehenſione) nil reprehenſibile, duo Tarr. quod non æque placet. nihil reprehenſibilitate, concil. quod minime probo. ferendum tamen eſt, ſic enim tunc loquebantur.
Si enim) ſic in concil. Si ergo, Raim.
perſonarum qualitatem) perſonam, et qualitatem, Raim. non optime.
certa conſideratione) recta pro certa, Barcin. et tres Tarr. et concil. omittunt hæc Raim. et Contius.
penſamus) ſic in concil. et in Gregor. penſemus, duo Tarr.
non fuit) non videtur, Barcin. ſolus.
non petenti) non, in veteri Gregor. omittitur. ex Vincentij Hiſpani ſcholio retinẽda ea vox eſt, qui et Senecę verbis utitur, et carmen adfert nõ ineptum; Gratius eſt donum, quod venit ante preces.
donares) ſic in concil. daret, vetus Tarr. forte donaret, Raim.
temporis neceſſitatem) ſic Raim. et concil. ipſius pro temporis, vetus Tarr. qualitatem pro neceſſitatem, alter Tarr.
intentione hoc) ſic etiã duo veteres Greg. ratione hoc, concil. vox hoc non eſt in Contiano, et alijs editis.
in tali articulo ſubueniretur) in tali ſubueniretur articulo, concil. in articulo ſuæ neceſſitatis ſubueniret, vetus Tarr. ſubueniretur in articulo prænotato, Raim.
Quare ſuper hoc &c.) hęc recte Cõtius addit pręter miſſa olim a Raim. ſunt autem in cõcil. propter pro ſuper, eſt in Contiano.
nullius vmquã debet) nullus pro nullius, tres Tarr. et Cont. nullus debet vmquam, concil.
dantis, vel accipientis) ſic etiam Cont. et pro vel, duo Tarr. et concil. donantis olim pro dantis, unus Tarr.
in mente habueris) ſic etiam concil. et Cõt. habuit, tres Tarr.
quamlibet vel in modico) ſic in concil. vel modicã, vetus Tarr. quantamlibet vel etiam in modico, Ant. Cont.
et pallij receptionem) ſic in concil. et in Contiano. et ſi ante pro et, vnus Tarr. omittit omnia Barc.
et te nolente) ſic etiam Cont. Cum te nolente, cõcil. non male.
equus neceſſitate inſtante) cum, additur ante hæc uerba in vet. Tarr. et in alijs duobus, ſed in altero, vt editum eſt olim fuit. quod, additur in Barcin. vt, in concil. in quibus vox inſtante omiſſa eſt, et equus in neceſſitate, Cont. uoce inſtante omiſſa.
tanti pretij reputetur) ſic in concil. reputatur, uet. Tarr. vox pretij in Contiano deſideratur, quod non reprehendo.
mouere debeat) ſic etiam Contius. deberet, concil.
ad aliud declinare) declinare, concil. alijs omiſſis. alium pro aliud, Tarr. duo. quia, addit Contius non ſine mendo.
Beatus qui excutit manus ſuas ab omni munere) Eſaiæ cap. 33. referuntur eadem verba a B. Gregorio homilia 4. in uerbis relatis a Burch. lib. 1. cap. 113. et Iuone lib. 3. tit. 9. cap. 5. Panor. et parte 5. cap. 86. decreti, et Anſel. lib. 6. cap. 75. et Grat. 1. q. 1. cap. 14. Prophetæ verba hæc ſunt. Qui ambulat in iuſtitijs, et loquitur veritatẽ; qui proijcit auaritiam, et calumniam, et excutit manus ſuas ab omni munere. et poſt alia. Iſte in excelſis habitabit. Complut. Lat. *πορευόμενος ἐν δικαιοσύνῃ, λαλῶν εὐθεῖαν ὁδὸν, μισῶν ἀνομίαν καὶ ἀδικίαν, καὶ τὰς χεῖρας ἀποσειόμενος ἀπὸ δώρων.* et poſtea. *οὗτος οἰκήσει ἐν ὑψηλῷ σπηλαίῳ πέτρας ἰσχυρᾶς.* Lxx. Ambulans in iuſtitia, loquens rectam viam, qui odit iniquitatem, et iniuſtitiam, et manus excutiẽs a muneribus. et poſtea. hic habitabit in excelſa ſpelunca petræ fortis, Compl.
de illis donis) vel de illis bonis, Barcin. mendoſe.
allicere, uel interuertere ſolent) et inuertere, concil. vel inuertere, unus Tarr. et vet. Gregor. uertere pro interuertere vetus Tarr. mutare, Barcin. allicere, uel peruertere ſolent, tertius Tarr. alidere, vel inuertere ſolẽt, alter vetus Greg. peruertere pro interuertere, Cõt. et alij, cetera vt edidimus.
ſi ipſa etiam) ſic in concil. et in Gregor. vox etiã non eſt in duobus Tarr. forte et ſi pro ſi, in margine concil.
ordinatori vel cõſecratori) offerat, addit Raim. ante hæc verba. vocem vel cõcil. et, unus Tarr. vel etiam conſecratori, eſt in altero Tarr.
medicinas aut de optimo vino) ſic in concil. aut de vino, duo veteres Gregor. alijs omiſſis. vel pro aut, Cont. et alij. vel medicinam, vetus Tarrac.
fuerint, et quæ) ſic etiam concil. et duo veteres Gregor. fuerunt, ex quo, Cont. et alij, non recte.

non

non tamen eccleſia Romana &c.)nec pro nõ, Barcin. mutatur verborum ordo in concilijs, et in Gregor. pleniuſq. in concil. eſt. non tamen Romana eccleſia dantem, uel accipientẽ delinquere interpretari conſueuit, niſi illa interuenirent ex pacto. concil. non tamen eccleſia Ro. interpretari conſueuit accipientem in his delinquere, vel donantem, Raim.

Poſt uerba ſupra ſcripta eſt in cõcil. alterius quęſtionis reſponſum multis mendis plenum, quã obrem totidem uerbis id referre noluimus. agitur autem de fratre Archiepĩ, qui ſecuritatem quandam promiſerat Regi pro priori eccleſia, num id noceat ipſi Archiepõ. Adferuntur quædam relata apud Grat. 1. q. 5. c. 1. 2. et 3. ſi puer ad eccleſiam a parentibus pecunia interueniente offeratur, ad tempus ab eadem eccleſia remouendum, ſed poſtea etiam ad eandem aſſumi poſſe. Initium verborum eſt: De cetero licet, ſicut tuæ litterę continebant etc.

Cap. 21. Lucius iij.)ſic etiam Raim. et Cont. Turonenſi Arch. additur in concil. parte 40. c. 4. titulo de electionibus in priori editione. Arc. iepõ, in Suriana editione. Hoc autem eſt cap. 22. in ueteri Tarr.

Matthæus)ſic etiam Raim. Presbyter, concil. ego utramque vocem coniungendo ſcribo: Matthæus presbyter.

ſecreta)ſic Raim. ſua, concil.

maioris partis)ſic etiã Raim. maioris, et ſanioris, concil. plenius. alias ſanctioris, quod non placet, quæ uarietas in Suriana editione omiſſa eſt.

quia paucis &c.)omittunt quædam Raim. et Cõtius, quæ ſunt in concil. paucis tibi contradicentibus, Greg. 9.

perturbata)tamen, additur in Barcin. et in trib. Tarr. et in concil. non eſt in Greg. in quibus turbata ſcriptum eſt.

quam prius ſuſtinebat)hæc ſunt in concil. nõ ſunt in Gregor.

conquieuit)ſic Raim. quieuit, concil.

a labe)hæc in concil. non ſunt, habet Raim.

per iam dictum Card. a Apoſtolica ſedis)hæc omittunt Raim. et Cont. ſunt in concil. ab Apoſtolica ſede, pro Apoſt. ſedis. Barcin.

quæſiuiſti)ſic in concil. et in duob. veterib. Greg. requiſiſti, Cõt. et alij, in quib. additur ex aliquo ſcholio, quid tibi ſit faciendum. quæ verba in ueterib. non ſunt.

tibi ſignificatione præſentium mandamus) reſpondemus pro mãdamus, duo Tarr. præſentium tibi ſignificatione mõſtramus, concil. reſpondemus, Raim. et Cõt. alijs omiſſis.

adminiſtrationem prædictam)vox prædictam eſt in concil. non eſt in Gregor.

dimittis)ſic in concil. dimittas, Raim.

illius uerbi euangelici)euangelici verbi, concil. uoce illius omiſſa. illius uerbi, Raim. tertia uoce prætermiſſa.

Nihil prodeſt homini, ſi uniuerſum mundũ lucretur) Nil pro Nihil, concil. et duo ueteres Greg. Nihil Cont. et alij. Quid enim prodeſt homini, ſi mũdum uniuerſum lucretur? Matthæi c. 16. τί γὰρ ὠφελεῖται ἄνθρωπος, ἐὰν τὸν κόσμον ὅλον κερδήσῃ; Quid enim prodeſt homini, ſi lucretur mũdum totũ? Marci c. 8. τί γὰρ ὠφελήσει ἄνθρωπος, ἐὰν κερδήσῃ τὸν κόσμον ὅλον; Quid enim proficit homo, ſi lucretur uniuerſum mundum? Lucæ c. 9. τί γὰρ ὠφελεῖται ἄνθρωπος κερδήσας τὸν κόσμον ὅλον; In quibuſdam libris eſt apud Mat. ὠφεληθήσεται. et apud Marcũ. ὠφελήσει ἄνθρωπος.

animæ uero ſuæ detrimentũ patiatur)ſic Matth. τὴν δὲ ψυχὴν αὐτοῦ ζημιωθῇ; et detrimentum animę ſuæ faciat? Marcus καὶ ζημιωθῇ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ; ſe autem ipſum perdat, et detrimentum ſui faciat? Lucas. ἑαυτὸν δὲ ἀπολέσας ἢ ζημιωθείς;

TIT. III. DE PRAELA

tis, ne uices ſuas &c.)Ne prælati uices ſuas, uel eccleſias alijs ſub annuo pretio concedant, duo Tarr. omittant alijs ſub annuo pretio, tertius Tarr. cetera, ut alij duo. Ne prælati uices ſuas, uel eccleſias ſub annuo cenſu cõmittant. concedant pro cõmittant, multi Gregor. et Cont. cetera, ut Barcin. alij concedant, uetus Gregor.

CAP. 1. Alex. iij. in conc. Lat.)concilio Lateranenſi, uetus Tarr. aptius, et duo veteres Greg. iij, in Contiano, et alijs quibuſdam deſideratur. Alex. iij. Barcin. alijs omiſſis. addendum autem eſt, c. 15. ex concilijs.

pars cap. Cum in officijs) p. c. Cum. Cont. omiſit Raim. omnia. Integram clauſulam habes ſub titulo de teſtamentis, et in concilijs.

quoniam quidam)quidem, uetus Gregor. ſolus. uox quidam in ueteri Tarracon. tantum non eſt.

ſtatuuntur)conſtituuntur, Barcin. ſolus.

qui id de cetero)ſic uetus Greg. qui decetero id, concil. uox id non eſt in altero Gregor. qui de cetero hoc, Cont. et alij.

Cap.2. Idem in concilio Turon.) ſic etiam Raim. et Cont. deſiderantur omnia in concil. d. parte 2. cap.1. titulo de ſimonia etc. neue prælati vices ſuas ad cauſas terminãdas, vel regimen eccleſiarum ſub annuo pretio committant. Idem Witon. Epõ, pars c. Nuntios. vetus Tarr. mendoſè. eſt enim ea inſcriptio capitis 2. tit. 4. ego editis addo c.7. ex ueteri Pontificali, ſiue c.3. ex hiſtoria Anglica Gul. Neubrigen. erratum autem eſt in ordine horum capitum, ut dicemus c.3.

Quoniam in quibuſdam) ſic etiam concil. et Raim. Quia pro Quoniam, Pontif. et Gulliel.

partibus) ſic etiam in cõcil. et in Gregor. Epiſcopatibus, Pontif. et Gull.

Decani quidam) vox quidam non eſt in Pontif. habent ceteri libri.

uel Archipreſbyteri) et pro uel, Barcin. ſolus.

ſeu Archidiaconorũ) ſic Pontif. et Raim. uel pro ſeu, Gull. ſeu Archiepõrum, concil. quod non æque placet.

ſtatuuntur) conſtituuntur, Pontif. tantum.

& ad ſubuerſionem) ſic in concil. vox ad nõ eſt in Greg. neque apud Gull. et ſubuerſiones, Pontif.

prohibemus) ſic in concil. et in Gregor. diſtrictius prohibemus, Pontif. et Gul.

ſiquis decetero fecerit) ſic Raim. et concil. ſi fecerit Pontif. alijs omiſſis. qui fecerit, Gull.

noſtra auctoritate) his carent Pontif. et Gul. et Raim. et Cont. exſtant in concil.

Epũs autem) ſic multi Gregor. uero, uetus Greg. quoque, Potif. et Gul.

in ſua diœceſi) hæc omittunt Raim. et Cont. habent ceteri.

& eccleſiaſtica iudicia) ſic Pont. et Gul. et concil. et duo ueteres Greg. et eccleſiaſticam iuriſdictionem, Cont. et alij.

ſua patiatur diſſimulatione) ſic omnes præter concil. in quib. eſt: patiatur diſſimulatione ſua.

percellatur) ſic in concil. et in Gregor. plectatur, Pontif. et Gull.

Cap.3. Idem in Turon. conc. reſidens ait) Turonenſi pro Turon, concil. d. parte 2. c.2. Idem, Raim. et Cont. alijs omiſſis. hoc eſt c.5. dicti concilij in Pontif. caput 1. apud Gulliel. Neubrigen. quod cum hac inſcriptione facit. ſed ordo horum triũ capitum mutari debuit. nam concilium Turonenſe antiquius fuit cõcilio Lateranenſi, et hoc caput prius fuit capite ſecũdo. eodem modo erratum eſt in Gregor. et in concilijs.

inſtitutiones) ſic Gull. et Raim, conſtitutiones, Pontif. inſtitutionem, concil.

innotuit) innotuit, uetus Tarr. olim.

Cap.4. Exon. Epõ) ſic etiam duo ueteres Gregor. Exonienſi Epõ, concil. parte 28. cap.1. titulo de pactionibus licitis, et illicitis in rebus eccleſiaſticis. Exonen. Epõ, Cont. et alij non rectè.

Querelam magiſtri W.) ſic etiam duo veteres Gregor. Vu. concil. Gu. Cont. et alij.

cum eccleſia) ſcribe cum eccleſiam, ut eſt in cõcil. et in uno Tarr. et apud Raim.

de Fereleia) Ferleia, concil. Cepelaia, vetus Greg. Cepelai, alter vetus. Fereleri, unus Tarr. Chephalai, Cont. et alij.

à G.) ſic in concil. et in Greg. ab Aug. uetus Tar.

eiuſdem eccleſiæ) uox eccleſiæ non eſt in Gregor. eſt in concil.

ipſe ſibi) ſic in concil. vox ſibi a Raim, eſt omiſſa.

ante quam eam) ſic Raimund. eã antequam, concil.

auferre præſumpſit) ſic Raim. præſumpſerit, concil. et tres Tarr.

idem G.) hæc omittunt Raim. et Cont. ſunt in concil.

præſtita fide) ſic Raimund. præſtita ſibi fide, concil.

quod uſque) quod inde, unus Tarraconenſis ſolus.

conſtitutum terminum) terminum conſtitutum, concil. ſtatutum terminum, Raim.

ideo tibi per A.ſ.pr.m.qua.) ideoq. pro ideo, unus Tarr. pr. non eſt in concil. Ideoque mand. quat. multi Gregor. vox ideoq. in uno veteri deſideratur.

ſi tibi conſtiterit ita eſſe, ap.re.) appellatione remota, concil. vox tibi non eſt in Gregor. neque ap. re. pro quibus eſt uox eũ addita. Omnia in Barcin. deſiderantur.

præfato V.) W. tres Tarr. prædicto Vu. concil. dicto W. duo veteres Tarraconen. dicto Guil. Contius, Gu. alij.

inter ſe conuenerunt) conuenerint, Tarr. uetus. conuenit, duo ueteres Gregor. inter eos conuenit, cõcil. ut in Tarr. veteri, Contius, et alij.

eandem) ſic in concil. ipſum eandem, Raim.

TIT. IV. DE MAGISTRIS,

& ne aliquid exigatur pro licentia docendi) ſic etiã multi Gregor. vox et non eſt in uno veteri Gregor. neq. in uno Tarr. ſcientia pro licentia, idem Tarr. non optime.

CAP. 1. *ex concilio Lateran.*) ſic etiam Raim. adde cap. 18. ex concilijs. Lateranen. vnus Tarr. et Cont.

Quoniam in eccleſia Dei &c.) vox IN rectè omiſſa eſt

eſt in concil. et in Gregor.et in duob Tarr. multa omittunt Raim.et Cont.

prouenniunt)ueniunt,concil.

parentum opibus)parētib.vetus Tarr.ſolus,quod nondum probaui.

proficiendi opportunitas) inepte in Barcin. proficiſcendi.hæc,et alia huius capitis verba refert Innocen.3. in concilio generali conſtitutione 11. quæ eſt in 4.collect.et in Gregor.ſub eod.tit.

prebeatur)ſic Raim. et Innoc. aſſignetur,concil. tribuatur,Barcin.

quo docentis &c.)hæc recte addidit Cōt. a Raim. prætermiſſa;quæ ſunt in concil.et apud Innocen.

reſtituatur)inſtituatur,unus Tarr.ſolus.

ſeu monaſterijs)ſiue pro ſeu, cōcil.ſeu magiſterijs, Cont.quod nondum placuit.

ex hoc fuerit)fuit,unus Tarr.fuerit,Cont.alijs omiſſis.ad hoc fuerit,concil.aptius.

nullus omnino) vox omnino in Gregor.non eſt, eſt in concil.

vel ſub optentu)et ne amplius ſub optentu,vetus Tarr. ſolus.

ab eis,qui docent)ſic vetus Gregor.his pro eis,cōcil.docentur pro docent,alter vetus Gregor. et Barcin.ab eis,quos docet,Cont.et alij.

quemquam) ſic Raim.quempiam,concil.

qui ſit idoneus,expetita licentia) petita pro expetita,duo veteres Tarr. expetita licētia, qui ſit idoneus,concil.petita licentia illis,Cōt.et alij editi.

fiat)ſit,vetus Greg.ſolus.

dignum quippe eſſe videtur) quidem pro quippe, concil.verbum eſſe omittunt Raim.et Cont.

Dei fructum)ſic in concil. fructum, duo veteres Gregor.altera voce omiſſa.fructus,Cont.et alij.

dum vendit)ſic Raim.diuendens,concil.

Cap.2.Winton. Epo) Winton. vetus Tarr.et vetus Gregor.Wingon.alter vetus Gregor.Vantonien.Cont.et alij aptius.Lunden.cōcil.d.parte 2.c.17.tit.de ſimonia,et ne merces pro eccleſię conſecratione recipiatur etc.vel pro licentia docendi.

pars e.Nuntios)ſic etiā Cōt.hęc omittunt Raim. et concilia.exſtat integra clauſula cap.3.de decimis,huius collect.Winton.Epo inſcripto,et in concil.parte 4.c.3.

Prohibeas attentius de cetero,ne)ſic in concil.ne de cetero,vetus Tarr.Prohibeas,ne,Raim. et Cōt. alijs omiſsis.

ab aliquo aliquid exigatur) aliquid ab aliquib.exigatur, vetus Tarr.alios aliquid exigatur,concil. exigatur aliquid , Raim.alijs omiſſis.

aut etiam)vox etiam in uno Tarr.ſolum omittitur.

poſt prohibitionem tuam)ſic etiam concil. poſtea, Raim. et Cont.ceteris neglectis.

promiſſum reſtitui)ſic in cōcil.remitti promiſſum facias,Raim.

ſolutum facias ap.ceſ.reſtitui)ſolutum reddi facias appellatione ceſſante,cōcil.ante verba edita F. ſ. additur in vet.Tarr,et reſtitui ap.ceſ. ſolutum, multi Greg.et,deſideratur in ueteri Greg.

gratis accepiſtis,gratis date)ſic Matthæi cap.10.et Raim.Qui gratis etc.concil.vide,quæ diximus c.8.de ſimonia.

Sane ſi aliquis)ſic in concil.ſiquis,eſt in uet.Tarr. et in Gregor.

occaſione huius prohibitionis)hæc omittūt Raim.et Cont.ſunt in concil.

magiſtros)congruos,additur in concil.tantum.

inſtituere)conſtituere,uetus Greg.ſolus.

de conceſſione noſtra,omni contradictione,&)hæc etiam Raim.et Cont.omittunt;ſunt licet in cōcil.

ap.poſtpoſita)appellatione ceſſante,concil.ut editum eſt,Raim.

ibidem uiros prouidos,& diſcretos aliorum inſtructioni præficere)ſic etiam in cōcil.prouidere, Barcin. pro præficere.ibi aliorum inſtructioni præficere viros prouidos,et diſcretos,uet.Greg. aliquorū pro aliorum,alter uetus.prouidos, honeſtos, et diſcretos,Cont.et alij.

Cap.3.Quanto Gallicana eccleſia maiorum etc.)Recte Cōtius addit omiſſa prius a Raim.quæ ſunt etiam in concil. d. parte 2. c.18 . Quanta pro Quanto , uetus Tarraconen.non optime.Hoc cap.fuit impetratum contra Cancellarium Pariſien.qui a quolibet docente marcham unam exigebat.Vincen.

præfulget)ſic tam cōcil.quam Cont.præfulgeat, uetus Tarr.

& eo) vox et omiſſa eſt a Cont.exſtat in concil.

nititur curare)ſic in concil.cauere,Barc.et Cont. nitatur curare,unus Tarr.

uideantur) ſic in concil. et apud Cont . uidentur,duo Tarr.

animaduerſione eos cenſemus)ſic in concil.eſſe, additur in duobus Tarr.ante uocem eos. Dignos eſſe animaduerſione cenſemus,Raim.

magiſtri ſcholarum)ſic etiam cōcil.et veteres Gregor.ſcholarium,uetus Tarr.et Cont.et alij. magiſtrorum,Barcin.

ſine certo pretio)vox certo deſideratur in concil. eſt in Gregor.ſine pretio certo,duo Tarr.

non impediunt)ſcribendum eſt,non impendunt, ut eſt in uno Tarr.et in concil.et in Greg.

& enormis)hæc omittunt Raim.et Cont.ſunt in concil.

a cupiditatis radice proceſſit)proceſſerit,Raim.ex

cupiditatirradice proceſſerit,concil.

eccleſiaſticæ unitatis confundat) honeſtatis pro unitatis,concil.et Barcin.et vetus Tarr.et multi Gregor.confundit,alter Tarr.eccleſiaſticum cõfundat,vetus Gregor.

prouidendum vobis eſt &c.) nobis pro vobis,concil.et duo Tarr.quod non æque probo.Multa omittunt Raim.et Cont.

conſuetudo ipſa) iſta,concil.

cum vobis)cum nobis,concil.quod nondum prętuli.

eccleſijs eiſdem)eis,vetus Tarr.ipſis,concil.

ſub anathematis ergo &c.) ſic in concil.ante hæc verba addit Raim.mandamus,quatenus conſuetudine ipſa de veſtris eccleſijs extirpata.vox ergo non eſt in Gregor.

curetis)prohibere curetis,concil.curetis prohibere,vetus Tarr.ſed olim,ut editum eſt. inhibere curetis,alter Tarr.in quo etiam vox curetis antiquior altera eſt. hoc inhibere curetis,Raim.

ne qui dignitatem &c.)hæc etiam omittũt Raim.et Cont.dignitate,concil.aptius.

fungentes)malo,ſungentes,ut eſt in concil.

ub aliquo amodo)ſub aliquo modo,concil. quod non ęque placet.

ſed eis diſtricte præcipiatis)ſic in cõcil.diſtricte præcipientes,Raim.alijs omiſſis.

velunt regere)velint pro volũt,vetus Tarr.voluerint,duo alij Tarr.et concil.et multi Gregor.legere pro regere,unus ex veterib.Gregor.

eos ſine)vox eos neq.in concil.eſt,neq.in Gregor.

qualiscumque)ſic in concil.quacumq.vetus Tarr. qualibet,uetus Gregor. qualibet, alter vetus, et Contius,et alij.

patiantur)ſic in concil. permittatur,vetus Gregor.permittantur,alter vetus,et Cont.et alij.

ſi vero noſtra) ſic in conci.prioris edit.veſtræ,duo Tarr.et concil.Surianæ edit. ſiqui vero huiusmodi,Raim.

noſtra auctoritate,et veſtra)hęc omittunt Raim.et Cont.ſunt in concil.

Porro ſi iuxta &c.)quę ſequuntur,ab eiſd. ſunt omiſſa,leguntur in concil.

mandatum noſtrorũ)ſcribe noſtrũ,ut eſt in duob.Tarr.et in Barcin.et in concilijs.

habebimus)mendoſe in concil.eſt,habemus.

ſi velint in huiuſmodi)ſi voluerint in huiuſcemodi, cõcil.Surianæ editionis.huiuſmodi, erat in priori editione.

TIT.V.DE IVDAEIS,

et Sarracenis,et eorum ſeruis) tria ultima uerba deſiderantur in uno Tarr.et in uno veteri Greg. habet alter vetus,et Contius,et alij.

CAP.1.*ex concilio Maticen.*) Maticenſi,duo Tarr. Maguntino,vetus Gregor.Math.eſt in altero ueteri.Macien.habẽt Cont.et alij.ſed Contius in marg.ſcribit,Mantiſconen.primo c.26.mendoſe.ſcribe,Matiſconenſi cap.16.ex concilijs.

Præſenti concilio,Deo auctore,ſanctimus &c.) Ante hæc uerba addi potuit.pars cap.Et licet. Integram clauſulam ex concil.infra ſcripſimus.ET licet,quod de Chriſtianis,qui aut captiuitatis incurſu,aut quibuſcumq.fraudibus Iudęorum ſeruitio implicantur,debeat obſeruari;non ſolum canonicis, ſed et legum beneficio iampridem fuerit conſtitutum:tamen quia nunc ita quorũdam querella exorta eſt,quoſdam Iudæos per ciuitates,aut municipia conſiſtentes,in tantam inſolentiam,et proteruiam prorupiſſe;ut nec reclamantibus Chriſtianis liceat,vel pretio de eorũ poſſe ſeruitute abſolui:idcirco præſenti etc. canonib.pro canonicis,eſt in marg.ut docti viri coniectura,quam probo;ſcribi etiam potuit,beneficijs pro beneficio.illæ duæ voces, Deo auctore,a Raim.et Contio ſunt omiſſæ.

ut nullum &c.)ſic etiam Raim.quod qui Iudæo deinceps debeat deſeruire,cõcil.prioris edit.ut nullus Chriſtianus Iudæo etc.Suriana concil.editio.

deinceps ſeruiat)ſeruiat deinceps,uet.Tarr. vox deinceps non eſt in Greg.

ſed datis)ſic etiam Raim.uox ſed non eſt in concil.prioris edit.eſt in Suriana;ipſum mancipium quicumq.(Chriſtianorum)Chriſtianus, concil. vox mancipium non eſt in Gregor.

& ſi Chriſtianum &c.)hæc in concil.non ſunt,habet Raim.

contra rationem,& manſuetudinem & eccleſiaſticã diſciplinam) contra regularem manſuetudinem etc. cõcil. non male.contra rationis cuſtodiam, olim vet.Tar.mox cõtra rationis mãſuetudinẽ. vox et priori loco in tribus Tarr.eſt omiſſa.contra manſuetudinem eccleſiaſticã,Raim.et Cõt. alijs omiſſis.contra rationum manſuetudinem, Barcin.non recte.forte contra regularium manſuetudinem.

ex utriuſque opere) ſic etiam in cõcil.prioris edit. et in veterib. Greg. ope pro opere, Surius, et Cont.et alij.quod non æque placet.

Cap 12. Idem Lucen. Epõ. Pars 1. Conſuluit) Vide, quæ diximus cap.7.qui clerici,vel uouentes,cuius portio hoc caput eſt.

Cap 13.ex concilio Guarmatienſi) ſic etiam Raim. et Cont. Worma.c.30.Burch.lib.17.c.57.aptius. ſed in concilijs nondum inueni.

explendæ libidinis) vox explendæ in veteri Gregor.tantum deſideratur.

vt non ex eo ſoboles naſcatur)hæc omittunt Raim. et Cont.habet Burch.

vel ad potandum dederit)hæc in veteri Tarr. ſolo deſiderantur.

vt non poſſet generare, aut concipere)poſſit pro poſſet,Burch.et Raim.qui poſt hęc verba addit,vel naſci ſoboles.uel pro aut,vetus Tarr.

teneatur) ſic Burch.et duo veteres Gregor.tenetur,Cont.et alij.

TIT.XI.DE TORNEAmentis.

CAP.1.*ex concilio Lateran.*)ſic etiam Raim.et Cont.adde cap.20.ex concilijs.

Felicis memoriæ Papæ Innocentij,et Eugenij etc.)ſic in concil.vox Papæ non eſt in Gregor.Innocētij ſecundi decretum exſtat in calce Panormiæ Iuonis lib.8.tit.11.cap.11.ſumitur ex ſynodo Romana eiusd.Innocentij cap.10.Eugenij ſecundi, vel tertij eſt cap.2.huius tituli,quod utpote antiquius,prius collocari debuit.

deteſtabiles illas nundinas)iſtas pro illas,vetus Gregor.neutra vox eſt in concil.Deteſtabiles autē illas nundinas,Iuo.

vel ferias)hęc in Panor.non ſunt:vidi in libro veteri Veronen.et in concil.et in Gregor.et apud Eugen.3.c.2.huius tituli.

quas vulgo torneamēta vocāt) hæc addidit concil. Later.quod neque Innoc.neq.Eugen.dixerant.

in quibus milites ex condicto &c.)totidē uerbis Innoc.mutauit quædam Eugen.

conuenire ſolent)ſic etiam Raim.et Panor.et Eugen.venire ſolent,concil.

& ad oſtentationem &c.)hæc etiā ſunt Innocentiana.

& audacia temere congrediuntur)ſic etiam Iuo.temerarie pro temere, concil.temere congredi, Raim.et audaci temeritate congrediuntur, Veron.

Vnde mortes hominum &c.)hæc quoq.ab Innoc. ſumuntur:Eugenius quædam omiſit.

fieri prohibemus)ſic in concil.et in Gregor.omnimodo fieri interdicimus,Panor.omnino, Veronen.aptius,et Eugenius.

quod ſiquis eorum ibidem mortuus fuerit)ſic concil. et Iuo,et Veron.ibi pro ibidem,Raim.vox eorum ab Eug.eſt omiſſa.

quamuis ei poſcenti pœnitentia non negetur) venia pro pœnitentia,concil.non recte.pœnitentia,et viaticum,Panor.et Veron.plenius.pœnitentia, vel viaticum,vetus Gregor.vt editum eſt, Cōt. et alij.viaticum non negetur,Eugen.et Barcin. alijs omiſſis.

eccleſiaſtica tamen careat ſepultura)in his verbis omnes conueniunt,Innoc.Eugen.et Alex.3.item concil.Iuo,Veron.et Raim.

Cap.2.Eugenius iij.in concilio Remenensi)ſcribendum Eugenius ij.in concilio Remenensi cap.7. ex concilijs.hic multo antiquior fuit Innocentio ij.et Eugenio iij.

Temerariam ſimiliter audaciam quorundam)Temerariam multorum audaciam,concil.

vel ferias)hęc in concil.non ſunt.

ſolent ad concertationem virium ſuarum conuenire) certationem,vetus Tarr.oſtētationem,Barcin. venire ſolent ad oſtentationem virium ſuarum, concil.

unde hominum &c.)hæc in concil.non ſunt.

omnino fieri interdicimus)omnino,et ſub anathemate fieri prohibemus,concil.

viaticum)pœnitentia,et viaticum ei,concil.plenius.

TIT.XII.DE CLERICIS pugnantibus in duello.

CAP.1.*Alex.iij*)ſic etiam Raim.et Cont. adde, Salernitano Archiepo,ex concil.d. parte 26.c.4.et 5.

Pars c.Licet præter)ſic etiam in concil.omittunt hæc Raim.et Cont.Integra clauſula exſtat ſub titulo de ſponſa duorum.vide,quæ ſcripſimus cap.8.de homicidio.

vel oblatum)vox ſi non eſt in Gregor.eſt in concil.

& ſubierit)hæc neque in concil.ſunt,neq.in Gregor.ſunt tamen apta.

ſiue victor,ſiue victus fuerit)ſic etiā Raim.et victus fuerit,ſiue victor,concil.

in hac parte)ſic etiam concil.in hoc,Raim.breuius.

ex ipſo duello)illo pro ipſo,concil.ipſo,Raim.

non ſit ſubſecuta)ſic in concil.fuerit pro ſit,Raim.

Cap.2 Idem)addi poteſt,in eadem,vt eſt in concil.d.parte 26.c.6.vide,quæ ſcripſimus cap.1.de corpore vitiatis.

De presbytero autem)vox autem non eſt in Barcin.neque in veteri Tarr.

eum ipſe) vox ipſe deſideratur in ſolo veteri Tar.

ſicut etiam nos)ſicut etiā et nos,duo Tarr.non optime.

non perdiderit)non perdidit,vetus Tarr.

Cetera vide d.c.1.

TIT.XIII.DE ADVLTErijs,& ſtupro)ſic etiam Raim.et Cont.ſtupris,unus Tarr.et violatione eccleſiæ, additur manu

recentiſ, in veteri Tarr. quod non placet.

C*Ap. 2. in Exodo*) ſic Raim. et Cont. adde cap. 22. non cap. 3. vt eſt in marg. Contiani libri. Meminiſſe autem oportet, quod Bernardus Papien. admonuit cap. 1. commodati.

Si ſeduxerit quis virginem necdum deſponſatam, dormieritque cum ea) ſic Compluten. Latina, et vetus Gregor. nondum pro necdum, Cont. et alij. Si ſeduxerit quis virginem deſponſatam, et dormierit cum ea, Ivo non recte parte 16. cap. 95. decreti ex capitularibus c. 24. ἐὰν δὲ ἀπατήσῃ τις παρθένον ἀμνήστευτον καὶ κοιμηθῇ μετ' αὐτῆς. Lxx. Si autem deceperit aliquis virginem indeſponſatam, et dormierit cum ea, Complut. Et quando ſeduxerit vir virginem, quę non eſt deſponſata, et concubuerit cum ea. Chald.

dotabit eam, & habebit vxorem) ſic Ivo, et Raim. eam, addit Complut. Lat. ante vocem vxorem. φερνῇ φερνιεῖ αὐτὴν ἑαυτῷ γυναῖκα. Lxx. dote dotabit eam ſibi vxorem. Comp. deſponſabit eam ſibi in vxorem. Chald.

ſi pater virginis dare noluerit) ſic Complut. Lat. ſi vero pro ſi, Raim. Si pater noluerit virginem dare, Ivo cap. 95. d. partis 16. ex cap. 25. Capitular. ἐὰν δὲ ἀνανεύων ἀνανεύσῃ καὶ μὴ βούληται ὁ πατὴρ αὐτῆς δοῦναι αὐτὴν αὐτῷ γυναῖκα. Lxx. ſi autem renuens renuerit, et noluerit pater eius dare eam illi vxorem. Compl. quod ſi noluerit pater eius tradere ei illam, Chald.

reddet pecuniam iuxta modum dotis, quam virgines accipere conſueuerunt) ſic etiam Complut. Lat. et Raim. reddat pecuniam iuxta morem dotis, etc. [illegible] ἀργύριον ἀποτίσει τῷ πατρὶ καθ' ὅσον ἐστὶν ἡ φερνὴ τῶν παρθένων. Lxx. argentum ſoluet patri, ſecundum quod eſt dos virginum, Compl. pecuniam pro argentum maluiſſem. argentum in [illegible] reddet iuxta dotem virginum, Chald.

Cap. 2. ad Auguſtinum Felici Sipontino Epiſ.) Gregorius Sipontino, vetus Raim. liber, aptius. Gregor. Papa pro Aug. tres Tar. Syponen, Contius, et quidam alij mendoſe. confirmantur verba dictor. Tarr. et veteris Raim. libri, ex epiſt. 40. c. 8. Indict. in lib. 2. regiſtri B. Gregorij.

Peruenit ad nos, quod Felix nepos tuus) Ante hęc verba addi potuit, Pars c. Exſpectabamus, ex regiſtro. Integra clauſula hæc illic eſt. Exſpectabamus fraternitatem tuam ſua aliquos ad Deum prædicatione conuertere, et male agentes ad rectitudinem reuocare. qua de re nimis contriſtamur, quia e diuerſo in nepotis tui Felicis prauitate, tua euidenter, qui talem nutriſti, culpa mo-

ſtrata eſt. Peruenit itaq; ad nos, quod ſupra ſcriptus Felix etc. illæ duæ voces, nepos tuus, omiſſæ ſunt a Raim. et Contio.

Englerij diaconi tui filiam) Englerij, vetus Tarr. Eugenij, Barcin. apertius. Euangeli, regiſt. non male. Englij, vetus regiſtri liber. quandam virginem, Raim. et Cont. Euangelus idem diaconus appellatur epiſt. 40. eiuſd. libri in edito regiſtro. Euglius, in veteri.

decepit) ſic etiam Raim. deceperit, regiſt. et unus Tarr.

quamuis eſſet) ſic Raim. quamuis graui eſſet, regiſt. plenius.

de lege pœna) legis pro lege, unus Tarraconen. ſolus.

nos aliquatenus legis) ſic Raim. vox legis in veteri Tarr. eſt omiſſa. nos tamē pro nos, regiſt. et Barcin. et tres Tarr.

huiuſmodi diſponendo) hoc modo diſponimus, Barcin. et Raim. apertius. huiuſcemodi diſponendo præcipimus, editus regiſtri liber. huiuſcemodi duximus diſponendum, vetus liber. ſtatuimus pro duximus, alter vetus.

id eſt, vt aut quam ſtuprauit, vxorem habeat) vox id eſt non eſt in veteri regiſtro, neque apud Raim. eſt in edito regiſtro. eam, quam ſtuprauit, aut vxorem factis nuptialibus inſtrumentis accipiat, d. epiſt. 40.

aut certe ſi) ſic eſt in vet. reg. aut ſi certe, in edito. vox certe non eſt apud Raim.

diſtrictius, & corporaliter) ac pro et, regiſt. corporaliter, Raim. et Cont. ſuperioribus verbis omiſſis. aut corporaliter caſtigatum id. epiſt. 40.

excommunicatuſque) ſic etiam regiſt. et Raim. hęc in vet. Tarr. eſt, detrudatur. priuatum communione, d. epiſt. 40. aptius. neque enim hic cōtumax eſt, ſed pænitens.

in monaſterio, in quo pænitentiam agat, retrudatur) agat pænitentiam, vetus Raim. liber. monaſterium pro monaſterio, Cont. et alij, cetera, vt vetus. in monaſterio, vbi pænitentiam peragat, retrudatur, vetus regiſtri liber. in monaſterium, ubi permanentiam etc. editus liber. monaſterio eum priuatum communione, vbi pænitentiam peragat, dare feſtinabis, vetus regiſtri liber d. epiſt. 40. in monaſterium etc. tradere feſtinabis, editus liber.

nulla ſit ei egrediendi ſine præceptione licentia) vox ei deſideratur in veteri Raim. libro. præcepto pro præceptione, Cont. et alij, cetera, vt vetus. ei nulla ſit egrediendi ſine noſtra præceptione licētia. regiſt. plenius. ita vt nulla exinde ei ſit quoquo modo egrediendi licentia, niſi hoc noſtra

permiſerit fortaſſe præceptio, d. epiſt. 40. Quæ poſtea ſequuntur, in regiſtro legantur.

Cap. 3. ex concil. Aurelianen.) Aurel. uetus Gregor. Arelaten. Cõt. et alij. Hermes in libro paſtoris mandato 4. Iuo parte 8. c. 243. decreti, et lib. 7. tit. 5. cap. 2. Panor. ubi in 4. eſt pro mand. 4. Hermes in libro paſtorũ, Grat. ſiue Palea 34. q. 1. cap. 7. apocryphus dicitur hic paſtoris liber a Gelaſio apud Grat. diſt. 15. c. 3. a veterib. legebatur, et is Hermes doctor fidei appellatur a Pio epiſt. 1. apud Grat. de conſecr. diſt. 3. c. 21. quem ego legi hoc titulo Latinũ librum, indignum eſſe iudicaui, ut iterum legeretur.

Si vir ſciuerit uxorem etc.) ſcribi potuit, Pars cap. Ego dixi, vt eſt apud Iuon. vtrubiq. et Paleam. "Integra clauſula hæc eſt. Ego dixi paſtori. Domine ſiquis habuerit vxorem fidelẽ in domino, "et hanc inuenerit in adulterio; numquid peccat "vir, ſi cõuiuit cum illa? Et dixit mihi. Quamdiu "neſcit peccatum eius, ſine crimine eſt uiuens cũ "illa. ſi autem ſcierit vir vxorem ſuam etc. ſic Iuo in decret. mulierem fidelem, Panor. pro vxorẽ fidelem; et ſi concumbit pro ſi conuiuit; caret autem voce (viuens). Apud Paleam eſt etiã, mulierem fidelem; et ſi concũbit cum ea; et ſcit pro ſcierit; caret autem voce ſuam. hanc vocem ſuã addunt editis vetus Gregor. et Barcin. Si vir ſcieſit vxorem ſuam, duo Tarr. ſcierit, etiam habet tertius Tarr. ſed ſuam non habet. Si vir ſciens vxorem ſuam, Cont. et alij.

& non egerit pœnitentiam mulier) quæ non egerit pœnitentiam, Raim. uoce mulier omiſſa. vt editũ eſt, Iuo utrubique, et Palea.

ſed permanet in fornicatione ſua) ſic etiam Panor. et Palea. et pro ſed, Iuo in decreto. vox ſua omittitur in Gregor. et in veteri Tarr. ſed permanet etiam etc. alter Tarr.

& uiuit cum illa. vir reus erit) conuiuit pro viuit, Iuo in decreto. et coierit cum illa, vir reus peccati eius erit, Panor. et coierit vir cum illa, reus erit peccati eius, Palea. vixerit pro viuit, duo Tarr. eius pro reus, alter eorum olim, mox eius reus. et vir eius viuit cum illa, reus erit, vetus Gregor. vixerit cum illa, reus erit, Cont. et alij.

& eius peccati particeps) ſic etiam Raim, reus erit, peccati eius, et particeps moechationis eius, Iuo utrubiq. fornicationis pro moechationis, Palea, cetera, vt Iuo.

Quod ſi mulier &c.) ſic Raim. et Cont. Ante hæc "verba leguntur apud Iuonem hæc. Et dixi illi. "Quid ergo, ſi permanet in vitio ſuo mulier? Et "dixit. Dimittat illam vir, et vir per ſe maneat. Quid autem pro Quid ergo, habet Palea.

ad uirum) ſic Panor. ſuum, addunt Iuo in decr. et Palea, et Raim.

debet recipere peccatricem &c.) debet ſed non ſæpe recipere peccatricem, Raim. et Cont. non recipietur a viro ſuo? Dixit. Imo ſi non receperit eam vir ſuus, peccat, et magnum peccatum ſibi admittit. ſed debet recipere peccatricem, quæ pœnitentiam agit, ſed non ſæpe. Iuo in decreto. Ergo debet, pro ſed debet, Panor. et egit pro agit. numquid recipietur a viro ſuo? Et dixit. Immo ſi non recipit eam vir ſuus, peccat. Palea, ceteris omiſſis, non male.

Poſt verba huius capitis ſequuntur alia conſulto a nobis omiſſa, quia e Nouati ſchola ſumpta videtur, quamuis Nouatus Herm. ete, et Pio poſterior fuerit.

Cap. 4. Non ponitur) ſic in uno Tarr. quia ſub hoc titulo in Gregor. non eſt. ſed exſtat cap. 1. de officio iudicis ordinarij, et ſupra lib. 1. tit. 23. cap. 1. in hac collectione, ubi notas varietatis addidimus exceptis infra ſcriptis.

ulciſci, et iudicare) et, ante hæc verba addit unus Tarr. cum tamen olim ea voce caruiſſet. uindicare pro iudicare, Barcin.

populum conuocent) publicum conuocent, Barc. et vetus Tarr. publicum auxilium conuocent, alter Tarr. publicum conuocent auxilium, tertius Tarr.

ad praeiudicandum) ad iudicandum, Barcin.

ad ea) hæc in duob. Tarr. non ſunt.

proſequendum) proſequenda, duo Tarr.

Cap. 5. *Alex. iij Pariſienſi Epõ*) ex concilio Pariſienſi, Tarr. tres, et Raim. quibus addit Burch. lib. 16. cap. ult. cap. 3. ego in concilijs nõ inueni. In Barcin. hoc caput deſideratur. caput ſextum eſt in veteri Tarr. quintum autem, quod nobis eſt ſextum.

Maritis etiam ex ſola) vox ſola non eſt in tribus Tarr. neque in Greg. neque apud Burch. apud quem additur vox ſane poſt vocem Maritis, vt etiam in duobus Tarr.

& ipſi) vox et in veteri Gregor. ſolo non eſt.

accuſare poſſunt) et, ante hæc verba addũt Burch. et unus Tarr. et vetus Gregor.

Cap. 6. Alex. iij.) ſic Raim. et Cont. adde, Carnotenſi Epõ, in 14. libro regiſtri, ex cõcil. parte 50. cap. 21. Hoc eſt cap. 5. in Barcin. et in ueteri Tar.

Significaſti nobis &c.) adde, Pars cap. Cum ſacroſancta Romana. ex concil. Integra clauſula quæratur.

inſtinctu diabolico) diabolico inſtinctu, cõcil. omittunt hæc Raim. et Cont.

infra eccleſiam) ſic etiam Raim. in eccleſia, concil.

frequenter, ſicut aſſerit) hæc omittũt Raim. et Cõt. ſunt in concil.

quæ

que utrique) vox utrique non eſt in Gregor. ſcribendum, quæ vtique, vt eſt in concil. et in Barcin. et in tribus Tarr.

huiuſmodi delictum) vox delictum in veteri Tarr. ſolo non eſt.

nomen adulteri celant) ſic Raim. vox cælans in concil. prioris edit. deſideratur. nomine forte eſt in marg. concil. quod reiicio, vt editum eſt, in Suriana editione.

dicitur propoſuiſſe in præſentia tua) dicitur in præſentia tua depoſuiſſe, concil. prioris edit. in præſentia tua dixit, Raim. et Suriana concil.

ſuper quibus) ſic in concil. prioris edit. ſuper quos Raim. et Surius.

ab Apoſtolica ſede) hæc omittunt Raim. et Cont. ſunt in concil.

Nos igitur iuxta &c.) ego pro igitur, concil. prioris edit. mēdoſe. ergo, ſcribendū, ut eſt in poſt. Ideoque mandamus, quatenus, Raim. et Contius.

ut dignam) vt condignam, tres Tarr. et concil. quat. condignam, Raim.

imponens) impone-es, vetus Tarr. ſolus.

per aſperſionem aquæ) ſic in concil. benedictæ, addit Barcin. et Gregor. 9.

ſanctificando reconcilies) ſic etiam concil. recōciliare procures, Raim. et Cont.

ne contra Apoſtolum &c.) ſumuntur hæc ex Pauli epiſt. 1. cap. 8. ad Corinthios, et ex epiſt. 2. cap. 6.

& non) et ne, tres Tarr. et concil. et Raim.

vicinis presbyteris) cum, addunt ante hæc verba concil. prior. edit. et uetus Gregor. et duo Tarr. in quibus ea vox olim non fuerat. a pro cum, tertius Tarr. cū vicinis v. presbyteris, Cōt. et alij, et Suriana concil.

quos ſe) aut quos ſe, vetus Tarr. ſolus.

qui ſi purgare ſe potuerit) Quod ſi ſe purgare poterit, concil. quem ſi purgare ſe poterit, Raim. quē ſi purgare potuerit, vetus Tarr. quem pro qui, alter Tarr. cuius vetus ſcriptura fuit qui.

in officio) monaſterio, vetus Gregor. ſolus.

miniſtrare permittas) ſic etiam Raim. eum, addit ante hæc verba unus Tarr. permittas ipſum miniſtrare, concil.

Si vero non potuerit) poterit, cōcil. alioquin, Raim. et Cont.

nulla ratione poſtponas) ſic etiam concil. non poſtponas, Raim. et Cont.

TIT. XIIII. DE RAPTO-

ribus, prædonibus &c.) ſic in veteri Greg. vox prædonibus omittitur a Contio, et alijs.

& violatoribus eccleſiarum) hæc in vno tantum Tarr. deſiderantur.

CAP. 1. *ex concilio Meldenſi*) ſic etiā Raim. et Cont. et Palea 6. q. 3. cap. ult. addunt (c. 2.) Burch. lib. 11. c. 45. et Iuo parte 14. c. 109. decreti.

De illis autem, qui &c.) multa omittunt Raim. et Cont. quæ habent ceteri. his pro illis, uetus Tarr.

& rapinas) vox et non eſt apud Burch. et Iuo. et rapinam, Palea. et ibi rapinas, Raim.

peragunt) faciunt, vetus Gregor. ſolus.

vt excommunicentur) ſic Burch. et Iuo, et Palea. vt ab illius loci prælato excōmunicentur, Raimund.

ex parochia) illa, addunt Raim. et Cont. ceteri ea voce carent.

que perpetrarunt) ſic etiam Burch. Iuo, et Raim. quod pro quæ, vetus Tarr. quæ patrarunt, Palea.

ſenieri eorum, &) hæc omittunt Raim. et Cont. habent alij.

ne eos recipiant) ſic Burch. et Iuo, et vetus Grat. liber. recipiat, Palea. edit. nec pro ne, unus Tarr. nec eos recipiat, vetus Gregor. ne eos recipiat, Cont. et alij.

fecerunt) ſic Burch. et Iuo, et Palea, et vetus Gregor. fecerint, Cont. et alij.

& omnia) et ibi om nia, Palea ſolus. ſed in veteri libro olim non erat.

plenius emendent) ſic Burch. Iuo, et Palea. plene, vetus Tarr. et Raim. pro pleniter.

Cap. 2. ex concilio Lateranen.) ſic etiam Raim. et Cont. adde cap. 24. ex concil. cap. 9. ex hiſtoria Anglica Gull. Neubrigen.

Pars c. Ita quorūdam) vox Ita deſideratur in duobus Tarr. neceſſaria eſt, ut apparet ex cap. 6. de Iudæis in hac collect. et ex concil.

Excommunicationi quoque ſubdantur) Excommunicationis quoque pœnę ſubdantur, concil. et Gull. Excommunicationi ſubdantur, Raim. ſubdatur, Cont. et quidam alij mendoſe. Excommunioni, unus Tarr. et unus ex uet. Gregor.

aut alios) ſic Gull. et Raim. vox alios in concil. non eſt.

naufragium) naufragia, concil. tantum.

damnanda) ſic etiam concil. et Gull. damnata, Raim. quod non æque placet.

Cap. 3. rebus ſuis ſpoliare præſumunt) ſic Gull. et concil. ſpoliant rebus ſuis, Raim.

dicitur contingere quandoque quod) dicitur contigiſſe, quod quandoque, concil. parte 50. cap. 48. quandoque, Raim. et Cont. alijs omiſſis.

& cis)

& eis)ſic Raim.et cõcil.et his,unus Tarr.et eos, alter Tarr.quod non placet.
quoſdam etiam interdum occidunt)ſic etiam concil. occidere non uerentur,pro voce occidũt,Raim. vox etiam non eſt in vet. Tarr.occidere,quod eſt auditu terribile,non verentur,alter Tarr.pro verbo occidunt, quoſdam etiam, quod audire eſt terribile,interdum occidunt,tertius Tarraconen.
exceſſus huiuſmodi)non verẽtur,addit unus Tarr. tantum.
Kariſſimus &c.)omittunt hæc Raim. et Cont. ſunt in concil.
Rex Siciliæ W.)vox hæc W.neque in cõcil.eſt, neque in Gregor.in tribus Tarr.ita ſcripta eſt, vt finis eius etiam vocis ſignificetur VS,hoc eſt Willielmus.fuerunt autem duo Siciliæ Reges Willielmus cognomento Malus pater,et W.cognomento Bonus filius.
perſonis eccleſiaſticis &c.)ſic etiam concil.Epiſcopis,Raim.et Cont.alijs omiſſis.
ſunt prædita)ſupereminent,concil.
commiſeris)ſic etiam Raim.commiſit,concil.
quid de Sarracenis &c.)hæc omittunt Raim.et Cont.ſunt in concil.
qui fuerint)ſic in concil.qui ſunt,tres Tarraconen.
in tam nefario)ne fario,concil.alijs omiſſis in priori edit.in nefario,Surius.
ſuper quo)utique,additur in concil.
quod ſi ſales)vox ſi non eſt in Gregor.eſt in concil.
ſunt, uel in poſterum etc.)ſint,vel fuerint poſt modum etc. concil.exiſtentes,Raim.et Cont.alijs omiſſis.
eos pecuniaria)vox eos non eſt in vet Tarr.neq.in Gregor.
et etiam)ſic etiam cõcil.et Raim.et,in uno Tarr. non eſt,etiam,in altero aptius omittitur.
ea moderatione)ſic etiam Raim.ea tamen moderatione,concil.non male.
ita fuerit)ſic etiam Greg.9.fuerint ita,concil.
ſuper hoc grauis Sarracenorum exceſſus)graues pro grauis,concil.grauis exceſſus,Raim.et Cont.alijs omiſſis.
detruncationem)ſic Raim.truncationem, concil.
ipſam exercendam)ipſam,cõcil.altera voce omiſſa.utraque voce carent Raim.et Cont.
Cap.4.Nonbebergenſi)Herebergen.Barcin. Nebeberen.concil.d.parte 50.c.24.Burg.duo veteres Greg.Burgen.Cõt.et alij.Burgien.in marg. concil.Surianæ editionis.
Cum cauſam,quæ inter)quæ eſt inter,concil. cauſa pro cauſam,Raim.et Cont.non recte.
latorem præſentium)L.P.cõcil.prioris edit. obſcure,omittunt hæc Raim.et Cont.et Surius.
vertitur)hæc vox in concil.deſideratur.
tuæ commiſiſſemus &c.)hæc recte addit Cont.a Raimundo prætermiſſa;quæ ſunt etiam in concil.
aſſerit)aſſeruit,concil.et Cont.
fœmina quoque)ſic etiam Cont.vero pro quoque, concil.
ab illo)ab illius,Barcin.et duo Tarr.et concil.et Cont.
prius rapuit eam)ſic etiam Cõt.eam prius rapuerat,concil.
illa tamen uolente)nolente,concil.et Cont.
& poſtmodum priuſquam)ſic in concil. poſt quam pro priuſquam,vetus Tarr.vt poſtmodum, et priuſquam,Cont.non optime.
demum incluſa eſt in monaſterium monialium)vox monialium non eſt in Barcin.neque in Contiano;in quo eſt deinde pro demum.intus pro in, eſt in veteri Tarr.Deinde incluſa eſt in monaſterio monialium,concil.
ſedem duxit Apoſtolicam conſulendam)ſic etiam Cont.et Surius.quæſtionem duxit A.Con.mẽdoſe in concilijs eſt prioris edit.
dicitur admitti)dicatur admitti,concil.et Raim.
cum habuerit)ſic etiam Raim.cum habuit, vnus Tarr.et concil.priora.
mulieris aſſenſum)ſic Raim.aſſenſum mulieris,vnus Tarr.conſenſum mulieris,concil.
eam deſponſauerit)ſic multi Gregor.eam deſponſauit,vetus Gregor.deſponſauit eam,cõcil.prioris edit.
forſitan reclamarent)ſic in concil.a quibus eam dicitur rapuiſſe,addit Raim. deeſt in uet. ſcribit Cont.veterem appellans collect.1.ego eadẽ verba habeo in duobus veteribus Greg.ſumũtur ex verbis huius collectionis omiſſis a Raim. vox forſitan in Greg.non eſt.
cum poſt matrimonium carnis cõmixtione perfectũ) ſic etiam Raim.cum poſt carnis permixtionem matrimonium ſit perfectum, cõcil. prioris edit. vt editum eſt,Surius excepta voce commixtione,pro qua habet permixtione.
teſte Apoſtolo)Paul.epiſt.1.ad Corinth.cap.7.
non habeat)ſic etiam Raim.non habet,vet.Tarr. et concil.
ſi præceſſiſſet)ſi præceſſit,vetus Tarraconenſis ſolus.
canonicis)hæc vox in Gregor.non eſt;eſt in concil.
declarauerit)ſcribendũ, claruerit, vt eſt in trib. Tarr.et in concil.et in Gregor.
poſtmodum ſine aſſenſu viri)ſic in concil.et in duobus

bus veteribus Gregor.ſui viri, unus Tarr.habet: poſt matrimonium ſine aſſenſu viri, Cont.et alij.

non potuit femina) ſic in concil.potuerit pro potuit, vetus Tarr.ipſa pro femina, Raim.

aut aliter) ſic Raim.et concil.aut alter, tres Tarrac.

Nec ergo) Non ergo, duo Tarr.et concil.et Raimund.

rapta per vim) ſic etiã Raim. per uirum rapta; concil.

de monaſterio) ſic in concil.in pro de, Raim.non optime.

eius poterit) ſic in concil.viri pro eius, Raim.

dummodo probari nequeat.) ſic etiam concil.maxĩme ſi probari nequiuerit, uetus Greg. nequeat, alter vetus, et Cont.et alij.

profitetur) ſcribe profiteretur, vt eſt in veterĩ Tarraconen.et in concil.et in Gregor.

continentiam) continentiæ, vnus Tarr.ſolus.

Cap.5. Eugenius iij.) ſic etiam Raim.et Cont. uniuerſo clero, addunt concil.parte 34.cap.1.titulo de raptoribus, et eccleſiarum violatonb. et quãdo poſt peractam pænitentiam ſit neganda ſepultura eccleſiaſtica, niſi ſatiſdent de damno reſtituendo. Hoc fortaſſe caput ex cõcilio aliquo eſt.

Super eo, quod &c.) Super eo vero, et infra. Raimund. Recte autem Cont.addit. b eodem Raimun præter miſſa; quæ ſunt etiam in concil.voce vero excepta.

& eccleſiarum violatoribus) ſic etiam Cont, eccleſiarum, concil.alijs omiſſis non recte.

vel eorum oblationes) et oblationes eorum, concil.vel per eorum oblationes, Contius, non recte.

a nobis) ſic etiam concil.et Cont.eſt a nobis, vetus Tarr.

ſtatutum in concilio) ſtatutũ eſt in concilio, Barc. et unus Tarr.et Cont.ſtatutum, concil. alijs omiſſis.ſtatutur. eſt, et in concilio, alter Tarr.

ſtatuimus in conſtitutione ipſa &c.) vox ſtatuimus in vet. Tarrac.non eſt: ſtatuimus, et conſtitutionem ipſam etc.concil.ſtatuimus, Raim.et Cont. alijs omiſſis.

& beatorum) et ſanctorum, concil.

raptoribus, qui in urbe ſuggerente diabolo violenter ſubtraxerint) diabolo ſuggerente violenter ſurrexerint, concil.cetera, vt edita ſunt.ſubrepſerint, tres Tarr.pro ſubtraxerint.ſurrexerit, Barcin.vox violenter in duobus Tarr.non fuerat, ſed in altero mox addita ſuit.qui violenter ſurrexerint, Raim.et Cont.alijs omiſſis.

in rapina) ſic in concil.in rapinam, Raim.

ſiue in eccleſiarum violatione) ſic etiam concil. voce in carent duo Tarr.et Barcin.ſiue eccleſiarũ violationes, Raim.

deprehenſus eſt, vel amodo fuerit) eſt deprehenſus, etc.concil.fuerit deprehenſus, Raim.et Cont.alijs omiſſis.

firmam, & plenam) ſic etiam Raim.plenam, concil.alijs omiſſis.

pænitentiæ beneficium) ſic Raim.omne beneficiũ, concil.prioris edit.non optime. vt editum eſt, Surius.

eis penitus) eis, unus Tarr.ſolus altera voce omiſſa.

ad obitum) ſuum, addit vetus Tarr.tantum.

quod alijs) omittunt hæc Raim.et Cont.ſunt in concil.

ut fideiuſſores &c.) hæc etiam ab eiſd.ſunt omiſſa; in concil.leguntur.

concedatur) ſic in concil.concedantur, Raim.

ut fideiuſſores, ſicut diximus) hæc ſunt in concil.deſiderantur in Gregor.

pænitentiam quidem) pænitentia quidem, concil. prioris edit.et duo Tarr. pænitentia et quidem, tertius Tarr.ſollemnitas pænitentiæ, Raim.et poſterior concil.editio.

videtur) ſic Raim.et concil.videatur, tres Tarr. in quorum uno A expunctum eſt.

ſed viaticum non negetur) ſic in concil.denegetur, unus Tarr.ſed de peccato contrito viaticum nõ negetur, duo ueteres Greg.corde, addunt Cont. et alij.poſt vocem contrito. Mihi neutrum placet.

ſepultura illius) eius pro illius, unus Tarraconen. ſolus.

contra ſtatuta noſtra) contra ſtatutum noſtrum, concil. contra hæc, vetus Gregor. contra hoc, alter vetus, et Cont.et alij.

vel in morte pœnitentiam dare) pænitentias pro pænitentiam, concil.et Barcin.et tres Tarr.et vetus Gregor.vel morte pænitentias dare, alter vetus Raim.liber, et Cont.et alij.

ſepultura illorum) ſic in concil.eorum pro illorũ, unus Tarr.ſepulturæ, Gregor.9.altera voce omiſſa.

vel eorum) vox eorum in uno Tarr.ſolo deſideratur.

attemptauerit) ſic etiam duo ueteres Gregor.attemptauerint, tres Tarr.et cõcil.et Cont.et alij.

ſi huiuſmodi) ſeu pro ſi; Barc.et tres Tarr.et Raimund.ſeu huius, concil.prioris edit.ſeu huiuſmodi, Suriana editio.

Cap.6. Alex iij Claremontino Ep̃o) ſic etiam in concil.d.parte 34.cap.2. Laremontino, in marg. concil.prioris edit. Claromont.duo veteres Gregor.

gor.et Suriana cõcil. editio, Claremonten. Cõt. et alij. Recte autem Raim.ordinem mutauit capitum, rationem temporum ſecutus.

In litteris tuis) In, voce vetus Tarr.et cõcil. carẽt. eſt in Gregor.

quas l.lator præſentium detulit)exhibuerat,concil. exhibuit,Barcin.et vetus Tarr.totam clauſulam omittunt Raim.et Cont.

quod cum pater eius)ſic in concil.vox cum in vet. Tarr.non eſt.quod cum H.Raim.et Cont.alijs omiſſis.

fuiſſet criminib:~)criminibus eſſet,vetus Gregor. ſolus.

quæ per appoſitionem ignis eccleſiarum excidiũ) qui pro quæ,concil.non male,et tres Tarr.et vetus Gregor.qui eccleſiarum excidium,alter vetus. qui eccleſiarum incendium,Cont.et alij.incendium pro excidium,Surius.

diabolo inſtigante commiſerat)ſic etiam Raim.cõmiſerit,vetus Tarr. ſuggerente pro inſtigante, concil.

in vltima ægritudine) vox vltima non eſt in Gregor.ſit licet in concil.

confeſſus eſt ſi peccatorem,&)hæc omittũt Raim. et Cont.ſunt in concil.

fuit a ſententia abſolutus anathematis) anathematis abſolutus,concil.excommunicationis abſolutus,vetus Gregor.fuerit a ſententia excommunicationis abſolutus,alter vet.Greg.fuerit a ſententia excommunionis abſolutus,alter vetus.alias anathematis,idem,vt in cõcilijs,Cõt.et alij.

f.s.per A.ſ.pr.m.quat.)frat.tuæ etc.quatenus,cõcil.alijs omiſſis.mandamus,vt,Raim.alijs quoque prætermiſſis.

patris l.ſupradicti)ſic in concil.hæc omittũt Raimund.et Cont.

quibus per)quib.ille per, tres Tarr. et concil.et Raim.plenius.

irrogauerit)irrogauit,concil.irrogauerat,Raim.

a peccato)illo,addit vetus Tarr.ſolus.

valeat liberari)debeat liberari,vnus Tarr.tantũ.

Cap.7.Idem Lucen.)Lucẽſi Epo,duo Tarr.et cõcil.d.parte 34.c.3.et parte 50.c.52.

Pars c.Conſuluit)hæc in concil.non ſunt.Integra clauſula extat ſub titulo qui clerici,vel vouentes cap.7.in hac collect.

De ſecunda vero)vox vero in ſolo veteri Tarr. non eſt.

eius quem)illius,qui,vetus Tarr.tantum,non recte.illius,quem,non diſpliceret.

violatione)ſic in cõcil,d.c.52.in violatione,d.c.3.

pro eo (*ex eo*) pro eo, Barcin. et tres Tarr.et d. c.52.alijs omiſſis.pro eis,d.c.3.alijs item omiſſis.

quia laborans)ſic d.c.3.qui pro quia, Barcin.et d. c.52.vox quia deſiderabatur olim in vno Tarr.

tenuerit)ſic in concil.vtrubiq.ſed in marg.d.cap. 3.forte meruerit.meruit,vnus Tar. omittitur in Barcin.forte obtinuerit,Surius.d.c.52.

relaxatum)ſic olim in vno Tarr.,mox relaxari, quod eſt in cõcil.vtrubiq.relaxationẽ,alter 1 ar.

propinquo)ſui,additur d.c.3.eius,d.c.52.

TIT.XV.DE VSVRIS.

CAP.1.*Alex.iij.in concilio Turonen.*)ſic in concil.parte 16.cap.9.titulo de vſuris.Alex.iij. Barcin.alijs omiſſis. Vicon.Epo,vetus Gregor. non recte. Vicen.et Tur.alter vetus mendoſe:vt editum eſt,Cont.et alij.Adde cap.2.ex Pontificali;ſiue cap.5.ex Gull.Neubrigen.

Plures clericorum &c.) Recte Cõt.addit a Raim. prætermiſſa,quæ ſunt etiam in cõcil.et in Pontif.et apud Gull.

& quod mærentes dicimus, eorum quoque qui) ſic Pontif.et Gull.et Cont.eorum quia,concil,alijs omiſſis non ſine mendo.

profeſſione vocis)ſic concil.et Cont. cõditione vocis,Pontif.profeſſione,vociſq.Gull.

& habitu)ſic Pontif.et Contius.religionis,addũt concil.et Gull.

a canonibus vſuras)dum communes vſuras, Barcin.et tres Tarr.et Pontif.et Gull.et Cont.communes vſuras,concil.

quaſi manifeſtas) vox quaſi in vet.Tarr.non eſt.

exercentes)exercent,vetus Tarr.exhorrent,Barc. et duo alij Tarr.et Pontif.et Gull.non exercẽt, concil.

commodatæ pecuniæ)ſic Pontif.et Gull.cõmodata autem pecunia,concil. commodantes pecuniam,Barcin.et Cont.

indigentibus)egentibus,Cont.ſolus.

poſſeſſionem)poſſeſſionem, concil. tantum prioris edit.non optime.

percipiunt)recipiunt,concil.poſter. edit.tantum.

decreuit auctoritas)ſic Pontif.decreuit pro decernit,Gull.et Raim.et concil.auctoritas decreuit, vetus Tarr.

nullus amodo)vox amodo a Raim.et Contio eſt omiſſa,habent alij,Pontif.concil.et Gull.

& ſi aliquis alicuius poſſeſſionem) ſi quis pro ſi aliquis,tres Tarr.et Raim.et ſi quis hactenus alicuius poſſeſſionem,Pontif.et Gull.et ſi aliquis hactenus poſſeſſionem alicuius,cõcil. penſionem pro poſſeſſionem,vetus Tarr.non optime.

ſub hac ſpecie)ſic Pontif.et Gul.et cõcil.et duo veteres Greg.vel conditione, addũt Cõt.et alij.

pignus accepit)in pignus accepit,Pontif.et Gull. et duo Tarr.in pignus acceperit,tertius Tar.et cõcil.et multi Greg.in pignus habuerit,vel.Raimundi liber.

ſi fortem ſuam)vox ſuam in concil.deſideratur, habent alij.

deductis)ductis,Barcin.non recte.

iam perceperit)ſic in concil. iam percepit, Gull. et Raim.iam recepit,Pontif.

Si autem aliquid) ſic Gull. et concil. et multi Gregor. aliquod, Pontif. aliquis, vetus Raim. liber.

eo recepto) quod deeſt, addunt concil. tantum.

poſſeſſio libere ad dominum reuertatur) ſic Gull. et Raim. requiritur, Pontif. poſſeſſionem ei reſignet, concil.

Quod ſi poſt huiuſmodi conſtitutum) ſic Pontif. et Gull. conſtitutum, Raim. et Cont. Si autem, concil. alijs omiſſis.

in clero quiſquam extiterit) ſic Pontif. et Gulliel. et Raim. quis in clero extiterit, concil.

deteſtandis) ſibi, addunt concil. tantum.

officij periculum) beneficij pro officij, concil. tantum. et in marg. officij. in priore editione.

niſi forte) vox forte a Gull. ſolo eſt omiſſa.

hoc modo) hæc in concil. tantum deſiderantur.

de manu laici) ſic Raim. laica, Pontif. et Gull. laicali, concil.

videatur) uidebatur, Gull. ſolus.

Cap. 1. Ex concilio Lateran.) Idem in concilio Lateran. Raim. et Cont. adde cap. 25. ex cõcilijs. nõ 26. vt eſt apud Cont.

ita crimen uſurarum inualuit) ſic etiam Raim. tantum vſurarum ita inoleuit, concil. mendoſe. crimen pro tantum ſcribi potuit.

vt multis) ſcribendum, vt multi. quod eſt in concil. et in tribus Tarraconenſibus, et in Gregor.

vſuras exerceant) vſuram pro vſuras, vetus Tarrac. ſolus.

vtriuſque teſtamenti) tituli pro teſtamenti, concil. tantum non ſine mendo in priore concil. editione.

condemnentur) condemnentur, Barcin. et concil. et Raim.

non attendans) nequaquam pro non, concil. et Raim.

Ideo conſtituimus, vt) ſic in concil. et in veteri Gregor. Ideoq. pro Ideo, in altero veteri. Ideoq. conſtituimus, quod, Cont. et alij.

oblationem eorum) ſic Raim. eorum oblationem, concil.

quiſpiam) quiſquam, concil. et tres Tarraconen. et Raim.

aut Chriſtianæ) ſic vetus Gregor. vel pro aut, alter vetus, et Contius, et alij. eos, addit editis unus Tarraconen. aut eos Chriſtianæ, concil. habent.

& ea, quæ accepit) acceperit, concil. et duo Tarraconenſes. et quæ acceperit, Raimundus, et Contius.

Cap. 3. Alexander iij.) Idem, Barcin. et Raim. vt editum eſt, concil. d. parte 16. c. 1.

Panormitano Archiepo) ſic etiam Raim. Pñ. Archiepo, cõcil. non recte in priore editione. at Surius, vt editum eſt.

Super eo uero quod a nobis) Recte Cont. addit a Raim. omiſſa, quæ ſunt etiam in concil. excepta voce vero. Super eo, et infra. vetus Gregor. vero additur in altero veteri, et apud Cont. et alios. ſub iſto infra continetur, quod a nobis tua fraternitas poſtulauit, etc. Oſtien. in marg. veteris Gregor. vox vero in Barcin. non eſt.

tua deuotio) tua diſcretio, concil, et Cont. et duo Tarr. diſcretio tua, tertius Tarr.

utrum poſſit in recipienda &c.) ſic etiam concil. et Cont. vtrum poſſit diſpenſari, quod recipiatur pecunia ad vſuras, Oſtien. vbi ſupra. Vtrum diſpenſatio fieri poſſit, in recipienda pecunia ad uſuram, vetus Tarr.

vt pauperes &c.) ſic etiam concil. et Cont. vt captiui redimantur, Oſtien.

præſentibus tibi litteris duximus reſpondendum) ſic in concil. (præſentibus litteris tibi) Reſpondemus, Cont. vox tibi in vno Tarr. non eſt. tibi reſpondemus, etc. Oſtien.

non videmus adhibendam) non vidimus admittendam, cõcil. prioris edit. poſſe fieri nõ uidemus, Raim. et Cont. uidemus pro uidimus, Surius. cetera, vt in concil.

Cum ſcriptura ſacra prohibeat) ſic etiam Raim. et Surius. prohibeatur, concil. prioris edit. locus ſacræ ſcripturæ quæratur ab alijs.

vel pro alterius) vox vel omittitur a Raim. et Contio non ſine lata culpa. eſt in concil.

eſt prohibendus quis, ne) prohibendus eſt quis, ne, Raim. et tres Tarr. prohibendum eſt, ne quis, cõcil. eſt prohibendum, ne quis, Barcin.

pro redimenda) etiam, addunt Raimundus, et Contius, ante hæc verba, in redimenda, concil.

Cap. 4. Idem Cantuar. &c.) ſic etiam Raimund. et Cont. Idem, concil. d. parte 16. cap. 3. alijs omiſſis.

ſuffrag.) ſuffraganeis, vetus Gregor. apertius.

vt liceat tibi clericos tuos, qui) ſic etiam in concil. vt eos, qui, Raim. et Cont. alijs omiſſis.

in pignore) in pignoribus, Barcin. tantum.

ſortem ſuam) voce ſuam carent Raim. et Cont. eſt in concil. ſi, addit ante hæc verba Barcin.

inde iam) omittunt hæc Raim. et Cõt. et Surius. inde eam, concil. prioris editionis.

ſine exactione) ſic in cõcil. prioris editio. ſine vſurarum exactione, Raim. et Cõt. et Surius. quod vix probo.

cõpellere) ſic etiã in cõcil. cõpellas, Raim. et Cõt.

Cap. 5. Salernitano Archiepo) ſic etiã Raim. Epo, concil. d. parte 16. cap. 5.

Cum

Cum tu ſicut aſſeris, manifeſtos)Cum,ſicut tu aſſeris,manifeſtos, concil.et vetus Tarraco. Cum tu manifeſtos,Raimundus,et Cont.alijs omiſſis.

ſ.qui in illo &c.)hæc uſq.ad illa,iuxta decretum, omittunt Raimund.et Cont.ſcilicet pro ſ. concil.

peccato deceſſerint)deceſſerunt,vetus Tarr.deceſſerunt peccato,concil.

quod nuper)ſic in Gregor. vox quod in concil. non eſt.

promulgatum eſt)ſic Raim.vox eſt in concil. deſideratur.de concilio Lateran.hæc intelligenda ſunt.

praeceperis)ſic etiam cōcil.communione altaris, et eccleſiaſtica præceperis,Raim.

donec reddatur,quod)donec reddant,quæ,concil. reddant pro reddatur,unus Tarraconen.et Raimund.

receperant)ſic Raim.receperint,concil.

quidam eorum dicunt &c.) omittunt quædam Raim.et Cont.quæ ſunt in concil. vox dicunt in duob.Tarr.non eſt.

non ſufficere)aſſerunt,additur in eiſd.duob.Tarrac.

partem uſurarum, quas)quā,unus Tarr.ſe partes uſurarum,quas,concil.

extorſerant)extorſerunt,concil.

confitentur)profitentur,concil.

ad excuſandas excuſationes in peccatis) ſumuntur hæc ex pſalmo 140.

inprudenter)ſic in duob.veterib.Gregor. impudenter,concil.et Cont.et alij.

nec aliquos &c.)hæc recte addit Contius a Raimund.prætermiſſa,quæ ſunt etiam in concil.alios pro aliquos,duo Tarr.ſed in altero mutatum eſt.

interdictum noſtrum)vox noſtrum neq.in cōcil. eſt,neq. in Contiano libro,neq.in veteri Tarrac.

duximus t.d.reſpondendum)tuæ pro t.duo Tarr. diſcretioni tuæ reſpondemus, concil.ſ.t.reſpondemus,vetus Gregor.alijs omiſſis.ſia.t.t.r. Contius,et alij.

extorſerint) ſic etiam Raimund. extorſerant, vetus olim Tarraconenſis. receperint, concil.

per poenam)ſub pœna, concilia. pœna, Barcin.

eas his)vox eas in ſolo uet. Tarraconen.deſideratur.

extorſerint)ſic in concil. extorſerunt, Raimundus.

unde ipſas &c.)ſic in concil.et in veteri Gregor. vox ipſas in ueteri Tarraconenſi non eſt. unde ipſis poſſint eas reſtituere, Contius, et alij.

iuxta uerbum beati Auguſtini)ſumitur hoc ex epiſt.54.ad Macedonium.,refertur ab Iuone parte 13.cap.4.et parte 15.c.25.decreti,et a Grat.14. q.6.c.1.et a Boniſ.8.cap.4.de regulis iuris.Non recte apud Iuonem dicitur in epiſt.ad Armentarium,et Paulinam.

Non remittitur peccatum)remittetur pro remittitur,Auguſt.et Iuo.utrubique.remittatur, concil.et uetus Gregor.Peccatum non dimittitur, Boniſ.vt editum eſt, Grat.et Contius,et alij, ſed in tribus veteribus Grat.libris eſt remittetur.

de facultatibus)in pro de, duo Tarr.et concil.et Raim.

de quibus)ſic in concil.unde,Raimundus,et Contius.

illa pœna)ſic etiam in concil.ulla pro illa, Raimund.

euidenter) ſic Raimund.non eſt hæc vox in concil.

ipſarum pretia)ſic etiam Raim.ipſa pretia, concil.

a pœna illa)ſic etiam vetus Gregor.iſta pro illa,concil.neutra vox eſt in Contiano,et alijs.

a peccatis poſſent qua)a peccato,quod, concil.a peccato poſſunt, quod, vetus Gregor. poſſint, Cōt.et alij,cetera,ut uetus.poſſint pro poſſent, duo Tarr.poſſunt liberari,tertius Tarr.uetus olim,mox poſſent liberari.

extorſionem incurrerant, liberari) vox liberari in veteri Tarr.alio loco poſita eſt.incurrerunt,pro incurrerant,uetus Gregor.vt editum eſt, Cont. et alij.extorſiones incurrerunt,poſſint liberari, concil.

Cap.6.*de frugibus pignorum*)fructibus malo, quā frugibus,ut eſt in duobus Tarr.et in concil.in marg.de fructibus arborum, eſt in uerborum editione.

uel aliunde)uel animalium,concil.ſed in marg. vt editum eſt.

perceperint)receperint,concil.

per excommunicationem) per excommunicationis ſententiam,concil.

ſine ap.re.)vox ſine in Barcin.non eſt.ſub.pro ſine,unus Tarr.habet.ſublato appellationis remedio,concil.

Cap.7. *Lunden.* *Epo*) hæc in concil.deſiderantur.

Ex tranſmiſſa)nobis,additur in concil.

Scalers)Eſcalers,duo Tarr.Schalers, Barcin.omittitur hæc vox in concil.

nobis innotuit) vox nobis in concil.non eſt..
pater eius) qui eſt, addunt concil.et Barc.et tres Tarr.
de Dulecham) Duelecham, uetus Tar. Dulſechã, alter. Dullecbam, tertius. Adbutendam, Barcin. de Dullis, concil. de Dullen, in marg.
Warſinia) Vuardone, concil. Warneſiniæ, unus Tarr.
ſortem ſuam) et ultra, additur in concil. ſed ea verba poſtea habemus.
receperunt) receperint, concil. et unus Tarr. in quo, vt editum eſt, olim fuerat.
eam tamen) vox tamen in duob. Tarr. non eſt.
& religioſis) hæc omiſſa ſunt in uno Tarr. ſunt in concil. integra.
a peccatorum) e pro a, concil.
f.t.per A.ſ.m.atq.pr.qua.) fraternitati tuæ etc. quatenus, concil.
diligentius) diligenter, duo Tarr. et concil.
receperint) ſic in concil. receperunt, unus Tarraconen.
uel ſi) et ſi, tres Tarr. et concil.
ap.re.) appellatione remota, concil. apertius.
memorato T.) ſic in concil. ſed in marg. Teſaleyſi pro T. credo eſſe repetendum nomen initio huius capitis ſcriptum.
Cap.8.Ianuen. Archiepõ) Ianuenſi Epõ, concil. d. parte 16. cap. 2. Ian. Archiepõ, vetus Gregor. Genuen. Archiepõ, Cont. et alij.
pars cap. Fraternitas tua) hæc omittunt Raim. et Cont. Fratrum, unus Tarr. Pars capituli, Tua fraternitas. concil. aptius. Integra clauſula exſtat cap. 7. de ſponſa duorum.
quod quidam) ſic in ueteri Gregor. et in concil. quod cum quidam, Cont. et alij.
ſeu cinamomum) ſic editi Gregor. ſeu cyminum, concil. et uetus Raim. liber. ſeu ciumenum, Barcin. non recte. et balſamum, addit unus Tar.
non valebam) non valent, concil. et Raim.
per publicum inſtrumentum) hæc omittunt Raim. et Cont. ſunt in concil.
ſi eis) ſeillis, concil. et duo Tarr. et Raim.
illas merces) vox merces in ueteri Tarr. non eſt. vox illas neque in concil. eſt, neq. in uet. Greg. vt editum eſt, Cont. et alij.
licet a te) conſpirarunt omnes libri cõtra unum Tarr. quem fueramus ſecuti, autem pro a te, ſcribentes; concilia, Barcin. et tres Tarraconen. et Raim.
ex forma) ſic in concil. et in ueteri Gregor. ex tali forma, Cont. et alij.
tempore quo &c.) ſic etiam in concil. ſolutionis tempore. Raim. et Cont. alijs omiſſis.
bene conſulant) conſulent, vetus Tarr. et Barcin. aptius. conſulerẽt, duo alij Tarr. et concil. et Raimund. non male.
nequeant occultari) ſic uetus Gregor. nequeunt pro nequeant, concil. et Cont. et alij. occultari non poſſunt, vetus Tarr.
Cap.9.Pars cap. Licet uniuerſis) Hæc omittunt Raim. et Cont. Integra clauſula exſtat in concil. parte 20. cap. 2. ex quo ſumitur cap. 1. de foro competenti in 2. collect. ſiue cap. 23. de teſtib. in Gregor. et cap. 2. de Iudæis in 2. collect.
parochianis veſtris) ſic in concil. tuis pro veſtris, Raim.
uſuram accipere) ſic etiam concil. uſuras recipere, duo Tarr. et Raim.
omnimodis interdicatis) omnib. modis interdicatus, concil. interdicas, Raimundus, alijs omiſſis.
quia uſurarum &c.) ſic etiam in concil. omittunt hæc Raim. et Cont.
utriuſq.t.) teſtamenti, duo Tarr. et concil. et cap. 2. et 3. huius tituli.
Quod ſi monitis ueſtris parere) ſic in concil. qui ſi. parere, Raim. et Cont. alijs omiſſis.
ſi clerici ſunt) ſic etiam vetus Gregor. et concil. ſint pro ſunt, Cont. et alij.
ſuſpenſos cum litteris etc.) ſic in concil. ſuſpendas, Raim. et Cont. alijs omiſſis.
cum litteris) veſtris, additur non male in concil. u. in uno Tarr.
ſi laici fuerint) vox fuerint a Raim. et Contio eſt omiſſa. exſtat in concil.
ipſos uinculo excommunicationis cõſtringatis) aſtringatis, vetus Tarr. et Barcin. aſtringas, Raim. vinculo excommunicationis eos aſtringatis, concil.
Cap.10.S.Laurentij) ſancti pro S. tres Tarr. et Raim.
G.clericus) ſic in uet. Gregor. C. pro G. Cont. et alij. uox clericus in duob. Tarr. olim non fuerat, in altero eorum addita eſt.
præſentium lator &c.) hæc recte addidit Contius omiſſa prius a Raim.
nobis obligauit) mendoſe Cont. nobis pro uobis.
ſortem ueſtram) vox veſtram in uno Tarr. non eſt. habet Contius.
terram tamen ipſam) vox terram omittitur a Cõtio. vox tamen in veteri Tarr. non eſt.
honeſtatis) et honeſtatis, Cont.
per A.ſ.pr.) vox pr. in ueteri Tarr. non eſt. omnia omittunt Raim. et Cont.
ſortem ueſtram) vox veſtram omittitur a Raim. et Contio.
dilatione, & ap.ceſ.) hæc etiam omittunt Raim. et Cont.
& in pace &c.) hæc itidem ab eiſd. ſunt omiſſa.

&

& quitte)hæc in uno Tarr.non ſunt.

niſi forte terra ipſa)vox forte in Gregor.non eſt. illę duę voces,terra ipſa,in uno Tar.deſiderãtur.

Cap.11.Alex.iij.)Idem,Raim.et Cont.aptius.

Tua nos)ſic etiam Raim.Quia tua nos,Barcin.

in crimine uſurarum)crimẽ pro crimine,duo Tarrac.crimen uſurariorum, tertius Tarr.voce in omiſſa,non recte.

aut extraneis)aut de extraneis,vetus Gregor.ut editum eſt,Cont.et alij.

bona uſurarum)ſcribe,uſurariorum,vt eſt in Barcin.et quattuor Tarr.

qua parentes)ſic etiam vetus Gregor. ſui, addit Cont.et alij.

contra heredes)circa pro contra,vetus Gregor.cõtra,Cont.et alij.

Cap.12.Brixienſi presbytero)presbytero Brixienſi,tres Tarr.utramque uocem omittunt Raim. et Cont.

in quo ſacerdotalis &c.)hæc etiam ab eiſdem ſunt omiſſa.

pecuniam credit)ſic etiam Raim.concredit,unus Tarr.

non alias parabolam &c.)aliter pro alias,Raim. non alias, ideſt non aliter prorogat terminum, quo tenetur debitor per iuramentum ſoluerę certa die.Tancr.

Item & an)vox et in vet.Tarr. non eſt. vox Item a Raim.eſt omiſſa.Itẽ quæſiuiſti,et an, Barcin.non recte,niſi et deleatur.

non abſimili)conſimili,Barcin.et Raim.

prolixi temporis)ſic etiam vetus Gregor.prolixioris temporis,Cont.et alij.

Verum quia quid)ſic etiam Raim.vox quia non eſt in uno Tarr.

Luca)non eſt hæc vox in ueteri Gregor.tantũ.

manifeſte)hæc vox in duobus Tarr.non eſt. ex ſtat in Gregor.

Date mutuum nihil inde ſperantes) Lucæ c.6.ita ſcriptum eſt. Verumtamen diligite inimicos veſtros;benefacite,et mutuum date nihil inde ſperantes. πλὴν ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν, καὶ ἀγαθοποιεῖτε, καὶ δανείζετε μηδὲν ἀπελπίζοντες.vox inde in Græcis verbis non eſt.Nec ſolum ad mutuum,ſed ad omne beneficium referri hæc poſſunt,vt ita ea faciamus,ſine ulla ſpe commodi.

huiuſmodi)et huiuſmodi,unus Tar.vox et nõ eſt in Gregor.

omnis uſura,et ſuperhabundantia)verba ſunt Ezechiel.c.18.πλεονασμὸς eſt illic ſuperhabundantia:hoc eſt,quod plus eſt. Videndus Hieronym. apud Grat.14.q.3.c.2.et apud Iuon.parte 13.cap. 18.decreti,et lib.3.tit.13.c.5.Panor.

TIT. XVI. DE CRIMINE

falſi)ſic etiam Raim.et Cont.De falſis teſtibus, Barcin.

CAP.1.*ex concilio Eliberitano*)Elibertano,Barcin.et tres Tarr.et Burch.li.16.c.18. Elibertino,quartus Tarr.et concil.1.edit. Eliberino,concil.2.et 3.edit.adde cap.74.ex concil. non cap. 10.ut habet Burch.

punietur)abſtinebit,concil.abſtinebitur,Burch.

& probauerit)ſic Burch.et ſi probauerit,concil.

diu tacuit)ſic etiam Burch.tacuerit,concil.

penitebit)abſtinebit,concil.abſtinebitur, Burch.

abſtinere)abſtineri,concil.1,edit.et Burch.abſtinere,concil.2.et 3.edit.

Cap.2.Auguſtinus)ſic Raim.et Cont.ex dictis Auguſtini,Burch.lib.16.c.12. Auguſtin.ad Caſulanum, Grat. 11.q.3.cap.80. quiſquis. Aug.in 4na de L.homilijs,Deuſdedit cap.2.ſunt autem verba Iſidori lib.3.de ſummo bono cap.59. ex quo libro alia multa capita ſunt apud Grat.11. q.3.alijs inſcripta.Admonuit autem me huius rei doctus vir amicus meus.

Falſidicus teſtis &c.)Ante hæc verba addi potuit,Pars cap.Et ſi mendacium,ex Iſidoro.Integra clauſula hæc eſt.Etſi mendacium gratis dicitur,quanto magis ſi venale quæratur? neque enim deerit multiplex conuentus falſorũ,ſi tantum præſentia ſit nummorũ.Alia verba Burch. refert,quæ multo libentius exponam.Falſus teſtis,dicit Salomon,non erit impunitus.Qui falſum teſtimonium profert contra proximum ſuum,extinguetur lucerna eius in die vltimo.Qui metu etc.Falſidicus etc.Salomonis verba ſunt prouerbior.cap.19.cetera nõ inueni. Falſus pro Falſidicus,fuit olim in uno Tarr.Teſtis falſidicus,Iſidor.vt editum eſt,Burch. et Raim.

cuius præſentiam)ſic etiam Burch.et Raim.quem periurando,Iſid.

deinde iudici)ſic etiam Burch.et vetus Gregor. inde pro deinde,Cõt.et alij.et ſequenter iudici, Iſid.malo conſequenter.

Vterque reus &c.)ſic etiam Raim.et Cont. Ante hæc verba ſunt alia apud Iſidorum non pauca; quorum initium eſt. Teſtibus falſis coniunctis tarde mendacij falſitas reperitur.quod ſi ſeparati fuerint,examine iudicantis cito manifeſtantur.etc.Apud Burch.hæc tantum ſunt.Si falſi teſtes ſeparantur, mox mendaces inueniuntur. Additur ab Iſidoro. Nam ſicut in vnitate prauorum grandis eſt fortitudo, ita in ſeparatione maior infirmitas.Fraudulentia cito reprehenditur,cũ mendaciũ falſidicorũ ſibi conuenit. Vnũ pęne crimẽ habẽt,et qui falſitatẽ promit,et qui ſupprimit veritatẽ:quia et ille obeſſe vult,et iſte

peior eſt autem teſtis, qui lædit; quam qui præſtare nolit. nã ille malignus eſt, iſte inutilis. Iniquus teſtis, quãuis ſua facultate corpori, rebuſq. officiat, animæ tamen nihil oberit, immo maximum lucrum confert, ſi impetitus æquanimiter tulerit. erit autem ille apud Deum condemnatus, qui aduerſus innocentem falſum teſtimonium vel dicit, vel dicentibus credit. Nam non ſolũ ille reus eſt, qui falſum de alio profert; ſed et is, qui cito aurem criminibus præbet. Ex his verbis tantum poſtrema inueni apud Grat. d. q. 3. cap. 77. non ſolum. qui ſcribit, ſed etiam is, qui aurẽ cito etc. et pro etiã, eſt in veteri Grat. libro. vox ille in alio veteri nõ eſt, qui aliquo pro alio habet. inſcribitur id caput, ex octaua ſynodo, pro ex Iſidoro. ex viiij. pro viij. eſt in veteri Grat. libro. Poſt hęc verba ſequitur apud Iſidorum. Qui metu poteſtatis veritatem occultat, eiuſdem veritatis iracundiã ſibi cælitus prouocat: quia plus pertimeſcit hominem, quam diuinam trepidet indignationem. Hæc præpoſtere ſcripta ſunt a Burch. qui ea ante illa, Falſidicus teſtis, ſcribit hac varietate. Qui metu cuiuſlibet poteſtatis etc. iram Dei ſuper ſe prouocat; quia magis timet hominẽ, quam Deum. At Deuſdedit, et Grat. d. cap. 86. Quiſquis metu cuiuſlibet poteſtatis etc. vt Burch. ſed in ueteri Grat. libro eſt, Qui pro Quiſquis. Poſtremo addit Iſidorus. Beatus, cuius teſtimonio innocẽs a ſcelere oborto purgatur. impius, cuius proditione etiam iniquus perimitur. neque enim decet Chriſtianum morti obnoxium prodere; et ad effundendum ſanguinem infelicium voce teſtificationis præbere ſermonem. Iuſti enim tantum ad miniſterium debent eſſe ſalutis: ira vero indignationis, et tribulationis, et immiſſiones per angelos malos* Hic ſinus mendoſus eſt d. c. 59. Iſidori. apud Grat. d. c. 80. poſt verba ali i relata eſt, et poſt pauca, vterque reus eſt etc. fortaſſe tum alia, tũ hæc, de quibus agimus, Iſidorus ſcripſit. Apud Burch. ante illa verba (Beatus, cuius) hæc ipſa refert, in hunc modum. Vterque reus eſt, etc. Beatus, cuius teſtimonium in conſpectu Dei probabile inuenietur.

quia & ille) vox et non eſt in duob. veterib. Gregor. neque in vno veteri Grat. libro. eſt apud Iſid. et Burch. et Grat. et Cont. et alios. et quia et ille. habet vetus Tarr. non recte.

Cap. 3. Alexander iij.) Ante hoc caput eſt in Barcin. titulus 17. De falſarijs. et ſub eo cap. un. nam ſupra eſt illic titulus 16. De falſis teſtibus. Adde autem Wigorn. et NorWicen. Epiſ. ex concil.

Pars cap. Perſonis eccleſiarum) malo Perſonas, ut eſt in Barcin. Integra clauſula uidenda ſub titulo de appellationibus c. 4. et in concil. parte 10. cap. 5. NorWicenſi Epo. ſupraſcripta verba in concil. non ſunt parte 26. c. 3.

Ad hæc de ſacerdote illo) De ſacerdote, concil. alijs omiſſis.

quas nobis miſiſti, falſauit) falſauit, quas tibi miſimus, concil.

diſcretioni tuæ præſentium auctoritate præcipimus, vt) diſcretioni veſtræ etc. ut, concil. alijs omiſſis. ueſtræ pro tuæ, malo, cetera pleniora edidimus.

ſi inueniri poſſit) poterit, concil.

ſacerdotali) ſacerdotis, concil.

ſe talia commiſiſſe defleat.) defleat commiſiſſe, tres Tarr. vox talia in ueteri Tarr. non eſt. ſe. taliter defleat commiſiſſe, concil.

deprehendere) comprehendere, concil.

tradas donec) retrudas, donec, concil.

Apoſtolicum ſuſceperis inde mandatum) vox inde aliquando in veteri Tarr. non erat. inde Apoſtolicum ſuſceperitis mandatum, concil.

TIT. XVII. DE SORTILEGIS

gis) De ſortilegijs, vnus Tarr. et Raim. et Cõt. hic eſt tit. 18. in Barcin.

CAP. 1. ex pænitẽtiali Theodori) Quis hic Theodorus fuerit, refert Rabanus Maurus in epiſt. ad Hũbertũ Epm, quota generatione licitũ ſit connubium.

vel in codicibus) vox in non eſt in duob. Tarr. neque in Gregor. aut alijs, additur in eiſdem Gregor.

ſorte futura) forte pro ſorte, unus Tarr. ſorte furta, Raim. Requiſiſti ſortes in codicibus, vel tabulis, Burch. cap. prox.

requirenda) inquirenda, vetus Gregor. ut editum eſt. Cont. et alij.

aut nullus &c.) hæc uſq. ad illa, nec diuinationes, omittunt Raim. et Cont. habet Burch.

in pſalterio, vel in) vox in neutro loco eſt in vet. Tarr. in pſalterijs, et in euangelijs, Burch.

nec diuinationes &c.) quæ ſequuntur, in Barcin. omiſſa ſunt.

obſeruare) quis obſeruare præſumat, Raim.

Quod ſi fecerit) Qui autem contra fecerit, Raim.

Cap. 2. ex Bu. lib. xix.) ex Brocardo lib. xij. Barc. non recte. ex Brocardo libro xix. duo Tarr. B. pro Bu. tertius Tarr. exſtat apud Burchardum Vormatienſem d. libro xix. qui ſe fatetur ſumpſiſſe ex Theodoro, et alijs.

Requiſiſti ſortes &c.) hæc verba ſumpta ſunt ex c. 1. paucis immutatis.

vel tabulis) vel in tabulis, Burch. et uetus Tarr.

& in

& in euangelijs)hæc in duobus Tarr.non ſunt,habet Burch.

huiuſmodi)huiuſcemodi,Burch.editus.vetus liber,huiuſmodi,habet.

præſumunt)præſumāt,Burch.editus.præſumūt,vetus liber.

xl.dies)x.dies,tres Tarr.decem dies,Burch.ſic Alanus ſupra cap.1.xl.dies.in ſeque.cap.dicitur,quod x.ſed pænitentiæ arbitrariæ ſunt.Alan.

peniteat)in pane,et aqua,addit Burch.editus.ea verba in ueteri libro non ſunt.

Cap.3.Graden.Patriarcha)ſic etiam concil.parte 50.cap.6.ex libro 2.ſiue 12. regiſtri Alex. 3. Granden. Barcin.et quattuor Tarr.

lator præſentium)hæc neq.in concil.ſunt, neq.in Gregor.

iuuenili leuitate uſus)ætate pro leuitate,Barcin. viuendi pro iuuenili,concil.omnia omittunt Raimund.et Cont.

immundum ſpiritum inuocaturus)inmundos ſpiritus inuocaturus, concil. hæc etiam ab eiſdem ſunt omiſſa.

unde in eum &c.)multa itidem omittunt Raim. et Cont.unde eam etc.concil.non recte prioris edit.unde eum,Surius.

infamia laborat) ſic in concil.laborabat, duo Tarr.non male.

coram nobis)uobis,concil.prioris edit.non ſine mendo.nobis,Surius.

quod inuocaret dæmonium)ſcribe,ut pro quod,ut habent concil.et uetus Gregor.et tres Tarr.dæmonem pro dæmonium,concil.et unus Tarr. vocaret pro inuocaret,Cont.et alij.

iurat)hæc vox non eſt in Gregor.eſt in concil.

inſpectione)ſic etiam Raim.per inſpectionem,cōcil.

recuperare)ſic in concil.recuperari,Gregor.9.

Unde licet)Verum licet,concil.et Raim.et tres Tarr.

& ex ſimplicitate)ſic etiam concil.vox ex non eſt in Gregor.

maculam peccati inde)vox inde in vet. Tarr.non eſt.inde maculā peccati,alij duo Tarr.inde maculam,concil.et vetus Gregor.tertia uoce omiſſa.eam retinet Cont.et alij.

contraxiſſet)contraxit,concil.et Raim.et Barcin.et tres Tarr.

quoniam tutius etc.)ſed,addunt concil.et Barcin. et tres Tarr.et Cont.qui recte addit quędam a Raim.prætermiſſa.

in miſericordiā)vox in deſideratur in veteri Tarrac.tantum.

ipſum f.s.)ſic etiam Cont.ipſum fraternitati tuæ, concil.et duo Tarr.

monentes,atque mandantes,ut)ſic etiam concil.mādantes,Cont.alijs omiſſis. Mandamus, quatenus,Raim.

ſibi infra ſeptem &c.)octo,Barcin.et tres Tarr.ſecum miſericorditer agas,et ſibi infra octo etc. concil.plenius.multa Raim.et Cont.omittunt.

litterarum)hæc vox in concil.non eſt.

cum uniuerſis)cum omnibus,concil.

pænitentiam)ſic in concil.pœnam, vetus Greg. et tres Tarr.ut editum eſt,Cont.et alij.

ita tamē etc.)hęc exceptio a Raim.et Cōtio eſt omiſſa;ſit licet in concil.

miniſtratione)adminiſtratione, cōcil.miniſterio, Raim.

extunc liberum ſit ei)ſic Raim.exinde liberum ei ſit,concil.

ſacerdotale officium exercere)ſacerdotis pro ſacerdotale,vetus Gregor.officium ſacerdotale exercere,concil.exercere officium ſacerdotis,Cont. et alij.

TIT.XVIII.DE COLLVſione)

ſic in ueteri Gregor.detegenda,addit Cōt. et alij.

CAP.1.*Gregorius uniuerſis Ep̄is de Corintho*) Corin.Raim.et Cont.Corinthio,unus Tarrac.duæ poſtremæ voces deſiderantur in cōcil. parte 48.cap.2.Corinthijs pro eis,eſt in regiſtro lib.2.Indict.11.epiſt.38.cap.77.Corinthi, apud Ioan.diaconum lib.4.c.32.de vita eiuſd.B.Gregorij.Credo ſignificari eos Ep̄os,qui in ea prouincia eſſent ſub Archiep̄o Corinthi.

Scripta fraternitatis ueſtræ &c.)Ante hęc verba addi poſſet,Pars cap.Deſiderij.Eſt enim antea ſcriptum in regiſtro in hunc modum.Deſiderij noſtri eſt ad concordiam redire diſcordes, et unitos eſſe in gratia eos, quos diuiſos ab alterutra dilectione,uoluntatis facit eſſe diuerſitas.Scripta igitur fraternitatis veſtræ etc.ſic etiā refert Ioan.diac.vox igitur neque in concil.eſt, neq.apud Raim.et Cont.

Adrianum fratrem & coepiſcopum noſtrum)N.pro noſtrum,concil.noſtrum,regiſt.et Ioan. Adrianum Ep̄m,Raim.et Cont.qui Hadrianum pro Adrianum,aptius ſcribit.Fuit autē hic Hadrianus Thebanæ ciuitatis Ep̄s,de quo in epiſt.6.et 7.cap.45.et 46.eiuſd.libri,ex quib.ſumuntur c. 2.de ſententia,et re iudicata huius collect.et 16. q.1.c.52.frater.

dixerant,modo)duxerant,modo,uetus Tarr.nō recte.dixerant,amodo,alter Tarr.ceteri,ut edi-

tum eſt.

cum eodem Epo) vox Epo a Raim.et Cōtio eſt omiſſa;habent regiſt.et Ioan.et concil.

et magna etc.)hæc recte addit Cont.omiſſa prius a Raim.habent concilia,regiſt.et Ioan.

indiſcuſſa manere)ſic etiam Cont.remanere,regiſt.et Ioan.permanere,concil. Hinc ſumptum eſt cap.2.quod eiuſd.Ioannis eſt.Crimina ſemel audita Gregorius,indiſcuſſa nullo modo præteribat.

ſedis noſtræ *)adde diaconem,vt eſt in regiſtro,et in concil.et in Barcin.et in trib.Tarr.et in Cōtiano diaconum,Ioan.et alter regiſtri liber.

dirigimus *)adde,quia nūtiati,ex regiſt.et Ioan.et Barcin.et uno Tarr.quod nuntiati,alter Tarr.quia nuntiaſti,tertius non recte.Quia uero nuntiati,Raim.quia,concil.altera voce omiſſa.

nos facinoris qualitas)ſic etiam regiſt.et Ioan. vox facinoris in veteri Raim.libro non eſt,eſt in Cōtiano,et alijs.nos facinora,concil.non ſine mendo.aliqua enim verba omittunt.

nullatenus debeamus)ſic regiſt.et Ioan.et Raim.videamur pro debeamus, unus Tarr.non debemus,concil.

inter ſe feciſſe gratiam indicaſtis)ſic regiſt. et Ioan. indicaſti,unus Tarr.olim.indicaueritis, Raim. gratiā inter ſe iudicaſtis feciſſe, cōcil.ex his verbis ſumpſit Ioan.illa verba cap.5.etiam ſi accuſatus cum accuſatore ſuo rediſſet in gratiam.

hoc nobis neceſſe eſt)ſic regiſt.et Ioan. vobis pro nobis,concil.neutra vox apud Raim.eſt.verbū eſt in duobus Tarr.olim erat omiſſum,in altero reſtitutum fuit.

ſubtilius)ſubtiliter,concil.tantum.

ne forte illorum comparata &c.)eorum pro illorū, duo Tarr.et concil.ne fortaſſe eorum ſit comparata,etc.regiſt.edit.et Ioan.verbum ſit in veteri regiſtro non eſt.Raimundus verba mutauit.ne forte non ex caritate,ſed ex præmio eorū ſit concordia comparata.

quod abſit)ſic etiam in concil.quę ſi,quod abſit, regiſt.et Ioan.omnia omittunt Raimundus, et Cont.

ex caritate)ex neceſſitate,concil.tantum.

ex præmio facta conſtiterit)ſic etiā regiſt.et Ioan. præmio facta eſſe conſtiterit,concil.omiſſa voce ex.

Poſt hæc verba,quæ in concil.et apud Raim.et Cont.poſtrema ſunt,additur in regiſtro.maiori hoc emēdatione plectendum eſt.Nam nos,qui canonice reuelante Deo mala, ſi quidem vera ſunt,reſecare præcedentia feſtinamus, cōmiſſā poſtmodum culpam ſine vindicta nulla ratione dimittimus.ſic etiam habet Ioan.diaco.In veteri regiſtro eſt.maiori poſt hoc emendatione plectenda ſit.

Cap.2.Idem)ſic etiam Raim.et Cont.mendoſe. ſunt enim verba Ioannis diaconi in vita B.Gregorij lib.4.cap.32.

indiſcuſſa Gregorius)Gregorius indiſcuſſa, Ioan. et Raim.et duo Tarr.Gregorius primus;et hoc caput eſt ſecundi,vel tertij.Alan.non recte. Vide,quæ diximus cap.1.

præteriebatur)præteribat, Ioan.et Raim.aptius. præteriebat,Barcin.et tres Tarr.non optime.

& ſi accuſatus)etiā ſi pro et ſi,duo Tarr.et Ioan. et Raimund.

Poſt verba huius capitis addit Ioan. Quapropter uniuerſis Epis Corinthi ſcribens ait, Deſiderij etc,vt ſupra cap.1.

Cap.3.in Epiſcopatu &c.)hæc omittunt Raim.et Cont.ſunt in concil.parte 28.cap.12.tit.de pactionibus licitis,et illicitis in reb. eccleſiaſticis.

& in alijs)et alijs,concil.

vt interdum)ſic etiam Raim.quod pro vt,concil.

ſe ſuſtineant)ſic in concil.et in veteri Gregor. ſe ſuſtineant,Cont.et alij.

beneficia quiete poſſideant)ſic etiam in concil.et in vet.Gregor.qui beneficia quiete poſſident,Cōtius,et alij.

ſoluunt alijs)ſic concil.et Raim.alij,Barcin.ſoluerint alijs,vetus Tarr.

de ipſis beneficijs)hæc in ueteri ſolo Tarr.deſiderantur.

inter eoſdem clericos)eos pro eoſdem,unus Tarr. et concil.omnia omittunt Raim.et Cont.

Vnde quid tibi &c.)Num,quid tibi,uetus Tarr. non recte.ſuſpicor,Verum pro Num,ſcribendum.Vnde quia quid etc.concil.non male.Vnde tibi,Raim.et Cont.multis omiſſis.

nos conſidere)vox nos in uet.Tarraco.ſolo non eſt.

f.s.per A.ſ.pr.m quid)mandando,atq. præcipimus,qua.uetus Tarr.fraternitati tuæ &c. quatenus,concil.Mādamus,quatenus,Raim.et Cōtius alijs omiſſis.

ſiquos clericorum)ſic etiam concil.clericos,Raimund.

huiuſmodi fraudem)ſic etiam Raim.huius fraudis,concil.non optime.

eos beneficijs)eos a beneficijs,Barcin.ſolus,et ſine ritu.

colluſum fuerit)ſic Raimund.colluſi fuerint,concil.

ap.re.)appellatione ceſſante,concil.omnia omittunt Raim.et Cont.

perpetuo)hæc vox in ſolo vet.Tarr.non eſt.

indo-

indignum, & abſonum)abſurdum, et indignum, concil.indignum, Raimund.et Cont.alijs omiſſis.

dolus, quem)ſic in concil.quam, unus Tarr.non optime, quæ, Raim.

tui iuris)ſic etiam Raim.tuæ iuriſdictionis, concil.

non redundaret)ſic in concil. vox non in uno Tarr.aliquando deſiderabatur.non redundarēt, Raim.

TIT.XIX.DE SAGITTARIJS.

CAP.un.*Innocentius* ij.)iij.Raim. et Cont. non recte.adde in concilio Lateran.c.29. ex libro Romano,et Veronenſi.

Artem illam)Artem autem illam, Barcin.ſolus.

& odibilem)ſic Raimundus.Deo odibilem, Veron.

Chriſtianos, & catholicos) vox et in Veron. ſolo non eſt.quod ferri poteſt.

exercere)exercere,Barcin.et unus Tarr.et olim Veron.exerceri,Raim.

TIT.XX. DE DELICTO

puerorum)delicijs pro dilecto, Barcin.nō recte. ſed ſcribere is ſcriptor voluit delictis, quod eſt in editis Gregor.vt editum eſt,vetus Raim.liber.

CAP.1.*Auguſtinus*)Eugenius,Barc.et unus Tarr.Gregorius,vetus Raim.liber.Gregor. ix.Cont.et alij non recte. Huius capitis fontem nondum inueni.

annis.xiiij.)articulo,addit Barcin.ſolus.

cum pubeſcere cœperint)pubeſcere cœperunt,vetus Gregor.olim.vox cum in eodem libro deſideratur.

affirmare)confirmare,uetus Tarr.ſolus.

periuria)et periuria, Raim.

non in eis ita)in eis non ita, duo Tarraconen.et Raim.

punienda)pudenda,vetus Tarr.penſanda,vetus Gregor.vt editum eſt,Cont.et.alij.

*Cap.2.Hermonien.*Ep̃o)Hermonienſi,unus Tar. Hermon.alter Tarr.Verin.vetus Gregor. Hermon.Cont.et alij.

Deferente nobis Aide)Referente nobis Haide, Barcin.et duo Tarr.Referente nobis H.tertius Tarr.et Raim.

præſentium latore &c.)pro his vſq.ad illa, quod cum,Raim.et Cont.habent,intelleximus.latorē præſentium etc.tres Tarr.

cum filius)ſic etiam vetus Gregor.cum N.filius, Cont.et alij.

eius, qui decennis erat)decennis,uetus Gregor.alijs omiſſis.eius decennis,Cont.et alij.

ſagittaret) ſic etiam Raim.et Cont.fatigaret,vetus Tarr.non optime.illum,addunt Barcin.et unus olim Tarr.quod nondum probaui.

eiuſdem Aide)Haide,Barcin.et duo Tarr.H. tertius Tarr.uetuſtior,et Raim.ſic poſtea varietas eadem cenſeatur repetita.

licet id habeatur incertum)hæc omittunt Raim.et Cont.

Quia uero dilectus filius noſter)propter quod, Raimund.et Cont.

S.*Remigij*)ſancti pro S.duo Tarr.et Raim.apertius.

requirebat) ſic etiam Raim.inquirebat, Barcin. quod non æque placet.

ad noſtram &c.)recte Cont.addit,quæ Raim.omiſerat.

quod uniuerſis)quod in uniuerſis hominib.unus Tarr.in quo prius fuerat,ut editum eſt.quod in alijs, Raim.

corrigendum) ſic etiam Raim. corrigere, unus Tarr.erigendum,alter,quæ non præfero editis.

f.s.per A.ſ.pr.)vox pr.in uet.Tarr.non eſt.omnia ſunt a Raim.et Cont.prætermiſſa.

remiſſam &c.)omittunt quędam Raim.et Cōt.

inquiras)inquiratis,uetus Tarr.

ſi tibi)vox tibi in Gregor.non eſt.

filium prædicti)quod filius prædicti, unus olim Tarr.

infra xiiij.)fuiſſe,addit Barc.ſolus ante hæc verba,quod ſi recipimus,deleamus oportet vocem exiſtere.

exiſtere, eum eundem &c.)vox eundem in uno Tarr.aliquando non erat.eundem exceſſum cōmiſiſſe, Raim.et Cont.

commemoratum)memoratum,unus Tarr.et Raimund.

moneat, &)hæc in uno Tarr.ſolo deſiderabantur.

auctoritate noſtra ap.re.)hæc omittunt Raim.et Cont.

propter ullam)ſic etiam vetus Gregor.illam pro vllam,Cont.et alij.

Quod ſi prænominatus etc).Hæc omittūt Raim.et Cont.

*eum (ſuper)*vox eum in uno Tarr.non eſt.

tu Aide)tu Haide,Barcin.tu Haidem,unus Tarrac.tu Ha.alter Tarr.

ſub.

ſub. ep. vt.) vox ſub: in uno Tarr. non eſt.

TIT. XXI. DE CLERICO percuſſore.

CAP. I. ex concilio Agath.) Agathenſi, unus Tarr. Agathen. Raim. et Cont.

Si quis) autem, addit Barcin. tantum.

eccleſiaſtico gradu ſacratus) gradu ſacro, Raim. eccleſiaſtico ſacratus, Cont. in marg.

ſi non) et ſi non, Raim.

Cap. 2. Gregorius Andreæ Tarentino) Epo, addit Barcin. optime. Epo Tarentino, eſt lib. 2. epiſt. 44. cap. 83. Indict. 11. regiſtri, vox Andreæ a Raim. et Cont. eſt omiſſa. et pro Tarentino Carentin. eſt in veteri Raim. libro. Carentinen. Cont. et alij mendoſe. ex regiſtro Gregorij Papæ ad Andream Epm Tarentinum cap. 179. Burch. li. 1. c. 195. et Iuo parte 5. cap. 310. decreti, qui omittit illas voces, c. 179. et in marg. habet cap. 83. lib. 2. regiſt. in veteri Burch. eſt cap. 176.

Præterea quoniam &c.) Ante hæc verba addi potuit, Pars cap. Tribunal. Integra clauſula exſtat in regiſtro, et apud Burch. et Iuon. in hunc modum. Tribunal iudicis æterni ſecurus aſpiciet, quiſquis reatus ſui conſcius digna eum modo pænitentia placere contendit. Habuiſſe te eſt. vt apud Grat. diſt. 33. c. ult. qui recte habet, Gregor. Andreæ Tarentino Epo, epiſt. 44. lib. 2. ſiue cap. 83. vox modo ab Iuone tantum eſt omiſſa.

de matriculis) ſic etiam Burch. et Iuo. de meretriculis, vetus Tarr. in quo prius, vt editum eſt, fuerat. propter delictum ſuum, Raim. et Cont. nihil eſſe mutandum, apparet ex epiſt. 45. in qua de eadem muliere ſic ait. Matriculã vero, quam fecit fuſtibus caſtigari.

contra ordinem ſacerdotij) contra ſacerdotij ordines, unius Tarr. ſolus.

quam licet octo menſis exinde) ante vocem octo ſcribendum eſt, poſt, vt eſt in quattuor Tarr. et in regiſt. et apud Burch. et Iuonem. quam licet exinde, cum poſt octo menſes deceſſerit. Raim. et Cont, quamuis exinde poſt octo menſes, d. epiſt. 45. pro licet, eſt in uno Tarr. quamquã, non recte, ſed fuerat licet olim, in altero ea vox deſiderabatur.

minime arbitror fuiſſe defunctam) arbitremur pro arbitror, Burch. editus, et Iuo, et vet. Rai. libero arbitramur, Cõt. et alij, et uetus Burch. minime arbitramur defunctam fuiſſe, vetus regiſtri liber. fuiſſe definitam, editus liber mendoſe. obijſſe non credimus, d. epiſt. 45.

tamen quod ordinis tui) quia pro quod, duo Tarr. et regiſt. et Burch. et Iuo. tamen, quia adl. ordinẽ tuum, Raim. quia tamen eam contra propoſiti ſui ordinem huiuſmodi fecit affligi, d. epiſt. 45. in edito regiſtro. tamen quia, eſt in veteri.

noluiſti habere reſpectum) habere noluiſti reſpectum, vetus regiſtri liber, et Burch. et Iuo. uoluiſti pro noluiſti, uetus Tarr. et editus regiſtri liber non recte.

propterea de duobus mẽſibus) te pro de, ſcribi oportet. duobus te menſib. Barcin. et duo Tarr. et regiſt. et Burch. et Iuo. hoc idem habet Raim. ſed omittit ſolus vocem propterea. duob. hunc mẽſibus, d. epiſt. 45.

ab adminiſtratione ſtatuimus abſtinere) miſſarum, addunt poſt vocem adminiſtratione, Barcin. et tres Tarr. et vetus regiſtri liber, et Burch. et Iuo, et Raim. ſed in Barcin. vox ab non eſt. pro ea (in) eſt in edito regiſtro, a diuinis, et miniſtratione miſſarum etc. vetus Tarr. in quo prius fuerat, vt in regiſtro. a miſſarum ſollemnitate ſuſpende, d. epiſt. 45.

Poſt hæc uerba eſt in regiſtro. in quibus ab officio tuo ſuſpẽnſum ſtare te conuenit, quod fecisti. Nam valde dignum eſt, vt poſtquam te ad vitæ iſtius tranquillam rectitudinem laudabiliũ ſacerdotum exempla non prouocant; ſaltẽ correptionis medicina compellat. Suſpenſus pro ſuſpenſum, eſt in veteri libro regiſtri, correctionis pro correptionis, habet Burch. ab officio te, pro ab officio tuo, Iuo, qui poſtea omittit eam vocem te. idẽ habet correctionis pro correptionis. Pro his verbis eſt in. d. epiſt. 45. vt vel hæc eum verecundia, qualem ſe de cetero poſſit exhibere, inſtituat.

Cap. 3. Lucenſi Epo) Ante hoc caput eſt in ueteri Tarr. hic titulus. De illis, qui morti hominũ interfuerunt. erit autem in eo libro tit. 22. licet numeri titulorum, et capitũ nulli ſint in his collectionib. Poſt uocem Epo additur, et eius capitulo, in concil. parte 26. cap. 11. et in Barc. et eius ſuffr. additur in vno Tarr. non recte. vt editum eſt, Raim. et Cont.

a celebratione miſſarum) ſic in concil. duob. menſibus, addit Barcin. per biennium, Raim. aliquod tempus exprimi debuit ex infra ſcribendis.

mandamus itaque vobis) uox hæc vobis in concil. eſt, non eſt in Gregor.

vt ſi res ita ſe habuerit, & alia) ſic etiam in concil. habuit pro habuerit, vetus Tarraconen. habeat, alter Tarr. vt ſi alia, Raim. et Cont. aliis omiſſis.

tamen non impedierint) vox tamen nõ eſt in Gregor. cauſa non impedit, concil.

huiuſmodi

huiuſmodi)ſic in Gregor.huius,tres Tarr.et concil.

ad ſui eum executionem offi-ij admittatis)ſic etiam concil. vox eum in vno Tarrac.non eſt.ad ſui eum officij executionem admittas,vetus Greg. ad ſuam officij executionem eũ admittas,Cõt. et alij.

TIT.XXII.DE CLERICO uenatore.

CAP.I.*ex concilio Aurelian.*) c.8.addit Iuo lib.3.tit.15.c.1. Panormiæ. Aurel.4. habet Grat.ſiue Palea diſt.34.cap.2.ſed in ueteri libro eſt Aurelian.c.6.in alijs duobus Aurelianenſi tantum.in alio cap.3.Meldenſi cap.8.Burch.li.2.cap.213.in edito,216.in ueteri.et Iuo parte 6.c.288.decreti.Agathenſi c.55.concil.et Iuo parte 5.cap.366.et parte 13.cap.30. Epaunen.cap.3.cõcil.Aurban.vetus Gregor.mendoſe.vt editum eſt,Cont.et alij.

Epiſcopum preſbyterum,aut diaconem) ſic Burch.aut diaconum,Iuo d.cap.288.et Palea,et Raim. diaconum,Panor.voce aut omiſſa.Epis,presbyteris,diaconibus,concil. Agath.et Iuo d.c.366. et d.c.30.et vetus epitomator omnino.atque diaconibus,concil. Epaun.diaconem,veteres Grat.libri.vt editum eſt,alius vetus.

canes ad uenandum aut accipitres. aut huiuſmodi res habere non liceat)ſic etiam Burch.et Iuo in Panor.et d.cap.288.et Palea,canes, aut accipitres, aut huiuſmodi ad venandum habere non licet, Raim.liceat pro licet,cõcil. Agath.cetera,ut edita ſunt,exceptis illis(aut huiuſmodi res)itẽ Iuo d.cap.366.et d.c.30.canes ad venandum,et accipitres ad aucupandũ,habere non liceat,Epaun. nullatenus liceat,epito.cetera,vt Agath.

quod ſiquis)quia pro quod,Panor.tantum.

in hac voluptate ſæpius detectus fuerit)volũtate pro voluptate,Burch.et Iuo d.c.288.et veteres duo Grat.libri.detectus ſæpius,Panor.detentus pro detectus,Palea.in hac voluntate ſæpius detentus fuerit, Barcin.et uetus Gregor. voluptate, Cont.et alij.voluntate,Agath.et epitome,voce ſæpius omiſſa,cetera,vt edita ſunt.item Iuo d.c. 30.qui in marg.habet voluptate.in hac fuerit voluntate detectus,Epaun.in hac voluntate repertus fuerit,Iuo d.cap.366.et in marg.uoluptate,et detectus,alias detentus.In uno Tarr.deſiderantur hæc(in hac voluptate)

ſi Eps eſt)vox eſt deſideratur in epito.et apud Iuo.d.c.30.et in vno edito Grat.libro.

tribus menſibus a communione ſuſpendatur)ſic Iuo d.c.288.et Palea,et Raim.ſed hic verbum ſuſpẽdatur poſuit in fine totius capitis.priuetur pro. ſuſpendatur,habet Panor.tribus menſibus a communione ſuſpendat,Epaun.et Burch.et Iuo d.cap.366.abſtineat,idem d.cap.30.et in marg. ſuſpendat,cetera,vt Epaun.tribus menſibus ſe ſuſpendat a communione,Agathen.tribus menſibus ſe abſtineat,epito.

ſi presbyter duobus,diaconus vero)presbyter duobus diaconus vno, Burch. editus aptius.presbyter duobus menſibus,diaconus vno,Iuo in Panor.et d.c.288.et Burch.vetus liber.diaconus vero,Palea,et epito.ceteris omiſſis non recte.Si presbyter duobus,ſi diaconus,Raim.presbyter duob. menſibus ſe abſtineat,diaconus vero,Agath.et Iuo d.c.366.uno pro uero,idem d.cap.30.cetera,vt Agath.quod placet,duobus presbyter abſtineatur,vno diaconus,Epaun.veteris editionis.abſtineat,aliæ editiones concil.Omnia deſiderantur,et quæ ſequũtur,in veteri Grat.libro, in alio addita ſunt duobus modis,altero(diaconus vero),altero(ſi presbyter duobus,ſi diaconus).

ab omni officio ſuſpendatur)ſic Raim.ab omni officio,et communione ſuſpendantur,Burch.ſuſpẽdatur,Palea,cetera,vt Burch.item Iuo d.c.288. ceſſabit,Epaun.pro ſuſpendantur,cetera etiam vt Burch.item Iuo d.c.366.ab omni officio,vel communione ceſſabit,Agath.et epito.vel communione ceſſet,Iuo d.cap.30.ab omni officio, et a communione ſuſpendatur,Panor.

Cap.2.Idem)Item,vnus Tarr.et Palea cap.3.diſt. 34.omittitur in Barcin.ex eodem,Raim.et Cõt. ex concil. Aurelianen.cap.3. Burch.lib.2.c.214. in edito,217.in veteri.cap.9.eiuſdem Aurelian. Iuo parte 6.cap.289.Bonifacius Guiberto Epo, idem Iuo parte 13.cap.29.In concil. huius capitis verba inuenies in concilio Francico ſub Zacharia Papa.eſſe etiam accepi in capitularib.Caroli Imp.libro 5.cap.2.

Omnibus ſeruis Dei)ſic Burch.et Iuo d.cap.289. Domini pro Dei,Palea.ſed Dei eſt in 4.veteribus Grat.libris.Serui Dei,Iuo d.c.29.Omnia ſunt omiſſa in cõcil.in vno Tarr.Item omnibus ſeruis Dei,inſcriptionis verba ſunt.

ut uenationes,et ſiluaticas vagationes)ſic etiã Iuo d.cap.29.vox vt omittitur a Burch.et Iuone d.c.289.et Palea,et in veteri Greg.et in trib.Tarr. Nec non etiã illas uenationes,et ſiluaticas vagationes,concil.fatigationes,Cont.et alij.uagationes, in marg.vacationes,eſt in duobus vet.Grat.libris.ſiluaticas venationes,in altero,alijs omiſſis.

cum canibus)hæc in veteri Tarr.ſolo non ſunt.

ad.i

additur autē in cōcil. omnib. ſeruis Dei interdiximus ſic in duab. edition. interdicimus, Surius. *aut accipitres*) et vt accipitres, duo Tar. et Burch. et Iuo vtrubique, et Palea. et accipitres, Raim. et vetus Grat. liber. Similiter accipitres, cōcil. duar. edit. vt pro aut, vetus olim Tarrac. omittuntur hæc in Barcin. Similiter vt accipitres, Surius.
aut falcones) ſic Palea, et Raim. et pro aut, ceteri. *non habeant, interdicimus*) ſic Burch. et Iuo d. cap. c89. vox interdicimus omittitur in concil. prohibemus, habet Iuo d. c. 29. vox non a Palea eſt omiſſa. ſed in 4. veteribus Grat. libris eſt. pro ea vt eſt in Barcin.

TIT. XXIII. DE CLERICO

excommunicato, vel depoſito miniſtrante) ſic vetus Gregor. aut pro vel, vnus Tarr. et, alter. celebrāte pro miniſtrante, Barcin. De clerico excōmunicato, depoſito, vel interdicto miniſtrante, alter vetus Gregor. et Cont. et alij editi.

CAP. I. *ex canone Apoſtolorum*) ſic etiam Raim. et Cont. concilio pro canone, Barcin. vtrumque habet Rabanus in libro pœnitentium cap. j. qui cūm ſcripſiſſet, in Apoſtolorū canone ita legitur: Eṗs, aut presbyter etc. vt diſt. 81. cap. 12. addit, Item in eodem concilio cap. 28. In corpore canonum eſt hoc caput 29. canonum Apoſtolorum. et in concil. Tilio autem eſt cap. 28. et in Romano veteri canonū libro. at Haloandro eſt cap. 27. Ariſteno 28. et Zonaræ, et Balſamoni. Apud Clementem lib. 8. conſtitutionum Apoſtolicarum, qui fons eſt horum canonum, eſt cap. 21.
Si quis Eṗs aut presbyter, aut diaconus, depoſitus iuſte ſuper certis criminibus) ſic Raban. et corpus canon. et concil. ſunt autē verba Dionyſij Exigui veteris canonum interpretis, ex veteri codice. vox aut prior in duobus veteribus Gregor. non eſt; et pro voce ſuper, habent vocem pro. vox iuſte in altero deſideratur. Siquis Eṗs, presbyter, vel diaconus, etc. vt edita ſunt, Contius, et alij. εἴ τις ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος καθαιρεθεὶς δικαίως ἐπὶ ἐγκλήμασι φανεροῖς, Clemens, et Tilius, et Halo. καθαιρεθεὶς, concil. non optime. in Græcis verbis certa crimina ſunt aperta, et manifeſta ὁ καθαιρεθεὶς εὐλογώτατα. Alexius Ariſten. in epitomē. Depoſitus, inquit, iuſte ὁ μετὰ τὴν καθαίρεσιν τὴν εὔλογον ἐπὶ φανεροῖς ἐγκλήμασι γενομένην. Idem in interpretat. Qui poſt depoſitionem, inquit, recte factam ob crimina nō dubia. οὗτοι μετὰ δικαίαν καθαίρεσιν ἁμαρτάνοντες. Ioan. Zonaras. hoc eſt. Hi qui poſt iuſtā depoſitionē peccāt. ὁ καθαιρεθεὶς κατὰ νόμους διὰ προφανὲς ἔγκλημα, καὶ διὰ τοῦτο μηδὲ ἐκκλήτου βοήθειαν ἔχων. Thedor. Balſamon. Qui legitime, inquit, depoſitus eſt ob crimē manifeſtum, et ideo ne appellationis quidem auxilium habens.
auſus fuerit attrectare miniſterium dudum ſibi cōmiſſum) ſic in cōcil. et in corp. can. et apud Raban. et Rai. nōdū pro dudū, eſt in veteri Tar. nō recte. vox ſibi in altero Tar. aliquādo deſiderabatur. τολμήσειεν ἐφάψασθαι τῆς ποτὲ ἐγχειρισθείσης αὐτῷ λειτουργίας. Clemēs ἅψασθαι, Tilius, et cōcil. et Halo. ἅπτεται τῶν θείων ἅψεται πάλιν. Ariſten. in epito. poſtea, inquit, diuina rurſus attingit. τῆς θείας λειτουργίας πάλιν ἐφαψάμενος. Idē in interpret. diuina myſteria rurſus attingit. καὶ τῆς οἰκείας τιμῆς τῆς λειτουργίας φημὶ, ἀντεχόμενοι. Zonar. et ſuum, inquit, honorem, miniſteriorū inquam, retinentes. εἰ τολμήσει τῆς προτέρας ἅψασθαι λειτουργίας. Balſam. ſi audeat, inquit, prius miniſterium attingere.
hic ab eccleſia abſcidatur) ſic vetus Gregor. abſcindatur, alter vetus, et Cont. et alij aptius. penitus abſcindatur, concil. et corpus can. et Raban. omnimodis abſcidatur, Roman. οὗτος παντάπασιν ἐκκοπτέσθω τῆς ἐκκλησίας. Clemens, et Tilius. vox οὗτος deſideratur in concil. et apud Halo. ἐκ περικοπτέτος. Ariſten. in epito. hoc, eſt longiſſime eiciendus. τῆς ἐκκλησίας οὗτος ὡς σαπρὸς μέλος ἐκκοπτέσθω τέλεον. Idem in interpret. hic ab eccleſia, inquit, vt tabeſcens menbrum, abſcinditur omnino. ἐκκοπτόμενος τῆς ἐκκλησίας ἐκβάλλονται, διὰ τὴν ἄκραν ἀναίδειαν, καὶ ὅτι οὐδὲ κολληθῆναι κανονικῶς δύνανται ἄλλως, ἤδη γὰρ προκαθῄρηνται λοιπὸν καὶ τῆς ἐκκλησίας ἐκκόπτονται. Zonaras. Iure, inquit, ab eccleſia eiciuntur, tum ob ſummam impudentiam, tum quod nūquam redintegrari canonice poſſunt. prius enim fuerūt depoſiti, mox ab eccleſia abſcinduntur. καὶ τῆς ἐκκλησίας ἐκκόπτεται ὡς ἀναιδέστατος. Balſamon. et ab eccleſia, inquit, abſcinditur, vt impudētiſſimus. Hic adijcit. vt ſi haberet auxiliū appellationis, dum de re prius iudicata dubitatur, non eicitur a miniſterio. Adfert autem ex iure ciuili cap. 1. tit. 1. lib. 3. Baſilicorum, et ex concilio Antiocheno cap. 4. et 15. re-

15.refert item verba conſtit.14.de Epis,et clericis.

Cap.3.ex concilio Antiocheno)ſic eſt in editis Raim.libris,et in uno veteri. Anchic.in altero non recte. Videtur ſcribendum, ex concilio apud Palatium Vernis cap.9.ex concil.vol.3. quamuis aliquid pertinere videatur ad cap.4. concilij Antiocheni.

Si quis presbyter) ſic in concil. aut alius clericus, addit Raim.

ab Epō ſuo)hæc omittunt Raim.et Cont.ſunt in concil.

aut officio etc.)aut ab officio etc.unus Tarr.et Raim.ſed vox ab olim in eodem Tarr.non fuerat.omnia in concil.deſiderantur.In uno veteri Gregor.eſt.degradatus ab officio pro certis criminib.uel ſuſpenſus.

et ſuperbiam)ſic etiam Raim.poſtea,concil.

de miniſterio ſibi interdicto) ſic etiam Raim.de miniſterio,Barcin.alijs omiſſis.de ſuo officio,ſine commeatu,concil.

agere præſumpſerit)ſic Raim.facere pro agere,concil.

ab Epō)ſuo,addunt concil.et Raim.et tres Tarrac.

correptus,in carpta etc.)ſic vetus Raim.liber.in incepta,Barcin.et multi Greg.et tres Tarr.licet in duobus ex eis olim,ut editum eſt.et excommunicatus fuerit, cōcil.in quibus multa ſunt omiſſa.

hic omnimodis excōmunicetur)ſic etiā duo veteres Gregor. modis omnibus excōmunicetur,Cōt. et alij omiſſa voce hic.

et ab eccleſia expellatur)hæc omittunt Raim. et Cont.

et quicumq.cum eo communicauerit) ſic etiam Raimun. communicauerint,unus Tarr.qui cum ipſo communicauerit ſcienter, concil.

ſimiliter ſe ſciat excommun:catum) ſic etiam vetus Gregor.eſſe excommunicatum,duo Tarrac. et alter vetus Gregor.et Cont.et alij.ſciant eſſe excommunicatos,tertius Tarr.ſciat ſe eſſe excommunicatum,concil.omiſſa voce ſimiliter.

ſimiliter de clericis etc.)ſic etiam Greg.9.Similiter quicumq. clericus, aut laicus, vel femina inceſtum cōmiſerit;et ab Epō ſuo correptus, ſi ſe emendare noluerit, et ab Epō ſuo excommunicatus fuerit: ſi quis cum ipſo communicauerit ſcienter, ſciat ſe eſſe excommunicatum. Et ut ſciatis, qualis ſit modus iſtius excommunicationis:In eccleſiam non debet intrare etc.concil.plenius.

Quod ſi aliquis etc.)ſic etiam Raim. hæc clauſula olim in veteri Tarr.non erat.Ante hæc verba eſt in concilijs.Quod ſi aliquis reclamauerit, quod iniuſte ſit excommunicatatus; licentiam habet ad Metropolitanum Epm uenire,et ibidem ſecundum canonicam inſtitutionē diiudicetur, interim ſuam excōmunicationem cuſtodiat.Quod ſi aliquis etc.

emendare nō potuerit)poterit,unus Tarr.minime pro non,concil.numme emendare potuerit,alter Tarr.et Raim.

Regis iudicio)ſic in concil.ad requiſitionem eccleſiæ,addunt Raim.et Cont.

damnetur) ſic Raim.condemnetur,concil.

Cap.3.Turonen.Epō)Lincolenſi,Barcin.Lugon. vetus Tarr. London. alter Tarr. G.Liuonenſi Epō,concil. parte 26.cap.9.et ro.titulo de depoſitione clericorum, et de diſpenſatione circa eoſdem facta.London.Epō,Raim.et Cont.

Pars c. Relatum)hæc omittunt concil. et Raim. et Cont.Integra clauſula quærenda eſt.

aut etiam)uel, Tarr.vetus ſolus.

uel excommunicati) hæc in uno tantum Tarr. non ſunt

niſi ad admonitionem ueſtram)commonitionem pro admonitionem,cōcil.noſtram pro veſtram, in marg. concil.niſi moniti,Raimi.et Cont.

perpetua) ſic etiam Raim. perpetuo,concil.

Cap.4.cum tuis litteris etc.) hęc omittūt Raim.et Cont.ſunt in concil.parte 50.c.51.

intimarunt)ſic etiam duo veteres Gregor. intimauerunt,concil. nobis intimarunt, Raim.et Cont.

ſ.quod) ſcilicet quod,concil.quod,Raim. altera voce omiſſa.

alij multi)ſic in concil.uox multi non eſt in vet. Tarr.multi alij,Raim.

excommunicati fuerint)ſic multi Gregor.fuerant, concil.fuerunt,vetus Raim.liber.

præſumpſerint) præſumpſerunt, concil. et vetus Gregor. vt editum eſt, alter vetus, et Cont. et alij.

Quoniam vero &c.) hæc recte Cont. addidit à Raim.neglecta.

magnam multitudinem) vox magnam in vno Tarr.non eſt:eſt in concil.et in Contiano.

magis,vel minus)maius pro magis,vetus Tarrac. ſolus.

deliquerint) ſcribo deliquerit,ut eſt in trib.Tarr. et in concil.et apud Cont.

innoteſcere potuit) ſic in concil.potuerit,concil.

negotium)ſic etiam Cont.ipſum,additur in concil.

per A ſ.)p.additur in vno Tarr.per Apoſtolicā ſcripta præcipiendo,concil.plenius. hæc omittunt Raim.et Cont.

m.quæ.)mandamus,quatenus,Raim. mãdantes, quatenus,concil.
res ueritate &c.) hæc etiam omittunt Raim.et Cont.
in his)in hoc,vetus Tarr.tantum.
condemnes)ſic etiam Raim.damnare,concil. prioris edit. non recte. vt editum eſt,Surius.
deliquerunt)ſic in concil.et in duobus veteribus Gregor.deliquerint,vetus Tarr.et Contius,et alij.
ſuſpendas)ſuſpendatis,vetus Tarr.ſolus.

TIT. XXIIII. DE NON

ordinato miniſtrante)ſic eſt in duobus veteribus Gregor.clerico,addit in fine vnus Tarr.eadem vox poſt De vocem addit Cont.et alij editi.

C*AP.1.ab eccleſia*)de pro ab, Raim.a clero, vetus Tarr.

*Cap.2.Legionen.*Ep̃o)ſic etiam in concil.d. parte 50.cap.62.Lingon.Epo;vetus Gregor.vt editum eſt,alter vetus,et Cont.et alij.
nobis innotuit)ſic etiam in concil. vox nobis in duobus veteribus Gregor.non eſt;eſt in editis.
I. *diaconus*)ſic Raim.I.deſideratur in concil.
præſentium lator &c.)hæc omittũt Raim.et Cõt. vſque ad illa,cum nõ impoſuiſſes.in cõcil.ſunt.
propter ordinationem)per,eſt in tribus Tarraconẽſib.et in concil.pro voce propter.
adeptum) ſic in concil.eſſe adeptum,vetus Tarrac.
& cum non inpoſuiſſes ei manum)ſic etiam Raim. excepta voce et.et cum ei manum non impoſuiſſes,concil.aptius.
celebrationem) ſollemnia, vetus Gregor. ſolus.
vſurpauit) vſurpare præſumpſit, Raimundus. publice vſurpauit,concil.et tres Tarr.
poſtmodum vero &c.) hæc recte omiſſa prius a Raimundo, addidit Contius, ſunt in concil.
recognoſcens)cognoſcens,concil.et Contius. deſiderabatur hæc vox olim in uno Tarraconenſi.
conſilium humiliter)conſuli pro conſilium, tres Tarr.et concil.in quibus tantum vox humiliter non eſt.
Quia igitur) vox igitur in ueteri Tarr.ſolo non eſt.
fraternitas)ſ. Cont.paternitas,concil.prioris edition.vt editũm eſt,Surius.
reſpondemus)ſic etiam in concil. Conſultationi tuæ reſpondemus,duo veteres Gregor. taliter, addit Cont. et alij poſt vocem tuæ.
a diaconatu)ſic etiam Raim.a ſubdiaconatu,concil.prioris edition.vt editum eſt,Surius.
aut triennio)vel pro aut,tres Tarr.et concil.et Cont.
prouiſione)ſic Raim.et Surius.viſione,cõcil. prioris editionis non male.
miſericorditer agatur)cum eo,addit Barc.et Raimundus in fine.ante eadem verba addunt concil.et duo Tarr.poſt vocem miſericorditer,tertius Tarr.
ſeculi negotium)ſic in concil. prioris editionis,et in veteri Raim.libro.negotia alter habet ex veteribus Gregor.et Cont.et alij,et Surius.
ſecurius)ſic etiam Raim.et Surius. ſecretius,concil.prioris editionis.
de agenda impoſita)ſic etiam in concil.prioris edit.vox impoſita non eſt in Gregor.neq.in Suriana concil.editione.ei, addit vetus Tarr.
diligenter circa eum curam)ſic multi Greg.diligẽtem pro diligenter,vnus ex veteribus Greg.circa eum diligentem curam,concil.
ſalubrius autem)vox autem non eſt in duobus Tarr.habent alij libri.

TIT. XXV. DE EO, QVI

furtiue ordinem recepit) ſuſcepit,vnus Tarr.et vnus Gregor.ordines furtiue ſuſcepit,alter vetus Raim.liber.ordinem furtiue ſuſcepit, Cont.et alij.

C*AP.1.Lincomen.* Ep̃o)Lincon. vetus Tarr. Lingon.duo Tarr.et vet.Greg.Lingonien. alter vetus Gregor. vt editum eſt, Raim.et Cont.Lug. Barcin.G. Liuonenſi Epo, cõcil.d. parte 26.c.9.forte Liuonienſi ſcribendum.
Lator præſentium) Veniens ad nos P.lator præſentium,concil.et unus Tarr.in quo illæ voces, ad nos,aliquando deſiderabantur;et Barcin.excepta voce,ſiue littera P.veniens P.lator præſentium,duo Tarr.et olim tertius Tarr.Veniẽs lator præſentium,quartus olim Tarr. Veniens ad nos P.Raim.et Cont.alijs omiſſis.
quia antiqui etc.)omittunt Raim.et Cont. quod pro quia,concil.et duo Tarr.aptius. qui,duo itẽ Tarr.non optime.
hoſtis verſutia circumuẽtus)hoſtis ſuggerente verſutia,concil.
furtiue &c.)ſe furtiue diaconatus ordinem ſuſcepiſſe,Riamundus.ut editum eſt, in concil.
Vnde ita duximus reſpondendum)ubi pro ita, concil.

cil. Vnde reſpondemus, duo veteres Greg. Vnde f. t. reſpondemus, Cont. et alij.
ſi forte non fuerit) ſic etiam in concil. ſi non fuit, Raim. et Cont.
Archidiaconorum) Archidiacono, vetus Gregor. ſolus.
prelatorum tuorum) vox tuorum in vet. Tarr. ſolo deſideratur.
cum condigna) vox cum neque in concil. eſt, neque in Barcin. neque in tribus Tarr. neque in multis Gregor. cum digna, eſt in veteri Raim. libro aptius.
niſi aliqua) ſic in concil. niſi alia, Raim.
impoſitum) omittitur hæc vox in Barcin. tantum.
interminatio) mendoſe in concil. prioris edit. eſt in termino.
commoneas) ſic in concil. moneas, Greg. 9.
ſicut & nos fecimus) hæc omittunt Raimundus, et Contius, ſint licet in concil. excepta voce et.
ſeu canonica) ſic vetus Gregor. ſeu regulari canonica, uetus Tarr. ſeu canonicum, concil. prioris edit. et alter vetus Raim. liber non optime. ſeu canonia, Cont. et alij, et Surius in concil. quod reiicio.
Qui iuxta admonitionem) quod iuxta admonitionem tuam, concil. prioris edit. cui pro quod, Suriana editio. Quod ſi iuxta admonitionem tuã, vnus Tarr. Qui ſi pro Qui, alter Tarr. noſtram, legebatur olim in tertio Tarr. poſt verbum admonitionem. cui, Raimund. et Cont. alijs omiſſis.
aliquanto) aliquo, vetus Gregor. tantum.
laudabiliter) hac voce caret vetus Tarraconen. ſolus.
et miſericorditer) ſic etiam in concil. prioris edit. vox et non eſt in Greg. neque in Suriana edit. propter vocem cui antea ſcriptam.
nulla ratione) nullatenus, vetus Tarraconen. ſolus.
ad ſacerdotale officium promouendum) ad ſacerdotalem ordinem promouendum, Barcin. et concil. prioris edit. promoueri, Raim. et Surius aptius, cetera ut in Barcin.
Poſt huius capitis verba eſt in Barcin. hic titulus. De clericis, qui relicto habitu clericali arma ferunt. eſt autem illic tit. 27. quamuis nullus numerus adſcriptus ſit. ſub eo titulo eſt vnicũ caput Alex. iij. hoc initio. In audientia noſtra, talis fuit etc. ut c. 14. de ſententia excommun. collect. 2.

TIT. XXVI. DE FVRTIS.

CAP. 1. *In Exodo*) ſic etiam duo veteres Gregor. omiſit Cont. et alij quidam editi. adde cap. 21. ex ſacris libris, quod in marg. recte Cont. notat.
Qui furatur hominem, et vendiderit eum) uox eum non eſt in duob. Tarr. neq. in Greg. addita eſt a Contio. Qui furatus fuerit hominem, et vendiderit eum, Complut. Latina. *ὃς ἐὰν κλέψῃ τινὰ τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, καὶ καταδυναστεύσας αὐτὸν ἀποδῶται*. Lxx. Qui furatus fuerit aliquẽ filiorum Iſraël, et opprimens eum vendet. Complut. Qui furatus fuerit animam de filijs Iſraël, et vendiderit eam, Chald.
conuictus noxæ morte moriatur) ſic Complut. Lat. vocem noxæ a Raim. omiſſam addit Cont. eadem omittitur in Barcin. morte moriatur, vetus Tarr. alijs omiſſis. *καὶ εὑρεθῇ ἐν αὐτῷ, θανάτῳ τελευτάτω*. Lxx. et inuentus fuerit in ipſo, morte morietur. Compl. duriuſcule. inuẽtaq. fuerit in manu eius, morte moriatur, Chald. Huius capitis non magna vtilitas eſt, neque ceterorum, quæ ad Iudæorum leges ſpectant. ſed Bern. Papien. cur ea addiderit, rationem reddidit cap. 1. commodati. at Raim. nullam conſcripſit.
Cap. 2. In Exodo) In eodem, tres Tarr. aptius. ex capitularibus cap. 18. Iuo parte 16. cap. 351. decreti. adde cap. 22. ex ſacris libris.
Siquis furatus fuerit bouem, aut ouẽ) ſic etiã Compl. Lat. Qui pro Siquis, Iuo d. c. 18. et lib. 5. tit. 2. c. 34. them. 12. Panor. aut ouem, in Panor. nõ ſunt. *ἐὰν δέ τις κλέψῃ μόσχον ἢ πρόβατον*. Lxx. Si autem aliquis furatus fuerit vitulũ, vel ouẽ, Complut. Quando furatus fuerit vir bouem, aut agnum, Chald.
& occiderit, vel vendiderit) ſic etiam Compl. Lat. hæc Iuo prætermiſit. *καὶ σφάξῃ αὐτὸ ἢ ἀποδῶται*. Lxx. et occiderit illam, vel vendiderit. Compl. et occiderit eum, aut uendiderit. Chald.
quinque boues pro uno boue reſtauret, & quattuor oues pro vna oue) reſtituet pro reſtauret, Compl. Lat. et vetus Tarr. reſarcit, alter Tarr. reſarciet, tertius Tarr. reſtituat, Barc. et Iuo vtrubiq. qui ſolus omittit vocem boue, et vocem oue *πέντε μόσχους ἀποτίσει ἀντὶ τοῦ μόσχου καὶ τέσσαρα πρόβατα ἀντὶ τοῦ προβάτου*. Lxx. quinque vitulos ſoluet pro vitulo, et quattuor oues pro oue. Complut. ſoluet quinque boues pro boue, et quattuor oues pro agno. Chald.
Cap. 3. Salomõ in Eccleſiaſten) immo in Prouerbijs c. 6.
Non grandis eſt culpa, cum quis furatus fuerit) ſic etiã Compl. Lat. culpæ pro culpa, duo Tarraconen. *Οὐ θαυμαστὸν ἐὰν ἁλῷ τις κλέπτων*. Lxx. Non mirum, ſi capiatur aliquis, qui fura-

tur.Complut.

furatur enim,vt eſurientem impleat animam)ſic etiam Compl.Lat.κλέπτει γάρ, ἵνα ἐμπλήσῃ ψυχὴν πεινῶσαν.Lxx.Quidam ita interpretātur,vt tollant illa verba,furantur enim.

deprehenſuſque reddet ſeptuplum)deprehēſus quoque reddet ſeptuplum.Compl.Lat.ἐὰν δὲ ἁλῷ, ἀποτίσει ἑπταπλάσια.Lxx.Si autem capiatur,ſoluet ſeptupla.Compl.ſunt,qui(deprehenſusue)interpretentur.vt diuites fures,a pauperibus diſtinguant.

& omnem ſubſtantiam domus ſuæ tradet)ſic etiam Compl.Lat.καὶ πάντα τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ δούς.Lxx.et omnia,quæ ſunt eius dans, Complut.

liberabit ſe)hæc in Compl.Lat.deſiderantur,habent alij,et Lxx.ῥύσεται ἑαυτόν. liberabit ſe, Compl.

Qui autem adulter eſt,propter cordis inopiam perdet animam ſuam)inopiam cordis,Compl.Lat.ὁ δὲ μοιχὸς δι᾽ ἔνδειαν φρενῶν ἀπώλειαν τῇ ψυχῇ αὐτοῦ περιποιεῖται.Lxx.At moechus propter inopiam mentium perditionem animæ ſuæ acquirit.Compl.mentis malo,quam mentium.

C*ap.4.ex concilio Triburien.*) ſic etiam Raim. et Cont.cap.5.addit Burch.lib.11. cap.59. et Iuo parte 13.cap.45.decreti.ſed in marg.c.31.quamquam non eiſdem verbis.id confirmatur ex cōcilijs,et ex Burch.cap.75.eiuſdem libri 11.et ex Iuo.parte 14.cap.123. omnia omiſit Grat.ſiue Palea 13.q.2.cap.31.ſed in veteri libro,vt edidimus.et in altero additur,cap.5.In ea collect.quę in concilijs eſt poſt concil.Lateran.Alex.3.poſt cap.2.partis 34.tit.de raptoribus mendoſe Tribunien.editum eſt pro Triburien.in priori edit.concil.Turonenſi,in Suriana editione.

& deprædando occiduntur)ſic etiam Raim. prædando pro deprædando,Burch.d.cap.59.et Iuo d.cap.45.aut deprædando occidantur, Palea. occidantur, vetus Grat. liber alijs omiſſis. aut in prędando occidantur,alter vetus. vel in prædando occiduntur,d. parte 34.concil. occiduntur,vetus Raim. liber alijs omiſſis. Verba concilij,vnde hæc ſumpta ſunt, infra ſcripſimus. Siquis poſt hæc Euangelica, et Apoſtolica, atque Prophetica verba,et definitionem pacatiſſimæ ſynodi inuentus fuerit furtum, aut rapinam exercere;et in ipſo diabolico actu mortem meretur incurrere.ſic in concil. et apud Burch.d.c.75.et Iuo.d.c.123.

viſum eſt pro eis non orandum)ſic Burch.d.cap.59. et Iuo d.cap.45.et concil.d. parte 34.non eſſe orandum,Raim. hæ duæ voces, viſum eſt, in Barcin.non ſunt.viſum eſt, quod pro eis non eſt orandum,Palea. viſum eſt quidem pro eis non eſſe orandum, vetus Grat. liber. in altero vox quidem omittitur. nullus pro eo præſumat orare,aut eleemoſynam dare.et eleemoſyna pro eo data in memoriam clericorum, nec pauperum veniat, ſed execrabilis ſordeſcat. Beatus Auguſtinus de talibus horribilem profert ſententiam dicens. Nemo te poſt mortem tuam fideliter redimit,quia tu te redimere noluiſti. concil.d.cap.31.et Burch.d.cap.75. et Iuo d.cap.123.Auguſtini verba non inueni, ſed eadem ſententia eſt in libro de cura pro mortuis gerenda.In veteri Burch.libro, non in memoriam,legitur aptius.olim tamen,vt in edito ſine ea negatione.

ſi comprehenſi,aut vulnerati presbytero, vel diacono confeſſi fuerint)ſic etiam Burch.d. cap.59. et Iuo d.cap.45.ſed ſi pro ſi, Palea, et Raimundus. vox ſed in veteribus Grat.libris non eſt.aut diacono,Palea,et vetus Burch liber,et vnus ex veteribus Gregor.vel vulnerati, vnus Tarraconen.et ſi comprehenſi,et vulnerati fuerint, et presbytero,vel diacono confeſſi fuerint, concil. d.parte 34.diaconi nulla mentio eſt in concilio Triburienſi,delendumque eſſe cenſerem. hoc enim d.cap.31.legimus. Si autem ille fur,vel latro vulneratus elabitur,et exſpectatione mortis deſperatus putatur;atque reconciliari ſe myſterijs ſacroſanctis habitu corporis, et voluntate piæ mentis deprecatur; Deoque, et ſacerdoti,comite vita,emendationem morum, et actuum confitetur.ſic etiam Burch.exceptis ultimis verbis d.cap.75.voce enim morum caret, et pro actuum habet actum non recte. cum Burch. Iuo conſenſit d.c.123.

communionem eis non negamus)ſic Burch.d. cap. 59.et Iuo d.cap.45. et Raim.non denegamus, duo Tarraconenſes,et concil.d.parte 34.confeſſionem pro communionem,Palea.communionis gratiam non negamus tribuendam, concil.d.cap. 31. et Burch.d. cap. 75. et Iuo d.cap. 123. Sequuntur alia in concilijs tantum, digna, quæ a lectoribus ediſcantur, nedum uideantur.

Cap.5. Si quis pro neceſsitate) per neceſsitatem, tres Tarrac.et Burch. lib.11. cap. 56. et Iuo parte 13. cap. 42. decreti, et duo ueteres Gregor. qui addunt,famis,aut nuditatis.propter,Cont. et alij pro voce per.

fura-

furatus fuerit cibaria, vel veſtem, vel pecus) ſic etiam Burch.et Iuo.fuerit cibaria, veſtem, pecus ue furatus, vetus Gregor.cibaria, veſtem, alter vet. Greg.et Cōtius, et alij.cetera, vt edita ſunt.
per famem, aut per nuditatem) ſic etiam Iuo.propter famem etc. Burch.editus.aut nuditatē, duo Tarr.et Burch. vetus liber, per omiſſo. omnia Raim.omittit, et Contius.
ſi reddiderit) ſic etiam Burch.et Iuo, et duo veteres Greg.et, addit Cont.ante vocem ſi, et alij.
Cap.6.Hieronymus ſuper Parabolas) ſic etiam Raimund.et Cont.adde cap.29.Prouerbiorum.
Qui cum fure partitur, odit animam ſuā) hæc ſunt Salomonis verba, participat pro partitur, eſt in Compl.Lat.et apud Hieron.occidit pro odit, Gregor.9.ὃς μερίζεται κλέπτῃ, μισεῖ τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν.Lxx.Qui participat cum fure, odit ſuā animam.Compl.
Poſt hæc verba ſequitur in ſacris libris.adiurantem audit, et non indicat.ἐὰν δὲ ὅρκον προτεθέντος ἀκούσαντες μὴ ἀναγγέλλωσι.ſi autem iuramētum propoſitum audientes nō renuntiauerint. Compl.
nō fur ſolum, ſed ille reus tenetur) hęc Hieron. ſunt, ſiue alterius interpretis. nos ea integra conſcribemus. Auditorem ſuum ſapientia non ſolum a peccatis abſtinere, ſed et a peccantium ſe contubernio docet cohibere.ne forte a diſtricto iudice mereatur audire. Si videbas furem, currebas cum eo, et cum adulteris portionem tuā ponebas.ſunt autem verba hæc pſal.49. ſequuntur mox huius capitis verba in hunc modum. Non enim fur ſolummodo, ſed etiam ille reus tenetur.Supraſcripta verba breuius referuntur in ſcholijs ſacrorum librorum, quæ gloſſa ordinaria dicitur. Non ſolum a peccato, ſed etiam a conſenſu abſtinere docet ſapientia, ne audiat a diſtricto iudice. Si videbas furem, currebas cum eo, etc. Nō enim fur ſolū, ſed et ille reus tenetur.
qui furti conſcius &c.) ſic etiā Raim. et glos.ord. qui conſcius furti, quærenti poſſeſſori pecuniā, qui perdidit, nō vult indicare, cū valet. Hieron.
non indicat) non indicabat, vetus olim Tarr.ſolus.indicare autem furtū debet domino ſocius hic furis, vel particeps, non perſonam. vt damnum ei ſarciatur, non vt uindictam ſumat a furibus.mendoſe autem in ſcholijs editum eſt, indicat pro indicat.
Cap.7.ſi bene meminimus etc.) multa omittūt Rai. et Cōt.pro quib.verbū innotuit retinuerunt.
dilecti filij) noſtri, addit vetus Tarr.ſolus.
ſubdiaconi noſtri) veſtri, duo Tarr.ſubdiaconi, tertius Tarr.altera voce omiſſa.

quod B.lator præſentium) quod cum B.vetus Gregor.alijs omiſſis.uox cum neq.in altero veteri eſt, neque in editis.
iuuenis etc.) rapiēs, Raim.et Cōt.ceteris omiſsis.
& inſipienter) et hic inſipienter, Barcin.
detinuerit) detinere præſumpſit, Raim.
poſtea tamen &c.) multa omittunt Raim.et Cōt.
iuxta eundem) ſcribendum, iuxta eiuſdem, vt eſt in trib.Tarr.
ſi prædictus &c.) ſi ſponte cōfeſſus, Raim.et Cōt.
huiuſmodi præſumptionis exceſſum) exceſſus, Barc. omnia omittunt Raim.et Cont.
fuerit, ſatisfecit) fuerat, ſatisfecit, duo veteres Gregor.fuerat, ſatisfecerit, Cont.et alij.
manifeſta) hæc vox in vno ex veterib. Gregor. non eſt.
aut congruam) vel pro aut, vnus Tarr.

TIT.XXVII.DE EXCES

ſibus prælatorum in ſubditos, vel contra) vel ecōtra, vnus Tarr.vel econuerſo, vetus Gregor.in eccleſijs, Barcin.De exceſſibus prælatorum, et ſubditorum, alter vetus Raim.liber, et Cont.et alij.

Nam Rex Nabuchodonoſor pater tuus) ſic uetus Gregor.Nam etiam Rex,alter uetus. Nam et Rex,duo Tarr.et Cont.et alij.ſic etiam Complut.Lat.et Hieron.καὶ ὁ βασιλεὺς Ναβουχοδονόσορ ὁ πατήρ σου.Lxx.Et Rex Nabuchodonoſor pater tuus,Compl.Integra clauſula his uerbis efficitur: principem magorum,incantatorum,Chaldæorum,et aruſpicum cõſtituit eum. ſic Compl.Lat.et Hieron. ἄρχοντα ἐπαοιδῶν μάγων χαλδαίων γαζαρηνῶν κατέστησεν αὐτόν. Lxx.

ideſt proauus more ſcriptura &c.)ſic etiam Raim. et ſcholium ſacrorum librorum,quæ gloſſa inter lineas dicitur.Hieronymi verba ſunt initio d.c.5.Quod autem Baltaſaris patrẽ Nabuchodonoſor vocat,non facit errorem ſcientib. ſanctæ ſcripturæ conſuetudinẽ,qua patres omnes proaui et maiores vocantur.et poſtea. Et in diebus patris tui.Patrem vocat Nabuchodonoſor, ut ſupra diximus, proauum eius,ſecundum cõſuetudinem ſcripturarum.

Cap. 2. Idem in Parabolis)ſic etiam Raim.et Cõt. qui recte in marg.addit,Prouerb.c.4.

Nam & ego vnigenitus fui coram matre mea)vox mea non eſt in duob.veterib.Greg.in quorum altero vox et deſideratur.ut editum eſt, Cont. et alij.Nam et ego filius fui patris mei tenellus, et vnigenitus coram matre mea.Compl.Lat.et Hier.υἱὸς γὰρ ἐγενόμην κἀγὼ πατρὶ ὑπήκοος καὶ ἀγαπώμενος ἐν προσώπῳ μητρός.Lxx.Filius enim et ego patri obediens,et dilectus in facie matris.Compl.Apud Pollucẽ ἀγαπητὸς vnigenitum ſignificat,et dilectum.

Quia unigenitũ ſe etc.)Quare pro Quia,tres Tar. et Barc.Quare autẽ ſe Solomõ vnigenitũ corã matre nominat, Hieron. Salomõ ſe,gloſſa ordin.Quare vnigenitũ ſe nominat,Raim.et Cõt.

aliјs omiſſis.
quem fratrem uterinum)u: um, Tar.unus,et ſolus.
quaſi numquam)quaſi qui nūquam,Barcin.tātū.
vita deceſſit)receſsit,Barcin.ceteri, vt edidimus.
Cap.3.Idem ſuper Matthæum) ſic etiam Raim.c.1.addit in marg.Cont.non male.
Quod dicitur,antequam cōuenirent etc.) ſic Raim. Quod autem dicitur etc.Hieron. Matthæi verba ſunt hæc. μνηστευθείσης γὰρ τῆς μητρὸς αὐτοῦ Μαρίας τῷ Ἰωσὴφ πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτοὺς εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα ἐκ πνεύματος ἁγίου.Cum eſſet deſponſata mater eius Maria Ioſeph, antequam conuenirent, inuēta eſt in vtero habens de ſpiritu ſancto.
non ſequitur.vt poſtea conuenirent) cōuenerint,Hieron.aptius.quod pro vt, vetus Gregor. vt editū eſt,alter vetus,et Cōt.et aliј. Hæc plurib.verbis idem Hieron. tractat in libro aduerſus Heluidium,vbi ait.Ante præpoſitio licet ſæpe conſequentia indicet,tamen nonnumquam ea tantū, quæ prius cogitabantur,oſtendit.
Cap.4.Idem in eodem)ſic etiam duo veteres Gregor. mendoſe Contius, et nonnulli editi repetunt, Hieronymus ſuper Matthæum.ſunt autē hæc in eodem capite ſcripta;ut coniungi potuerint hæc duo capita.
Ioſeph non cognouit,donec peperit filium ſuum primogenitum)ſic etiam duo veteres Gregor. Mariam, poſt verbum cognouit addunt manu recēti duo Tar. itē Cōt.et aliј.Matthæi verba ſunt:et accepit cōiugē ſuā,et nō cognoſcebat eā,donec peperit filiū ſuū primogenitū. καὶ παρέλαβε τὴν γυναῖκα αὐτοῦ· καὶ οὐκ ἐγίνωσκεν αὐτὴν ἕως οὗ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον. ſic Cōplut. cognouit pro cognoſcebat,habet Hieron.utriuſq.vero mētionē facit in libro aduerſus Heluidium, in quo etiam de voce donec reſpondet.
peruerſiſſime)ſic Hieron.et Raim.peruerſe, duo Tarr.
dicentes primogenitum &c.)hæc vſq.ad illa,cum hic mos,omittunt Raim.et Cont,dicentes primogenitum non dici,niſi qui habeat et fratres, Hieron.et vetus Tarr.excepta voce dici,et voce et.Barcin.vt Hieron.
cum hic mos)ſic Hieron. is pro hic,vetus Tarr.omittitur in aliјs duob. Tarr.et in Greg.
non eum vocent,quem fratres ſequantur)ſic Hieron. ſequuntur,Raim.qui omittit vocem eum. Apertius aduerſus Heluidium.Primogenitus eſt,inquit,nō tantum poſt quem et aliј,ſed ante quē nullus.et in ſcholiјs inter lineas;ante quem nullus,nec poſt quem alius.
qui primo natus ſit)ſic etiam Hieron.fuit pro ſit, Raim.primus pro primo,duo Tarr. Primogenitum dicitur omne,quod aperit uuluam. ſchol. glo.ord.
Cap.5.Hilarius)ſic etiam Raim.et Cōt.adde lib. 4.de Trinitate.
Intelligentia dictorum etc.)ſic Raim.doctorum,vetus Tarr.non recte.
Altius repetere Hilariј verba operæpretiū eſt. Sequamur ergo aduerſus irreligioſas,et impias de Deo inſtitutiones,ipſas illas diuinorum dictorum auctoritates,et vnumquemque eo ipſo,de quo quæritur, auctorem(forte auctore)tractabimus;non ad fallendam audientium imperitiam,et male imbuendam, quaſdam verborum enuntiationes,ſubtractis eorum cauſis coaptantes.Intelligentia enim dictorum etc.
eſt aſſumenda)eſt intelligenda,vel aſſumēda,Barcin.ſolus.
dicendi)hæc vox in ſolo vet. Tarraconen. non eſt.
quia non)quoniam non,vnus Tarraconenſis tantum.
Poſt huius capitis verba addit Hilarius. Verum omnia editis ſimul,et dicēndi cauſis,et dictorum uirtutibus proſequemur.
Cap.6.Auguſtinus ſuper Matthæum)ſic etiam Raim.et Cont.Eug.pro Aug. Barcin. Gug.unus Tarraconen.mendoſe.nondum huius capitis fontem inuenimus. Fortaſſe ex libris de conſenſu Euangeliſtarum hæc ſumpta ſunt.vide Auguſt. lib.2. cap.12. et cap. 21. et cap. 28.
vt eadem dicantur)vbi eadem dicuntur, Barcin. et tres Tarr.et Raim.
credit ſe debere ire)dicere pro ire,Barcin.credat ſe dicere,Raim.
quo Deus voluit)tractatur hic locus ab Aurelio Auguſtino d.lib.2.c.21.et cap.66.vbi de varietate Lxx.interpretum ab Hebræorum libris etiā agit,et lib.3.c.7.et c.13.
Cap.7.Gregorius)ſic etiam Raim.et Cont.adde, Ariſtobolo Expræfecto, et antigrapho, vt eſt lib.1.epiſt.28.regiſtri.
Propterea ſi prolixam &c.)Ante hæc verba addi potuit,Pars cap.Ad explendum.ex regiſtro.Integram clauſulam infra ſcripſimus. Ad explendum affectum meum,fateor,lingua non ſufficit; ſed quidquid de vobis ſentio,veſter vobis melius affectus dicit. Et poſt alia. Præterea ſi prolixam etc.ſic etiam in duob.Tarr.eſt Præterea,non Propterea.
epiſtolam meam) ſic in ueteri regiſtro, et apud Raimund.vox meam in edito regiſtro deſideratur.

fortaſ

fortaſſe) ſic in regiſt. forte, duo Tarr. et fortaſſe, Raim.

non verbum ex verbo, ſed ſenſum ex ſenſu transferre) transferri, Raim. tráſferre, regiſt. ſic lib. 6. Indict. 15. epiſt. 27. c. 191. Bene ſcit dulciſsima veſtra Magnitudo, quia hodie in Conſtantinopolitana ciuitate, qui et de Latino in Græcum dictata bene transferant, non ſunt. Dum enim uerba cuſtodiunt, et ſenſus minime attendunt, nec verba intelligi faciunt, et ſenſus frangunt. Et Horat. in arte. Nec verbum verbo curabis reddere fidus interpres.

attenditur) ſic Raim. intenditur, vetus regiſt. liber tenet, editus. tenetur, forte ſcribere voluit. attenditur, eſt in altero edito.

ſenſus veritatis amittitur) ſic etiam Raim. ſenſuũ virtus amittitur, vetus regiſt. et unus ex editis non male. ſenſum virtus amittit, alter editus nõ recte.

Cap. 8. Idem Iſidorus de prepoſitis) Item Iſidorus, Barcin. alijs omiſſus, aptius. Iſidorus, tantum Raim.

Quamobrem omnes, qui præſunt etc.) præſunt, malo, ut eſt in Barcin. et in trib. Tarr. et in Gregor. Verba Iſidori ſunt libro 10. etymolog. Præſul vocatus, quia preeſt ſollicitudine. Prepoſitus appellatus, eo quod ſit ſubiectorũ, ac famulátiũ ordinator, vel rector. qui pro quia, eſt in veteri libro; quod, in altero.

rite vocantur) recte pro rite, vetus Tarr. nõ male. iure vocẽtur, vetus Gregor. rite vocentur, alter vetus, et Cont. et alij.

ſuper alios gerant) gerunt, vnus Tarrac. et Raimund.

Huius capitis nullam utilitatem adgnoſco.

Cap. 9. Alexander iij.) ſic etiam Raim. et Cont. Carnoten. Ẽpo in 14. libro regiſtri. addi potuit ex concil. parte 50. c. 21. et 22. Ante verba huius capitis eſt in vet. Tarr. De vnctione infirmorũ, et de biſſexto.

Quæſiuit a nobis &c.) Ante hæc verba addi potuit, Pars cap. Cum ſacroſancta Romana, vt eſt ſcriptum in concil. d. cap. 21. idem initium eſt cap. 4. de ætate, et qualitate præficien. collect. 2. in quo tantum additur ſupraſcriptis uerbis vox eccleſia. eſt autem Clementis iij. itaque adhuc quæſito opus eſt. Tantum hoc certum eſt, verba cap. 6. de adulterijs huius collect. ante verba huius capitis collocari in concilijs d. cap. 21. et 22. Quæſiuit, et infra, vetus Gregor. Quæſiuit c. tr. et infra, alter vetus, et Cont. et alij.

debeat vngere) in ungere, concil.

& quando) et qua die, concil.

Nos itaque &c.) ſic Raim. vtique pro itaque, Barcin. et duo Tarr. ante hæc verba eſt in concil. et item mulier pro latrocinio etc. vt cap. 2. de diuortijs dictum eſt.

tibi duximus reſpondendum, ſacerdos) tibi duximus taliter reſpondendum, quod ſacerdos, concil. plenius, tibi taliter duximus etc. duo Tarr. tibi taliter reſpondemus, ſacerdos, tertius Tarr. tibi taliter duximus reſpondendũ, quod, ſacerdos, multi Grego. vox tibi in uno ueteri deſideratur.

infirmum ungere poteſt) poteſt ungere, tres Tar. poteſt infirmum inungere. concil. et vetus Greg. poteſt infirmum vngere, alter vetus, et Cont. et alij.

feſtum beati) ſcribe, feſti vero beati, vt eſt in Barcin. et in duob. Tarr. et in concil. et in Gregor.

iuxta conſuetudinem) ſic etiam Raim. iuxta regulam, concil.

nec quolibet) ſic in concil. et in duob. veterib. Gregor. nec pro quolibet, Cont. et alij.

niſi vigilia venerit) vigilia, niſi venerit, tres Tarr. et Raim. vigilia, niſi euenat, concil.

in dominica die) vox die omittitur in Greg. eſt in concil.

celebretur) ſic Greg. 9. celebratur, concil.

in præſenti) ſic etiam in cõcil. et in duob. veterib. Gregor. in præcedenti, Cont. et alij.

vel in) malo, ſiue in, ut eſt in concil. et in Gregor.

quaſi pro vno) ſic in concil. quaſi de vno, vetus Greg. vox quaſi in duob. Tarr. nõ eſt. ut editum eſt, alter vetus Raim. liber, et Cont. et alij.

nullus error) eſt, additur alia manu in vno Tarr. non male.

Poſt huius capitis verba eſt in concil. Quod autẽ mulier pro furto etc. ut d. c. 2. de diuortijs. Illud nõ omittã, mihi videri partem huius capitis poni debuiſſe ſub titulo de ſacra vnctione, cetera ſub titulo de obſeruatione ieiuniorum.

Cap. 10. Iſidorus in libro etymologiarum) ſic etiam Raim. et Cont. iij. pro iij. eſt in vet. Tarr. non recte. lib. 5. addit Cont. in marg. mendoſe. ſcribe, lib. 18. cap. 15.

Forum eſt exercendarum etc.) ſic etiã Iſid. editus; excepto verbo eſt, quod in veteribus libris exſtat. Forum pro Forus, Barcin. et unus ex ueteribus Iſidori libris aptius. dicebatur enim Forum Romanum, de quo agere uidetur, cum de roſtris mox loquatur. Melius Varro lib. 4. Quo cõferrent ſuas controuerſias, et quæ uendere vellẽt, et quo queq. ferrent, forũ appellarunt. ubi quid generatim additũ, ab eo cognomẽ, vt boarium forum, forum olitorium. Eſt igitur a ferendo forũ, vt a tegẽdo togã, et vt ciſtophorus, oenophorus, Chriſtophorus ἀπὸ τοῦ φέρειν, vt alia permulta, nõ a fando. nec litiũ tãtũ cauſa, ſed etiã legũ, et comitiorũ, et cõcionũ, et aliarũ rerũ gratia.

a Phoroneo Rege, qui primus Græcis legem dedit) leges, iudiciaque conſtituit, idem Iſidor.lib.5.c.1, apud Grat.diſt.7.c.1. hæc etiam origo inepta eſt. cum forum a Romulo, et Tatio inſtitutum nihil habeat commune cum Græcorum Regibus. leges dedit, eſt in veterib. Iſid. libris aptius. vt editum eſt, Raim.

hec loca, & pro roſtra &c.) Omittunt omnia hæc Raim. et Cont. qui locus et roſtra vocatur, Iſid. edit. aptius. quam pro roſtra, quod tamen in veterib. libris ſic eſt. et pro roſtris habitã orationẽ, aut ſtatuam poſitam dicimus. ineptum autem eſt forũ dici appellatum eſſe roſtra, ſiue pro roſtra. verius dicemus in foro roſtra fuiſſe; ante roſtra comitiũ, parte in fori, vbi aliquando iudicia habebantur.

ab eo qui) ſcribe quod pro qui, vt eſt in Barcin. et trib. Tarr. et apud Iſid.

ex bello Punico etc.) ſic etiam Iſid. ſed apud Liuiũ antiquiora ſunt roſtra bellis Punicis ex Antiatum, ni fallor, nauibus.

roſtra ablata) roſtra earum ablata, veteres Iſidori libri ſoli non male.

ut eſſent in ſigno huius victoriæ) eſſet pro eſſent, vetus Tarr. vt eſſet huius inſigne victoriæ, Iſid.

Conſtat autem forus cauſa, lege, iudicio) ſic Raim. iudice pro iudicio, Iſid. optime. vt editũ eſt, Raimund. et Cont. forum pro forus, iterum Barcin. aptius, et vetus Greg.

Cauſa vocata a caſu, quo venit) euenit, veteres Iſid. libri. verbum vocata non eſt in duob. veteribus Greg. dicitur, addit Cont. et alij. Cauſa vocatur a caſu, quo euenit, Iſid. editus. verbum eſt additur aliena manu poſt verbũ vocata in vno Tar.

eſt enim) hæc in vet. Tarr. ſolo deſiderantur.

nec dum) ſic Iſid. et duo veteres Greg. nedũ, Cõt. et alij quidam non recte.

preponitur) præponitur, vetus Iſidori liber ſolus.

dum diſcutitur iudicium) eſt, addit Iſid. tantum.

dum finitur) dum definitur, vetus Tarr. ſolus. Mihi hæc etiam verba minus placent. tam enim cauſa eſt, dum diſcutitur, quam iudicium; et cũ finitur, cauſa, et iudicium finitur. nec minus iuſtitiæ locus eſt in quacumq. parte iudicij, quam in fine.

iuſtitia) eſt, additur in veteri Iſid. libro.

Vocatur autem) ſic Raim. et vetus Iſid. Vocatum autem, alter vetus, et editi libri. omnia in veteri Tarr. deſiderantur. Vocatum eſt autem, tertius Iſid. vetus liber.

iuris ſtatus) ſtatio, vetus Tarr. ſolus.

anquiſitio) ſic omnes libri, ego anquiſitio, vt apud Varronem lib. v. de lingua Latina.

& auctores) et actores, duo Tarr. et Iſid. et duo veteres Gregor. vt editum eſt, Cont. et alij.

& prepoſitos) ſic etiam Iſid. et vetus Gregor. vox et non eſt in altero veteri Raim. libro, neque in Contiano, et alijs.

queſtores, vel quæſitores) ſic Iſid. et Raim. et addũt ante hæc verba duo Tarr. non recte. De Quæſtoribus hæc Varro. lib. 4. Quæſtores a quærendo, qui conquirerent publicas pecunias, et maleficia, quę Triumuiri capitales nunc cõquirunt. ab heis poſtea, qui quæſtionum iudicia exercẽt, Quæſtores dicti.

Negotium multa ſignificat) ſic etiam Iſid. editus, et vetus Greg. multam pro multa, alter vetus non recte. ſignat pro ſignificat, Cõt. et alij mendoſe. Negotium autem multa ſign. complectitur, veteres Iſid. libri.

rei alicuius, cui) ſic Iſid. et duo veteres Gregor. aliĩ cuius rei, cuius, Cont. et alij.

actionem cauſa) actum cauſæ, Barcin. tantum.

quod eſt) quæ eſt, veteres Iſidori libri, et vetus Greg. tantum.

& dictum) ſic Iſid. eſt, addit vnus Tarr. et Raim.

quaſi nec etiam) ſic etiã Iſid. hæc omittunt Raim. et Cont.

id eſt ſine otio) ſic Iſid. et Raim. quod ſit ſine otio, vetus Tarr. non male.

Iurgium dicitur) ſic Raim. dictum, Iſid.

cauſam dicunt) ducunt, vetus Iſid. liber.

diſceptant) ſic etiam Raim. diſceptent, Iſid. non male.

Lis) ſic Iſid. Lis autem, Raim.

de qua) de quo, vnus ex veteribus Iſid. libris.

Cauſa autem ait) vox autẽ neq. apud Iſid. eſt, neque in duobus Tarr. neq. in Greg. Cauſa, vetus Raim. liber alijs omiſſis.

Vnde dictum eſt) ſic etiam Raim. Vnde et dictũ, Iſid.

i. argutum inuentũ) ſic Iſid. editus. quaſi pro ideſt, vetus liber. vox ideſt non eſt in duob. veteribus Gregor. argute inuentum, Cõt. et alij. mihi neutrum placet. eſt enim mentum productio verbi; ſic teſtamentum, et pauimentum, et calciamentum.

conſtat) conſtituit, vetus Tarr. ſolus. conſiſtit forte.

In omni autem negotio ſex perſonæ quæruntur) iudicio pro negotio, et requiruntur pro quęruntur. Iſid. edit. In omne autem iudicium ſex perſonę quæruntur, vetus liber. iudicio pro negotio, cetera, vt edidimus, duo alij veteres libri. In omni quoque negotio hæ perſonæ quæruntur, Raimund.

Iudex, accuſator, reus, et tres teſtes) quattuor genera perſonarũ enumerantur a Fabiano Papa epiſt.

a.18.

2. iudices electi, accuſatores idonei, defenſores congrui, atq. teſtes legitimi. viden. Iuo lib. 4. tit. 7. c. 27. Panor. et parte 6. c. 321. decreti, et Anſel. lib. 3. tit. 72. et Grat. 4. q. 4. c. 1. Ego non video, cur accuſator potius dicatur, quam actor; neq. cur tres teſtes ſint neceſſarij. cum in multis cauſis nullis teſtib. ſit locus, et in alijs duob. teſtib. probatio fiat. Nullis teſtib. opus eſt, cum probatio vel tabulis, vel confeſsione reorum conſtat. item cum in iure controuerſia eſt, aut quia lex obſcura eſt, aut quia alteri legi eſt contraria. accuſator, alias actor, eſt in vet. Gregor.

Iudex dictus eſt) verbum eſt omittitur ab Iſid. et a Raim. non eſt in vno Tarr. eſt apud Iuon. lib. 8. tit. 4. c. 36. Panor. ex lib. 20. c. 3. mēdoſe, et apud Grat. 23. q. 2. c. 1.

quaſi ius dicens populo) ſic Iſid. editus, et veteres duo, et Raim. quia ius dictat populo, Iuo, et Grat. dicat pro dictat, mutari poſſet, ut vidi in veteri Grat. libro. vox populo in tertio Iſid. libro veteri non eſt.

ſiue quod iure diſceptet) ſic omnes vno excepto veteri Iſid. libro, in quo eſt, in iure, pro iure. ego malim, ſiue his, qui iure diſceptent. ſed Iſidorus edita ſcripſit. at prius dixerat de iurgio; quod hi, qui cauſam dicant, iure diſceptant. de quib. falſum eſt, quod ſequitur; iure diſceptare eſt iuſte iudicare.

non eſt autem) ſic Iſid. editus, enim, vetus liber, et Iuo, et Grat. ergo, Raim.

Accuſator vocatus) ſic Iſid. editus. eſt, addit Raim. Accuſator dicitur, duo Tarr. vocatur, vet. Iſid. liber.

quaſi adcauſator) ſic etiam Iſid. et duo veteres Gregor. ſed in altero vox quaſi aliena manu addita eſt. quaſi cauſator, Cont. et alij.

quia ad) qui ad, vetus Iſidori liber tantum.

cum quem) vox cum non eſt in veteri Tarr. ſolo.

quæ petitur) ſic multi Gregor. et veteres Iſid. qua pro quæ, Iſid. editus, et vetus Raim. liber.

nuncupatus) ſic vetus Iſid. liber. eſt nuncupatus, vnus Tarr. nuncupatur, alter Tarr. et Iſid. editus, et Raim.

quia quamuis) qui pro quia, vnus ex veterib. Iſid. libris.

quamdiu iudicium) quādiu in iudicium, duo Tarr. quamdiu in iudicio, Iſid.

ſuperſtites dicebantur) vocabantur, vnus Tarr. ſolus.

ſuper ſtatum cauſæ) ſic etiam Iſid. ſuper cauſæ ſtatu, Raim.

teſtes vocantur) ſic Iſid. editus. vocari, vetus liber, et vetus Tarr. vocati ſunt, Barc. ſunt vocati, alij duo veteres Iſidori libri.

Teſtis autem conſideratur) ſic etiam Raim. Teſtis autem cōſideratur, Iſid. editus. enim pro autem, veteres Iſid. libri. cetera, vt editus.

non ſeruus) et non ſeruus, vnus Tarr. tantum.

ſæpe ſeruus) vox ſæpe deſideratur in vet. Tarr. et in vet. Gregor. ceteri habent.

ſupprimit) ſupponit, vetus Tarr. ſolus.

varium, et mutabile ſemper ſemina) ſic Iſid. editus. mutabile genus, vetus liber nō recte. producit, addit vnus Tarr. alia manu nō recte, et duo veteres Greg. teſtimonium ſemper femina producit, Cōt. et alij, quod plenius eſt, ſed nō verius. Verba enim ſunt Maronis in iiij. ut edidimus.

fide non creditur) fide carebit, Barc. et Iſid. et Raimun. fidei eius non creditur, duo Tarr.

cum ſcelerato habere commercium) ſic etiam vetus Gregor. cum ſcelerato homine etc. Barcin. et alter vetus Gregor. et Cont. et alij. ſocietatem pro commercium, Iſid. editus, cetera, ut edita ſunt. cum ſceleritate habere ſocietatem, unus ex veterib. Iſid. libris.

Duo ſunt etc.) hæc omittunt Raim. et Cōt. Duo ſunt autem etc. tres Tarr. et Iſid. editus. Duo autem ſunt, veteres libri.

ſilentio obtegunt) ſic Iſid. ſilendo pro ſilentio, Barcin. protegunt, vetus Tarr.

Cap. 11. Idem in eodem) Idem, Raim. et Cont. alijs omiſsis. adde lib. v. cap. xxiiij.

ex pace conueniens ſcriptura) ſic omnes. ſed mihi hæc nō placent. poteſt enim pactum fieri extra pacem, et ſine ſcripto.

ac moribus) aut pro ac, unus ex veterib. Iſid. libris.

probata) cōprobata, Barcin. et duo Tarr. et Iſid. et Raim.

dictum pactum) ſic etiam Raim. et dictum eſt pactū, Iſid. editus. verbū eſt in veterib. libris nō eſt. Poſt verba huius capitis addit Iſidorus: ab eo, quod eſt pango. unde et pepigit fœdus. Placitum quoq. ſimiliter ab eo, quod placeat. Alij dicunt pactum eſſe, quod uolens quiſq. facit, placitum uero etiam nolens compellitur. etc. paco pro pango, eſt in veteri libro, pango in alijs duob. et placet pro placeat, et quid pro quiſq. in uno. quis, in altero.

Cap. 12 Idem in eodem) ſic etiam Raim. et Cont. Idem, Barcin. alijs omiſsis. adde cap. 25.

Ius dictum eſt a iuſte poſſidendo) eſt autem ius a iuſtitia appellatum, Vlpian. cap. 1. de iuſtitia, et iure. neutrum placet, cum hæc nomina, iuſtus, iuſte, iuſtitia originem ducant ab hac uoce IVS. iure pro iuſte, duo Tarr. et Raim. iure, olim tertius Tarr. mox additum, vel iuſte. Iſidori verba repeti altius debent. Res ſunt, quæ in noſtro iure

re cōſiſtunt. Iura autem ſunt, quæ a nobis iuſte poſsidentur, nec aliena ſunt. Dicta autem res a recte habēdo, ius a iuſte poſsidendo. Veterib. inter bona, et res hæc differentia fuit: ut in bonis multa bona fide poſſeſſa numerarent; at quæ iure Quiritium haberent, res potius, et iura dicerent, quam bona. Viden. Theophilus tit. de libertinis in fine lib. 1. Inſtit.

quod iuſte; hoc iuſte, quod bene) ſic etiam Raim. quod recte; hoc recte, quod bene, Iſid. editus. ſed in veterib. eſt. quod recte; hoc recte, quod iuſte; hoc iuſte, quod bene. plenius. ſumpſit hęc Iſid. ex verbis Aurelij Auguſtini epiſt. 54. quę Grat. refert 14. q. 4. c. 11. Hoc enim certe alienum non eſt, quod iure poſſidetur; hoc autem iure, quod iuſte; et hoc iuſte, quod bene. ſic etiam Grat. ſed poſt illa, hoc autem iuſte, addit, poſsidetur.

quod autem male poſſidetur, alienum eſt) ſic etiam Raim. omne igitur, quod male poſſidetur, alienū eſt, Auguſt. et Grat.

quod vel ſuis male vtitur) qui pro quod, Barcin. aptius, et duo Tarr. et Iſid. et Raim. male autē poſsidet, qui male vtitur. Aug. et Grat. abutitur os quidem ſuis, non vtitur; ſed nō ideo male poſſidet.

Poſt huius capitis verba addit Iſidorus. Poſsidet autem iuſte, qui non irretitur cupiditate. qui autem cupiditate tenetur, poſſeſſus eſt, nō poſſeſſor. Bona ſunt honeſtorum, ſeu nobilium, quæ proinde bona dicuntur, ut nō habeant turpem uſū, ſed eis homines ad res bonas utātur. Hęc Iſidorus ſatis pie, ſed parum ex ſententia iuriſconſultorum. Vetus autem eſt. Quam quiſq. norit artem, in ea ſe exerceat.

Cap. 13. Paſchaſius Papa ij.) Paſchaſius, vetus Gregor. alijs omiſsis. Paſchalis, alter vetus, et Cont. et alij Paſchalis Papa ij. Barcin. et tres Tarr.

S. Martini) ſancti Martini, tres Tarr. et Raim. ſancti Marini quartus Tarr.

Cauſa Carpen. plebis etc. et infra) ſic etiam Raim. et Cont. excepta voce etc. Carda Tarpen. plebis, Barcin. mendoſę. Integram clauſulam nōdum inueni.

Ceterum primitias) vox Ceterum in vet. Tarr. ſolo deſideratur.

In ſolū eccleſiarum bonis) Alberici, et Hugonis veterum interpretum opiniones Ricardus Anglus refert, cuius intelligantur eſſe bona eccleſiarum. Ricardi verba inuenies in ſcholijs Gregorianæ collectionis.

decimas, oblationes) decimæ, et oblationes, Raim.

offeruntur) ſic Raim. conferuntur, Barcin.

per manum vel poteſtatem) per poteſtatem, Raim. et Cont. alijs omiſsis.

contra domini) contra Deum, Raim. et tres Tarr.

inſtitutiones) ſanctiones, tres Tarr. et Greg. 9.

Cap. 14 Hieronymus ſuper Oſee) ſic etiam Raim. et Cont. cap. 10. addit Cont. et alij in marg. ſed nō ſunt Hieronymi verba, ſed ſcholij veteris, quam gloſſam inter lineas dicunt; et ſumpta potius videntur a Seruio lib. 1. Georgicor. Vergilij.

Innouate nouale) ſic Raim. Verba prophetæ interprete Hieronymo hæc ſunt. Arabit Iudas, confringet ſibi ſulcos Iacob. Seminate vobis in iuſtitia, et metite in ore miſericordiæ; innouate uobis nouale. At Lxx. his uerbis uſi ſunt. *καὶ παρασιωπήσομαι Ἰούδαν, ἐνισχύσει αὐτῷ Ἰακώβ. σπείρατε ἑαυτοῖς εἰς δικαιοσύνην, τρυγήσατε καρπὸν ζωῆς, φωτίσατε ἑαυτοῖς φῶς γνώσεως.* Quorum verborum vetus interpretatio a Hieronymo relata hæc eſt. Et reticebo Iudam, roborabitur ſibi Iacob. Seminate vobis in iuſtitia, vindemiate fructū vitæ, illuminate uobis lumē ſcientię. Hęc interpretatio Lxx. aufert a nobis noualia. ſed ea repetamus ex Hieremia c. 4. Nouate uobis nouale et nolite ſerere ſuper ſpinas. *νεώσατε ἑαυτοῖς νεώματα, καὶ μὴ σπείρητε ἐπ' ἀκάνθαις.*

Nouale eſt ager nunc primum præciſus) ſic etiā Raimund. cum pro nunc, Barcin. et duo Tarr. quorum alter habet, præſcinditur pro præciſus. eſt, additur in Barcin. tunc primum procisſus, gloſſa inter lineas. Seruius in bucolicis eclog. 1. cū Maro dixiſſet. Impius hæc tam culta noualia miles habebit. Noualia noua rura; quæ per ſingulos annos renouantur per ſemina; vel noualia dicūtur, ubi ſilua tollitur. et lib. 1. georg. ad illa carmina. Alternis idem tonſas ceſſare nouales, Et ſegnem patiere ſitu dureſcere campum. Tonſas nouales, ideſt agros meſſos. Dicimus autem has nouales, et hæc noualia. Proprie nouales ſunt tunc primum arua proſciſſa.

TIT. XXXVII. DE REGVLIS IVRIS.

CAP. 1. *Omnis &c.*) Ante hæc verba adde, Ioannes Chryſoſtomus, vt eſt in Barc. et tribus Tarr. et in Greg. Chryſoſtomus ſuper Matthæum, Grat. ſiue Palea 27. q. 2. c. 4. eiſdem verbis addit Iuo parte 8. c. 233. decreti, cap. 109 et in marg. homilia 32. in Matth. in opere imperfecto, quod placet. ſed id opus incerti eſſe dicitur. eadē homilia exſtat in extremo volumine 2. eiuſdem Chryſoſtomi, vbi aliæ 27. homiliæ exſtant, hac inſcriptione: In inuentione ſanctę crucis homilia 21. In illo tēpore acceſſerūt ad Ieſum etc. Matth. c. 19. In Contiana editione Gratiani ad-

ditur

ditur in marg. homilia 16. non recte, et c. 1. eiuſdem quæſt. quod eſt ex eadem homilia, et a Cõtio c. 2. appellatur, adſcriptum eſt, homilia 26. idem erratum eſt in libris Antonij Democharis. Sunt autem hæc verba addita poſt illa Chriſti: Amen, amen dico vobis, quicumque dimiſerit vxorem ſuam, excepta cauſa fornicationis, moechatur.

per quaſcũq. cauſas naſcitur) ſic Palea, et Raim. naſci ſolet, uetus Tarr. quas pro quaſcumq. Chrys. vtrubiq. et Iuo. Græcis verbis caremus.

per eaſdem diſſoluitur) ſic etiam Palea, et Raim. diſſolui meretur, vetus Tarr. per ipſas abſoluitur, Chrys. vtrubiq. et Iuo.

Poſt hæc verba addit Chryſoſt. Matrimonium enim non facit coitus, ſed voluntas: et ideo non illud ſoluit ſeparatio corporis, ſed ſeparatio voluntatis etc. ſic d. hom. 21. illud nõ ſoluit, d. hom. 32. et Iuo, qui omittit vocem ſeparatio poſteriorem. non ſoluit illud, Palea, qui etiam omiſit eãdem vocem ſeparatio. Eadẽ verba refert Grat. d. c. 1. eiuſd. quæſt. Matrimonium quidem non facit etc. cetera, vt Palea.

Cap. 1. Omnis vero, qui etc.) Adde ante hęc verba, Eleutherius Papa, vt eſt in Barc. et in tribus Tarrac. eſtautẽ hæc ſententia in epiſt. 1. ad vniuerſas eccleſias Galliæ. eius verba refert Iuo parte 6. c. 318. decreti, qui hunc appellat xij. Petri ſuc ceſſorem, c. 316. eadem refert Anſel. lib 3. c. 28. Eiſdem verbis vtitur Felix epiſt. 1. ad Paternum Epm, cuius partem refert Iuo d. parte 6. c. 329. et 330. Eadem verba inueniuntur, vt ex concilio Nicæno ſumpta in epiſt. Iulij Papæ ad Orientales cap. 25. in concilijs. eadem poſuit Hadrianus Papa in epiſt. ad Epm Mediomatric. cap. 8. vt apparet in concil. et refert Anſel. lib. 3. c. 88. Deniq. eiſdem fere verbis vtitur Anianus interpres Codicis Theodoſiani in nouella Valentiniani, et Marciani Imperatorum, titulo nemini exhiberi etc. Sed in his vox Omnis omittitur, pro qua apud Eleuther. et alios ſcriptum eſt, Illi vero, qui etc. vox vero in veteri Tarr. et in Barcin. deſideratur. Ille vero, habet Iulius, et Hadr. et Iuo. d. c. 330. et Anſel. d. c. 28. Iulius apud Sorũ Illi nõ Ille, habet. De iudice ſuſpecto, vetus Tarr. ante hoc caput habet miniatulis litteris.

ſi iudicem ſuſpectum habuerit) ſic Eleuth. et Hadr. et Iuo d. c. 318. et Anſel. vtrubiq. et Anianus. habuit, vetus Tarr. ſi iudices ſuſpectos habuerit, Felix, et Iulius et Iuo d. c. 330.

liceat appellare) Primates, addit ſolus Felix. Primatẽ, Iulius in veteri epitome canon. Initio huius capitis addi potuit, Pars cap. Siquis ſuper quibuſlibet. Integra clauſula exſtat in concil. apud Eleuth. et Felicem, et Iulium, et Iuon. d. c. 318. et 329. et Anſel. d. cap. 28. Si quis clericus ſuper quibuſlibet, habet Hadr. in concil. et apud Anſel. d. cap. 88. Si quis aduerſarium, Anian. At Grat. 3. q. 6. c. 17. vt Hadr. omiſſis verbis huius capitis, Sixto relata verba adſcribens non ſine mendo.

Cap. 3. Auguſtinus in epiſtola ad Romanos) adde c. 14. quamquam ego hæc non legi apud Aurel. Auguſtin. ſed in ſcholijs, quę gloſſa ordinaria dicuntur.

Qui autem infirmus eſt, olus manducat) verba Latina Pauli hæc ſunt. Infirmum autem in fide aſſumite, non in diſceptationib. cogitationũ. Alius enim credit manducare ſe omnia. Qui autẽ etc. Τὸν δὲ ἀσθενοῦντα τῇ πίστει προσλαμβάνεσθε, μὴ εἰς διακρίσεις διαλογισμῶν. ὃς μὲν πιστεύει φαγεῖν πάντα, ὁ δὲ ἀσθενῶν λάχανα ἐσθίει.

infirmum, qui cibum diſcernit) cibos pro cibũ, Barcin. et tres Tarr. Infirmus. Qui cibos diſcernit, putans alios mundos, alios immundos; eo quod Iudęi prohibiti ſunt edere; hũc, ſcholiũ plenius, *ne cum*) nec cum, vetus Tarr. ſolus.

de manifeſtis autem iudicandum eſt) iudicãdum eſt, Barcin. et tres Tarr. De manifeſtis iudicandum, et non occultis. ſchol. alijs omiſſis. ſunt autẽ hęc poſita poſt alia verba Pauli. Et qui non manducat, manducantem non iudicet. καὶ ὁ μὴ ἐσθίων τὸν ἐσθίοντα μὴ κρινέτω. Poſt edita verba additur in ſcholijs. Manifeſta vero ſunt, quæ nõ poſſunt bono animo fieri, vt ſunt ſtupra, blaſphemiæ, furta, et huiuſmodi; de quib. iudicare nobis permittitur. Eadem fere verba ſunt Bedę cap. 7. hoc titulo.

Sed ea, quæ dubium eſt) dubia ſunt, vnus Tarr. ſolus.

interpretemur) interpretamur, Barcin. tantum.

vt de cibis, & infra) vt de cibis. quia poſſunt bono animo, et ſimplici corde ſine vitio concupiſcentiæ quicumq. humani cibi indifferenter ſumi, ſchol. plenius. hæc, et ea, quæ ſequuntur, in Barcin. omiſſa ſunt.

Stabit autem hic. inquit, quod &c.) mendoſe punctum, quod poni debuit poſt vocem autem, poſitum eſt poſt vocem hic. ſunt vero Pauli verba, Stabit autem, cetera Auguſtini, ſiue alterius interpretis. Tu quis es, inquit Apoſtolus, qui iudicas alienum ſeruum? domino ſuo ſtat, aut cadit. Stabit autem. potens eſt enim Deus ſtatuere illum. σὺ τίς εἶ ὁ κρίνων ἀλλότριον οἰκέτην; τῷ ἰδίῳ κυρίῳ στήκει ἢ πίπτει. σταθήσεται δέ. δυνατὸς γάρ ἐστιν ὁ θεὸς στῆσαι αὐτόν. pro ſtatuere, ſtare facere, dici poſſet.

nerſere) Poſt hoc verbũ addunt ſcholia et plus

ſalu-

ſalutem, quam mortem reorum optare; et in fu
turo ſpem boni habere, et ſi aliter ſit in præſen
ti.

Cap. 4 Gregorius viij.) ſic etiam Raim. et Cont. ſcribendum eſt, Gregorius Ioanni Epõ Rauennati, vt lib. 2. epiſt. 54. cap. 93. indict. 11. regiſtri B. Gregorij. Hoc autem eſt cap. 5. in Barcin. et tribus Tarr. in quib. eſt caput 4. quod nobis eſt octauum.

Quod latenter &c.) Ante hæc verba potuit addi, Pars cap. Non multum. ex regiſtro, vbi integra clauſula videnda, et apud Grat. ſiue Paleã diſt. 100. c. 7. et 8. et Anſel. lib. 6. cap. 87. Reprehenditur Ioannes, quod pallio extra miſſarum tempus vteretur, ille ſe conſuetudine ſuæ eccleſiæ defendere ſolebat. De hac igitur conſuetudine poſt alia ſic ait. Nam et de ipſa cõſuetudine tuę, quam opponis, eccleſię, quę vobis olim, vt a partib. veſtris probaretur, ſcripſimus; iam nos ſatis ſollicitudinem geſiſſe cognoſcite, inquirentes filios noſtros Petrum diaconem, atq. Gaudioſum Primicerium, nec non et Michaëlum Defenſorem ſedis noſtrę, vel alios, qui pro diuerſis reſpõſis Rauennã a noſtris deceſſorib. ſunt tranſmiſſi; et hæc te in præſentia ſua egiſſe, diſtrictiſſime negauerunt. Apparet igitur ſecreto non potuiſſe geri, niſi quod vſurpabatur illicite. vnde quod latenter etc. ſic in edito libro. ſecretiſſime pro ſecreto, eſt in veteri, et nõ poſſe pro non potuiſſe.

per vim, & illicite) aut per vim, vel alias illicite, Raim. hæc nulla ſunt in regiſtro.

introductum) ſic Raim. ſub introductum, regiſt.

ſubſiſtere) perſiſtere, regiſt. vt editum eſt, Raim. Quæ poſt verba huius capitis in regiſtro ſequãtur, illic videri poterunt. et in extrema epiſtula ſunt verba, quę Grat. refert diſt. 93. c. 22. Illud autem. et Anſel. lib. 7. c. 160.

Cap. 5. Idem Parmenſi) Idem, Barc. et vetus Tarr. altera voce omiſſa. Narmẽſi Epõ, duo alij Tar. Narnien. Epõ, uetus Raim. liber. Varien. Cont. et alij. Sed ſcribendum eſt, Narſi Patricio. vt eſt lib. 1. epiſt. 6. regiſtri B. Gregorij. Hoc eſt c. 6. in Barcin. et trib. Tarr. vox Patricio in veteri regiſtro non eſt.

Cum in contemplatione &c. et infra) ſic etiã Raim. et Cont. excepta voce etc. Integra clauſula ex regiſtro hæc eſt. DVM contemplationis alta deſcripſiſtis; ruinæ meæ mihi gemitum renouaſtis qui audiui, quid intus perdidi, dum foras ad culmen regiminis aſcendi immeritus. ſic in vno edito. deſcribitis pro deſcripſiſtis, eſt in veteri libro. Dum contemplationis dulcedinem alte deſcripſiſtis, eſt in altero edito. et foris pro foras, aptius.

In ipſo cauſa initio non eſt a quæſtionib. inchoãdum) ſic etiam Raim. et Cont. Omnes interpretes quęſtiones tormenta interpretantur. at Gregorius queſtib. hoc eſt querellis ſcripſit. Altius eius verba referam. De cauſa autem fratrum noſtrorũ, vt ſcripſiſti, ita futurũ, ſi Deus adiuuet, æſtimo, de qua modo ſereniſſimus rerum dominus ſcribere omnino non debui: quia in ipſo initio nõ eſt a queſtib. inchoandum. ſed dilectiſſimo filio meo Honorato diacono ſcripſi, vt oportuno tẽpore eis congrue ſuggerat, et mihi reſponſum ſub celeritate indicet. Hæc in altero edito libro mendoſa ſunt. exiſtimo pro æſtimo, eſt in altero edito.

Cap. 6. Idem clerico, & or. Mediolanen.) clero, et ordini, pro clerico, et or. duo Tarr. aptius. clero pro clerico, Barcin. clero, et ordini, et plebi Vianenſis eccleſię, regiſt. lib. 1. epiſt. 78. ſed in indice eſt, Vienenſis pro Vianenſis. Meuanẽſis, vetus habet regiſtri liber. Hoc eſt c. 7. in Barcin. et in tribus Tarr.

dum quiſque) ſi alter, vetus Tarr. dum quiſquis, regiſt. non recte.

Poſt verba huius capitis eſt in regiſtro. Quod nos prouidentes, ne hoc veſtræ contingere poſſit eccleſiæ, eius curã, vtilitateſq. Honorato preſbytero ad præſens committendas elegimus, quatenus res, vtilitateſq. eccleſię per eum et procurari valeant, et modis omnibus cuſtodiri. ſic in ueteri libro eſt. eum procuratori, eſt in altero edito. eum procurari, in altero non male. Cetera in regiſtro videantur.

Cap. 7. Beda in homilia) omel. vetus Greg. non recte. homilijs, duo Tarr. et Cõt. et alij non male. Beda in Lucam lib. 2. c. 24. hæc ſcripſit. Hoc eſt c. 8. in Barcin. et in trib. Tarr.

Eſtote miſericordes &c.) ſic etiam Raim. et Cont. Integra clauſula Lucæ c. 6. hæc eſt. Eſtote ergo miſericordes, ſicut et pater veſter miſericors eſt. γίνεσθε οὖν οἰκτίρμονες καθὼς καὶ ὁ πατὴρ ὑμῶν οἰκτίρμων ἐστί. Apud Bedam hæc non ſunt, ſed quæ ſequuntur. Nolite iudicare, et non iudicabimini. nolite condemnare, et non cõdẽnabimini. καὶ μὴ κρίνετε καὶ οὐ μὴ κριθῆτε. μὴ καταδικάζετε καὶ οὐ μὴ καταδικασθῆτε.

exiſtimo) æſtimo, vetus Greg. ſolus.

ex fructibus eorũ agnoſcetis eos) ſic Beda, et Raim. a pro ex, vetus Tarr. vtrumque eſt Matthęi c. 7. Attendite a falſis prophetis, qui veniũt ad vos in veſtimentis ouiũ, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. a fructibus etc. προσέχετε δὲ ἀπὸ τῶν ψευδοπροφητῶν, οἵτινες ἔρχονται πρὸς ὑμᾶς ἐν ἐνδύμασι προβάτων, ἔσωθεν δέ εἰσι λύκοι ἅρπαγες. ἀπὸ τῶν καρπῶν αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε αὐτούς. et poſt arborum exemplum, quæ bonæ bonos,

malę malos fructus faciunt, addit. Omnis arbor, quę nõ facit fructum bonum, exciditur, et in ignem mittetur. Igitur ex fructibus etc. πᾶν δένδρον μὴ ποιοῦν καρπὸν καλὸν ἐκκόπτεται, καὶ εἰς πῦρ βάλλεται. ἄρα γε ἀπὸ τῶν καρπῶν αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε αὐτούς. Græce bis A dicitur, non Ex.

et ſtuprum) ſic etiam Raim. vt ſtupra, tres Tarr. ſicuti ſunt ſtupra, Beda.

blaſphemia, furta) ſic Greg. 9. vel blaſphemiæ, vel furtã, Beda.

ebrietas) vel ebrietas, Beda. ebrietates, Barc. et tres Tarr. et Raim.

& ſimilia) ſic Raim. et ſi qua ſunt talia, Beda. et his ſimilia, duo Tarr.

de quib. nihil &c.) vide c. 3.

Cap. 8. Idem) ſcribendum, Stephanus Papa, vt eſt in Barcin. et trib. Tarr. et in Greg. eſt autẽ in cõcil. epiſt. 2. omnib. Epis. Hoc autẽ eſt c. 4. in Barcin. et trib. Tarr. ſic rectius caput nonum Bedæ coniũgitur cum cap. 9. eiuſd. Bedæ.

Quæ violentum vſurpantur &c.) Recte Cõtius addit a Raim. prius omiſſa. ſunt autẽ in concil. ex quib. addi potuit, Pars cap. Pluri in ſi gaudemus. hoc enim eſt eius epiſt. initium. nos huic loco apta referemus. Audiuimus enim vos a quibuſdam accuſari nõ tã pro veſtra culpa, quam pro eorũ libitu; vt veſtra rapere poſſint: et ideo vos nimis affligi, et concuti, in tantum, vt etiam a ſedib. proprijs pellamini. et tali occaſione eccleſię facultates, veſtræq. vaſtẽtur, ac deprædẽtur. Illa carissimi non oportet fieri, nec denuo replicari. tamen neceſſe eſt, quæ totiens vſurpãtur etc. ſic veteres editiones concilij facultateſq. veſtræ, Suriana nõ recte, et neceſſe eſt, vt quæ, nõ male.

vt molestiis prohibeantur) ſic etiam Cont. ſępius replicentur, et prohibeantur, concil.

a Epis) ſic in concil. et in Greg. ab Epis, Barc. et vnus Tarr. tantum recenti, non recte.

reputatur) ſic Raim. reputabitur, concil.

& violari) a quoquam, addunt concil. et Barc. et tres Tarr. et a quoquam violari, Raim.

Poſt huius capitis verba eſt in concil. Nullus enim Epõrum etc. vt apud Burch. lib. 1. c. 141. et Iuon. parte 5. c. 255. decreti, et lib. 4. tit. 6. c. 6. Pannor. et Grat. 2. q. 2. c. 3.

Cap. 9. Idem) ſic etiam Raim. et Cont. ordine horum capitum mutato. refertur autem vox Idẽ ad Bedam, qui c. 9. ad Marci euang. hęc ſcripſit.

Qui ſcandalizauerit &c.) ſcãdalizauerit, tres Tarr. et Raim. aptius. Integra clauſula Marci c. 9. eſt hæc. Et quiſquis ſcandalizauerit vnũ ex his puſillis credentib. in me; bonum eſt ei magis, ſi circumdaretur mola aſinaria collo eius, et in mare mitteretur. καὶ ὃς ἐὰν σκανδαλίσῃ ἕνα τῶν μικρῶν τούτων τῶν πιστευόντων εἰς ἐμέ, καλόν ἐστιν αὐτῷ μᾶλλον εἰ περίκειται λίθος μυλικὸς περὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ, καὶ βέβληται εἰς τὴν θάλασσαν.

vtilius ſcandalum naſci permittatur) permittitur, Raim. et duo Tarr. vtilius eſt, tertius Tarr. Bedę verba ſunt hæc. Notandũ ſane, quod in noſtro bono opere aliquando cauendum eſt ſcandalũ proximi, aliquando vero pro nihilo contemnendum. In quantum enim ſine peccato poſſumus, vitare proximorum ſcandalum debemus. Si autẽ de veritatę ſcandalum oritur, vtilius permittitur ſcandalum naſci.

quam veritas relinquatur) ſic Beda, et Raim. quã ut pro quam, duo Tarr.

Cetera apud Bedam videantur.

Cap. 10. Auguſtinus) ſic etiam Raim. et Cont. fonteni, qui digito demonſtret, nondum inueni.

quam debeat, facit) facit, quam debeat, vetus Tarr. aptius, addit editis Barcin. debet pro debeat, vetus Greg. vt editum eſt, Cont. et alij.

Cap. 11. Idem in libro de pænitentia) ſic etiã vetus Greg ſapientia, Cont. et alij non recte. pænitentia, in marg. Cont. vt editum eſt, Grat. de pænit. diſt. 1. c. 1. ſumitur ex libro de vera, et falſa pęnitentia c. 14. vt recte notat Ant. Demochares.

Defleat peccator, quia offendẽs in vno precepto) vox præcepto nõ eſt in Greg. Defleat, etiã, quoniã in vno offendens, Auguſt. quoniam offendens in uno, Grat. cetera, vt Aug.

factus eſt omnium reus) ſic etiam Grat. et Raim. factus eſt omnium per ingratitudinem reus, Auguſt. plenius. ſumuntur hæc ex epiſt. Iacobi c. 2. Si autem perſonam accipitis, peccatum operamini redarguti a lege quaſi tranſgreſſores, quicumque autem totam legem ſeruauerit, offendat autem in vno, factus eſt omnium reus, εἰ δὲ προσωποληπτεῖτε, ἁμαρτίαν ἐργάζεσθε, ἐλεγχόμενοι ὑπὸ τοῦ νόμου ὡς παραβάται. ὅστις γὰρ ὅλον τὸν νόμον τηρήσει, πταίσει δὲ ἐν ἑνί, γέγονε πάντων ἔνοχος. Hæc quo pacto intelligi debeat, docent B. Iacobus, et Aur. Aug. vide etiam cap. vlt. de pænit. diſt. 5.

Cap. 12. Beda ſuper Marcum) ſic etiam Raim. et Cont. adde c. 2. in fine. verba tamen Bedæ ſunt alia, vt mox dicemus.

Quod nõ eſt licitum in lege, neceſſitas licitum facit) ſic etiam vetus Greg. facit licitum, Cont. et alij, vt editum eſt, ſcholia, ſiue gloſſa ordin. ex Beda. Sicenim et mãdatum eſt ſabbatum cuſtodiri, vt tamen, ſi neceſſitas eſſet, reus non eſſet, qui ſabbatum violaſſet. Ideo ſabbato circumcidere eſt prohibitum, quia neceſſe erat fieri. Nã et Ioſue muros Hiericho ſeptem dieb. cum exercitu circuiuit, et Machabæi neceſſitate inſtante ſabba-

to

oto pugnabant. Vnde diſcipulis eſurientib. quod licitum non erat in lege, neceſſitate famis factũ eſt licitum. Beda.

dam & ſabbatum cuſtodiri preceptum eſt) ſic etiam Raim. et Cont. vox et in duob. Tarr. fuerat omiſſa, in altero addita eſt. apud Bedam hæc non leguntur, ſed ea, quæ ſupra ſcripſimus.

Machabei tamen ſine culpa in ſabbato pugnant) ſic etiam vetus Greg. culpa ſua, Contius, et alij. nẽ pugnabãt, pro pugnãt, quod etiã eſt in vno Tarrac. autẽ pro tamẽ, habet vet. Tarr. Machabęi in ſabbato pugnãt, gloſſa. verba Bedæ retulimus.

ſic & hodie ſiquis ieiunium fregerit ægrotus, non tenetur) habetur, vetus Greg. olim, mox reus uoti nõ habetur, quod eſt in Contiano, et alijs. reus voti, additur editis in fine, in Barcin. reus nõ tenetur, eſt in vet. Tarr. reus voti non tenetur, eſt in alijs duob. Tarr. ſic, et hodie in ieiunijs ſiquis ieiuniũ fregerit ægrotus, reus nõ tenetur, gloſſa ord. Talis hæc cauſa eſt, qualis hodie in ieiunijs legitimis, vbi ſiquis æger ieiuniũ corruperit, nulla ratione reus tenetur. Beda.

Cap. 13. Indignum eſt etc.) Adde ante hæc verba, Lucius iij. Decano Lundon. vt eſt in Barc. Lundun. in vno Tarr. Ludon. in altero Tarr. nõ recte. Lucius iij. Raim. et Cont. alijs omiſſis, et Barcin. c. 2. de exceſſib. prælat. collect. 2. Eboracen. Archiepõ. et Lendon. Decano, et Abbati de Filien. d. c. 2. editũ eſt ex vno libro Tarr. Lundon. ſiue Lund. pro Lendon. ex altero Tarr. et Decano Biden. eſt in tertio Tarr. Abbati Difi. pro de Filien. eſt in d. altero Tarr. de Fi. in d. tertio, Addi etiam poſuit, Pars cap. Retulit nobis. ex d. c. 2. vbi integra clauſula exſtat. illic etiam legitur, Indignum ſiquidem eſt etc. vt edidimus, Raim. et Cont. verbum eſt in vno Tarr. aliquando deſiderabatur.

faceret quis homagium) ſic etiam Raim. facere homagium quiſquam, d. c. 2. quis facere homagiũ, Barcin. d. c. 2. Eſt autem operæ pretium totum illud caput perlegere.

Cap. 14. Gregorius in regiſtro) ſic etiam Raim. et Cont. Gregorius Papa Ioanni Epõ Conſtantinopolitano, Anſel. Lucen. lib. 6. c. 157. decreti, et regiſt. li. 2. epiſt. 52. c. 91. Indict. 11.

Quamuis cauſa &c. & infra) ſic etiã Raim. et Cõt. excepta voce etc. Integra clauſula in regiſtro eſt hæc. Quamuis cauſæ cõſideratio me monet ad ſcribendum; tamen et caritas impellit; quia et ſemel et bis ſanctiſſimo fratri meo domno Ioã ne ſcripſi; ſed nõ eius epiſtolas recepi. alter enim mihi ſæcularis quidam ſub eius nomine loquebatur. In veteri libro pro me monet, eſt monet, ſolũ: et pro tamen et eſt, tamen me: et pro quia et, eſt; quia tantum. In altero edito eſt, me monet, cetera, vt in altero edito.

Quid eſſe deterius &c.) hæc recte addidit Contius omiſſa prius a Raim. ſed non recte a librarijs poſita ſunt ante illa (et infra) Plura refert Anſel. et in regiſtro ſunt, ex quib. apparet, qua de re agatur. Scripſerat B. Gregorius ad Ioannem de cauſa Ioannis presbyteri, et de quæſtionib. monachorum Iſauriæ, quorũ vnus, inquit, et in ſacerdotio poſitus in eccleſia veſtra fuſtibus cęſus eſt. Reſcripſit Ioãnes neſcire ſe, de qua cauſa ſcriberet. Tum addit Greg. Ad quod reſcriptum vehemẽter obſtupui, mecum tacitus voluens, ſi verum dicit, quid eſſe etc. ſic eſt in veteri libro, et apud Anſel. ſcriptum pro reſcriptum, eſt in editis duobus; et tacitus pro tacitus, in altero ex editis, obſtupui pro obſtupui, fuit olim in veteri Anſel. libro, quod antiquitatis amatores nõ reiciẽt. Quod pro Quid, eſt in veteri Tarr.

talia erga) ſcribendum, talia erga, vt eſt in quatuor Tarr. talia contra, regiſt. et Anſel. et Cont.

& ipſe) vt ipſe, Cont. ſolus, non recte.

qui præeſt) ſic etiam Cont. qui pręeſt eſt, regiſt. et Anſel.

non enim poteſt) ſic etiã Cont. Non poteſt, Raim. quæ enim poteſt, regiſt. et Anſel.

oues comedit) ſic regiſt. et Anſel. et Raim. oues rapit, duo Tarr.

Poſt huius capitis verba addit regiſt. Si autem ſciuit Sanctitas veſtra etc. multis verbis aduerſus mẽdacium dicẽtis ſe ignorare, quæ ſciebat, agit. quæ omiſit etiam Anſel. alijs verbis eiuſd. epiſtulæ relatis.

Ad extremũ admonere lectores viſum eſt, duo mihi moleſta fuiſſe in hoc titulo, alterum, quod pro regulis iuris nobis aliæ ſententiæ proponãtur. ſed Bonifacius viij. hunc locum arripuit, et in calce libri ſexti Decretalium vim maximam earum effudit. alterum eſt, quod neq. temporũ, neq. perſonarum ratio habita eſt in ordine horũ capitum. Debuerunt enim Eleutherius, et Stephanus Pontifices Maximi, qui ceteris omnibus antiquiores fuerunt, Chryſoſtomo, et Auguſtino præferri. Iam vero, omnia Gregorij capita, omnia Bedæ ſimul debuerant collocari. et quæ ex regiſtro Gregorij ſunt, oportebat ordine librorum, ex quib. ſumebantur, referri. Gregoriana collectio habet etiam hac in re ſuos næuos. Sed vtilitate aliarum rerum vſi hæc illis condonemus.

PRAETERMISSA.

Collectionis.1.lib.1.tit.9.poſt caput 8.

IDEM *Eboracen. Archiepõ.* *Cap.9.*

DIGNVM eſt,et rationi cōſen
taneum;vt qui litterarũ ſunt præ
diti,et honeſtis morib . adornati,
prærogatiuã fauóris,et gratiæ nõ
ſtræ obtineant,& ſpiritualı † pri
† ſpecia li malo uilegio decorentur honoris. Inde eſt, quod
de te laudabili multorũ teſtimonio audito,
quod videlicet litterarũ ſcientia,et honeſtis
† ordi- morib.ſis ornatus †;de conſueta clementia
natus ſedis Ap.indulgemus:vt ſi aliquando in ec-
cleſia te,uel dignitatem * ad beneficium ec-
cleſiaſticæ dignitatis vocauerit;non obſtan
te,quod non es de legitimo matrimonio na
tus,libere valeas ad beneficium,vel ad digni
† Ita tatem aſſumi.Itaq.† quę tibi ſpeciali benefi
quod cio indulgemus,non debeant alijs in poſte-
forte rum legẽ præfigere,nec in exemplũ deduci.

Tit.12.poſt cap.1.

Idem Ceſten.Epõ. *Cap.2.*

DILECTAE in Chriſto filiæ Prioriſ
ſa,& cõuẽtus de Toloſantia a ſede Ap.
quęſierunt:ſi iuuenis quidam ſuis genitalib.
deſtitutus in presbyterum poſſit permiſſio
ne canonica ordinari,noſtramq,volentes in
hoc caſu diſtinctionem canonicam obſerua
ri: mandamus,quatenus diligentius verita-
tẽ inquiratis;ſi ab hoſtibus ſectus fuerit,aut
medicis;aut neſciens carnis vitio reluctari,i-
pſe ſibi manum iniecerit,priores autem ad-
mittunt canones,ſi alias idonei ſunt;tertiũ
velut homicidam ſui ſtatuunt puniendum.

Tit.16.poſt cap.3.

Ex concilio Tibur.† *Cap.4.*

† forte Tribu rien.

PRAECIPIMVS, vt vnuſquiſq. ve
ſtrum ſemper duas hebdomadas,vel trib.
dieb.dominicis,ſeu feſtis eorum populum ſi
bi commiſſum,documentis ſalutiferis ex ſa
cra ſcriptura ſumptis,in eccleſia poſt lectum
euangeliũ inſtruere ſtudeat,et iubeat, vt nul
lus de eccleſia exeat,antequá a presbytero,
ſeu diacono vltima laus,ideſt Benedicamus
domino,dicatur;vel Ite,miſſa eſt,pronuntie
tur.

Tit.19.poſt cap.1.

Idem *Cap.2.*

STVDEANT ſummopere horas vi
gilantiſſima cura cuſtodire Catholicæ:et
in his diuinum officium perſoluere,mox ete
nim, vt datum fuerit ſignũ,feſtinato omnes
ád eccleſiam concurrant:quoniam† nõ pom *† quam*
patice,aut incompoſite,aut inhoneſte ; ſed *forte*
cum reuerentia,et Dei timore ingrediantur.
Sed quoniã aliud eſt ex toto dimittere,aliud
pigre occurrere:qui autẽ tarde ad quódlibet
diuinum officium occurrerit,dignum eſt,vt
cum alijs in choro,ſed omniũ vltimi ſedeãt;
aut certe erubeſcere diſcant,in loco huiuſce
modi negligentius a pręlatis conſtituto ſtẽt.
Cuſtodes prӕterea horarum diſtinctiones
bene notent,vt ſ.ſigna certis temporib. pul
ſent.

Lib.4.tit.4.poſt cap.3.

Idem. *Cap.4.*

SOLET frequenter,vt audiuimus,eueni
re;vt ſuper clandeſtinis coniugijs, quæ in
Archiepiſcopatu tuo ſæpiſſime cõtrahũtur,
multa litigantiũ quęſtione pulſeris:cũ ea ſit
inter cõtrahẽtes diſsẽſio,vt vnus matrimoniũ
factũ aſſerat,et alter alteri cõtradicat . Ne igi
tur pro defectu teſtiũ euacuętur;quod ſi fie-
ret in publico,auctoritate eccleſię debẽt cor
roborari:mo.fr.c. at q.man.qua . generaliter
in eccleſia ſub anathematis interminatione
prohibeas;ne de cetero inter aliquos in abſcõ
ſo,ſed publice coram idoneis teſtib . ſpõſalia
contrahantur;vt ſic ſaltem,quod iuſte ſit ,di *† nec*
gno robore conualeſcat,(nec hęc † cauſa am *hac for*
bigua poſſint quæſtione pulſari. *te*

Idem *Cap.5.*

DE ijs,qui ſponſas alienas rapiunt, anti-
qua,et ſynodalis ſẽtẽtia ſeruetur.Quod
ſi forte in eccleſia euẽtus talis reperiri digno
ſcitur;et pro ſalutis,et pro religionis intuitu,
potentia remedia circa eos quid debeant tẽ-
ptare † Pontifices,ſicut canonica,vt his vta *† tracta*
mur verbis,docet auctoritas.quia durior *.in *re*
quiras diſtero*durius,poſterior quædã tra

ſtauit humanius. Nullo modo, ut ad maximã indulgentiam deſcendamus, alterius ſponſę (raptor) ſine publica tranſeat pænitentia. Quod ſi huic obedire noluerit, ſine vlla re† fragatione anathematizetur. fraudatores † vero illius iuxta modum culpæ, Epi † de cetero pęniteant. Si vero, quod non optamus, de gradu eccleſiaſtico de talib. nuptijs ſe cõ ſenſorem, vel iniunctorẽ manifeſte prodiderit; a gradu proprio repellatur; et ſi fuerit veriſimilibus ſuſpicionib. pulſatus, ſe purget.

† ſuffragatores forte
† ipſi, male.

Poſt cap. 3. tituli. 5. lib. 3. collect. 3.

Idem Archiepo, et capitulo Londonen. *Cap. 4.*

c.27.e.t. POSTVLASTI per ſedẽ Apoſtolicã edoceri, vtrũ alicuius eccleſiæ perpetuo vicario de prouẽtibus vicariæ, boniſq. paternis habẽti, vnde valeat cõmode ſuſtentari; tenearis per illã cõmunem [a] formã, Cum ſecũdum Apoſtolũ, in eccleſiaſtico † beneficio [b] prouidere. — † officio — Ad quod ſic duximus reſpondendũ; quod cum per formã prædictã neceſſitatib. pauperũ clericorũ, qui nullum ſunt beneficium eccleſiaſticũ conſecuti; † ſicut ibidem exprimi cõſueuit, ſe. Ap. duxit ſuccurrendũ; — † aſſenti. — perpetuus vicarius, niſi de vicaria fecerit mentionẽ, cõmodum reportare non debet de huiuſmodi litteris, vt pote veritate tacita impetratis. Nõ enim carere beneficio eccleſiæ dici debet, cui cõpetenter [c] de perpetuæ vicariæ prouentib. [d] eſt prouiſum. Et pro habente beneficij ſufficientis ſubſidiũ, ex certa ſcientia ſuper obtinendo beneficio alio, de leui non ſcribimus, quin faciamus de primo in noſtris litteris mentionem.

Idem in conc. Lat. conſtitut. xxxvij. Cap. 5.

c.28.e.t. NONNVLLI gratia ſedis Ap. abutentes, litteras eius ad remotos [a] iudices impetrare nituntur, vt reus fatigatus laboribus, et expenſis; liti cedere, vel importunitatẽ actoris redimere compellatur. Cum autem per iudicium iniurijs aditus patere non debeat, quas iuris obſeruantia interdicit: ſtatuimus, ne quis ultra duas diætas [b] extra ſuã dioec. per litteras Ap. ad iudiciũ trahi poſſit; niſi de aſſenſu partiũ fuerint impetratæ, vel expreſſam de hac conſtitutione fecerint mentionem. [c] Sunt et alij, qui ſe ad nouum genus mercimonij cõuertentes, vt vel ſopitas poſsint ſuſcitare [d] querellas, aut nouas immittere quæſtiones; fingũt cauſas, ſuper quibus a ſe. Ap. litteras impetrãt abſq. dominorum mãdato; quas vel reo, ne per eas laborũ, vel expenſarum diſpendio moleſtetur, aut actori, vt per ipſas aduerſariũ indebita moleſtatione fatiget, venales exponunt. Cũ autem lites reſtringẽdæ [e] ſint potius, quã laxãdæ; hac generali conſtitutione ſancimus, ut ſi quis ſuper aliqua quęſtione de cetero ſine domini ſpeciali mandato, [f] litteras Ap. impetrare præſumpſerit, et litteræ illæ nõ valeãt, et ipſe tamquam falſarius puniatur, niſi forte de illis perſonis ſit, a quibus non debet exigi [g] de iure mandatum.

DE ELECTIONE. Tit. III.

Idem. Cap. 1.

CORAM dilecto fil. n. tit. S. Prudẽtianæ presbyt. Card. et infra. Si vero vtriuſq. partis fuerit electio caſſata, vos fratribus omnibus, qui fuerint in prouincia [a] cõuocatis, quod maiori, et ſaniori parti eorum ſuper prędictis videritis complacere, faciatis per cen. ec. firmiter obſeruari. — c.35. de elect.

Idem Parmen. † *Epõ. & eius cõindicib.* † *Cap.* 2. — † Pampilien. † commu. al.

c.36.e.t. BONAE memoriæ S. Epõ Cremon. in extremis agẽte, cum de cõualeſcentia deſperaretur ipſius, Cremonẽ. capitulum Hu. concanonicũ ſuum Regij diſciplinis ſcholaſtici, inſiſtentẽ, ad certum terminũ vigiliã Pentecoſtes pro futuri electione Pontificis citari fecerunt. Verũ ſecunda feria poſt Pentecoſtẽ dicto Epõ viã vniuerſæ carnis ingreſſo, capitulũ ante quã corpus illius eſſet traditũ ſepulturę, abſente canonico memorato in quattuor de ipſo capitulo, et tres de clero ciuitatis poteſtatẽ eligendi Pontificẽ contulerunt, expreſſo, vt minor pars illorum vii. ſequeretur in electione maiorẽ. Habito itaq. poſt mortẽ, ſed ante ſepulturã tamen, ipſius Epi de futuri paſtoris electione tractatu; cũ vota illorũ ſcinderentur in partes, iiij. in Archipresbyterũ, duob. in Archidiaconũ, vno in alium cõſentientib. tandẽ illo ſepulto minoris partis arbitrio ad iudicium accedente maioris, eundẽ Archipresbyterũ concorditer elegerũt; cui electioni Archid. cum capitulo, et clero ciuitatis, nullo cõtradicente cõſenſit. Verum adueniens poſtmodũ Hu. et aſſerens ſe fuiſſe contemptũ, ac propter hoc electionẽ huiuſmodi nullius fuiſſe momẽti, quaſi ius eligẽdi deuolutũ fuiſſet ad ipſum; pro ſe, prout potuit, Archid. memoratũ elegit. Conſtituto autẽ Hu. pro ſua, et dil. fil. n. F. et N. pro electione Archip. coram nobis electionẽ ab ipſo Hu. poſt electionẽ Archipreſ-

presbyteri nō caſſatā, licet de viro multæ litteraturæ, honeſtæ vitæ, ac claræ famæ, non tamē ſine multa temeritate præſumptā, cū de priori noſtrū debebat expectare [a] iudiciū, antequā procederet ad ſecundā: duximus irritandā: in pœnā interdicentes eidē cōtradictionis vocē in primo cōſenſu capitulo perdurātē. electionē quoq. Archip. quāuis laudabile teſtimoniū perhibeatur de ipſo, iuſtitia exigente caſſauimus; tū quia corpore defuncti Epi nondū tradito ſepulturæ, habuere de ipſa electione tractatū, [b] cōtra canonicas ſanctiones; tū quia inuentus eſt Hu. fuiſſe contēptus, licet vnus ſolus extiterit; cum plus in talibus cōſueuerit vnius contēptus obeſſe, quā multorū [c] cōtradictio in præſenti. nec prædicta debet dici valuiſſe citatio, quia cū Epi mortē præuenerit, temeraria nimis extitit, & nō potuit arcere [d] † citatū. Ad hæc volētes Cremonen. eccleſię ſpeciali ſollicitudine prouidere, cōcedimus, et mandamus; vt ſi capitulū in ſuo voluerit perdurare cōſenſu, [e] ipſum Archipr. auctoritate noſtra in paſtorē Cremon. eccleſiæ cōcedatis, alioquin niſi forte infra viij. dies de perſona idonea in Pōtificē ſibi, et eccleſię ſuę prouiderint per electionē canonicā, et cōcordē; vos eidē auctoritate ſe. Ap. de ipſo Archipr. vel Archid. [f] ſeu de alio viro idoneo prouidere curetis.

Idem. Cap. 3.

c.37.e.t. CVM ad noſtrā nuper notitiā deuenit, quod Hu. qui ſe pro Abbate Luxouien. † gerebat, nō fuerit ante monachus [a] quā electus. Nos attēdētes, quod cōtra regulares traditiones iſtud † fuerit attēptatū; cū nullā ſpem, [b] vel promiſſionē habens, vt Abbas fiat, debeat monachari; electionē de ipſo factā, de cōſenſu fratrū noſtrorū, curauimus irritare. Quocirca mandamus, quatenus tam monachis, quā aliis fidelibus monaſterij memorati ſtudeatis ex parte noſtra diſtrictius inhibere, ne præfato H. vllā obedientiā, vel reuerentiam propter iam dictā electionē, valeant † exhibere; et ſi quid in eodē monaſterio diſponendo perperam attentauit, nullum robur [c] habere volumus firmitatis, ſed penitus irritari.

Idem in regiſtro † tit. S. Laurentij in Lucina presbytero Car. A. S. Leg. Cap. 4.

Greg. 9 c.38.e.t. OFFICII tui laudabilē exequeris † actionē, cū ſuper illis, de quibus dubitas, per nos poſtulas edoceri. Sane nobis tuis litteris intimaſti, quod cū monaſteriū quoddā poſſeſſionibus cōuenienter ditatū, ſed poſitum in medio nationis prauæ pariter, et peruerſæ paſtore careret, monachi de electione Abbatis tractantes neceſſariā duxerint perſonam eligere aliquā, cuius potētia valeret a perſecutorib. liberari. Cumq. nō poſſent ſui ordinis idoneā inuenire perſonā; in quendā virū nobilē oculos direxerūt, per quē melius poterat defenſari; et cōſilio quorundā iuris peritorū adierunt patrē ipſius humiliter poſtulātes, quod filiū ſuū induceret, vt habitum ſuſciperet monachalē, nullā patri de ipſius promotione fiduciā tribuentes; & pater ad hoc induxit filiū diſcretū, prouidū, litteratū, & xxv. annorū ætatis. qui monachus eſt effectus, nulla ſpe, vt aſſerit, de ſublimatione tributa; ſed die, in quo monachus eſt effectus, fuit in Abbatē electus. cuius electio fuit per dil. fi. n. G. de Bab. † ſubdiaconū noſtrū, Rectorē Meſſanæ A. S. L. qui in omnibus prædictis interfuit, cōfirmata. Cū autē idem ſit paratus purgare ſe, quia nulla fuit ad hoc ambitione inductus; per litteras noſtras poſtulas edoceri, vtrū dictus Legatus potuit huiuſmodi electionē cōfirmare, vel diſpēſare; vt quod factū eſt, ſtare poſſit; & vtrū electione rite caſſata iterū valeat eligi in Abbatē: Nos autē conſ. t. taliter reſpōdemus; quod licet ex his, quę in continēti [a] ſubſecuta ſunt, oſtendatur, quod talis taliter eligi nō poſſit in Abbatē, maxime cum ex eo, quod antequā eſſet diſcipulus, voluit eſſe magiſter, electionē illā irritā eſſe decernimus, et manere. Verū poſtquā fuerit in regula cōpetenter [b] inſtructus, ſi vrgens neceſſitas, et eidē vtilitas ipſius monaſterij poſtulauerit, purgatione recepta poterit in Abbatē aſſumi, ne monaſterium opprimatur incurſibus malignorum.

Idem. *Cap. 5.*

ILLA quotidiana inſtantia, & infra. Pro certo didicimus electionē de ipſo factā canonicā [a] extitiſſe, ipſam auctoritate Ap. duximus cōfirmandā, ſupplentes de plenitudine poteſtatis, ſi quis in ea ex eo fuiſſet defectus, quod quidā interfuerunt electioni eiuſdē, † qui ex ſola participatione in ſimplicis excōmunicationis laqueum inciderunt. c.39.e.t.

Idem magiſtro Maximo notario. Cap. 6.

SCRIPTVM eſt in Apocalypſi Ioan. quod in medio ſedis, et in circuitu ſedis erāt quatuor animalia etc. et infra. Sane ad hanc eccleſiā ſcilicet Cōſtantinopolitanā duo animalia ſunt vocata, vtinā plena oculis, et alas habētia ſenas, videlicet v. fr. n. Heracliē. Archiepſ. & dilectus fi. Plebanus S. Pauli de Venetijs, ſicut per procuratores tā poſtulantiū Archiepm. quā eligentiū Plebanum fuit propoſitū corā nobis. et infra. Verū quia de his, quæ per aſſertionē partiū in iudiciū deducta fuerant, nobis non potuit fieri plena fides; quāuis ſuper his, quæ de numero dicta ſunt poſtulantiū, per quoddā publicū inſtrumen c.40.e.t.

Margin notes: †artu- re ſirie; †Luxouien.; †illud; †audeant; †magiſtro Ca.; †perſequeris; † Lab.; †eidē

mentū, nec nō cōfeſsionē procuratoris partis aduerſę in iudicio quidē factā, ſed poſtea reuocatā,[a] pars altera adſerit, † ſuā intentionē eſſe fundatā; cauſam dis. t. duximus committendā, per Ap. ſc. mand. quat. ſuper his, et alijs inquiras diligentiſsime veritatem de meritis electi, & poſtulati apud Venetias, vbi nati fuerūt,[b] et diutius cōuerſati; de ſtudijs autē eligentiū, & poſtulātiū, et omnibus generaliter quæ cauſam poſſunt † inſtruere, apud Cōſtantinopolim, vbi huiuſmodi poſtulatio, et electio celebratæ fuerint; et ſi partes cōſenſerint, procedas hoc modo; vt ſi conſliterit de mutuo cōueniſſe cōſenſu, quod ad electionem Patriarchæ vij. † admitterentur præpoſiti, ſiue per ſe ipſos, ſiue per alios,[c] et duo alij ex parte vniuerſitatis, pro ceteris cōuentualiū eccleſiarū prælatis; totq; tunc temporis cōuentuales eccleſias habuiſſe prælatos, quod cū vij. præpoſitis, et ix. canonicis, quos quidē canonicos cōſtat in poſtulatione prædicti † Archiepi cōueniſſe, duplo maiorē facerent numerū, quā xvj. electores plebani; tu vice noſtra poſtulationē admittas, niſi probatū fuerit poſtulato aliquid obuiare de canonicis inſtitutis, quod promotionē ipſius debeat impedire; ac plebani electione caſſata, ipſum Archiepm abſoluas vinculo, quo Heraclien. eccleſiæ tenetur, cōcedendo ipſum Cōſtātinop. eccleſiæ in paſtorē. quod ſi ad faciendū duplo maiorē numerū, ſimul omnes prædicti minime ſuffecerint; ſiue dignus, ſiue indignus ſit poſtulatus, tu poſtulatione repulſa, electionē plebani auctoritate noſtra cōfirmes, dūmodo nihilobſiſtat eidē, quod ipſum tāto pręſulatu reddat indignū. Si vero numerus poſtulātiū inuentus fuerit duplo[d] maior, quemadmodū eſt pręd ctū. & perſona poſtulata reperta fuerit indigna,[e] tu tam poſtulationē, quā electionē nō differas reprobare, niſi forſan omnes, aut maior pars poſtulantiū præſumptione[f] dānabili poſtularint indignū, vt hac vice merito debeāt eligēdi, ſeu poſtulādi poteſtate priuari; et hoc quoq; caſu electionē cōfirmes, ſi de perſona idonea conſtiterit celebratam.

Idem Atrebaten. Epō, & Abbati S. Bertini † Morien. dioec. & S. de Valleb. canonico Laudun. Cap. 7.

AD noſtrā præſentiā accedentes dil. fil. Præpoſitus, Archid. & quidā alij canonici Ambianen. in auditorio noſtro proponere curauerunt; quod cū eorū eccleſia ſuo eſſet deſtituta paſtore, et capitulū eccleſiæ eiuſdē tractaturū de ſubſtitutione Pontificis conueniſſet, cōpromiſerunt in tres vnanimi voluntate, qui præſtito iuramēto ſingulorū inquirerēt volūtates; et eū, in quē ſanior pars capituli cōueniret, ab eis eligendū, in Pontificē nominarent; et omnes tenerētur ipſū recipere, ap. poſt. in paſtorē, quem illi decernerent eligendū, quibus etiam interpretari cōceſſerāt, quę pars eſſet potior nominanda.[a] Cū ergo ipſi arbitri volūtates canonicorū omnium quæſiuiſſent; ei, ad cuius ſpectabat officiū, præceperūt, vt Decanū eiuſdem eccleſiæ ipſi in patrē eligerent, et paſtorem. Verū, quia cōpromiſsio ipſa † inpoſitione iuramēti fuit firmata, quidā eorū in eundem cōſenſerūt expreſſe, ſed ipſi Cancellarius, et Cātor eiuſdē eccleſię, ac quidā alij diſtulerūt adhibere cōſenſum, pro eo quod dictus Decanus eſſet impotēs euidenter ad Epale officiū exercendū, cum de ipſius nō poſſet valetudine dubitari. Vnde cū inſtantia indutias a ſuis canonicis poſtularūt, vt Ap. ſe. cōſulerent, an ratione præſtiti iuramenti eundem Decanū tam imbecillē, et cōfractum ſenio recipere tenerētur, vel ab eo poſſēt licite diſſentire, religione iuramēti præſtiti nō obſtāte. et infra. Nos igitur his, et alijs diligēter auditis, quæ partes corā nobis proponere voluerūt: de cōmuni cōſilio fr. noſtrorū ita duximus prouidendū. dis. v. per Ap. ſc. m. quatenus, quia debilitas corporis, quæ cōtra dictū electū opponitur, cū in ceteris ſufficiens reputetur, per ipſam[b] inſpectionē oculata ſide poteſt melius cōprehēdi; vos, quib. in hac parte vices noſtras cōmittimus, cū de veſtræ dis. pru. plurimū cōfidamus, adhuc iterū ad maiorē cautelā faciatis vobis eundē electū præſentari, et eū habentes præ oculis, inſpiciatis diligēter in eo circūſtātias vniuerſas; et niſi eū videritis tāta debilitate grauatum, vt Epale officiū nō valeat exercere, vos omni ap. ceſ. Metropolitano ſuo firmiter iniungatis, vt eum non differat cōſecrare. Quod ſi tanta debilitate laborat, vt ad Pontificale officium exequendum impotens habeatur, faciatis illum auctoritate noſtra ceſſare.

Idem in conc. Later. conſt. xxiij †. Cap. 8.

NE pro defectu paſtoris gregē dominicū lupus rapax inuadat, aut in facultatibus ſuis eccleſia viduata graue diſpendiū patiatur, volētes in hoc et occurrere periculis animarū, et eccleſiarū indēnitatibus prouidere; ſtatuimus, vt vltra tres mēſes cathedralis[a] eccleſia, vel regularis[b] prælato non vacet; intra quos iuſto impedimēto[c] ceſſante, ſi electio celebrata nō fuerit, qui eligere debuerant, eligēdi poteſtate careāt ea[d] vice, ac ipſa eligendi poteſtas ad eū, qui proximo præeſſe dignoſcitur, deuoluatur. is vero, ad quē fuerit deuoluta poteſtas, Deum præ oculis habēs, nō differat vltra tres menſes cū cōſilio capituli ſui, et aliorum virorū prudentiū viduatā eccleſiā de perſona idonea ipſius[e] quidē eccleſię, vel alterius, ſi dignus nō reperiatur in illa, canonice ordinare, ſi canonicā uoluerit effugere vltionē.

Idem in eod. conſt. xxiij. † Cap. 9.

QVIA propter diuerſas formas electionū,

Margin notes: † aſſereres; † poſſūt; † ſeptē; † præfati; † Bertini; † illa; † xxij. c. 41. & 11; † xxiij c. 42. c. 1

quas quidã inuenire conãtur, et multa impedimẽta proueniunt, et magna pericula imminent eccleſijs viduatis;[a] ſtatuimus, vt cum electio fuerit celebranda, præſentibus omnibus, qui debent, et volunt,[b] et poſſunt cõmode intereſſe, aſſumãtur tres de collegio[c] digni fide, qui ſecreto,[d] et ſigillatim vota cunctorũ exquirãt, et in ſcriptis redacta mox publicent in cõmuni, nullo prorſus obſtaculo[e] appellationis interiecto; vt iscollatione[f] habita eligatur, in quẽ omnes, vel maior, uel ſanior pars cõſentit; vel ſaltẽ eligẽdi poteſtas aliquibus viris idoneis cõmittatur, qui vice omniũ viduatæ eccleſiæ prouideant de paſtore; vel electio facta nõ valeat, niſi forte cõmuniter eſſet ab omnibus, quaſi per inſpirationẽ abſq. vitio celebrata. Qui vero cõtra præſcriptas[g] formas eligere attẽptauerit, eligendi ea vice poteſtate priuentur. Illud autem penitus interdicimus; ne quis in electionis negotio procuratorem cõſtituat, niſi ſit abſens in loco,[h] de quo debeat aduocari, iuſtoq. impedimento detentus venire[i] nõ poſsit; ſuper quo ſi opus fuerit, fidem faciat iuramento; et tunc ſi voluerit,[k] vni cõmittat de collegio ipſo vicem ſuã. Electiones quoq. clandeſtinas[l] reprobamus, ſtatuentes, vt quã cito electio fuerit celebrata, ſollemniter publicetur.

Idem in eod. conſt. xxv. Cap. 10.

c.43.e.t QVISQVIS electioni de ſe factæ per ſæcularis poteſtatis abuſum, cõſentire præſumpſerit cõtra canonicã libertatem, et electionis cõmodo careat, et ineligibilis[a] fiat, nec abſq. diſpenſatione ad aliquã valeat eligi poteſtatẽ; quinimo qui electionẽ huiuſmodi, quã irritam eſſe cenſemus, prę ſumpſerint celebrare, ab officiis, et beneficijs ſuſpendãtur, eligendi tunc poteſtate priuati.

Idẽ in eod. conſt. ixxvj. Ca. 11.

c.44.e.t NIHIL eſt, quod eccleſię dei magis officiat, quã quod indigni aſſumãtur prælati ad regimen animarũ. volentes igitur huic morbo neceſſariã adhibere medelã; inrefragabili cõſtitutione ſancimus, quatenus cũ quiſquã ad regimen animarũ fuerit electus, is, ad quem pertinet cõfirmatio, diligenter examinet et electionis proceſſum, et perſonã electi; vt cum omnia rite cõcurrerint, munus ei cõfirmationis impẽdat. quia ſi ſecus fuerit incaute præſumptum, nõ ſolũ deiciẽdus eſt indigne promotus, verũ etiã indigne promouens puniendus. ipſumq. decreuimus hac animaduerſione puniri; vt cũ de ipſius cõſtiterit neglıgẽtia, maxime ſi hominem inſufficientis ſcientiæ, vel inhoneſtæ vitæ, aut ætatis illegitimæ approbauerit; nõ ſolũ cõfirmãdi primũ ſucceſſorem illius careat[a] poteſtate, verũ etiã ne aliquo caſu pœnã effugiat, a perceptione proprij beneficij ſuſpendatur, quouſq. ſi æquũ fuerit, indulgentiã valeat promereri. ſi vero conuictus fuerit in hoc per malitiã exceſiſſe, grauiori ſubiaceat vltioni. Epi quoq. tales ad ſacros ordines, et eccleſiaſticas dignitates promouere procurẽt, qui cõmiſſum officiũ ſibi digne valeãt adimplere, ſi canoniſi cupiunt, effugere vltionem. Ceterũ qui ad Romanũ pertinẽt immediate Pontificẽ, ad percipiendũ ſui cõfirmationẽ officij, eius ſe cõſpectui, ſi cõmode poteſt fieri, perſonaliter repræſentent, aut perſonas trãſmittant idoneas, per quas diligẽs inquiſitio ſuper electionib. et electis poſsit haberi. vt ſic demũ per ipſius circunſpectionẽ, ſui plenitudinẽ officij aſſequãtur, cũ eis nihil obſtiterit de canonicis inſtitutis. ita quod interim valde remoti, videlicet vltra Italiã[b] cõſtituti, ſi electi fuerint in cõcordia, diſpẽſatiue propter neceſsitates eccleſiarũ et vtilitates, in ſpiritualibus, et tẽporalibus adminiſtrẽt,[c] ſic tamẽ, vt de rebus eccleſiaſticis nihil penitus alienẽt. munus vero benedictionis, ſeu cõſecrat. recipiãt, ſicut hactenus recipere cõſueuerunt.

DE VSV, ET ACTIONE † PALLII. Tit. iv.

Idem. Cap. un. † *acceptione forte* c. 6. de auct. et vſu pal: et c. 5. de cõſe. ecc.

CVM ſis in partibus remotiſsimis gratũ geremus, et acceptum, quod in actibus tuis quotiẽſcunq. ſcrupulus dubitationis emergit etc. et infra. Noueris igitur, quod vbi expoſcit neceſsitas,[a] et plura in vna eccleſia altaria, et plures Epõs ſimul poteris cõſecrare; et vbicumq.[b] fueris, in celebratione miſſarũ conſtitutus, diebus ſollemnibus vſum pallij, per quod plenitudo Pontificis deſignatur, liberius exercere.

DE RENVNTIATIONE. TIT. V.

Idem in conc. Lat. conſt. xxviij. Cap. un. c. n. de ren.

QVIDAM cedẽdi licẽtiã cũ inſtãtia[a] poſtulãtes, ea obtenta cedere prętermittũt. Sed cũ in poſtulatione ceſsionis huiuſmodi aut eccleſiarũ cõmoda, quibus præſunt, aut ſalutẽ videantur propriã attẽdiſſe, quorũ neutrũ ſuaſionibus aliquorũ quærentiũ, quæ ſunt ſua, ſeu etiã leuitate qualibet nolumus impediri, eos ad cedẽdũ decernimus cõpellendos.[b]

DE SVPPLENDA NEGLIGENTIA prælatorũ. Tit. vi.

Idem. Cap. 1. c. 3. de ſupplẽ. negl.

LICET dilecti filij magiſtri H. Archi. de H. et R. de S. Cademũdo ſuper Arc. de Ric. litigarũt diutius corã nobis, tamẽ poſtmodũ aurib⁹ noſtris eſt intimatũ, quod neutri eorũ de iure cõpeteret, vt pote qui neutri fuerat cõceſſus in tẽpore † in Lat. cõ. definitũ. ne igitur ius noſtrũ negligere videamur, q alios in ſua iuſtitia confouemus: di. v. per Ap. ſ. m. quatenus cõuocatis eiſdẽ, vt proponãt, ſi quid cõtra † duxerint proponẽdũ, inquiratis diligẽtius veritatẽ; et ſi uobis cõſtiterit Archi. illũ vacaſſe per annũ, tempore tamen ſemeſtri, quo vel ad Archiepũm vel ad capitulũ donatio pertinebat, non a vacatione, ſed a notitia[a] cõputato, cũ pro eo quod Eborac. alium non habet ſuperiorem, ex tunc fuerit ad nos donatio deuoluta; vtriq. ſuper eo ſublato ap. ob. ſilentiũ imponatis,[b] Archidiaconatũ ad noſtrã ſpectare donationẽ,[c] publice

† *infra tempus*

† *quod ecõtra*

denuntiantes, decernentes irritum, et inane, ſi quid in eo quiſquam præſumpſerit poſtmodum ordinare.

Idem magiſtro P. de caſtro, & R. monachis Fontis Frigid. (& S.L.† Cap 2.

†al' deeſt forte Ap. S.L. PER † litteras veſtræ diſ. accepimus, et infra. Quod in quibuſdā eccleſijs legationi veſtræ ſubiectis quædā beneficia, & dignitates tanto tēpore vacaſſent, quod tam prælati, quā capitula ſecundū tenorē Later. con. eſſent iure inſtituēdi priuati, poſtquā veſter ad nētus innotuit, in beneficijs illis perſonas minus idoneas inſtituere præſumpſerūt; vnde cū receperitis cōſiliū a viris peritis, vt tales inſtitutiones ab his, quorum nō intererat, & qui propria culpa iure inſtituēdi ſe priuauerāt, factas auctoritate Ap. caſſaretis, noſtrū prius in hoc decreuiſtis cōſiliū habere. Nos igitur inquiſitioni v. taliter reſpōdemus per A.ſ.m. quatenus, ſi beneficia, vel dignitates ipſas noueritis perſonis idoneis aſsignatas, ea de patiētia [a] permittatis ab ipſis pacifice poſsideri; alioquin perſonas ipſas amouentes prorſus ab ipſis, eadem perſonis idoneis auctoritate noſtra ſuffulti, non differatis, quanto † citius ordinare. †al' deeſt c.4.e.t. †quām

DE TEMPORIBVS ORDINANDORUM, Tit. VII.

Idem de Leomen. † & Sabbarien. Abbatib. Cap. vn.

†Idoni en. c.15. de temp. ordi. DILECTVS fil. VV. Imolen. canonicus noſtro dudū Apoſtolatui reſerauit, quod Imolen. eccleſia ſuo viduata paſtore, concanonici ſui de ſubſtituendi paſtoris electione tractantes, ipſum vnanimiter elegerunt; qui cū eſſet infra † ſacros ordines cōſtitutus, ve. fr. n. Archiepſ Caſalen. metropolitanus eorū Epo Trecen. mādauit, ut eū vno, et eodē † die ad tres ſacros ordines promoueret; quod ille non auſu proprio, ſed ipſius Archiepi mādato perfecit. etc. et infra. Cū igitur nobis cōſtiterit ſupradictū Epm in pluribus deliquiſſe, tū quia ſiue mandato Archiepi, ſicut ipſe cōfeſſus extitit, ad huiuſmodi ordinationē inordinate proceſsit; tum quia et ſi de Archiepi mādato cōſtaret, cū illi huiuſmodi diſpēſatio a canone minime ſit permiſſa, quoniam † ad ſolū [a] Ro. Pontificem non eſt dubium pertinere; ipſi obtemperare non debuerit † in hac parte; tum etiā quia reatu † periurij ſæpius variauit [b] iurādo prius, quod Archiepſ id præceperat; et poſtea, quod illud nō mandauerat in iudicio cōfitendo, ipſum de fratrum noſtrorū con. tam diu ab ordinandi ſuſpendimus poteſtate, donec no ſtram † meruerit obtinere. † circa †eodēq. †quā †dubium †reatū †noſtrā gratiā Greg. 9 †al'. de ætate, & qualitate.

DE QVALITATE † ORDINANDORŪ (præficiendorū, et ordinātiū. † T. VIII.

Idem Archiepo Rotomag. Cap 1.

†al' ordinis, al. & ordine præficiendorū ... de ætat. & qual. CVM contingat interdum, quod laici ad monaſteria cōuolantes, a ſuis Abbatibus tonſurentur, Ap. ſe. oraculū requiſiſti, an clericatus ordo in tonſura huiuſmodi cōferatur. ſuper quo fr. t. r. r. quod cū in ſeptima ſynodo [a] ſit ſtatutū, vt lectores per manus impoſitionē licentia ſit vnicuiq. Abbati [b] in proprio monaſterio ſolummodo faciendi, dummodo ipſis ab Epo ſecundū morē præficiēdorū Abbatum, manus impoſitio facta noſcatur, et conſtet eum exiſtere ſacerdotē; per primā tonſurā a talibus Abbatib. iuxta formā eccleſiæ datā, clericalis ordo cōferatur. *Idem. Cap. 2.*

c.12.e.t. INTELLEXIMVS, quod cum ante quā ad regimē tuę eccleſię eſſes aſſumptus, et in monaſterio tuo fueris laudabiliter cōuerſatus, ad monaſteriū ſ. Vincētij Laudun. nigri ordinis acceſſiſti; ubi cū aliquādiu in ipſo habitu permāſiſſes, demū ad cor reuerſus, de Metropolitani, et aliorū cōſilio, ad primam domū redire curaſti, in qua tandē ſub regularis (obſeruatione diſciplinæ † taliter Deo, et hominibus placuiſti, quod per tuorū exigentiā meritorū, fratres tui te ſibi præfecerūt vnanimiter in Abbatē. quia igitur in ſuſcepto regimine laudabiliter diceris proceſſiſſe, ne occaſione moræ, quā in pręſcripto monaſterio pertraxiſti, quaſi ipſa te cōſcientia remordeat, et in ſuſceptæ adminiſtrationis (cura tepeſcat; † attēdētes, quod cautū eſt in canone, [a] ne quis canonicus regularis, niſi forte, quod abſit, publice lapſus ſit, efficiatur monachus, et ſi factus fuerit, ad ordinem canonicatus reuertatur, vltimus in choro manēdo, cucullā ad memoriā delaturus: dis. t. m. quatenus circa curā [b] tibi cōmiſſam, ſollicitudinē tuā exercere ſtudeas indefeſſam; et taliter ſequētia bona prioribus cōtinuare, quod dignū exinde poſsis meritū expectare. *Idem. Cap. 3.* †obſeruantia diſciplinæ †excuſatione tepeſcas

c.13.e.t. ACCEPIMVS te noſtris auribus inti mā te, quod quidā clerici, qui ad ſacros ordines ſine titulis ſunt promoti, te ad eccleſiā Braccaren. ſuper beneficijs obtinēdis infeſtant, quibus etiā de cunctis redditibus eccleſiæ tūc † cōmode miniſtrare nō poſſes; pręſertim cū mādemus eiſdē in neceſſarijs prouideri, qui nec meritis, neq. ſciētia etiā in parochialib. eccleſijs beneficia promererētur, ne dū in eccleſia Braccar. quorū vita, et ſciētia nobis penitus eſt ignota; de quibus ſi certitudinem haberemus, nec in maioribus eis, nec in minoribus pręciperemus eccleſijs prouideri; et licet idoneis in tuis capellis, et in alijs †ina tune

in aliis parochialibus eccleſijs extra ciuitatẽ velis iuxta mandatũ Ap. prouidere, cũ omnibus in maiori prouidere nõ poſsis, ipſi tamen prouiſionẽ in eiſdem eccleſijs recipere dedignãtur. Iudices quoq. et monitores, ſeu executores, ad quos litteras noſtras deportãt, exceptiones [a] tuas legitimas, quas in eorũ præſentia proponis, nõ admittunt. vnde poſtulabas a nobis, vt tibi prouideremus benignius in hac parte. Licet igitur in ordinibus † clericorũ illã tu, ac prædeceſſores tui diligentiã debueritis adhibere; vt minus idonei non ordinarẽtur a vobis, ac poſt promotionem eorum exceptionẽ huiuſmodi non poſſitis prætendere contra illos, niſi forte poſtquã promoti fuerint, reddiderint ſe indignos: nos tamen ex ſuperabundãti, quãdo ſcribere uobis pro talibus oportet, facimus in litteris noſtris apponi: et ſi ordinatus, pro quo ſcribimus, idoneus habeatur, et eccleſiaſtico beneficio non indignus; ei ab ordinatore, vel ſucceſſore ipſius beneficium cõpetens conferatur; cum et ſi tecum de iure agere vellemus, te poſſemus merito ad prouiſionẽ illorũ compellere, quos a te, vel a prædeceſſoribus tuis ordinatos fuiſſe cõſtaret: et eo præſertim quod ad obtinendũ beneficiũ eccleſiaſticum eos debes idoneos reputare, [b] quos ad ordines ſuſcepiſti. vnde grauiter ſuſtinere non debes, ſed nobis potius deuote inclinare teneris, ſi illos examinari [c] per alios facimus, quos ſine examinatione non credimus ordinatos, ante quam te velimus compellere ad prouiſionẽ eorum. Tuę igitur fr. per Ap. ſ.m. quat. eis, pro quibus, te contigerit recipere noſtra mandata in forma communi, in maiori eccleſia, vel alijs parochialibus [d] eccleſijs dioec. Braccaren. prouidere nõ tardes; cum te pro minus idoneis cõpelli nolumus; exceptiones [e] autẽ, ſi quas cõtra impetratores litterarum noſtrarum in delegatorum præſentia proponis, præcipimus audiendas.

† ordinationib.

Idem in conc. Lateran. conſt. xxvij. c. 4.

c. 14. et CVM ſit ars artium regimen animarũ; diſtricte præcipimus, vt Epi promouendos in ſacerdotes diligenter inſtruant, et informẽt, vel per ſeipſos, vel per alios [a] viros idoneos ſuper diuinis officijs, & eccleſiaſticis ſacramentis, qualiter ea rite valeant celebrare. quoniam ſi de cetero rudes, et ignaros ordinare præſumpſerint, quod quidẽ facile poterit deprehendi; [b] et ordinatores, et ordinatos graui decernimus vltioni ſubiacere. Sanius enim eſt maxime in ordinatione ſacerdotij paucos bonos, quã multos malos habere miniſtros: quia ſi cæcus cæcum ducit, ambo in foueam cadunt.

DE FILIIS PRESBYTERORUM. Tit. ix

Idem in eodem. conſt. xxxj. Cap. vn.

AD abolẽdam peſsimam, quæ in pleriſq. inoleuit eccleſijs, corruptelã, firmiter inhibemus, ne canonicorum filij maxime ſpurij [a] canonici fiant in ſæcularibus eccleſijs, in quibus inſtituti ſunt patres; et ſi fuerit contra præſumptum, decernimus non valere. qui vero tales, vt dictum eſt, canonicare præſumpſerint, a ſuis beneficijs ſuſpendantur. c. 16. de fil. pres.

DE BIGAMIS. T. X.

Idem D. Archid. Lundunen. A. S. L. Cap. vn. c. 6. de bigam.

QVIA circa minima, et maxima frequenter humanus deficit intellectus. et infra. Sane poſtulas per ſe. Ap. edoceri; ſi presbyteri ſucceſsiue plures concubinas habentes, bigami cenſeantur. et infra. Ad quod duximus reſpondendum, quod cum ſacerdotes, ſiue vno, ſiue diuerſis temporibus, plures habuerint concubinas, irregularitatem non incurrerint bigamiæ; [a] cum eis tamquam ſimplici fornicatione notatis, quo ad executionem ſacerdotalis officij poteris diſpenſare.

DE OFFICIO ARCHIDIACONI. Tit. xi.

Idem. Cap. 1.

AD hoc nos dominus etc. Sane c. 7. de officio Archid. cõſuluit nos tuæ fraternitatis deuotio, quid ad officiũ Archidiaconi debeat pertinere, & in quibus per ipſum cura Epiſcopalis ſollicitudinis debeat releuari; et nos, pro vt poſſumus, reſpondemus. Archidiaconus ſecundum ſtatuta beati Iſidori, [a] imperat ſacerdotibus, et leuitis. parochiarũ ſollicitudo, et earum ordinatio ad ipſum pertinet, et audire debet iurgia ſingulorũ. Archipresbyteri, qui decani a plebibus nuncupantur, eius iuriſdictioni ſe nouerint ſubiacere. Secundum vero Romani ordinis conſtitutũ, maior poſt Epm, et ipſius Epi vicarius [b] reperitur. omnem vero ſollicitudinẽ. et curam, tam in clericis, quam in eccleſijs eorũ. prout melius ſecundum Deum poterit, impendendo. cum ſuper his ſit redditurus in diſtricti examinis iudicio rationem. Item in epiſtola beati † Clementis Papæ pr. n. oculus Epiſcopi Archidiaconus appellatur, vt loco Epi per Epiſcopatũ proſpiciẽs, quæ corrigẽda viderit, corrigat, et emendet; niſi adeo ardua fuerint ne-

† ſancti

† al. que negotia,quod † abſq. maioris præſentia nequeat terminari. In quadã vero noſtra cõſtitutione [c] nos iam alia vice meminimus expreſsiſſe,quod inſtitutio corporalis tã ſuper beneficijs,quã etiam dignitatibus ad ipſum debeant pertinere,examinatio etiã clericorum,ſi fuerint ad ſacros ordines promouendi,et hoc idẽ in collationibus beneficiorum credimus obſeruandũ. vt qui beneficijs eccleſiaſticis præficiendi fuerint,a ſuo prius examinentur [d] Archidiacono, et per ipſum poſtmodũ Epõ præſententur. Subſequẽter poſtea quæſiuiſti, vtrum Decani rurales,qui pro tẽpore ſtatuuntur,ad mandatũ tuũ ſolum,vel Archidiaconi,uel etiã vtriuſq. inſtitui debeant,vel deſtitui,ſi fuerint amouendi. Ad hoc breuiter reſpondemus, quod cũ iuxta imperialis [e] ſanctionis auctoritatem, quod omnes tangit,ab omnibus cõprobari debet;cum commune eorum exerceat Decanus officium, communiter eſt eligendus, vel etiam amouendus.

Idem. Cap 2.

c. 1. e. t. SIGNIFICASTI, et infra. Interdicas etiã Archid. tuo,ne ſine cõſcientia tua,et auctoritate litteras ſuas [a] cõcedat promouẽdis; et eis etiã diſtricte prohibeas, ne ad ordinẽ taliter audeant cõuolare. quod ſi cõtra prohibitionẽ tuã præſumpſerint venire,executione eis ordinũ ſuſceptorũ taliter interdicas. *Idem. Cap. 3.*

c. 9. e. t. VT noſtrum, [a] et infra. Nec fuit ſufficiẽter probatũ,quod Cãcellarius ex officio ſuo faciat ſpiritualia memorata, cum ea potius de iure cõmuni ad Archid. ſpectant officiũ, repræſentare videlicet ordinandos Epiſcopis,et illos examinare,ponere Abbates, et Abbatiſſas in ſede.

DE OFFICIO IVDICIS DElegati. Tit. XII.

Idem Veronenſi Epiſcopo. Cap. 1.

c. 7. de cau. poſ. CVM olim quæſtio,quæ inter dilec. fi. Archid. ex vna parte,& Archipresbyteros,et canonicos Vincentinæ eccleſię ex altera, etc. & infra. Cũ igitur Archid. prædictus hæc corã nobis fideliter recitaret, quoniam per ipſas atteſtationes nobis cõſtitit euidẽter;quod ab Epis Vin. Archidiaconatus ipſe ſine reclamatione aliqua canonicorum cõtinue duobus [a] Archid. ante quã præfato Archidiacono fuerat aſsignatus,et quia canonici prędicti iudices recuſare, [b] vel poſtulare reſcripti copiã minime debuerint, cũ cauſa prędictis iudicibus delegata fuiſſet de vtriuſq. partis procuratorũ aſſenſu, et ab eiſdẽ eſſet reſcriptũ impetratũ;nec deliberationis inducias [c] petere,cũ apud ſe. Ap. per procuratores vtriuſq. partis lis eſſet cõteſtata, prædictũ Archidiaconatũ nõ obſtãtibus huiuſmodi exceptionibus prędicto fi. Archidia. per diffinitiuã ſententiã adiudicare curauimus,canonicis Vicen. cõtradicentibus eidẽ Archidiacono,ſtallo etiã Archid. deputato, et alijs pertinẽtijs ſuis,perpetuũ ſilentiũ imponentes,reſeruata tamẽ eis quęſtione proprietatis,ſuper collatione Archid. ipſius,ſi forte ſuper hoc cõtendere voluerint aduerſus Epm Vincẽtinũ:cũ res inter alios acta, [d] non debeat eis præiudicium generare.

Idem Prepoſito Sancti Dominici ſubdiacono noſtro. Cap. 2.

c. 35. de of. del. CVM R. canonicus Ianuen. cauſam pecuniariam,quę inter ipſum ex vna parte, ac P. ciuẽ Ianuen. ex altera vertitur, tibi obtinuerit delegari,et idẽ ciuis propter multas, et graues inimicitias ciuitatis ſuę,in tua nequeat pręſentia cõparere;ſicut ex ipſius, et dil. fil. cõſulum Ianuen. inſinuatione nobis innotuit:d.t.† per A.ſ.m. quatenus ſupradicto R. huiuſmodi optione relicta, vt exceptis canonicis Ianuen. quos,cum ſint eius ſocij, [a] merito habet pars aduerſa ſuſpectos; in ciuitate,vel dioec. Ian. in qua multi ſunt,ſicut pro certo tenemus,viri prouidi;iudicem eligat,coram quo quæſtio terminetur, cui auctoritate præ. dis. pręcipias, vt eandem cauſam iuxta reſcripti ad te obtenti tenorẽ, ap. re. fine debito terminare procuret. † al. ſ.

Idem Rothomagẽ. Archiepo. Cap. 3.

c. 36. eo CVM contingat interdũ,quod laici etc. Inſuper requiſiti ſumus,† quod cũ quis cõqueritur,in ſe,a ſuo Epõ,poſt ap. ad nos legitime interpoſitã,vel alias iniuſte excõmunionis ſententiã promulgatam; & nos iudicibus damus noſtris litteris in mãdatis, vt ſi eſt ita,iuxta formã eccleſiæ abſolutionis illi impendãt beneficiũ,vel eandẽ ſententiã denuntiẽt eſſe nullã;ac Eps paratus ſit probare ſe in illũ,ante quã vocem appellationis emitteret,vel alias iuſte huiuſmodi ſententiã protuliſſe;an probationibus nõ admiſsis liceat iudicibus excõmunicatũ abſoluere, vel denũtiare ſententiã nullã eſſe. Ad quod tibi t. reſpõdemus,quod ſuper iã dicto caſu nõ conſueuimus,ſi bene meminimus, ſub pręſcripta forma iudicibus ſcribere; ſed ſub iſta [a] videlicet, vt ſi excommunicationis ſententiam poſt ap. ad nos legitime interpoſitã inueniretis eſſe latam, ipſam denũtietis peni- († requiſiti)

penitus nullã eſſe;& audiatis,[b] ſi quid fuerit quæſtionis,alioquin recepta iuxta formam eccleſiæ cautione,impẽdatis † abſolutionis beneficium conquerenti; et iniuncto ſibi, quod de iure fuerit iniungendum,audiatis † cauſam,et eam debito fine terminare procuretis.†Sed ſi forſan appareat nos in iã dicto caſu ſub prænotata quandoq. forma ſcripſiſſe;in altero vtiq. caſuũ prædictorũ,cum quis videlicet conqueritur ſe poſt ap. legitime ad nos interpoſitã excomunicatione fuiſſe innodatum,† ſemper vtriuſlibet partis [c] probationes ſunt admittendæ, antequã ad decernendũ ſuper hoc aliquid procedatur; per quas deniq. apparebit, an abſolutione indigeat cõquerens,vel denuntiandus ſit potius non ligatus.In reliquo vero caſu,cũ videlicet excõmunicatum quis ſe aſſerit†iniuſte,vix vnquam eſt eius,antequã abſolutus fuerit,probatio admittenda,niſi tunc tantũ, cum aſſerit in excõmunicationis ſententia intolerabilẽ errorem fuiſſe patenter expreſſum;ad quod probandum admittitur,antequã abſolutionis gratiam cõſequatur. Vnde ſi proponat ſe ſimpliciter excõmunicatum iniuſte,ac Epiſcopus ad probandũ, quod iuſte ipſum excõmunicauerit, ſuas poſtulet probationes admitti;nõ eſt ante abſolutionem ipſius aliquatenus audiendus;cum et ſi pro certo conſtaret in illũ rationabiliter †excõmunicationis ſententiã promulgatũ; nihilominus eſſet ei abſolutio ſecundum formã eccleſiæ impendenda humiliter poſtulãti.et ideo in hoc caſu illum credimus iuxta formã eccleſiæ protinus abſoluendũ; vt ſic demũ probationibus vtriuſq. partis admiſſis vtrum iuſte,[d] vel iniuſte ligatus fuerit, decernatur.

†impendant †audiatis †procuretis †notatum †aſſeruerat. †tolerabiliter.

Idem Decano de Ecceñ.† & Priori Belſomañ.dioec. Cap.4.

†Oeceñ †de Aqua Belli Vanſenen. †Mauritien. †Mauritienen.

CONSTITVTVS in præſentia noſtra dil.fi.V.clericus procurator venerabilis fr. n.Maurin.†Epi auribus noſtris intimauit, quod C.et R.clerici Maurin.† dioec. contra dominũ ſuum ad iudices certa ratione ſuſpectos cõmiſsionis litteras impetrarũt, quorũ alter eſt aduerſarius manifeſtus,vt pote qui partẽ Epiſcopatus [a] ſui ei auferre molitur; ſuper quo adhuc pẽdet quæſtio inter eos,& vnus aduerſus alterũ,et iuſtã cauſam ſuſpicionis aſſerũt ſe legitime probaturũ. Ideoq. dis.u. per Ap.ſ.man.quod ſi dictus Epiſcopus contra præfatos iudices coram arbitris, quos hinc inde duxerint eligendos, iuſtam cauſam ſuſpicionis legitime probaturos, † vos in commiſſo ipſis negotio iuxta formã eis directam † ſub.ap.ob. mediante iuſtitia procedatis;alioquin partes ad eorum iudicum remittatis examen.

†probaueris. †datã

DE OFFICIO IVDICIS ORdinarij. Tit.xiii.

Idem in conc.Lat.conſt. vij. † Cap 1.

†vij. c.13. de off.ord.

INREFRAGABILI cõſtitutione ſancimus, vt eccleſiarũ prælati ad corrigendũ ſubditorũ exceſſus maxime clericorum,& reformandos mores prudenter,ac diligenter intẽdant:ne ſanguis eorum de ſuis manibus requiratur. vt autem correctionis,et reformationis officium libere valeant exercere, decernimus,vt executionem ipſius nulla conſuetudo [a] valeat impedire,niſi formam exceſſerint [b] in talibus obſeruandam;exceſſus tamen canonicorum eccleſiæ cathedralis, qui cõſueuerunt corrigi per capitulum,[c] per ipſum [d] in illis eccleſijs,quæ talem hactenus conſuetudinem habuerint,ad commonitionem,& iuſsionem Epi corrigantur intra terminum cõpetentem ab eo præfigendum, alioquin ex tunc Epiſcopus Deum habens præ oculis ipſos,vt animarum cura requirit, per cen.ec.corrigere non poſtponat. Ceterũ ſi canonici abſq. manifeſta,[e] et rationabili cauſa,maxime in contemptũ Epiſcopi ceſſauerint a diuinis,Epiſcopus ſi voluerit, nihilominus celebret in eccleſia cathedrali,et metropolitanus ad querelã ipſius tamquã ſuper hoc delegatus [f] a nobis,taliter eos per cen.ec.cognita veritate caſtiget, quod metu pœnæ talia de cetero non præſumant. prouideant itaq. diligenter eccleſiarum prælati, vt hoc ſalutare ſtatutum ad quæſtum pecuniæ,vel grauamen aliud non conuertant,ſed illud ſtudioſe ac fideliter exequantur,ſi canonicam voluerint effugere vltionem;quoniam ſuper his Ap.ſe. auctore domino attentiſsime [g] vigilabit.

Idem in eod conſt.ix.† Cap. 2.

†viij.et c.14.e.t.

QVONIAM in plerisq. partibus intra eandem ciuitatem,atq. dioec. permixti ſunt populi diuerſarum linguarum habentes ſub vna fide varios ritus, et mores; diſtricte præcipimus, vt Pontifices huius ciuitatis,ſiue dioec. eiſdem prouideant [a] viros idoneos, qui ſecundum diuerſitates rituum, & linguarum, diuina officia illis celebrent, et eccleſiaſtica ſacramenta miniſtrent, inſtruendo eos verbo, pariter

pariter et exemplo. Prohibemus autē omnino, ne vna, eademq. ciuitas, ſiue dioec. diuerſos Pontifices [b] habeat tamquam vnum corpus diuerſa capita quaſi monſtrum. [c] Sed ſi propter præſcriptas cauſas vrgēs neceſsitas poſtulauerit, Pontifex loci catholicum præſulem nationibus illis conformem prouida deliberatione conſtituat ſibi vicarium [d] in prædictis, qui ei per omnia ſit obediens, & ſubiectus. vnde ſi quis aliter ſe ingeſſerit, ex cōmunionis ſe nouerit mucrone percuſsū; et ſi nec ſic reſipuerit, ab omni miniſterio eccleſiaſtico deponendū, adhibito, ſi neceſſe fuerit, brachio ſæculari ad tantam inſolentiam repellendam.

Idem in eodem. Conſt. x. *Cap. 3.*

c.15.e.t. INTER cetera quæ ad ſalutē ſpectāt populi Chriſtiani, pabulum verbi Dei permaxime ſibi noſcitur neceſſarium: quia ſicut corpus materiali, ſic anima ſpirituali cibo nutritur: eo quod nō in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo, quod procedit ex ore Dei. Vnde cum ſæpe contingat, quod Epiſcopi propter occupationes multiplices, vel inualetudines corporales, aut hoſtiles incurſus, ſeu occaſiones alias, ne dicamus defectū ſcientiæ, quod in eis reprobandum eſt omnino, nec de cetero tolerandum; per ſe ipſos non ſufficiunt miniſtrare verbum Dei, maxime per amplas dioec. et diffuſas: generali conſtitutione ſancimus; vt Epiſcopi viros idoneos ad ſanctæ prædicationis officiū ſalubriter exequendum adſumant potentes in opere, ac ſermone; qui plebes ſibi commiſſas vice ipſorum, cum per ſe idem nequiuerint, ſollicite viſitantes eas, verbo ædificent, et exemplo; quibus ipſi, cum indiguerint, neceſſaria ſubminiſtrent; [a] ne pro neceſſariorū defectu compellantur deſiſtere ab incepto. Vnde præcipimus tam in cathedralibus, quam in alijs conuentualibus eccleſijs viros idoneos ordinari, quos Epiſcopi poſsint coadiutores, [b] et cooperatores habere, non ſolum in prædicationis officio, verum etiam in audiendis confeſsionibus, et pœnitentijs iniungendis, ac ceteris quæ ad ſalutem pertinent animarum. Si quis hoc adimplere neglexerit, diſtrictę ſubiaceat vltioni.

DE MAIORITATE, ET Obedientia. Tit. XIIII.

Idem. *Cap. 1.*

c.9. de maio. & obed. †cōterunt. Gre.9.

QVOD ſuper his. et infra. Similiter etiam Abbates, et ſacerdotes dioeceſana lege [a] tibi ſubiectos, qui ad tuam contendunt † ſynodum venire; dummodo in ipſa ſynodo non ducas aliquid ſtatuendum, quod forte canonicis obuiet inſtitutis; per cen. ec. ad ſynodū ipſam venire compellas, et debitam tibi obedientiam, et reuerentiam exhibere.

Idem ſancti Stephani, & S. Proculi Abbatib. Bonon. *Cap. 2.*

CVM in eccleſijs ſancti Victoris, et ſancti Ioannis de monte. & infra. Nos igitur ad reformationem earundem eccleſiarum, quæ peccatis exigentibus et in temporalibus deminutæ, et in ſpiritualibus ſunt multipliciter collapſæ; diligenti ſollicitudine intendentes, vniuerſis canonicis dedimus firmiter in præceptis; vt Priori ſuo in his, quæ ad Deū pertinent, obediant. Cumq. † omnes, quattuor dumtaxat exceptis, ſe parere velle eius monitis, & præceptis concorditer reſpondiſſent, prædicti quattuor ſe contra Priorem in ſuperbiam erigentes, licet de obedientia ſuo Priori præſtanda præſtitiſſent corporaliter iuramentum, [a] tamen exhibiti iuramenti, et diſtrictæ præceptionis immemores, ſuo Priori † per omnia reſtiterint, et cum pro contumacia ſua nequiuiſſent ad debitam obediētiam reuocari, dictus Prior in eos dictante iuſtitia excommunicationis [b] ſententiam promulgauit. Cum igitur præfati canonici ad ſed. Ap. acceſſiſſent, per ſcripturas authēticas [c] ex multorum teſtimonio prælatorū effecti de ipſorum contumacia certiores, recepto ſecundum formā eccleſiæ ab eis corporaliter iuramento, [d] ipſis fecimus abſolutionis beneficium impendi, præcipientes eis ſub debito iuramētū, vt ad clauſtrum ſuum, de quo exierant, redeuntes, Priori ſuo ſecūdum Deum deuote, ac humiliter obedirent. Nolentes igitur, quod idem canonici tam effrænata deinceps libertate vagentur, dis. u. per. Ap. ſ. m. quat. noſtra freti auctoritate præfatos canonicos, vt ad Prioris ſui obediētiam reuertantur, ſublato cuiuſuis † ap. diffugio, per cen. ec. compellatis; & ne de ſua poſsint contumacia gloriari, cogatis eos, ſi videritis expedire, vt iuramentum, quod de parendo mandatis Prioris, quod † pro abſolutionis beneficio impendendo ſuperbe negauerāt, humiliter præſtent; alioquin eos de fratrum ipſorum conſortio penitus excludatis.

c.10.e.t. †Eiq.eū †ſuperiori †ſcilicet †al. deeſſe quod

DE PACTIS. TIT. XV.

Idem. Conſt. xviij. † *Cap. vn.* †al. xviij

c.7. de pactis

PLERIQ. ſicut accepimus, regulares, et ſæculares clerici, cum vel domos locant, vel feuda concedunt

in præ-

in præiudicium parochialium eccleſiarum pactum adijciunt; vt conductores, et feudatarij decimas eis ſoluant, et apud eoſdē eligant ſepulturam. Cum autem id de auaritiæ radice procedat, pactum huiuſmodi penitus reprobamus;[a] ſtatuentes, vt quidquid fuerit occaſione huius pacti perceptum, eccleſiæ parochiali [b] reddatur.

DE PROCVRATORIBVS. T. XVI.

Idem. *Cap. 1.*

c. 6. de procur.

† Cabilonen.

CVM pro cauſa, quæ inter dil. fi. G. et F. Gablont. † eccleſiæ Archidiaconos vertebatur, procuratores vtriuſq. partis ad noſtram audientiam † acceſſiſſent: F. Archidiaconi procurator propoſuit, quod a bo. me. Cæl. Papa prædeceſſore noſtro confirmationis litteras impetrauit, ſuper quibuſdam inſtitutionibus eccleſiæ, de communi conſenſu † capituli[a] conſtitutis; ex quarum inobſeruantia eccleſia debito ſeruitio fraudabatur. Petebat itaq. procurator ipſe pro Archidiacono memorato cauſam cōmitti; et confirmari conſtitutiones prædictas; et ea reſtitui, quæ ad vtilitatem eccleſię ipſius coactus fuerat expendiſſe. et infra. Nos igitur cauſam ipſam veſtro examini committentes, dis. u. per Ap. ſ. m. quatenus prædictas conſtitutiones, ſi eas de conſenſu maioris, et ſanioris partis capituli ſine prauitate qualibet inueneritis eſſe factas; et poſſibilitas eccleſiæ patitur; faciatis inuiolabiliter obſeruari. et infra. Expenſas vero Archidiacono antedicto reſtitui faciatis, ſi legitime probare potuerit, ſe de mandato capituli [b] ſuſcepiſſe prædicta negotia promouenda, et propter hoc [c] ad ſedem Apoſtolicam acceſſiſſe.

† præſentiam

† aſſenſu

Idem Scholaribus Pariſien. *Cap. 2.*

c. 7. e. t.

QVIA cauſis, quæ contra vos, et pro vobis mouentur, interdum veſtra vniuerſitas ad agendum, et reſpondendum cotidie intereſſe nō poteſt, poſtulaſtis a nobis, vt procuratorem inſtituere ſuper hoc, de noſtra libera permiſſione liceret. Licet igitur de iure communi [a] hoc facere valeatis; quia tamē hoc petijſtis, a nobis deuotioni veſtræ ſpecialiter indulgeri, inſtituendi procuratorem ſuper his, auctoritate præſentium vobis concedimus facultatem.

DE IN INTEGRVM RESTITVtione. Tit. XVII.

Idem. *Cap. vn.*

c. 6. de reſti. in inte.

SVSCITATA ſuper diuerſis articulis inter ve. f. n. Burgen. Epm, et Onieñ. monaſteriū quæſtione. et infra. Nos igitur auditis, et intellectis, quę (vtraq. pars † propoſuit coram nobis, ſuper iiij. præmiſſis articulis, monaſterium Onieñ. de con. f. n. iuſtitia condemnauimus exigente; ſententia vero lata procurator prælatus ad probandam præſcriptionē tam ſuper iiij. articulis prænotatis, quam etiam ſuper quibuſdam decimis, per tranſactionem acquiſitis a monaſterio, eccleſijs, et colonis ipſius ex parte petitis, quando controuerſiam volebamus ſententiæ calculo terminare, et in qua fuerat coram iudicibus ſupradictis concluſum, reſtitutionem in integrum nomine monaſterij poſtulauit. et cum ſuper hoc coram nobis fuiſſet aliquamdiu litigatū, nos deliberatione præhabita reſtitutionem in integrum ad præſcriptionem probandam, tam ſuper quattuor articulis prænotatis, quam etiam ſuper controuerſia decimarum eidē procuratori nomine monaſterij duximus indulgendam. et infra. Ne vero per excogitatā malitiam, ſicut ex præſumptionibus pluribus videbatur, officium † ſententiæ in damnum Epiſcopi contingeret impediri; neue monaſterium per executionem ſententiæ, propter ipſas ſuſpiciones incurreret detrimētum;[a] nos æquitate penſata duximus prouidendum; vt ante omnia ſupradicta ſententia [b] executioni mandetur. Volumus nihilominus, et mandamus, vt ab ipſo Epiſcopo recipiatis idoneam cautionem;[c] quod ſi monaſterium in cauſa ipſa per ſententiam præualuerit, vniuerſa, quæ medio tempore ipſius ſententiæ, occaſione perceperit, monaſterio reſtituat memorato.

† vterq.

† effectum

DE ARBITRIS. TIT. XVIII.

Idem in conc. Later. conſt. XL. *Cap. 1.*

c. 8. de arbitr.

CONTINGIT interdum, quod cum actori. et infra. Ad hæc generaliter prohibemus, ne ſuper rebus [a] ſpiritualibus compromittatur in laicum, quia non decet, vt laicus in talibus arbitretur.

Idem Piſano Archiepiſcopo. † *Cap. 2.*

† Archid...

PER tuas nobis litteras intimaſti, quod cum ſuper executione arbitrij, quod inter hoſpitalarios ſancti Ioannis, et plebanum de Piſcia ſuper hoſpitali ſancti Allucij latum erat, a nobis litteras recepiſſes; partib. in tua præſentia conſtitutis, hoſpitalarij a te executionem arbitrij poſtulabant, aſſerentes illud debere obſeruare, pro eo quod procurator plebani ſponte in arbitros iuramento interpoſito compromiſit; quoniā dicebat poteſtatem cōpromittendi, et tranſigendi ſuper

† *ro* † *ro* † *Genuen.* † *Epi.*

eodem † negotio recepiſſe. Plebanus itẽ propoſuit ex aduerſo, quod ad cauſam tractandã prædicto procuratori dedit generale mãdatũ, nõ tamen ei mandauit, vt ſine ſpeciali mandato ſuo cõpromittere poſſet, vel † tranſigere ſuper eo; et præterea procurator iam dictus de aſſenſu canonicorũ[a] nõ fuerat inſtitutus, et ideo dicebat id arbitriũ non valere; præſertim cum procurator mãdati fines[b] exceſſerit, et arbitriũ fuerit per vnũ clericũ, et duos laicos promulgatũ; licet ipſi de aſſenſu ve. f. n. Ianuen. Archiepĩ, † cui cauſa cõmiſſa fuerat, arbitriũ protuliſſent. Vnde, cum ſuper his dubietas fuiſſet exorta, per Ap. ſe. oraculũ edoceri petiſti, qualiter ſuper negotio ipſo tibi ſit procedendum. Super quo f. t. t. r. quod in primis eſt, vtrũ arbitrium ipſum ex parte plebani receptũ fuerit,[c] diſtinguẽdũ. Si enim receptum fuerit, indiſtincte ratum haberi debet, ac per hoc iuxta tenorem mãdati Apoſtolici executioni mandari. Si vero receptum nõ fuerit, refert, vtrum fuerit, vel nõ fuerit de obſeruãdo ipſum pœna ſtatuta. et quidẽ ſi pœna fuerit † appoſita in cõpromiſsione; agi poteſt ad pœnã. ac ſi nulla pœna ſtatuta fuerit, ſed ſimpliciter ſtare fuit ſententiæ cõpromiſſum; procurator[d] ad intereſſe[e] poterit cõueniri; quia iuramẽto ſuo ſeipſum perſonaliter, nõ eccleſiam poterat obligare. Quod † vero a duobus laicis, et vno clerico dicitur eſſe latũ, nequaquã obuiare videtur; cum auctoritate dicti Epi[f] factũ ſit, cui cauſa, de qua dicitur cõpromiſſum, fuerat delegata.

† *fuit* † *Quia*

LIBER SECVNDVS.

DE IVDICIIS. TIT. I.

Idem Pontificatus ſui anno IX. *Cap.* I.

c. 18. de iudic. † *Vindon.* † *G. et al.*

CAVSAM, quæ inter dil. fi. Abbatem, et cõuentum S. Vincẽtij † ex parte vna, et Archid. Carnoten. ex altera, ſuper quibuſdã procurationibus vertitur, vobis filij T. et S. † Archid. Pariſien. meminimus cõmiſiſſe. dictus vero Abbas, et cõuentus nolentes parti alteri reſpõdere. niſi nos primo, cõſulerent, ſecundũ priuilegia Rom. Pont. indulta monaſterio eorundẽ, d. fi. W. eiuſdem monaſterij monachũ propter hoc ad ſe. Ap. trãſmiſerunt nihilominus, ſupplicantes, quatenus te fili Decane loco Pariſien. Archi. ſupradicti ſubrogare,[a] ad deciſionẽ ipſius negotij dignaremur; quia cũ eum ſimilis pœne[b] cauſa contingat, minus eſſe fauorabilis parti alteri videretur. Quo circa d. v. per A. ſ. m. quat. non obſtantib. litteris ante aduentum monachi impetratis, in cauſa ipſa ratione præuia procedatis.

Idem. *Cap.* 2.

c. 9. de excep. † *Argẽtorio* † *de Malleon.* † *aſtrictus*

CVM inter dil. fi. T. Priorẽ, et cõuentum de Argentario † ex vna parte, et nobilẽ virũ S. de Orioleon. † dioec. Pictauien. ex altera, ſuper dãnis, et alijs corã uobis ex delegatione quæſtio verteretur, procuratore ipſius nobilis volẽte veſtrũ declinare iudiciũ, eo quod duos ex vobis habebat ſuſpectos, procurator monaſterij allegauit parti eiuſdẽ nobilis, cum eſſet excõmunicationis vinculo cõſtrictus, † exceptionis huiuſmodi beneficiũ interdictũ. Cum enim excõmunicatus, ne reportet[a] ex cõtumacia cõmodum, valeat cõueniri, ſi ad exceptiones liberũ poſſet habere recurſum, traheretur multotiens in fauorẽ, quod eſt in odiũ introductũ. Vnde poſtulaſtis per ſe. Ap. oraculũ edoceri, qualiter in hoc dubitationis articulo procedere debeatis. Ad quod ſic duximus reſpondẽdũ, quod prędicto nobili legitima defenſio in iudicio reſeruatur, et maxime iudicis recuſatio; cum periculoſum ſit, corã ſuſpecto iudice litigare, ac ſuſpectis iudicibus ſe. Ap. cauſam de certa[b] ſciẽtia nõ cõmittat. vnde in talib. non excõmunicati fauor attenditur, ſed æquitas iudicãtis; cum nõ debeat claudicare iudiciũ, ac ſatis videatur abſurdũ, ſi actore impugnãte, reo defenſionis copia[c] denegetur; quia ſic condẽnaretur multotiẽs abſoluendus. Porro cum excõmunicato, quando in cauſa abſolutionis exiſtit, nõ ſit iuſta negãda ſententia, nec interdici debeat eidem appellationis remediũ,[d] ſi contra iuſtitiã condẽnetur; qua ratione in vno, eodemq. negotio ipſius alia legitima[e] ſubtrahantur ſuffragia, non videmus. Ceterũ non ſic in recõuentione[f] ſentimus, ne quod in defenſionis remediũ ſuſtinetur, ad impugnationis materiã extẽdatur.[g]

DE FORO COMPETENTI. T. II.

Idem Epõ Beluacen. † *Cap.* I.

† *Beluacen.* *c. 13. de foro comp.* † *contingis* † *ſunt*

CVM contingat † interdũ in tua etc. Inſuper poſtulaſti, an cũ aliqui clerici deputati ſeruitio capituli Beluacen. vel aliorũ clericorũ tuę dioec. ſuper criminibus impetuntur, cogẽdi ſunt † coram te, vel potius corã illis, quibus ſeruiunt, querelãtib. reſpõdere; cũ illi ſibi iuriſdictionẽ huiuſmodi vindica-

dicare contendant, licet illos excommunicare non valeant, vel alias coërcere. Super quo fr. t. t. reſpõdemus, † quod ad te, vt pote ordinariũ iudicem debent de talib. conquerentes habere recurſum, maxime [a] ſi † ſuper his crimi nib. impetuntur, quæ in tua dinoſcũtur diœceſi cõmiſiſſe; niſi forte ij, quib. delinquentes ipſi deſeruiũt, ex indulgentia, vel conſuetudine [b] ſpeciali iuriſdictionem huiuſmodi ſibi valeant vindicare.

† duximus reſpondendum
† qui

Idem Comiti Toloſæ. Cap. 2.

SVPER quibuſdam mandatorũ articulis etc. Rurſus cum ab eodẽ receperis in mandatis; vt de te cõquerentibus ſecundum ſuum, vel alterius legati, ſeu iudicis ordinarij, vel de legati arbitrium, iuſtitiã exhiberes, hoc taliter intelligendũ eſſe [a] cenſemus; vt in omni cauſa, quæ ratione perſonarũ, [b] vel rerum ad eccleſiaſticũ forum pertinet, ac ſuper vniuerſis capitulis, quæ pro pace ſeruanda ſunt, per iã dictum legatũ ſtatuta, vel auctoritate Apoſtolica ſtatuenda, item viduis, pupillis, orphanis, et perſonis miſerabilib. tenearis in iudicio eccleſiaſtico reſpondere.

c. 26. de verb. ſig.

Idem Epiſcopo Vicen. † Cap. 3.

POSTVLASTI per ſe. Ap. edoceri, vtrũ ſacerdos eccleſiã habens in vna diœceſi, et reſidens in eadẽ, domiciliũ vero patrimonij ratione in alia ibi delinquens, ab eo, in cuius habet diœc. patrimoniũ, pro delicto ibidẽ commiſſo debeat iudicari, præſertim in cauſis, quæ officij, ſeu beneficij priuationem expoſcunt. Ad quod breuiter reſpondemus, quod per ipſum, † in cuius delinquit diœc. ſententia [a] promulgari poterit in eundẽ, ſed ab Epõ, in diœc. cuius [b] eccleſiã optinet, quoad ipſam eccleſiam huiuſmodi executio erit facienda.

† Seruicen.
c. 14. hoc tit.
† Epm

QVAESIVISTI pariter, † vtrum contra quoſdã contempta excõmunicationis ſentẽtia debitas eccleſijs decimas ſubtrahẽtes, tibi Regiã implorare liceat poteſtatẽ, quoad † ſolutionem ipſarũ vix abſq. ſanguinis effuſione valeant coartari? Ad quod breuiter reſpõdemus, quod ſi te de huiuſmodi querimonia ſimpliciter deponente, Rex, cui ad bonorũ laudẽ tandẽ, † maleficiorũ † vindictã gladius eſt cõmiſſus, in eoſdẽ rebelles traditã ſibi exercuerit poteſtatem, eorũ erit duritiæ imputandũ. [c]

c. 21. de homicid.
† Praeterea
† cũ ad
† et ad forte
† malefactorũ

Idem in regiſtro. Cap. 4.

LICET quędam legalis ſancit † auctoritas, vt quis debeat in ſua prouincia cõueniri; Apoſtolicæ non præiudicat poteſtati, quo minus cõtrouerſias ſubditorum, et quib. et vbicumq. uoluerit, valeat delegare. Sic tamen ſe. Ap. auctoritatẽ propriã moderatur, vt plus, quod expediat, quam quod liceat, attendens potentiã ſuã publicæ vtilitati cõformet, ibiq. cauſas, quæ fuerint ad ipſam delatæ, deleget, vbi ſine grauamine [a] partium poterint pertractari.

† ſanxit

DE RESTITVTIONE SPOLIATORUM. Tit. III.

Idem. Cap. 1.

OLIM vobis dediſſe meminimus in mandatis, vt ve. f. n. Oueten. Epm ad debitã reſtitutionẽ partis Zamoren. † diœc. quam tenebat, cum perceptis frugib. † reſtituere cogeretis. et infra. † Verum quia inanis eſt actio, quã excludit inopia debitoris; mandamus, quat. non prius ipſum Epm ad reſtitutionẽ fructuũ compellatis, quam ipſe taliter fuerit reſtitutus, [a] vt reſtituere poſsit, quod percepit † de prouentib. alienis.

c. 16. de reſt. ſpo.
† Zamorenen.
† fructib. forte
† tec.
† perceperis

Idem. Cap. 2.

OLIM inter te pro Abbatia tua, et ve. f. n. O. Pariſien. Epm nomine Pariſien. eccleſiæ, ſuper poſſeſsione iuris [a] parochialis in parochia de Monte, quęſtione ſuborta. etc. et infra. Nos attendẽtes, quod ex eo ſolo, quod populus dictæ parochiæ timore ipſius ſententię per aliquot † dies abſtinuit [b] a diuinis, nullam in eos iuris parochialis poſſeſsionem idem Epſ fuerit aſſecutus, nec fuit aliquo modo probatũ, quod eo tempore, quo ſententiã ipſe protulit, poſſeſsionẽ in ipſos iuris † parochialis haberet, vel prius etiã habuiſſet; reſtitutionẽ de iure adiudicare nequiuimus †, cum non conſtiterit ipſum ſpoliatum fuiſſe.

c. 17. eo.
† aliquos
† iure
† nequiuimus

Idem in conc. Lat. conſt. xxxix. Cap. 3.

SAEPE contingit, quod ſpoliatus iniuſte per ſpoliatorẽ in alium re tranſlata, dũ aduerſus poſſeſſorẽ non ſubuenitur [a] per reſtitutionis beneficiũ, ſpoliato, cõmodo poſſeſsionis amiſſo, propter difficultatẽ probationũ iuris proprietatis amittit effectũ. Vnde nõ obſtante iuris ciuilis rigore [b] ſancimus; vt ſi quis de cetero rem talẽ ſcienter receperit, cũ ſpoliatori quaſi ſuccedat in vitiũ; [c] eo quod nõ multũ interſit quoad periculũ animæ detinere iniuſte, [d] ac inuadere alienũ; contra poſſeſſorem huiuſmodi ſpoliato per reſtitutionis beneficium ſuccurratur.

c. 18. e. t.

DE DOLO, ET CONTVMACIA. Tit. IV.

Idem. Cap. 1.

VERITATIS eſt verbum organo dominicæ vocis emiſſum, quod arbor, quæ terrã inutiliter occupat, digne † excidi, et in ignẽ mitti cenſetur; vt terra, quæ ſub nociua occupatione inutilis arboris ſterilis habebatur, per nouam plantationem ad fructificandum

c. 8. de dolo et contum.
† digna

Corin. Cuſaū. perniſoſé † cur. n. † F. et B. & Vero. † ſed ſe † autē † curaſtus.

candum, culturā recipiat cōgruentem. Huic nimirū arbori H. quondā Curien. † Eṕs non immerito cōparatur, qui Curien. † eccleſiam vſq. modo per violentiā † detinuit; et nō ſolū ſicut dil. fi. canonici Curien. † V. (S. et R. et Be. Ro. † plebanus S. Georgij ex parte veſtra in noſtro auditorio retulerūt, quod dictus H. prædictā eccleſiam dilapidando depreſſiſſet, ſicut publica prædicabat infamia, ſed † homicidio, inceſtu, et alijs criminib. polluit. Nos (vt pote †, quib. hæc imminent corrigēda, cum ipſi canonici veſtri bono zelo,[a] vt arbitramur inducti, prædictū Eṕm accuſare, et intuentes enormitates eiuſdē, ad aures noſtras deferre curarunt, † timendo, ne ſicut in decreto Gelaſij[b] cōtinetur, Ap. offenſam incurrerent, ſi huiuſmodi exceſſus auditui catholicæ eccleſiæ ſupprimendos putarent; commiſimus primo

† Tuder. † Brixenen.

cauſam ve. f. n. Tridentino † Eṕo, et di. fi. Abbati montis S. Mariæ, et Pręposito de inſula, ſecundo quoq. v. f. n. Brixien. † Eṕo, et ipſis iterū Abbati, et Præpoſito. etc. Verū cū ipſe Eṕs priorū iudicum præſentiā adire per cōtumaciā contempſiſſet[c] etc. auctoritate noſtra fuit per ipſos primos iudices ab officio, et beneficio ſuſpenſus. etc. Tandē vero corā iudicibus canonica citatione vocatus, præſentiā ſuam difficulter exhibuit; ſed friuolā tunc excuſationē in malitia cōcepta prætendens, experiri cum canonicis in iure neglexit.[d] Qua de cauſa nos de cōſilio fr. noſtrorū ſuſpēdentes Eṕm ipſum, vel potius ſuſpenſionē a iudicib. factā, auctoritate Ap. confirmantes, tertio ſuper his ve. f. n. Cuman. Eṕo, et di. fi. Abbati S. Abundi cauſam ad ſuperandā[e] malitiam

† cōmiſimus † cūſtis

ipſius Eṕi cōmiſerimus † audiendā, qui partibus citatis †, adhibitis ſecū uiris prudentibus, et honeſtis, cū nec ipſum, nec reſpōſalem eius aliquē inuenirent, in eundē Eṕm propter inobedientiā, excōmunicationis ſententiā protulerūt, et teſtes etiā quemadmodū ex parte

† noſtra † deeſt al. † attendentes

veſtra † (a nobis † in mādatis acceperant, admiſerunt, Abbates, Præpoſitos, Priores, et alios religioſos viros, per quos quilibet articulus criminū prędictorū cōſtat fuiſſe probatus.[f] et infra. Nos igitur vidētes † iudiciarium ordinē fuiſſe ſeruatū in hoc facto, cōſiderato præterea, quod poſt ſentētias in ſe datas, celebrare præſumpſerit; cū multi prælati eccleſiarū contra eundem Eṕm ſcripſerāt, nec vnus pro eo defendendo,[g] vel aliquatenus excuſando cōparuerit: In nomine domini cū Apoſtolo omnē inobedientiā vlciſci volētes, licet abſentes corpore, tamen præſentes ſpiritu, iuxta verbū eiuſdē Apoſtoli tulimus ſententiam perpetuę depoſitionis in ipſum, et eū tā a Pontificali, quam omni officio ſacerdotali priuantes ſine ſpe reſtitutionis aliqua duximus cōdemnādum; ea nihilominus[h] in irritū reuocātes, quæcumq. poſt inhibitionem[i] Ap. ſe, ſeu factā ſuſpenſionem, et excōmunicationem de reb. eccleſiæ alienare præſumpſit.

Idem in conc. Lat. conſt. xl. *Cap. 2.*

CONTINGIT interdum, quod cū actori ob contumaciam partis aduerſæ adiudicatur cauſa rei ſeruandæ[a] poſſeſsio, propter rei potentiā, ſiue dolum actor intra annū rem cuſtodiendā nanciſci non poteſt,[b] vel nactam amittit; et ſic cum ſecundū aſſertionem multorū verſus nō efficeretur poſt lapſum annū poſſeſſor, reportat cōmodum de malitia ſua reus. Ne igitur contumax melioris, quā obediens condicionis exiſtat, de canonica æquitate ſancimus, vt in caſu præmiſſo verus actor conſtituatur[c] anno elapſo poſſeſſor. c. 9. e. t.

DE CONFESSIS. TIT. V.

Idem. *Cap. vn.*

CVM ve. f. n. I. Sabin. Eṕs corā di. fi. n. R. diacono S. Anaſtaſiæ, et P. S. Luciæ ad ſepta ſol. diacon. Card. quos ſibi, et R. procuratori veſtro cōceſsimus auditores, eccleſiā S. Viti cū ſuis poſſeſsionib. et pertinentijs petijſſet, aſſerens eādē ad ſe, tā in ſpiritualib. quā in tēporalib. pertinere. idem nondū eiuſdē Eṕi intentione fundata, præpropere[a] ſic reſpondit, quod etiā ſi dicta eccleſia dudum fuerit eccleſiæ Sabin. eam tamen nō poterat Eṕs vindicare, quā ex permutationis[b] cauſa Farfenſe † monaſteriū optinebat: ad hoc probandū quoddā exhibens inſtrumentū; in quo cōtineri primafacie videbatur, quod Theo † Eṕs cū ſuorum ſacerdotū aſſenſu prædictā eccleſiam S. Viti pro quibuſdā eccleſijs, et reb. alijs in cōcambium veſtro duxit monaſterio cōcedendā. Ad hæc Eṕs propoſuit memoratus, intentionē ſuam per huiuſmodi reſponſionē eſſe fundatā. cū enim pars veſtra reſpōdit, ſe dictā eccleſiā ex permutatione facta per Sabin. Eṕm optinere, quod etiam nitebatur publico inſtrumento probare: cōfiteri per cōſequens videbatur, ſe credere, quod dicta eccleſia tempore permutationis pertinuit ad eccleſiā Sabin. cum inter cōtractus bonæ fidei[c] cōputetur; nec cū alio, quā cum domino, vel cum eo, qui habebatur loco domini,[d] legitime valeat celebrari. adiciēs, quod etſi cōfeſsioni ſtare uellet, in quantū cōtra vos[e] facere videbatur, inſtrumētū tamē huiuſmodi cōtra ſe minime admittebat; quod nec tabellionis[f] auctoritate, nec ſubſcriptione

c. 6. de except. † Forſenſe † Chedo al. Theodo poſtea.

ne teſtiũ dignoſcitur eſſe fulcitũ.Sed ad hoc pars veſtra reſpõdit, quod cum procurator id in modum exceptionis[g] obiceret,nõ videbatur de aduerſæ partis intẽtione fuiſſe confeſſus.[h] quia iuxta legitimas ſanctiones, qui exceptione vtitur,nõ æſtimatur de intentione aduerſarij,cũ quo agitur,confiteri; adiungens,quod etſi permutationis tempore cœnobiũ Farfen.† crediderit eccleſiã dictã S. Viti ad Sabin.eccleſiã pertinere; prædictus tamen procurator ex certis cauſis,ſeu veriſimilibus cõiecturis,credulitatẽ ſuam poſtmodũ potuit taliter informare;vt crederet eandẽ eccleſiã ad Sabin.eccleſiã tunc temporis nõ ſpectaſſe.Porro memoratus Ep̃s ad probandũ,quod iam dicta eccleſia ad eum temporalib.pertinebat , quoſdã teſtes induxit, per quos nitebatur oſtẽdere , quod tam dictã eccleſiã,quã molendina,terras,et alia bona eius Sabinenſes Ep̃i diutius poſſederunt de illis pro ſuæ libertatis arbitrio libere diſponẽdo.et infra.Super his igitur,et alijs propoſitis corã Cardinalibus ſupradictis,deliberatione cum fr.n.habita;intelleximus ſupradictũ Ep̃m intentionẽ ſuã minime fundauiſſe per depoſitionẽ teſtiũ,vel procuratoris ſupradicti reſponſionẽ.quia,ſicut præmiſſum eſt,exceptionẽ obiciens de intentione aduerſæ partis nõ intelligitur fuiſſe confeſſus, vel per inſtrumentũ ex aduerſo exhibitum,†cũ in eo Theodo.Ep̃s,a quo permutatio proponitur facta,nõ dicatur Ep̃s Sabin.quãquam in tranſcripto,quo procurator vtebatur,appoſitũ fuit Sabin.per vitiũ falſitatis: licet autẽ nimis exceſſerit,quod tranſcriptum illius inſtrumenti falſauit; quia tamen delictũ perſonæ nõ debet in damnum[i] eccleſiæ redundare;ac nõ ſolum ante ſententiã,[k] verum etiam poſt obici poteſt exceptio falſitatis :cũ falſorum inſtrumentorũ prætextu lata ſententia,vſq.ad xx.annorũ[l] ſpatium valeat retractari;[m] veritate comperta nolumus, vt id monaſterio veſtro præiudicium generaret. Quia vero nobis conſtitit ſupradictã eccleſiã S.Viti conſtitutã eſſe in dioeceſi[n] Sabinenſi,Epiſcopale ius in omnib.eidẽ Ep̃o adiudicauimus in eadẽ, illis dũtaxat exceptis, quæ per authentica ſcripta ei dinoſcuntur eſſe ſubtracta priuilegia;† cum per priuilegium,vel præſcriptionem legitimã nullatenus probaretur exempta. Verũ,quia dictus Ep̃s,qui eandẽ eccleſiam vindicabat,munitum ſe præſcriptione legitima nõ oſtendat, quamquã probauerit Ep̃os Sabin. bona eiuſdem eccleſiæ aliquãto tempore poſſediſſe; vos ab impetitione Ep̃i,quoad temporalia eiuſdem eccleſiæ,ſententialiter duximus abſoluendos.

† Forenſis *† adhibitum* *† al. de eſt*

DE PROBATIONIB. T.VI.

Idem. Cap.1.

DILECTVS filius Iacobus electus ſancti Petri ad montes ad Ap.ſed.accedens, grauem querelã cõtra dil.fi.G.Decan.Morin.† et I.Cath.Archid.expoſuit,aſſerens eos in cauſa ſua,quæ fuit illis cõmiſſa, perperam proceſsiſſe.Cumq.dil.fil.I.† clericus cum litteris eorundẽ continentib.cauſæ proceſſum,ad noſtrã præſentiã acceſsiſſet; et idem Iacobus niteretur ipſum proceſſum multipliciter improbare;relationem ipſorũ in quibuſdam aſſerens eſſe falſam.Nos quia præfatus clericus nõ habebat,niſi ad contradicendum,[a] vel impetrandũ mandatum; ad maiorem cautelam proceſſum ipſum,nec cõfirmandum duximus,nec caſſandum.et infra.Quia vero ſæpe cõtingit,quia† cõtra falſam aſſertionem iniqui iudicis innocens litigator,veram non poteſt negationẽ probare: cum negantis factum per rerum naturam nulla ſit directa probatio;ne falſitas veritati pręiudicet,aut iniquitas pręualeat æquitati; neceſſariũ videtur,et ęquũ; vt cũ quis legitimã exceptionẽ proponit,†illã probare paratus,vel ad declinandũ iudiciũ,vel ad intẽtionẽ alterius elidendã,ſi forſan verbo,[b] vel facto[c] ab illa receſſerit,vel eam non probauerit intra terminum[d] competentem a iudice præfigendum;modeſtus iudex nõ ante procedet,†quã ſuper hoc inſtrumentorum , vel teſtiũ cautelã adhibeat oportunã , per quã, ſi neceſſe fuerit,poſsit de veritate conſtare,[e] vel † ſi cõtra relationem,[f] ſeu proceſſum ipſius fuerit ſuborta cõtentio,huiuſmodi probationibus poſsit ipſius iudicis aſſertio roborari,quatenus huiuſmodi adhibito moderamine ſic honeſtis,et diſcretis deferatur iudicibus,quod per improuidos,et iniquos innocentiũ iuſtitia non lędatur.et ne iudicialis euaneſcat auctoritas,cũ de litigatoris improbitate cõſtiterit,aduerſus aſſertionem iudicis temere prorumpẽtis,iuxta ſuperioris arbitrium[g] digna poterit animaduerſione puniri.

c. n. de ſpõnſis *† Moriſin* *† T.* *† quod* *† oppoſuit* *† procedat.* *† vt*

Idem Tiburtino Epiſcopo.Cap.2.

PER tuas nobis litteras intimaſti , quod cum T.Tiburtinus ciuis quandã per ſeptenniũ habuerit concubinam,nec prolem ſuſcepit interim ex eadẽ,ac ipſa poſtmodum diuertẽs ab eo,ad ipsũ nõ poſt multũ tẽporis redijſſet,filiũ,quem poſtmodũ reuerſa in domũ ipſius peperit,ex eo ſe aſſeruit† ſuſcepiſſe.Qui licet a principio dixerit, illũ nequaquã ſi

c. 10. ho. e. tit. *† aſſeruit*

filium ſuum eſſe, cum mulier illa per ſeptennium eidem cohabitans, ex eo minime concepiſſet; mulieris tandē, et aliorum deuictus inſtantia, ſuum filium recognouit, Rainaldū eum nomine appellando. Cum autem idem R. ad virilé perueniſſet ætatem, et domum Saturnellæ ſororis ipſius T. frequētaret, quæ ipſum nepotem ſuū publice nominabat, et Sophiam ipſius Saturnellæ filiam, cum qua cotidianam habuit conuerſationē, arrauit, et carnaliter cognouit eandē. quod cum perueniſſet ad notitiam Saturnellæ, acriter increpauit vtrumq. et apud ſe filiā continens † ſupradictū R. remouit a domo. Cum autē mater ipſius R. accepiſſet, quod vir eiuſdem Sophiæ eidem † R. grauiter minabatur, in ciuitatis platea iurauit publice corā multis, quod R. ſupradictam Sophiā propinquitatis linea minime contingebat, affirmans ſub virtute præſtiti iuramenti, ſe de alio, quam de ſupradicto T. præfatum ſuſcepiſſe Rainaldū. Cū igitur nos duxeris conſulendos, an mulieris aſſertioni ſtandum ſit in hac parte, et an memoratus R. ſupradictā Sophiam habere valeat in vxorē. Inſinuatione præſentiū tibi reſpondemus, quod cū idem R. quē dicta mulier filiū dicti T. cōſtanter primitus aſſeruit, et ipſe ipſius præcipue deuictus inſtantia, ipſum ſuū filiū publice recognouit, et filius dicti T. nominatus [a] cōmuniter fuit, † et habitus ab ambobus, eiuſdē mulieris poſtmodum iuramēto † in contrariū præſtito † nō eſt ſtandum, cū nimis indignū ſit iuxta legitimas ſanctiones, [b] vt quod ſua voce quiſq. dilucide proteſtatur, id in eodē caſu † proprio valeat teſtimonio infirmare. [c] vnde apparet per conſequentiā, quod prædictus R. memoratam S. cuius prima facie prēſumitur cōſobrinus, [d] nō poteſt habere aliquatenus in vxorē.

† retinens — *† dicto* — *† fuerit* — *† iurationis* — *† præſtita* — *† eundem caſum*

Idem in conc. Later. conſt. xxxviij. Cap. 3.

c. 11. e. s. QVONIAM contra falſam aſſertionem iniqui iudicis innocēs litigator quandoq. nō poteſt verā negationem probare: cum negātis factū per rerum naturam nulla ſit directa probatio, [a] ne falſitas veritati præiudicet, aut iniquitas præualeat æquitati; ſtatuimus, vt tā in ordinario iudicio, quam in extraordinario. iudex ſemper adhibeat aut publicā, ſi poteſt habere perſonā, aut duos viros idoneos; [b] qui fideliter vniuerſa iudicij acta conſcribāt, videlicet citationes, [c] et dilationes, [d] recuſationes, [e] et exceptiones, [f] petitiones, [g] et reſpōſiones, [h] interrogationes, [i] et cōfeſsiones, [k] depoſitiones teſtiū, et productiones inſtrumentorū, [l] interlocutiones, [m] et appellationes, renuntiationes, [n] et concluſiones, et cetera, quæ occurrerint, cōpetenti ordine cōſcribendo, deſignādo loca, [o] et tempora, [p] et perſonas: et omnia ſic cōſcripta partibus tribuātur; ita quod originalia penes ſcriptores remaneāt. ut ſi ſuper proceſſu iudicis fuerit ſuborta cōtentio, per hoc poſsit veritas declarari. quatenus hoc adhibito moderamine ſic honeſtis, et diſcretis deferāt iudicib. quod per improuidos innocentiū iuſtitia non lędatur. Iudex autē, qui cōſtitutionē ipſam neglexerit obſeruare, ſi propter eius negligentiā [q] aliquid difficultatis emerſerit, per ſuperiorē iudicē animaduerſione debita caſtigetur. nec pro ipſius prēſumatur [r] proceſſu, niſi quatenus in cauſa legitimis conſtiterit documentis.

DE TESTIBVS. TIT. VII.

Idem Archid. † Medulan. Cap. 1.

CVM contra magiſtrū Rodulphū de Aca † Mariana Nouarien. dioeceſis, ſuper eo quod dicitur falſas litteras reportaſſe; ac per ſe, ſeu procuratorē fuiſſet vſus † eiſdē; tibi duxerimus ſcripta noſtra tranſmittere; poſtulaſti per Ap. ſe. oraculū edoceri; vtrum ſuper præfato vitio falſitatis teſtes cōpellere [a] debeas nominatos. Nos igitur f. t. breuiter reſpōdemus: quod teſtes, qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, per cen. ec. debes ap. re. cōpellere, veritati teſtimonium perhibere.

† Archiepō c. 9. de teſt. eo. — *† Radulphū de Arca* — *† friſſe vſum*

Idem. Cap. 2.

ALBERICVS miles nobis inſinuare curauit, quod cū olim inter ipſum, et C. mulierē Rauennatē corā capitulo Rauennate matrimonij quæſtio verteretur, tandē exigente iuſtitia, lata fuit diuortij ſentētia inter eos: poſtea vero dictus miles duas diuerſis tēporib. legitime ſibi copulauit vxores, et filios ex eiſdē ſuſcepit, timens ſibi, ne † filijs ſuis ex eo poſſet † prēiudiciū generari, quod in ſcriptis [a] redacta nō fuit ſententia memorata; nobis humiliter ſupplicauit, vt ſuper hoc paterna ſibi ſollicitudine præcauētes, teſtes, qui ſententiæ interfuere prædictę, recipi faceremus. Quoniā igitur iuſta petentib. fauorē nos decet beniuolū impertiri; m. quat. teſtes curetis recipere antedictos, et depoſitiones ipſorum in ſcripturam publicam [b] redigi faciatis.

c. 43. de teſtib. — *† vel* — *† poſſe al.*

Idem Epō Beluacen. Cap. 3.

CVM in tua dioeceſi. et infra. Vtrum autē, ſi accuſatore idoneo cōparente, per tres, vel. iiij. teſtes inter iam cōiunctos parentela probetur; per depoſitiones eorūdē poſterio- c. 4 i. e. t

rum

rum teſtiũ, derogetur fidei xj. vel xij. propinquorũ, qui antiquiores tẽpore, ac pręſtantiores meritis ante cõtractũ matrimoniũ in cõtrariũ iurauerunt, diſtinguendo perſonas, et gradus, a quibus directe ij, de quorũ copula agitur, deſcenderunt; an primi poſterioribus præferãtur, nõ inmerito quæri poſſet. quam quã autẽ † ad aliud, et ob aliud [a] iurauerint illi, quã illi, ſi tamen ſecundo iudicio priores perſonæ iuratæ deponerẽt illa eadẽ, quę primo dixerũt; abſq. dubio eorũteſtimonia pręualerent; nec eo poſſent prætextu repelli, quod partes teſtificata didicerũt; cum talis exceptio locum non habeat in hoc caſu.[b]

† deeſt al.

Idem. Cap. 4.

c. 45. e. t. CONSTITVTIS in noſtra præſentia ve. f. n. Archiepo, et di. f. M. canonico Surrentinis, dũ eundẽ † M. de crimine ſimoniæ deferret, etc. Ceterũ, quoniã a principio proteſtatus eſt præfatus M. nobilẽ virũ S. Surrentin. german. Archiepi memorati, et quoſdã alios ipſius Archiepi cõſanguineos, multa impedimẽta per ſuã potentiã [a] præſtitiſſe, quominus probationũ copiã in noſtra pręſẽcũ habuerint, cũ quoſdã induxerint ad iurandũ, ne aduerſus Archiepm aliquid dicerẽt, et alios minis, et terroribus nitantur a teſtimonio perhibẽdo arcere. Nos ex officio noſtro ſuper hoc prouidere volentes, mãdamus; vt generalẽ feras excõmunicationis ſententiã in omnes, qui impedimẽtũ aliquod ipſi M. pręſtare præſumpſerint, in teſtibus producẽdis. Illos autẽ, quos, vt dictũ eſt, iuraſſe cõſtiterit, quod cõtra Archiepm nihil dicerent, denunties iuramẽto huiuſmodi nõ teneri.[b] Si quis autẽ de cõſanguineis Archiepi aliquẽ de teſtibus præſumpſerit impedire, quia veriſimile nõ videtur,[c] vt eo inuito talia fierent, et ob hoc nõ carere ſcrupulo ſocietatis occultę; eo quod ſi voluerit, potuerit prohibere; cũ ſecũdum legitimas ſanctiones iniquã oſtendat ſe cauſam fouere; et experiri debeat iudicis auctoritatẽ eluſam, † qui (defenſionis copiã † ſubtrahit aduerſario: eundẽ Archiepm ab officio Põtificali ſuſpendas, et facias re. ap. ob. manere ſuſpenſum, donec illum fecerit a tali præſumptione ceſſare.

† idem

† illuſam

† defenſionem

Idem Madeburgen. Archiepo † & Prępoſito Seburgen. † Cap. 5.

† Epo

† Sebgi.

c. 46. e. CONSTITVTIS in præſentia noſtra procuratore di. fi. in Chriſto A. ſororis nobilis viri Marchionis Miſſuen. et nuntio Illuſtris † Principis Boẽmorũ, di. fi. n. P. ſancti Marcelli presbyterũ Cardinalẽ cõceſsimus auditorẽ; corã quo propoſuit procurator nobilis memoratæ, quod cũ olim ea ſignificãte ad noſtrã audientiã perueniſſet, quod prædictus Princeps eã duxiſſet legitime in vxorẽ, et xiiij. annis, et amplius velut cõiugẽ legitime pertractaſſet, et filijs, et filiab. ſuſceptis ex ea, Pragen. Eps ad petitionẽ, et mandatũ eiuſdẽ Principis, ipſa volente ad ipſum accedere, vt ſuas proponeret coram eo actiones; ſed a ſatellitib. eiuſdẽ Principis eſt prohibita, qui ei bis, vel ter prohibuerũt ingreſſum; poſt ap. ad nos interpoſitã, diuortij ſentẽtiã promulgaſſet; a qua præfata nobilis per ſuũ capellanũ intra x. dies fecit ad noſtrã pręſentiã prouocari, etc. et infra. Nos igitur intellectis per Cardinalẽ prędictũ, quę fuerũt hinc inde propoſita, atteſtationes pro nobili memorata receptas, nec approbãdas duximus, nec etiã improbandas; ſed eas tempore diſcuſsionis decernimus † reſeruari; vt tunc pro illis, vel contra illas a partibus allegetur per A p. ſe. dis. u. per A p. ſ. p. † in. quat. partibus ad locũ idoneũ cõuocatis, omni excuſatione et contradictione ceſ. eos recipiatis teſtes, quos nobilis ipſa, vel pro ſe, vel Princeps pro parte ſua, cum nondũ teſtificata didicerit,[a] ſuper proceſſu Pragen. Epi, vel poſteriorũ iudicũ duxerint † producẽdos, et nobilis ipſa vel teſtes, quos prius induxit [b] †, vel alios, ſi voluerit, inducere non vetetur; cum non renuntiauerit teſtibus producendis.

† nobil.

† decreuimus

† deeſt al. p.

† duxerit

† induxerit,

Idem in conc. Later. conſt. liij. Cap. 6.

c. 47. eo. LICET ex quadã neceſsitate præter cõmunem formã olim fuerit inſtitutũ, [a] in conſanguinitatis, et affinitatis gradib. cõputandis valere teſtimoniũ de auditu, cũ propter breuẽ hominũ vitã, teſtes de viſu deponere nõ valerent [b] vſq. ad gradũ cõputando; quia tamẽ pluribus exemplis, et certis experimẽtis didicimus ex hoc multa pericula contra legitima cõiug a proueniſſe; ſtatuimus, ne ſuper hoc recipiãtur de cetero teſtes de auditu,[c] cum iam quartũ gradum prohibitio nõ excedat, niſi perſonæ graues extiterint,[d] quibus ſit fides merito adhibenda, et ante litem motã [e] teſtificata didicerint ab antiquioribus quidẽ ſuis, nõ vtiq. vno, cum nõ ſufficeret ille, ſi viueret, ſed duob. ad minus, nec ab infamib. et ſuſpectis, ſed a fide dignis, et omni exceptione maioribus: cum ſatis videretur abſurdũ illos admitti, quorũ repellerentur auctores.[f] Nec tamen ſi vnus a pluribus, vel infames ab hominib. bonæ famæ acceperint, quod teſtantur, tanquã plures idonei teſtes debent admitti, cũ ſecundũ ordinẽ ſolitum iudiciorũ nõ ſufficiat vnius teſtis aſſer

tio, etiã ſi præſidali dignitate præfulgeat; et actus legitimi [g] ſint infamib. interdicti. Teſtes autẽ huiuſmodi proprio iuramento firmãtes, [h] quod ad ferendũ teſtimoniũ in cauſa ipſa, odio, vel amore, vel timore, vel cõmodo nõ procedãt; ſed expreſsis nominib. vel demõſtratione, [i] vel circũlocutione ſufficiẽti deſignẽt, et ab vtroq. latere ſingulos gradus [k] clara cõputatione diſtinguãt, et in ſuo nihilominus iuramẽto concludãt, ſe accepiſſe a ſuis maioribus, quę deponũt, et credere ita eſſe. ſed nec tales ſufficiãt, niſi iurati deponãt ſe vidiſſe perſonas, vel ſaltẽ vno prædictorũ [l] graduũ cõſtitutas pro cõſanguineis ſe habere. tolerabilius eſt enim aliquos contra ſtatuta hominũ dimittere copulatos, quã cõiunctos legitime cõtra ſtatuta dñi ſeparare.

DE FIDE INSTRVMENTORVM.

Tit. VIII.

Idem Petro ciui Viterbien. Cap. vni.

c. 10. de fide inſt.

CVM Ioannes eremita a te centũ triginta libras ex cauſa mutui corã Donadeo, et Ioãne iudicibus Viterbiẽ. petijſſet, et ipſi † *[tu]* ex aduerſo proponeres, quod cũ idẽ Ioannes in c. et lxxx. libris tibi pro pretio domus, quã eidẽ vẽdideras, teneretur, cxxx. libras ex illis debebat nõ immerito in mutuo cõpenſare; ac tam ſuper his, quã ſuper quibuſdã alijs articulis inter uos fuiſſet aliquãdiu litigatũ: idẽ iudices vtriuſq. partis rationib. intellectis, et diligẽter inſpectis atteſtationibus, et publicis inſtrumẽtis, te ſentẽtialiter † *[al. ſpecialiter]* condẽnarunt, vt eidẽ Ioãni prædictæ domus poſſeſsionẽ vacuã traderes, et a creditorib. liberatã. et infra. Cũ ergo † *[igitur]* ab hac ſentẽtia ad noſtrã duxeris audientiã appellandũ, et nos tã tibi, quã eidẽ † *[dicto]* Ioanni di. fi. n. Te. ſubdiac. et capellanũ noſtrũ dederimus auditorẽ; ex parte tua fuit propoſitum corã eo ſupradictæ domus venditionẽ non purã, ſed cõdicionalẽ potius extitiſſe; ac nullatenus te teneri ad traditionẽ ipſius. quattuor nihilominus ad hoc teſtib. probandũ inductis, quod etſi nouũ eſſet capitulũ, pendebat [a] tamẽ ex veteri. qui iurati depoſuerũt ſe interfuiſſe cõtractui inter te, et prædictũ Ioannẽ ſuper domo poſita in hora † *[horto forte]* S. Blaſij celebrato, pro qua clxxx. librar. pretiũ tibi fuerat conſtitutũ, tali videlicet adiecta condicione; vt tu domũ ipſam inhabitares libere in vita tua, et poſt obitũ tuũ Matthæo, et R. natis tuis, eiuſdẽ Ioannis nepotib. remaneret. cuius cõdicionis intuitu domũ ipſam eidẽ Ioanni pro minori pretio vendidiſti; cũ a G. Monaldi † *[Monaldi]* pro ipſa CC. libr. potuiſſes habere. anni vero, mẽſis, et diei, quo vẽditio facta fuerat, idẽ teſtes dixerũt ſe minime recordari. Dictus vero Ioannes venditionẽ ipſam non cõdicionalẽ, ſed puram propoſuit extitiſſe; ad hoc probandũ publicum exhibens inſtrumentũ (anno dominicæ incarnationis M.ccviij.*vj.* † *[forte M.ccvj]* menſe Nouẽbri, die quarto cõfectum, in quo profitebaris te propria volũtate vendidiſſe, ac tradidiſſe, domũ (ipſam eidem † *[tuam]* Ioanni eremitæ, et poſtea clxxx. lib. pretium recepiſſe; tabellionẽ vero, † *[quoq.]* qui confecerat inſtrumentũ, et vnum ex teſtib. in inſtrumento ſubſcriptis ad id † *[idem]* probãdum induxit. Sed licet tabellio venditionẽ puram extitiſſe firmauerit † *[firmauis]*, prout etiam teſtis aſſeruit, venditionẽ eſſe factã in ſerie inſtrumenti cõtinetur. Verũtamen ſub condicione, vel pure fuerit contractus initus, [b] dixit ſe minime recordari. Porro cũ dubitatio fuiſſet exorta, vtra deberet probatio prævalere, † *[ualere]* pro tua fuit parte propoſitum; quia et ſi ſecundum legitimas [c] ſanctiones, eandẽ vim obtineant inſtrumentorũ fides, et depoſitiones teſtiũ in litib. exercendis; nõ tamen quodlibet inſtrumentum [d] tanti debet eſſe momẽti; vt trium, vel pluriũ idoneorum teſtium depoſitionib. præferatur. Satis eſt etenim, ſi propter tabellionis auctoritatẽ, qui ſuum officium fideliter adimplere præſumitur, cum ad hoc teneatur ex iuramento; tãta fides adhibeatur inſtrumento cõfecto, quanta foret duob. idoneis teſtib. adhibenda. Sed cũ per iiij. teſtes omni exceptione maiores fuerit manifeſte probatũ, ſupradictã venditionem fuiſſe condicionaliter celebratã; eorundem depoſitiones aſſeruit inſtrumẽto merito pręferendas. Ad hoc autẽ fuit ex aduerſo reſpõſum, quod cũ idem Io. intentionem ſuã per iam dictũ fundauerit inſtrumentũ, cui fides eſt indubitata adhibenda, cũ nec cancellatũ, [e] nec abolitũ, nec corruptũ ſit in aliqua parte ſui; ac tu in modũ exceptionis [f] venditionem ipſam nõ pure, ſed cõdicionaliter aſſeris celebratam; nec per teſtes ad hoc inductos de certo [g] fuerit tempore facta fides, et ideo nõ appareat, quod ſuper illa venditione deponãt, quã conſtat per inſtrumentum determinato tempore contractã fuiſſe. Huiuſmodi probatio videbatur inefficax ad intentionẽ cõtrariam elidendam. Verũ reſpõſionem iſtam proponebas inualidã, quoniã cũ vtraq. pars a nobis interrogata fuerit, et in iure cõfeſſa, quod vnica tantũ venditio ſuper domo cõtracta fuerit, et ex depoſitionib. teſtiũ liqueat venditionẽ domus cõdicionaliter celebratam fuiſſe, ex vtriuſq. colligitur

confeſ-

confeſsione eandem domus vēditionem fuiſſe condicionalem, non obſtante, quod ipſa interrogatio fuerit facta, poſtquam [h] a partibus extitit in cauſa concluſum; cum iudex vſq. ad prolationem ſententiæ debeat vniuerſa rimari, et poſsit interrogare de facto, quoties a †occurrerit liquid dubitationis occurrerit †. His ergo, et alijs tam corā nobis, quam corā dicto capellano propoſitis, et plenius intellectis, de fr. n. con. pronuntiamus venditionē prædictę domus fuiſſe condicionaliter celebratā; et te nullo modo obligatum ad traditionem ipſius, ſuper hoc memorato Io. perpetuū ſilētium imponentes. Sententiam vero iudicum prædi- † inde forte ctorū, quam in † pronuntiaſſe noſcuntur, cū huiuſmodi exceptio [i] coram ipſis, nec proba- †capitulum ta fuerit, nec obiecta; quoad dictū articulū † infirmamus; ſed quoad alios approbandā duximus, et auctoritate Ap. confirmandam.

DE IVREIVRANDO. TIT.IX.

Idem Beluacen. Epiſcopo. *Cap.1.*

c.28. de iureiur. † contingit CVM contingat † interdū in tua dioec. quod conſtante matrimonio mulieres alienationib. ſuper reb. dotalibus, et donatione propter nuptias ſibi data cōſentiant, †nec ne † contra vlterius veniant, proprio ſacramēto firmando; ac ſoluto proceſſu temporis matrimonio, contrauenire nituntur, vtrum eis hoc liceat, a nobis tua fraternitas requiſiuit. Nos autē f. t. reſpondemus, quod etſi mulierū conſenſus in talib. non videatur obligatorius, ſecundum legitimas ſanctiones; [a] ne tali prætextu viam contingat periurijs aperiri, mulieres ipſæ ſeruare [b] debent huiuſmodi iuramēta, ſi ſine vi, [c] et dolo, ſponte, ac prouide præſtita ſint, cùm in alterius [d] præiudicium †redundent non redundent †, nec obſeruata vergant in diſpendium ſalutis æternæ. *Idem. Cap.2.*

c.29.e.t SICVT, et infra. Si vobis cōſtiterit, quod prædictus H. iniuſte [a] bellū mouerit contra I. ipſum H. monere attentius, et inducere ſtudeatis, vt terrā ipſius, et alia vniuerſa per huiuſmodi violentiam occupata, ſine dilatione reſtituat [b] conquerenti, cū a præſtito ſibi iuramento prorſus abſoluentes. Quod ſi monitis veſtris forte acquieſcere noluerit, ipſum † ad †ipſum hoc, ſi pręmiſſa veritate nituntur, perſonā excōmunicationis, et terrā eius interdicti ſententiæ ſupponentes, ſub. cuius. contra. et ap. ob. cōpellatis. Iuramentū autem, quod I. vltimo ſe aſſerit præſtitiſſe, ſi de aſſenſu factū eſt vtri- † quod uſq. eū nō ligat, [c] qui † pręſtitit, dū ille, cui pręſtitū fuerāt, ſeruare negligit, † quod promiſit. † neglegeris

Idem in conc. Later. conſt. xliij. *Cap.3.*

c.30. cō- NIMIS de iure diuino quidā laici vſurpare nituntur cōtra viros eccleſiaſticos nihil tēporale [a] optinentes ab eis, ad præſtandū ſibi fidelitatis iuramēta cōpellunt. quia vero ſecundum Apoſtolū ſeruus aut ſtat domino ſuo, aut cadit: ſacri auctoritate concilij prohibemus, ne tales clerici perſonis ſæcularib. præſtare cogantur huiuſmodi iuramentum.

DE PRAESCRIPTIONIBVS. T.X.

Idē del. fi. Abbatib. Priorib. Tēplarijs, Hoſpitalar. alijſq. religioſis, & alijs eccleſiarū Prælatis. *Cap.I.*

SIGNIFICAVIT nobis ve. fr. n. Legion. Eps, quod cum idem, vel Archid. ſuus dioec. ſuam viſitant, iuxta quod officiū poſcit paſtorale, quidā veſtrū præſcriptionem, [a] ſeu etiā conſuetudinem allegantes, procurationem debitā ſibi denegant exhibere. Cū igitur in procurationibus, quæ ratione viſitationis debētur, nequaquā currat pręſcriptio; vni. ve. per Ap. ſ. pr. in. quat. eiſdē viſitationis officium exercentib. præſcriptione nequaquā obſtante, vel alia cauſa irrationabili, ſub. ap. ob. debitā procurationē impēdatis. alioquin ſententiā, quā idē propter hoc rationabiliter tulerint in rebelles, ratā et firmā habebimus. Vide c. 16. de præſcri.

Idē Epō Caſtellano. Pontif. ſui anno xvij. *Cap.2.*

INTELLECTO dudum per ve. f. n. Epm Peruſin. quod Abbates in Peruſina dioec. cōſtituti, cauſas matrimoniales [a] audire, et de homicidijs, et oppreſsionib. [b] et alijs criminib. iniungere pænitentias [c] attēptabant, et remiſsiones [d] etiā publicas populo facientes, et in parochialib. eccleſijs inſtituētes, ac deſtituentes presbyteros, eodē Epō minime requiſito, [e] excōmunicabant ipſos presbyteros, et etiā † in pleriſq. locis ſupponebāt populū interdicto. [f] quāquā in priuilegijs eis cōceſsis huiuſmodi iuriſdictio nō cōtineatur expreſſa; [g] eis dedimus in mādatis; vt niſi oſtenderint ſuper his conceſsionē ſe. Ap. [h] ſe habere, [i] ac fore vſos [k] eadem, de cetero a prædictis omnino ceſſarēt conſuetudine non obſtante, quæ conſuetudo dici non debet, ſed potius corruptela. Vide c. 11. de exceſ. præ. † deeſt al.

Idem in conc. Lat. conſt. xlj.† *Cap.3.*

QVONIAM omne, quod non eſt ex fide, peccatum eſt; ſynodali iudicio diffinimus, vt nulla valeat abſq. bona fide [a] præſcriptio tam canonica, quā ciuilis. [b] cū generaliter ſit omni cōſtitutioni, atq. cōſuetudini derogandū, quę abſq. mortali peccato nō poteſt ſeruari. Vnde oportet, vt qui præſcribit, in nulla temporis parte [c] rei habeat conſcientiam alienæ. †xl. c. ulti. hoc tit.

DE SENTENTIA, ET RE IVDICATA Tit.XI.

Idem R. militi. *Cap.1.*

CVM te a Bartholomæo iniuriarum accuſatione conuento, eo quod dixeris equum tuum non eſſe minoris pretij, quam capillos c.23. de ſent. & re iudi.

illius

illius;iudices,qui ſuper hoc cognoſcebant,te
in x.ſolidos condemnaſſent,tu timens ne i-
†al. no pſorũ ſententia te notaret† infamia,[a] benefi
tarit cium reſtitutionis ad famã a ſe.Ap.implora-
ſti. Nos autem conſiderantes,quod nulla fue
†ſupra rit, vel minima[b] iniuria facta,† volumus te
dicta per prædictam ſententiã infamia nõ notari.[c]

Idem. *Cap.2.*

c.14.c.t. AD probandum,[a] quod procurator domi
næ.etc.et infra. Vos autẽ interim agnoſcatis
de confirmationis ſententia,quæ lata eſt a iu
dicib.delegatis de electione cuſtodis;ut eam,
ſicut de iure fuerit faciendũ,confirmare, vel
infirmare curetis;ita quidẽ,vt ſi pro eo,quod
vnus ex delegatis iudicib.qui eandem ſenten
tiam protulerunt,excõmunicationis vinculo
publice eſſet innodatus,[b] quando ſententia
† fuerit lata fuit,†ſicut per metropolitani litteras per
hibetur;aut ex alia iuſta cauſa eandem ſenten
tiam cõſtiterit infirmandam;ipſa caſſata de
ipſius electione cuſtodis iterum cognoſcatis,
et audientes,quæ tam in factum,quam in per
ſonam[c] propoſita fuerint, et oſtẽſa,eam,ſi in
uenta fuerit canonica,auctoritate noſtra con
firmetis;alioquin ea penitus infirmata, detis
ſororib.facultatem liberam eligendi,et quam
in Abbatiſſam ſibi duxerint regulariter eli-
gendam,eius electionem ſub. ap. obſtaculo,
auctoritate Ap.confirmetis,ac præfatæ cuſto
di de bonis eccleſiæ faciatis in expenſis[d] le-
gitimis factis prouideri.

Idem Abbati S Stephani. *Cap.3.*

†Olim CVM† in præſentia dil.fi.n.B. tt. ſanctæ
Suſannæ presbyteri Card.quẽ tibi,et C.pro
†Wir curatori ven.f.n.Werburgen.† Epi auditorẽ
teburg. conceſsimus, conſtitutus proponere curaſti,
ſiue Vbe quod cum in Abbatem monaſterij S.Stepha
Zebur- ni fuiſſes electus,et electionẽ tuam noluiſſet†
gen. prædictus Eps cõfirmare,ad ven.f. n. Excu-
†nollet ſen.Epm,et dil.fi.Abbatẽ Aſpertin. † cõmiſ
†Aſpe ſionis litteras impetraſti.Cumq.corã ipſis in-
tin. ter te,et quoſdã monachos aduerſarios tuos
lis fuiſſet legitime cõteſtata; quoniã pars ad-
uerſa nõ ſolũ noluit comparere[a] in terminis
peremptorio cõſtitutis,verũ etiam quendam
aliũ in prædictũ monaſterium intruſere; iudi
ces ex parte tua receptis quibuſdã teſtib. te in
poſſeſsionẽ cauſa rei ſeruandæ[b] mittentes eũ,
quẽ aduerſarij tui duxerunt in monaſterio
intrudendũ,cum omnibus fautoribus ſuis ex
cõmunicationis ſententię ſubiecerũt. Ad hoc
†ei autẽ reſpondit Epi † procurator, quod et tu
† falsã per falſi †ſuggeſtionem prædictas litteras im
†impe petraſti,†et inordinate proceſſerant iudices
traras memorati.quia cum inter te, et Epm fuiſſet
cauſa cõmiſſa,[c] ipſo Epo non citato, contra
prædictos monachos,de quib.in cõmiſsione
mentio non fiebat,poſt ap.ad nos interpoſi-
tã,præſumpſerunt † iudiciũ exercere. Nos i- †præ-
gitur his,et alijs,quæ coram eodẽ Cardinale ſumpſe
fuerunt propoſita,plenius intellectis, tam id, rint
quod de illo fuerat attemptatũ,qui lite pen-
dente per aduerſarios tuos intruſus fuerat in
Abbatẽ;quam illud, quod te in poſſeſsionẽ
cauſa rei ſeruandæ iudices induxerant me-
morati,decernimus irritum,et inane.

DE APPELLATIONIBVS. T.XII.

Idẽ Abbati S. Felicis, & G.canoni.Bonon.Cap.1.

OBLATAE nobis litteræ cõtine- c.57 de
bãt,quod cum quidã iudices,qui appel.
bus cauſa,quæ inter † Sambro.et † inter
Riuo † cornicario plebes verteba de,forte
tur,abſq.ap.remedio fuerat a ſed. †de Ri
Ap.cõmiſſa,pro plebe Sambri ſententiã pro uo,forte
tuliſſent,et a procuratore plebis de Riuo cor
nicario ad nos fuerit ſine termino appellatũ,
nec delatum ap.fuiſſet;ne ad proſecutionem
ipſius terminus a iudicib. partib. aſsignatus,
Plebanus de Sambro ſuper obſeruatione prę
dictæ ſententiæ,ſicut rationabiliter lata erat,
noſtras ad vos litteras,et alia pars alias cõmiſ
ſionis litteras a nobis ſuper infirmãda,vel cõ
firmanda eadẽ poſtmodũ ad alios iudices im
petrauit,nulla in poſteriorib.litteris de priori
bus habita mẽtione. Vnde in dubitationẽ re
uocato,an poſteriores iudices, vel vos de illa
debeatis cognoſcere,nos ſuper hoc conſulere
voluiſtis.et infra. Licet igitur appellanti legi-
time a ſentẽtia indulgeatur annus a lege, aut
ex iuſta cauſa bienniũ,[a] ad ap.interpoſitã pro
ſequendã;quia tamen hic † terminus poteſt †huiuſ-
reſtringi,nõ ſolũ a prouocante,[b] verũ etiã a iu modi
dice,a cuius ſentẽtia prouocatur;cũ id ſit con
ſtitutũ,nõ vt terminus ipſe præueniri nõ poſ
ſit,ſed ne valeat prorogari;[c] credimus diſtin-
guendũ,in quo caſu impetrentur. et quidem
quãdo certus terminus ab appellãte, vel iudi
ce appellationi præfigitur proſequẽdæ; ſi eo
tacito appellatus litteras impetrauerit, huiuſ
modi litterę tamquã tacita veritate ſubreptę,
optinere nõ debent aliquã firmitatẽ. Si vero
nõ ſit aliquis certus terminus a iudice, vel ap-
pellãte[d] præfixus,pars appellata intra termi
nũ cõſtitutũ a lege,dummodo nimiũ nõ præ
currat,[e] vt appellantẽ in cõmiſsione impetrã
da ſupplãtet,commiſsionis litteras poterit im
petrare;quarum auctoritate in appellationis
cauſa legitime procedatur. ita quod ſi ap-
pellans voluerit in cauſa ap. procedere; o-
portebit eum agere ſub iudice ſic optento,ni
ſi poſsit legitime eum recuſare.quod ſi agere
noluerit appellans, appellatus poteſt nihil-
ominus proſequi[f] cauſam ipſam, maxime ſi
ſentiat ſibi ex dilatione imminere grauamen.

Su-

Superior quoq. iudex, ſi viderit ex dilatione periculū imminere,[g] poteſt, et debet neutro proſequente appellationē occurrere, vt periculū euitetur. puta ſi a ſentētia lata ſuper cōfirmatione alicuius electi fuerit prouocatū, et vtraq. pars velit etiā ad annū proſecutionē appellationis differre: poteſt vtiq. immo debet ſuperior iudex, ad quē fuerat appellatū, terminū prouide moderari; ne gregi dominico diu deſit cura paſtoralis. Ex his igitur cōſultationi veſtrę noueritis eſſe reſpōſum, quia per poſteriores nō derogatur prioribus[h] legitime impetratis, per quas ad cōfirmandam ſententiam, vel infirmandam prauia poteſt ratione procedi. *Idem. Cap. 2.*

c.ſl.eo. PER tuas nobis litteras requiſiſti, vtrū ſi ſub alicuius examine poſt latā ſententiā, vel ſaltē poſt depoſitiones teſtiū publicatas, et lectas, fuerit ad ſe. Ap. appellatū; ij, qui ſuper hoc delegātur a nobis, ſi altera partiū eorum ſe voluerit cōſpectib. prę ſentare, cauſam ſibi delegatā iudiciali poſsūt calculo terminare. Nos igitur cōſult. tuæ t. reſpōdemus; quod cū lis ſit ſuper eodē negotio corā primis iudicibus legitime cōteſtata, poterunt iudices delegati eo, qui cōuenitur, ſe per cōtumaciā abſentante, cū eis de meritis cauſæ liquebit,[a] commiſſum ſibi negotium diffinire.

Idem in conc. Later. conſt. xxxv. Cap. 3.

c.ſl.eo. VT debitus honor deferatur iudicib. et litigatoribus cōſulatur ſuper laborib. et expēſis, ſtatuimus, ut ſi quis coram idoneo iudice cōuenerit aduerſariū, ille ante ſententiā[a] ad ſuperiorē iudicē abſq. rationabili cauſa nō prouocet, ſed corā illo ſuā iuſtitiā proſequatur, nō obſtāte[b] ſi dicat, quod ad ſuperiorem iudicē nuntiū deſtinauerat, aut litteras impetrauerit ab eodē, priuſquā delegato fuerint aſsignatæ. cum autē ex rationabili cauſa[c] putauerit appellādum, corā eodē iudice cauſa probabili appellationis expoſita, tali videlicet, quod ſi foret probata, deberet legitima reputari; ſuperior de appellatione cognoſcat et ſi minus rationabiliter eum appellaſſe cōſtiterit, illū ad inferiorē remittat, et in expenſis[d] alteri parti condēnet; alioquin[e] ipſe procedet ſaluis conſtitutionib. de maiorib. cauſis ad ſedem Ap. referendis.

Idem in eodem conſt. xxxvj. Cap. 4.

c.eo.eo. CVM ceſſante cauſa ceſſet effectus: ſtatuimus, vt ſiue iudex ordinarius, ſiue delegatus aliquid cōminando,[a] vel interloquendo protulerit, quo executioni mādato, alter litigantium grauaretur, et ſano vſus cōſilio, ab † huius huius† interlocutionis, vel cōminationis effe modi ctu deſtiterit, libere in cauſę cognitione pro Greg. 9 cedat, nō obſtante ſi a tali cōminatione, vel interlocutione fuerit appellatū; dūmodo nō ſit ex alia legitima cauſa ſuſpectus; ne proceſſus negotij friuolis occaſionib. retardetur

Idem in eodem conſt. xlviij. Cap. 5.

CVM ſpeciali ſit prohibitione prouiſum, c.ſl.ec. ne quis in aliquē excōmunicationis ſententiā nō competenti[a] cōmonitione præmiſſa, promulgare præſumat. volētes etiā prouidere, ne forte cōmonitus fruſtratoriæ recuſationis, vel appellationis obiectu, monētis poſsit declinare examē: ſtatuimus, vt ſi allegauerit ſe iudicē habere ſuſpectum, corā eodē cauſam iuſtæ ſuſpicionis aſsignet,[b] et ipſe cum aduerſario, vel ſi forte aduerſariū nō habeat, cum iudice[c] arbitros cōmuniter eligat, aut ſi cōmuniter cōuenire nō poſsit abſq. malitia, ipſe vnū, et ille aliū eligat, qui de ſuſpicionis cauſa cognoſcāt; et ſi nequiuerint in vnā cōcordare ſentētiā, aduocent tertiū;[d] vt quod duo ex ipſis decreuerint, robur obtineat firmitatis. Sciātq. ſe ad id fideliter exequendū ex iniūcto a nobis in virtute obediētię, ſub obteſtatione diuini iudicij, diſtricto præcepto teneri. cauſa vero ſuſpicionis legitima corā ipſis intra cōpetentē terminū nō probata iuriſdictione iudex vtatur. At ipſa probata legitime, de recuſatoris aſſenſu[e] perſonę idoneæ cōmittat negotiū recuſatus, vel ad ſuperiorē trāſmittat, vt in eo ipſe procedat, ſecundū quod fuerit procedendū. Porro cōmonito ad appellationis obſtaculū conuolante, ſi eius exceſſus euidētia rei, vel ipſius cōfeſsione, aut alio modo legitimo fuerit manifeſtus; cū appellationis remediū nō ſit ad defenſionē iniquitatis, ſed præſidiū innocentiæ inſtitutum: nō eſt prouocationi huiuſmodi deferendū. Exceſſu quoq. dubio exiſtente, ne friuolæ appellationis diffugio appellās iudicis proceſsū impediat, corā eodem probabilē cauſā appellationis exponat, talē videlicet, quę ſi foret probata, debeat legitima reputari; et tunc ſi habuerit aduerſariū, intra terminū ſecundū locorū diſtantiā,[f] temporis qualitatē, et naturā negotij, ab eodē iudice moderādū, appellationis cauſam proſequatur; quā ſi proſequi nō curauerit,[g] extunc ipſe iudex ap. nō ob. procedat. nullo autē aduerſario cōparente,[h] tunc iudex ex ſuo procedat officio, appellationis cauſa corā ſuperiore probata, ſuperior ſuę iuriſdictionis officiū exequatur. Sed ſi appellās in eius probatione defecerit;[i] ad eū, a quo ipſum malitioſe appellaſſe cōſtiterit, remittatur. Ceterū has duas cōſtitut. prę miſſas nolumus ad regulares[k] extēdi cōtra ſuas obſeruātias ſpeciales.

LIBER TERTIVS.

DE VITA, ET HONESTATE CLERICORVM.

Tit. I.

† *Archidi. c.7. de cleric. coniug.*

Idem Archiepiſcopo † Pictauien. *Cap. I.*

IOANNES filius A. nobis conquerendo monſtrauit, quod tu eum, quamquã iam dudum vxorem legitimam duxerit, et filios, et filias ſuſceperit ex eadem, pro eo, quod prius in acolytum fuerat † ordinatus, compellere niteris, vt tonſuram deferat clericalem; ex quo inter ipſum, et vxorem poſſet ſcandalum generari; cum de conſuetudine terræ clerici vxorati non cogantur inuiti portare tonſuram. Quoniam † igitur virum oportet, quo modo vxori placeat cogitare; et idem etiam tonſuratus priuilegio [a] non poteſt gaudere: præs. auctoritate mand. quatenus ipſum ſuper tonſuratione huiuſmodi de cetero non moleſtes; quia cũ eum oporteat ſæcularib. negotijs immiſceri, tonſura ipſius ſæcularia exercentis videretur profecto in miniſterij noſtri vituperium redundare; dum modo nullum percipiat beneficium eccleſiaſticum, cuius ratione teneatur clericalem tonſuram deferre.

† *fuerit*

† *Quia*

Idem in conc. Later. conſt. xiiij. *Cap. 2.*

c.13. hoc tit.

VT clericorum mores, et actus in melius reformentur, continenter, et caſte viuere ſtudeant vniuerſi, præſertim in ſacris ordinib. conſtituti, ab omni libidinis vitio præcauentes, maxime illo, propter quod ira Dei venit in filios diffidentiæ; quatenus in conſpectu omnipotentis Dei puro corde, ac mundo corpore valeant miniſtrare. ne vero facilitas veniæ [a] incentiuum tribuat delinquendi, ſtatuimus, vt qui comprehenſi fuerint incontinentiæ vitio laborare, prout magis, aut minus peccauerint, puniantur ſecundũ canonicas ſanctiones, quas efficacius, et diſtrictius præcipimus obſeruari: ut quos diuinus timor non reuocat, temporalis ſaltem pœna cohibeat a peccato. Si quis igitur hac de cauſa ſuſpenſus prçſumpſerit celebrare diuina, nõ ſolum eccleſiaſticis beneficiis ſpolietur, verum etiam pro duplici culpa, perpetuo deponatur. prælati vero, qui tales præſumpſerint in ſuis iniquitatibus ſuſtinere, maxime optentu pecuniæ, vel alterius commodi temporalis, pari ſubiaceant vltioni. qui autem ſecundum regionis ſuæ morem, non abdicarunt copulam coniugalem, ſi lapſi fuerint, grauius puniantur, cum legitimo matrimonio poſſunt † vti.

† *poſſint*

Idem in eod. conſt. xv. *Cap. 3.*

c.14.

A crapula, [a] et ebrietate omnes clerici diligenter abſtineant, vnde vinum ſibi temperent, et ſe vino; nec ad bibendum quiſpiam incitetur; cum ebrietas et mentis inducat exſilium, et libidinis prouocet incẽtiuũ. vnde illum abuſum penitus decernimus abolendum, quo in quibuſdam partib. ad potus æquales ſuo modo ſe obligant potatores; et ille iudicio talium plus laudatur, qui plures inebriat, et calices fecundiores exhauſit. Siquis autẽ ſuper his ſe culpabilẽ exhibuerit, niſi a ſuperiore commonitus ſatisfecerit, a beneficio, vel officio ſuſpendatur.

Idem in eodem. conſt. xvj. *Cap. 4.*

c.15.

CLERICI officia, vel commercia ſæcularia non exerceant, maxime inhoneſta, mimis, ioculatorib. et hiſtrionib. non intendãt, et tabernas [a] prorſus euitent, niſi forte cauſa neceſsitatis in itinere conſtituti. ad aleas, [b] et taxillos non ludant, nec huiuſmodi ludis interſint; coronam, et tonſuram habeant congruentem; [c] et ſe in officijs eccleſiaſticis, et alijs bonis ſtudijs exerceant diligenter. clauſa deferant deſuper indumenta, nimia breuitate, vel longitudine non notanda: pannis rubeis, [d] aut viridib. nec non manicis, aut ſotularib. conſuticijs, vel roſtratis; frænis, ſellis, pectoralib. et calcarib. deauratis, [e] aut aliam ſuperfluitatem habentib. non vtantur: cappas manicatas ad diuinum officium intra eccleſiam nulli gerant, ſed nec alibi, qui ſunt in ſacerdotio, et perſonatib. conſtituti, niſi iuſta cauſa timoris [f] exegerit habitum transformari. fibulas omnino non ferant, nec corrigias auri, vel argenti ornatum habentes; ſed nec anulos, [g] niſi quib. competat ex officio dignitatis. Põtifices autem in publico, et eccleſia ſuperindumentis lineis omnes vtantur, niſi monachi [h] fuerint, quos oportet ferre habitum monachalem, pallijs diffibulatis non vtantur in publico, ſed vel poſt collum, vel ante pectus hinc inde connexis.

DE PRAEBENDIS

Tit. II.

Idem Trecen. Epiſcopo. *Cap. I.*

c.25. de præbē.

DILECTO filio n.P.tit.ſanctę Prudētianę presbytero Cardinali dil.f.L.Cęllerario Senoñ.et R. clerico procuratori tuo auditore conceſſo,idem Cællerarius † propoſuit coram eo;quod cum bo.me.G.Remēſis Archiepiſcopus tūc Ap.ſe.Le.ad Treceñ. acceſiſſet eccleſiā,in qua G.nepoti ſuo præbendas concedere intendebat,cum nulla penitus(tunc vacabat,et ſ ibidem dictus Cællerarius non tam ei,quam etiam nobis cupiens in hac parte placere;pręb endam, quā in ipſa obtinebat eccleſia,in eius manibus reſignauit;[a] qui liberalitati eius volens poſtmodum grata † viciſſitudine [b] reſpondere, de capituli Treceñ.aſſenſu,præſente quoq. ven.f.n.Senoñ. Archiepiſcopo, tam præfatum nepotem ſuum,quā etiam Cęllerariū † in canonicos Trecen.inſtituit,et ambobus idem capitulum ſtallum in choro, et locum in capitulo aſſignauit,quibus idem Remen. Archiepiſcopus fructus ſupradictę pręb endæ tamdiu diuidendos communitus † aſſignauit,donec pręfatus G.integre † eſſet eccleſię ſtipendium præbendale aſſecutus, in eos,qui contrauenire præſumerent, excommunicationis ſentētia promulgata. et infra. Quorum receptionem procurator generalis [c] Epiſcopi Treceñ. in Conſtantinopolis partibus tunc agentis,poſtmodum approbauit. Vnde dictus † Cællerarius lectiones, et euangelium in hebdomada ſua legiſſe dignoſcitur,et tam Decani,quam Epiſcopi electioni,quam † aliorum negotiorum tractatibus,ſicut canonicus Treceñ. interfuit, et domum quandam per capitulum memoratum optinuit;quæ non,niſi canonico conſueuerat aſſignari.tu quoq.cum ad eandem acceſiſti eccleſiam conſecratus,dictum Cællerarium cum canonicis alijs ad oſculum recepiſti; cum tamen tunc temporis non niſi canonici ad oſculum admittantur,[d] et eidē ſuper prædictis non mouiſti per bienniū [e] quæſtionem. vnde petijt,vt te ab ipſius ſuper hoc moleſtatione indebita compeſcere dignaremur. Vnde dictus R.procurator tuus propoſuit ex aduerſo; quod cum dictus Cællerarius præbendam ſuam in prædicti Archiepiſcopi Remeñ.manibus reſignaſſet ipſe de medietate vna dictum G.nepotem ſuum,et de medietate alia dictū Cællerariū inueſtiuit. Idem quoq. propoſuit procurator,quod cum in Treceñ.eccleſia inſtitutus fuerit olim certus numerus canonicorum,et capituli iuramento firmatus;ſupradictus Archieps,qui et ſi legatus [f] fuiſſet in Teutonia,in Senoñ. tamen prouincia eidem non fuerat officium legationis iniunctum, inſtitutionem huiuſmodi facere non potuit, vt legatus; quinimmo etſi legatus in eadē prouincia extitiſſet,ad vnicum tamen ſpirituale ius,quod vacabat ibidem,inſimul duos canonicos inſtituere ſibi non licuit,contra canonicas ſanctiones.nam ſi duo vnicam præbendam haberent,id eſſet contra Turoñ. concil. [g] quod præbēdarum inhibet ſectionem.ſi vero duobus in fratres,et canonicos receptis vni tantummodo præbenda daretur,ſub expectatione alius contra Later. cōcilū [h] remaneret.Pręterea licet in eccleſia, in qua non eſt certus numerus pręb endarū, nulla etiam præbenda vacante,in canonicū quis poſſit aſſumi,[i] cū intelligatur ad quoddam ius eligi,quod ex electorum aſſenſu de nouo creatur,et cum electo in canonicum naſcitur,et deſinit cum defuncto:in eccleſia tamen,quæ determinatum habet numerum præbendarum,vno dumtaxat indiuiduo iure vacante, duo inſimul eligi nō poſſunt ad illud.cū huiuſmodi ſpirituale ius diuidi,[k] ſeu communicari [l] nequeat inter eos,quamquam interdū ij,ad quos ſpectat electio, de communi conſenſu augmentare [m] valeant numerum præbendarum,quoddam ius ſpirituale de nouo creando;niſi fort e ſtatutum aliquod obuiaret,et quod eſſet iuramento firmatum,vel cui ſe. Ap.confirmatio acceſiſſet,huiuſmodi clauſula prohibitionis adiecta; [n] vt ſi quicquam contra id fieret, non valeret.propter quod inſtitutionem præfatam nullam fuiſſe prædictus aſſeruit procurator;cum in Treceñ.eccleſia,ſicut præmiſſum eſt,certus ſit pręb endarum numerus, quem capitulum, vel legatus minime augmētare intendebat,[o] vel ius aliquod de nouo creare.Vnde nos his, et alijs intellectis, Cællerarium ante dictum,quem præbendā conſtitit prius libere reſignaſſe,ad reſtitutionem eorum, quæ ratione pręd ictæ inueſtitoræ tenebat,de con.f.n.ſententialiter duximus condemnandum,ei ſuper præbenda ipſa,vel eius parte ſilentium imponentes;ita quod per hoc ſupradicto S.nullum præiudicium generetur,maxime cum res inter alios acta non noceat [p] regulariter alijs,iuxta canonicas,et legitimas ſanctiones.

† Cællarius
† vacaret
† gratus
† Cellarium
† diuidendo cōmunitus
† integrum
† al. deeſt
† ac

Idem Epiſcopo, & Cantori Zemoren̄. & Abbati de Morerola Zemoren̄. dioeс. *Cap. 2.*

c. 5. de ſupp. neg. DILECTO fi. n. P. tit. ſancti Marcelli presbytero Cardinali S. et R. procuratoribus dilector. filior. P. et G. apud ſe. Ap. conſtitutis, auditore cōceſſo, idem S. propoſuit coram eo; quod cum in Salamātin̄. eccleſia, in qua Cantoris electio ad Epiſcopum, et capitulum communiter pertinet, cantoria vacante, Salamantin̄. capitulum ſæpius Epiſcopum monuiſſet,[a] vt ad celebrādam Cantoris electionem cum eo pariter conueniret; eodem Epiſcopo intra ſemeſtre tempus id facere negligente, capitulum vti cupiens iure ſuo, in eccleſię memoratæ capitulo, ſicut moris eſt, dilectum filium P. eiuſdem loci canonicum in Cantorem elegit; ne quid in eiuſdem electionis præiudicium fieret, appellando; quam ſupradictus S. auctoritate Apoſtolica petijt confirmari; ac electionem, quā ven. f. n. Compoſtellanus Archiepiſcopus †B. poſt ap. huiuſmodi de G. † clerico multis criminibus[b] irretito, ac tunc temporis vinculo excommunicationis[c] aſtricto fecerat, tā quam minus canonice celebratam caſſari. dictus vero R. propoſuit ex aduerſo; quod emerſo ſex menſium ſpatio, intra quod ad Epiſcopum, et capitulum Cātoris electio pertinebat; Decanus, et quidam alij canonici Salamantin. Epiſcopo, Archidiacono, et nonnullis alijs canonicis, qui præſentes aderant in ciuitate, inconſultis, nō conſueta hora,[d] nec in capitulo[e] iuxta morē, ſed in eccleſia potius, quibuſdam laicis[f] aduocatis, ſtulte, et inordinate nimis eligere præſumpſerūt; et cū iam dicti Archiepiſcopi, qui eos propter hoc excommunicauerat, adire præſen- †ap. de eß. tiam noluiſſet, et † ipſe intelligens auctoritatem eligendi iuxta Lat. concilij ſtatutū ad ſe deuolutam, ſupradictum G. in Cantorem elegit, et eundem fecit de cātoria corporaliter inueſtiri. Poſtmodū autē Decanus, et ſui complices nobis de his mentione non habita, ſuggerēdo, quod Epiſcopus, qui monitus ſæpius intra ſex menſes eligere noluerat, in eccleſiæ detrimentum; eo, qui in Cātorem ab eodem Decano cum maiore parte capituli inſtitutus fuerat, ſpoliato, alium inſtituerat in Cantorem;[g] ad Decanum, Archid. et Archipresbyterum Abulen̄. noſtras litteras impetrauit. quarum auctoritate cum ſupradictus G. ab eiſdem fuiſſet iudicibus euocatus, eiſdem inhibuit, ne per dictas litteras procederent contra eum: cum in eis de ſua electione[h] facta per Archiepiſcopum, nulla mentio haberetur, et cū propter hoc, tum quia prima citatione ad loca remota peremptorie[i] citatus extiterat, tum etiam quia iudices quoſdā ex electoribus dicti P. cōſanguinitatis[k] linea contingebant, ad ſed. Ap. appellauit. Sed iudices nihilominus ad Salamantinam accedentes eccleſiam, ſupra dictum P. in cantoriæ poſſeſſione cauſa rei ſeruandæ contra iuſtitiam induxerūt. Cum igitur ſuper his, et alijs coram eodem Card. procuratores ipſi aliquādiu litigaſſent; et ipſe nobis fideliter rettuliſſet, quę propoſita fuerant corā eo: quia nobis conſtitit a ſupradicto Decano, et eius ſequacibus poſt elapſum[l] ſex mēſium ſpatium, intra quod Epiſcopus, et capitulum, prout communiter ſpectabat ad eos, procedere ad electionē Cātoris neglexerant; electionem ſupradicti P. minus canonice celebratam, eandem decreuimus irritam, et inanem; et appellationem ab eodem Decano, et ſuis fautoribus interpoſitam, factum Archiepiſcopi, ad quē iam erat eligendi auctoritas deuoluta, nequiuiſſe aliquatenus impedire.[m] Quia vero contra perſonam illius † G. quædā obiecta fue- †ipſum rant, de quibus nobis non potuit fieri plena fides: mandamus, quat. niſi iam dicto G. aliquod canonicum obuiet, electionem de ipſo factam, ſub. ap. ob. confirmetis, facientes ipſum eiuſdem cantoriæ pacifica poſſeſſione gaudere, contradictores etc.

Idem V. Epiſcopo. *Cap. 3.*

VACANTE quadam præbēda in c. 16. e.c. eccleſia tua, duas ex ea conſtituens, ad illas de aſſenſu capituli tui duos canonicos aſſumpſiſti; quorum altero apud ſe. Ap. viam vniuerſæ carnis ingreſſo, quam defunctus habebat, † quidā clericus nomine Hippolytus †habuerat fuit auctoritate ſe. Ap. aſſecutus. Verum cū idem Hippolytus te ſuper integratione præbendæ per quaſdam noſtras litteras inquietet, et alius idem ius aduerſus te ſe habere proponat; quid facere debeas, poſtulaſti per ſe. Ap. edoceri. ſuper quo f. t. ſic duximus reſpondendum, quod cum Turon̄. ſtatuta[a] concilij ſectionem inhibeant præbendarum, teneris vtriq. de his, quę uacare contigerit, integrare[b] praebendam, niſi forte rationabili cauſa de uacante præbēda ſupradicta duæ fuerint conſtitutæ,[c] ac

ac † tot ſint vtriuſq. prouentus, quod per utramq. ſit vtriq. prouiſum in beneficio competenti.

Idem in conc. Later. Conſt. xxxiiij. †
Cap. 4.

DE multa prouidentia fuit in Later. concilio prohibitum, vt nullus diuerſas dignitates eccleſiaſticas, et plures eccleſias parochiales reciperet contra ſacrorum canonum inſtituta; alioquin et recipiens ſic receptum amitteret, et largiendi poteſtate conferēs priuaretur. Quia uero propter præſumptiones, et cupiditates quorundam nullus hactenus, aut rarus de prędicto ſtatuto fructus prouenit: nos euidentius, et expreſſius occurrere cupientes, præſenti decreto ſtatuimus; vt qui cumq. receperit aliquod beneficium curam habens animarum annexam, ſi prius tale beneficiū habebat †, eo ſit ipſo iure priuatus,[a] et ſi forte illud retinere contenderit,[b] etiam alio ſpolietur. Is quoq. ad quem prioris ſpectat dominatio, illud poſt receptionem alterius[c] libere conferat, cui merito uiderit conferendum, et ſi vltra ſex menſes conferre diſtulerit, non ſolum ad alium ſecundum Later. concilij ſtatutum deuoluatur, verum etiam tantum de ſuis cogatur[d] prouentib. in utilitatem illius eccleſię, cuius illud eſt beneficium, aſsignare; quantum a tempore vacationis ipſius ex eo conſtiterit eſſe perceptū. hoc idem et in perſonatibus decernimus eſſe obſeruandum. addentes, vt in eadem eccleſia[e] nullus plures dignitates, aut perſonatus habere pręſumant, etiam ſi curam non habeant animarum.[f] circa ſublimes tamen, et litteratas perſonas, quę maioribus ſunt beneficijs honorandæ, cum ratio poſtulauerit, per ſed. Ap.[g] poterit diſpenſari.

Idem in eadem conſt. xxx.
Cap. 5.

GRAVE nimis eſt, et abſurdū, quod quidam eccleſiarum prælati, cum poſſint viros idoneos ad eccleſiaſtica beneficia promouere, aſſumere non verentur indignos, quibus nec morum honeſtas, nec litterarum ſcientia ſuffragatur, carnalitatis ſequentes affectum, non iudicium rationis. Vnde quanta eccleſijs damna prouenirant, nemo ſanæ mentis ignorat. Volentes igitur huic morbo mederi, pręcipimus; vt prætermiſſis indignis aſſumant idoneos, qui Deo, et eccleſijs velint, et valeant gratum impendere famulatum. fiatq. de hoc in prouinciali cōcilio diligens inquiſitio[a] annuatim; ita quod, qui poſt primam, et ſecundam correctionem[b] fuerit repertus culpabilis, a cōferendis beneficijs per ipſum concilium ſuſpendatur, inſtituta[c] in eodem concilio perſona prouida, et honeſta, quæ ſuppleat ſuſpenſi defectus in beneficijs conferendis. et hoc ipſum circa capitula, quæ in his deliquerint, obſeruetur. Metropolitani vero delictum ſuperioris iudicio relinquatur, ex parte concilij nuntiandum. Vt autem hæc ſalubris prouiſio[d] pleniorem conſequatur effectum huiuſmodi ſuſpēſionis ſententia præter Ro. Pontificis auctoritatem, aut proprij Patriarchę munimine relaxetur.

Idem in eodem conſt. xxxij.
Cap. 6.

EXTIRPANDAE conſuetudinis uitium in quibuſdam partibus inoleuit, quod ſcilicet patroni eccleſiarum parochialium, et aliæ quædam perſonæ prouentus ipſarum ſibi penitus vindicantes, presbyteris earundem ſeruitijs deputatis relinquunt adeo exiguam portionem, vt ex ea congrue nequeant ſuſtentari. Nam, vt pro certo didicimus, in quibuſdam regionibus parochiales presbyteri pro ſua ſuſtentatione non obtinent, niſi quartam quartæ, ideſt ſextam decimam decimarum. vnde fit, quod in his regionibus pæne nullus parochialis ſacerdos, qui vel modicam habeat peritiam litterarum: cum os bouis alligari non debeat triturantis;[a] ſed qui altari ſeruit, debeat viuere de altari, ſtatuimus, vt conſuetudine qualibet Epiſcopi, vel patroni, ſeu cuiuſcumq. alterius non obſtante, portio presbyteris ipſis aſſignetur ſufficiens.[b] qui vero parochialem habeat eccleſiam, non per vicarium, ſed per ſe ipſum illi deſeruiat in ordine,[c] quem ipſius eccleſiæ cura requirit, niſi forte dignitati, vel præbendæ parochialis eccleſia ſit annexa, in quo caſu concedimus, qui talem habet præbendam, vel

vel dignitatem, cum oporteat eum in maiori eccleſia [d] deſeruire, in ipſa parochiali eccleſia idoneum, et perpetuum [e] ſtudeat habere uicarium, canonice inſtitutum, qui, vt prędictum eſt, habeat de ipſius eccleſiæ prouentibus portionem; alioquin illa ſe ſciat auctoritate huius decreti priuatum, libere alijs conferenda, qui velit, et poſsit, quod prædictum eſt, adimplere. Illud autem penitus interdicimus, ne quis in fraudem de prouentibus eccleſiæ, quæ curam debet habere proprij ſacerdotis, alij penſionem quaſi pro beneficio conferre [f] pręſumat.

Idem in eodem conſt. lxj. Cap. 7.

c.31.e.t. IN Lateraneñ. concilio [a] noſcitur fuiſſe prohibitum, ne quilibet regulares eccleſias, ſeu decimas ſine conſenſu Epiſcoporum de manu præſumant accipere laici: nec excommunicatos, vel nominatim interdictos admittant aliquatenus ad diuina. Nos autem id fortius inhibentes, tranſgreſſores digna curauimus animaduerſione punire. Statuentes nihilominus, quatenus in eccleſijs, quæ ad ipſos pleno iure non pertinent, iuxta eiuſdem ſtatuta concilij, Epiſcopis inſtituendos presbyteros repræſentent, vt illis de plebis cura reſpondeant i; pſis vero pro rebus temporalibus [b] rationem ex hibeant competentem; inſtitutos vero non remouere audeant inconſultis Epiſcopis. Sane adicimus, vt illos repręſentare procurent, quos vel conuerſatio reddit notos, vel commẽdat probabile teſtimonium pręlatorum.

DE CONCESSIONE PRAEbendæ, et eccleſiæ non vacantis.

T. III.

Idem Abbati, & conuentui monaſterij ſancti Michaelis de Craſto. Cap. 1.

c.14. de cõ pręb. ACCEDENS ad ſedem Apoſtolicam dil. fi. R. clericus ſua nobis inſinuatione mõſtrauit, quod cum promiſeritis uos prouiſuros eidem in eccleſiaſtico beneficio, cum poſſetis, ſicut per litteras Decani Sueſioñ. et ſuorum coniudicum, ſuper hoc a ſe. Ap. delegatorum, quibus tenor litterarum ueſtræ promiſsionis erat inſertus, liquido edocebat; vos id hactenus efficere non curaſtis, allegantes coram iudicibus memoratis, quod talis promiſſio vos nullatenus obligarat, †cum uideretur eſſe facta cõtra ſtatuta Lateraneñ. concilij, quod promiſſionem in hibet beneficij non vacantis. Nos autem cõſiderantes, quod aliud eſt prælatum promittere beneficij collationem, cum poterit, aliud cum uacabit, cum in multis [a] caſibus ſe facultas offerre poſſet, in quibus non eſſet collatio in expectatione vacaturi beneficij differenda, per Ap. vobis ſc. man. quat. memo. R. competens eccleſiaſticum beneficiũ aſsignetis. Alioquin Abbati ſancti Ioannis, et Decano Sueſioñ. damus noſtris litteris in mandatis, ut vos ad id per cen. ec. ap. re compellant. † bi-nos.

Idem P. ſubdiacono noſtro, Præpoſito, et capitulo Ebruduñ. Cap. 2.

POSTVLASTIS per ſedem Ap. edoceri; ut cum ad vos ſimul, et Archiepiſcopum veſtrum donatio prębendarum eccleſiæ ueſtræ pertineat; vtrum præbẽdæ uacantis donatio penes Archiepiſcopum ipſum remaneat, ſi eam intra ſemeſtre tẽpus neglexeritis ordinare. Ad quod vobis breuiter reſpondemus, quod ſi vos, et idem Archiepiſcopus intra tempus pręſcriptum negligentes extitiſtis circa collationem† vacantium præbendarũ, ſicut nec ab illo ad nos†, ita nec a vobis ad illum poteſtas deuoluitur conferendi; ſed ſecundum ſtatuta Later. cõcilij, ad ſuperiorem tranſit donatio earundem, niſi forte Archiepiſcopus, non ut prælatus, ſed ut canonicus [a] vobiſcũ habeat ius cõferẽdi, et in hoc caſu cum† doloſe forſitã impedierit, dolus ei [b] ſuffragari nõ debet. c.15.e.e. †collationem †vos †ſi.al.

Innocentius in regiſtro† Cap. 3. † al. Idem c.31. de accuſ.

ACCEDENS ad præſentiam noſtrã G. nepos quõdam ſubd. n. H. ſua nobis quæſtione mõſtrauit; quod cum dil. fi. noſter H. ſubd. apud ſe. Ap. uiã vniuerſę carnis ingreſſus fuiſſet, præbendã, quã decedens habuerat in eccleſia Crem. ei duximus conferendam, ven. f. n. H. Epiſcopo, et dilectis f. capitulo eccleſiæ Cremon. iniungentes, vt eum in fratrem reciperent, et tam ſtallum in choro, quam locum in capitulo, prębendam eãdem ipſi ſine difficultate aliqua aſsignarent; tibi etiam fili Archid. et dil. f. Præpoſito ſanctæ Agathæ dedimus in mãdatis, vt ſi

vt ſi Epiſcopus, et canonici mandatum Ap. non implerent, vos illud ſub. ap. ob. exequi curaretis; contradictores per cen. ec. ap. re. cõpeſcentes. Cumq. tu, et idem Præpoſitus, ſicut ex litteris veſtris accepimus, monuiſſetis Epiſcopum, et canonicos Cremoñ. ad mãdatum Ap. exequendum, ipſi aſſeruerunt noſtras litteras per ueri ſuppreſſionem obtẽtas; cum viuente adhuc ſubd. prædicto filium cuiuſdam nobilis ciuis Crem. in canonicum recepiſſent, et promiſiſſent proximã uacaturam. adiecerunt etiam, quod ante receptionem litterarum noſtrarum nuntium ſuum [a] ad ſe. Ap. deſtinarũt; et ideo ne procederetis vlterius, ad audientiam noſtrã appellarunt. Iuuenis etiam, cui per Epiſcopũ, et canonicos eadem fuerat præbenda conceſſa, duxit ad audientiam noſtram proclamandum. vnde vos non proceſiſtis vlterius, ſed quæ acta fuerant, per veſtras nobis litteras intimaſtis. petebat igitur memoratus G. vt ex eo, quod canonici contra Later. concilium fecerant, impedire non pateremur noſtræ conceſsionis effectum; ſed præbendam ipſam faceremus eum pacifice poſsidere; quæ ſi fuiſſet etiam iuueni memorato conceſſa, debebat tamen noſtra conceſsio, quæ præceſſerat, preualere. Verũ dil. fil. Bonus Ioãnes prædictorum canonicorum, et Epiſcopi nũtius propoſuit, quod priuſquam ad eos mandatum Ap. emanaſſet, præbendam ipſam iuueni cõceſſerant memorato; et ſubiunxit, quod dictus G. ſuper homicidio, et periurio infamia publica laborabat. vnde nõ ſolum admittendus nõ erat ad Cremoñ. eccleſiam, ſed eijciendus potius etiam dum † fuiſſet admiſſus [b]. Epiſcopus quoq; per ſuas nobis litteras intimauit, quod cum pro eodem G. litteras Ap. recepiſſet, ei cõſuluit, vt ſi conſcientia ſalua poſſet, tamen ſaltem de periurio, et homicidio ſe purgaret, niſi cõtra eum appareat legitimus accuſator. ſed ipſe purgationem præſtare noluit, nec offerre. Nos igitur attẽdentes, quod ſi filius nobilis memorati, ſicut Epiſcopi, et canonicorũ Crem. et executorũ noſtrorum litteræ atteſtabantur, fuit contra Later. concilium ad proximam vacaturam admiſſus, vt poſtmodum acceperunt, non uacantem, cum priuſquam de morte ſub. ad Crem. certus nũtius peruenire potuiſſet, prædictam præbendam conceſſerimus memorato G. d. u. per Ap. ſc. man. quatenus, quod de præmiſſo iuuene factum eſt, denuntietis irritum, et inane; ac niſi præfatus clericus ſuper prædictis † criminibus publice [c] fuerit infamatus, conceſsionem noſtram † ſibi factam per cen. ec. ap. re. executioni mandetis. deinde † ſi legitimus accuſator apparuerit, auditis, quæ fuerint hincinde propoſita; et ſi prædicta crimina, vel eorum aliquod legitime fuerint probata †; ipſi ſuper eadem præbenda, perpetuũ ſilentium [d] ap. poſtpoſita imponatis. Quod ſi probare nequiuerint, eam ſibi auctoritate Ap. confirmetis. Si vero contra eum legitimus nõ apparuerit accuſator, ſi ipſe ſuper prædictis criminibus dignoſcitur fama reſperſus, purgationem ei canonicã indicatis; in qua ſi forte defecerit, perpetuum ſilentiũ ei imponere curetis; ſi autem præſtiterit ipſam, contradictores ab eius moleſtia compeſcatis, et eos, qui uiſi ſunt impedire, in expenſis [e] ipſi legitimis condemnetis.

Innocentius iij. Vercellen. Epiſcopo. † † Idem

Cap. 4.

c. 27 de præb.

DILECTVS f. G. clericus, pro quo canonicando in eccleſia Nouarieñ. ſcripſeramus, quod intendebat per noſtras litteras, non optento contra canonicos eiuſdem eccleſiæ nobis propoſuit conquerendo, quod cum pro eo ad Nouarieñ. capitulum mãdatum Ap. miſiſſemus, ut eum in canonicum reciperent [a], et in fratrem; præbẽdam, ſi qua tamen tunc vacabat, conferentes eidem; ipſi nõ ſolũ mãdatũ Apoſtolicũ noluerũt adimplere; verũ etiam præbendam uacantem, quam mandauimus illi conferri, præſumpſerunt alij aſſignare. Vnde petebat a nobis, ut quæ de ipſo inceperamus, exequi dignaremur. Magiſter autem Greg. Nouarieñ. eccleſiæ procurator proponebat ecõtra; quia cum nulla in eccleſia uacaret præbenda, prædictus clericus ad Ap. ſe. accedens falſo in eccleſia ipſa nobis ſuggeſſit uacare præbendã, et ad ſuggeſtionem falſam ſuper receptione ſua litteras impetrarat. † Vnde cum mendax precator carere debeat impetratis penitus; idem procurator ab impetitione ipſius eccleſiam poſtulabat abſolui. Cum igitur coram dil. fi. n. G. ſancti Gregorij ad velum aureum diac. Cardin. quem eiſdem dedimus auditorem, ſuper his diutius litigarent; † et idem Cardin. quæ fuerant propoſita coram eo, nobis retulit diligenter; d. u. per Ap. ſc. man. quatenus, ſi tibi conſtiterit,

† impetrans.

† litigaſſent

ſtiterit, quod in Nouanen. eccleſia præbenda vacaret tempore, quo ſuper praebenda iam dicti clerici noſtras litteras receperunt, † eum eam penitus alij in deluſionem mandati noſtri duxerint † cōferēdam; eundemcle ricum, ſi non alibi ſufficiens habeat beneficium eccleſiaſticum, iuxta tenorem prioris mandati noſtri, a prædictis clericis recipi faciatis, et eiſdem de redditibus ipſius eccleſię ſingulis annis competentes aſſignari prouētus, donec ei ſit in beneficio prębendario prouiſum.

† acceperunt † duxerunt

DE HIS, QVAE FIVNT A MAiore parte capituli. T. IIII.

Idem. *Cap. vn.*

EX parte tua, frater Archiepiſcope, Apoſtolicis fuit auribus intimatum, quod ad reſtaurandam fabricā [a] † Rotomageñ eccleſiæ tractatum communiter habuiſtis, † te fr. Archiepiſcope, poſtulante, ut quilibet canonicorum tecum pariter aliquam ſuorum redditúum portionem operi tā pio, et neceſſario deputaret. Quia vero ſuper eo diuerſæ fuerunt inter vos filij canonici, et variæ voluntates, ne tam laudabile opus ex veſtra differentia † negligatur [b] auctoritate pręſentium duximus ſtatuendum, ut ſi qui veſtrum ipſius Archiepiſcopi, et maioris, et ſanioris partis capituli ſtatutis ſuper hoc conſtitutionibus † duxerit reſiſtendum, optineat ſententia plurimorum.

c. vlt. de his, quæ ſiunt. † reſtitutioni fabricæ † habuiſti † diffidentia † al. de eſt

DE REBVS ECCLESIAE non † alienandis. T. V.

† aliē. vel nō

Idem in con. Lat conſt. xliiij. *Cap. vn.*

CVM laicis quamuis religioſis diſponendi de rebus eccleſiaſticis nulla ſit attributa poteſtas, quos ſubſequendi † manet neceſſitas, non autem imperandi; dolemus in quibuſdam ex illis ſic refrigeſcere caritatem, quod immunitatem eccleſiaſticæ libertatis, quam nedum ſancti patres, ſed etiam principes ſęculares [a] multis priuilegijs muniuerunt, non formidant ſuis conſtitutionibus, vel potius confictionibus impugnare, nō ſolum de alienatione feudorum, [b] ac aliarum poſſeſſionum eccleſiarum, et vſurpatione iuriſdictionū, ſed etiam de mortuarijs, nec non et alijs, quæ iuri ſpiritali videntur annexa, illicite præſumendo, volentes igitur ſuper his eccleſiarum indemnitati bus conſulere, ac tantis grauaminibus prouidere; conſtitutione huiuſmodi venditiones feudorum, ſeu aliorum bonorum ſine legitimo eccleſiaſticarum perſonarum aſſenſu, præſumi occaſione conſtitutionis laicæ poteſtatis, cum nō conſtitutio, ſed deſtitutio, vel deſtructio dici poſſit, nec non vſurpatio iuriſdictionis, ſacri approbatione cōcilij decreuimus non tenere, præſumptoribus per cenſ. eccl. compeſcendis.

c. vlt. de reb. eccl. alien. † obſequendi Greg. 9

DE FIDEIVSSORIBVS. T. VI.

Idem in eodem conſt. lix. *Cap. vn.*

QVOD quibuſdam religioſis a ſe. Ap. eſt prohibitum, volumus, et mādamus ad vniuerſos extendi; ne quis videlicet abſq. maioris partis capituli, et Abbatis ſui licentia pro aliquo fidei ubeat, vel ab aliquo pecuniā mutuo accipiat [a] vltra ſummam communi prouidentia conſtitutam: alioquin non teneatur conuentus pro his aliquatenus reſpondere, niſi forte in vtilitatē domus [b] ipſius cōſtiterit manifeſte redūdaſſe, et qui contra iſtud ſtatutū venire præſumpſerit, grauiori diſciplinę ſubdatur.

c. 4. de fide iuſ.

DE PIGNORIBVS. T. VII.

Idem. *Cap. vn.*

SIGNIFICANTE dil. fil. Rotberto ciue Piſano ad noſtrā noueritis † audientiam perueniſſe, quod cum domum ſuam cum orto Galliciano G. Piſano ciui † pro cclij. libris pignori obligaſſet, et promiſiſſet cautione præſtiti iuramenti, quod iuſi domum ipſam ſtatuto inter eos termino recolligeret, [a] id eſt redimeret, eundem creditorē ſuper ea vlterius minime moleſtaret, et intra ſtatutū tempus per certum, [b] et fidelem nuntium, prout ei uidebatur, creditori pecuniam numeratam remiſit, quam idem nuntius infideliter agens, ſicut ei iniunctum fuerat, non perſoluit, poſtmodum prædictus R. ab Imperatore detentus, multa pericula ſuſtinuit, et labores, (nec dicto † G. ſatiſfacere potuerit, † vt debebat: nunc per Dei gratiam libertati priſtinæ reſtitutus, paratus eſt pecuniam reddere creditori, licet ipſe prorſus recuſaret recipere; quia ei non fuit ſtatuto termino perſoluta. Cum igitur pactū legis commiſſorię [c] ſit in pignoribus improbatū; et quantum in eo fuit, prædictus R. iuramē-

c. 7. de pign. † noueris † ciui † & ideo † non potuit

tū de

ti debitum adimpleuerit,cum per eum,quẽ certum nuntium ſperabat,pecuniam remiſit termino conſtituto;ſed dum fuit in imperiali captione detentus, ſatiſfacere non potuit creditori:d. v.præſentium auctoritate mãdamus,quatenus ſi præmiſsis veritas ſuffragatur,prędictum creditorem,vt ſorte ſua contentus exiſtat penſionibus præfati pignoris computatis in ſortem,et domum ipſam,et ortum præfato R. omni poſtpoſita dilatione reſignet, per cen.ec. pacto tali, vel iuramento [d] nequaquam obſtante,admonitione præmiſſa,ſublato contradic.et ap.obſta.compellatis.

DE SEPVLTVRIS .T.VIII.

Idem. *Cap.vn.*

SINCERVM tuæ deuotionis affectum,quem ad Deum,et eccleſiam in crucis negotio habere probaris,in domino commendantes, cõſultationibus ex parte tua nobis exhibitis,ſic duximus reſpõdendum;quod ſepultus extra cœmeteriũ eccleſiæ,pro quo ſuperſtes conſanguineus paratus eſt ſignũ crucis aſſumere, in ſubſidiũ terrę ſanctę,ſi defunctus uere pænitens [a] in eccleſiæ communione deceſsit,eccleſiaſticæ tradi poterit ſepulturæ, dummodo ex hoc ob terræ conſuetudinem nullum ſcãdalum generetur.

DE DECIMIS .T.IX.

Idem Epiſcopo Beluacẽn. *Cap.1.*

c.29.de decim. CVM contingat interdũ etiam in tua dioec.etc.et infra·Præterea requiſiſti, cum aliqua prædia,de quibus eccleſijs,aut perſonis eccleſiaſticis decimæ ſoluebantur,ad fratres Ciſtren.† ordinis donationis,vel emptionis,vel alio titulo deuoluũtur, an idem fratres de talibus prædijs ipſis eccleſijs,vel perſonis decimas ſoluere teneantur. Super quo tibi tale damus reſponſum;quod cum prædictis fratribus a ſe. Apoſtolica ſit indultũ,vt de laboribus ſuis,quos proprijs manibus [a],aut ſumptibus excolũt, decimas nulli prorſus perſoluere teneantur,de prædijs taliter adquiſitis eccleſijs, vel perſonis eccleſiaſticis decimas ſoluere non tenentur, dummodo proprijs manibus eorum, aut ſumptibus excolantur.Cum autem in quibuſdam parochijs ad quaſdam eccleſias,vel perſonas eccleſiaſticas ab antiquo [b] pertineat perceptio decimarum,et de nouo fiant noualia in eiſdem;quæris a nobis,ad quem huiuſmodi noualium decima incipiat pertinere. Vnde inquiſitioni t. breuiter reſpondemus;quod cum perceptio decimarum ad parochiales eccleſias de iure communi [c] pertineat,decimæ quorũq.noualium, [d] quæ fiunt in parochijs earundem ad ipſas proculdubio pertinere noſcuntur,niſi ab ipſis,† qui a his percipiunt decimas,cauſa rationabilis oſtendatur,per quam appareat noualium ad eos decimas pertinere.

† Ciſtertiẽ. † his

Idem Epiſcopo Beluacẽn. *Cap.2.*

c.30.eo. CVM in tua dioeceſi quędã monaſteria, et conuentuales eccleſiæ in multis parochijs maiores decimas percipiant, et minutas, [a] de quibuſdam fructibus annuatim perceptis,† decimæ non fuerũt perſolutæ,quę cũ perſoluũtur,quæſiuiſti per ſe.Ap.edoceri,utrum decimæ fructuum prędictorum ad parochiales eccleſias,quę nõ maiores recipiũt, nec minutas,an ad monaſteria,et illas eccleſias conuentuales,quæ decimas alias percipiũt ab antiquo,debeãt pertinere. Ad quod ſic duximus reſpondendum; quod ſi fructus prædicti de illa terra † proueniunt, de qua monaſteria,ſeu conuentuales eccleſiæ aliquos percipiebant ratione decimarũ prouentus,eis procul dubio decimæ fructuũ debeantur eorum;cum ipſis terra illa ab antiquo fuerit decimalis,et non debeat vna,eademq.eccleſia diuerſo iure cenſeri. [b] alioquin parochialibus eccleſijs exſoluantur,ad quas de iure communi [c] ſpectat perceptio decimarum.

† receptis † tantum

Idem Veſpremiñ.† Epiſcopo. *Cap.3.* † Veſpremẽ.

c.31.eo. DVDVM aduerſus fratres Hieroſolym.hoſpitalis ſancti Stephani Albeñ.te proponente in noſtra præſentia quęſtionẽ, quod ipſi decimas laborum, quos proprijs manibus,aut ſumptibus excolunt,non contenti,decimas de laboribus ruſticorum ſuorum Veſprem.† eccleſiæ debitas non permitterent tibi ſolui,eoſdem citauimus,pręfigentes eis terminum cõcilium generale,quo cum inſtrumentis,et rationibus ſuis noſtro ſe conſpectui pręſentarẽt, tibi reſpõdere parati:comparentibus igitur te, ac ipſis ſtatuto termino coram nobis dil.fil.noſtr.G.tit. Sancti Martini preſbyterum Card. tibi, et ipſis conceſſimus auditorem,coram quo decimas omnium terrarum, quæ per ruſticos hoſpitalis in Veſprem.† dioec.excoluntur, et de Cyrogã.et de noua curia eccleſias,quę

† Veſprimeñ † Veſprimeñ

per hoſpitalarios detinentur, eaſdem tãquã ad te ſpectãtes, intentione tua de iure communi[a] fundata periſti. Prior autem hoſpitalis eiuſdem in prędictis decimis, et eccleſijs pręſcriptionem allegans, propoſuit ſe tibi non teneri ſuper his aliquatenus reſpondere. quod cum per auditorem eundem ad noſtram audientiam perueniſſet, mãdauimus, quod idem Prior præſcriptionis titulũ, quẽ allegarat, probaret.[b] Qui tandem poſt deliberationem præhabitam coram ve.f.n. Alban. Epiſcopo, qui poſt receſſum memorati[c] Card. de cauſa cognouit, inclitę recordationis G. Regis, ac E. matris ipſius Reginæ Vngariæ conceſſionem allegauit, qui eccleſiam ſancti Stephani, ad quam tunc temporis, ſicut aſſeruit, eccleſię memoratæ ſpectabant, cum decimis, et pertinentijs ſuis cõceſſerunt in perpetuam eleemoſynam, hoſpitali donationis titulo aſsignauit, cõfirmationis bo.me. Cle. Papæ præd. n. tranſcriptum exhibens, per quod probare volebat conceſſionem prædictam plenum habere uigorẽ, et aſſerens nihilominus ipſam a ſe. re. Lucio Papa prædeceſſore n. poſtmodum cõfirmatam[d]. Ceterum ex parte tua fuit propoſitum ex aduerſo, quod in decimis, et in eccleſijs a Rege, et Regina donatis præſcriptionem non poterat opponere pars aduerſa, quæ nec a donatione ipſorum initium habere poterat, nec a confirmatione præfata tantum (temporis effluxit, quod poſſet præſcriptio cõſummari, et ſic donationis Regis, ac Reginę allegatus titulus nullus erat; cum ſacrilegij crimen incurrat, ſecundum canonicas ſanctiones, qui eccleſias, vel eccleſiaſticum aliquod beneficium de manu reciperet laicali.[e] Vnde ſi contingat laicũ in donatione eccleſiæ talibus verbis vti; do tibi eccleſiam talem, nihil aliud concedere intelligitur, niſi ius patronatus tantum, quod habet in ipſa, prout in conſtitutione[f] a nobis edita continetur expreſſe. contra confirmationem autem fuit hoc modo reſpõſum, quod cum confuſe ipſa eccleſia ſancti Stephani cum omnibus decimis, et eccleſijs, et alijs, quę ad eandem pertinent, confirmetur; ius Epiſcopale non tollitur, cum de illo nõ exprimatur ibidem, ſed tantum debita decimarum portio intra parochiam eccleſiæ ſancti Stephani collatarum ſecundum terrę conſuetudinem, eiſdem hoſpitalarijs reſeruetur. præſertim cum petitæ a te decimę in parochia ſancti Stephani nõ conſiſtãt, quod de plano confeſſũ eſt pars aduerſa. e contra vero fuit a parte altera replicatum, quod cũ ſpatio xxx. annorũ tacueris, iuri tuo tacite renuntiaſſe uideris. Sed et hoc pars tua viſa eſt repellere, allegando, quod xxx. annorum taciturnitas non iure communi, ſed in priuilegijs[g] noſcitur optinere, vnde iure cõmuni, quod habet Epiſcopus in decimis, vel in eccleſijs ſuę dioec. non niſi XL. annorũ[h] taciturnitate priuatur. Nos igitur his, et alijs, quę hincinde fuerunt propoſita, plenius intellectis, cum donatores prædicti conferre non potuerint alijs, quę ipſi de iure non poterant poſſidere; et ex confeſſione partis aduerſę liquido nobis cõſtat, petitas decimas, et eccleſias intra parochiam ſancti Stephani nõ cõcludi, etiam ſi prędicta donatio teneat, quod per confirmationem prędicti Clementis ſuper eccleſia ſancti Stephani hoſpitali cum decimis, et alijs[i] ad ſe pertinẽtibus factã, etiam ſi authenticũ appareret Epiſcopali iuri nullatenus derogetur;[k] de f. n. con. auctoritate Ap. ſententialiter prohibemus, ne fratres hoſpitalis præſumãt alterius præpedire, quominus decimas percipias memoratas, et pacifice poſſideas in futurum.

Idem. *Cap.4.*

TVA[a] et infra. Imperialis conceſſio, quantumcumq. generaliter fiat, neminem poteſt a ſolutione decimarum eximere, quæ diuina conſtitutione debentur. nec occaſione decimationis antiquæ, licet in feudum decimæ ſint conceſſæ, ſunt decimæ noualiũ vſurpandæ; cum in talibus non ſit extendẽda licentia, ſed potius reſtringenda.

Idem in conc. Later. conſt. liij. *Cap.5.*

IN aliquibus regionibus quædam permixtæ ſunt gentes, quæ ſecundum ſuos ritus decimas de more non ſoluunt, quamuis cenſeantur nomine Chriſtiano. his nõnulli domini prędiorum ea tribuũt excolenda, vt decimis defraudantes eccleſias maiores inde redditus aſſequantur. Volentes igitur ſuper indemnitatibus his eccleſiarum prouidere, ſtatuimus; ut ipſi deinde talibus perſonis, et taliter ſua prędia excolenda committant, quod abſq. contradictione eccleſijs decimas cum integritate perſoluãt, et ad id ſi neceſſe fuerit, per cen. eccleſiaſticas cõpellãtur.[a] Illę quippe decimæ neceſſario ſunt ſoluendę, quę debentur ex lege diuina, vel ex loci conſuetudine[b] approbata.

Idem

Idem in eodem conſt. liiij. *Cap.6.*

6. CVM non ſit in homine, quod ſemen ſerenti reddat, vel reſpondeat, quoniam iuxta verbum Apoſtoli, neq. qui plantat, eſt aliquid, neq. qui rigat, ſed qui incrementũ dat Deus; ipſum quidẽ mortificato ſemine plurimum fructum affert; nimis auarę quidam in decimis defraudare nituntur, cenſus, et tributa, quę interdum indecimata prætereunt, de frugibus primitus deducentes. Cum autem in ſignũ vniuerſalis dominij quaſi quodam titulo ſpeciali ſibi dominus decimas reſeruauerit: nos et eccleſiarum diſpendijs, et animarum periculis obuiare volentes, ſtatuimus: ut in prærogatiuam dominij generalis exactionem tributorum, et cẽſuum præcedat ſolutio [a] decimarum; vel ſaltem hi, ad quos cenſus, et tributa indecimata peruenerint, quoniam res cum onere [b] ſuo tranſit, eam per cen. ec. decimare cogãtur eccleſijs, quibus de iure debentur.

Idem in eodem conſt. LV. *Cap.7.*

c.34.e.t. NVPER Abbates Ciſtertieñ. ordinis in generali capitulo cõgregati ad commonitionem noſtram prouide ſtatuerunt, ne de cetero fratres ipſius ordinis emant poſſeſſiones, de quibus decimæ debeantur eccleſijs, niſi forte pro monaſterijs de nouo fundatis; et ſi tales poſſeſsiones eis fuerint pia fidelium deuotione collatę, aut emptę pro monaſterijs de nouo fundatis, cõmittantur alijs excolẽdæ, a quibus eccleſijs decimæ perſoluãtur; ne occaſione priuilegiorum ſuorũ eccleſię vlterius pręgrauentur, decernimus, ut de alienis terris, et amodo acquirẽdis, et ſi eas proprijs manibus, aut ſumptibus excoluerint, decimas perſoluant eccleſijs, quibus ratione prædiorum antea ſoluebantur, niſi cum ipſis eccleſijs aliter duxerint cõponendum [a]. Nos ergo ſtatutum gratum, et ratum habẽtes, hoc ipſum ad alios regulares, qui gaudẽt ſimilibus priuilegijs extendi volumus, et mandamus; vt eccleſiarũ prælati promptiores, et efficaciores exiſtant ad exhibendum eis de ſuis malefactoribus iuſtitiæ complementum, ut eorum priuilegia diligentius, et perfectius ſtudeant obſeruare.

DE REGVLARIBVS, ET AD religionem tranſeuntibus. T.X.

Idem Legioneñ. Epiſcopo. *Cap.vn.*

POSTVLASTI et infra. Tertio quæſiuiſti vtrũ illi, qui in annis minoribus conſtituti nouitior. habitũ ſuſceperunt, et intra annum poſtmodum non facta profeſsione ad ſæculum ſunt reuerſi, et ipſis † ſuis hoc ſcientibus ad ſacros ordines ſunt promoti, ſuſtineri debeãt in illis eccleſijs miniſtrare, in quibus ſunt † ab eiſdem Epiſcopis inſtituti †. Nos f. t. breuiter reſpõdemus, quod propter hoc non ſunt ab ipſis eccleſijs amouẽdi, ſed in eis poſſunt libere miniſtrare, niſi prudẽtia [a] forte ſuppleuerit ætatẽ in illis, vt tranſire debeant ad regulam laxiorem; quia cum ipſi abſq. proteſtatione [b] religionis habitum aſſumant, † vitam præſumuntur propoſuiſſe mutare.

c. 11. de regular. tib. † F. ſ. is Greg. 9 † fuerint † conſtituti † aſſumant

DE CONVERSIONE CONiugatorum. T.XI.

Idem. *Cap.vn.*

ACCEDENS ad pręſentiã noſtrã I. mulier lacrimabiliter propoſuit coram nobis, quod W. vir eius Elieñ. dioec. eã ſibi legitimo matrimonio copulaſſet, et per xx. fere annorum ſpatium eidem cohabitans, prolem ſuſcepiſſet ex ea, volens tandem idẽ uir habitum aſſumere monachalem, poſtulabat humiliter ab eadem, vt tam pio propoſito faueret ipſius; quæ propter multa verbera, et aliarum moleſtationum grauamina, quæ dictus † uir inferebat eidem, ſe ipſam eſſerens dimiſſurũ, annuit votis eius. Cumq. idem uir ad domum de Vendoũ †. Ciſtren. ordinis accedens, ibiq. † religionis habitum aſſumpſiſſet, mulier ipſa transferens ſe ad domum monialium, nullo ibi religionis habitu aſſumpto, vel voto emiſſo conuerſionis, permanſit ibidem; cui pro labore manuum ſuarum eadem moniales vitæ neceſſaria miniſtrabant. Proceſsu vero temporis, [a] cum idem vir ad ſæculum rediens, religionis habitum reliquiſſet, et eadem mulier ſe inſtanter ab eo peteret reaſſumi; ipſe illam recipere penitus contradicens, præter verbera, quibus ſæpe affecit eandem, ſibi conuicia plurima, et graues iniurias irrogauit. Quocirca di. u. per Ap. ſ. præ. mãdamus, quatenus, ſi res ita ſe habet, et dicta mulier illius ætatis [b] exiſtit, vt de lapſu carnis illius merito valeat dubitari, dictum virum, vt eam recipiat, eiq. affectum exhibeat coniugalem, per

c.17. de conuer. coniu. † predictus † Vando. † ibidẽ

per cen. ec. ap. re. cogatis.

DE STATV RELIGIOSORUM. TIT. XII.

Idem in regiſtro. *Cap. I.*

CVM nobis licet immeritis etc. et infra. Ex parte tua noſtris auribus eſt intimatum; quod cum anteceſſor tuus monaſteriũ ſancti Stephani cõceſsit fratribus ſancti Abrahã, monachis nigri ordinis propter diſſolutionẽ ſuã inde remotis [a]; et idẽ fratres ſancti Abrahã bona eius dilapidãdo, et ducendo uitam nimium diſſolutã ipſum duxiſſent ad nimiam paupertatem: bo. me. C. Papa prædeceſſor noſter, et nos etiam tibi dedimus in mandatis, vt reſtitutioni eiuſdẽ monaſterij prouideres, tuo committentes arbitrio, vtrum prædicti fratres ſancti Abraham tolerandi forent, an monachi nigri eſſent in ipſum monaſterium reducendi. Tu vero, ſicut accepimus, fratres ſancti Abrahã propter diſſolutionẽ ſuam inde penitus abieciſti, et nos per petitionem tuam duxiſti ſuper prouiſione eiuſdem monaſterij requirendos. Ideoq; tibi mandamus; quatenus ſi per monachos uideris eccleſiam illam reformari non poſſe, in ipſa eccleſia canonicos inſtituas regulares, qui ſecundum regulã beati Auguſtini deuotẽ † famulatum domino impendant; et per eorum religionem locus ipſe † in melius reformetur.

Idem in conc. Later. conſt. xij. *Cap. II.*

IN ſingulis regnis, ſiue prouincijs fiat de triennio in triennium ſaluo iure [a] dioec. Ponti. commune capitulum Abbatum, atq. Priorum Abbates proprios non habentium, qui non conſueuerint [b] tale capitulum celebrare, ad quod vniuerſi conueniant præpeditionem canonicam non habentes apud vnum de monaſterijs ad hoc aptũ [c], hoc adhibito moderamine, ut nullus eorum, plus quam ſex euectiones, et viij. perſonas adducat. Aduocent in huius caritatis, vel nouitatis primordijs duos Ciſtercien. ordinis vicinos Abbates, ad præſtandum ſibi conſilium, et auxilium oportunum, cum ſint in huiuſmodi capitulis celebrandis ex lõga cõſuetudine plenius informati. Qui abſq. contradictione duos ſibi de ipſis [d] aſſociẽt, quos viderint expedire, ac ipſi iiij. [e] præſint capitulo vniuerſo, ita quod ex hoc nullus eorũ ſibi auctoritatem prælationis aſſumat, vnde, cũ expedierit, prouida poſſint deliberatione mutari. huiuſmodi vero capitulũ aliquibus certis diebus continuis iuxta morem Ciſtercien. celebretur, in quo diligens habeatur tractatus de reformatione ordinis, et obſeruantia regulari, et quod ſtatutum fuerit illis iiij. approbantibus, inuiolabiliter obſeruetur; omni excuſatione, [f] contradictione, et ap. [g] remotis, prouiſo nihilominus, ubi ſequenti termino debeat capitulum celebrari, et qui conuenerint, uitam ducant communem, et faciãt proportionaliter [h] ſimul omnes communes expenſas; ita quod ſi non omnes poterunt in eiſdem, ſaltem plures ſimul in diuerſis domibus commorentur. ordinentur etiam in eodem capitulo religioſæ, ac circumſpectæ perſonæ, quæ ſingulas Abbatias [i] eiuſdem Regni, ſiue prouinciæ non ſolũ monachorũ, ſed etiã monialiũ ſecũdũ formam ſibi præfixã vice noſtra [k] ſtudeant viſitare, corrigẽtes, [l] et reformãtes, quæ correctionis officio uiderint, et reformationis indigere. ita quod ſi rectorẽ loci cognouerint ab adminiſtratione penitus amouendum, denũtiẽt Epiſcopo [m] proprio, vt illum amouere procuret. Quod ſi nõ fecerit, ipſi uiſitatores hoc referant ad Ap. ſed. examen. hoc ipſum regulares canonicos ſecundum ordinem ſuum volumus, et pręcipimus obſeruare. Si vero in hac nouitate quicquam difficultatis emerſerit, quod per prædictas perſonas nequeat expediri, ad Ap. ſe. iudicium abſq. ſcãdalo referatur, ceteris irrefragabiliter obſeruatis, quæ cõcordi fuerint deliberatione prouiſa. Porro dioeceſani Epiſcopi monaſteria ſibi ſubiecta ita ſtudeant reformare, vt cum ad ea prædicti viſitatores acceſſerint, plus in illis inueniant, quod commendatione, quam quod correctione ſit dignum, attentiſſime præcauentes, ne per eos dicta monaſteria indebitis oneribus aggrauentur. quia ſic volumus ſuperiorum iura ſeruari, ut inferiores nolumus † iniurias ſuſtinere. Ad hoc dis. pręcipimus tam dioeceſanis Epiſcopis, quam perſonis, quæ præerunt capitulis celebrandis, vt per cen. eccleſiaſticas ap. re. compeſcãt aduocatos, patronos, vicedominos, rectores, et conſules, et magnates, et milites, ſeu quoſlibet alios, ne monaſteria præſumãt offendere in perſonis, aut rebus; et ſi forſan offenderint eos, ad ſatiſfaciendũ compellere nõ omittant, vt liberius, et quietius omnipotenti domino valeant famulari.

† demotum
† ille
† volumus
Gre. 9.

DE RELIGIOSIS DOMIBVS. T.XIII.

Idem Abbati,et conuentui Farfiñ. *Cap.1.*

c.7. de rel.dom

CVM ven. f.n. I. Sabin. Epiſcopus corã dil.fil.noſtris R.tit.ſanctę Anaſtaſię presbytero, et P. ſanctæ Luciæ ad ſeptẽ ſol. diacono Cardinalibus,quos ſibi,et R. procuratori veſtro concesſimus auditores,eccleſiam[a] ſancti Angeli de Cantia cum ſuis pertinentijs,[b] et poſſesſionibus petijſſet,aſſerens ad ſe eandem,tã in ſpiritualibus, quã in tẽporalibus pertinere;allegauit ante omnia ius commune,quia cum eadem eccleſia conſtituta † ſit in dioec. Sabiñ. vt dicebat, ſub ipſius debebat conſiſtere poteſtate iuxta canonicas ſanctiones,et infra,In temporalibus quoq.ad ſe dictam eccleſiã pertinere,idem Epiſcopus nitebatur oſtendere per publicum inſtrumentum, in quo continetur expreſſe Ioannem Sabiñ.Epm Hugoni Farfen. Abbati,et duabus perſonis poſt ipſum Goualdo Panauello cũ ſuis pertinentijs iam dictam eccleſiam locauiſſe pro annua iiij.ſol.Papienſi.pẽſione,in Aſſumptione beatę Mariæ perſoluenda. Sed pars veſtra propoſuit inſtrumento prędicto nullã fidem penitus adhibendam, propter ſuperlinearem ſcripturam,et raſuram loco ſuſpecto factam,ubi videlicet annotatio[c] temporis recenſetur. fuit inſuper ex ipſius parte propoſitum,quod cũ ab eccleſia ſancti Angeli nomine monaſterij veſtri multo tempore fuerit certa penſio eccleſiæ Sabiñ. ſoluta, manifeſte liquebat ad eandem eccleſiam, a qua locatio fuerat † facta,iure proprietario pertinere,et infra.Ad hoc autẽ procurator reſpondebat prædictus;quod et ſi quidam teſtes ſe uidiſſe deponãt eccleſiam ſancti Angeli penſionem iiij.ſol.Sabiñ.Epiſcopo perſoluiſſe;nullum tamen ex hoc veſtro monaſterio poterat pręiudicium generari;cum nõ appareat[d] penſionem ipſam ex parte monaſterij fuiſſe ſolutam.et quamquam etiam teſtes aſſerant ſe uidiſſe multotiens prætaxatam penſionem exſolui,non tamen oſtenditur tãto tempore præſtita,quod vſq.ad pręſcriptionem[e] legitimam porrigatur.Item ſicut ad rei proprietatem locatio facta nõ ſufficit,[f] ita nec ſolutio,nec perceptio penſionis, et infra: His igitur, et alijs intellectis, quæ coram Cardinalibus ſupradictis pars utraq.proponere procurauit;quia nobis conſtitit ſupradictã eccleſiam ſancti Angeli conſtitutã[g] eſſe in dioec.Sabin.de con.t.n. Epiſcopale ius in omnibus ſpiritualibus eidem Epõ adiudicauimus in eandem, illis dumtaxat exceptis, quæ per authentica ſcripta ei dignoſcuntur eſſe ſubtracta, & infra. Quia vero inſtrumentum prædictũ,per quod Epiſcopus ſupradictam eccleſiam prætendebat ſibi quoad ſpiritualia † vendicare,ad faciendam ſuper hoc fidem inualidum eſſe cognouimus,vt pote propter prædicta[h] de iure ſuſpectum:vos ab impetitione ipſius,quoad temporalia eiuſdẽ eccleſię duximus ſententialiter abſoluendos,eidem ſuper hoc ſilentium imponentes.

† caſtro ſita

† fuit

† temporalia

Idem. *Cap.2.*

c.8.e.t.

CVM dil.f.etc.et infra.Nos igitur ſuper prædictis per memoratum Card. inſtructi,quia cauſa ipſa in noſtra non poterat pręſentia terminari, vt pote cum nuntius monaſterij ſuper procuratione, vel rati habitione[a] litteras non haberet,eam veſtro duximus examini committendam;diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſc.m.quatenus,ſi vobis conſtiterit Abbatem ipſum ad ſedem Apoſtolicam ſuper hoc,antequam in eum Epiſcopus ſuſpẽſionis, vel excõmunicationis, et in monaſterium interdicti ſententias tulerit,legitime appellaſſe,vel monaſterium a iuriſdictione eſſe ipſius eccleſiæ Aurieñ.exẽptum; eo non obſtante,quod Abbas ab Epiſcopo,ſicut dicitur,circumuentus, præter fratrum ſuorum aſſenſum, et obedientiam repromiſit,[b] cum fraus,et dolus ei patrocinari non debeat,ſententias illas iudicetis apte penitus non tenere. alioquin faciatis eas per cen.ecc.vſq. ad ſatiſfactionem congruã inuiolabiliter obſeruari.Quod ſi forte Abbas ipſe in exemptionis probatione defecerit,nec legitima ſe poterit exceptione tueri, licet probet ſe ante prędictas ſententias appellaſſe, nihilominus tamen monaſterium ipſum Aurieñ.iudicetis eccleſię ſubiacere,in cuius dioec.eſt fundatũ.Similiter eo in probatione deficiente,ſi vobis conſtiterit de exemptione † legitima, vel præſcriptione,[c] tam Abbatem,quam monaſterium ab eiuſdem Epiſcopi impetitione penitus abſoluatis.

† exceptione

Idem in conc. Later.conſt.xiiij. *Cap.3.*

c.ul.e.t.

NE nimia religionum diuerſitas grauẽ in eccleſia Dei confuſionem inducat;firmi-

tur prohibemus, ne quis de cetero nouam inueniat religionem,[a] immo vnam de approbatis aſſumat. ſimiliter qui volũt religioſam domum de nouo firmare, regulam, et inſtitutionem unam de approbatis[b] accipiat. Illud etiã prohibemus, ne quis in diuerſis monaſterijs locum monachi habere præſumat, neq. vnus Abbas pluribus[c] monaſterijs prę ſidere.

DE CONSECRATIONE ECcleſiæ, vel altaris. T. XIIII.

Idem Archiep. Biſuntino Pont. anno XV. *Cap. vn.*

c. 6. de conſec. eccl.

LIGNEIS ædificijs eccleſiæ veſtræ caſu quodam conſumptis, parietibus tamen illæſis, ac menſa principalis altaris in ſua extremitate modicam paſſa fracturã, quæſiuiſti per ſe. Ap. edoceri, ſi propter hoc ipſius altaris, vel etiam totius eccleſię debet conſecratio innouari. Ad quod tibi ſic duximus reſpondendum; quod cum parietes[a] in ſua integritate permãſerint; et tabula altaris mota, vel enormiter læſa nõ fuerit, ob cauſas prædictas † nec eccleſia, nec altare debet denuo † conſecrari.

† caſum prædictum † de nouo

DE CELEBRATIONE DIVINI officij. T. XV.

Idem Senicen. Epo. *Cap. 1.*

c. 7. de conſe. eccl.

CONSVLVISTI. et infra. Cœmeteria vero, in quibus excõmunicatorũ corpora ſepeliuntur, per ſuorum violentiam propinquorum, reconcilianda erũt aſperſione[a] aquę[b] ſollemniter benedictæ, ſicut in dedicationibus eccleſiarum fieri cõſueuit.

Idem in conc. Lat. conſt. xvij. *Cap. 2.*

c. 9. de celeb. miſſ.

DOLENTES referimus; quod non ſolum quidam minores clerici, verum etiã aliqui eccleſiarum prælati circa comeſſationes ſuperfluas, et confabulationes illicitas, vt de alijs taceamus, medietatem noctis expendunt, et ſomno reſiduum relinquentes, vix ad diurnum concentum auium excitantur tranſcurrendo undiq. continuata ſyncopa[a] matutinum; ſunt et alij, qui miſſarũ ſollemnia vix celebrant in anno, et quod deterius eſt, intereſſe contemnunt: et ſi quando his euidenter interſunt, chori ſilentium fugientes, intendunt externis collocutionibus laicorum, dumq. auditum ad indebitos ſermones fundunt, aures intentas nõ porrigũt ad diuina. Hæc igitur, et ſimilia ſub poena ſuſpen. penitus inhibemus, diſ. præcipiẽtes in virtute obedientiæ, vt diuinum officium nocturnum pariter, et diurnum; quantum eis Deus dederit ſtudioſe celebrent pariter, et deuote.

DE BAPTISMO, ET EIVS EFfectu. T. XVI.

Idem in eod. conſt. iiij. *Cap. 1.*

c. 6 de bapt.

LICET Græcos diebus noſtris ad obedientiam ſe. Ap. reuertentes[a] fouere, ac honorare velimus, mores, ac ritus eorum, quantum cum domino poſſumus, ſuſtinendo; in his tamen illis deferre nec volumus, nec debemus; quæ periculum generant animarum, et eccleſiaſticæ derogant honeſtati. Poſtquam enim Græcorum eccleſia cũ quibuſdam complicibus, et fautoribus ſuis, ab obedientia ſe. Ap. ſe ſubtraxit, in tantũ Gręci cœperunt abominari Latinos, quod inter alia, quæ in derogationem eorum impie committebant, ſi quando ſacerdotes Latini ſuper eorum celebraſſent altaria, non prius ipſi ſacrificare volebant in ipſis, quã ea tamquam per hoc inquinata lauiſſent. baptizatos etiam a Latinis ipſi Græci rebaptizare auſu temerario præſumebant, et adhuc, ſicut[b] accepimus, quidam hæc agere non verentur. Volentes igitur tantum ſcandalum ab eccleſia Dei amouere, ſacro ſuadente cõcilio, diſtricte præcipimus; vt talia de cetero non præſumant, cõformantes ſe tamquã filij obedientiæ ſacroſanctæ Romanę eccleſiæ matri ſuæ; ut ſit vnum ouile, et unus paſtor. Siquis autem tale quid præſumpſerit, excommunicationis mucrone percuſſus, ab omni officio, et beneficio eccleſiæ ſuſpendatur.

Idem in eod. conſt. xx. *Cap. 2.*

c. 1. de cuſto. euch.

STATVIMVS,[a] ut in cunctis eccleſijs chriſma, et euchariſtia ſub fideli cuſtodia clauibus adhibitis cõſeruetur; ne poſſit ad illa; temeraria manus extendi ad aliqua horribilia, vel nefaria generanda. Si vero is, ad quem ſpectat cuſtodia, ea incaute reliquerit; tribus menſibus ab officio ſuſpẽdatur

datur, et ſi per eius incuriam aliquod nefandum contigerit, grauiori[b] ſubiaceat vltioni.

DE IMMVNITATE ECCLESIÆ, et eius ornatu, et reuerentia reliquiarũ. T.XVII.

†xix.

Idem in eod. conſt. xx†. *Cap. 1.*

c. 1. de cuſto. euch. † expoſuit

RELINQVI nolumus incorrectum, quod quidam clerici ecclesias[a] ſic diſponunt † ſupellectilibus proprijs, et etiam alienis; vt potius domus laicæ, quã Dei baſilicę videantur; non conſiderantes, quod dominus non ſinebat, vt vas tranſferretur per tẽplũ. Sunt et alij, qui nõ ſolũ eccleſias dimittunt incultas,[b] verũ etiã vaſa miniſterij, et veſtimenta miniſtrorum, ac pallas altaris, nec non ipſa corporalia tam immunda relinquũt, quod interdum aliquibus ſunt horrori. Quia vero zelus nos co. do. Dei; ſimiliter prohibemus, ne huiuſmodi ſupellectilia in eccleſijs admittantur, niſi propter hoſtiles incurſus, aut incendia repentina, ſeu alias neceſſitates urgentes, ad eas oporteat habere refugium: ſic tamen, vt neceſſitate ceſſante res in loca priſtina reportentur. Præcipimus quoq. vt ordinaria vaſa, corporalia, veſtimenta prædicta munda, et nitida ſeruentur, nimis enim videretur abſurdum, in ſacris ſordes negligere, quæ dedecent in prophanis.

Idem in eodem. conſt. lxij. *Cap. 2.*

c. vlt. de reliquijs

CVM ex eo, quod quidam ſanctorum reliquias venales exponunt, et eas paſſim oſtendunt; Chriſtianæ religioni detractum ſit ſæpius, et ne in poſterum fiat, præſenti decreto ſtatuimus; ut antiquę reliquiæ amodo extra capſam nullatenus oſtendantur, nec exponantur venales. inuentas autem de nouo nemo publice uenerari prẹſumat, niſi prius auctoritate Ro. Pon. fuerint approbatę. Prælati vero non permittant illos, qui ad eorum eccleſias cauſa venerationis accedunt, vanis figmẽtis, aut falſis decipi documentis, ſicut in pleriſq. locis occaſione quæſtus fieri conſueuit.

DE CENSIBVS. T.XVIII.

Idem Comiti Toloſano. *Cap. 1.*

vi c. 26. de verb. ſignif.

SVPER quibuſdam; et infra. Volumus inſuper, vt ab eccleſijs, et domibus religioſis albergarias,[a] vel procurationes nullatenus exigas, ſicut in mandatis dinoſceris recepiſſe, quas tu etiam liberalitate[b] propria remiſiſti.

Idem in conc. Lat. conſt. xxxiij. *Cap. 2.*

c. 23. de cenſ.

PROCVRATIONES, quæ ratione viſitationis[a] debentur Epiſcopis, Archidiaconis, vel quibuſlibet alijs, etiam Ap. de. Leg. aut nuntijs abſq. manifeſta, et neceſſaria cauſa nullatenus exigantur, niſi cum perſonaliter[b] viſitationis officium impendunt. euectionum, et perſonarum mediocritatem obſeruent in Later. concilio conſtitutã. hoc adhibito moderamine circa legatos, et nuntios; vt cum oportuerit eos apud aliquem locum moram facere neceſſariam; ne locus ille propter ipſos nimium aggrauetur, procurationes recipiãt moderatas ab alijs eccleſijs, vel perſonis, quæ nondum fuerunt de ſuis procurationibus aggrauatæ: ita quod numerus procurationum numerum dierum, quibus moram huiuſmodi fecerint, non excedat: et cum aliqua nõ ſufficeret per ſe ipſam, duæ, vel plures cõiungãtur in vnum. Porro viſitationis officium exercentes, non quærant, quæ ſua ſunt, ſed quæ Ieſu Chriſti, prædicationi, et exhortationi, correctioni, et reformationi uacando; ut fructũ referant, qui non perit. Qui autem contra hoc venire tentauerit, et quod accepit, reddat, et eccleſię, quam taliter aggrauauit, tãtũdẽ impendat.[c]

Idem in eodem. conſt. xlvj. *Cap. 3.*

c. 7 ſim mũ. eccl

ADVERSVS Conſules, et Rectores ciuitatum, et alios, qui eccleſias, et viros eccleſiaſticos tallijs, ſeu collectis, et exactionibus, et alijs aggrauare nituntur, volens immunitati eccleſiarum Later. cõcil.[a] prouidere, prẹſumptiones huiuſmodi ſub anathematis diſtrictione prohibuit, tranſgreſſores, prẹſumptores, et fautores eorum excommunicationi præcipiens ſubiacere; donec ſatiſfactionem impenderint competentem. Verum ſi quando forſan Eps ſimul cum clericis tantam neceſſitatem, et vtilitatem proſpexerint, et abſq. ulla coactione ad releuãdas vtilitates, et neceſſitates cõmunes, vt laicorum non ſuppetant facultates, ſubſidia per eccleſias duxerint conferenda, prædicti laici

humiliter, et deuote recipiant cum gratiarũ actionibus. Propter impudentiam tamẽ quorundam Ro. Pontifex prius cõſulatur, cuius intereſt, communibus vtilitatibus prouidere. Quia vero nec ſic quorundam malitia cõtra Dei eccleſiam cõquieuit; adiicimus, vt cõſtitutiones, et ſententiæ, quæ a talibus, vel de ipſorum mandato fuerint promulgatæ, inanes, et irritæ habeantur, nullo [b] vnquam tẽpore ualituræ. Ceterũ quia fraus, et dolus alicui patrocinari non debet; nullus vano decipiatur errore, vt intra tempus regiminis [c] ſuſtineat anathema, quaſi poſt illud non ſit ad ſatisfactionis debitum compellendus. nã et ipſum, qui ſatiſfacere recuſauerit, et ſucceſſores ipſius, niſi ſatiſfecerit intra mẽſem, [d] manere decernimus eccleſiaſtica cenſura concluſum, donec ſatiſfecerit competenter; cum ſuccedat in onere, qui ſubſtituitur in honore.

Idem in eodem conſt. xxxiiij. *Cap. 4.*

c. 8. e. t. QVIA pleriq. Prælati, vt procurationẽ, aut ſeruitium aliquod impendant, legato, vel alijs, plus extorquent a ſubditis, quam exoluant, et in eorum damnis lucra ſectantes, quærunt prædam potius, quã ſubſidiũ in ſubiectis; id de cetero fieri penitus prohibemus. Quod ſi quis forte præſumpſerit; et ſic extorta reſtituat, et tantundem cogatur pauperibus [a] elargiri. ſuperior autem, cui fuerit querela depoſita, ſi negligens fuerit in huius executione conſtituti, canonicæ ſubiaceat vltioni.

NE CLERICI SAECVLARI negotio ſe inmiſceant. T. XVIIII.

Idem Epõ Aſculano. *Cap. 1.*

SICVT te accepimus referẽte, cum ve. fr. noſter Oſtien. Epiſcopus olim per tuã tranſiens † ciuitatem, tibi dederit in mandatis, vt presbyteros, et diaconos, et ſubdiaconos, quos ibidem inuenit paſsim [a] tabellionatus officium exercentes, excommunicationis vinculo innodares; et eos, qui ab illis publica receperint inſtrumẽta; tu licet id feceris ex mandato prędicti Epiſcopi, diſsimulaſti [b] poſtmodũ de ſubdiaconis, donec quã inter cõtra ipſos, † et alios in ſacris ordinibus conſtitutos deberes procedere, ſedem ducẽres Apoſtolicam conſulendam. Quo circa f. tuæ per A. ſ. man. quat. clericis in ſacris ordinibus conſtitutis tabellionatus officiũ per beneficiorum ſubtractionem ap. poſt. interdicas. c. 1. ne cler. † tranſiſſes † eos ipſos

Idem in conc. Lat. conſt. xviij. *Cap. 2.*

SENTENTIAM ſanguinis [a] nullus dictet clericus, aut proferat, ſed nec ſanguinis vindictam exerceat, aut vbi exercetur, interſit. ſi quis autem huius occaſione ſtatuti eccleſijs, vel eccleſiaſticis perſonis aliquod pręſumpſerit inferre diſpendium, per cen. ec. compeſcatur. nec quiſquam clericus litteras dictet, aut ſcribat pro uindicta ſanguinis deſtinandas. vnde in curijs principum hęc ſollicitudo nõ clericis, ſed laicis committatur. nullus quoq. clericus ruptarijs, aut balliſtarijs aut huiuſmodi viris ſanguinis præponatur. nec illam chirurgiæ [b] partẽ ſubd. diaconus, aut ſacerdos exerceat, quæ vel ad uſtionẽ, vel inciſionẽ inducit. nec quiſquã purgationi aquæ feruẽtis, vel frigidæ, ſeu ferri candentis ritum cuiuſlibet benedictionis, aut conſecrationis impẽdat, ſaluis nihilominus prohibitionibus de monachijs, † ſiue duellis antea promulgatis. c. 9. e. a. † monomachijs ſcribe.

LIBER

LIBER QVARTVS.

DE SPONSALIBVS, ET MAtrimonijs. Tit. I.

Idem. *Cap.1.*

e.26.de ſponſal.

QVA nos duxit fraternitas conſulendos. et infra. Conſequēter autem quęſiuiſti, cū quādam mulierem quidā aliter inducere nequiuiſſet, vt ſibi commiſceretur carnaliter, niſi deſponſaret eandem, nulla ſollemnitate adhibita, vel alicuius preſentia, dixit illi; te Ioānes deſponſat, cum ipſe Ioannes nunime † uocaretur, ſed finxit ſe uocari Ioannem, nō credens eſſe coniugium, eo quod ipſe nō uocaretur hoc nomine Ioannes, nec haberet propoſitum contrahendi, ſed copulam tantum extorquendi carnalem; vtrū inter prædictos ſit matrimonium celebratum, cū mulier conſenſerit, et conſentiat in eundem; et ille diſſenſerit, et diſſentiat; nec aliud quidquā egerit, quam ſuperius eſt expreſſum, niſi quod cognouit eādem. Super quo tuæ fr. reſpondemus, quod cum præfatus vir prædictam deſponſauit [a] mulierem, in propria perſona, et ſub nomine alieno, quo tamē uocari ſe finxit, et inter eos ſit carnalis copula ſubſecuta; [b] videtur forte [c] pro coniugio pręſumēdum, niſi tu nobis expreſſe ſcripſiſſes, quod ille nec propoſuit, nec conſenſerit illā ducere in vxorem, quod qualiter tibi conſtiterit, non uidemus. Nos tamē, quid iuris ſit, reſcribentes, quod ſi res ita ſe habuerit, videlicet quod ille eam non propoſuit ducere in vxorem, nec umquam conſenſit (in prædictam perſonam † non debet ex illo facto coniugium iudicari; cum in eo nec ſubſtātia erat coniugalis contractus, nec forma [d] contrahendi coniugij ualeat inueniri, quoniam ex altera parte dolus ſolummodo adfuit, et defuit omnino conſenſus, ſine quo cetera nequeunt foedus perficere † coniugale.

† non

† inter prædictas perſonas

† conſiſtere

Idem Epiſcopo Belnacē. *Cap.2.*

c.27.c.1. CVM in tua dioec. et infra. Sane quia contingit interdum, quod aliquibus volentibus contrahere matrimonium, bannis, vt tuis verbis vtamur, in eccleſijs ſecundum cōſuetudinem eccleſiæ Gallicanæ editis, ac nullo contradictore publice comparente, licet fama priuatum [a] impedimentum deferat parentelæ, cum ex parte contrahentium iuramenta maiorum de ſua propinquitate, ut ſuſpicioſis tollatur materia, offerātur; quid tibi ſit faciendū in caſibus huiuſmodi quæſiuiſti. Ad quod taliter reſpondemus; quod ſi perſona grauis, [b] cui fides ſit adhibēda, fr. tuæ denūtiet, quod ij, qui ſunt matrimonio copulandi, ſe propinquitate contingant, et de fama, vel ſcandalo [c], doceat, aut etiam per te ipſum poſsis certificari de plano; [d] non ſolum debes iuramenta parentum ſponte oblata non recipere, verum etiā eos, qui ſic contrahere nituntur, ſi moniti induci nequiuerint, compellere, vt a tali contractu deſiſtāt, vel contra famam huiuſmodi, ſecundū tuæ diſcretionis arbitrium, iuramenta exhibeant propinquorum. Alioquin ſi perſona denuntians nō extiterit talis, ut diximus, vel de fama, vel ſcandalo non poterit edocere; ad deſiſtendum monere poteris, non compellere, contrahentes.

DE CLANDESTINO MATRImonio. Tit. II.

Idem in conc. Lat. conſt. L I.

Cap.vii.

CVM inhibitio [a] copulæ coniugalis ſit in tribus vltimis gradibus reuocata; eā in alijs volumus diſtricte ſeruari; vnde prædeceſſorum noſtrorum inhærendo veſtigijs, clandeſtina coniugia penitus inhibemus, prohibentes etiam, ne quis ſacerdos talibus intereſſe præſumat, quia ſpecialē quorundam locorum [b] conſuetudinem ad alia generaliter prorogādo, ſtatuimus; cū matrimonia fuerint cōtrahēda, in eccleſijs per preſbyteros publice proponātur, cōpetenti termino præfinito, ut intra illū, qui voluerit, [c] et

c.vlt.de cland. deſp.

valuerit, legitimum impedimentum opponat;et ipſi presbyteri nihilominus inueſtigent,vtrum aliquod impedimentum obſiſtat.cum autem apparuerit probabilis [d] cōiectura contra copulam contrahendam;contractus interdicatur expreſſe,donec quid fieri debeat ſuper eo,manifeſtis cōſtiterit documentis.Si qui vero huiuſmodi clandeſtina, vel interdicta coniugia inire præſumpſerint in gradu prohibito ,etiam ignoranter;ſoboles de tali [e] coniunctione ſuſcepta prorſus illegitima cenſeatur,de parentum ignorantia nullum habitura ſubſidium;cum illi taliter contrahendo non expertes ſcientiæ,vel ſaltem affectatores ignorantiæ videantur. Pari modo proles illegitima cenſeatur,ſi ambo parentes [f] impedimentum ſcientes legitimum præter omne interdictum etiam in conſpectu eccleſiæ contrahere præſumpſerint.ſane ſi parochialis ſacerdos tales coniūctiones prohibere cōtempſerit,aut quilibet alius etiam regularis, qui eis præſumpſerit intereſſe,per triennium ab officio ſuſpendatur grauius puniendus,ſi culpæ qualitas poſtulauerit.ſed et iis,qui taliter copulari prę ſumpſerint,etiam in gradu conceſſo, cōdigna pœnitētia iniungatur.Siquis autem ad impediendum legitimam copulam malitioſum impedimentum obiecerit, eccleſiaſticā non effugiat vltionem.

DE CONSANGVINITATE, et affinitate,et ſobole ſuſcepta ex ſecundo matrimonio. T.III.

Idem Priori ſancti Honorati Arelat. Cap.I.

EX tenore tuarū litterarū accepimus,quod cū Petrus,et M.mulier in annis maioribus conſtituti per verba de præſenti matrimoniū cōtraxiſſent,quidā dicēs illos quinto conſanguinitatis gradu ſeſe contingere,coram te coepit matrimoniū accuſare; qui deinde iuxta formam canonum præſtito ſacramento ad fundandam intentionē ſuam duos teſtes inducens,conſanguinitatē ipſam taliter cōputauit.Malenutrita inquiens,et uir eius Cauſitum,atq. Mariam.[a] Cauſitus vero Guiſcardum ,Guiſcardus Mariā, Maria Gilium,Gilius nuptam Petro. Item Maria vxorē Bernardi Amalrici,quæ Beatricē vxorem Bernardi Aldeberti,quæ Beatricem vxorem Bernardi de Rogordañ,quę Petrum,de quo agitur,genuit;quem alter teſtiū in omnibus eſt ſecutus.[b] reliquus vero conſanguinitatis gradus hoc modo diſtinxit.Malenutrita vero,et uir eius Cauſitum, atq.Mariam,Cauſitus autem Gordianū.Gordianus †,matrem [c] Gilij,Gilius ſponſam Petri,item Maria vxorem Bernardi Amalrici, vxor Bernardi Amalrici vxorem Bernardi Aldeberti, vxor Bernardi Aldeberti Beatricem matrē Petri genuiſſe monſtratur. Porro accuſatoris pars cōſanguinitatē ſufficienter probatam aſſeruit ex depoſitionib.prædictorum.Cum enim conſanguinitatis gradus competenter diſtinxerint,nocere non poterat,quod nomina quarundam non expreſſerant perſonarum;cum demonſtratio,ſeu circūlocutio [d] loco proprij nominis habeatur; adiciens,quod ſi vnius teſtis dictum,qui trium perſonarum nomina non expreſſit,reputaretur forte inualidum; aſſertioni tamē accuſatoris,et teſtis alterius, in hoc articulo ſtandum erat;cum in decreto [e] Paſchalis inueniatur,quod in omni negotio principalis perſona de re ſibi nota veritatem dicens,pro teſte merito eſt habēda. cui quidem vno adhibito, duo efficiuntur. præterea ſuperuacue videretur eſſe ſtatutum, [f] vt cum iuramento deberet recipi accuſator,niſi ei crederetur in hoc articulo, tā quam teſti.Ad hoc fuit ex parte aduerſa reſponſum; quod cū iuxta canonicas ſanctiones,non ſolum gradus ſunt diſtinguendi, ſed etiam perſonarum nomina [g] deſignanda;et prædicti accuſator,et teſtis in quarundam defecerant nominibus perſonarū; profecto ex depoſitionibus eorundem , † nihil penitus probabatur.nec † obſtat, quod altera pars propoſuit demōſtrationem vicē pro † prij nominis optinere.quia tunc demum demonſtratio,vel circumlocutio proprij nominis vicem ſuppplet;cum poteſt de corpore, aut de perſona conſtare.Vnde cum perſonarum illarum,quarum nomina minime ſunt expreſſa,nulla prorſus memoria habeatur; vt pote longe retroactis temporibus defunctarum, huiuſmodi circumlocutio non eſt proprio nomine admittenda, maxime cum videatur ibi obſcuritatem manifeſtam ingerere;vbi dicitur:Maria genuit vxorem Bernardi Amalrici,vxor Bernardi Amalrici genuit vxorem Bernardi Aldeberti; cum iſta compoſſibilia eſſe potuerunt , ut et Maria vxorē Bernardi Amalrici,et alia vxor [h] Bernardi Amalrici vxorem Ber. Aldeberti genuerint,quæ filia Mariæ non fuiſſet; vt verbi gratia, ſi Bernardus Amalrici diuerſas habuiſſet vxores. Ex eadem quoq. parte fuit propoſitum, regulariter eſſe verum, vt nulli prorſus accuſatori [i] credi debeat, tam

†Guiſcardū. Guiſcardus

† carā dem

† non

tamquam teſti; cum iuxta ſacrorum canonum ſtatuta, † nullus in eodem negotio (margin: † inſtituta) poſſit eſſe accuſator, et teſtis. Supradictum vero Paſchalis Papæ capitulum dicebatur ad fraternæ correctionis cauſam, in qua non ſecundum iudiciarium ordinem, ſed potius iuxta euangelicam regulam proceditur, reſtringendum; quod ex ipſius capituli tenore colligitur euidenter. ſic enim in euangelio continetur, ſi peccauerit in te frater tuus: cor. e. inter te, et ipſum. ſi te non audierit, ad. tecum v. vel duos tes. etc. et tunc etiã huiuſmodi teſtis adhibitus, non quidem commiſſi criminis, ſed fraternę potius commonitionis teſtis erit. fuit quoq. ſubſequenter adiunctum, quod non ideo accuſator cum iuramento admittitur; vt ei credi debeat tam quã teſti; ſed cũ in cauſa matrimonij, quoad quædam laxius, quam in alijs negotijs procedatur; dum ad teſtimonium admittantur tam domeſtici,[k] quam affines, et recipere † (margin: † recipitur etiã) teſtimonium de auditu;[l] cuiuſdam compẽſationis intuitu fuit a ſacris canonibus introductum; vt accuſator cũ ſollemnitate[m] quadam, videlicet cum iuramento reciperetur; nec tamen ideo, vt teſtis debet recipi dictũ eius. nam in alijs cõtrouerſijs, licet quis præſtet calumniæ ſacramentum, non tamen ei creditur tamquam teſti.[n] præterea dictum vnius teſtis, qui propinquitatem habere ſe aſſerit per ſe notam, ex eo inualidum uidebatur; quia cum ſecundum communem vſum loquendi, dum quis dicit ſe librum aliquem per ſe noſſe, intelligitur illum ſuo ſtudio didiciſſe, dictus teſtis videbatur impoſſibile fuiſſe teſtatus; qui cũ nõdum quinquageſimũ annũ attigerit, illorum conſanguinitatem ſuo ſtudio ſe noſſe propoſuit; qui iã C. annis elapſis deceſſiſſe noſcuntur. Pręterea, cum alius teſtis ea, quæ ſuper conſanguinitate depoſuit, a Maria Lamberti ſe didiciſſe confirmauerit; ac Maria iurata poſtmodũ dixerit ſe de illis nihil ſciuiſſe penitus, vel etiam audiuiſſe. illorum † dicta ſic aſſerunt (margin: † et eorum) pars altera benigne interpretanda, ne alteruter de periurio[o] arguatur, vt videlicet ille, qui dixit, quod didicit a Maria, et Maria de illis nihil omnino ſciuiſſet, † aut etiam audiuiſſet; (margin: † noniſſit) et tamen ea, quæ nec ſciuit, nec audiuit ab aliquo, per ſe fingens dixerit[p] ipſi teſti; unde cum ipſe fuerit de his inſtructus ab ea, quæ illa penitus ignorabat, huiuſmodi teſtimoniũ debet inualidum iudicari[q]. Cũ igitur nos duxeris cõſulendos, quid tibi ſit in pręmiſſo negotio faciendum; nos tam ſupradictis, quam alijs intellectis deuotioni tuæ taliter reſpondemus: quod cum tolerabilius ſit aliquos contra ſtatuta hominum copulatos dimittere, quam coniunctos legitime cõtra ſtatuta domini ſeparare; per depoſitiones huiuſmodi non eſt ad diuortij ſententiam procedendum.*

Idem. *Cap. 2.*

TVA nos duxit fraternitas conſulẽdos, (margin: c. 7. de conſan. et affin.) vtrum illorum ſufficiat teſtimoniũ ad matrimonium dirimendum, qui conſanguinitatis gradus ab auunculo, et nepote uidelicet fratris filio, vel ſororis; cum de fratribus, uel ſuperioribus nihil nouerint, vel audierint; inceperint computare. Nos igitur inquiſitioni tuæ taliter reſpõdemus, quod cũ coniugium multũ fauoris[a] optineat; teſtes hi, qui ad diuortium celebrandum inducti † (margin: † producti) ſunt, conſanguinitatis computant gradus, cum a ſtipite debent incipere, id eſt a parentibus, vel germanis,[b] et ſic per ordinem diſtinguere gradus nominibus proprijs, vel æquipollentibus indicijs deſignãdo perſonas; pręſertim cum ſæpius teſtimonium perhibeant de auditu; quod quia minus eſt validum; nõ eſt in articulo huiuſmodi nimium laxanda facultas; cum qua ratione computationem inciperent a ſecunda, eadem ratione ab vlterioribus inchoarent.

Idem in conc. Lat. conſt. l. *Cap. 3.*

NON debet reprehenſibile iudicari, ſi ſecundum varietatem temporum,[a] ſtatuta (margin: c. 8. e. ti.) quandoq. uarientur humana; præſertim cũ urgens neceſſitas, vel euidens vtilitas idem expoſcunt; quoniam ipſe Deus ex iis, quæ in veteri teſtamẽto ſtatuerat, nonnulla mutauit[b] in nouo. Cum ergo prohibitiones de coniugio in ſecundo, et tertio affinitatis genere minime contrahendo, et de ſobole ſuſcepta ex ſecundis nuptijs[c] cognationi viri non copulanda prioris, et difficultatem frequenter inducãt, et aliquãdo periculũ pariãt animarum; cũ ceſſante prohibitione ceſſet effectus; cõſtitutiones ſuper hoc editas ſacri approbatione cõcilij reuocãtes,[d] pręſenti cõſtitutione decernimus; vt ſic cõtrahẽtes de cetero libere copulentur; prohibitio quoq. copulæ cõiugalis quartũ cõſanguinitatis, et affinitatis gradum de cetero[e] non excedat: quoniã in ulterioribus gradibus iã nõ poteſt abſq. graui diſpẽdio huiuſmodi prohibitio generaliter obſeruari. Quaternarius vero numerus bene congruit prohibitioni cõiugij corporalis, de quo dicit Apoſtolus, quod uir nõ habet poteſtatẽ ſui corporis, ſed mulier;

nec mulier habet poteſtatem ſui corporis, ſed uir. quia quattuor ſunt humores in corpore, quod conſtat ex quattuor elementis. cum ergo iam uſq. ad quartũ gradum prohibitio coniugalis copulæ ſit reſtricta; eam ita volumus eſſe perpetuam, non obſtãtibus conſtitutionibus ſuper hoc dudum editis, vel ab alijs, vel a nobis; ut ſiquis contra prohibitionem huiuſmodi præſumpſerit copulari; nulla longinquitate[f] defendatur annorum: cum diuturnitas temporis non minuat peccatum, ſed augeat; tantoq. ſint grauiora crimina, quanto diuturniora infelices animas detinent alligatas.

QVI MATRIMONIVM ACCVSARE POSSVNT. T. IIII.

Idem Ep̃o Beluac. *Cap. vn.*

c. vlt. qui. mat. acc.

CVM in tua dioec. et infra. Si vero poſt contractum matrimonium aliquis appareat accuſator, cum non prodierit in publicum, quando banni ſecundum præfatam conſuetudinem[a] in eccleſijs edebantur, vtrum vox ſuæ debeat accuſationis admitti, merito quæri poteſt. ſuper quo merito ſic duximus diſtinguendum. quod ſi tempore denuntiationis præmiſſæ is, qui iã coniunctos impetit, extra dioec. exiſtebat, uel alias denuntiatio non potuit[b] ad eius notitiam peruenire; vt puta ſi nimiæ infirmitatis[c] feruore laborans, ſanæ mentis patiebatur exilium; vel in annis erat tam teneris conſtitutus, quod ad comprehenſionem talium, eius ætas[d] ſufficere non valebat, ſeu † alia cauſa legitima fuerit impeditus; eius accuſatio debet audiri; alioquin cum rationabiliter præſumatur, quod denuntiationem publice factam[e] idem exiſtẽs in ipſa dioec. minime ignoraret; tamquam ſuſpectus eſt proculdubio repellendus;[f] niſi proprio firmauerit iuramento[g], quod poſtea didicerit ea, quæ obiecerit, † et ad hoc ex malitia nõ procedat. quia tunc etiam ſi didiciſſet ab illis, qui denuntiationis tempore ſiluerunt; claudi nõ debet eidẽ aditus accuſandi. quoniam et ſi ab impetitione huiuſmodi culpa de ſilẽtio tali cõtracta illos excluderet, †[h] iſte tamen amoueri nequiret, cum culpabilis non exiſtat.

† ſine

† obiecit

† excludat

LIBER QVINTVS

DE ACCVSATIONIBVS, ET inquiſitionibus. † TIT. I.

† inſcriptionibus

Idem. *Cap. 1.*

c. 10. de accuſat.

CVM dil. fi. etc. et infra. Inquiratis ſuper præmiſſis diligentius veritatem, et ſi vobis conſtiterit, prędictos, quorũ nomine ſunt huiuſmodi de prædicto Epiſcopo nuntiata, publice concubinarios[a] tunc fuiſſe, propter quod in eos fuerit excommunicationis ſententia promulgata; vel præfatum Epiſcopũ de iam dictis exceſſibus non fuiſſe prę monitum[b] ab eiſdem; vel ipſos cõſpiraſſe[c] in eum, eos a denuntiatione ipſa repellatis; alioquin auditis diligẽter, quæ fuerint etc. Eidem Ep̃o auctoritate noſtra nihilominus prohibentes, ne ſuper ijs, pro quibus ad audientiã noſtram fuerit legitime appellatum, præfatos clericos indebite grauare præſumat, donec cauſa prædicta iuxta formam mandati noſtri fuerit terminata.

Idem Ep̃o Sabenien̄. & Viennẽ. vel Atheſte. *Cap. 2.*

c. 11. e. ti.

INQVISITIONIS negotiũ, quã de ve. f. n. Ep̃o, et canonicis Valentiñ. vobis commiſimus faciendam, ſine conſciẽtię ſcrupulo exequi cupientes, Apoſtolico petijſtis oraculo edoceri; vtrum eorum publicanda ſunt dicta, et nomina, quos interrogari cõtigerit, pro vt de teſtibus in publicis cauſis[a] fieri conſueuit; an ſola dicta[b] eorundem publicari ſufficiat nominib. tacitis; cum idem Epiſcopus, et canonici manifeſte ſciant, qui fuerint inquiſiti; et vtrum contra dicta eadem debeant exceptiones, ſeu replicationes admitti, cum contra perſonas dicentiũ admittãtur. Ad quod breuiter reſpõdemus: non ſolum dicta, ſed etiam nomina ipſa, ut quid a quo ſit dictum appareat, publicãda, et exceptiones, ſeu replicationes legitimas admittendas. ne per ſuppreſſionem nominum infamandi, per exceptionem, non excluſionem, deponendi falſum audacia præbeatur

beatur

beatur. Secũdo quęſiuiſtis, quid vobis ſit ſtatuendum; ſi contra quempiam per inquiſitionem probatum fuerit tale crimen, quod deponeret accuſatum criminaliter, et conuictum. In quo quidẽ duximus diſtinguẽdũ, vtrum tale uidelicet crimen, quod deponeret accuſatum criminaliter, contingit aduerſus aliquem inueniri; quod ordinis executionem ſuſcepti, aut retentionem beneficij, etiam poſt peractam pęnitentiam impediret; puta ſi homicidium [c] commiſiſſet, vel adeptus eſſet ordinem, aut beneficium uitio ſimoniæ; quo caſu erit, ſicut in accuſationis iudicio [d] procedendum. alioquin, ſecundum perſonę merita, et qualitatem exceſſus poenam poterit iudicantis diſcretio moderari. Tertiæ dubitationis articulus continebat, vtrum cum duo, vel plures † iurati affirmãt, alium crimẽ aliquod eiſdem vidẽtibus commiſiſſe, de quo tamen aliqua infamia non laborat; an aliquã illi infligere poenam debeatis; et vtrum ad petitionem quorundam quaſdam ſchedulas vobis occulte traditũ, infamationem Epi continentes, ſit ad inquiſitionem eorum, quæ in ipſis continentur ſchedulis, procedendum: et an fides eorum dictis debeat adhiberi, qui poſt iuramẽtum interrogati ſecreto, [e] vtrum ſint eorum, de quibus inquiritur, inimici; reſpondent, quod non diligunt illos, vel directe inimicos ſe aſſerunt eorundem; aut etiam ante iuramẽtũ id publice confitentur, nullas tamen inimicitiarum cauſas probabiles oſtendentes. Ad hoc autem pariter reſpondemus, nullum eſſe pro crimine, ſuper quo aliqua non laborat infamia, ſeu clamoſa inſinuatio non præceſſit, propter dicta huiuſmodi puniendum. quinimmo ſuper hoc depoſitiones cõtra eũ recipi non debere; cum inquiſitio fieri debeat ſolummodo ſuper illis, de quib. clamores aliqui præceſſerunt; nec ad petitionẽ eorum, qui libellum infamationis porrigũt in occulto, [f] procedendum eſt ad inquiſitionẽ ſuper contentis ibidem criminib. faciendũ; aut etiam aduerſus eos, cõtra quos fit inquiſitio, fides dictis adhibenda eorum, qui poſt iuramentum, vel ante tacite, vel expreſſe inimicos ſe aſſerunt eorundem, niſi forſan ante iuramentum in fraudem id facere præſumãtur. [g] Quęſiuiſtis præterea, quid ſtatui debeat, ſi nihil per certam ſcientiam, ſed tantum per famam, et eorum, qui fuerũt inquiſiti, credulitatem iuratam contigerit inueniri; et vtrum aliquis ſuper eo crimine reputari debeat infamatus, de quo ipſum duo, vel tres, aut etiam plures dixerint infamatum, licet de ipſo nihil ſiniſtrum etiam in publico audiatur. Ad quod eſt noſtra reſponſio; quod propter famam, et deponentiũ † credulitatem dumtaxat, non erit ad depoſitionis [h] ſententiam procedendum, ſed infamato canonica poterit induci purgatio, ſecundum arbitrium iudicantis: qui propter dicta paucorum [i] eum infamatũ reputare nõ debet, cuius apud bonos, et graues læſa opinio non exiſtit.

Margin: † tres; † depoſitionũ

Idem Epiſcopo, & Decano Siluaneñ. Cap. 3.

AD petitionem Galterij quondam Carboneñ. † Abbatis dilect. filijs magiſtro ſcholarum, et magiſtro R. de Curcuni. † et P. canonicis Nouienen. eiuſdem loci, a nobis dudum correctione † commiſſa, ipſi bis ad monaſterium idem accedentes, quibus correctis ibidem nonnulla, quæ ſtatuenda fuerant, ſtatuerunt, inquiſitionis inſtantiã quorundam impediente malitia retractando, † ad quorum contumaciam reprimendam ſæculare intendebant brachium inuocare. Verum dil. filius noſter G. ſanctæ Mariæ in porticu diac. Card. nunc Ap. ſe. L. iterum ad idem veniens monaſterium ſupradicto Walterio præſente, nec reclamante [a] ſuper ſtatu monaſterij memorati coepit inquirere diligenter. et cum inquiſitione finita prædictũ Walterium Pariſius euocaſſet, propoſiturũ contra inquiſitionem eandem, ſi quid rationabiliter duceret proponendum; idem W. (pręſentiam eius adiens † allegauit, quod in monaſterij correctione procedere non valebat, quæ prædictis iudicib. prius fuerat auctoritate noſtra commiſſa; et Cardin. ipſum ex iuſtis cauſis ſe aſſerens habere ſuſpectũ, vocem appellationis ad nos emiſit. Porro Cardinalis inſpectis his, quę probata fuerãt contra eum, de conſilio peritorum ipſum amouit a regimine Abbatiæ, dãdo fratribus eiuſdem loci liberam facultatem alium eligendi, qui di. filiũ I. Abbatem Corbineñ. tũc Priorem de Argentario † virum prouidũ, et honeſtum elegerunt concorditer in Abbatẽ, et infra. His igitur, et alijs, quę vtraq. pars propoſuit, intellectis, et infra. Cum nobis de talibus fuerit ſufficiens in tali negotio facta fides, [b] propter quæ pręfatus W. erat merito amouendus; et ſi reſtituendus [c] foret, propter iudiciarium ordinem non ſeruatum, [d] ob cauſas prædictas † ipſum prouidimus manere priuatum regimine Abbatiæ, Ioannẽ nihilo

Margin: c 21. eo.; † Corbeñ; † Corton.; † co. mitione; † retardando; † in præſentia eius; † Argẽtobo; † ſupra dictas

nihilominus ſupradictum, quē pro eo quod præfato W. propter iuris ordinem nō ſeruatū, quodammodo inordinate remoto, intelleximus ob eandem cauſam per conſequentiam [e] minus legitime ſubſtitutum, per ſententiam amouentes; quem quia non propter perſonæ uitium, vel defectum, ſed propter iuris ſollemnitatem, ſicut † præmiſſum eſt, prętermiſſam amouimus, ipſum poſtmodum reſtituimus [f] in Abbatem. † al.

Idem in conc. Later. conſt. 8.
Cap. 4.

c. 24. e. t. QVALITER, et quādo [a] debeat prçlatus procedere ad inquirendum, et puniendum ſubditorū exceſſus, ex auctoritate noui, et veteris teſtamenti colligitur euidenter, ex quibus poſtea proceſſerūt canonicæ ſanctiones. ſicut olim aperte diſtinximus, et nunc ſacri approbatione concilij confirmamus. Legitur enim in euangelio, quod uilicus ille, qui diffamatus erat apud dominum ſuū, quia diſſipaſſet bona ipſius, audiuit ab illo. quid hoc audio de te? redde rationē vilicationis tuę, iam enim non poteris uilicare. In Geneſi dominus ait. deſcendam, et videbo, vtrum clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint. Ex quibus auctoritatibus manifeſte probatur, quod non ſolum cum ſubditus, verum etiam cū prælatus excedit; ſi propter clamorem, et famam ad aures ſuperioris peruenerit, non quidem a maleuolis, et maledicis; ſed a prouidis, et honeſtis, nec ſemel tantū, ſed ſæpe, quod clamatio innuit, et diffamatio manifeſtat: debet coram eccleſiæ ſenioribus veritatem diligētius perſcrutari; vt ſi rei popoſcit qualitas, canonica diſtrictio culpam feriat delinquentis. nō tāquam idem ſit accuſator, et iudex; ſed quia denuntiante fama, vel deferente clamore, officij ſui debitum exequatur. Licet autem hoc ſit obſeruandum in ſubditis, diligenter tamen obſeruandum eſt in prælatis, qui quaſi ſignū poſiti ſunt ad ſagittam; et quia non poſſunt omnibus complacere, cum ex officio teneantur non ſolum arguere, ſed etiam increpare, quin etiam interdum ſuſpendere, nonnumquam vero ligare; frequenter odiū multorum incurrunt, et inſidias patiuntur. et ideo ſancti patres prouide ſtatuerūt, ut accuſatio prçlatorum non facile admittatur; ne concuſſis columnis corruat ædificiū, niſi diligens adhibeatur cautela, per quam non ſolum falſę, ſed et malignæ criminationis ianua præcludatur. verum ita voluerunt prouidere prælatis, ne criminarentur iniuſte; ut tamen cauerent, ne delinquerent inſolenter; contra morbum vtrumq. inueniētes congruam medicinam, videlicet ut criminalis accuſatio, per quam ad deminutionē capitis, ideſt degradationem tenditur, niſi legitima pręcedat inſcriptio, nullatenus admittatur. ſed cum ſuper exceſsibus ſuis quiſquā fuerit infamatus; vt iā clamor aſcendat, qui diutius ſine ſcandalo diſſimulari non poſſit, uel ſine periculo tolerari, abſque dubitationis ſcrupulo ad inquirendum, et puniendū eius exceſſus, non ex odij fomite, ſed caritatis procedatur affectu; quatenus ſi fuerit grauis exceſſus, et ſi nō degradetur ab ordine, ab adminiſtratione tamen amoueatur omnino, quod eſt ſecundum ſententiam euangelicam, a uilicatione vilicum amoueri, qui non poteſt vilicationis ſuæ dignam reddere rationem. Debet igitur eſſe præſens is, contra quem facienda eſt inquiſitio, niſi ſe per contumaciam [b] abſentaret, et exponenda ſunt ei illa capitula, de quibus fuerit inquirendum; ut facultatem habeat defendendi ſe ipſum, et non ſolum dicta, ſed etiam ipſa nomina teſtium ſunt ei, vt quid a quo ſit dictum, appareat, publicanda. nec non exceptiones, et replicationes legitimæ admittendę; ne per ſuppreſſionem nominum infamādi, per exceptionum vero excluſionem, deponendi falſum audacia præbeatur. Ad corrigendos itaq. ſubditorum exceſſus, tāto diligentius debet prælatus aſſurgere, quanto damnabilius eorū offenſas deſereret incorrectas: contra quos, ut de notorijs exceſſib. taceatur, etiam ſi trib. modis poſſet procedi, per accuſationem uidilicet, denūtiationem, et inquiſitionem ipſorum: verumtamen in omnib. diligens adhibeatur cautela; ne forte per leue compendium ad graue diſpēdiū veniatur: ſicut accuſationem legitimam pręcedere debet inſcriptio; ſic et denūtiationē caritatiua monitio, et inquiſitionem clamoſa inſinuatio † præuenire. illo ſemper adhibito moderamine, vt iuxta formā iudicij, ſententiæ quoq. forma dictetur. Hunc tamen ordinem circa regulares perſonas non credimus vſquequaq. ſeruandum, quæ cum cauſa requirit, facilius, et liberius a ſuis poſſunt adminiſtrationibus amoueri. † infamatio

Idem in conc. Lat. *Cap. 5.*

SICVT olim a ſanctis patrib. noſcitur inſti c. 25. eo.

inſtitutum, Metropolitani ſingulis annis cũ ſuis ſuffraganeis prouincialia non omittãt concilia celebrare, in quibus de corrigendis exceſſib. ac moribus reformandis pręſertim in clero diligentem habeant cum Dei timore tractatum; canonicas regulas, et maxime quæ ſtatutæ ſunt in hoc generali concilio, relegentes; vt eas faciant obſeruari, debitã pœnam tranſgreſſorib. infligendo. vt autem id valeant efficacius adimplere, per ſingulas dioeceſes ſtatuant perſonas [a] ideoneas, prouidas uidelicet, et honeſtas; quæ per totum annum ſimpliciter, et de plano abſq. vlla iuriſdictione [b] ſollicite inueſtigent, quæ correctione, vel reformatione ſunt digna; et ea fideliter perferant ad Metropolitanum, et ſuffraganeos, et alios in concilio ſubſequenti: ut ſimiliter his, et alijs, prout vtilitati, et honeſtati congruit, prouida deliberatione procedant; et quod ſtatuerint, faciãt obſeruari, publicaturi ea in epiſcopalibus ſynodis annuatim per ſingulas dioec. celebrandis. Quiſquis autem hoc ſalutare ſtatutum neglexerit adimplere, a ſui executione officij ſuſpendatur.

DE SIMONIA. TIT. II.

Idem. *Cap. 1.*

c. 37. de ſimon. PER tuas nobis litteras intimaſti, quod cum D. lator præſentium uellet in ſubdiaconum ordinari, et certum titulum non haberet, quẽdã presbyterũ exorauit, vt ipſum ad eccleſię ſuæ titulũ præſentaret; quod cũ ille facere recuſaret, ipſe illi firmiter repromiſit, quod numquam, ſi præſentaret eũdem, in † eccleſia ſua aliquam peteret portionem; († ab) et ſic ad præſentationem ipſius extitit ordinatus, nec ut aſſerit, in hoc ſe egiſſe illicitum aliquid intellexit. Vnde cum poſtmodum uellet in diaconũ promoueri, Epiſcopo commonente, ne quis interueniẽte promiſſione aliqua ordinatus accederet, idem recordatus promiſſionis iſtius, a ſuſceptione ordinis diaconatus ceſſauit, hoc tibi humiliter confitens, et per te poſtulans edoceri; vtrum ex compromiſſione huiuſmodi reus eſſet, et an liceret eidẽ in ſuſcepto ſubdiaconatus ordine miniſtrare, et ad ordines aſcendere vlteriores †, († altiores) fraternitas tua duxit Ap. ſe. oraculum requirendum. Nos igitur inquiſitioni t. t. reſpondemus, quod niſi cum eo fueris miſericorditer diſpenſatum, [a] nec ad ordines ſuperiores aſcendere, nec in ſuſcepto debet ordine ſecundum rigorem canonicum miniſtrare [b].

Idem. *Cap. 2.*

CONSVLERE et infra. Quicumq. vicedominatum, vel aliam eccleſiaſticam adminiſtrationem per pecuniã adminiſtrare † voluerint, tam ementes, quam vendentes cũ Simone mago percelluntur, et ab illa eccleſia, in cuius contũmeliam dare pecuniam, et accipere voluerint, [a] iuſte excluduntur. c. 38. e. ti. († obtinere)

Idem in conc. Later. conſtitutio lxiij. *Cap. 3.*

SICVT pro certo didicimus, in pleriſq. locis a pleriſq. perſonis quaſi columbas in tẽplo vendentibus fiunt exactiones, et extorſiones turpes, et prauæ, pro conſecrationib. Epiſcoporum, benedictionibus Abbatũ, et ordinibus clericorum: eſtq. taxatum, quãtum ſit iſti, vel illi, quantumue alteri, vel alij perſoluendum: et ad cumulum damnationis maioris, quidam turpitudinem, et prauitatem huiuſmodi nitũtur defendere per cõſuetudinem longo tẽpore obſeruatam. Tãtum igitur abolere volentes abſurdum, conſuetudinem [a] huiuſmodi, quæ magis dicenda eſt corruptela, penitus reprobamus, firmiter ſtatuentes, vt pro his ſiue conferendis, ſiue collatis, nemo aliquid quoquam prętextu exigere, aut extorquere præſumat; alioquin et qui receperit, et qui dederit, huiuſmodi pretium omnino damnatum, cũ Giezi, et Simone condemnetur. c. 39. e. ti.

Idem in eod. conſtitutio lxv. *Cap. 4.*

QVONIAM ſimoniaca labes pleraſq. moniales infecit, vt vix aliquas ſine pretio recipiant in ſorores, paupertatis [a] prętextu volentes huiuſmodi vitiũ palliare: ne id de cetero fiat, penitus prohibemus; ſtatuentes, vt quicumq. de cetero talem cõmiſerit prauitatem, tam recipiens, quam recepta, ſiue ſit ſubdita, ſiue prælata ſine ſpe reſtitutionis, de ſuo monaſterio expellatur, [b] in locum arctioris regulæ ad agendam perpetuam pænitentiam retrudenda. De his autem, quæ ante hoc ſynodale ſtatutum taliter ſunt receptę, ita duximus prouidendum; vt remotæ de monaſterijs, quæ perperã ſunt ingreſſæ, in alijs locis eiuſdem ordinis collocentur, quod c. 40. e.

quod ſi forte propter nimiam multitudinē[c] alibi nequiuerint commode collocari, ne damnabiliter in ſæculo uagentur, recipiantur in eisdem monaſterijs diſpenſatiue de nouo, mutatis prioribus locis, et inferioribus [d] aſsignatis. hoc etiā circa monachos, uel alios regulares decernimus obſeruandum. Verum ne per ſimplicitatem, uel ignorantiam[e] ſe ualeant excuſare; præcipimus, ut dioeceſani Epi ſingulis annis hoc faciāt per ſuas dioec. publicari.

Idem in eod. conſtitutio lxvj. *Cap. 5.*

c.41.e.1. AVDIVIMVS de quibuſdā Epiſcopis, quod decedentib. eccleſiarum rectoribus ipſas interdicto ſubiciunt, nec patiuntur alios in eiſdem inſtitui, donec ipſis certa ſumma pecuniæ perſoluatur.[a] Præterea cum miles, aut clericus domum religionis ingreditur, aut apud religioſos eligit ſepulturam, etiam ſi nihil religioſo loco reliquerit, difficultates ingerunt, et malitias, donec aliquid muneris manus contingat eorum. Cum igitur non ſolum a malo, ſed etiam ab omni ſpecie mali ſit ſecundum Apoſtolum abſtinendum; exactiones huiuſmodi penitus inhibemus. quod ſi quis trāſgreſſor extiterit, exacta duplicata reſtituat in vtilitates locorum, in quorum fuerint diſpendiū ſoluta, fideliter conuertenda.

Idem in eadem. conſtitutio lxvij. *Cap. 6.*

c.42.e.c. AD Ap. aud. frequenti relatione peruenit, quod quidam clerici pro exequijs mortuorum, et benedictione nubentium, et ſimilibus pecuniam exigunt, et extorquent: et ſi forte eorum cupiditati non fuerit ſatis factum, impedimenta fictitia fraudulenter opponūt. econtra vero, quod laici laudabilem conſuetudinem[a] erga ſanctam eccleſiam pia deuotione fidelium introductam ex fermento hæreticæ prauitatis nituntur infringere, ſub prætextu canonicæ pietatis. quapropter has prauas exactiones fieri prohibemus, et pias conſuetudines præcipimus obſeruari, ſtatuentes, vt libere conferantur eccleſiaſtica ſacramenta: ſed per Epiſcopum loci ueritate cognita comprescātur, qui malitioſe nituntur laudabilem conſuetudinem immutare.

DE MAGISTRIS. Tit. III.

Idem in eod. conſtitutio xj. *Cap. vn.*

QVIA nonnullis propter inopiam, et legendi ſtudium, et opportunitas proficiendi ſubtrahitur, in Later. concilio pia fuit cōſtitutione prouiſum; vt per vnāquamq. cathedralem eccleſiam magiſtro, qui clericos eiuſdem eccleſiæ, aliosq. ſcholares pauperes gratis[a] inſtrueret, aliquod cōpetens beneficium præberetur, quo et docentis releuaretur neceſſitas, et uia pateret diſcentibus ad doctrinam. Verum quoniam in multis eccleſijs minime obſeruatur; nos prædictum roborantes ſtatutum adijcimus; vt non ſolum quælibet cathedralis eccleſia, ſed etiam in alijs, quorum ſufficere potuerint facultates, conſtituatur magiſter idoneus, a prælato cum capitulo, ſeu maiori, et ſaniori parte capituli eligendus, qui clericos eccleſiarum ipſarum, et aliarum gratis in grammatica facultate, ac alijs inſtruat iuxta poſſe. Sane metropol. eccleſia theologum nihilominus habeat, qui ſacerdotes, et alios in ſacra pagina doceat, et in his præſertim informet, quæ ad curam animarum ſpectare noſcuntur. Aſſignetur autem cuilibet magiſtrorum a capitulo unius præbendæ[b] prouētus, et a Metropolitano tantundem. non quod propter hoc efficiatur canonicus; ſed tādiu redditus illos percipiat, quamdiu perſtiterit in docendo. Quod ſi forte de duobus metropol. eccleſia grauetur, theologo iuxta modum prædictum ipſa prouideat, grammatico vero in alia eccleſia ſuæ ciuitatis, ſiue dioec. quæ ſufficere valeat, faciat prouideri. c.4. de magiſtris.

DE IVDAEIS, ET SARRACEnis. Tit. IIII.

Idem in eod. conſtitutio lxix. *Cap. 1.*

IN nonnullis prouincijs, a Chriſtianis Iudæos, ſeu Sarracenos habitus diſtinguit diuerſitas; ſed in quibuſdam ſic quędam inoleuit confuſio, ut nulla differentia diſcernantur. vnde contingit interdum, quod per errorem Chriſtiani Iudaeorum, ſeu Sarracenorum, Iudæi, vel Sarraceni mulieribus Chriſtianorū commiſcentur. Ne igitur tam damnatę commixtionis exceſſus per velamen erroris huiuſmodi excuſationis poſsit habere diffugium; ſtatuimus, ut tales vtriuſq. ſexus in omni Chriſtianorum prouincia, et omni tempore, qualitate habitus publice ab alijs populis diſtinguantur:[a] cū per Moiſen hoc ipſum c.15 de Iudæ.

ipſum eis legatur iniunctum. In diebus autem lamentationis, et dominicę paſſionis publice minime procedentes; eo quod non nulli ex ipſis, talibus diebus, ſicut accepimus, et ornatius nō erubeſcūt incedere; ac Chriſtianis, qui ſacratiſſimæ paſſionis memoriā exhibentes, lamentationis ſigna prętendūt, illudere non formidant. Illud autem diſtrictiſſime inhibemus; ne in contumeliam Redemptoris aliquatenus proſilire præſumāt. Et quoniā illius diſſimulare non debemus opprobrium, qui probra noſtra deleuit: pręcipimus præſumptores huiuſmodi, per principes ſæculares condignæ animaduerſionis adiectione compeſci; ne crucifixum pro nobis aliquatenus blaſphemare pręſumant.

Idem in eodem conſt. lxx. *Cap. 2.*

c.16.de CVM ſit nimis abſurdū, vt Chriſti blaſphemus aliquis in Chriſtianos iura exerceat poteſtatis; quod ſuper hoc Tolet. concil. [a] prouide ſtatuit, propter tranſgreſſorum audaciam, et hoc generali concilio innouamus, prohibentes; ne Iudæi publicis officijs præferantur, quoniam ſub tali prætextu Chriſtianis plurimum ſunt infeſti. Siquis autem eis officium tale commiſerit, per prouinciale cōcilium, quod ſingulis annis præcipimus celebrari, monitione præmiſſa, diſtrictione, qua conuenit, cōpeſcatur; officiali vero huiuſmodi tamdiu Chriſtianorum communio in commercijs, et alijs denegetur; donec in vſus pauperum [b] Chriſtianorum ſecundum prouidentiam dioeceſani Epiſcopi conuertatur, quidquid fuerit a Chriſtianis ademptum occaſione officij ſic ſuſcepti, et officium cū pudore dimittat, quod irreuerenter aſſūpſit; hoc idem extendimus ad paganos.

Idem in eod. conſt. lxxj. *Cap 3.*

c.4.de a poſtat. QVIDAM ſicut accepimus, qui ad ſacri undam baptiſmatis uoluntarij acceſſerunt, veterem hominem omnino nō exuūt, vt nouum perfectius induantur; ſed prioris reliquias ritus retinentes, Chriſtianæ religionis decorem tali commixtione confundunt, cum autem maledictus ſit homo, qui terram duabus uijs ingreditur; [a] et indui veſtis non debeat lino, lanaq. [b] contexta: ſtatuimus, vt per prælatos eccleſiarum talis obſeruantia veteris ritus omnino compeſcatur; vt quos Chriſtianæ religioni liberæ voluntatis [c] arbitriū obtulit, ſalutiferæ coactionis neceſſitas in eius obſeruatione conſeruet. cum minus malum exiſtat viam domini non agnoſcere, quam poſt agnitam retroire.

DE HAERETICIS, ET MANIchęis Tit. V.

Idem. *Cap. 1.*

QVANTVM eccleſia laborauerit per prædicatores, et cruce ſignatos ad exterminandos hæreticos, et ruptarios de prouincia Narbon. et partibus ſibi vicinis; totus pæne orbis cognoſcit, et quidem per Dei gratiam, et ſollicitudinem noſtram valde profecit, cum exterminatis vtriſq. terra ipſa in fide catholica, et pace fraterna iam ſalubriter gubernetur. quia vero nouella plantatio adhuc indiget irrigari; ſacri concilij cōſilio ita duximus prouidendum; vt quoniā R. quondam Comes Toloſanus culpabilis repertus eſt in utriſq. nec vnquam ſub eius regimine terra potuit in pacis, et fidei ſtatu ſeruari; ſicut ex longo tempore certis indicijs eſt compertum; ab eius domino, quod praue geſſit, perpetuo ſit excluſus, [a] extra terram [b] ipſa in loco idoneo moraturus, vbi dignam agat pænitentiam deportatus. [c] Verum de prouentibus [d] terrę cccc. marchas percipiat annuatim, quādiu curauerit humiliter obedire. uxor vero ipſius Comitis ſoror quondā Regis Aragoū, cui ab omnibus laudabile teſtimoniū perhibetur, quod ſit catholica mulier, et boneſta; terras ad ſuū dotalicium [e] † pertinentes integre habeat, et quiete. † dotalium ita tamen, vt ſic ad mandatum eccleſię faciat cuſtodiri, quod per ipſas negotium pacis, et fidei nō ualeat perturbari. Tota vero terra, quam optinuerunt cruce ſignati aduerſus hæreticos, credentes, et fautores, et receptores [f] eorum cum monte Albano, atq. Toloſa, quæ magis extitit hæretica labe corrupta, dimittatur, et cōcedatur, ſaluo per omnia catholicorum iure virorum, et mulierum, et eccleſiarum Comiti Montis fortis [g] uiro ſtrenuo, et catholico, qui plus ceteris in hoc negotio laborauit, vt eam teneat, a quibus eſt de iure tenenda, reſidua vero terra, quæ non fuit a cruce ſignatis obtenta, cuſtodiatur ad mandatum eccleſiæ per uiros idoneos, qui negotium pacis, et fidei manu teneant, et defendant; ut prouideri poſſit uni

co

† præſenti co filio Comitis prędicti † Toloſani. et poſtquam ad legitimam ætatem peruenerit, ſi talem ſe ſtuduerit exhibere, quod in toto, vel in parte ipſi merito debeat prouideri; prout magis videbitur expedire. De negotio vero Comitis Fuxenſis plenius cognoſcatur, et quod æquum fuerit, iudicetur; ita quod caſtrum Fuxēſe cuſtodiæ noſtræ commiſſum pro ipſo ad mandatum detineatur eccleſię, donec huiuſmodi negotium terminetur. Ad hæc quoniam ſuper his multæ poterunt dubitationes,[b] et difficultates oriri, omnes ad Apoſtolicæ ſedis iudicium referantur; ne forte, quod multis eſt ſumptibus peractum, per aliquius violentiam, ſeu malitiam diſſoluatur.

† iij. *Idem in con. Lat. conſtitutio iiij.* † *Cap. 3.*

EXCOMMVNICAMVS igitur, e.13.e.e. et anathematizamus omnem hęreſim extollentem ſe aduerſus hanc ſanctam, orthodoxam, catholicam fidem, quam ſuperius expoſuimus, condemnantes uniuerſos hæreticos, quibuſcumq. nominibus cenſeantur, facies quidem diuerſas habētes, ſed caudas ad inuicem colligatas; quia de vanitate conueniūt in id ipſum: damnati uero præſentibus ſæcularibus poteſtatibus, aut eorū balliuis relinquātur[a] animaduerſione debita puniēdi; prius clericis a ſuis ordinib. degradatis, ita quod bona huiuſmodi damnatorum, ſi laici fuerint, confiſcentur,[b] ſi vero clerici, applicētur eccleſijs, a quibus ſtipendia[c] perceperūt. Qui autem inuenti fuerint ſola ſuſpicione notabiles; niſi iuxta conſiderationem ſuſpicionis, qualitatemq. perſonę propriam ignorantiam congrua purgatione mōſtrauerint; anathematis gladio feriantur; et vſq. ad ſatiſfactionem condignam ab omnibus euitentur. ita quod ſi per annum in excommunione perſtiterint, extunc veluti hęretici cōdēnentur.[d] moneantur autem, et inducantur, et ſi neceſſe fuerit, per cen. ec. compellantur ſæculi poteſtates, quibuſcumq. fungātur officijs; vt ſicut reputari cupiunt, et haberi fideles, ita pro defenſione fidei præſtent publice iuramentum, quod de terris ſuæ iuriſdictioni ſubiectis vniuerſos hæreticos ab eccleſia denotatos bona fide pro viribus exterminare ſtudebunt. ita quod amodo, quādocumq. quis fuerit in poteſtatem, ſiue perpetuā, ſiue temporalem aſſumptus, hoc teneatur cum iuramento ſeruare. ſi vero dominus temporalis requiſitus et monitus, ab eccleſia terram ſuam purgare neglexerit[e] ab hæretica fœditate; per Metropolitañ. et prouinciales Epiſcopos excōmunionis vinculo innodetur: et ſi ſatiſfacere contempſerit intra annum, ſignificetur hoc ſummo Pōtifici, vt extunc ipſe vaſſallos[f] ab eius fidelitate denuntiet extunc abſolutos, et terram exponat catholicis occupandam; qui eam exterminatis hæreticis abſq. vlla contradictione poſſideant, et in fidei puritate conſeruent, ſaluo iure domini principalis; dummodo ſuper hoc ipſe nullum præſtet obſtaculum, nec aliquod impedimentum opponat, eadem nihilominus lege ſeruata circa eos, qui non habent dominos principales. Catholici vero, qui crucis ſumpto charactere ad hæreticorū extermiñ. ſe accinxerint, illa gaudeant indulgentia, quarum priuilegio ſunt muniti, quæ accedentibus in terræ ſanctæ ſubſidium cōceduntur. Credentes præterea, receptatores, defenſores, et fautores hæreticorum excommunioni decernimus ſubiacere: firmiter ſtatuentes, vt poſtquam quilibet talis nō fuerit excommunione notatus, ſatiſfacere contēpſerit intra annum; extunc ipſo iure ſit infamis; nec ad publica officia, ſeu cōſilia, nec ad eligendos aliquos ad huiuſmodi, nec ad teſtimonium admittantur. ſit etiam inteſtabilis, vt nec teſtamenti liberam habeat factionem, nec ad hereditatis ſucceſſionem accedat. nullus præterea ipſi ſuper quocūq. negotio, ſed ipſe alijs reſpondere cogatur. quod ſi forte iudex extiterit, eius ſententia nullam obtineat firmitatem, nec cauſæ aliquæ ad eius audientiam perferantur. ſi fuerit aduocatus, nullatenus eius patrocinium admittatur; ſi tabellio, inſtrumenta confecta per ipſum nullius ſint momenti, ſed cum auctore damnato damnentur, et in ſimilibus idem præcipimus obſeruari. ſi vero clericus fuerit, ab omni officio, et beneficio ſuſpendatur: ut in quo maior eſt culpa, grauior habeatur vindicta. Si qui autem tales, poſtquā ab eccleſia fuerint denotati, euitare contempſerint; excommunionis ſententia vſq. ad ſatiſfactionem idoneam percellantur. Sane clerici non exhibeant huiuſmodi peſtilentibus eccleſiaſtica ſacramenta, nec eos Chriſtianę præſumāt tradere ſepulturæ; nec eleemoſynas, aut oblationes eorum percipiant: alioquin ſuo priuentur officio, ad quod nūquā reſtituātur abſq. indulto[g] ſedis Apoſtolicę ſpeciali. ſimiliter quilibet regulares, quibus etiam hoc infligatur, vt eorum priuilegia[h] in

in illa dioec. non ſeruentur, in qua tales præſumpſerint exceſſus perpetrare. Quia vero nõnulli ſub ſpecie pietatis virtutem eius, iuxta quod ait Apoſtolus, abnegantes, auctoritatem ſibi vindicant prædicandi; cum idem Apoſtolus dicat; quomodo prædicabunt, niſi mittantur: omnes, qui prohibiti, vel non miſſi, præter auctoritatem ab Apoſtolica ſede, vel catholico Epiſcopo loci ſuſceptam † publice, vel priuatim prædicationis officium vſurpare præſumpſerint; excommunionis vinculo innodentur; et niſi quantocius reſipuerint, alia competenti pœna plectentur. Adicimus tamen, vt quilibet Epiſcopus, vel Archiepiſcopus per ſe, vel Archidiaconum ſuum, vel alias idoneas perſonas bis, aut ſaltem ſemel in anno, propriam parochiam, in qua fama fuerit hæreticos habitare, circumeat; et ibi tres, vel plures boni viros teſtimonij, vel etiam ſi expedire videbitur, totam viciniam [i] iurare compellat; quod ſi quis ibidem hæreticos ſciuerit, vel aliquos occulta conuenticula celebrãtes, ſeu a communi conuerſatione fidelium vita, et moribus diſſidentes, Epiſcopo eos ſtudeat indicare. ipſe autem Epiſcopus ad præſentiam ſuam conuocet accuſatos; qui niſi ſe ab obiecto reatu purgauerint, vel ſi poſt purgationem exhibitam, in priſtinam fuerint lapſi perfidiam; canonice puniantur. Si qui vero ex eis iuramẽtum obſtinatione damnabili reſpuẽtes, iurare forte noluerint, ex hoc ipſo tamquam hæretici reputentur. Volumus, et mandamus, et in virtute obedientiæ præcipimus, vt ad hæc efficaciter exequenda Epiſcopi per dioc. ſuas diligẽter inuigilent, ſi canonicam volunt effugere vltionem. ſiquis enim Epiſcopus ſuper expurgando de ſua dioec. hæreticæ prauitatis fermento negligens fuerit, vel remiſſus, cum id certis indicijs [k] apparuerit; ab Epiſcopali officio deponatur, et in locum ipſius alter ſubſtituatur idoneus, qui velit, et poſſit hereticã confundere prauitatem.

† ſuſceptam Grego. 9.

DE HOMICIDIO CASVALI, SEV voluntario. Tit. VI.

Innoc. iij. Cap. 1.

PETRVS diaconus, et monachus Sancti Ioannis de Puna † ſua nobis inſinuatione monſtrauit; quod cum in ſæculari ipſum habitu cõſtitutum in eccleſia de Riglo † quoddam beneficium obtinentem Abbas ipſius eccleſiæ illum eodem beneficio ſpoliaſſet; cognati, et amici eius Abbati ſæpius ſupplicarunt, vt beneficium reſtitueret ſibi [a] memoratum; quo nolente ipſorum precibus adquieſcere, irati plurimum, et cõmoti, nocte quadam in domo diaconi conuenerunt, et cæna facta dicebant, quod, iniuriam dictam volebant ſumere de Abbate. inhibiti autem expreſſe ab eodem diacono, ne Abbatem occiderent, vel aliquid ſibi facerent, vnde ordinis ſui diſcrimen incurreret, et animæ detrimentum; nihilominus in eum irruerunt, et plagis impoſitis abierunt ſemiuiuo relicto, vnde poſt dies aliquot expirauit. Ab illo autem tempore vſque hodie prædictus diaconus de hoc; quod contigerat, triſtis effectus ab adminiſtratione ceſſauit, et nondum expleto biennio habitum induit monachalẽ; vnde a nobis ſuppliciter petijt edoceri, vtrum poſſet in officio diaconi miniſtrare, et ſi hoc ei liceret, an poſſet † promoueri ad maiorem ordinem. Licet autem, ſi præmiſſis veritas ſuffragatur, præfatus diaconus ſuper Abbatis interitu † non audeatur eſſe culpabilis, quia tamen bonarum mentium eſt, ibi culpam cognoſcere, † vbi culpa non eſt; quod ab adminiſtratione officij propria voluntate ſe ſuſpendit, vel habitum induit regularem, ſibi non ad peccatum adſcribimus, ſed ad meritum reputamus. Quo circa ſrīv. per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi præmiſſa noueris veritate ſubnixa, ſæpedictum diaconum non ſolum in diaconatus officio miniſtrare, ſed etiam ad ordinem presbyteratus accedere, ſi aliud canonicum non obſtiterit, libere † concedas auctoritate Apoſtolica facultatem; præſertim ſi ſuper hoc non fuerit ſimiliter reſperſus infamia; cum ei non debeat imputari, quod contra prohibitionem [b] eius expreſſam, eo cauſam, vel occaſionem [c] non dante, auſu ſacrilego, propoſitum ab eius cõſanguineis attemptatum.

c. 17. de homic. † prima. Pinna, ferio † Rigulo † interitu † adgnoſcere † obſtiterit, libere

Idem Abbati Sanctæ Trinitatis de Malduns Cap. 2.

SIGNIFICASTI nobis per litteras tuas, quod cum quidam maleficus ingreſſus eccleſiam de Briſtio, † Dei

c. 18. eo. † Briſtio

Dei timore poſtpoſito, euchariſtiam, cum altarium ornamentis, et libris eccleſiaſticis extra eccleſiam aſportaſſet, dilectus fil. Laurentius presbyter eccleſiæ lator præſentiũ, regularis canonicus, quem in prædicta † eccleſia de Brucio † inſtitueras capellanũ, prçfatũ iniquitatis filiũ, foſſorio arrepto percuſſerit. ſed ſi ad mortem fuit ictus huiuſmodi, tu, et ipſe penitus ignoratis. cum autem parochiani eccleſiæ memoratç audirent prçdictum maleficum ornamenta eccleſiæ aſportantem, ipſum arreptis gladijs, et fuſtibus in eodem loco protinus occiderunt. prædictus † vero Laurentius de ſua ſalute præcogitans euoluto anno, ſub titulo confeſſionis, rei ordinem tibi reuelauit, pro quo nobis humiliter ſupplicaſti, vt cum eo miſericorditer agere dignaremur. Licet autem contineatur in canone;[a] quod ſi quatuor homines, aut quinque, vel plures contra hominem vnum rixati fuerint, et ab his mortuus fuerit vulneratus; quicumque illorum ei plagam inpoſuerit, homicida, ſecundum ſtatuta canonum, iudicetur. quia tamen in alio canone[b] dicitur de presbytero, qui diaconum equitantem percuſſit, et ipſe cadens ex equo ceruice fracta interijt; quod ſi non ad mortem percuſſus eſt, incaute agente presbytero, competens pænitentia eſt indicenda; ita quod aliquanto tempore a miſſarum ſuſpenſus ſollemnijs, denuo ad ſacerdotale officium reuertatur. quod non † veraciter qualicumque percuſſione presbyteri mortuus eſt diaconus, nulla ratione more ſacerdotis permittendus eſt miniſtrare; etiam ſi voluntatem non habuerint occidendi. Nos in præmiſſo caſu credimus diſtinguendum; vtrum conſtare poſſit, quod præfatus ſacerdos non inflixit † percuſſionem letalem, de qua videlicet, ſi aliorum vulnera non fuiſſent ſubſecuta, percuſſus minime interijſſet. quod ſi percuſſor voluntatem non habuerit occidendi, nec ipſius ſtudio,[c] vel conſilio, vel mandato proceſſerint alij contra illum; et quidem ſi hoc ita ſe habet, quod forſan ex eo poſſet oſtendi, ſi certa apparuiſſet percuſſio ab eodem inflicta, tam modica, et tam leuis in ea corporis parte, in qua quis de leui percuti non ſolet ad mortem, vt peritorum iudicio medicorum talis percuſſio aſſereretur non fuiſſe letalis. cum de ceteris credendum ſit ipſi ſacerdoti, qui non accuſatur,

† præfata — *† Breſcio* — *† præfatus* — *† ſi* — *† inflixit*

vel denuntiatur ab aliquo, ſed per ſe ipſum de ſua ſalute ſollicitus, conſilium appetit ſalutare; poſt pænitentiam eidem ad cautelam iniũctam, in ſacerdotali poterit officio miniſtrare, religionis accedente fauore, cum ſit canonicus regularis, et ſine omni ſcandalo poſſit ſacerdotale officium exercere. † quod ſi diſcerni[d] non poſſit, ex cuius ictu percuſſus interijt; in hoc dubio tamquam homicida debet haberi, tunc ſacerdos, et ſi forſan † homicida non ſit, a ſacerdotali officio abſtineat. cum in hoc caſu ceſſare ſit tutius, quam temere celebrare. pro eo, quod in altero nullum, in reliquo vero magnum periculum timeatur. Vtrum autem de illis ſit ſimile ſentiẽdum, quorum unus, ſed quis omnino neſcitur, homicidium perpetrauit; ſi forſan ad ſacros ordines recipiendos præſententur. utrum omnes[e] ſint pariter repellendi, cum diſcerni non poſsit, qui debeant inculpabiles iudicari, diligens inueſtigator aduertat. quamuis hic caſus ſit ab illo ualde diuerſus. ſi vero, quemadmodum perhibetur, ſacerdos iſte prius ab illo percuſſus ſacrilego; mox eum cum ligone in capite repercuſsit; quamuis uim ui repellere[f] omnes leges, et omnia iura permittant; quia tamen id debet fieri cum moderamine[g] inculpatæ tutelæ, non ad ſumendam uindictam, ſed ad iniuriam propulſandam; non uidetur idem ſacerdos a poena homicidij penitus excuſatus, † cum ratione inſtrumenti, cum quo ipſe percuſsit, quod cum graue ſit, non ſolet leuem plagam inferre; tum ratione partis, in qua fuit ille percuſſus, in qua de modico ictu quis ſolet letaliter lædi, maxime cum ſecundum vulgare prouerbium aſſeratur. quod qui ferit primo, ferit tangendo; qui ferit ſecundo, ferit dolendo. unde penſatis omnibus ei creditur expedire, ut cum humilitate abſtineat a ſacerdotali officio exequendo.

† celebrare — *† forte* — *† excuſari*

Idem. *Cap. 3.*

TVA nos duxit f. con. et infra. Tertio quæſiuiſti Apoſtolicæ ſe. reſponſo explicari, quid ſit de quodam monacho ſentiendum, qui credens ſe quandam mulierẽ a gutturis tumore curare, ut chirurgicus cum ferro tumorem illum aperuit; at cum tumor ille aliquantulum reſediſſet; mona-

c 19. e. t.

in illa dioec. non ſeruentur, in qua tales præſumpſerint exceſſus perpetrare. Quia vero nõnulli ſub ſpecie pietatis virtutem eius, iuxta quod ait Apoſtolus, abnegantes, auctoritatem ſibi vindicant prædicandi; cum idem Apoſtolus dicat; quomodo prædicabunt, niſi mittantur: omnes, qui prohibiti, vel non miſſi, præter auctoritatem ab Apoſtolica ſede, vel catholico Epiſcopo loci ſubſecutam † publice, vel priuatum prædicationis officium vſurpare præſumpſerint; excommunionis vinculo innodentur; et niſi quantocius reſipuerint, alia competenti pœna plectentur. Adicimus tamen, vt quilibet Epiſcopus, vel Archiepiſcopus per ſe, vel Archidiaconum ſuum, vel alias idoneas perſonas bis, aut ſaltem ſemel in anno, propriam parochiam, in qua fama fuerit hæreticos habitare, circumeat; et ibi tres, vel plures boni viros teſtimonij, vel etiam ſi expedire videbitur, totam viciniam [f] iurare compellat; quod ſi quis ibidem hæreticos ſciuerit, vel aliquos occulta conuenticula celebrãtes, ſeu a communi conuerſatione fidelium vita, et moribus diſſidentes, Epiſcopo eos ſtudeat indicare. ipſe autem Epiſcopus ad præſentiam ſuam conuocet accuſatos; qui niſi ſe ab obiecto reatu purgauerint, vel ſi poſt purgationem exhibitam, in priſtinam fuerint lapſi perfidiam; canonice puniantur. Si qui vero ex eis iuramẽtum obſtinatione damnabili reſpuẽtes, iurare forte noluerint, ex hoc ipſo tamquam hæretici reputentur. Volumus, et mandamus, et in virtute obedientiæ præcipimus, vt ad hæc efficaciter exequenda Epiſcopi per dioc. ſuas diligẽter inuigilent, ſi canonicam volunt effugere vltionem. ſiquis enim Epiſcopus ſuper expurgando de ſua dioec. hæreticæ prauitatis fermento negligens fuerit, vel remiſſus, cum id certis indicijs [k] apparuerit; ab Epiſcopali officio deponatur, et in locum ipſius alter ſubſtituatur idoneus, qui velit, et poſſit hęreticã confundere prauitatem.

† ſuſceptam! Gregor.9.

DE HOMICIDIO CASVALI, SEV voluntario. Tit. VI.

Innoc. iij. *Cap. I.*

PETRVS diaconus, et monachus Sancti Ioannis de Puna † ſua nobis inſinuatione monſtrauit; quod cum in ſæculari ipſum habitu cõſtitutum in eccleſia de Riglo † quoddam beneficium obtinentem Abbas ipſius eccleſiæ illum eodem beneficio ſpoliaſſet; cognati, et amici eius Abbati ſæpius ſupplicarunt, vt beneficium reſtitueret ſibi [a] memoratum; quo nolente ipſorum precibus adquieſcere irati plurimum, et cõmoti, nocte quadam in domo diaconi conuenerunt, et cæna facta dicebant, quod vindictam volebant ſumere de Abbate. inhibiti autem expreſſe ab eodem diacono, ne Abbatem occiderent, vel aliquid ſibi facerent, vnde ordinis ſui diſcrimen incurreret, et animæ detrimentum; nihilominus in eum irruerunt, et plagis impoſitis abierunt ſemiuiuo relicto, vnde poſt dies aliquot expirauit. Ab illo autem tempore vſque hodie prædictus diaconus de hoc, quod contigerat, triſtis effectus ab adminiſtratione ceſſauit, et nondum expleto biennio habitum induit monachalẽ; vnde a nobis ſuppliciter petijt edoceri, vtrum poſſet in officio diaconi miniſtrare, et ſi hoc ei liceret, an poſſet † promoueri ad maiorem ordinem. Licet autem, ſi præmiſſis veritas ſuffragatur; pręfatus diaconus ſuper Abbatis interitu † non videatur eſſe culpabilis, quia tamen bonarum mentium eſt, ibi culpam cognoſcere, † vbi culpa non eſt; quod ab adminiſtratione officij propria voluntate ſe ſuſpendit, vel habitum induit regularem; ſibi non ad peccatum adſcribimus, ſed ad meritum reputamus. Quo circa fr. v. per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi præmiſſa noueris veritate ſubnixa, ſæpedictum diaconum, non ſolum in diaconatus officio miniſtrare, ſed etiam ad ordinem presbyteratus accedere, ſi aliud canonicum non obſtiterit, libere † concedas auctoritate Apoſtolica facultatem; præſertim ſi ſuper hoc non fuerit ſimiliter reſperſus infamia; cum ei non debeat imputari, quod contra prohibitionem [b] eius expreſſam, eo cauſam, vel occaſionem [c] non dante, auſu ſacrilego, propoſitis ab eius conſanguineis attemptatum.

c.17. de homic. † prima-Pinna, forte

† Riglo

† poſſit

† morte

† adgnoſcere

† obſiſtat, liberam

Idem Abbati Sanctæ Trinitatis de Malekens *Cap. 2.*

SIGNIFICASTI nobis per litteras tuas, quod cum quidam maleficus ingreſſus eccleſiam de Briſtio, †

c.18.eo.

† Briſcio

care, qui † mandatum Apoſtolicum exequentes, vtriuſq. partis receptis teſtibus,[b] rationibus,[c] † et allegationibus intellectis, eandem cauſam ſufficienter inſtructam, ad noſtrum remiſerunt examen. Cum autem propter hoc tam ſæpedictus † magiſter, (quam pœnitentiarius[d] † in noſtra fuiſſent præſentia conſtituti, et acta ipſa inſpici fecerimus † diligenter, et per pœnitentiarij teſtes intelleximus factam fidem, quod W. fr. noſter Lemouicen. Epiſcopus pluribus annis, antequam magiſter P. fuerit inueſtitus, et clericos, et burgenſes caſtri Lemouicen. contra † eundem P. nominatim, quem eorũ dicebat conſiliarium, et fautorem, vinculo excommunicationis aſtrinxit. per teſtes vero magiſtri P. probatur, quod etſi dictus Epiſcopus in burgenſes, et eorum fautores, tam clericos, quam laicos Lemouicen. excommunicationis ſententiam protuliſſet; eos tamẽ ante per tres annos abſoluit, quam † magiſter fuerit inueſtitus, quibuſdã presbyteris uſq. ad certum tẽpus in excommunicatione retentis, qui contra ſententiam interdicti præſumpſerant celebrare; quodq. idem Epiſcopus dicto † magiſtro communicauit poſtea in eccleſia, et in mẽſa. His igitur, et alijs, quæ vtraq. pars propoſuit corã nobis, intellectis, quia iuxta mandati noſtri tenorem ſupra ſcriptum † magiſtrũ P. inueſtituræ ſuæ tẽpore a prædicto † Epiſcopo excommunicatum extitiſſe, † dictus pœnitẽtiarius, ſicut obtulerat, non probauit; cum ex aduerſo de abſolutione,[e] et cõmunicatione dicti Epiſcopi, fides fuerit facta, quod per dictum legatũ de memorato magiſtro P. factum eſt, de fratrum n. conſilio per diffinitiuam ſententiã duximus approbandum.

DE EXCESSIB. † PRAELATORVM. † Tit. X.

Idem in conc. Later. conſt. ix. *Cap. vn.*

c. 12. de exceſſ. præl.

ACCEDENTIBVS † ad nos de diuerſis mundi partibus Epiſcoporum querelis intelleximus grandes, et graues quorundam Abbatum exceſſus, qui ſuis finibus non contenti, manus ad ea, quæ ſunt Epiſcopalis dignitatis[a] extendunt, de cauſis matrimonialibus cognoſcendo, iniungendo publicas pœnitentias,[b] concedendo indulgentiarum litteras, et ſimilia præſumendo; vnde contingit interdum, quod vileſcit Epiſcopalis auctoritas apud multos. Volentes igitur et in his et Epiſcoporum dignitati, et Abbatum prouidere ſaluti, præſenti decreto firmiter prohibemus, ne quis Abbatum ad talia ſe præſumat extendere, ſi proprium voluerit periculum euitare, niſi forte quiſquam eorum ſpeciali conceſſione, vel alia legitima cauſa ſuper his valeat ſe tueri.

DE NOVI OPERIS NVNCIATIONE. Tit. XI.

Idem Pariſien. & Trecenſ. Epiſcopis.

Cap. vn.

CVM olim. et infra. Ceterum ex procuratoris eiuſdem ciuitatis confeſſione didicimus, poſt nunciationẽ noui operis ſibi factã, ſupradictã fortaliciam, ſtagnũ, et molendinum ædificaſſe. Quo circa vobis p. auctoritate præci. m. quatenus vos noſtra auctoritate eam dictam fortaliciam, ſtagnũ, et molendinum a Comite † demolienda iudicetis ſub. cuius. contr. et ap. ob. facientes eãdẽ ſententiã per cen. ecc. firmiter obſeruari.

† communitate ſeu, vel ciuitate

DE PRIVILEGIIS. Tit. XII.

Idem. *Cap. I.*

c. 19. de præſcr.

VENIENS ad præſentiam noſtram dil. fil. Abbas ſancti Martini de Pannonia, et infra. Petijt a nobis poſtmodum idẽ Abbas, et humiliter poſtulauit, vt Weſprim. Epiſcopus nõ impediat, vel faciat impedire, quo minus omnes, qui in Sungien. † parochia, uel comitatu conſiſtunt, de omnibus, quæ poſſident, decimas ſibi ſoluant, ſicut in priuilegijs fe. rec. Paſchalis Papæ, et ſancti Regis Stephani[a] plenius continetur. præfatus vero Epiſcopus in noſtra præſentia conſtitutus ecõtrario poſtulauit, vt decimas Simagien. † comitatus intra ſuæ dioec. terminos conſtitutas, † quas detinet idem Abbas, ſibi reſtitui faceremus, niſi dictus Abbas aliquo iure ſpeciali[b] ſe ipſas poſſidere iuſte monſtraret; mandantes ipſum per eũdem Abbatẽ, cũ dictũ comitatũ viſitat, in ſuis eccleſijs procurari, et infra. Nos autem intellectis per ven. fratr. n. . . . Ep. . . . Oſtien.

Oſtien. Epi, quẽ partibus cõceſſimus auditorẽ, quæ propoſita fuerãt coram eo, obiectiones propoſitas ab ipſo Epiſcopo contra priuilegia prędictorũ Paſchalis Papę, et ſãcti Regis Stephani, quibus[c] Abbas ſufficiẽter reſpondit, inualidas eſſe decernimus; vt eis nõ obſtan. priuilegia ipſa ualida reputẽtur, ſi prędicti Regis[d] authenticum tale repertũ fuerit, quale nobis reſcriptum ipſius ſub bulla[e] Kariſſimi in Chriſto filij noſtri Hungarorum Regis illuſtris extitit præſentatum. Quantum tamen ad fundandã intentionẽ Abbatis proficiat, oportuno tempore decernemus. Chriſma uero, oleum ſanctum, cõſecrationes altarium, ſeu baſilicarum, ordinationes clericorum, qui ad ſacros ordines fuerint promouẽdi, clerici eccleſiarum, vel † capellarum ipſius monaſterij, quod eſt in Veſpriu. diœceſi conſtitutum, a Weſprinien. Epiſcopo poſtulabũt, ſi quidẽ catholicus fuerit, et gratiã ſedis Apoſtolicę habuerit, et ea gratis, et ſine prauitate aliqua voluerit exhibere. alioquin ab alio, quem maluerint, præſule catholico ſuſcipiendi eam liberam habeant facultatem, ſicut in priuilegijs[f] prędicti Paſchalis, et bo. me. Alex. Papę prędeceſſorũ noſtrorũ proſpeximus contineri, nõ obſtan. priuilegio fe. † me. Clemẽtis Papę, per quod priuilegijs prædeceſſorum tuorũ non extitit derogatum, cum de ipſis nullam fecerit mentionem, præſertim cum ipſe Clemẽs priuilegium illud conceſſerit, ſaluis inſtitutionibus non ſolũ Rom. ecc. ſed ipſius, et et iam legatorum. non obſtañ. præſcriptione, quã idem Abbas in ſuum ſubſidiũ opponebat; quia ſi conſummata erat pręſcriptio, quãdo Abbas ſancti Martini ab Alexãdro Papa priuilegium impetrauit, iuri præſcriptionis renuntiaſſe[g] uidetur; præſertim cum coram nobis priuilegio illo ſit vſus, quod ſuæ intẽtioni,[h] quantum[i] ad hunc articulum contradicit. ſi vero nondum conſummata erat pręſcriptio, ſed erat in præſcribendo, poſt impetratum huiuſmodi priuilegium bonam fidem nõn habuit, et ideo ſecundum canones non præſcripſit.

Idem. *Cap. 2.*

SIGNIFICASTI nobis in noſtra præſentia conſtitutus, quod quidam in tua diœceſi commorantes, eo quod in canonicorum ſanctę Crucis, et † aliorum priuilegiatorum ſunt fraternitate recepti, iura tibi Epiſcopalia non perſoluũt; ea propter ven. in Chriſto f. tuis precib. annuẽtes, auct. tibi præs. indulgemus; vt quãdiu fratres huiuſmodi morani[a] fecerint in domibus ſuis, in habitu ſæculari, et in eccleſijs tuis eccleſiaſtica perceperint † ſacramẽta, ſicut tibi prius[b] iura epiſcopalia ſoluere teneantur.

Idem Epo. & Capitulo Tripolitan. *Cap. 3.*

PETIISTIS † per ſedem Apoſtolicam edoceri, vtrum cum per hoſpitalarios, et † tẽplarios ciuitas veſtra generali ſubponitur interdicto, eiſdem ipſum non ſeruantibus, vos illud teneamini obſeruare. Ad quod ſic duximus reſpondendum; quod illorum exceſſus vobis non prębet licentiam excedendi: ſed ſi prædicti † hoſpitalarij, vel templarij priuilegiorum ſuorũ fines exceſſerint, violando temere interdictum, quod pro illis fuerat promulgatum; ne ipſi uideantur de aliorum fletu ridere,[a] vos in pœnam præſumptionis illorum, quamdiu ipſi[b] violauerint interdictum, de noſtra licentia celebretis.[c]

Idem. *Cap. 4.*

QVONIAM ſicut nobis per tuas litteras intimaſti, per confeſſionem conſtat partis aduerſæ; quod Nepeſinus Epiſcopus epiſcopale ius percipit in eccleſia ſancti Blaſij de Flaano, ac per hoc eadem eccleſia nõ pertinet ad monaſterium pleno iure: credimus, quod non obſtante illo capitulo priuilegij, quod ipſi monaſterio eſt indultum, vt nullus Epiſcopus eccleſias vtroque iure[a] illi ſubiectas interdicto ſupponere, vel vicarium, vel † clericum eiuſdem monaſterij ſynodare,[b] vel excõmunicare pręſumat, pręfatus Epiſcopus poſſit interdicere dictã eccleſiã, et excõmunicare monachum ad eius regimen deputatum; cum alterutrum de iure faciendum fuerit †. quoniam illud capitulũ intelligẽdum eſſe uidetur de monachis, aut clericis in ipſo monaſterio permanẽtibus,[c] vel ad eccleſias deſtinatis vtroque iure ſibi ſubiectas. †

Idem Archiepiſcopo Lendin. † *Ap. ſe. Le.* *Cap. 5.*

QVIA circa et infra. Subſequẽter etiã quęſiuiſti, vtrũ monachi (de H. † priuilegiũ bonę memorię B. † prędeceſſoris tui ſuper Epiſcopalibus[a] decimis retinendis † indultum exten

Margin notes: † & — † vel — c. 10. de priuil. — † quaſi ſtis — † vel — † præſti — c. 21. eo. tit. — † monachum, ſen. — † ſuerat — † ſubie ctis — † Lugdunẽ — c. 21 e. t. — † omnium ſanctorum — † G. — † dictum — † receperint

extendere valeant ad poſſeſſiones adquiſitas, et poſtmodum adquirendas. ſuper quo, tale damus reſponſum f.t. quod ſi decimarū illarum remiſſio facta ſecundum canonicas ſanctiones exiſtit, † prædeceſſor tuus indefinite decimas Epiſcopales monaſterio remittendo, cum nihil exceperit,[b] et poterat excepiſſe; ac in beneficijs pleniſſima ſit[c] interpretatio adhibenda; nec debeat una, eademque ſubſtantia diuerſo iure cenſeri; intellexiſſe uidetur non ſolum de decimis poſſeſſionum illius temporis, ſed futuri[d].

† extitit

Idem in conc. Later. conſtitutio v. Cap. 6.

c. 23. extr.

ANTIQVA Patriarchalium ſedium priuilegia renouātes [a] ſancta vniuerſali ſynodo approbante, ſancimus, vt poſt Rom. ecclē. quæ diſponente domino ſuper omnes alias ordinariæ poteſtatis obtinet principatū; vt pote mater vniuerſorum Chriſti fideliū, et magiſtra; Conſtantinopolitana primum, Alexandrina ſecundum, Antiochena tertiū, Hieroſolymitana quartum locū obtineat, ſeruata cuilibet propria dignitate. ita quod poſtquam Antiſtites a Ro. Pont. receperint pallium, quod eſt plenitudinis officij paſtoralis inſigne præſtito ſibi fidelitatis, et obedientiæ iuramento, licenter, et ipſi ſuis ſuffraganeis pallium largiantur, recipiētes pro ſe profeſſionem canonicam, et pro Romana eccleſia ſponſionem obedientię ab eiſdem. dominicæ vero crucis vexillū ante ſe faciāt ubique deferri, niſi in urbe Romana,[b] et vbi ſummus Pontifex præſens extiterit, aut eius legatus vtens inſignijs Apoſtolicæ dignitatis. in omnibus autem prouincijs eorum iuriſdictioni ſubiectis, ad eos, cum neceſſe fuerit, prouocetur,[c] ſaluis appellationibus ad ſedem Apoſtolicam interpoſitis, quibus eſt ab omnibus humiliter deferendum.

Idem in eodem conſtitutio Lvij. Cap. 7.

c. 24. ec.

VT priuilegia, quæ quibuſdam religioſis perſonis Ro. conceſſit eccleſia, permaneant inconcuſſa, quę dā in eis duximus declaranda, ne minus ſane intellecta[a] protrahantur ad abuſum, propter quę poſſint merito reuocari: quia priuilegium meretur amittere, qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate. Sane quibuſdam regularibus Apoſtolica ſedes indulſit, vt his, qui fraternitatem eorū aſſumpſerint, ſi forte eccleſiæ, ad quas pertinent, a diuinis officijs fuerint interdictæ, ipſoſque mori contigerit, eccleſiaſtica ſepultura non negetur, niſi excommunicati, uel nominatim fuerint interdicti, ſuoſque cō fratres, quos eccleſiarum prælati apud eccleſias ſuas nō permiſerint ſepeliri, niſi excommunicati, vel interdicti fuerint nominatim, ipſi ad eccleſias ſuas deferant tumulandos. hæc autem de illis fratribus intelligimus, qui vel adhuc manentes in ſæculo eorū ordini ſunt oblati, mutato habitu ſæculari,[b] vel eis, qui ſua bona dederunt inter viuos, retento ſibi, quamdiu in ſæculo vixerint, uſufructu. qui tamē ſepeliātur apud ipſorū regularium, vel aliorū non interdictas eccleſias, in quibus elegerint ſepulturā; ne ſi de quibuſlibet ipſorū fraternitatem aſſumentibus fuerit intellectū, pro duobus, aut tribus[c] denarijs annuatim ſibi collatis, diſſoluatur pariter, et uileſcat eccleſiaſtica diſciplina; certam tamen et ipſi obtineant remiſsionem a ſede Apoſtolica ſibi conceſſam. Illud etiam, quod huiuſmodi regularibus eſt indultum; ut ſi qui fratrum ſuorum, qui ab eis miſſi fuerint ad recipiendas fraternitates, ſiue collectas, in quamlibet ciuitatem, uel caſtellum, uel uicū aduenerint, ſi forte locus a diuinis ſit officijs interdictus, in eorū iocundo aduētu, ſemel in anno aperiātur eccleſiæ; ut excluſis excōmunicatis, diuina ibi officia celebrentur: ſic intelligi uolumus, quod in eadem ciuitate, aut caſtro, uel uilla una tantum eccleſia eiuſdem ordinis fratribus ſemel, ut dictum eſt, aperiatur in anno. quia licet pluraliter[d] dictum eſt, quod in eorum iocundo aduentu eccleſiæ aperiantur; nō tamen ad eccleſias eiuſdem loci, quas uiſitarent, ſed prædictorum comuniter referendus eſt intellectus. ne ſi hoc modo ſingulas eiuſdem loci uiſitarent eccleſias, nimium uilipendi contingeret ſententiam interdicti. qui uero contra declarationes prædictas quicquam ſibi præſumpſerint uſurpare, graui ſubiaceāt diſciplinę.

Idem in eod. conſt. lxij. † Cap. 8. † LVIII.

c. 25. extr.

QVOD nonnullis eſt religioſis indultum in fauorem pontificalis officij, ad Epiſcopos exter deſt. concedimus, vt cum commune terræ[a] fuerit interdictum, excommunicatis, et interdictis excluſis, poſſint quandoque[b] ianuis clauſis, ſuppreſſa uoce, non pulſatis campanis, diuina officia celebrare; niſi ipſum hoc illis expreſſe fuerit interdictum. verum hoc illis concedimus, qui cauſam aliquam non præſtiterint interdicto, nec

Idem in eod. conſtitutio xlvij. *Cap.5.*

c.48.de. ſ. SACRO approbante concilio prohibemus, ne quis in aliquem excommunionis ſententiam, niſi competenti [a] commonitione præmiſſa, et præſentibus perſonis idoneis, per quos, ſi neceſſe fuerit, poſſit probari [b] monitio, promulgare præſumat. quia ſi contra præſumpſerit, et ſi iuſta fuerit excommunicationis ſententia, ingreſſum eccleſiæ per menſem [c] vnum ſibi nouerit interdictum, alia nihilominus pœna multandus, ſi viſum fuerit expedire. Caueat etiã diligenter, ne ad excommunionem cuiuſquã abſq. manifeſta, et rationabili cauſa [d] procedat; ad quã ſi forte taliter proceſſerit, et requiſitus humiliter proceſſum huiuſmodi non curauerit abſq. grauamine reuocare: grauatus apud ſuperiorem iudicem deponat de iniuſta excommunicatione querelã. [e] quod ſi abſque periculo moræ poteſt, ad excommunicatorem illum cum ſuo mandato remittat, intra competentem terminum abſoluendum: alioquin ipſe vel per ſe, vel per alium, pro vt viderit expedire, ſufficiẽti cautione recepta, munus ei abſolutionis impendat. cũque aduerſus excommunicatorem de iniuſta excõmunicatione conſtiterit, [f] excommunicator cõdemnetur excõmunicato ad intereſſe [g] alias nihilominus, ſi culpæ qualitas poſtulauerit, ſuperioris arbitrio puniẽdus. cum non leuis ſit culpa, tantam infligere pœnã inſonti. niſi forſan errauerit ex cauſa probabili, [h] maxime ſi laudabilis [i] opinionis exiſtat. verum ſi contra excommunicationis ſententiam nihil rationabile fuerit a conquerẽte probatũ, idẽ et ſuper iniuſta excommunicationis moleſtia per pœnam ad intereſſe, vel aliam ſecũdum ſuperioris arbitriũ, niſi forſan et ipſum probabilis error [k] excuſet, ſuper eo, pro quo iuſta fuerit excommunicatione ligatus, per cautionem receptã ſatisfacere cõpellatur, [l] vel in priſtinam reducatur ſentẽtiam vſque ad ſatisfactionem cõdignam inuiolabiliter obſeruandam. Si vero iudex ſuum recognoſcens errorem, paratus ſit talẽ reuocare ſententiam; et is pro quo latã fuerat, ne abſque ſatisfactione reuocet illam, appellet; appellationi nõ deferat in hac parte, niſi talis error ſit, [m] de quo merito debeat, vel valeat dubitari; [n] et tũc ſufficiẽti cautione recepta, quod coram eo, ad quem extitit appellatũ, vel de legato ab ipſo iuri parebit, excommunicatũ abſoluat, [o] ſicq. pœnæ ſubſcriptæ minime ſubiacebit. Caueant tamẽ omnino, ne voluntate peruerſa in alterius præiudicium mentiatur * errorem, * [p] ſi diſtrictionis canonicæ vult effugere vltionem.

Idem in eodem conſtitutio xlix. *Cap.6.*

SVB interminatione diuini iudicij penitus interdicimus; vt cauſa cupiditatis [a] nullus audeat excommunicationis vinculo aliquẽ innodare, vel abſoluere innodatũ, in illis maxime regionib. in quibus ex conſuetudine, cum excommunicatus abſoluitur, pecuniaria pœna multatur. ſtatuentes, vt cum excõmunicationis ſententiam iniuſtam fuiſſe cõſtiterit, excommunicator ad reſtituendã pecuniã etiam ſic extortam per cen. eccleſiaſticam compellatur, [b] et niſi probabili fuerit errore deceptus, tantundem iniuriam paſſo perſoluat, et ſi forte ſoluendo non fuerit, animaduerſione alia caſtigetur. [c]

DE VERBORVM SIGNIFIcatione. Tit. XVI.

Idem Comiti Toloſano. *Cap.1.*

SVPER quibuſdam mandatorum articulis tibi a bo. me. Milone notario noſtro tunc temporis Ap. S. L. factorum, apud quoſdam dubitatione ſuborta, tua deuotio explicari poſtulauit a nobis, qui ſint dicendi hæretici manifeſti. Super quo tibi duximus reſpondendum, illos in hoc caſu manifeſtos hæreticos intelligendos, qui contra fidem catholicam publice prædicãt, aut profitentur, ſeu defendunt [a] errorem; vel qui coram prælatis [b] ſuis cõuicti ſunt, aut cõfeſſi, [c] vel ab eis ſententialiter condemnati ſuper hæretica prauitate; quorum bona propria confiſcantur, et ipſi iuxta legitimas ſanctiones puniuntur. Præterea, cum pedagia, [d] guidagia, et ſalinaria tibi legatus interdixerit memoratus: auctoritate præſentiũ duximus declarãdum, illa eſſe pedagia, ſalinaria, guidagia interdicta, quæ non apparẽt Imperatorũ, [e] vel Regum, uel Later. concilij largitione cõceſſa, vel ex ãtiqua cõſuetudine a tẽpore, cuius nõ extat memoria, [f] introducta. c.26.de ver. ſignif.

Idem Epiſcopo Pariſien. *Cap.2.*

NOVIMVS expedire; vt verbum illud, quod in antiquis [a] canonibus, et in noſtro quoque decreto [b] contra falſarios edito continetur; vt videlicet clericus per eccleſiaſticum c.27.eo. tit.

ſticũ iudicẽ degradatus; ſæculari tradatur[e] curiæ puniendus, apertius exponamus, cum et quidam anteceſſorum noſtrorum ſuper hoc conſulti diuerſa reſponderint, et quorũdam ſit opinio a pluribus[d] comprobata, ut clericus, qui propter hoc, vel aliud flagitium graue, nõ ſolũ damnabile, ſed dãnoſum; fuerit degradatus, tãquã exutus priuilegio clericali; ſęculari foro per conſequentiã applicetur; cum ab eccleſiaſtico foro fuerit proiectus; eius enim eſt degradatio celebrãda pręſente ſæculari poteſtate, ac pręnuntiandum eſt ei, cum fuerit celebrãda[f], ut in ſuum forum recipiat degradatum; et ſic intelligitur curiæ tradi ſæculari, pro quo tamen debet eccleſia efficaciter intercedere;[g] ut citra mortis periculum circa eum ſententiam moderetur. Pro illo uero falſario clerico ſcelerato, quem ad mandatum noſtrum capi feciſti, hoc tibi duximus conſulendum; ut eum in perpetuum carcerem, ad agendam pœnitentiã[f] includas, pane doloris, et aqua anguſtię ſuſtentandum, ut commiſſa defleat, et flenda ulterius non committat.

f celebrata Greg.

Idem in eod. conſtitutio xlviij. *Cap. 5.*

SACRO approbante concilio prohibemus, ne quis in aliquem excommunionis ſententiam, niſi competenti[a] commonitione præmiſſa, et præſentibus perſonis idoneis, per quos, ſi neceſſe fuerit, poſſit probari[b] monitio, promulgare præſumat. quia ſi contra præſumpſerit, et ſi iuſta fuerit excommunicationis ſententia, ingreſſum eccleſiæ per menſem[c] vnum ſibi nouerit interdictum, alia nihilominus pœna multandus, ſi viſum fuerit expedire. Caueat etiã diligenter, ne ad excommunionem cuiuſquã abſq. manifeſta, et rationabili cauſa[d] procedat; ad quã ſi forte taliter proceſſerit, et requiſitus humiliter proceſſum huiuſmodi non curauerit abſq. grauamine reuocare: grauatus apud ſuperiorem iudicem deponat de iniuſta excommunicatione querelã.[e] quod ſi abſque periculo moræ poteſt, ad excommunicatorem illum cum ſuo mandato remittat, intra competentem terminum abſoluendum: alioquin ipſe vel per ſe, vel per alium, pro vt viderit expedire, ſufficiẽti cautione recepta, munus ei abſolutionis impendat. cũque aduerſus excommunicatorem de iniuſta excõmunicatione conſtiterit,[f] excommunicator cõdemnetur excõmunicato ad intereſſe[g] alias nihilominus, ſi culpæ qualitas poſtulauerit, ſuperioris arbitrio puniẽdus. cum non leuis ſit culpa, tantam infligere pœnã inſonti. niſi forſan errauerit ex cauſa probabili,[h] maxime ſi laudabilis[i] opinionis exiſtat. verum ſi contra excommunicationis ſententiam nihil rationabile fuerit a conquerẽte probatũ, idẽ et ſuper iniuſta excommunicationis moleſtia per pœnam ad intereſſe, vel aliam ſecũdum ſuperioris arbitriũ, niſi forſan et ipſum probabilis error[k] excuſet, ſuper eo, pro quo iuſta fuerit excommunicatione ligatus, per cautionem receptã ſatisfacere cõpellatur,[l] vel in priſtinam reducatur ſentẽtiam vſque ad ſatisfactionem cõdignam inuiolabiliter obſeruandam. Si vero iudex ſuum recognoſcens errorem, paratus ſit talẽ reuocare ſententiam; et is pro quo lata fuerat, ne abſque ſatisfactione reuocet illam, appellet; appellationi nõ deferat in hac parte, niſi talis error ſit,[m] de quo merito debeat, vel valeat dubitari;[n] et tũc ſufficiẽti cautione recepta, quod coram eo, ad quem extitit appellatũ, vel delegato ab ipſo iuri parebit, excommunicatũ abſoluat,[o] ſicq. pœnæ ſubſcriptæ minime ſubiacebit. Caueant tamẽ omnino, ne voluntate peruerſa in alterius præiudicium mentiatur[*] errorem,[*][p] ſi diſtrictionis canonicę vult effugere vltionem.

Idem in eodem conſtitutio xlix. *Cap. 6.*

SVB interminatione diuini iudicij penitus interdicimus; vt cauſa cupiditatis[a] nullus audeat excommunicationis vinculo aliquẽ innodare, vel abſoluere innodatũ, in illis maxime regionib. in quibus ex conſuetudine, cum excommunicatus abſoluitur, pecuniaria pœna multatur. ſtatuentes, vt cum excõmunicationis ſententiam iniuſtam fuiſſe cõſtiterit, excommunicator ad reſtituendã pecuniã etiam ſic extortam per cen. eccleſiaſticam compellatur,[b] et niſi probabili fuerit errore deceptus, tantundem iniuriam paſſo perſoluat, et ſi forte ſoluendo non fuerit, animaduerſione alia caſtigetur.[c]

DE VERBORVM SIGNIFICATIONE. Tit. XVI.

Idem Comiti Toloſano. *Cap. 1.* c.26. de verb. ſignif.

SVPER quibusdam mandatorum articulis tibi a bo. me. Milone notario noſtro tunc temporis Ap. S. L. factorum, apud quosdam dubitatione ſuborta, tua deuotio explicari poſtulauit a nobis, qui ſint dicendi hæretici manifeſti. Super quo tibi duximus reſpondendum, illos in hoc caſu manifeſtos hæreticos intelligendos, qui contra fidem catholicam publice prædicãt, aut profitentur, ſeu defendunt[a] errorem; vel qui coram prælatis[b] ſuis cõuicti ſunt, aut cõfeſſi,[c] vel ab eis ſententialiter condemnati ſuper hæretica prauitate; quorum bona propria confiſcantur, et ipſi iuxta legitimas ſanctiones puniuntur. Præterea, cum pedagia,[d] guidagia, et ſalinaria tibi legatus interdixerit memoratus: auctoritate præſentiũ duximus declarãdum, illa eſſe pedagia, ſalinaria, guidagia interdicta, quæ non apparẽt Imperatorũ,[e] vel Regum, uel Later. concilij largitione cõceſſa, vel ex ãtiqua cõſuetudine a tẽpore, cuius nõ extat memoria,[f] introducta.

Idem Epiſcopo Pariſien. *Cap. 2.* c.27. eo. tit.

NOVIMVS expedire; vt verbum illud, quod in antiquis[a] canonibus, et in noſtro quoque decreto[b] contra falſarios edito continetur; vt videlicet clericus per eccleſiaſticum

ſticū iudicē degradatus, ſæculari tradatur[c] curiæ puniendus, apertius exponamus, cum et quidam anteceſſorum noſtrorum ſuper hoc conſulti diuerſa reſponderint, et quorūdam ſit opinio a pluribus[d] comprobata, ut clericus, qui propter hoc, vel aliud flagitium graue, nō ſolū damnabile, ſed dānoſum, fuerit degradatus, tāquā exutus priuilegio clericali, ſęculari foro per conſequentiā applicetur; cum ab eccleſiaſtico foro fuerit proiectus; eius enim eſt degradatio celebrāda pręſente ſæculari poteſtate, ac pręnuntiandum eſt ei, cum fuerit celebrāda, ut in ſuum forum recipiat degradatum; et ſic intelligitur curiæ tradi ſæculari, pro quo tamen debet eccleſia efficaciter intercedere;[e] ut citra mortis periculum circa eum ſententiam moderetur. Pro illo vero falſario clerico ſcelerato, quem ad mandatum noſtrum capi feciſti, hoc tibi duximus conſulendum; ut eum in perpetuum carcerem, ad agendam pœnitentiā[f] includas, pane doloris, et aqua anguſtię ſuſtentandum, ut commiſſa defleat, et flenda ulterius non committat.

tex. libra in Greg. 9. li. 3.

QVARTAE COLLECTIONIS SCHOLIA.

LIB. I. TIT. I. DE FIDE CATHOLICA.

Cap. I. Firmiter.

S *Impliciter* [a]) Fides enim ſimplicibus verbis eſt proponenda, et prædicanda, vt 23. diſt. qui Eps. Similiter teſtimonium, vt 3. q. 9. pura. Similiter lex, vt diſt. 4. erit autem. ſimiliter quælibet ſcriptura. nam ſi obſcure loquatur, habetur pro non locuto, vt extra 3. de probat. c. 2. et D. de inter. act. de ætate. et generaliter nunquam per extranea verba res proponenda eſt, ſed per vſitata, et nota, vt 36. diſt. relatum.

b *Suggeſtione*) et ideo magis puniendus eſt, quam ipſe faciens, vt 86. diſt. tanta. nec illud excuſat diabolum, ſi homo illud alias fuiſſet facturus, vt D. de ſeruo cor. l. 1. licet videretur, quod pro ſola hortatione non deberet teneri, vt D. de his, qui not. infa. ob hæc verba. nec illud excuſat hominem, quod conſilio alterius fecit, quia debuit, et potuit explorare apud ſe, an expediret tale conſilium, vt D. manda. l. 2. in fine.

Cap. 2. Damnamus.

M *Vlti homines* [a]) Eadem ſimilitudine decepti fuerunt Arriani, vt de conſ. diſt. 2. in Chriſto. Ioannes.

b *Florentino monaſterio*) Nota, quod licet auctor reprobetur, tamen ſtatuta eius non reprobantur. et ſic eſt contra extra 1. de hær. fraternitatis. immo etſi bona eſſent, reprobanda eſſent. vt 96. diſt. bene.

c *Corrigenda*) Si paratus erat corrigi, nō debebat dici hæreticus; licet erraret in fide, vt 24. q. 1. aperte. et c. hæc eſt. Io.

TIT. II. DE RESCRIPTIS.

Cap. I. Cum contingat.

S *Alteri obedire* [a]) Eadem quæſtio proponitur ſupra e. ad hæc. li. 1.

b *Sciuiſti*) Nec per famam, nec alio modo. hoc enim dicimur ſcire, quod ab alijs audiuimus, vt 22. q. 5. hoc videtur. ſed quid ſi audiuit ab aliquo, qui eſt leuis opinionis? nūquid talis ſcientia ad hoc ſufficit, vt nō debeat parere mandato iudicis? videtur, quod non, vt infra de ſponſa. cum in tua. cum iudicib. ſemper obediendū ſit, vt 23. q. 1. quid culpatur. extra 3. de ma. et obed. cum ex officij. cū nullum modū vllius ſuſpicionis debent inducere, quæ a leuibus dicta ſunt. vt 11. q. 3. in cunctis. tum quia nō debet differri executio ſententiæ, niſi in cōtinenti probetur exceptio. ſu. de teſti. veniens. li. 3. alioquin retardaret executionem ſententiæ, qui diceret ſe habere litteras priores, quæ nō eſſent reuocatæ, vel poſteriores dicerent ſe habere, quæ reuocarent primas. Ex hoc ſequeretur, quod nullus iudex poſſet excōmunicare, vel abſoluere aliquem, vel aliquā ſententiā ferre, ſi aliquis ante ſententiā diceret, cauſam illā eſſe alijs commiſſam. et ſic daretur occaſio figmentis, quod eſſe nō debet, 32. q. 1. dixit. inſti. vi bon. rapt. P. ſed ne dum talia. D. ad Carbonianū. l. 1. P. ſi quis nō. et de litigio. l. 1. Ad hoc dico, quod nō ſufficit, quod ille, qui mādatum recepit, aliquid audiuit de diuerſitate litterar. vt habeat probabilem cauſam credendi, vt 13. q. 4. quā magnū. extra 3. de cler. excō. min. illud. D. quod cum fal. tut. l. 2. vel dic, quod qualiſcumq. notificatio ſufficit, vt iudex debeat dici dubius. ut 1. q. 4. P. vlt. in fine. et ſu. de ſponſa. præterea. li. 1. D. de petit. her. item veniunt. P. a quo autem.

c *Litterarum*) Qualiter poteſt perpendi ex ſola inſpectione litterarū? nā licet ſecundæ litterę expreſſam faciant mentionē et priorū iudicū, et rerū contentarū in priorib. litteris; per hoc non debet cōſtare eas eſſe reuocatas, cū poſſunt per ſuggeſtionem falſi eſſe impetratę. Et ita non reuocant primas, licet de primis expreſſā faciāt mētionē, vt ſu. eo. certū. l. 1. Ad hoc ergo, vt executori nullatenus ſit hęſitandū de hoc, oportet, vt hęc diſcat per aſſertionē partiū. quia cauſarū merita partiū aſſertione pandūtur, vt ſu. de ſent. et re iud. cū illius. lib. 3. et ſic aliquā exerceret iuriſdictionē inter partes, quod infra negatur. aut poterit ſcire ſecundas eſſe reuocatorias, et hoc cōcedo, quod numquā ex ſola inſpectione poteſt ſcire, niſi aliquis intelligat de hoc ex partiū aſſertione. Per hoc tamen nō habet iuriſdictionē inter partes, quia niſi priores litteras habēs obiciat aliquid contra ſecundas litteras, præſumitur eas eſſe reuocatas. Si autē obicit aliquid, ſtatim executor debet ſuperſedere; quia per negationē facta eſt ei res dubia. C. quib. ad lib. procl. nō licet l. 3. et in hoc caſu intelligo, quod legitur ſu. e. paſtoralis. li. 3. quod ſcilicet tūc dubiū ſit de reuocatione. litterar. quādo expreſſe fit mētio et iudicū, et rerū, ſi ab aduerſario obicitur litteras eſſe impetratas per ſuggeſtionē falſi, per illā decretalē ſu. e. certum. li. 1. et qui aliter gloſſauerūt, ſenſu indigent. Itē licet executor dubitet, an debeat abſoluere, vel condēnare, nō tamen ſecundū regulā Arriani,

pronior erit ad abſoluendũ, quam ad condẽnandum. Hoc ideo, quia non conſtat ei, an ille iudex habeat iuriſdictionem, vel nõ. Io.

d *Diſtricte præcipimus*) Sed quid ſi nõ exhibentur ſecundæ litteræ? tunc executor exequetur mandatũ, ſi ad terminum pręfixũ nõ exhibẽtur, vt ſu. de excep. paſtoralis. li. 3. nã litterę, quę nõ apparent, nõ ſunt. D. de cont. empt. in lege. nõ tamẽ poteſt cogere aduerſariũ ad exhibendum eas, cum non habeat in eos iuriſdictionem, vt hic in fine dicitur.

e *Heſitandum*) Videtur ergo, quod executor non debet petere copiam reſcripti, niſi vbi recipit contraria mandata. ſed certe nullus debet exequi mandatum, niſi fiat ei fides de litteris delegantis, vt ſup. de off. iud. del. cum in iure. lib. 3.

f *Secundo loco*) Sed quare reuocatur per ſecũdas litteras, id, quod factũ eſt auctoritate priorum litterarum, contra id, quod legitur ſu. de reſt. ſpol. audita. lib. 1. ſed hic non reuocatur, quod factũ eſt, quia prior ſentẽtia tenet, ſed diffinitiua ſententia nõ reuocaretur auctoritate ſecũdarũ litterar. vt ibi dicitur. Io.

g *Noſtra conſtitutionis*) ſu. de reſc. paſtoralis. lib. 3.

h *Et id ipſum*) Ita, vt nõ exequaris mãdatũ.

i *Certum eſſe*) Sic ſu. de appel. cõſuluit. lib. 1.

Cap. 2. Olim.

PEr *interpoſitam perſonam*[a]) Quod fieri poteſt, vt ſu. de præb. accedens. lib. 3.

b *Sequeſtrari*) Quod fieri non debuit, niſi cauſa ſubeſſet, ut ſu. de ſequeſtra. c. ad hoc. li. 3. C. de prohi. ſequeſtra. l. vnica. ut ſi forte eſſet ſuſpectus, vt 2. q. 6. quotiens.

c *Probauiſſet*) Per euidentiam facti.

d *Ad omnia*) Videtur ergo, quod per hanc clauſulã, ſi ita eſt, vel per hanc, ſi præmiſſa vera ſunt, teneatur impetrator probare eſſe omnia pręmiſſa vera, nec aliquid ex pręmiſſis per ſe ſufficeret ad probandũ propoſitũ. Sic ſu. e. ex parte. li. 1. D. de excuſ. tuto. qui teſtamẽto. et ſu. de reſt. ſpol. cõqueſtus. li. 2. nã niſi quis plene probet intentionẽ ſuã, ſuccũbet, vt C. de rei vindicatio. vlt. fines enim mãdati ſtrictiſsime cuſtodiendi ſunt, ſup. de off. del. ſi autẽ. et cap. ex parte. et imputet ſibi, qui plura narrauit, quorũ vnũ ſufficeret. arg. cõtra, quod ſufficiat vnũ probare, ſi plura narrãtur in reſcripto. infra de cõceſ. pręb. accedens. in fine. ſu. de pręb. cum iam dudũ. lib. 1. ſu. de appel. ſignificauit. in fine. Illa enim pluralitas, ſi præmiſſa uera ſunt, reſoluẽda eſt per ſuas ſingularitates. i. ſi hoc verũ eſt, ſi illud verum eſt, vt D. de condicionib. et demonſt. falſa. ſup. prima diſtin. omnes leges. D. de condic. inſt. l. 2. D. de manumiſ. teſtam. ſi ita. Item habes hic, quod ſequens clauſula reſpicit omnia præmiſſa, ſic ſu. de donat. cũ dilecti. li. 3. ſu. de appel. quæſiuiſti. li. 1. ſu. de appel. ſecundo. li. 2. arg. cõtra. 3. q. 3. conſtituimus. et de conſecr. diſt. 2. cũ omne. D. de in rem uerſo. ſi pro patre. P. penul. D. de verb. oblig. qui ſic ſtipulatur. Io.

Cap. 3. Dilectus filius.

DE *amotionis ſuæ cauſa*[a]) Nota, quod non ſufficit narrare ſeriẽ facti in litteris Papę, niſi adiciatur cauſa facti, ſic ſu. de inſtit. veniens. li. 2. ſu. ne cler. uel mon. c. 2. li. 3. C. de adopt. l. 3. et etiam modus facti, ut C. de tranſact. ut reſponſum.

b *Excommunicationis*) Et hic habes, quod excõmunicatus ſi impetret reſcriptũ, tacens de excõmunicatione ſua, quod nõ valeant litteræ, tum ideo, quia tacuit vitiũ ſuũ, tum quia ingeſsit ſe cõmunioni huiuſmodi; propter quod puniendus eſt, vt ſu. de cler. excõmunic. illud. 11. q. 3. placuit. vnde incõueniens eſſet, quod ex eodẽ facto conſequeretur pœnam, et commodum. D. de neg. geſt. liue. 16. q. 1. legi. Hæc quæſtio conſueuit notari ſu. de off. deleg. prudentiam. li. 2.

c *Carere viribus*) Sed quid, ſi aliquid per tales litteras actũ eſt, numquid illud poteſt retractari? videtur, quod ſic, quia quod per litteras ſubrepticias factũ eſt, retractatur. ſu. de off. vic. c. 5. et 35. q. 9. veniã. D. de iudic. ſi Prætor. et ſu. de ſent. excom. c. 1. li. 3. etiã abſente parte hoc retractatur. ſu. de ſent. et re iud. cũ olim. li. 3. nec obſtat, ſi dicas, quod poſt ſententiã non admittitur exceptio aliqua. ut. 3. q. 6. P. excepto. ſu. de ſent. et re iud. inter. li. 3 quia illud non tenet in exceptionib. illis, in quib. agitur de falſo. ut ſu. de procur. in noſtra. li. 3. ſu. de probat. licet. li. 3. Cũ enim per litteras tales nõ receperint iudices iuriſdictionẽ, ergo quod per eos factũ eſt, nõ tenet, vt ſu. de off. iud. del. ex litteris. in fine. nam replicatio omiſſa ante ſententiam ex cauſa probabili, poſt ſententiã proponitur, vt D. quãdo actio de pecul. eſt anna. l. 2. multo fortius exceptio. ad idẽ facit, infra de ſent. ad probandũ. ſu. de deſpõſ. impub. ad diſſoluẽdum. in fine. Ecõtra probo, quia tenet, quia a veris iudicib. lata eſt ſententia ſecundũ ordinẽ iuris. nam per litteras tales datur iuriſdictio, licet litteræ tales elidi poſsint per exceptionẽ, vt ſu. eod. ſi autem. li. 1. et D. de bonor. poſſ. ſecundum tabulas. l. pen. P. teſtamẽto. Vnde nõ poteſt dici, retro iudiciũ nullũ fuiſſe. vnde ſi ſciuit ſibi exceptionẽ cõpetere, et non excepit, eſt quod imputet ſibi. Si

uero

vero neſciuit, prætextu exceptionis poſtea repetitæ,† non retractatur ſententia, vt ſu. de ſentẽtia inter.li.3. Item libertas tenet per falſos codicillos præſtita. D. de manum. teſtam.cum ex falſis.et legata prę̄ſtantur,licet teſtamentum ſit falſum.D.de hered.inſtit.l. vlt. Dico,quod retractanda eſt ſentẽtia per in integrum reſtitutionẽ. Si vis dicere, quod per litteras illas, nulla iuriſdictio data fuit, tunc non eſt neceſſaria reſtitutio, quia ipſo iure nulla eſt ſententia;quod intelligas,ſi iudex eam ordinarius tulit,vt ſu. de ſent. et re iud.cũ I.et A.et C.ſi ex falſis inſtrũ.factũ.Io.

† reperto

Cap.4.Poſtulaſti.

Communem formam [a]) ſu. de prę̄b.cũ ſecũdum.li.3.

b *Beneficio*) Nomine enim beneficij intelligitur ſiue prę̄bẽda, ſiue aliud beneficiũ, vt.1.q.3.ex multis.

c *Competenter*) Iſtud competenter intelligas,ſecundum modum illius decretal.ſu. de præben.c.vlt.li.1.

d *Prouentib.*) De duobus quærebatur,ſcilicet de paterna hereditate,et de beneficio:de beneficio tantũ reſpondet.ergo etſi non faciat mentionẽ de paterna hereditate, tenent litteræ.arg.cõtra ſu.de præſump. nõne.li.1. Sed nõ eſt verũ,quia talis indigne petit beneficiũ eccleſiaſticũ, vt 16.q.1.cuemiã quidquid 12.q.1.illi autẽ.Itẽ quia ordinatus eſt ad certũ titulũ patrimonij,vt ſu. de præb. tuis. li. 3.ſed quid ſi modicũ habet beneficiũ, numquid tenetur facere mentionẽ illius? Videtur quod non, ex eo quod dicit de competenti beneficio.expreſſum videtur infra de cõceſ. præb.et eccleſ.nõ vacant.dilectus.lib.1.Item quia nõ nocet,ſi modica omittantur. D. de vent.inſpicien.l.1.in fine.Sed cõtra videtur, quia iſte,qui recipit modicũ ſtipendiũ,etiam eodem ſtipendio priuandus eſt.ſu. de prę̄b. c.vlt.li.1.Itẽ imputet ſibi,qui recipit modicũ;quia quemadmodũ eſt aſtrictus eccleſiæ ille,qui magnũ habet,ita hic , et quæret neceſſaria manibus.21.diſt.clericus.Dico,quod ſi per ſimplicitatẽ omiſit, non nocet in hoc caſu;ſecus ſi ſcienter,vt ſu. eodẽ ſuper. li.3. ſed quid ſi habens ſufficiens beneficiũ petit litteras de alio beneficio,nũquid tenent litteræ,ſi renuntiet priori?nõ,niſi tempore datæ renuntiaret.arg.ſu.eod.cauſa.li.2.et quia hic dicitur de vicaria,idem intellige,ſi habet aliquam poſſeſsionem ab eccleſia. arg. 16.q. 1.poſſeſsiones.

Cap.5. Nonnulli gratia.

A *D remotos* [a]) Nota,quod remotus dicitur qui eſt vltra duas dię̄tas, et proprie extra dioeceſim,et facit ad intentionẽ illius intelligẽdã,quod eſt extra 3.de elect.cũ inter. infra de electi.nihil eſt.ſunt autẽ duo notabilia cõtra illos,qui impetrant litteras extra prouinciã.vnũ,quod ſi voluerit pars impetrans procedere per litteras illas,poteſt excõmunicari a ſuo ordinario,vt extra 2.de offi. ord. ſignificauit.et aliud,quod ſi reo ab ſente nõ aderit ad terminũ ſibi præfixũ.perdit beneficiũ reſcripti,vt 3.q.3.P.quod fieri.Io.

b *Duas dietas*) Numquid intelligis hoc aut de vulgarib.dię̄tis,quæ habẽtur ſecundum conſuetudinẽ regionis,aut de legalib.ſecũdũ quod xx.milliaria cõputãtur pro die,vt. D. de verb.ſign.l.3.videtur, quod de vulgarib. quia nomina ex cõmuni vſu ſunt intelligẽda.vt extra 2.de ſpõſal.ex litteris.D.de ſuppellectili legata.Labeo.et cõſuetudo eſt optima legũ interpres.vt extra 3.de cõſuet.cum dilectus.et plusquã natura vocis.vt D. de legatis tertio.nõ aliter.D.eod.tit.vxori.in principio.De hac materia,et cõtra multa arg.inuenies,vt nota.12.diſt.illud. Dico intelligendũ de vulgarib.quia lex debet cõuenire conſuetudini regionis,vt diſt.4.erit autem.

c *Fecerint mentionem*) Vt ita ſcribatur , nõ obſtante tali cõſtitutione.ſic patet, quod reſcriptũ debet facere mentionẽ cõſtitutionis ad hoc,vt ei prę̄iudicet.vt extra 1.de ætat.et qual.cam te. Nec habet hic locũ illa regula, quod ſpeciale derogat generali,licet non faciat mentionẽ illius.vt extra 3. de reſcr. paſtoralis.Licet ita ſit in reſcriptis,ſed hic licet reſcriptum ſit ſpeciale,nõ tamen derogat cõſtitutioni,quæ eſt generalis.nec eſt hoc ideo, quin Papæ habeat bene notitiã huius conſtitutionis,ſed ideo quia Papas ignotę ſunt diſtãtiæ locorũ.ideo prę̄cipit,quod etiam ratione mãdati ſui nõ citetur ad remota loca. Io.

d *Suſcitare*) Per reſcriptũ Principis nõ poſſunt ſuſcitari lites finitę,vt C.de trãſ.cauſas. Immo tales a limine iudiciorũ expelluntur. vt C.ſententiam recte latã reſcindi non poſſe.l.vlt.Ioan.

e *Reſtringenda*) Sic de pænit.diſt.1.pœnę.D. de liber.et poſtum. cũ quidã. videtur ergo, quod in reſcriptis,quę actor impetrat,verba potius ſunt reſtringenda , quã amplianda.vt extra 3.de reſcr. cauſã. ſed in reſcriptis reor. verba ſunt amplianda.vt extra 3.eod.tit. olim.niſi ſit reſcriptũ indulgens beneficia. vt extra 3.de donat.cum dilectus. et eſt ſimile extra 3.de off.del.c.vlt.in fine.Io.

f *Speciali mandato*) Sic ergo generalis procurator non ſufficit ad impetrationem litterarum, quod eſt bene notãdum, ſicut requiritur ſpecialis procurator in tranſactione, et in integrũ reſtitutione. Sed nõne ratihabitio domini ſufficit ad hoc, vt litteræ incipiãt valere, quæ prius non valuerunt? vt. D. de iudicijs. licet. Itẽ litteræ, quæ primo nõ valerent, poſtea cõfirmantur, vt extra 3. de foro cõp. ex tranſmiſſa. Reſp. licet procuratio, quæ nulla eſt, poſſit ratificari, nõ tamen litteræ. Sed pone, quod vis reprobare litteras per alium impetratas, an incumbit tibi probatio, quod ſine mandato ſint impetratæ, an domino, quod mandauit? videtur, quod domino, ſicut neq. executor tenetur parere mandato iudicum, niſi probetur mandatum, vt extra 3. de offi. del. cũ in iure. qualiter enim poſſit aduerſarius probare, quod non eſſet ei mandatum, cum ſit pura negatiua. Præterea licet quis exhibeat litteras eccleſiæ, nõ tamen auditur, niſi probet mandatũ. vt extra 3. de paroch. coram. in principio. et generaliter traditur, quod quotiens dubitatur de mandato, mandatũ probandũ eſt, vel cauendum eſt de rato, vt C. de procurat. l. 1. Item numquid iubetur exhiberi cũ authentico libellus Papæ porrectus? vt 81. diſt. Maximianus. 7. q. 1. præſentium. Ad quid, niſi vt ſciatur, per quem fuit impetratum? nam forte per excõmunicatum ſunt impetratæ, et illæ non valent, vt ſu. de probat. c. 1. li. 3. nec obſtat, ſi dicatur, quod inſtrumentum apparet non vitioſum; ergo ſtandũ eſt ei, donec contrarium probetur, vt C. de edicto diui Hadriani l. vlt. Hic enim non impugnatur ſcriptura in hoc, quin verus ſit actor, et vera bulla, ſed tantũ dubitatur de mandato. Ad hoc poteſt dici, quod ſi ita cõtinetur in reſcripto: Conqueſtus eſt nobis talis procurator talis etc. et in eo caſu nõ tenetur probare mandatũ. Sed ſi continetur: Conqueſtus eſt nobis talis, cum ille nõ fuerit conqueſtus, ſed alius, qui dicit ſe fuiſſe procuratorẽ; quod tũc tenetur probare mandatũ. quia pleriq. fingunt ſe alios, et ſub nomine aliorũ impetrãt litteras. vel aliter, ſi litterę impetrãtur ad appellationem alicuius, tunc nõ tenetur probare mandatũ: nam non eſt credendum, quod quis ſit negligens in proſequendo appellationẽ, qui alias diligens eſt. arg. C. qui, et aduerſus quos l. 1. Si vero per ſimplicem querelam ſint litteræ impetratæ, tunc ſecus, niſi in litteris fiat mentio procurationis. Io.

g *Exigi*) Quæ illæ perſonæ ſint, dicitur D. de procuratorib. ſed et hæ. Io.

TIT. III. DE ELECTIONE.

Cap. 1. Coram dilecto.

IN *prouincia* a) Hic expreſſe habetur, quod ſoli, et omnes illi, qui ſunt in prouincia, ſunt vocandi ad electionem. et per hoc intelligas illud, infra eod. quia propter. in fine. vnde nõ tenet illud, quod dicitur de ſono campanæ, ſup. eod. in cauſis. li. 3. de hac materia plene inuenies. 7. q. 1. factus. Io.

Cap. 2. Bonę memorię.

EXpectare a) Sed nonne electio, quæ fit cõtemptis, qui intereſſe deberent, ipſo iure eſt irrita? vt ſu. eod. quod ſicut. et cap. vlt. li. 3. et ſupra de arbitris, cap. vlt. lib. 3. et 63. diſt. obeuntib. ergo non obſtante ea poteſt attẽptari alia, vt ſu. de appel. conſtitutis. li. 1. et infra de præb. dilecto. Cum enim a iure ſit reprobata talis electio, non eſt neceſſe adire iudicem pro ea caſſanda. D. de condic. inſtit. quæ ſub condicione. P. vlt. Pręterea cum vniuerſitas delinquit in eligendo, debuit electio deuolui ad illum, qui non deliquit. ſup. eod. bonæ. li. 3. ſu. de poſtulando. gratum. Dico, quod electio iſtor. non fuit nulla, ſed potius annullãda; et ideo, debuit expectari caſſatio ſuperioris. vnde et ſi iſte vnus habuiſſet ius eligendi; deliquit in hoc, quod voluit ſimul eſſe actor, et iudex præmiſſæ electionis, ut extra. 3. de conc. præb. et eccleſ. non vac. poſt electionem. et licet illi deliquerunt in eligendo, non tamen illud ius deuoluitur ad vnũ. tum quia vnus nõ conſtituit vniuerſitatẽ, vt probatur hic, et 65. diſt. ſi forte. et. D. de legat. 1. ſi grege. licet nomen vniuerſitatis dicatur in vno cõſtare. D. quod cuiuſq. vniuerſitatis. ſicut. in fine. tum quia non deuoluitur ius eligendi ad alios, niſi quando eligitur perſona ineligibilis, vt inf. eod. ſcriptũ. in fin. Io.

b *Tractatum*) Nota, quod caſſatur electio, de qua eſt habitus tractatus ante ſepulturam morientis. 79. diſt. nullus.

c *Multorum*) ſup. eod. quod ſicut. li. 3.

d *Arcere*) Generale enim eſt, quod ad citationem, quæ a iure reprobatur, non tenetur venire citatus, etiam vt alleget priuilegium, vt nota. 3. q. 2. ſi Epiſcopus. Io.

e *Conſenſu*) Non intelligas, quod ex illo priori cõſenſu eum poſſint eligere, cum ille fuerit illicitus, ſed potius ex nouo conſenſu de nuo cõuenientes in eũ. ſic ſu. de eo, qui duxit in matrimoniũ, quã pol. per adul. c. 1. ſic 63. diſt. quãta. D. de ſeruit. ruſt. pręd. recepit. Io.

Vel

f *Vel Archidiacon.*)Hoc dicto,non dat illis optionem eligendi, quem voluerint, ſed ordo verbor.oſtendit, quod per ordinē illum procedatur,vt primo examinent perſonam Archipresbyteri,et ſi ea fuerit reprobata,tunc examinent perſonam Archidiaconi. ſic 85.diſt. Florentinum. arg. bonum ad hoc,de conſecr.diſt.2.iuxta. Ordo enim in reſcriptis eſt cōſiderandus.ſupra de reſcr. cum dilectio.li.3.et hoc expreſſum eſt.D.ad Trebellianum.heredes.in fine.in authen.de hered.et Falcidia.P.inordinatum.Io.

Cap.3.Cum ad noſtram.

MOnachus [a])Hic habes expreſsū, quod clericus ſæcularis non poteſt eligi in Abbatem.ad idem facit ſupra eod. cū cauſam.li.3. arg. contra 16.q.1.presbyteros.Sed illud ibi ſoluitur et in hoc ipſi ſunt melioris condicionis,quam clerici:quia clerici eos eligūt ad ſua officia,vt 58.diſt.c.1.et 2.ſed ipſi nō eligunt clericos ad ſuas dignitates. arg. contra 28.q.1. omnis.2.q.7.ſicut.

b *Spem*)Principalem,8.q.1. ſicut in eccleſia.ſed licitum eſt alicui ſperare honores eccleſiaſticos, vt 61.diſt.quid proderit.Ioan.

c *Nullum robur*) Arg.quod licet aliquis habitus fuit pro electo, nihilominus detecto poſtea vitio electionis,omnia per ipſum facta caſſantur.arg.12.q.2.alienationes.25. q.1. omne.ſupra de hęreticis.fraternitatis.arg. cōtra.3.q.7.P.tria.Io.

Cap. 4. Officij tui.

IN continenti [a])Præſumitur aliquid, quod eſt in continenti ſecutum.31.q.1.ſi quis. et 50.diſt.ſi qua femina. quæ. n. in continenti fiunt,ineſſe videntur. D.ſi certum petatur. lecta.ſed ſi hæc eſt ratio,quare clericus non poſsit eligi in Abbatem,quia non eſt inſtructus in regula monachali;eadem ratione nec monachus poteſt eligi in Ep̄m, vel prælatū alicuius eccleſiæ,cū nō nouerit regulas clericorū,et multo tēpore debeat diſcere regulas clericorum, vt poſsit pręfici eccleſijs. vt 16. q.1.ſic viue.et c.ſi clericatus. quod concedo per iam dicta cap.Sed quid ſi peritus eſſet in regula monachorum,numquid tunc poſſet eligi in Abbatem,licet non eſſet monachus? Videtur,quod ſic. quia ratio conſtitutionis ceſſat in eo,vt 61.diſt. P. his omnibus. ſicut monachus peritus in regula clericali, poteſt eligi in Ep̄m per prædicta capitula.ſed non eſt ita,quia etſi ſciret regulam, non tamē eſt expertus in ea,nam graue eſt inexpertos diuinis obſequijs applicare.19.q.3.monaſterijs. Sed quare non poterat iſte poſtulari in Abbatem,cum laicus neſciens regulas clericales,poſtulatur in Ep̄m.61.diſt. Oſius. et poſtea per tres mēſes diſcere debet regulas clericales,vt in auth.de ſanctiſsimis Ep̄is. P. 2. Item eremita poſtulatur in Abbatē, vt ſup. eod.cum monaſteriū. lib.2. ſed ea ratio eſt, quia ſi laicus eſt peritus,non eſt in eo neceſſaria probatio habitus clericalis:ſed quicūq; ſit peritus clericus in regula monachali, adhuc eget probatione habitus monachalis,in quo.*.habitus monachalis conſiſtit.Io.

b *Competenter*)Per tres menſes. arg. extra 1.de ætat.et qual.præterea.et in auth.de ſanctiſsimis Ep̄is.P.2.

Cap.5.Illa cotidiana.

CAnonicam [a])Dicitur ergo electio canonica,licet fiat ab his,qui ſunt excōmunicati minori excommunione, quia minor excōmunicatio tantum priuat a ſacramentis. ſu. de excep.a nobis.lib.3.ſed nonne tales remouentur a legitimis actibus,ſcilicet a teſtimonio,et accuſatione;cum ſint in crimine conſtituti? vt ſu.de reſt.ſuper eo.li.1. ſic ergo a tēporalib.et legitimis.arg.qui fi.ſunt legit.per venerabilem.ſed non eſt ſimile. quia eligendo ius ſuum proſequitur,et nullus criminoſus remouetur a perſecutione ſui iuris, 4.q. 6.omnib. nam et in alijs ſpiritualib. actib. vides,quod licet clericus ſit ſuſpenſus quo ad ſe,nō tamē quoad alios. 1.q.1. ſacerdotes. Item quia excommunicatio non tranſit ad tertiam perſonam,vnde non contaminatur per ſecundam electa.Item quia periculoſum eſſet hoc eccleſiæ,quia pauci inueniuntur ſine mortali.50.diſt.quia tua.et ſic omnes electiones periculoſæ eſſent.Sed quid ſi ipſe clericus †eſt minori excōmunicatione notatus, numquid caſſabitur eius electio? nō videtur. quia Iſaias adhuc peccator fuit electus ad prædicādum.8.q.1.in ſcripturis.et Ezechiel, diſt.50.quid eſt.et ſi aliquis recipiat ordinē, qui eſt in crimine non enormi, aſſecutionē ordinis retinet.68.diſt.ſicut. Ad idem facit, ſu.de conſtit.ſicut.lib.3.ſu.de tempor.ordin. c.2.li.3.ſed contra.11.diſt.c.1.71.diſt. cunctis qui or.Io.

† electus forte

Cap.6.Scriptum eſt.

REncatum [a])ſine aliquo interuallo,vt extra de teſt.cog.c.vlt.

b *Nati fuerunt*)ſic ſu.de præſum.quoſdā. et ſu.de electi.poſtquam lib.1.

c *Per alios*)Qualiter aliquis per procuratorem poſsit eligere,dicam infra eod.quia. Ioan.

d *Duplo maior*) Hic habes, quod ſemper electores præferuntur poſtulantibus; niſi duplo plures ſint in poſtulatione. Sed videtur, quod minima pars eligentium præferenda ſit quamquam † magnę parti poſtulantium: quia poſtulantes ſoli gratiæ innituntur,et nõ iuri,vt ſupra de poſtul. bonæ.Sed eligentes,et electus iuri innituntur. Reſp.non ſequitur.nam patronus laicus in pręſentando ſoli gratiæ innititur,ut 16.q.7. de trinitatis.† vnde gratia fit poſtulato,ſi admittatur;iniuria fit,ſi expellatur.D.de aqua cotidi.et ęſt.l. penul.ideo autem ſtatur hic iudicio duarum partium,quia quod duę partes faciunt, vniuerſitas facit.ſupra de elect. cum nobis li.3.et ſecundum hanc decretalem intellige,quod dicit decretalis, quod in magna diſcordia non conſueuit admitti poſtulatio.ſupra de poſtul. bonę. li.3. Item aliud notabis, quod cum in electione maior numerus ſit ex vna parte, quam ex altera, non habetur reſpectus ad merita perſonæ, vel ad zelum eligentium, vt ſupra eod. dudum.li.3.et ſupra de appel. conſtitutus. Sed ſi numerus canonicorum excederet in modico,tunc curreretur ad meritum, et ad zelum.ſupra de teſtib.in noſtra. De hac materia nota.plene 63.diſt.c.vlt.

† cuiq. forte.

† decer[nimini] forte

e *Indigna*) Quæ tamen per ignorantiam eſt electa.

f *præſumptione*)ideſt,ex certa ſciẽtia.vt ſupra eod.innotuit.li.3.ſed qualiter potuit iſte prælatus eſſe dignus Archiepãtu, et indignus Patriarchatu,et tunc a Papa iudicatus fuit dignus,cum confirmauit eum in Archiepm, quia denuo iudicat de morib.ſuis?contra illud.17.q.4.P. qui autem.infra de ætat. et qual.accepimus. Reſp. quia licet inquiri de indignitate ſuperueniente poſtea.vel dic, quod licet diſpenſatum fuerit cum eo in minori dignitate,non tamen in maiori. ut 17. diſt.conſuetudinem.

Cap. 7. Ad noſtram.

P*Otior nominanda*[a]) Dicitur autem illa pars potior,quæ maiori ratione nititur, vt 40.diſt.multi in fine.Illa tamen ratio nõ habet locum,vbi numerus longe maior eſt ex vna parte,quã ex alia, vt dixi ſupra cap. proximo.Ioan.

b *Per ipſam inſpectionem*) Nota,quod per aſpectum corporis probatur conueniens ætas regimini. item per aſpectum probatur virginitas.27.q.1.nec aliqua.Item pubertas, ſupra de deſp.impub.manifeſtum.li.2.Item atrox iniuria,vt D.de pœnis l.2.Item ſuſpectus,qui fuerit in ędificio.† C.de admin.tut. lex.in fine.Item fines agrorum,et Epiſcopatuum.ut 16.q.4.inter.D.finium reg.l. ſi irruptione.Item ętas,quantum ad petendam reſtitutionem.D. de minor. minor aſpectu.et melius probatur res oculata fide, quam per aures.vt inſt.de gradib. P. item conſobrini. Sed in liberatione a tutela reprobatur aſpectus corporis.D.quando tut.vel cur.eſſe deſinãt.indecorum.Item habes hic, quod ſenectus impedit promouendum.86.diſt.Florẽtini.Sed non dicit promotum. 7.q.1.petiſti. et videtur,quod ætas ſeptuagenaria repellit ab electione ſicut a tutela.vt C. qui ætate. l. vn.ſicut ab alijs ciuilib.munerib.D.de vacat. muner.maiores.et 4.q.3. multa. * vel etiam ſexagenaria,ſicut repellit ab operatione filior.carnalium.vt D.de adopt.ſi pater.P.primo.ergo et ſpiritualium.Sed hic non reſpicitur ætas,ſed potius corporis debilitas.Ioã.

† officio forte

Cap.8. Ne pro defectu.

C*Athedralis*[a])In cathedrali idem fuit ſecundum antiqua iura,vt 50. diſt. poſtquam.Et alij tres dantur ad cõſecrationem petendam,vt 100.diſt.contra morem.

b *Regularis*)ſic videtur,quod canon Lateranenſis hodie nõ† extenditur ad regulares pręlaturas; cum Epiſcopatus, et regulares prælaturæ hic æquiparentur. et ſecundum hoc interpretanda eſt decretalis extra. 3. de conc. præbe. non uac. dilectus. Quidam tamen dicunt illam decretalem corrigi per hanc,quæ hic ſequitur.

† al. ſi ne non

c *Impedimento*)Ita patet,quod non currit præſcriptio contra canonicos,ſi ex cauſa differant electionem,vt 28.diſt.de Syracuſanę. et 61.diſt.bene.et extra.3.de conc. præb. nõ vacant.quoniam diuerſitatem.C.de inoffic. teſt.contra.D.ex quib.cauſ.maiores.l.quod quidam.Io.

d *Ea uice*)Qualiter illud verbum exponatur,conſueuit notari extra 3.eod. tit. cum Wintonienſis.

e *Ipſius*)Hic præcipitur metropolitano,vt de eadem eccleſia eligat.Sed nonne ad metropolitanum deuoluitur idem ius, quod habuit capitulum?ſed capitulum poterat elegiſſe extraneum,vt extra 3. de elect. cũ nobis. ergo et metropolitanus. Ego credo, quod

quod capitulum non poteſt de iure eligere alium, quamdiu eſt dignus inter eos, vt hic patet, et 61. diſt. obitum. et c. nullus. et 18. q. 2. quam ſit. Si tamen omnes conuenerunt in extraneum, tenet electio, licet ipſi peccauerint eligendo; tamen propter tale delictum non caſſatur electio, quemadmodum ſi omnes, vel maior pars eligerent minus idoneũ, cum tamen inueniretur ibi magis idoneus; licet delinquerent in eligendo, tamen teneret electio, vt extra 3. eod. dudum. Si tamen duo ex eis eligerent de eadem eccleſia, et omnes alij de altera; hic crederem præualere electionem paucorum. quia cum iſti iuſtiori ratione moueantur, pars eorum maior dicitur, vt 40. diſt. multi. in fi. et arg. 31. diſt. Nicæna. et 4. q. 3. P. 2. et extra. 1. de his, quę fiũt a mai. par. cap. c. vn. nec obſtat extra. 3. eod. cum nobis, et cum inter. quia ibi nullus ex altera parte fuit electus. Sed quid ſi omnes pręter vnum conſentiunt in extraneum? certũ eſt, quod ille ſe nõ poteſt eligere, vt extra 3. de iure patron. per veſtras. nec etiam aliũ ex capitulo ſuo, quia quilibet eorum conſenſit in extraneum. Ergo ille, quem elegerant? non poſſet conſentire in ſe ipſum, quia in duos non poteſt quis cõſentire. Sed ad hoc, vt teneat electio, oportet, vt in ſe conſentiat, vt extra 3. de elect. cum inter. in fine. et ſic patet hic, quod ius vniuerſitatis non conſiſtit hic in vno. licet poſsit conſiſtere in duobus, quod concedo. vnde ſi omnes canonici mortui eſſent præter vnum, extincta eſſet vniuerſitas. vt probatur 65. diſt. ſi forte. et ſupra eod. bonæ. et D. de legat. 2. ſi grege. nec obſtat D. quod cuiuſq. vniuerſitatis. ſicut. vbi dicitur, quod nomen vniuerſitatis ſtat in vno. hoc verum eſt, quãtum ad hoc, quod conuenire, et conueniri poteſt nomine vniuerſitatis. Sed obicitur, quare dicitur hic, quod metropolitanus eliget de eadem eccleſia, cum omnes iſti ex delicto ſuo perdiderũt ius eligendi? Reſp. perdiderunt ius eligendi actiue, ſed non paſsiue. Sed ſi deliquiſſent in eligendo, tunc perdidiſſent actiue, et paſsiue. ideſt, quod nec eligere, neq. eligi poſſent, cũ ſit quilibet ſuſpenſus a beneficio, vt extra. 2. de elect. cum in cunctis. Io.

Cap. 9. Quia propter,

V *Iduatis* [a]) Per hoc patet, quod loquitur tantum de electione prælatorum, † non canonicorum. Sed nũquid extenditur iſtud ad omnes dignitates, et ad decanatus, et præpoſitatus, ſic ad omnes, quæ non ſunt cathedrales? Sed in cathedralibus non videtur, quia illa non dicitur viduata, cum habeat Epm. Videtur tamen tantum ad Epatus, et ad regulares prælaturas debere artari, vt ſupra eod. ne pro defectu. Io.

† Eporum

b *Et volunt*) Extra 3. eod. cum inter.

c *De collegio*) Nõne hic videtur dari occaſio diſcordiæ? cum facilius ſit concordari in vnam perſonam, ſiue conuenire, quam in tres? et ſi canonici diſcordant in eligendo iſtos tres, a quo † inquiretur de votis, et zelo, et numero eligẽtium, ſicut in electione Epi? Præterea ſi illi tres electi nominant vnam perſonam, adhuc ſupereſt vetus quæſtio, an illa pars, quæ illum nominauit, ſit maior, ſaniorq. et ſic eadem reſtat quæſtio, ac ſi ipſimet elegiſſent, et tum maior circuitus? Ad hoc dico, quod hæc eſt cauſa ſtatuti, quia quidam timore, vel fauore non ita cito nominarent aliquem in publico, ſicut occulte. Item alia ratione, quia conſueuerunt aliqui quandoq. eligere, et ſtatim appellare, ne alter eligeretur; et volebant, quod poſt talem electionem non caſſatam, non procederetur ad alteram, vt extra. 1. de elect. conſideraui mus. Tali diſcordię, ſiue cauillationi modo eſt ianua præcluſa. Ioan.

† a quo

d *Qui ſecreto*) Forte per iuramentum, vt ſupra eod. ad noſtram.

e *Obſtaculo*) Cum non habeat ante locũ appellatio, ergo conſenſus talis non poteſt variari ante publicationem, nec poſt. arg. cõtra, ſupra eod. cum inter. in fine.

f *Collatione habita*) vt videatur, quę pars ſit maior. non intelligas de collatione numeri cum zelo, vel cum numero clericorum; quia illa collatio non fit, niſi vbi in modico excedit numerus vnus alium, vt dixi ſupra cod. bonæ.

g *Contra præſcriptæ*) ſed quid ſi commiſſum eſſet vni tantum? hoc eſſet contra formam. Sed quid ſi aliquid eſſet additum huic formæ? nec illud eſſet contra, quia qui plus facit, non facit contra. D. de ſeruit. vrban. prædior. ſi arborem.

h *In loco*) ſed quis eſt locus ille, a quo deberet euocari? ſi ſunt ita remoti, ſicut eſt a Capua vſq. ad Panormum, non vocantur, vt extra. 3. eod. cum inter. Sed a tanto loco, quantum eſt a Mediolano vſq. ad Ianuam, vocãtur. vt 63. diſt. quantum. Dico, quod vnde poſſunt cõmode vocari, inde ſunt vocandi. vt extra. 3. de elect. quod ſicut. Si quæras, quis locus dicatur commodus? reſp. ille qui

†ad al. eſt vltra † duas dietas extra dioeceſim, vt ſu. de reſcr. nonnulli. vel dic, quod ille locus dicitur commodus, qui eſt a Roma vſq. ad finem Italiæ. vt infra eod. nihil eſt. Vel dic, quod in talib. conſideranda eſt conſuetudo eccleſiæ. vt extra 3. eod. cum inter. Vnde quandoq. inuenimus abſentes non eſſe vocandos. vt extra 3. de ſent. et re iud. c. 2. et varie loquuntur iura de illa materia, prout notaui. 7. q. 1. factus. ſed hæc quæſtio ſoluitur ſup. eod. c. 1. Io.

i *Venire*) Sed quare citantur, ſi nō poſſunt venire? videtur, quod dicta electio facta eis abſentib. deberet tenere. Reſp. non eſt verū, quia ſemper citandi ſunt, ſiue non poſſint, ſiue noluerint intereſſe, dum tamen ſine periculo poſſint citari. vt extra 3. eod. quodlicet et intelligo illum non poſſe venire, qui propter timorem, quem habet in ciuitate non poteſt venire. vt extra 3. eod. bonæ memoriæ. et cap. magiſter. † vel etiam propter ægritudinem non poteſt intereſſe. vt 5. q. 3. ſi ægrotās. vel ſi vocetur ad maius tribunal. vt D. de re iud. cōtra. ſed numquid procurator iſte habebit duplicem vocem in electione? videtur, quod ſic. vt extra 3. de ſenten. excō. c. 2. in principio. et extra 3. eod. in cauſis. ſi enim ſua vox non numeraretur pro duab. quid prodeſſet ei committere vices, ex quo non augeret numerum. alioquin ſequeretur inconueniens; ſi omnes canonici præter vnū committerent alicui vices ſuas, et ille vnus commiſit alij vices ſuas: quod tantum valeret vox illius, qui recepit vices vnius, ſicut qui recepit vices omnium. Præterea ſi illius vox non valeret voces plurium, eadem ratione ſi vnus committeret vices ſuas pluribus, illorum plurium voces plus valerent, quam vox vnius. quod patet falſum. vt infra eod. † licet extra 3. de reſcr. paſtoralis. D. de condi. et demonſtr. cui fundus. Sed certe hoc dicto videtur ſequi incōueniens, quia et ſi aliquis centies exprimeret hæc verba, conſentio in iſtum, cum non eſſet ibi, niſi vnicus conſenſus, ergo eſſet tantum vna electio. Præterea quare ſtatur tantum electioni maioris partis, niſi quia per plures melius veritas diſquiritur, quā per pauciores. vt 64. diſt. c. extra. C. de fidei com. l. vlt. extra. 2. de off. del. prudentiam. Sed certum eſt, quod ſi vnus gerit vicem vnius tantum, et alter gerat aliorum omnium vicem, non melius inquiritur veritas per illum, qui vice omnium, quam per illum qui vice vnius cognoſcit, ſi ſunt æque diſcreti. et ſic nec zelus, nec ratio potius facit vnam electionem tenere, quam alterā. Ad hoc dico, quod ſi taliter eſt conſtitutus procurator, qui exprimat cōſenſum abſentis circa aliquam perſonā; planū eſt, nec iſte tunc eſt verus procurator, ſed nuntius. quod ſi aliter committit ſibi vices ſuas, vt quidquid fecerit, ratum habeat; in eo caſu non eſt intelligibile, qualiter per vnam animam poſſit exprimere plures conſenſus. ſi enim diceres ſic exprimi plures conſenſus primo dicēdo, conſentio in talem nomine meo; et ſecūdo dicendo, conſentio in eum nomine illius, qui mihi delegauit; et ſic ſimul, et ſemel conſentiret in diuerſos; quod eſt impoſsibile. tamen licet ſubtilitas refragetur, poteſt ſecundum pinguem intellectum dici, ex quo vnus gerit vicem plurium, quam alter, quod præualet electio illius. Eadem obiectio poteſt fieri, ſi vnus iudex committit alij vicem ſuā. et eſt arg. ad hoc. D. de aſsig. libert. l. 1. in fine. et l. ſequenti. et D. de operis liber. ſi libertus. in fine. Io.

†Magnus. al.

†de probation. al.

k *Vni committat*) Sed quid ſi nullus vult recipere vices eius, cum ad hoc non poſſet cogi, numquid ſi alij committeret, teneret electio? non, quia auctoritate huius canonis poteſt committere. et ille tenetur recipere. ſicuti habetur ſu. eod. tit. ſcriptum eſt.

l *Clandeſtinas*) Quae fiunt per ſecreta cōuenticula. vt 79. diſt. c. 2.

Cap. 10. Quiſquis.

E *Tinteligibilis* [a]) Propter hoc verbū fiat, quod eſt futuri temporis, videtur, quod non ipſo iure, ſed per ſententiam fiat ſuſpenſus, et facit ad hoc extra. 1. de iure patr. præterea. Videtur tamen ex eo, quod ſequitur, ipſo iure etc. quod ipſo iure ſit ſuſpenſus, et per id, quod legitur 16. q. 7. ſi quis deinceps. tamen per illum canonem, ſi quis deinceps, non eſt ſuſpenſus, niſi quouſq. pænitet. et qui ſic eſt ſuſpenſus, ſicut per ſuum factum ſuſpenditur, ſic per actionem contrariam reſtituitur. vt 15. q. 6. nos ſanctorum. et 81. diſt. ſiquis amodo. Sed numquid Eps poterit diſpenſare circa tales? ſatis credo, quod ſic. ex eo, quod ſibi legiſlator non reſeruauit diſpēſationem. vt extra 3. de ſent. excō. nuper. maxime cum hoc delictum ſit minus adulterio. extra. 1. de iudic. at ſi clerici. Io.

Cap. 11. Nihil eſt.

C *Arrat* [a]) Variæ pœnæ ſtatuuntur a canonib. circa illos, qui illicite promouentur

†promo-uent tur,† vel etiam indignos promouent. quoniam.† inuenitur,quod priuantur poteſtate conferendi illum ordinem,quem illicite contulerunt,vt 1.q.1.ſi qui Epi.36. diſt. qui eccleſiaſticis.et 50.diſt.ex pænitentib.quãdoq. ſuſpenditur a celebratione miſſæ per annũ. vt 55.diſt.nullus.quandoq.deponitur,vt 64. diſt.c.vlt.et 51.diſt.cap.1. Hic autem ſtatuitur pœna circa illos, qui indignos beneficiant.

†quandoq.

b *Vltra Italiam*) Licet fines Italiæ non vbiq.diſtant a Roma æqualiter:tamẽ omnes dicuntur hic valde remoti.quandoq. dicuntur remoti vltra duas diætas extra dioeceſim.ſu.de reſcr.nonnulli. et ſic propter diſtantiam ſtatuitur aliquid,quod alias illicitũ eſſet.ſic 63.diſt.cum longe.et extra.3.de dolo,et cont.c.vlt.

c *Adminiſtrent*) In tribus reperio,quod ex ſola electione habetur ius adminiſtrandi. in exemptis,qui ſunt vltra Italiam,vt hic;et in Archiepis trãſmontanis,vt extra 3. de elect. quod ſicut.et in Romano Pontifice, vt 23. diſt.in nomine.Sed quid ſi ſuffraganeus aliquis valde remotus eſt a ſuo metropolitano, numquid eo modo ratione remotionis poterit miniſtrare?videtur, quod ſic, ne ſi nimia ſubtilitate circa res eccleſiarum laboremus, res ipſarũ in medio depereant.vt C.de verb. ſig.cum quidam.circa finem.et ſic iſta ſubtilitas eis in perniciem verteretur.vt C.ad Trebellianum.l.pen.Secus tamen videtur, quia cum iſtud hic diſpenſatiue ſtatuatur, vt hic dicitur,diſpenſatio non eſt trahenda ad ſimilia.vt extra.3.de ſent.et re iud.in cauſis. 56. diſt. Cenomanenſem. nec excuſat hic periculum aliquod,vt extra.3. de mai.et ob. c.1. Sed pone,quod ille,qui ſic adminiſtrat, poſtea tempore confirmationis,cum non reperitur idoneus,caſſatur eius electio,numquid ea,quæ medio tempore fecit, caſſanda ſunt? videtur,quod ſic.extra.1.de hæreti. fraternitatis.12.q.2.alienationes.24.diſt.cap.vlt.arg. contra extra.1.de iure patr.ex litteris. extra 3.de elect.querelam.3.q.7.P.verum in principio.D.de procur.ſi procuratorem. in fine. Dico,quod quidquid fecit circa ſpiritalia,illud ratum habebitur.Similiter quidquid in temporalib.fecit recipiendo,non autem dando,vt.D.ſi certum petatur. eius qui.et 1.q.1. ſi qui a ſimoniacis. et hoc innuitur hic.Io.

TIT. IV. DE VSV, ET ACTIONE PALLII.

Cap.vn.Cum ſis.

Neceſſitas[a]) Alias contra, licet quidam dixerit,quod conſecrato maiori altari eſſent omnia alia conſecrata,ſi digito demõſtrentur.arg.D.de adquir. poſſ. quod meo. P.ſi venditorem.C.de natur.liber.ſi quis habens.et authent.ibi poſi.Io.

b *Vbicumq.*) Hic videtur,quod Archiepis vltra prouinciam poſsit vti pallio,vbicumq. fuerit,ſicut Proconſul ſuis inſignijs vbiq.vtitur,vt.D.de ofi.Procon.l.1.ſed contra ſup. eod.cum ſuper.li.2.Item contra.ſu.e.ex tuarum.li.3.ſed exponas iſtud ſecundum per illud,ſcilicet vt poſsit habere extra prouinciã ſi ei permittatur a dioeceſano.Io.

TIT. V. DE RENVNTIATIONE.

Cap.vn.Quidam cedẽdi.

Cum inſtantia[a]) Ex eo, quod perſeuerant in petẽdo,magis præſumitur cõtra eos, vt de pænit.diſt. 1. diuortium. C. ad Vel. ſi mulier.in fine.D.de quæſt.l.1.P.diuus.

b *Compellendos*) Nota,quod aliquis cogitur renuntiare eo ipſo,quod petit inſtanter, vt liceat ei cedere.Secundum leges tamen re integra recuperãtur bona, quib.quis ceſsit, vt.D.de ceſ.bonor. is,qui. Sed hoc ideo eſt, ne illudatur Papæ.ſicut vides,quod cum poſtulatio præſentata eſt Papæ, quod non poteſt ab ea recedi,ne ſic illudatur, vt extra.3. de poſtul.bonæ.Io.

TIT. VI. DE SVPPLENDA NEGLIgentia Prælatorum.

Cap.1. Licet dilecti.

Notitia[a]) Hic optime habes, quod a tempore ſcientiæ computatur tempus præfixum electioni,ſic ſu.de conc.præb.nõ vac.quoniam.et ex parte.li.3.arg. tamen eſt, quod currit hoc a tempore,quo ſcire potuit. vt.D.quis ordo in bonor.poſſ.ſeruet.l. vlt. arg.contra D.de petit.hered.item veniunt. P.petitam.

b *Imperatis*) Hic euacuatur opinio doctorum,qui dicunt, quod mora poſsit purgari in electione.nam hic dicitur,quod nulla eſt facta poſt ſex menſes. ſic infra de præb.dilecto.non obſtat infra e. cap. prox. quia illud eſt tolerantia.

Cap.2.Per litteras.

De patientia[a]) Non ergo de iure communi,vt ſu.c.prox.

TIT.

TIT. VII. DE TEMPORIB. ORDINANDORVM.

Cap.vn. Dilectus filius.

AD ſolum [a]) Abbas tamen in hoc caſu diſpenſat cum monacho. vt ſu. de eo, qui ordin. furt. ſuſcep. cũ hoc. hic exprimitur caſus, vbi Epis prohibita eſt diſpenſatio, alios caſus notaui. 50. diſt. miror. et 1. q. 7. niſi.

b *Variauit*) Sic ſu. de accuſ. ſuper his. ſupr. vt eccleſi. ben. vt noſtrum. et de conc. præb. non vac. poſt electionem. li. 3. ſu. de præſum. cap. 1. li. 3.

TIT. VIII. DE QVALITATE ORDINANDORVM.

Cap. 1. Cum contingat.

STnodo [a]) 69. diſt. quoniam.

b *Abbati*) Hoc idem poteſt electus in Abbatem, ſi Eps eum differat benedicere. vt ſu. de ſuppl. negl. præl. ſtatuimus. li. 2. ordo, qui ſic cõfertur, appellatur pſalmiſtatus: tamen vbi agitur de ſingulis ordinib. nihil de hoc agitur, vt 93. diſt. a ſubdiacono. et 78. diſt. illud. vnde quidam dixerunt non eſſe ordinationem. ſed eorum opinio corrigitur hic.

Cap. 2. Intelleximus.

IN *canone* [a]) 19. q. 3. mandamus.

b *Circa curam*) Hic videtur, quod ſi aliquis tranſit ad ſtrictiorem vitam, ſine licentia Prioris, vel Abbatis ſui; quod reuocandus ſit ad priorem eccleſiam. ſed videtur obſtare ſu. de regul. licet. li. 3. ſed poteſt intelligi, quod hic dicitur, quando leuitatis cauſa trãſibit, ſecundum quod intelligi conuenit ille canon. 19. q. 3. mandamus. alias dicatur, quod iſte fuerat tantum in habitu probationis; vel locus ille, quem intrauit, fuit laxioris regulæ, quam prior locus. vel dic, quod ſi aliquis petita licentia licet non obtenta, tranſit ad ſtrictiorem regulam; quod tunc non poteſt reuerti ad priorem locum. et ſic loquitur illa decretalis licet. ſed ſi nullo modo petijt licentiam, tunc redire cogetur, et ita hic loquitur. Io.

Cap. 3. Accepimus.

EXceptiones [a]) Nota, quod qui ordinauit aliquem, poſtea non poteſt ei vel irregularitatem obicere, vel crimẽ aliquod, niſi ex cauſa ſuperueniente. ſic nec elector contra electum. 8. q. 2. dilectiſsimi. et eſt ſimile. 4. q. 3. ſi quis teſtib. ſic ſu. de conc. præb. non vac. cum pro cõqueſtione. in fine. li. 3. ſic 28. diſt. diaconi. et ſu. de cleric. coniu. diuerſis. li. 3. Io.

b *Reputare*) Nota, quod qui reputatus eſt dignus una dignitate, ſi poſtea eligitur ad alteram, tunc reputabitur dignus, ſic 74. diſt. geſta. arg. contra. 12. diſt. nos cõſuetudinem. et D. de ſuſpect. tutor. l. 3. P. quæri poteſt. vbi dicitur, quod ſi aliquis prius fuit tutor alicuius, deinde factus eſt curator eiuſdem; remoueri poteſt, tamquam ſuſpectus ob ea, quæ fecit in tutela. Item quid dices, ſi aliquis regularis, vel criminoſus toleratus eſt in officio ſacerdotali, numquid ſi talis eligitur in dignitatem, poteſt excipi contra illum ab illis, qui eum tolerauerunt in officio ſacerdotali? videtur hic, quod non, quia qui eum reputauerunt dignum ordine, et beneficio reputabunt dignum. arg. ſu. de accuſ. nulli. et de ſent. excom. in præſentiã. li. 3. et D. de liber. cauſa. qui ſciens. ſicut nec vir poteſt accuſare mores, quos vxor habuit ante matrimonium. D. de adult. ſi vxor. in fine. quod concedo. ſed iudex ſuo officio poteſt inquirere de talibus. vt 2. q. 7. quærendũ. D. de poſtul. quos prohibet. nam ubi aduerſarius repellitur ab agendo, iudex ex ſuo officio cognoſcet. ſu. de appel. conſtitutus. in fine. li. 3. D. de adult. l. 1. P. ſi publico. D. de petit. her. l. vlt. Io.

c *Examinari*) Intelligo tamen, quod in eo caſu permittatur Epo examinatio, ſiue exceptio; quando non per ſe examinauit, ſed per Archidiaconum. ſu. de off. Arch. ad hoc. et ita patet, quod ſæpius examinatur eadem perſona. vt 2. q. 1. votum. et q. 5 Menam. arg. contra ſu. de off. leg. licet. li. 3. & D. nautæ. caupones. licet.

d *Parochialib.*) Vel etiam in vicaria, quia illa nomine beneficij intelligitur. vt ſup. de reſcr. poſtulaſti. li. eo.

e *Exceptiones*) nam exceptio admittenda eſt, quantumcumq. abſolute ſcribatur. ſu. de off. del. ex parte. li. 1.

Cap. 4. Cum ſit ars.

PEr *alios* [a]) Per clericos ex latere ſuo miſſos, vt 24. diſt. quando. Io.

b *Deprehendi*) Nota, quod eo ipſo, quod ordinatus apparet indignus, et ordinans ſimiliter. vt 81. diſt. tantis. in fine. nec enim poteſt prælatus ignorare vitium ſubditi. vt extra 1. de reg. iur. quam ius. extra 3. de elect. inno-

innotuit.et arg.C.de reſcin.vẽdit. quiſquis. ſed hoc verum eſt,cum ipſemet ,ſecus ſi per alios examinat.ut 24.diſt.quando.Io.

TIT.IX.DE FILIIS PRESBYT.

Cap. vn. Ad abolendam.

S*Purij*[a])Videtur ergo,quod legitimi poſſunt,vt extra.2.eo.ad hæc.Sic extra.3.de vita et hon.cler.ad decorem.

TIT.X. DE BIGAMIS.

Cap.vn.Quia circa.

B*Igamie*[a])Sed nõne contrarium eſt.ſu.de big.nuper.lib.3.ſed ibi loquitur in eo caſu,quando utraq.fuit ſollemniter ducta, hic non.

TIT.XI.DE OFFICIO ARCHID.

Cap.1.Ad hoc nos.

B*Eati Iſidori*[a]) Quæ habentur 25.diſt. perlectis.
b *Epiſcopi vicarius*)ſu.de off.vic.c.2.
c *Noſtra conſtitutione*)infra eod.vt noſtrum.
d *Examinentur*) Alibi dicitur, quod iſtud eſt officium ſacerdotum,vt 24.diſt.quando. Videtur ergo, quod Ep̃s nõ ſit puniendus, quia promouet indignum,ſed potius Archidiaconus. arg. ad hoc 54.diſt. ſi ſeruus. Sed non eſt ita,quia Ep̃s tenetur de facto Archidiaconi,ſicut exercitor de facto magiſtri.vt D.de exercitatoria.l.1.P.magiſtrum. Niſi idoneus Archidiaconus habebatur, vt non eſſet veriſſimile ipſum mentiri. vt infra de pign.ſignificante.li.e.ſecundum hoc ſi talis ordinatur ſine titulo Ep̃o ignorante, Archidiaconus prouidebit ei in ſtipendio , non Ep̃s.Sed ſi Archidiaconus non eſt ſoluendo , in ſubſidium habet recurſum contra Epiſcopum.et hoc ideo quia Epiſcopo adhuc eſt reſeruatum ius examinandi tales. ut ſu.de qual.ord.accepimus.Io.
e *Imperialis*)65.diſt.Archiep̃s.et C.de auct. præſt.l.ul.Io.

Cap.2. Significaſti.

L*Itteras ſuas*[a])Hic habes, quod Archidiaconus non poteſt dare litteras commendaticias,ſed ſolus Ep̃s poteſt,et commendaticias,et formatas,vt 71.diſt.extraneo. de cõſecr.diſt.5.nõ oportet.68. diſt.quamuis. Io.

Cap.3. Vt noſtrum.

V*T noſtrum*[a])Hoc capitulum eſt pars illius,quod eſt ſu.ut eccl. benef. vt noſtrum.lib.3.

TIT.XII.DE OFFIC.IVD.DELEGATI.

Cap. 1. Cum olim.

D*Uobus*[a])Sed qualiter potuit iſte ex bino actu Ep̃i conſequi ius,cum nec trinus actus ius tribuat.ut ſu.de cauſ.poſſ. cum eccleſia.ſed tantum quadruplex.ut C. de ſeruit.l.vlt.ſed iſtud ſpeciale eſt circa ius eligẽdi,et circa ius præſentandi,ut aliquis conſequatur ius,ſi ipſe eligens , uel præſentans fuerit ante in quieta poſſeſsione.ut ſu.de iure patr.conſultationibus.li.3. ſu. de iureiur. cum proponas.li.3.et ſic conſequitur dominium ab eo,qui non eſt dominus.et ſufficit huic electo,vel præſentato tantum in poſſeſſorio obtinere ad hoc,vt verum ius ſit conſecutus.Io.
b *Recuſare*)Nota,quod ſi procurator tuus tibi impetrauerit iudices,ipſe eos nõ poteſt recuſare. De hoc non eſt dubium, quod ſi quis petit iudices,ipſe non poteſt recuſare. ut ſu.de off.del.ſuper quęſtionum.li. 3. ſed mirum videtur, quod factum procuratoris ignoranti domino noceat ,contra id , quod eſt.ſu.eo.c.vlt.li.3.cum ſcriptum ſit, quod ignorantis domini cõdicio,deterior per procuratorem fieri non poteſt.D.de procur. ignorantis.Item quia contumacia procuratoris obeſt domino.D.ſi quis.ius dic.non obtemp.l.1.P.ſi procurator. nec ſcientia eius nocet domino ignoranti.D.de liber. cauſ.in ſeruo.nec delictum eius.in auth.de eccl.tit. P.ſi quis in ſeruo.nec dolus eius.D.de exceptione doli.ſi procurator.Sed licet † omnia non proficiunt,quia confeſsio procuratoris nocet domino ignoranti.vt ſu.de ſent.ſuborta.in principio.li.3.et ſu.de poſtul.ad hoc. et eius taciturnitas.vt 2.q.6.P.biduum.cum ſi aduerſus.et ſu.de appel.ſæpe in principio. li.3.et eius negligentia.vt ſu.de in integ.reſt. cum veniſſent.in fine.et quod dolus procuratoris noceat,habes D.de tribut. procuratoris . et quod dominus punitur propter contumaciam procuratoris . habes C. li.12.de excuſat. milit. ann. in executione .et argumen.ſupra, vt lite non conteſt. ad hoc,

† *hec forte*

ad hoc.li.3.et generaliter factum procuratoris nocet domino, niſi procurator egrediatur fines mãdati.licet male procuret negotium domini ſui, valet, quod fit per eum; ſed ipſe procurator tenetur domino actione mandati.vt C.de procurator.ſi procurator.imputet ergo ſibi, qui malum procuratorem elegit. vt D.de minorib. cum mandato. nam cum proſit domino, ſi procurator etiam iniuſte obtinuit, vt D.de procurat.qui proprio. P. procurator vt in ceteris.ſic et nocere ei debet factum eius.mirum tamen hic videtur, quod factum procuratoris, in hoc caſu domino noceat, et hic non poſsit dominus recurſum habere contra procuratorem; cum quantum ad iſtud intelligatur non ſoluendo.vnde non debet ei nocere factum procuratoris. vt D.de dolo.eleganter.P.penul.ſed illud opponit, quando procurator dolum commiſit, ſecus ſi negligenter eſt verſatus, poteſt tamen pars læſa per negligentiam procuratoris nomine eccleſiæ petere reſtitutionem.vt ſu.de in integ.reſt.cum veniſſent. in fine.

c *Inducias*) Immo nec aliquas inducias, quia induciæ non ſunt dandæ illi, qui impetrauit reſcriptum ad extra ordinarium iudicem.ut 3.q.3.P.ſpatium.

d *Inter alios acta*) Sic infra de præb. dilecto.in fine. ſed nonne Ep̃s poteſt repellere iſtos canonicos per exceptionem rei iudicatæ? nam cum ille obtinuit, qui cauſam habet ab Ep̃o, illud debet prodeſſe Ep̃o, ſicut pactum factum cum emptore prodeſt venditori. D.de pactis.ſi cum emptore.ſed non eſt hoc uerum, quia exceptio rei iudicatæ tranſit ab auctore † ad alium. ſed non reuertitur ad auctorem.† vt D.de except.rei iudi. ſi ad te.P.vlt.ſic ſu.de elect.querelam. li.3.

†*actore* †*actorem*

Cap.2. Cum R. canonicus.

C*Vm ſint eius ſocij* [a]) Hic habes, quod canonicus non poteſt eſſe iudex concanonici ſui.hoc ideo, quia familiaritas veritatẽ impedire ſolet.ut 3.q.5.accuſatores. Teſtis tamen poteſt eſſe canonicus pro concanonico ſuo, cum et frater pro fratre teſtetur. ſup.de præs. c.1.li.3.ſed eſt ea ratio, quia facilius habentur centum iudices, quam vnus teſtis. Vnde minor cauſa debet repellere iudicem, quam teſtes.et iudex recuſatur, ſi aduocatus partis aduerſæ eſt commenſalis iudicis, ſu. de appel.ex inſinuatione.li.3. ſimiliter ſi iudex eſt ſuffraganeus, vel de terra aduerſarij. ſu.vt lite non conteſt.accedens.Item qualibet conſanguinitas repellit iudicem.vt ſup. de appel.poſtremo.li.1.ſecus in teſte.vt 4.q. 3.lex Iulia. quandoq. tamen aliquis poteſt eſſe iudex, qui non poteſt eſſe teſtis, vt pater in cauſa filij.vt 3.q.7. P. tria. circa fin. et criminoſi ſunt iudices, ſed non teſtes.vt 3. q.7.P.ult.Item recuſatur iudex, ſi habet cõ ſimilem cauſam.vt infra de iudic.cap.1.Io.

Cap.3. Cum contingat.

S*Vb iſta* [a]) Sed hæc forma videtur eadem cum priori.

b *Audiatis*) Sed videtur, quod hæc forma ſtare non poſsit.quia aut ille, pro quo ſcribit, fuit iuſte excommunicatus, aut iniuſte: ſi iuſte, ergo eius appellatio fuit iniuſta. ergo remitti debet ad ſuum excõmunicatorem, vt ſu.de appel.cum in eccleſia. li. 2. infra de appel.vt debitus.ſi fuit iniuſte excommunicatus, quare ergo aliquid iniungitur ei? contra illud ſu.de off.ordin.ad reprimendam.li. 3.cum ipſe excommunicans teneatur ad intereſſe iniuſte excõmunicato. infra de ſent. excom.ſacro. Ad hoc breuiter dicas, quod verum eſt, quod iniuſte appellans ſemper remittendus eſt ad illum, a quo appellauit, niſi ſub certa forma ſcribatur iudici, ad quem appellatur.ſcilicet vt non ſolum de appellatione cauſam cognoſcat, ſed etiam de principali cauſa. Vel dic, quod quando ſententia excommunionis iuſta eſt ex ordine, ſed iniuſta ex cauſa; quod tunc abſoluendus recipiat mandatum ab abſolutore, nec remittet eum ad excommunicatorem. quia ſufficit, quod aliquo modo ſit ſententia iniuſta ſiue ex animo, ſiue ex cauſa, ad hoc vt non remittatur appellans, quia factus eſt ſuſpectus, ex quo aliquid inique fecit. ſu.de appel. ad hoc.et propoſuit.li.1.Io.

c *Vtriuslibet partis*) Et ſi teſtes Ep̃i dicent excommunicationem præceſsiſſe appellationi, teſtes autem alterius dicerent appellationem præceſsiſſe; ſententiare debet iudex, quod et ante ſententiam, et poſt ſententiam appellaſſet.vt ſu.de teſtib.cum tu fili. Videtur ergo, quod ſuperfluum ſit recipere probationes Ep̃i, cum ſemper pro appellante iudicetur. Si autem teſtes Ep̃i dicerent, quod tantum poſt ſententiam appellauit, qualiter illud poſſunt aſſerere, cum probare non poſsint? vt ſu.de cau.poſſ.cum eccleſia. cum iſte in abſentia iſtorum teſtium potuerit appellaſſe. Dico, quod in hoc poſſunt audiri pro-

probationes Epiſcopi,ſi vult probare appellationem illegitimam,vel ſi aliam iniuſtam cauſam appellationis alleget. Vel dic, quod illa decretalis Cum tu fili.loquitur,cum vtriuſq.teſtes æque probabiliter loquuntur, vt tunc pro vtroq.fiat interpretatio.Io.

d *Iuſte*)Quia ſi iniuſte excommunicatur, nihil iniungitur ei per iuramentum.ſi iuſte, tunc ſatisfacit,vt ſu.dixi.De hac materia inuenies infra de ſent.excom.ſacro.Io.

Cap.4.Conſtitutus.

P*Artem Epiſcopatus* [a])Hic habes,quod iſta cauſa recuſationis eſt,ſiquis habet cauſam cum iudice.Idem habes ſu. de offi. del. cum ſuper.li.3.intercesſione * nam et illa eſt iuſta cauſa recuſandi tutorem,ut D.de excuſat.tutor.propter litem. et teſtem. ſup.de purg.can.cum in iuuentute.lib.3.et accuſatorem,ut ſu.de reſt.ſpol.item cum quis.li.1. tamen non † tales inimicitiæ repellant,hæc cauſa æſtimabit,an nõ obſtante eo iudex admitti posſit,ut D.de quæſtion.l.1.P.quidẽ † in auth.de teſti.P.ſi vero dicatur. ſicut nec quælibet amicitiæ repellunt, niſi cum quis eſt maxima familiaritate coniunctus alteri. ut D.de verbor.ſign.l.atq.de hoc plenius notaui.3.q.5.c.non*.Io.

† *nam forte*
† *cum quis*

TIT.XIII.DE OFFICIO IVDICIS ORDINARII.

Cap.1. Inrefragabili.

N*Vlla conſuetudo* [a]) Quia non præſcribitur contra Epm in talib.vt extra. 3. de maior.et ob. cum ex officij. tamen iuriſdictionem talem non debet exercere in præiudicium Archidiaconi. vt extra. 1. de exceſ. præl.ad hoc.Io.

b *Exceſſerint*)Si forte fama non præceſsit, vel ſi non citat illum,de cuius fama vult inquirere,vt infra de accuſ.cap.qualiter.

c *Per capitulum*)Numquid in eo caſu quilibet de capitulo eſt iudex canonici alicuius?non videtur, cum quilibet illorum ſit par,vel forte minor iſto.Reſp.non.ſed quilibet eſt coniudex,ſicut quilibet coëligit,nõ eligit.vt extra. 3. de elect. cum in iure peritus.Sed quomodo deuoluitur hic poteſtas iudicandi de capitulo ad Epiſcopum, cum Epiſcopus ſit de ipſo capitulo: eſt enim caput capituli,ut extra.3.de verbor. ſignific. cum clerici.extra.3.de conc. præb. non vac. poſt electionem.Si enim Epiſcopus non eſſet de capitulo,ſequeretur,quod capitulum eſſet monſtrum nõ habens caput. ſicut ille, qui præeſt exercitui,eſt de ipſo exercitu.vt D.de his,qui not.infam.l.2. et nomine populi comprehendũtur patricij, et ſenatores, vt inſtit.de iur.natur.P.lex.aut ergo omnes de capitulo ſunt negligentes,aut non.ſi omnes,ergo non deuoluetur ad Epiſcopum, cum etiam ipſe fuerit negligens. ſi non omnes,ergo apud eos manebit poteſtas corrigendi,quia ius vniuerſitatis remanet in paucis propter vitium aliorum.vt extra.3. de elect.bona.Si ergo omnes eſſent negligentes, qui dicuntur pars capituli, deberet deuolui ad metropolitanum.Præterea ſi Epiſcopus propter negligentiam ſui capituli poſſet cognoſcere de cauſa canonici. ſed certum † eſt,quod Epiſcopus ſolus non poteſt;ſed cũ ſeniorib.eccleſiæ ſuæ,vt 86.diſt.ſi quid vero. vel etiam cum omnib.vt 15.q.7.c.penul.ergo qui fuerunt negligentes,adhuc cognoſcere poſſunt.eadem eſt quæſtio,qualiter deuoluatur electio a capitulo ad Epiſcopum.ego credo,quod vbicumq.eſt Epiſcopus de capitulo,quod ſi Epiſcopus eſt negligens cum alijs,deuoluitur ius corrigendi, vel eligendi ad metropolitanum. hoc ideo dico, quia quandoq. Epiſcopus non eſt de capitulo, vt extra.2.de reſcrip.eam te.et extra.3.de elect. cum in iure. et eſt hoc expreſſum infra de conc.præb.et eccl.non vac.poſt translationem.nec obſtat,quod dicit lex,quod appellatur ab ordine,cui Præſes intereſt,ad ipſum Præſidem,vt D.quando appell.ſit.l.1.P. ſolet:quia illud intelligo,quando Præſes ſedet cum ordine,non quaſi vnus ex ordine; ſed conſilium,et auctoritatem præbendo facto ordinis. uel quando Præſes non concordat cum ordine,et alijs. Si etiam diceres, quod ideo deberet deuolui ius aliquod a capitulo ad Epiſcopum,licet Epiſcopus ſit pars capituli,quia cum erat in capitulo,ea, quæ fecit, quaſi canonicus fecit,non quaſi Epiſcopus; ſed cum deuoluitur ad eum ius,vel cum appellatur ad eum,intelligitur deuolui, vel appellari quaſi ad Epiſcopum. ſecundũ hoc nec Epiſcopus,nec Decanus deberet habere vocem primã in capitulo,ſi forte prius nõ habuerũt primã vocẽ ante adeptã dignitatem;

† *contra*

ſi ea, quæ in capitulo faciunt, quaſi canonici faciunt, et non quaſi prælati, quod falſum eſt. ut extra. 3. de elect. auditis. et 74. diſt. Epiſcoporum. ſed poteſt mihi obici, videtur, quod idem eligit, et poſtea confirmat, ut extra. 3. de elect. cum inter. et ſic aliquis facit aliquid tamquam minor, et poſtea tamquam maior. Reſp. non eſt verum, quia par confirmat factum paris. vt extra. 1. de treug. et pace. c. 1. et minor factum maioris. ut extra. 2. de off. ord. cum te conſulente. Item mihi poteſt obici, video, quod appellatur a metropolitano ad concilium Metropolitani. ut 17. diſt. multis. et 2. q. 6. omnis. et ſic appellatur ab aliquo ad ſeipſum cum alijs: eadem ratione poteſt appellari ab Epo cum alijs ad ſolum Epm. Dico non ſequitur. ideo enim appellatur ad Epm cũ alijs, quia alij ipſum poſſunt reuocare a facto ſuo, et trahere in meliorem ſententiam. Eadem ratione poteſt dici, quod ſi Eps fuerit negligens, deuoluitur ius ad capitulum; ita vt Eps includatur in capitulum. et ſic non perdit ius ſuum per negligentiam. Secus tamen videtur dicendũ in caſu, cum per negligentiam deuoluitur, et cum per appellationem. arg. tamen eſſet pro illo, qui contrarium vellet dicere. D. de ſucceſ. edic. l. 1. P. quod dicimus. Vbi habes, quod ſi filius intra certum tempus a lege præfixum negligit petere bonorum poſſeſſionem, amodo non poteſt eam petere, quaſi filius. Sed ſi adhuc vellet petere quaſi alter agnatus, non obſtat ei prior negligentia. ſimiliter arg. contrarium eſt. C. de adul. iure. Vbi habes, quod licet maritus volẽs aliquẽ accuſare de adulterio, et intra tempus lx. dierum neglexerit agere, adhuc poſt illud tempus admittitur, quaſi extraneus. Io.

d *Per ipſum*) Vel per Decanum, vt extra. 3. de appel. dilectus. tamen ſi directe ageretur de cauſa criminali, tunc ſolus Eps haberet iuriſdictionem. vt 11. q. 1. de perſona. Io.

e *Abſq. manifeſta*) Videtur ergo, quod ſoli canonici poſſunt ſubicere eccleſiam interdicto, cum ſubeſt cauſa, cum etiam ſolus decanus hoc poſſit. et extra. 3. de appel. dilectus. et ſic eſt contra. extra. 1. de his, quæ fiunt a mai. par. cap. quæſitum. vbi dicitur, quod requiritur conſenſus Epiſcopi, et canonicorũ. Item non videtur, quod capitulum poſſit ſuſpendere eccleſiam, quia iam ſeipſos ſupponerent interdicto, quod eſſe non poteſt, quod aliquis ſe ipſum ſuſpendat, nec poſſunt eſſe iudices in proprio facto. vt extra. 3. de conc. præb. non vac. poſt electionem. nec ipſi ſibi legem poſſunt dicere, nec ſibi poſſunt imperare. vt 21. diſt. nunc autem. et D. de arbit. l. penul. quod concedo. Io.

f *Delegatus*) id eſt, datus. non enim poſſet dici illa iuriſdictio delegata, cum non exſpiret morte re integra, nec etiam exſpirat tempore. eſt ergo ordinaria. et ſic Metropolitanus habet iuriſdictionem in ſubditis ſuffraganei, licet non interueniat appellatio, vel negligentia Epiſcopi. ſed quare ipſe Epiſcopus non corrigit exceſſus iſtorum? reſp. duplici ratione, tum quia videretur iudex in propria cauſa; tum quia Epiſcopus ſolus non poſſet punire, ſed cum canonicis eccleſiæ. ut 15. q. 7. Epiſcopus. et ſic ſequeretur, quod ipſi canonici eſſent rei, et iudices. Sed quare non agitur hęc cauſa coram arbitris, cum canon dicat, quod ſi Epiſcopus habet cauſam contra clericum, apud arbitros electos audietur cauſa. ut 11. q. 1. ſi clericus aduerſus. ſed illud capitulum loquitur de ciuilib. cauſis, uel ſic placuit Papæ. Io.

Cap. 2. Quoniam.

P*Rouideant* a) Suis expenſis, vt infra cap. proximo.

b *Diuerſos Pontifices*) niſi ex diſpenſatione, ut 7. q. 1. nunc autem.

c *Quaſi monſtrum*) Idem habes extra. 3. de conc. præb. poſt electionem. Io.

d *Vicarium*) et tamen habet ordinariam poteſtatem. et facit ad hoc, quod Archidiaconus habeat ordinariam poteſtatem, licet dicatur vicarius Epiſcopi. vt extra. 1. de off. Arch. c. 2. Sic † ergo aliquis, qui non eſt Archiepiſcopus, poteſt habere ſuffraganeum. ſimiliter quandoq. Archiepiſcopus eſt ſubditus Epiſcopi. ut extra. 3. de renun. ad ſupplicationem. ſed a quo conſecrabitur iſte Epiſcopus? a ſuo Epiſcopo, non a metropolitano, cum non ſubſit ei. Io. *† Similiter*

Cap. 3. Inter cetera.

S*Ubminiſtrent* a) Licet legatus Principis, cum mittitur in prouinciá de reb. fiſci, vel Imperatoris viuere debet. vt in auth. ut

nulli

nulli iud. P. nulli. coll. 9. et in auth. de mād. Princ. P. illud tamen. licet ſecus faciant legati Papæ. vt extra. 3. de præſcript. c. 1. et infra eod. quia plerique. Io.

b *Coadiutores*) Partiatur enim onus ſuum. vt extra. 1. de offic. Archipreſ. vt ſingulæ. Ioan.

TIT. XIIII. DE MAIORITATE, ET OBEDIENTIA.

Cap. 1. Quod ſuper his.

D*ioeceſana lege*[a]) Sed quare vocantur Abbates ad ſynodum? contra id, quod legitur. 18. diſt. Eps. et 18. q. 2. P. ult. Reſp. habentes Abbates populum, tenentur ad ſynodū, de quib. loquitur 18. q. 2. Abbates. ſed non habentes populum, non tenentur venire, niſi rationabilis cauſa ſubſit. vt dicitur in ipſa palea 18. diſt. Eps. vnde Ciſtrenſes non tenētur venire. vt ſu. de ſtatu mona. dilectus. li. 2. nec illi, qui non habent populum, cum nō ſubſint Epo dioeceſano. vt 18. q. 2. quam ſit neceſſarium. in fine.

Cap. 2. Cum in eccleſijs.

I*uramentum*[a]) Nota, quod regularis de inobedientia ſuſpectus cogi poteſt iurare obedientiam. arg. D. de iudic. in omnib. arg. ſupra de iureiur. ſicut. li. 2. et ſu. eo. c. 2. li. 1.

b *Excommunicationis*) Nota, quod Prior poteſt excommunicare monachum, ſicut et electus in Abbatem. ſu. de ſimon. ſicut. li. 3.

c *Authenticum*) Videtur ergo, quod per ſcripturam probetur crimen alicuius. et ſic videtur, quod per chartam poſsit probari periurium alicuius. arg. 5. q. ult. Epiphaniū. quod non eſt verum.

d *Iuramento*) Ergo a periuro recipitur denuo iuratoria cautio, quod eſt contra illud 22. q. 5. paruuli. Io.

TIT. XV. DE PACTIS.

Cap. vn. Plerique ſicut.

R*eprobamus*[a]) Hoc dixi, infra de decim. in aliquib. et ex eo, quod dicit reddatur patet, quod tale pactum etiam quantum ad contrahentes non valet. arg. 16. q. 1. ſiquis laicus. arg. contra D. de pact. epiſtola. P. pactum. Io.

b *Parochiali*) In cuius ignominiam illud factum eſt, vt 27. q. 1. ſiquis rapuerit. extra. 2. de ſimon. de hoc. Io.

TIT. XVI. DE PROCVRATORIBVS.

Cap. 1. Cum pro cauſa.

D*e communi conſenſu capituli*[a]) Sic 4. q. 3. venturis. infra de his, quæ fiunt a maio. par. cap. ea vero. ſu. de conſtit. acceſſiſſent. lib. 3.

b *De mandato capituli*) Immo etſi non interueniſſet mandatum, poſſet petere ea, quæ vtiliter expendit in negotijs eccleſiæ. 12. q. 4. quicunq. D. de negot. geſt. Pomponius. Ioan.

c *Et propter hoc*) Quia ſi alias iturus eſſet Romam, non poſſet petere expenſas factas, niſi quatenus plus expendiſſet propter longiorem moram. vt D. famil. hercis. ex parte in princ. diſtinguitur tamen; quia ſi egit cum mandato, ſiue ſuccubuit, ſiue nōn, poteſt petere expenſas. vt C. mandati. l. etiam. ſed ſi ſine mandato egit, et ſuccubuit, non petet expenſas, vt D. iud. ſol. iam tamen. P. in hac. Iſtæ autem expenſæ non excedent probabilem modū. vt D. de damn. inf. inter. quos. P. ult. et l. ſeq. in princ. extra. 3. de eo, qui mit. in poſſ. c. 2. in fine. Io.

Cap. 2. Quia cauſis.

D*e iure communi*[a]) Dubitationis cauſa hic fuit, quia ſæculares † non videntur conſtituere vniuerſitatem, cum ius vniuerſitatis non ſint a Principe conſeruti. vt D. quod cui. vniuer. l. 1. D. de colleg. illicit. l. 1. quia ſi eſſet vniuerſitas, ſyndicum, vel actorem deberent conſtituere auctoritate Epiſcopi. C. de Epis. et cler. omnis. P. hoc nihil omnius. Sed Papa reſpōdit eis, quod ipſi de iure poſſunt cōſtituere procuratorem; et eſt verum; quod vniuerſitas conſtituit procuratorem, et per ipſum iurat. ut ſu. de iuram. ca. cum cauſam. li. 3.

† ſcholares

TIT. XVII. DE IN INTEGRVM RESTIT.

Cap. vn. Suſcitata.

D*etrimentum*[a]) 16. q. 7. ſi Epiſcopum.

b *Supradicta ſententia*) Hoc regulare eſt,

 vt ſen-

ſententiæ mandetur executioni, non obſtan te exceptione, vt 2.q.1.ſicut. niſi in continen ti uelit probare exceptionẽ, vt ſu. de teſtib. veniens. et ſu. de reſt. ſpol. litteras. in fine. li. 3. et in alijs caſib. quos notaui. 11. q. 3. cũ apud. Item etſi in continenti excipiens vult proba re exceptionem, ſi tamen eſt præſumptio contra eum, quod malitioſe excipiat, primo mandatur ſententia executioni: demum, ſi ſi quid velit proponere, non in modum exce ptionis, ſed in modum actionis audietur, vt ſu. de appel. conſtitutus. in fine. li. 3. infra de conc. præb. et eccl. non vac. accedens. circa fi nem. et C. ad legem Cornel. de falſis. ſatis. et C. de edict. D. Hadr. tollen. l. 2. nec vſque quaq. determinatur hic, an differenda ſit ſen tentia ſuper liis, ſuper quib. eſt concluſum. Quod non ſit differenda, videtur ſu. de cauſa poſſ. et propr. paſtoralis. li. 3. et C. de compen ſat. l. ult. quod concedo, niſi in continenti poſſit liquere de cauſa. Io.

c *Idoneam cautionem*) Hoc generale eſt, vbi cumq. aliquis in dubio admittitur, quod ſemper ille, qui admittitur, præbeat cautio nem, ut C. de legib. ſi in fraudem. C. de petit. hered. l. ult. D. de rei vind. is, a quo. et l. ſequ. et D. ut legator. uel fideicom. cauſa caueat. l. poſtquam. P. primo. arg. ſu. de foro comp. ec cleſia. in fine. D. de damno infe. Prætor. in princ. Io.

TIT. XVIII. DE ARBITRIS.

Cap. 1. Contingit.

a *Vper reb.*) Per hoc non determinatur hic illa quæſtio, an teneat electio, ſi cano nici ſuper eligendo Epiſcopo compromiſe rint in laicum. et eſt arg. quod teneat. 16. q. 1. plures. extra. 3. de arbitr. dilecti. et 2. q. 7. nos ſi. vbi Gregorius compromittit in laicos, et in infamem compromittitur. 3. q. 7. P. tria. in fine. et in inimicum. vt 23. q. 7. quemadmo dum. extra. 3. de iureiur. Quintauallis. arg. contra extra. 1. de decim. quoniam. P. ſenten tias. et extra. 1. de iudic. relatum. immo nec incidenter poteſt cognoſcere de cauſa ſpiri tuali. ut extra. 1. de iudic. relatum. et extra. 1. qui fil. ſunt leg. lator. Ad hoc dico, quod quo cumq. modo laicus ferat ſententiam in ſpi ritualib. nulla eſt, ſiue incidenter, ſiue per re conuentionem proponatur coram eis; quia tantum diſcretis uiris committenda eſt ſpi ritualis cauſa, ut extr. 1. de reſt. ſpol. accepta. extra. 1. de conſ. et. affin. ex litteris. in fine. ta men de auctoritate maioris poteſt laicus eſſe arbiter in ſpiritualib. ut infra. cap. prox. Io.

Cap. 2. Per tuas nobis.

a *De aſſenſu canonicorum*) Requiritur enim in conſtituendo procuratorem ſubſcriptio canonicorum. ſu. de procur. c. 5. lib. 1. ſicut a contrario requiritur conſenſus Epiſcopi, cũ capitulum conſtituit procuratorem. ſup. de iudic. cauſam. li. 2.

b *Fines mandati*) Si tamen non contradi xit, poſtquam ſciuit ipſum excedere fines mandati, ratificat iudicium. ſup. de offic. delegat. cap. ult. in fine. li. 3. ſup. de paroch. coram.

c *Receptum fuerit*) Licet enim generale mandatum dedit procuratori; tamen in ge nerali mandato non continetur tranſactio, vt hic patet, et D. de procurat. mandato. Diſtingunt tamen quidam inter vniuerſa lem procuratorem, et generalem, vt vniuer ſalis procurator poſsit tranſigere, vt D. de procur. procurator. ſed generalis non, ut D. eod. mandato. Sed obſtat eis D. de tutel. l. 3. P. vlt. ubi dicitur, quod curator indiſtincte datus, ad omnes lites videtur datus. Vel dic, quod ſi clauſula de rato fuerit appoſita, po teſt tranſigere, alias non. Adiectio enim il lius clauſulæ aliquid debet operari. argu. D. de vſur. ſi ſtipulatus. ſed huic rationi obſtat. D. mandati. creditor. P. ult. Ioan.

d *Procurator*) Sed qualiter agitur contra procuratorem, cum ipſe ſe non obligaue rit, nec aduerſarius intendebat eum ſibi ob ligari, et cum hoc nomine domini fecerit, nec cauerit de rato. Sed dic, quod immo conuenitur, quia obtulit ſe defenſioni alie næ, cum non haberet mandatum, vt D. de procurat. Plautius. et licet pars aduerſa non intendebat eum nomine ſuo obligare, tamẽ obligatus eſt; quia ſæpe extra id, quod agi tur, obligatio naſcitur. ut D. commodati. ſi is, qui. in fine. Io.

e *Ad intereſſe*) Licet enim pœna non adi ciatur in arbitrio; poteſt tamen agi ad inter eſſe. D. eod. diem. P. ult.

f *Auctoritate dicti Epi*) et ita auctoritate ſu perioris poteſt laicus arbitrari de reb. ſpiritu alib. vt

vt dixi ſu.cap.prox.Item videtur hic, quod delegatus mandabit ſententiam arbitri executioni,et ſi arbiter nollet procedere; quod ab ipſo poſſet, non ab ordinario appellari. vt C.de iudic.l.ult. argu. contra ſu. de foro comp.ſiquis contra. Io.

LIBER SECVNDVS.

TIT. I. DE IVDICIIS.

Cap.1.Cauſam.

Subrogare[a]) ſimile ſu.de teſtib.dilecto.

b *Simili pene*) vt ſi aliquis agat de iure exemptionis coram iudice aliquo,qui in ſimili cauſa laborat,iudex ille de facili ſententiaret pro ipſo. ſimiliter teſtis eſſe non poteſt, qui conſimili morbo laborat cum illo,a quo inducitur,ſu. de appel.perſonas.in fine.et 4.q.3.c.teſtes. ſic ſu. de excep.cum eccleſiaſticæ.non tamen extendas hanc ſimilitudinem ad omnia. nam licite peto eccleſiam,vel quid aliud, coram iudice,qui ſimilem cauſam habet.Io.

Cap.2.Cum inter.

NE reportet[a]) ſu. de iudic.c. vlt.et ſup.de ſent.excom.ſententiam.lib.3.

b *De certa*) Videtur ergo,quod ſi ſententia ſit lata a ſuſpectis iudicib.quod poſſit retractari,ſi detecta fuerit ſuſpicio.quia litteræ ſic impetratæ nullā dederunt iuriſdictionē. de hoc notaui ſu.de reſcr.dilectus. li.eo. Io.

c *Defenſionis copia*) Hic habes,quod excommunicatus poteſt excipere. quod intelligo, cum agens non eſt paſſus violentiam ab excommunicato,vt per fraudem talem cogeret ipſum agere,et ſic poſſet excipere.vt ſu. de iure patr.perlatum.li.1.in fine.et D. de iudic.l.2.P.ſiquis . et ita conſulitur alicui per exceptionem,cui non conſulitur per actionem.vt 16.q.4.P.poteſt.D.de condict.indebiti. ſi in area. eadem enim defenſio debet competere excommunicato,quæ non excōmunicato.ſicut eadem ſeruo,quæ libero. vt D.de accuſ.ſeruos.et patronus,qui alias non poteſt accuſare libertum,accuſat,ſi ipſe fuerit accuſatus.D.de bonis liber.qui cum maior.P.ſi libertas.Sed numquid poteſt excipere de pacto de non petendo ? videtur quod non,quia ſola illa videtur permitti illi,quæ ad defenſionem cauſæ expectant,vt hic videtur.Item cum excipiendo fiat actor.vt D. de prob.in exceptionib.ſed ab agendo repelleretur,ergo et ab excipiendo. Item qualiter præſtabit ſacramentum calumniæ cum ei non licet ingredi ſacra, multo magis non licet ei tangere ſacra.ſu.diſt. 5. ad eius. Item ſi excipere poteſt,ergo et compenſare. ſed per exceptionem repelleretur,ſi ageret;ergo non poſſet compenſare. D. de compenſat. quæq.Item ſeruus accuſatus,non poteſt excipere de lenocinio,vt C.de adult. quoniā. et dico,quod ſolæ exceptiones competunt excommunicato,quæ faciunt ad defenſionem cauſæ.vnde exceptionem pacti de nō petendo,poteſt proponere , vel exceptionē rei iudicatæ,vel iuriſiurandi,ſed compenſationem non. ſed quid ſi excommunicatus conuenitur ſuper eo, pro quo fuit excommunicatus,numquid poteſt excipere, quod non teneatur?reſpondeo,quod non; niſi reſtituatur communioni hominum , qua iniuſte eſt ſpoliatus.* dico,quod ſic,* vt 3.q.2. cap.2.et 2.q.5.ſuper cauſa.in fine.Io.

d *Appellationis remedium*) vt 3.q. 9. reuera. ſu.de offic.ordin.quæſitum.

e *Alia legitima*) Arg. qua ratione vnum conceditur,et alia ſunt cōcedenda.ſu.4.diſt. deniq.in fine.

f *In reconuentione*) admittitur tamen reconuentio,vbi non admittitur conuentio , vt 3. q.8.cuius.D.de iudic.l.2.P.item ſi.

g *Extendatur*) Sic ſu.de eccleſ.ædific.cap.1.in fine.

TIT.II.DE FORO COMPETENTI.

Cap.1.Cum contingat.

MAxime[a]) ideſt,tantum.ſic 11.q.3.ſiquis Eps damnatus.nam tantum ab illo puniendus eſt,vbi deliquit,6.q.3. placuit. Vel dic,quod licet alibi poſſit excommunicari, non tamen ab alio poteſt deponi , quam a ſuo diœceſano. ſecus ſi ciuiliter agitur de beneficio,vt infra eodem poſtulaſti.Quando autem reus ſit remittendus ad ſuum iudicem,inuenies notatum 3.q.6.c.1. Io.

b *Vel conſuetudine*) Nota, quod conſuetudo dat iuriſdictionẽ. ut 9. q. 3. conqueſtus. ſu. de arbitris. cum dilecti. li. 3. ut C. de emancip. l. 1. et vlt. ſed qualiter in hoc caſu, vel conſuetudo, vel priuilegium dat iuriſdictionem; cũ nemo ius ſibi dicere poſsit. ſup. qui fil. ſunt leg. cauſam. li. 1. et D. de iuriſd. omn. iud. qui iuriſdictioni. ſed dic, bene poteſt habere dominus ordinariam iuriſdictionem ſuper familiam ſuam, ſicut magiſter ſuper diſcipulos, et ſicut Eps ſuper canonicos, et ſicut pater ſuper filios. ut 3. q. 7. P. tria. circa finem. quia ſi ſuſpectus fuerit dominus, petat actor ei, aliquem adiungi. ut 3. q. 3. offeratur. uel eligat arbitros, ut ſu. eo. ſiquis contra. Ioan.

Cap. 2. Super quibuſdam.

I *Ntelligendum eſſe* [a]) Vide qualiter interpretatur generale mandatum. ſic ſu. de iureiur. ad noſtram. li. 3.

b *Ratione perſonarum*) Non videtur, quod ratione perſonæ aliqua cauſa dicatur eccleſiaſtica; quia ſi eccleſiaſtica perſona agat contra laicum, ſæculare iudicium petendum eſt. vt 9. q. 1. experientiæ. et cap. ſequẽti. niſi fiat querela de reb. eccleſiaſticis. ut ſup. de foro comp. c. vlt. li. 1. Item nec cauſa viduarum deferenda eſt ad eccleſiaſticum iudicem. ſu. de foro comp. ex tenore. li. 3. * in opere vno † perſonæ * hic cauſæ enumeratæ ſpectant ad regale iudicium. 23. q. 5. Regum. et cap. adminiſtratores. C. quando Imperator interpr. l. 5. ſed dici poteſt; quod omnes cauſæ indiſtincte ſpectant ad eccleſiam. ut ſu. eod. nouit. li. 3. Vel dic, quod ſpecialis fuit iſta indulgentia, ſic ſu. de foro comp. quod clericis. li. 2. licet enim iſtæ perſonæ ſub eccleſiaſtica protectione ſint receptæ, vt 87. diſt. deſolatis. et c. 1. et 2. non tamen ad eccleſiaſticum forũ ſpectant. vel dic, quod iſtæ perſonæ ſpectãt ad forum eccleſiaſticum, ubi agitur de iniuria, ſiue de violentia illata. vt 24. q. 3. ſiquis de potentib. ſunt tamen pleræq. cauſæ. quæ ſpectant ad forum eccleſiaſticum, vt cauſæ pœnitẽtiarum, vt 11 q. 1. aliud. hæreſis, ſimoniæ, adulterij, vbi agitur ad ſeparationem matrimonij. ſu. de conſan. ex litteris. li. 1. de iure patronatus, et decimis. ſu. eo. quamuis. lib. 1. Item de vſuris. de cruce ſignatis, et in alijs caſib. quos habes 6. q. 1. in ſumma.

† ratione ſexus

Cap. 3. Poſtulaſti.

S *Ententia* [a]) Super crimine, non ſuper eccleſia. et ſententia huius iudicis facit fidem in alio iudicio. 24. q. 1. ſubdiaconus. 11. q. 1. ſtatuimus. ſu. de iureiur. ſi duo. C. de liber. cauſ. iubemus.

b *In dioeceſi cuius*) Ille enim iudex, in cuius dioeceſi res eius ſunt, exequitur ſententiam. D. de re iudic. a Diuo. P. primo. ſed in criminib. ſi crimen magnum eſt, ille iudex exequitur ſententiam, vbi crimen eſt perpetratum. ut ſu. de raptor. cap. 1. li. 1. D. de re milit. deſertorem. in princip. in authen. coll. 9. vt nulli iudicum. P. ſi quis vero comprehenſorum.

c *Imputandum*) Abſit enim, vt ea, quæ propter bonum, et licitum facimus, etc. vt 23. q. 5. de occidendis. habes ergo hic, quod non eſt imputandum clerico, ſi deferat querellã de raptore coram iudice ſæculari, et ille iudex ſæcularis morte puniat reum. ad idem 23. q. 3. Maximianus. et quæſt. 5. non nos. D. de bon. lib. quoniam minor. P. primo. arg. contra 23. q. 5. vnum ſolum. et cap. pœna. et de pœnit. diſt. 1. periculoſe. et ſu. de exceſſ. prælat. ex litteris. lib. 3. de hoc dixi, infra de homicidio. Io.

Cap. 4. Licet quædam.

S *Ine grauamine* [a]) Grauari dicitur, ſi citetur ad locum, vbi ipſi, uel aduocati eius, uel teſtes, vel amici ſecure non poſſunt venire. 35. q. 2. fine. 3 q. 9. hortamur. ſu. de appel. ex parte. li. 3. Item ſi citetur ultra duas diaetas. ut ſu. de reſcrip. nonnulli. lib. eo. Vnde ſi ex certa ſciẽtia delegat cauſam ad duas diaetas, ſi tamen aliud ſubeſt grauamen, quam viæ prolixitas, non poteſt conueniri per litteras illas. quia ſit intelligendum mandatũ, vt conformetur vtilitati partium. ſic 85. diſt. Florentinum. in fine. et ſu. de officio delega. ſuper. li. 1. 26. † q. 2. quod vero. Io. † 25.

TIT. III. DE RESTITVTIONE SPOLIATORVM.

Cap. 1 Olim vobis.

F *Verit reſtitutus* [a]) Quia alias ipſum priuauerat eadem parte. Vnde ſuper eadem re non eſt conueniendus aliquo modo; quouſq. fuerit ipſe reſtitutus. ut 3. q. 2. Epiſcopi. Hoc tamen inconueniens videtur, ſi ſpoliatus poſsit repelli per talem exceptionem, quod ipſe ab alio eſt ſpoliatus. ſed contra. D. de vi, et vi armata. cum a te. vbi dicitur, quod cõtra primum deiectorem agi poteſt, licet ipſe ab alio ſit deiectus. Sed dic, quod tunc agi poteſt contra eum, cum ipſe eſt ſoluendo in illo, vel in æquiualenti. vt ſu. eo. c. 1. lib. 3. nam nullus * excuſat latronem. C. de furtis.

furtis.ſubtracto.

Cap. 2. Olim.

POſſeſſione iuris[a]) et ita poſſeſſorium poteſt intemptari circa res incorporales.ſup.de cauſ. poſſ.cum eccleſia.li.3.

b *Abſtinuit*)Sed nonne perdit poſſeſsionē, qui timore deuictus abſtinet ab illa,ut ſup. de appel.bonæ.li.3.D.de adquir.poſſ.poſsideri. P. ſiquis nuntiet. Item non ne ex eo, quod quis paret mandato alicuius, gerit ſe pro ſubdito eius.vt ſu.de capel. monachor. dilectus.li.3.cum ea faciat, quæ alij ſubditi faciunt.20.q.1.quem progenitores.ſu.de paroch.coram.li.3.vel dic,quod talis timor nō priuat ipſum poſſeſsione,quia non facit hoc animo obediendi. D. de adquir. hered. pro herede.Item ea ratione, quia qui ex timore facit,non dicitur facere,vt extra.1.de reg.iuris.qui ex timore.In dubio tamen præſumitur animo obediendi facere.ſup. de ijs,quæ fiunt a maiori parte capit.ex ore.li.3.lo.

Cap. 3. Sæpe contingit.

NOn ſubuenitur[a]) Verum eſt ,quod ſpoliato non ſubuenitur per interdictum, vnde vi,etiam ſecundum canones,niſi contra illum,qui deiecit,vel mandauit, vel ratā habuit deiectionem,vt extra.3.de reſtitutione ſpoli. cum ad ſedem. in fine. D. de vi,et vi armata.cum a te.ſed iudicis officio ſubueniebatur contra quemlibet poſſeſſorem , vt extra 3.de appel.bonæ.et extra 2. de iudic. c.vlt.† et etiam condictione ex canone,ſiue dolo,ſiue vi,ſiue metu, ſiue alio modo rem perdidiſſet,ſemper ſubuenitur.vt 3.q.1. reintegranda.licet actio de dolo detur tantum contra dolum facientem,et actio quod metus cauſa contra quemlibet,vt D.quod metus cauſa,ſi cum exceptione. P. aliquando. ſimiliter actio,quod vi , aut clam. D. quod vi,aut clam.ſemper.primo reſponſo.lo.

† quia W.

b *Probationum*)de proprietate.

c *Iuris civilis rigore*) D. de vi,et vi armata, cum a te.

d *Scienter*)Sic ergo ſolus ille poteſt conueniri condictione ex canone iſto,qui ſcienter recipit rem alienam. ſed ſi ignoranter recipit rem alienam,conueniatur ex canone illo,reintegranda.3.q.1.vel ex illa. extra. 2.de iudic.quia V.nec intelligas,quod hic dicitur, cum quis alienat rem litigioſam, vel de qua timetur fieri controuerſia. quia ſi alienatur res litigioſa,nulla eſt alienatio. vt C. de litigi.l.2.et extra.3.de foro comp. cum eccleſia. in fine. ſi autem alienat rem non litigioſam, ſed de qua ſperatur litigium,tenetur ad intereſſe,ideſt,quanti intereſt huius,rem hanc non eſſe alienatam.vt D.de alienat.mutan. iud.cauſa facta.li.1.La.

e *Succedas in vitium*)quia vitium rei ſequitur omnem poſſeſſorem.vt C.de adquiren. poſſ.vitia.

f *Detinere iniuſte*)Nota,quod iura pro eodem reputant auferre,et iniuſte detinere, vt hic,et 16.q.1.decimæ.Similiter auferre,et nō dare,vt 48.diſt.ſicut.12.q.2.indigne.arg.contra.12.q.2.et ſi illi.in principio.lo.

TIT. IV. DE DOLO ET CONTVMACIA.

Cap. 1. Veritatis.

BOno zelo[a])Nota,quod qui accuſat,præſumitur bono zelo accuſare. accuſatio enim ex caritate debet prouenire.ſu. de accuſat.ſiquis Eps.li.1.et qui accuſat, publicæ ſalutis cuſtodiam gerit.C.de famoſ.libel.l.5. arg.contra.6.q.1. ſi omnia. et 2. q. 7. ſiquis Epiſcopus.

b *Gelaſij*)ſu.2.q.7.quapropter.

c *Contempſiſſet* Sic patet,quod coram primis non comparuit.

d *Neglexit*)et ita nec coram ſecundis iudicib.fuit lis cōteſtata;et tamen lata fuit hic diffinitiua ſententia,vt infra ſequitur.

e *Ad ſuperandam*)ſic ſu.eod.cum olim.li. 3.C.de iudic.authent.iubemus.

f *Probatum*)Hic liquet,quod lite non conteſtata recipiuntur teſtes , non tamen † vbi agitur de electione prælati.vt ſu. vt lite non conteſt.quoniam.in fine.ſed etiam vbi agitur de reſtitutione prælati.Ad idem facit ſu. de cler.non reſident.ex tuæ,li.3.et 3.q. 9. decernimus. Quia periculoſa eſt mora talium eccleſiæ.quia vtilitas eccleſiæ per eius abſentiam impeditur.Secus eſt ſecundum leges. ut D.de pœnis.abſens.Quia cum ſecundum leges de criminib. agitur ad ſanguinis effuſionem,non eſt mirum,ſi quantum ad hoc remiſsius hic agatur. Hæc materia plenius tractatur.4.q.9.in ſumma.Io.

† tamē

g *Defendendo*) Quilibet admiſſus fuiſſet ad defenſionem eius, vt D. de procurator. ſeruum,P.publicæ.

h *Nihilominus*) 11.q.3.audi.

i *Poſt inhibitionem*) Sic ſup.de noui oper. nuntiat.cum ex officij.ſic ſu. de deſponſat. impub.ad diſſoluendum.ſu.de in integrum

reſtit.

reſtitutione.cap.1.li.2.Io.

Cap.2.Contingit.

C*auſa rei ſeruandæ* a) Nota, quod non proprie dicitur poſſeſsio cauſa rei ſeruandę, vbi quis per actionem in rem, mittitur in poſſeſsionem. ſed verus poſſeſſor ſtatim fit, vt C.de præſcr.triginta annorum. ſi quis emptionis. P.penult. † ſed vbi actione perſonali conuenit quis alium, ipſe vere dicitur poſſeſſor cauſa rei ſeruandę. talis enim cuſtos rei eſt, ſed non poſſeſſor, vt D. de adquir.poſſeſſ.poſsideri. P.vlt.nec tamen † eiicitur poſſeſſor de poſſeſsione; ſed tantummodo per ſecundum decretum.et ita vterq. erit in poſſeſsione.ut D. de damno infect. ſi finita.P.ſi quis autem.et P.vbi vero.et D.ut in poſſeſſ. legat.is, cui.poſſeſſor ergo colet fructus,et eos colliget in horrea,ſed alter eos cuſtodiet,ne diſsipentur ab iſto. ut D. vt in poſſ.leg.ſi is,qui.in principio.et P. qui legator. Hoc enim ſcias,quod iudex non feſtinabit admittendum in poſſeſsionem.quia ſi reuerſus probauerit iuſtam cauſam abſentiæ, ſubuenietur ei per in integrum reſtitutioñe. vt D.de damno infect. ſi finita. P. ſi forte. vel etiam ipſo iure.vt D.de priuileg. creditorũ.Imperatores.et extra,3.de ſent.et re iud. cum Bertoldus. Summatim ergo examinabit iudex negotium,antequam mittatur aduerſarius in poſſeſsionem.ut extra 3.vt lite non conteſt. quoniam.in fine. Item et hoc ſcias.quod ſi lite conteſtata fiat miſsio in poſſeſsionem, numquam reſtituitur poſſeſsio reo,quandocumq.reuertatur.vt C.de iudic. properandum.P.ſi vero.Io.

† vlt.

† tunc

b *Nanciſci*) Videtur ergo,quod corrigatur lenitas illius decretalis extra.1.de dolo, et cõtu.ad hoc. ſunt autem plura remedia contra illum,qui non admittit aliquem ad poſſeſſionem. Vnum quia actor poteſt ipſum conuenire,quanti ſua intereſt poſſeſsionem non habere.vt D.vti poſsidetis. ſi duo. P. ult.et D.ne vis fiat ei, qui in poſſeſsionem mittitur. l.1.in princ. Item aliud,quod punitur in expenſis,vt extra.3.de ſequeſt.ad hoc.et extra 3.vt lite non conteſt. quoniam. in fine. quandoq.etiam manu militari deiicitur. D. ne vis fiat ei, qui in poſſeſ. mittitur. ſiquis miſſum.Item poteſt vti beneficio huius conſtitutionis.Item poteſt excommunicari. vt extra.3.ut lite nõ conteſt. quoniam.in fine. et ſi per annum ſtaret in excommunicatione,perderet poſſeſsionẽ.vt 11.q.3. rurſus. Io.

c *Verus actor*) Idem videtur ſecundum leges fuiſſe ſtatutum,vt quotiens per aduerſarium impedior poſsidere;quod pro poſſeſſore habebor,vt D.de bonis auctorit.iud.poſſid.quamuis.ſed ſi per alium impedior, ille mihi tenetur ad intereſſe,ut D.ex quib.cau. in poſſeſ.eatur.l.penult.Io.

d *Conſtituatur*) Non determinatur hic,an ipſo iure perlapſum anni conſtituatur verus poſſeſſor,an per ſententiam iudicis. Et videtur,quod ipſo iure fiat verus poſſeſſor.vt extra.3.de officio ordin. paſtoralis. et extra.1. de eo,qui mit.in poſſ.c.primo,et vlt.et quia tranſcurſus anni probat crimen,11. q. 3. rurſus.arg.contra extra.3.de eo,qui mit in poſſ. c.1.et 2.et D.de dam.infect.l. finita.P. Iulianus.et extra.3.vt lite non conteſt.quoniam. Ad hoc dico,quod in realib. actionib. non habet locum ſecundum decretum, ſed ſolũ tranſcurſus anni facit aliquem ibi verum poſſeſſorem.vt extra.3.de off. ord. paſtoralis.ſed in perſonalib.actionib.locum habet; ſed non vniformiter in omnib,quia in cauſa noxali,et in cauſa damni infectũ ſecundum decretum conſtituit aliquem dominum, ſi reus erat dominus.ſed ſi non erat dominus, conſtituit eum verum poſſeſſorem, et dat ei cauſam pręſcribendi, ſiue vſucapiendi. ut D.de dam.inf.ſi finita.P.Iulianus. et D.de noxalib.et generaliter. ſed in alijs perſonalib.actionib.conſtituit ſecundum decretum aliquem poſſeſſorem.vt extra.3. ut lite non conteſ.quoniam.in fine.Quod ita intelligo, ut licet per ſecũdum decretum exoneretur aliquis a iure probandi,cum prius cogeretur probare.non enim ibi dat ſecundum decretum cauſam vſucapiendi.nam quandocũq. dominus offert ei debitum,reſtituetur ei res ſua,niſi iam ſit diſtracta auctoritate iudicis, vt C.de diſtract.pignoris.ſi prius. Sed numquid idem iuris eſt in ſpiritualib.vt ſi petitur eccleſiæ præbenda ab aliquo, et reus intra annum non compareat;(nam ſic † poſt annum actor verus fiet poſſeſſor,vt ſi eccleſia præſcribi poſsit,cum actor forte numquam fuerit inſtitutus in eccleſia? Dico quod non, quia titulus non pręſcribitur. Qui enim dicit ſe pręlatum eccleſię,non prodeſt † probare pręſcriptionem,ſed oſtendat † libellũ ordinationis ſuę,vt 2.q.1. legum. non obſtat extra.1.de iure patron.cura,quia ibi præſcribitur eccleſia,tamquam proprietas,non tãquam pręlatura.et ſic poteſt intelligi extra. 1.de eo qui mit.in poſſ.c.1.et 2. Numquam ergo ſecundum iura canonica per ſecundũ decre

imp † .W.

† ſic autem

† poteſt

† oſtendis

decretum datur alicui ius præſcribendi, niſi adſit bona fides, vt infra eod. quoniã. ſi quæris, quid ergo ſecundum decretum operetur in reb. ſpiritualib. reſpondeo, vt fructibus rei vti poſsit, et vt præſcribere poſsit contra omnem agentem, ſi habet bonam fidem, et aliquem titulum, non tamen præſcribit ius prælaturæ, ſed præſcribitur contra actorem tantum, ſimile extra. 3. qui matr. acc. poſ. per tuas. Item et hoc ſcias, quod miſſus in poſſeſſionẽ ex primo decreto, nõ vtetur fructib. vt D. ex quib. cauſis in poſſeſ. eatur. Fulcinius. in principio. † et l. Prætor. ſed poſt ſecundũ decretum vtitur fructib. ut D. vt in poſſe. legat. is, cui. P. qui legatorum. in fine. Secus tamen eſt in petitione hereditatis, vbi propter nimiam contumaciam rei actor conſequitur fructus, vt D. ex quib. cauſis in poſſ. eatur. Fulcinius. P. vlt. ſimiliter cum venter mittitur in poſſeſsionem, vtitur fructib. vt D. de vent. in poſſeſ. mittendo. l. 1. P. primo. ſimiliter cum impubes ex Carboniano mittitur in poſſeſsionem, vt D. ad Carbonianũm. ſed ſi is. P. 2. Item quid dices? ſi miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto deiicitur, an poſsit petere reſtitutionem? et videtur quod non. quia non ſufficit probare ſpoliationem, niſi probet, quod poſſederit, ut extra. 1. de offic. del. conſultationib. et facit ad hoc, quod nõ debeat reſtitui, extra. 3. de ſequeſt. ad hoc. D. vti poſsidetis. ſi duo. P. creditores. arg. a contrario ſenſu extra. 1. de appel. ſignificauerũt. in fine. ſolutio. dico, quod hodie poteſt talis petere reſtitutionem condictione ex lege illa. C. de prætorio pignore. l. ult. Io.

†non

†P. ult.

TIT. V. DE CONFESSIS.

Cap. vn. Cum ven. f. n.

Repropere [a]) et in hoc non videretur bene allegaſſe pro ſe. nam huiuſmodi repentina litis conteſtatio non præiudicat ei. in auth. collat. 5. de exhib. reis. P. illud. arg. 32. q. 1. illud apud. 8. q. 5. P. ſed aliud. 50. diſt. ponderet. in princ.

b *Ex permutationis*) Fecit per Sabinenſem, vt infra dicitur per conſequens. ſimilis allegatio, et ſimilis caſus. ſu. de tranſact. præterea. li. 2.

c *Bona fidei*) Inſtit. de actionib. P. actionũ.

d *Loco domini*) nam per alienam rem non contrahit permutationem. D. de rer. permu. l. 1. in fine.

e *In quantum contra vos*) Hoc ideo non videtur valere, quia ſi voluit inſtrumento vti pro ſe; ergo et debuit vti contra ſe. ſu. de cenſib. cum olim. li. 3. diſt. 19. ſi Romanorum. 32 q. 9. cuius. D. de operis liber. ſi in ſtipulatione. arg. contra. ſu. de præb. dilectus. li. 3. ſu. de arbitris. cum tempore. D. de coll. bonor. non numquam. et rem ratam haberi. ſi procurator.

f *Nec tabellionis*) ſu. de cenſib. c. 1. li. 3. et 16 q. 3. P. poteſt.

g *Exceptionis*) D. de excep. non vtiq.

h *Fuiſſe confeſſus*) Sed nonne ex eo, quod confeſſus eſt factam permutationem, per conſequens eſt confeſſus, quod ſit factũ de mbo tuũ. nam illud dicitur permutatio, vt D. de rer. permut. l. 3. † et qui cõfitetur vnum, per conſequens confitetur illud, quod ſequitur ex illo. vt ſu. 8. diſt. quo iure. ſu. de offici del. cum ſuper. li. 3. ſu. de dolo, et cont. c. 2. in fine. Item tacita confeſsio habetur pro litis cõteſtatione. ſu. de dolo, et cont. prout. li. 1. Itẽ Samaritana, quæ dixit, ſcio, quia propheta es tu. et per conſequens dixit, ſe vnum † virum habere. 30. q. 1. quo modo. Item interrogando fit confeſsio, 22. q. 2. quod autem. et 35. q. 7. quid eſt. et D. de verb. oblig. l. 1. P. ſi quis ita. Item et tacendo fit litis conteſtatio. arg. ſupra de præſumpt. nonne. li. 1. Ad hoc dico, quod excipiendo de permutatione nõ confitetur intentionem aduerſarij, quia poteſt eſſe, quod de facto eſſet permutatum, nõ de iure * illius. * Similiter dico in exceptione pacti de non petendo, quod per hoc non cõfitetur debitum, quia poteſt eſſe, quod non de iure debuit. ſed vbi per exceptionẽ multipliciter * id, quod petit aduerſarius, ſatis videtur, quod confitetur de eius intentione. vt ſi excipiatur contra aliquos, quod ſint ſocij criminis; dico quod per talem exceptionem fatetur ſe crimen cõmiſiſſe. Sed nonne per hanc exceptionem; ego interrupi præſcriptionem tuam; confitetur de præſcriptione? Quare ergo auditur probatio præſcriptionis poſt talem exceptionem? ut extra 3. de præſcrip. illud. licet. Dic, quod ſi † fatetur de præſcriptione, ſed potius de diuturnitate temporis. tamẽ ad euitand ã quæſtionẽ factũ tutius proponis, ſi hoc modo dicas, nõ fateor, quod dicis, ſed ſi feciſſem pactum, eſſet factũ de nõ petendo, vel permutatio interceſsit, vel interruptio eſt facta. Idem dico, vbi aliquis petitur in virum, dicat; non confiteor me eſſe virum tuum, ſed ſi eſſem, conſanguinitas impediret. nam ſic reſpõdendo non fatetur petitionem aduerſarij, nec ſe onerat probatione,

† l. 1. in fine

† vt illi forte

† non

ne,ut ſu.de ordine cognit. intelleximus. et C.de excep.ſiquidem. cauti tamen debent eſſe reſpondendo;nō teneor, ſed ſi tenerer, pactum eſſet factum.ſed ſecundum hoc iuſ daret alicui occaſionem mentiendi.

i *In dammum*) 16.q.6.ſi Epo.

k *Ante ſententiam*) ſu. de probatio. licet. ſu.de procurat.in noſtra.li.3.

l *xx. annorum*)C.de falſis.querellam.

m *retractari*)Sed an talis ſententia ipſo iure nulla ſit,dubitatur.quod videtur P. arg. ſu.de reſer.dilectus.lib. eo. et quia exceptio non datur ex eo,vt D.de except.qui agnitis. ſed ſi nulla eſt,qualiter etiam poſt xx.annos incipit ligare ? et dic,quod tenet,niſi remittatur,uel per actionem,cum fiet ,* uſq.ad xx. annos,vt hic dicitur,uel per actionem in factum.et ſecundum hoc uſq. ad 30. annos, vel per in integrum reſtit.iudicis officio.et ſecundum hoc vſq.ad quadriennium , vt D. de re iud.diuus.

n *In diœceſi*)16.q.8.omnis.Io.

TIT. VI. DE PROBATIONIB.

Cap.1. Dilectus filius.

N*iſi ad contradicendum*[a])Talis procurator non ſufficeret in cauſa appellationis.nā cum tota delata ſit per appellationem ad ſuperiorem,niſi coram iudice appellationis apparet procurator totius cauſę,punitur dominus tamquam contumax.vt ſu.de app.ſępe. lib.3.

b *Verbo*)expreſſe.

c *Facto*) tacite,vt ſupr.de officio delegati. gratum.1.

d *Intra terminum*)ſu.de except. paſtoralis.

e *De veritate conſtare*) de hoc cantabimus infra eo.quoniam.

f *Contra relationem*) Debet autem relatio primo oſtendi litigatorib. vt contradicant, vel conſentiant ei,vt ſu.de rer.permut. cum olim.li.3.C.de relat. l. 1. et ſi qua pars tunc non contradixit,poſtea non poteſt contradicere,vt 2.q.6.P. biduum.in fine.

g *Superioris arbitrium*)Vel in ſumptib. litis, vt ſu.de pœnis.c.vlt.li.1.vel alias pœna corporali ſecundum qualitatem perſonarum. ſu.de officio deleg.de cauſis.Io.

Cap.2 Per tuas.

N*ominatus*[a]) Bene dicit nominatus , et habitus,nam ſola nominatio non facit eum filium.ſu.de deſponſat .inpub. c.1. C. de probation.non epiſtolis.

b *Legitimas ſanctiones*)Hæc verba habes C. pa non numerata pecunia,generaliter.

c *Infirmare*)Nam cum aſſertione patris,et matris crederetur † eſſe filius.vt ſup. qui fil. ſint legit.tranſmiſſæ.li.1.multo potius pro filio præſumendum eſt.ut ſu.qui fil. ſint leg. c.1.li.3.D.de probatio.etiam.ſed nonne potius præſumendum eſt pro primo dicto patris,quam pro ſecūdo,cum non ſit veriſimile,quod in filium ſuum tam graue quid dixiſſet.arg.ſu.de præſcript.† cap.1.li.3. quia ſi filius ipſius fuiſſet,non potuiſſent viſcera eius non fuiſſe commota ſuper eo.ſu.de pręſumptio. afferte.li.1.et 23.q.4. ea vindicta. quia paternus affectus vincit omnem affectum.ut C.de curatore furioſi.l.vlt.in prin. Item potius dicto matris ſecundo credendum eſſet,quam primo,quia potius credendum eſſet iuramento,quam ſimplici aſſertioni:maxime cum alia præſumptio præceſſit,quod de alio fuit genitus.certe omnes iſtas præſumptiones elidit fauor filiationis.

† non

† præſumpt.

d *Conſobrinus*) Ergo conſanguinitas præſumptiue probata diſſoluit matrimoniū.itē propter cōnexitatē cauſæ ſentētia lata pro uno præiudicat alijs.ſic 3.q 6.et hoc quippe. et ſu.de ſponſal.ex parte li.1.Io.

Cap.3 Quoniam contra.

D*irecta probatio*[a])Triplex eſt negatiua;facti,iuris ,et qualitatis. negatiua iuris et poteſt,et debet probari ab illo,qui eam proponit.ut D. de probat. ab ea. quia ſemper pręſumitur aliquid potius eſſe iuſte factum; quam iniuſte.negatiua qualitatis dicitur illa,vbi qualitas negatur.vt cum dicitur; iſte non eſt idoneus,iſte non eſt diligens,non eſt ſoluendo.et hæc ſimiliter poteſt , et debet probari ab illo,qui eam proponit, vt extra. 3.de verbor.ſign.dudum.et D.de legat.2. cū quidam.et l.cum pater.P.rogo.C.de inoff. teſtam.omnimodo.arg.contra C.de probationib:ex perſona.Facti negatiua ſi non habet adiunctam determinationem loci , vel temporis,vel alterius rei,numquam probatur vel directe,uel indirecte.vt ſi aliquis dicat ſe numquam fuiſſe citatum. vt extra.3. de elect.bonæ.vel ſi aliquis dicat ſe numquā contraxiſſe cum aliqua. et de tali negatiua loquitur lex,quod negantis factum per rerum naturam nulla eſt probatio.vt 6.q. 5.actor.non obſtat.extra.2.de probat.3.et extra 3.de teſtib.tam litteris. in fine. quia ibi nec directe,nec indirecte probatur, ſed tantum præſumptiue.ſi autem annexam habet determinationem,tunc indirectam habet probationē.vt extra.3.de teſtib.ex tenore.Io.

Duos

b *Duos viros idoneos*) Sic ergo tabellio valet teſtimonium duorum hominum. alibi dicitur, quod valet teſtimonium trium. vt 16. q. 3. P. poteſt. et ita plus creditur ſcripturæ tabellionis, quam ſcripturæ Epi, vel alterius iudicis. quia ſcripturæ iudicis non creditur, niſi habeat ſubſcriptionem teſtium. vt extr. 3. de teſtib. c. 1. et hoc ideo eſt, quia cum tabellio ſit iuratus, credendum eſt inſtrumento ſuo, ut extra. 1. de ſponſalib. illud. extra. 3. de præſcrip. ad audientiam. ſi tamen conſuetudo regionis habet, quod credatur inſtrumentis Principum, illa ſeruanda eſt, vt extr. 3. de fide inſtr. c. ult. Licet autem circa iudicia credatur ſcripturæ ſolius tabellionis, tamen circa contractus nõ creditur ei, niſi habeat ſubſcriptionem teſtium. ut in authent. de heredib. et Falcidia. P. ſancimus. Io.

c *Citationes*) Sed quare non creditur iudici, qui dicit, quod citauerit † partem, cum de hoc etiam credatur nuntio? vt extra. 1. de appel. cum parati. et extra. 3. de elect. bonæ. et D. de reb. eorum. qui ſub tutela. magis. P. illud. et 65. diſt. ſi forte. in fine. ſed forte hodie ſoli nuntio non creditur. vel dic, quod quoad hoc creditur nuntio, vt ſaltim negans cogatur iurare ſe non eſſe citatum. vt extra. 3. de in integr. reſt. ex litteris. Io.

† citauerat

d *Dilationes*) Sed † etiam quantum ſpatiũ contineat dilatio, ne per hoc detur occaſio appellandi, vt extra. 1. de dolo. dilecti. et etiã propter hoc ſcribitur, vt ſciatur, quãdo poſſit puniri, vt contumax, quia non poteſt puniri, ut contumax, niſi poſt trinam citationem, vel vnam peremptoriam. vt 24. q. 3. de illicita. et infra eod. ſacro. et D. de re iu. contumacia. tamen ſi ad primam citationẽ non venerit, ſed poſtmodum in alia citatione venerit reſponſurus, non prius audietur, quam reſtituat expenſas factas. vt C. de iudic. ſancimus. La.

† et

e *Recuſationes*) Nam ſi reprobatur recuſatio propoſita, caſſatur quicquid factum eſt poſt illam, ſicut et poſt appellationem, ut extra. 2. de eo, qui mittitur in poſſeſsionem. cũ ſicut. in fine. Io.

f *Exceptiones*) Siquid tamen poſt exceptiones quamuis probabiles propoſitas actum eſt, non ſtatim caſſatur, donec de eis conſtet, vt extra. 1. de teſtib. ex parte Adæ. Io.

g *Petitiones*) Quia ſecundum formam petitionis eſt formanda ſententia. vt extra. 3. de ſimon. licet. et ſi ineptam petitionem propoſuit, non admittatur. vt extra 3. de confirm. examinata. Item ad hoc vtilis eſt præſcripta forma petitionis, vt ſciatur, an reus plene potuit eſſe inſtructus ex ea. ut extra. 2. de di lat. præterea. item ad hoc, quod niſi certa ſit petitio, non citabit iudex reum, ut 3. q. 2. ſi primates. et 3. q. 9 indicas. Io.

h *Reſponſiones*) vel taciturnitates, vt 65. diſt. ſi forte. 54. diſt. ſi ſeruus. adeo ſcribit reſponſiones, vt ſciatur, an ſecundum † eas ſit facta litis conteſtatio, uel quaſi, ut extr. 1. de dolo et contum. prout. Io. † per

i *Interrogationes*) a iudice factas, nam partis interrogatio non auditur, ſed tantum poſitio, quia calumnioſe poſſet petere interrogari, ſed non poſſet calumnioſe ponere, cum illud teneretur probare. hoc tamen non nego, quin poſſit pars a parte interrogare, poſt quam poſuit. ut 30. q. 5. iudicantem. extra. 1. de dolo. c. ult. extra. 3. de conceſ. præben. nõ vacan. poſt electionem. D. de interrog. actionib. ſi ſine. Similiter aduocati poſſunt interrogare. ut D. de adulterijs. ſi poſtulauerit. P. quæſtioni. Io.

k *Confeſſiones*) Quę tamen etſi ſcriptę ſunt, poſſunt reuocari, vt extra. 3. de cenſib. olim. dum tamen ante ſententiam, vt C. de iuris, et facti ignorantia. error. ſic patet, quod in ſpiritualib. negotijs, licet non præſtetur ſacramentum calumniæ, tamen præſtabit ſacramentum de veritate dicenda. aliter enim non crederetur confeſsionib. Io.

l *Inſtrumentorum*) Vt ſciatur, quando ſit obtentum. quia lite inchoata obtentum nõ valeret, licet eſſet priuilegium. ut extra. 1. de teſtib. cauſam. Item vt ſciatur, quando ſit exhibitum, quia ſi exhiberetur poſtquam eſt renuntiatum allegationib. omnibus, non valet, ut extra. 3. de fide inſtrumen. cum dilectus. Io.

m *Interlocutiones*) Licet ſcribi debeat interlocutoria, non tamen dicitur, quod ferenda ſit in ſcriptis. an interlocutoria tranſeat in rem iudicatam, dixi ſu. eod. cum ceſſante. Io.

n *Renuntiationes*) Poſt renuntiationem nulla admittitur exceptio, uel allegatio. vt C. de compenſat. l. vlt. arg. extra. 3. de teſtib. cap. 2. et extra. 3. de fide inſtr. cap. vlt. niſi euidens ratio moueat iudicem, ut extra. 3. de cauſa poſſeſ. paſtoralis. Io.

o *Deſignando loca*) et omnes circunſtantias, vt extra. 3. de teſtib. cum cauſam.

p *Et tempora*) et ſic patet, quod huiuſmodi inſtrumenta communia ſunt, et cum die vtriq. parti ſunt edenda, alioquin ſi non edantur, licite appellatur. vt C. vt lite pend. l. 2. et C. de edendo. is, apud quem. Similiter dico, quod

die,vt ſu.de off.del.præterea.li.2.ſu. de reſcript.eam.li.2.et ſu.de dilat.præterea,li.3.et ſu.de reſcrip.ſic autem.et ſu.de fide inſtrument.ex litteris.li.2.et hoc tam in communib.inſtrumentis,et in reſcriptis Papę.ſed in priuilegijs,uel priuatis inſtrumentis, quæ alicuius propria ſunt, non eſt exhibendus dies.vt ſu.de fide inſtrum. contingit. D. de edendo.l.1.P.dies.niſi aduerſarius vellet probare illud falſum.vt ſu.de fide inſtru. inter. li.3.C.de contrah.ſtipul.optimam.

q *Negligentiam*) Si ex negligentia iudicis altera pars damnum patitur:iudex totum reſarciet.vt infra eod. ſacro. et C. de teſtib. ſi quando.in fine.et C. de iudic. ſancimus. in fine.Io.

r *Præſumatur*) Numquid ergo correcta ſunt omnia iura,quæ dicunt , quod ſemper præſumitur pro facto iudicis.vt extra. 2. de renunt.in præſentia.extra.3.de probat. cap. 1.extra.3.de ſent.ſicut. inſtit. de fideiuſſ. P. vlt.2.q. 6.hoc etiam placuit.Item numquid de qualibet re præſumitur,quod ſit iuſte facta,donec probetur contrarium? vt D. de probat.ab ea parte.arg.extra.3.de verborũ ſignif.dudum.in fine. Dico, quod ſemper creditur ſententiæ iudicis,vbi conſtat de proceſſu cauſæ.ſed ſi ibi dubium fuerit de proceſſu iudicis,non eſt præſumendum , quod iuſto ordine,niſi probetur per acta.nam victores non aliter potientur,niſi eas oſtenderint iuſte latas,vt in authent.de ijs,qui ingrediuntur ad appell.P. illud. ſed ſi acta ſunt perdita,probetur perditio,et ſufficit. vt extra.3.de priui.cum olim.et C.de teſtib.publicati. Vnde ſi Epś denuntiat aliquem excõmunicatum,ſtandum eſt, ſententiæ ſuæ, ſi non abſit ſubſcriptio.vt 11.q.3.curæ.ſi tamẽ dicit ſe inordinate excommunicatum, probandus eſſet proceſſus debitus. vt infra de ſentent.excom.ſacro.ſed quid ſi excommunicatur poſt appellationem,numquid eſt interim vitandus,quoad alia negotia? vt infra de ſent.excom.per tuas.et ſic potius præſumitur pro ſententia iudicis,quam pro domino ſuo.quod credo verum, in ſententia excommunionis.ſed pone,quod illæ perſonæ appareant ſubſcripſiſſe omnib. actis, numquid in tantum præſumitur pro eis, vt non poſsit admitti probatio in contrarium? videtur, quod nihilominus contrarium poſsit probari.vt extra.3.de præſcript. ad audientiam.extra.2.de probat.c.1.extra.3.de procurator.c.1.quia contra publicum inſtrumentum admittuntur teſtes.C. de probat. cum precib.infra de fide inſtrum.cum Ioannes. nam et partes † poſſunt contradicere actis, vt C.de relation.l.1.C.de appel.quoniam.et 2.q.6.P.biduum.ibi ceterum verendum eſt etc.compertum eſt enim elogia ex mala fide ſcribi,vt D.de cuſtod.reor.diuus.et ad idem facit extra.3.de accuſat. cum dilectus. extra.3.de condic. appoſ.per tuas. et hoc cõcedo,ſi per pluſes,et magis idoneos probetur contrarium.Io.

† *teſtes*

TIT. VII. DE TESTIBVS.

Cap.1. Cum contra.

Teſtes compellere [a]) Dubitationis cauſa fuit,quia videbatur , quod in crimine non poſsit cogi teſtis.vt in authen.de teſtib. P.quoniam.ſed bene poteſt cogi, dum tamen non agatur criminaliter.ſic etiam cogitur in crimine inceſtus.ſu.de teſtib.cogendis ceterum.li.2.et vbi agitur de crimine in modum denuntiationis,vel inquiſitionis,ſu. de ſimon.licet.li.3.vel hæc cauſa fuit dubitationis,quod cum clauſula,teſtes autem,qui nominati etc.non fuerit inſerta , non videtur, quod iudices poſſent teſtes cogere, cum teſtes non ſint de iuriſdictione iudicum, nec poſſunt extendere iuriſdictionem ad illos, qui non ſunt cõtenti in litteris.ſed ſecus eſt, vt dicit.licet enim ſola ea videantur delegata,ſine quib.non poteſt iuriſdictio exerceri* ſine tali* poteſt exerceri:tamen et illud eſt delegatum,cum ſit acceſſorium.nam omne acceſſorium eſt delegatum,licet ſine illo poſſit exerceri,vt ſu.de diuortijs. de prudentia. li.2.et de officio delegati.prudentiam:. lib.2. vel de hoc dubitabatur, an ſuper criminali poſsint cogi teſtes,et dices,quod ſic.nam cũ lex Iulia quaſdam perſonas excipit,quæ nõ poſſunt cogi,vt 4.q.3.lege Iulia. ergo omnes alij cogi poſſunt.Io.

Cap.2. Albericus.

In ſcriptis [a]) Nota,quod ſententia matrimonij tenet,licet non ſit lata in ſcriptis.alios etiam caſus inuenies,vbi non requiritur ſcriptura in ſententia,2.q.1.in primis.et 11.q. 1.ſi quis cum clerico.

b *Publicam*) Ad hanc publicationem faciendam vocandi ſunt omnes,quos res tangit,et heredes eorum;et examinandi ſunt teſtes.vt ſu.de teſtib.ſignificauit.li.3.in eodem caſu

caſu loquitur illud ſu. de teſtib. in nomine. † ubi autem recipiuntur propter aliquem timorem, quod moriantur, vel recedant: item non eſt neceſſe vocari aduerſarium, niſi poſſit haberi copia, ſed infra annum tenetur ad hoc. vt ſu. vt lite non conteſtata. quoniã frequenter. Io.

Cap. 3. Cum in tua.

OB *aliud iurauerint* [a]) Quia prius actum fuit in modum inquiſitionis de conſanguinitate, nunc directe agitur in modum accuſationis. vnde propter diuerſum modum agendi, publicatis atteſtationib. poſſunt alij teſtes, vel ijdem induci ſuper eodem negotio, ſu. de teſtib. veniens. li. 3. ſu. de ſacra unctione, cap. 2. li. 3. tamen alia ratio redditur hic in fine. Vel dic, quod aliud agitur nunc, quam prius, quia prius actum fuit ad matrimonium contrahẽdum, nunc ad diſiungendum.

b *In hoc caſu*) Ideſt in cauſa matrimonij. et ita patet, quod ſi aliqua pars probauit conſanguinitatem, quod poſt publicatas atteſtationes, pars aduerſa poteſt improbare cõſanguinitatem, vt hic, et ſu. de teſtib. ſeries. li. 2. nec † in caſu tali etiam poſt ſententiam, illud poſſet fieri. cum ſententia matrimonij, vel diuortij non tranſeat in rem iudicatam. ſu. de teſtib. ſicut. li. 1. ſu. de ſenten. et re iudicata, conſanguinei. li. 2. ſed hoc intelligo, cũ pars aduerſa proteſtatur ſe velle in continenti improbare conſanguinitatem. alias, ſi miſſis atteſtationib. hoc proponeret, præſumi poſſet ſubornatio. quia et ſi matrimonium ſit res fauorabilis, tamen maiori cautela in maiorib. vtendum eſt. vt 7. q. 2. c. vlt. et circa maiora periculum vertitur. 42. diſt. quieſcamus. Io.

Cap. 4. Conſtitutis.

SUam potentiam [a]) Caſum iſtum habes ſu. de præſumpt. peruenit. li. 2. et ſu. de teſtib. intimauit. li. 1.

b *Non teneri*) Et ita iuramentum tale ipſo iure nullum eſt, quia etſi poſſit ſeruari ſine interitu ſalutis aeternæ, et ideo ſeruandum videtur, tum quia expedit peccata nocentiũ nota eſſe, D. de vſurijs. cum qui. quia occultare veritatem in iudicio peccatum mortale eſt. 11. q. 3. quiſquis metu. vnde eſt illicitum. et ſic patet hic, quod iuramentum temerarium non repellit aliquem a teſtimonio. ſic nec ab electione, vt ſu. de elect. cum T. li. 2. Ioan.

c *Non videtur*) Licet præſumatur, quod iſtud ſit de voluntate Epi. tamen hanc præſumptionem poteſt elidere, ſi vult. vt infra, de homic. Petrus. li. eod. et 1. q. 4. quia præſulatus.

Cap. 5. Conſtitutis.

TEſtificata dixerint [a]) Et ita in cauſa matrimoniali poſt publicatas atteſtationes, non admittuntur teſtes, cum agitur de proceſſu cauſæ matrimonialis. Secus ſi ageretur de conſanguinitate vel probanda, vel improbanda, vel alio impedimento. Sed nũquid iudices illi ex officio debebant inquirere de proceſſu prioris iudicis? vt 2. q. 1. in primis. ſic ipſi tamẽ ſi volebant admittebantur ad improbãdum eorum proceſſum, hodie tamen non cogitur aliquis improbare proceſſum iudicis. vt ſu. de probat. quoniã. li. eod.

b *Prius induxit*) Nũquid ergo ijdem teſtes ſæpius poſſunt induci, quouſq. ſint atteſtationes publicatæ. ita videtur hic, et ſu. eod. cum cauſam. li. 3. videtur tamen non procedere, an velit eundem teſtem recipi denuo, an ex prædictis atteſtationib. procedi, vt C. de teſtib. l. vlt. Quod cõcedo, quod nũquam idem teſtis denuo poteſt induci, niſi ex cauſa; vt ſi tũc forte nõ habuerit omnia in memoria, vt in auth. eod. P. quoniã. nec multi †. D. de quæſtionib. repeti. alias, tãquã ſuſpectus repellitur. vt 4. q. 3. producti. Io. † non nulli

Cap. 6. Licet ex.

FUerit inſtinctum [a]) Vt 35. q. 6. de parẽtela.

b *De ponere non valerent*) Vt D. de gradib. nõ facile.

c *De auditu*) Niſi ſint graues perſonæ, vt ſtatim ſequitur.

d *Graues extiterint*) Non intellige graues appellari illos, qui in dignitate ſunt conſtituti, cum aliud ſit grauitas, quã dignitas. vt 4. q. 3. P. item in criminali. in 2. lege. ſed graues dicũtur, qui nõ ſunt leues, ſicut meritus dicitur, qui nõ demeruit, ut D. de legat. 2. cũ pater. P. rogo. ext. 3. de ſcrutinio. cap. 1. vel graues hic appellantur ſeniores, ad quos tamẽ vltimo recurritur deficiẽte parẽtela. vt 35. q. 6. cap. 1. et ſenib. in dubio maior fides

ccc adhi-

adhibetur, ut D. de fide inſtrum. l. vlt.

e *Et ante litem motam*) Quæri enim debet, quando, et a quo didicerint, vt ext. 1. de con ſan. et affinit. ex litteris.

f *Suis*) Sic patet, quod nec hodie recipiuntur teſtimonia de auditu, niſi a ſenioribus audierint, et forte nō ab extraneis, ſed a ſuis.

g *Non vtiq. vno*) Quia ſimile ab vno audiuiſſent, omnes pro vno reputantur, vt 1. q. 1. cito. et D. de cōdi. et demonſtr. cui fundus. ſed quid ſi illi duo audiuerunt a plurib. et illi plures audiuerunt ab uno? nec tunc valet. ſecūdum hoc uidetur, quod iudex aſcendet in quęſtionib. talib. vſq. ad primum principiū. quia licet primi audiuiſſent a plurib. et illi ſimiliter audiuiſſent a plurib. poteſt † tamen eſſe, quod illi tertij audiuerint ab uno; et ſic omnium teſtimonium non valeret. ſed hæc quæſtio nō procedit ex eo, quod dixi, quod tantum a ſeniorib. ſuis debēt teſtes didiciſſe, et ſi vallet teſtari de eo, quod audiuit a quibuſdam alijs, locum haberet obiectio. Item et ſi centum eſſent teſtes, et quilibet audiuit ab alio, quam alter, teſtimoniū non valeret, niſi quilibet ad minus a duob. audiuerit, vt hic dicitur. quod mirum videtur, cum tamē illorum teſtimonio crederetur, vel intelligas coniunctim, quod hic dicitur, ut ſcilicet non ſufficiat, quod plures teſtes audierunt ab vno, ſed ad minus a duobus. Arg. contra iſta infra qui matrimon. accuſare poſſ. cum in tua. Ioan.

† poſſet

h *Auctores*) Argum. quod infamia non inducit purgationē, quæ ab inimico auctore, vel aliquo leui proceſſit. vt 11. q. 3. in cūctis.

i *Actus legitimi*) Vt ext. 3. de exceſſib. prælator. inter.

k *Iuramento firmantes*) Su. de teſtib. quotiēs. lib. 1.

l *Vel demonſtratione*) Nō enim intereſt †, an proprio nomine, an demonſtratione, vel circumlocutione res exprimatur, vt D. ſi certum pet. certum.

† refert

m *Singulos gradus*) Numquid ergo tenetur probare de ſtipite? non credo, quia de hoc nō inuenimus cautum, ſed tantum de laterib. vt ext. 2. de teſtib. ſeries. et canō pōnit ipſos fratres pro ſtipite. vt 35. q. 5. cap. 1. ſufficit ergo probari de fratrib. vt infra de conſanguinitate, et affini. tua. ſed quid ſi teſtes bene probant de vno latere, et alij teſtes probāt de alio latere, nūquid probata eſt cōſanguinitas? dicūt quidā, quod nō. quia nec iſti probant cōſanguinitatem, nec illi. ſed certe, qui hoc dicunt, cæci ſunt, quia ſi probaui † de Martino, quod ſit filius Ioannis, per conſequēs probaui, † quod Ioānes eſt pater Martini. Item ſi alij teſtes probant, quod Berta eſt filia Ioannis, per conſequens eſt probatū, quod Ioannes eſt pater Bertæ. Cum ergo iudici conſtet, quod Ioannes eſt pater Martini: item et conſtat ei, quod eſt pater Bertæ: ergo cōſtat ei, quod Martinus, et Berta ſunt frater, et ſoror. et ita probata eſt conſanguinitas illorum, † quod concedo: et ita nō ſemper requiritur, quod teſtes ab vtroq. latere notam faciant † conſanguinitatem. Item ſi volo improbare conſanguinitatem, non eſt neceſſe, quod omnes gradus improbē, ſed ſufficit vnum gradum improbare. vt ext. 2. de teſtib. ſeries. Io.

† probaui

† probas

† eorū

† habeant

n *Vno prædictorum*) Siue propinquo, ſiue remoto.

TIT. VIII. DE FIDE INSTRVMENT.

Cap. vni. Cum Ioannes.

PEndebat a) Quia de prędictis nouis capitulis iudex appellationis cognoſcere nō poſſet, ſed de his, quæ pēdent ex veterib. vt C. de tēpor. appellationum per hanc. et ex hoc patet, quod licet coram iudice, a quo appellauit, vnam cauſam propoſuit: tamē corā iudice appellationis aliam poteſt adicere, vt ſu. de appel. conſtitutus. in fine. D. de appellat. ſcio. et inſtrumēta, et probationes prius omiſſas, vt in lege illa, per hanc. 11 †

b *Contractus initus*) A b initio, cum primo cōtractus fuerit initus.

c *Secundum legitimas*) Vt C. de fide inſtrum. in exercendis.

d *Quodlibet inſtrumētum*) Et ita patet, quod contra inſtrumentum, quantum cumq. publicū admittūtur teſtes, vt hic, et ſu. de pręſcript. ad audientiam. li. 3. et C. de probat. cū precibus. Si quæris, quot teſtes præiudicent inſtrumēto; dico, quod quattuor, vel quinq. ad minus, quia auctoritas tabellionis valet duos teſtes, vt hic dicitur, et ſu. de probat. quoniam. li. eo. et ipſum inſtrumētum valet duos teſtes, quia parem vim habet probatio teſtium, et inſtrumenti, vt hic dicitur, et C. de fide inſtrum. in exercendis. ſic ergo ipſum inſtrumētū valet tres teſtes ad minus. oportet ergo, quod ad minus per quattuor teſtes improbetur. In duob. autem caſib. teſtes non admittuntur cōtra inſtrumentum, ut

vt in inuentario publico confecto, vt C. arbitrium tutelę, l.vlt. et in confeſſione mulieris, quæ confitetur ſe recepiſſe pecuniā per interceſſionē, vt C. ad Velleianū. antiquæ. et alij diſtingunt, an factum ſit remotum ab huiuſmodi † memoria, vel non, ut plene notaui 4.q.3.

† *humana forte.*

e *Nec cancellatum*) Hæc verba habes C. de edicto D. Hadr. tollen. l. vlt.

f *In modum exceptionis*) Verum non videbatur pro ipſo ſentētiādum, ſu. de ordin. cogn. cum dilectus.

g *De certo*) Propter quod videbatur nō valere, ſu. de fide instrum. inter. li. 3. D. de edendo. l. 1. P. editiones.

h *Poſtquam*) Sic patet, quod iudex poſt apertas atteſtationes, poteſt interrogare partes, vt D. de interrog. actionib. ubicumq. ſic dico, quod iudex ex ſuo officio poteſt poſt apertas atteſtationes quęrere aliquid a teſte, ſi de minute aliquid dixit, quia quibuſlibet modis poteſt inquirere veritatē, ne aliquid prætermiſſum remaneat, vt 30.q.5. iudicātem. ſed tamen ad petitionem partis illud nō debet facere, vt ſu. de probat. c. 2. li. 3. De hac materia dixi 30.q.5. iudicantem. ſed nūquid audiēda eſt, ſi vellet aliquid proponere publicatis atteſtationibus? ſic, ſuper nouo articulo, ſicut et poſſet ſuper illo inducere teſtes.

i *Huiuſmodi exceptio*) Videtur ergo, quod exceptio omiſſa ante ſententiam, poſsit obici poſt ſententiam, ſic ſu. de priuileg. cū olim. li. 3. ſed contra ſu. de ſent. et re iud. inter. li. 3. et 3.q.6. P. exceptio. Reſpon. quod licet in modū exceptionis nō poſsit obici quaſi omiſſum, poteſt tamen in modum accuſationis. ſic ſu. de compenſat. quod in diem. et ſu. de appell. conſtitutus. li. 3. Io.

TIT. VIIII. DE IVREIVRANDO.

Cap. 1. Cum contingat.

LEgitimas ſanctiones[a]) vt D. de fund. dotali. lex Iulia.

b *Seruare*) Quid eſt ergo, quod dicit vtriuſq. iuris regula, quod contra leges ſit, pro infecto habendū eſt? ut 10. diſt. vides. C. de legib. nō dubium. et ſu. de fide inſtrum. inter. li. 3. Item cum talis contractus a iure ſit damnatus, vt D. de fundo dotali. lex Iulia. C. ad Velleianum. auhent. ſiue a me. qualiter præſtat iuramentum ipſi robur, cum iuramentū nō ſit vinculum iniquitatis, vt 22.q.4. inter. Neq. enim illud ſolum ſufficit, quod ſine interitu pōteſt ſeruari. quia illud fallit in temerarijs iuramentis. ſu. de iureiur. ſicut. lib. 2. et ſu. de teſtib. conſtitutus. lib. eod. et ſu. eod. tua. li. 3. Item qui iurat ſe exheredaturum aliquem, illud poteſt ſeruare ſine interitu, et tamē nō tenetur illud ſeruare. ſu. eod. Quintauallis. Item fallit infra de pignorib. ſignificāte. item cum quis iurat, quod faciet aliū heredem: hoc iuramentum non tenet; et tamen illud licite poteſt ſeruari, vt D. de verbor. oblig. ſtipulatio hoc modo. Item ſi iurauit ſe ſoluturum pecuniam ſpe futuræ numerationis, vt C. de nō numerata pecunia. indubitati. Item ubi iurat aliquis, quod eſt inhoneſtum, vel tendit ad inhoneſtatem, vel quod eſt incomodum; licet poſſit ſeruare, nec tamen ad hoc tenetur, ſu. de iureiurādo. quemadmodum. D. de legat. primo, ſiquis inquilinus. P. vlt. vel vbi quid immoderatum præcipitur. D. de operis libert. l. ſi libertus. vel ubi libertas teſtandi aufertur. D. de legat. 3. ſiquis. vel vbi onerāt libertatem. D. quarum rerum actio nō detur. l. 1. P. quæ onerandæ. Item cum ei nō ſeruatur fides, vt infra c. prox. Item cū ſeruus ante manumiſſionem iurat præſtare operas, vt D. de manumiſ. teſtam. ſeruum teſtamento. Item cū per iuramentum inducitur alicui perpetua viduitas, vt D. de iure patron. adigere. in omnib. illis non tenet iuramentum, licet poſſit ſeruari ſine interitu. Ad hoc dic, quod lex conſiderat, quid utile ſit, et honeſtum corpori; nā expedit mulierib. dotes ſaluas eſſe, vt inueniāt aliquem, cui nubere poſſint, vt D. ſoluto matrim. l. 1. ſed canon conſiderat utilitatem animę. vel dic, quod tunc præiudicat ei iuramentū: quando aliunde poteſt cōſuli mulieri. ut dicitur in illa auth. ſiue a me.

c *Si ſinerit*) Ergo iuramentū per uim, vel metum præſtitum, non eſt ſeruandum. Quid iuris ſit de hoc, dixi 15.q.6. auctoritatem.

d *Cum in alterius*) dictorum filiorum.

Cap. 2. Sicut, et infra.

INiuſte[a]) Illud autem ſpectat ad iudicium eccleſię. ſu. de foro compet. ſuper. li. eod.

b *Reſtituat*) Si enim in iuſto bello occupaſſet res eius, ſtatim facta eſſet ſua, vt 23.q.5. dicat.

c *Eum non ligat*) Quia iuramentum non ſeruāti nō eſt ſeruandum, ſu. de iureiur. li. 1. peruenit. argum. contra. 33.q.5. quod Deo.

Cap. 3. Nimis de.

NIhil tēporale[a]) Si enim tēporalia poſsidētur a laicis, in his sūt minores eis, vt ext.

 3. de

3.de maior.et obed.ſolitæ.et 18.diſt.ſi Eps.

TIT. X.DE PRAESCRIPTIONIB.

Cap.1.Significauit.

PRæſcriptionem [a]) In procuratione,quę debetur ratione uiſitationis,nō præſcribitur,vt hic.ſu.de maior.et obed.cum ex officij.ſed in alijs procurationib. quæ debentur ratione conſuetudinis, bene pręſcribitur.de quibus loquitur 18.q.2. ſeruitia.vel quæ debentur ex prima conſtitutione,de quib.dicitur 18.diſt.Eleutherius.et generaliter in nullo,quod ſpectet ad obedientiam,præſcribere videtur,vt ſu.de præſcr.cum non liceat. ſu.de tranſact.præterea.li.2.ſed in his,quæ nō pure ſpectant ad obedientiam, ſed potius ad parochialia iura,bene præſcribitur,vt ſu. eod.de quarta.li.1.et quod hic dicitur,intellige,niſi quis præſcripſerit libertatem, nam tunc præſcribit contra obedientiam, et alia iura libertatis.ſu.de priuileg.cum olim. vel ſi medio tempore fuit obediens; tunc præſcriptum eſt contra obedientiam prioris.et in hoc caſu magis ipſe præſcribetur, quam præſcribat,vt ſu.de præſcript.cum ex officij.et ſu.de priuil.cum olim.li.3.

Cap.2.Intellecto.

CAuſas matrimoniales [a]) Quid iuris de hoc ſit,habes infra de exceſsib.prǽl.accedentib.

b Oppreſſionib.) paruulor. in lectis parentum.

c Pœnitentias) Sollemnes,ſed priuatas pœnitentias poſſunt ſimplices ſacerdotes iniungere. vt 50. diſt.in capite. vel iſti Abbates non habebant populum.

d Remiſſiones etiam) In dedicationibus eccleſiarum.

e Requiſito) ſup. de capellis monachor. in eccleſijs.li.1.

f Interdicto) Quod ſolus Eps poteſt, ſu. de ijs, quę fiunt a maior.par.cap.quæſiuit.

g Expreſſa) priuilegium amplius non extēditur,quam verba priuilegij ſonant. ſu. de priuileg.c.vlt.li.1.

h Conceſſionem ſe.Ap.) In his omnib.quæ pręmiſſa ſunt,nam in quibuſdam poſſunt ſe tueri alio iure,vt infra de exceſſ.pręl. accedentib.

i Se habere) Supple in omnib.prædictis.vel dic,quod licet conſuetudine ſe non poſſunt tueri,poſſunt tamen ſe tueri præſcriptione, ut ſu.de pręſcript.auditis.li.3.

k Fore vſos) Nō enim ſufficit habere priuilegium,niſi ſit vſus ipſo iure.D. de nundinis. l.1.ſu.de priuileg. li de terra.et C.de pręſcript.30.annor. ſicut in rem.lo.

Cap.3. Quoniam omne.

BOna fide [a]) Argum.contra ext.1.de iure patronat.cura.et ext.2. de præſcript. ſignificauit. ſed ibi bona fide poſſedit, licet minus iuſto titulo;et ad præſcriptionem ſufficit qualiſcumq.titulus,licet minus iuſtus, ut ext.2.de emptio. peruenit.et ext.3.de cōſuetud.c.vlt.item contra ext. 1. de præſcr. de quarta.ſed ibi ſcientia Epi induxit tacitum conſenſum,et ille conſenſus fuit ei titulus.Item fidem potuit habere bonam,ſi ponas ipſum ſucceſsiſſe alteri. Dicitur autem quis bonæ fidei,licet erret in facto,vt D. de uerbor.ſignif.bonæ fidei.Idem videtur,ſi erret in iure,vt ext.1.de iure patr. cura. et D. de petitio.hered.ſed et ſi.P. ſcire.licet in uſucapione non proſit iuris ignorantia, vt D. de uſucapionib. numquam. et licet hic non fiat mentio de titulo: tamen et titulus requiritur,vel verus,vel præſumptus.vt ext. 3.de præſcript.ſi diligenti.quia ex ſolo tempore non inducitur obligatio; cum nec tollatur ſolo tempore. vt D. de actionib. et obligation.obligationum fere. Vnde nō ſufficit allegare curſum temporis, niſi alleget titulum,et fidem;et probato tempore præſumendum eſt de titulo, et fide; alio enim modo non cogitur probare titulū.Sed quid ſi aduerſarius vellet probare ipſum nullo titulo habuiſſe,ſed potius per violentiam? Videtur,quod debeat audiri,ex quo vult probare originem poſſeſsionis vitioſam,vt notatur C.de pignorat. actione. ne creditores. et C.de pręſcript.30.annor.malæ fidei.et C. de diſtract. pign.et ſi.et 16.q.3.ſi ſacerdotes. et cap.ſeq. et c.licet.et c.prima.in fine. et 93. diſt.illud.et C.de præſcrip.30.annor.ſiquis emptionis.arg.cōtra,quia quadragenalis pręſcriptio omnē actionem excludit, vt ext.1. de præſc.ad aures.et C.de præſcr.longi temp.l.vlt.in fine.Solutio.ad hoc dico, quod licet talis in initio non habuit titulū;tamen poſtea incipit habere per tacitū cōſenſum actoris.vnde nullā exceptionē iuris admittit, quia præſcriptū eſt cōtra actionē.tamen videtur ſatis dicēdū ex hac conſtitutione, cū quis vult probare defectū fidei,et tituli,quod ad-

admittendus ſit. ſed numquid tenetur quis probare titulum? Videtur, quod ſic, vt ext. 1.de præſcript.licet.ext.3. eodem ſi diligenti. Reſpondeo,cum † præſumitur cõtra aliquẽ, non ſufficit allegare titulum, niſi et probet, alias ſufficit probare tempus, vt præſumatur titulus.ſed contra infra de decimis. dudũ.Ioan

† ubi

b *Quã ciuilis*)Si quæris,quo modo Papa poſſit aliquid ſtatuere de præſcriptione laicor. dico,quod ratione peccati,quia omnis cauſa ratione peccati ad eccleſiam ſpectat, vt extra.3.de iudic.nouit. Sed nũquid interrumpentur præſcriptiones iã inchoatæ ante hãc conſtitutionem,vel numquid tuti erũt præſcriptione illi, qui ante hãc cõſtitutionẽ præſcripſerunt? ſic.quia cõſtitutio nec ad prætérita,nec ad ea,quæ adhuc pẽdent,extẽditur, niſi hoc nominatim dicatur,vt C.de leg. leges.Itẽ quid ſi prælatus habet læſam cõſciẽtiã alicuius rei,quã poſſidet,ſed eccleſia habet bonam fidem, numquid teneretur rem deſerere? Reſp.non.ſed ſignificabit illi, cuius res eſt,vt eam petat.nec in hoc facit fraudem,vt D.de negot.geſtis. at qui natura. P. cum me abſente.et D.mandati.Quintus.Io an.

c *In nulla temporis parte*) ſcilicet ipſius præſcriptionis.Si.n. poſt præſcriptionẽ ſciuit, quod res ſit † aliena, non ideo dicitur tunc mala fide poſſidere, nec habere conſcientiã rei alienæ;niſi ita velis intelligere:idest rei, quæ fuit aliena,modo nõ eſt aliena.ſed quid ſi tempore præſcriptionis habuerit conſciẽtiam læſam;ſed poſtea per dicta aliquorũ † iterum incipit habere non læſam;numquid per hoc eſt interrupta præſcriptio?non.quia illa conſcientia fuit erronea : tamẽ ſi habet erroneam conſcientiam, oportet, vt deponat errorem.ut ext.3.de ſimon.c.vlt. Item quid ſi dubitat,an res ſit ſua,et iuſtã habeat cauſam dubitationis? aut reddet † rem in hoc caſu,aut retinere poteſt eam licitè? Dico,quod in dubio licitè vtitur fructib. quia quantum ad fructus percipiẽdos dicitur bonæ fidei poſſeſſor,licet dubitet de iure ſuo. vt D.de uſuris, qui ſcit.P.bonæ.ſed nũquid hoc caſu præſcribit? poteſt dici,quod ſic. Quia licet habet cõſcientiam dubiam, non tamen læſam;nec habet conſcientiam rei alienæ , inquirere tamen tenetur ab alijs de re illa,vt ſic perueniat ad veritatem.Io.

† fuit

† alioqum

† reddas

TIT.XI.DE SENTENT. ET RE IVDICATA.

Cap.1.Cum te.

Infamia)Nam accuſatio iniuriarum infamat,ſiue ciuiliter,ſiue criminaliter agatur, D.de his,qui notã.infamia.athletas.P.vlt.ſi quis autem famoſa actione te conuenerat, ſi uis euitare infamiam,conſtitue tunc procuratorem,vt D.de his,qui notantur.inf.furti. b *Vel minima*)Quia non omnia talia verba pro iniuria ſunt habẽnda,vt ſi ex repentino animo dixerit.2.q.3. ſi quis iratus.de pœnit. diſt.1.quidquid.Itẽ et illud requiritur, quod ſit contra bonos mores,vt D.de iniurijs.itẽ apud.P. meminiſſe.

c *Non notari*)et ita ſimplex eccleſiaſticus reſtituit aliquem famæ ſu. de ſimonia ex diligentia quæ auctoritatem.Io.

Cap.2.Ad probandum.

AD *probandum*[a])Hoc capitulũ de eadẽ materia loquitur, vt ſu.de reſcript. ut lect.li.3.

b *Immediatur*)A Metropolitano,nõ tamẽ ab Epo ſuo,et ita retractatur ſententia,ſi detegitur impedimentum per ſententiam. ſic ſu.83. diſt.veritate.29.q.2.ſi quis ingenuus.et eſt cõtra id generale, quod eſt.3. q.7. P. tria.in princ.ſu. de iure patr. conſultationib. C. de teſtam.Peſſet 1.q.1.ſi quis a ſimoniacis.ſed adhuc aliud videtur hic eſſe inconueniens,quod ſi retractatur ſententia , quoad vnum iudicem; retractetur etiam, quoad alios.ſic ſu. de offic. deleg.cum ſuper. li.3. argum. contra ſu.de reſcrip.ſuſcitatus.li.2.D.quod falſo tutore.l.i.P.primo.D.de arbitris, Pedius. in fine,et l.ſequenti.et ita per rationem huius decretalis videtur,quod etiam retractanda ſit ſententia iudicis; qui communicauit excommunicato,et facit ad id,ſu.de elect.illam.li.eo.

c *In perſonam*)Habes hic,quod exceptio impropria,ſi fuit omiſſa ante ſentẽtiam, poteſt adhuc obici poſt ſententiam,argum.81.diſt. eum,quẽ * ſu.8.diſt, quæ contra.nã poſt cõſecrationem obicitur.ſu.de elect.in cauſis.li. 3.et ſu.de accuſation. vemens.li.3. ſed contra 8.q.2.dilectiſſimi.ſu.de teſtib.ad hoc.ſu. de qualit.ordin. accepimus.li.eod. Reſpondeo, quod exceptionem omiſſam in cauſa principali, poſſunt obicere in cauſa appellationis , aliter non. ſupra de fide inſtrument. cap. 1. li. eodem et C. de temporib.

appellationum.per hãc.vel dic, quod prius ſuit hic exceptio propoſita,ſed iudices ea omiſſa proceſſerunt ad ſententiam,nõ tamẽ ea reprobata; tunc enim non poſſet plus ea obijci,ſu.de ſent.et re iud.inter.li.3.

d *In expenſis*) ſic ſu. de reſcript.cap.dilecta. li.3.Io.

Cap. 3. Cum in præſentia.

NOn *ſolum nobis* [a]) Quia tuebatur ſe appellatione ſua,ut.intra ſequitur.

b *Cauſa rei ſeruandæ*) ſed † mittere volebat tã tum cauſa rei ſeruandę,ad quid opus erat teſtibus:cum ſola conteſtatio ſuffeciſſet? forte ideo,quia nõ ſtatim propter cõtumeliã † partis aduerſæ fit miſſio in poſſeſſionem, niſi ſtatim alio modo ſit cognitum de negotio.vt ſu.vt lite non cont.quoniam. in fine.Io.

† *ſi,forte*

† *contumaciã, malo.*

d *Commiſſa*) Tamẽ hæc cauſa fuit cõmiſſa, quod Eps nolebat confirmare eius electionem;et occaſione huius mandati fuerũt vocati contradictores omnes. quia etſi nõ fiat mentio de ipſis in litteris:tamen omnes illi, quos res tãgit vocandi ſunt. ſu.qui matrim. accus.poſſunt.ex litteris.lib.1.D.de re iud. de vno quoq.et l.ſæpe.63.diſt.ſi forte.vt 8. q.1.licere.ſu.de elect.dudum li.3.Item quia Eps non fuit accuſatus,de quo principaliter mandatum receperunt;caſſatur id,quod factum eſt,ſic.ſu.de reſcript.cum dilecta.ſed ſi Eps eſſet uocatus, et nõ monachi, quorum intereſt 3.tenet ſententia lata contra Epm. ſu.de ſent.et re iudic. cũ ſuper.lib. 1. præiudicatur tamen illi,qui ſcit cauſam agi, cuius defenſio ad ipſum principaliter ſpectat.ſu.de parochijs. coram,li.3.ſu.de re iudic.ſæpe.Io.

TIT. XII. DE APPELLATIONIB.

Cap.1. Oblatæ.

B*lennium* [a])vt ſu.eod.cum ſit Romana. li.1.

b *Prouocante*)vt ſu.eod.perſonas.argum.cõtra ſu.de matrim.contra interdict. eccles.cõtracto.ex literis.li.1.

c *Prorogari*)niſi ex cauſa,vt ſu.de appel.ex ratione.li.1.ſed tamen illud non eſt prorogare,licet parcatur ei,qui non proſequitur infra tempus legitimum.

d *Vel appellante*) Hoc tamẽ de appellato dicitur,qui nõ poſſit præuenire terminum legalem,niſi ſecundum quod hic dicitur, et 2. q.6.appellatore. De hoc non eſt dubium, quin terminum ſtatutum ab homine neutra pars poteſt præuenire,vt ſu.eod.ſæpe.li. 3.ſu.eod.ſignificauerunt.li. 1. ſed numquid appellans poteſt præuenire terminum legalem?uidetur,quod ſic.tamen ne calumnioſe pręcurrat victorẽ,ut primo,dicitur;ſatis poteſt dici,quod utraq.pars poteſt præuenire terminum legalem et exequi cauſam appellationis,quandocumq. voluerit infra annũ, vt hic videtur;dum tamen neutra pars nitatur pręuenire alteram, vt hic oſtenditur, et C.de tẽpor.appell.l.nemo.et l.vlt.P. in his. non obſtat 2.q.6.appellatore,quia ibi non dicitur,quod debeat victor exſpectare uſq. ad finem anni; ſed quod licet ei eſpectare tantum.Item et hoc ſcias,quod infra terminum legalem debet cauſa appellationis eſſe terminata,nec vltra poteſt procedi, vt . 2.q. 6.ei.P.2.C.de tempor. appel.nemo.

e *Non præcurrat*) ſic 16.q.3. placuit.et D.ad Tertullianum.l.2.P.ſi mater.

f *Proſequi*)etiam abſente aduerſa parte poteſt expediri cauſa appellationis,ut hic patet,et 2.q.6.appellatore.et ſu.de ſent.et re iudic. cum Bertoldus.et C.de tempori.ordin. l.ult.P.1.

g *Periculum imminere*)ſic ſupra.ut lite nõ cõteſt.quoniam.arg.contra ſu.de appellat.conſtitutus.li.3.† Io.

† *li.1.*

h *Non derogatur priorib.*)Sed ſi iudici nõ liquet de cauſa: tũc cõſtituat præſentẽ poſſeſſorem. nec audietur aduerſarius,niſi de proprietate,vt C.quo modo,et quando. cõſentaneum.et eſt idem tunc,ac ſi lis eſſet, quaſi conteſtata,vt ſu.vt lite non conteſt.quoniã, ſed ſi poſſeſſor ſit præſens, et actor abeſt, tunc ſiue lis ſit conteſtata, ſiue non; poteſt tamen diffinitiuam ferre ſententiam, ſi conſtat de cauſa,ſu.qui filij ſunt legitimi.omni. et argum. ſu.de reſtit. ſpoliat.audita. lib. 1. et C.quomodo, et quando iudex.authen. qui ſemel.ſed ſi nõ liquet de cauſa, abſoluat reũ ab obſeruatione iudicij.nec obſtat,ſi dicatur, quod actore non probante ſemper reus debeat obtinere, ut 6.q.vlt.actor.quia illa regula locum habet,cũ ambo ſunt præſentes.Item patet hic,quod iudex appellationis poteſt procedere altera parte abſente, vt 2.q.6. ſign.†et ſu. de ſent.et re iud.cũ Bertoldus.et C.de tempor.appell.l.vlt.et ſu. de appell.ſæpe.lib.3.Io.

† *et qui forte,*

Cap.2. Per tuas.

Lique

L *Iquebit*[a]) Hoc intellige, dũ tamẽ priores fecerint mẽtionem appellationis factę, vt ſu. de reſcrip. accepta. li. 2. ſu. de confir. bonę. li. 2.

Cap. 3. Vt debitus.

A *Nte ſententiam*[a]) Cum hodie idem iuris ſit in omnib. iudicib. patet, quod hodie non habet locum illa decretalis, ſuper quæſtionum. quantum ad poteſtatẽ appellãdi. ſed in hoc bene tenet; vt ſi deleget totã cauſam, non appelletur ad ipſum. ſecus ſi deleget partem, vt tũc appelletur ad ipſum in caſu, in quo licet appellari. ſed quęro, quid hodie proſit ſcribere remota appellatione? Dico, quod etiam tunc poſt ſentẽtiã prohibetur, niſi habeat cauſam probabilem appellandi. ſed ſi nõ eſſet remota appellatio ſemper poſſet appellare poſt ſententiã, niſi euidẽs eſſet ipſum fruſtatorie appellare. vel dic, quod ſi remota eſſet appellatio, non poteſt appellari, niſi in caſib. expreſſis a iure; in quib. appellatur remota appellatione, vt ext. 3. de appel. paſtoralis. ſed ſi nõ eſt remota; tũc ſemper appellatur, quotiens habeat probabilẽ cauſam, quæſi foret probata * et cũ. † quia licet. * caſus ſunt a iure expreſſi, in quib. appellatur remota appellatione, vt potes ponere exẽpla ext. 1. de appel. poſtremo. ext. 1. de dolo, dilecti. ext. 1. de reſtit. ſpoliat. ex conqueſtione. ext. 3. de appel. ſignificantib. ext. 3. de appel. ex parte. 2. q. 6. non ſolent. C. de Epiſcopali audientia, l. 2. C. vt lite pẽd. l. 2. D. de minorib. ait Prætor. P. permittitur. C. de appel. ſi quis. et generaliter vbicumq. ſententia manifeſtam continet iniquitatẽ, vt ext. 1. de off. del. ſane. et licet nõ omnes caſus in iure poterant enumerari, et exprimi: de ſimilibus ad ſimilia procedemus. 20. diſt. de libellis. D. de legib. nõ poſſunt. appelletur ergo ex illa generali clauſula, ſi qua mihi iuſta cauſa uidebitur. arg. D. ex quib. cauſis maiores. l. 1. alias iniquiſſimum eſſet, quod ſi pars euidenter cõuictus, niſi qui habet probabilem cauſam, non audietur appellans, niſi ille caſus eſſet expreſſus in iure. ſi ergo ius diceret, quod remotio appellationis facta ab homine, tamen ſpectet ad appellationes expreſſas in iure: ſed vbi ius remouet appellationẽ, ibi poteſt appellari, etiam in non expreſsis, vt ita mitius agat ius, quam miniſter iuris. ſecundum hoc illa decretalis, ſuper queſtionũ. nullam recipit correctionem. quia ſi delegatus delegat alij, laxior eſt data poteſtas appellandi, quã prius fuerat. quia prius non poterat appellari, niſi in caſibus expreſsis, ſed a delegato appellatur etiam in probabilib. cauſis. Item quæro, ſi remotio appellationis hodie extendatur ad incidentes quæſtiones; cum generaliter ante ſententiam non appelletur. Videtur, quod non; quia et ſi expreſſe in hibetur appellatio, bene appellatur ab incidẽti, vt ext. 1. de appellat. ſuper eo. Ergo multo potius, vbi expreſſe non inhibetur. Ad hoc dico, quod hodie ſolum ius in hibet fortius appellationem, quam olim expreſſa remotio. et eſt ratio, quia olim contra ius erat, quod alicui inhiberetur beneficium appellationis. et cum eſſet contra ius, non debuit trahi ad conſequentiam. et ſic non debuit trahi ad incidentes quæſtiones: ſed hodie ipſum ius remouet appellationem, vnde generaliter remouet.

b *Nõ obſtante ſi dicat*) ideſt, ſi alleget hoc tãtum, et non probet. et eſt ſimile ext. 1. de appel. ſuper eo. in fine. alias enim multiplex videtur ſequi inconueniens; quia cum aliquis in propria perſona poſſit adire ſedem Romanam, vt interim non deferatur querella contra ipſum, quare non poſſet per nũtium; cũ illud dicar facere, quod per alium facio, vt ext. 1. de ſent. excom. mulieres. maxime ſi ſint tales perſonæ, quæ per ſe non conſueuerint ire ad curiam, ſed per nuntios, vt eccleſia, vel princeps aliquis. et quod miſſio nuntij excuſet, habes ext. 2. de appel. ad hoc. ext. 3. de off. del. c. 1. Præterea ex hac conſtitutione datur occaſio malignandi, nã quam cito aliquis ſenſerit aduerſarium ſuũ rediſſe de curia, vel nuntiũ illius impetraſſe litteras, ſtatim prӕueniet ipſum cõquerendo de ipſo coram ordinario iudice. ſed certe ratio huius ſtatuti euidens eſt, hęc ſcilicet, ne quis ſine cauſa declinet examen ordinarij iudicis. voluit enim dominus Papa, quod debitus honor deferretur iudicib. vnde ſicut nõ poteſt declinari iudiciũ eius per appellationẽ, ſic nec per miſſionẽ nuntij. immo magis videtur ex hac conſtitutione dicẽdũ, quod ſi quis per litteras conuenit aduerſarium coram delegato, vt ille poſſit excipere, quod cauſa non eſt tranſlata a poteſtate ordinarij. cum enim per expreſſam appellationẽ non poſſet ab eo transferri, niſi cauſa probabili expoſita, vt hic dicitur; multo minus per ſimplicem querellam, quia et alias tranſfert appellatio iudicium, vbi non transfert

querella. vt 9.q.3. cōqueſtus.cum enim hodie leges,et canones in hoc articulo ſint cōformes; et ſecundum leges non transfertur ad principē iuriſdictio ab ordinario ſine appellatione,vt in auth.de mand.Princ.P. ſit tibi. et ext.1.de appel.c.vlt. †et in auth. collat.9.vt differentes iudices,P.penult.et vlt. ergo et ſecundum canones.ſecundum hoc correctum erit illud,ext.1. de off.leg.cum non. vbi etiam ad legatum transfertur per ſimplicem querellam,.et 11.q.1.quicumq. Prçterea cum per ſecundum reſcriptum nō tollatur iuriſdictio delegata, niſi de ipſo fiat mentio; multo potius † non tollitur ordinaria,niſi de ipſa fiat mentio:facilius enim tollitur extraordinaria,quam ordinaria iuriſdictio. vt 3.q.3.P.ſpatium.ver. quod fieri.ſi tamen vis dicere,quod per ſecundum reſcriptum poteſt præueniri ordinaria iuriſdictio non inchoata, quemadmodum et delegata: non reprobo,licet ordinaria ſit potior. et eſt argum.ad hoc ext.1,de reſtit.ſpol.audita. in fine.et ſi quæras,quare ſecundum hoc non ſit neceſſarium facere mentionem ordinariç iuriſdictionis,ſicut et delegatç?dico,quod vtriuſq.facienda eſt mētio,ſi eſt coepta. Ideo autem conſueuit fieri mētio delegatæ,et nō ordinariæ; quia ordinaria de iure generali habetur. Vnde per ſpeciale reſcriptum tollitur,quantum ad certam ſpeciem, licet non fiat de ea mentio. ſed ubi vtraq.iuriſdictio de iure ſpeciali habetur, ſecus eſt,vt ext.3. de reſcript.paſtoralis.vel dicatur,quod eo ipſo,quod Papa alijs ſcienter committit cauſam,videtur tranſtuliſſe iuriſdictionem ab ordinario,vt ext.de off.ordinarij.paſtoralis. Itē videtur hic corrigi id,quod legitur ext. 3.de reſcript. plerumq.vt uſq. ad annū non poſſunt præueniri litteræ alicuius.quod poteſt concedi,vt ſtatim poſſit quis alium prçuenire habentem priores litteras,dum tamē prius potuit habere copiam iudicis. ut ext. 1,de reſcript.ſi autem. et hoc intelligo,quando aduerſarius non præuenit diligentiam alterius,vt .16.q.3.placuit.et ſu.eod.oblatç.Si quæras,vſq.ad quātum tempus dicatur negligens;dico,quod vſq.eo dū potuit habere copiam iudicis. vt D.de vacationib.et excuſatio.munerum. Theopompus.et ſatis uidetur moderandum eſſe tempus uſq.ad tres menſes. arg.ext.2.de reſcript.ex parte.vel uſq.ad vnum menſem .vt 1.q.1.conſtat. et † intellige,quando ſecundus exhibet ſuas litteras,poſtquam prior compoſuit ſarcinulas ſuas,alias ei † nō noceret alterius feſtinatio, ut D.ex quib. cauſis maiores, ab hoſtib.P. vlt.et l.ſequ.Sed quid ſi ad appellationem† alterius impetratæ ſunt litteræ altero præſente,vel euis procuratore ? in eo caſu ille, qui ſciuit, et præſens fuit, non poteſt præuenire alterum;nam punitur, vt cōtumax, vt ext.3.de appel.ſæpe.et eſſet tunc idem,ac ſi litterç eſſent impetratç de conſenſu partium:quæ ſimiliter non poſſent † præueniri,vt ext.1. de reſcript.ceterum.eodem modo videtur,quod ſi aliquis ſciente aduerſario mittit nuntium,vel impetrat litteras; ſi poſtmodum velit ipſum † conuenire coram ordinario,cum ſciat ipſum habere litteras, non poteſt ratione iam dicta,et eſt argumentum ad hoc ext.2.† de appel.ad hæc†. Ioan.

† c.1. — † fortius — † vel — † enim — † poſtulationē — † poſſunt — † eum — † 3. — † ad hoc.

c *Ex rationabili cauſa*) Hic euidenter patet, quod ſemper cauſa appellationis proponenda eſt,ſi tamen non præponeretur cauſa, et poſtmodū corā iudice appellationis probaret ſe iuſte appellaſſe;bene caſſaretur,quod factū eſt poſt talem appellationē, vt ext. 3.vt lite non conteſt.accedens. Sed quare dicitur cauſa appellationis, cū ab ea poſsit recedi,et coram iudice appellationis non tenetur proſequi eam;ſed aliam poteſt proponere,vt D.de appel. ſcio.in fine.et.argum.ext. 3.de appel.conſtitutus.in fine,Reſp.ideo, ut ſciatur.an ei ſit deferēdum,vel nō. Sed quçro,quç cauſa dicatur probabilis,nūquid illa, quæ iudici videtur vera,†an alijs? Videtur, quod nō ſit referendū ad opinionē iudicis, ut infra de ſent.excom.ſacrum.ſicut nec ad opinionē iudicis refertur, quid dicatur manifeſtum,ſed ad ipſam rei veritatem,vt ext. 3.de verb. ſig. cum olim.ad idem facit.3. q. 7.indicat.ext.1.de conſtit.c.1.ſi enim ad opinionem iudicis eſſet referendum , vt illam debeat admittere,quç ei videatur probabilis;ſed poteſt eſſe,quod aliquid videatur vni iudici probabile, et eius contrariū videatur alteri iudici probabile;et ſic vterq.iudex bene ſententiaret;et tamen contrarias ſententias ferrent,quod eſſe non poteſt.Item videtur,quod iudex potius ſequetur opinionem aliorum,quam ſuam,vt infra eod.cum cauſa.Si vero dicas,probabilitatem ad opinionem aliorum referri;contradicit ext.3.de cōſuetud.ad noſtram.Vbi dicitur,quod iudex non ſecundum aliorum,ſed ſecundum ſuā opinionem ferat ſententiā ſententiabit enim iudex id,quod ſibi videtur.D.de arbitris. qualem . et iudex ex ſententia animi ſui ſententiabit , ſiue æſtimabit , quid aut cre-

† neceſſaria

credat, aut parum ſibi probatũ videatur, ut 4.† q.3.ſæpe.nec debemus reſpicere rerũ naturam,ſed opinionem noſtram, vt D.de iudic.ſed et ſi.in fine.quod concedo,et aliud eſt in manifeſto, quã in probabili.Sed quid ſi dubia eſt cauſa appellationis,an tunc deferendũ ſit † appellationi,an non?ſi deferat, appellationi, ergo † dicitur hic,quod tũc tãtum † deferet,cum cauſa eſt probabilis. Si vero † deferat, ergo iudex dubitans an ſit iudex,poteſt iudicare, et cum dubitat an ſit ſuſpẽſa ſentẽtia per appellationẽ, poteſteã exequi,et ſic obſtat 11.q.3.graue.Dico,quod ſi iudex dubitat de cauſa appellationis, debet ſummatim cognoſcere non forma iudicij,ſed inquirendo ab alijs,et ſic ſciet,an cauſa ſit probabilis. ſed quid ſi iudex ſemper dubius relinquatur? tunc dico iudicem ſuperſedere debere, quia etiã in dubio potius ſtatur appellationi,quam ſententię,vt ext.3. de appel.dilectis.† et infra de ſent.excom.ſacro.nam præſumitur,quod propter grauamen appellauerit, cum ſit paratus proſequi appellationẽ, vt ext.2. de appell.tenor. nec enim poſſet dubitare iudex, niſi appellans aliquam cauſam haberet pro ſe.ſi enim nullam haberet pro ſe,non dubitaret. ſic ergo iudex in dubio ſemper deferet appellationi,nam et defertur appellationi factæ contra ius,vt ext.3.de cõces.prębẽdę,et eccl.nõ vac. conſtitutus.Io.

† 3. — † deſiret — † vt — † demum — † non — † dilecta

d *Remittat)* Sed nonne ille iudex eſt ei ſuſpectus,cum appellauerit ab ipſo, vt ext.1. de appel.ad hæc.ſed dico,quod ſuſpicionem non poteſt allegare contra ipſum, cum ex propria culpa proceſſerit illa ſuſpicio; ſicut nec ille,qui nõ proſequitur appellationem, vt ext.1.eod.perſonas.

e *In expenſis)* Et hoc ſemper optinet,ſiue calumnioſe,ſiue nõ calumnioſe appellauit, vt ext.3.eod.ſæpe. et ext.3. de eo, qui mittitur in poſſes. cum veniſſet.ſed ſi calumnioſe appellaſſet;tunc magis puniretur,ut C. quorũ appellationes non recip. ab executore. vbi punitur in quinquaginta libris.ſed in criminali lite per edicta vocatus ab eodem accedat,C.de appel.a Pro conſulib. quidã tamẽ dicunt, quod ſi appellans poteſt oſtendere ſe probabiliter erraſſe,non punitur in expẽſis.arg.infra de ſent. excom. ſacrũ. et D. de legat.ij.qui ſolidum. P.etiam.alias quilibet metu expenſarum relinqueret ius ſuum indefenſum.vt D.de petit.hered.illud.tũc autẽ præſumitur non calumnioſe appellaſſe, cum iuratum eſt de calumnia, vt.1.q.7.ſancimus.et eſt argumen.ad iſtud.2.q.3.P.notandum.ſed hoc non concedo,vt 2.q.5. omni modo.

f *Alioquin)* Hic manifeſte videtur, quod ſi iudex appellationis pronuntiat apellationem tenere,quod per hoc non exſpirat officium eius;ſed incipiet de nouo cognoſcere de cauſa. et facit ad id extra.3. de ſenten.et re iudic.Rainũtius. in fine,et C.de reb.creditis. generaliter. P.ſi autem. in fine, et in authen. de ſanctis. eccl. † P. ſiquis contra aliquem,argum.contra.2.q.6.P. ſi autẽ quando.in fine,et C.de appel.eos.vbi dicitur,quod tantum pronuntiabit appellationem iuſtam,vel iniuſtam. Item quęritur,an coram delegato, qui de cauſa appellationis cognoſcit,poſſit alia cauſa proponi, quam illa, quæ eſt inſerta in litteris. quod videtur,vt D. de appel. ſcio.cũ etiam nouis inſtrumẽtis poſsit vti,vt ſu.de fide inſtrumẽt. cum Ioãnes.et C.de appel.eos.Item certum eſt,quod coram iudice appellationis poſſet nouam cauſam proponere per iam dicta iura. ſed delegato eadem eſt commiſſa iuriſdictio,quam haberet † delegans, ergo et coram delegato poteſt.quod ſatis poteſt admitti, nec in hoc excedit fines mãdati, ſicut nec excederet, ſi audiret noua inſtrumẽta,vel nouas allegationes,maxime cum per hanc conſtitutionem non tantum de cauſa appellationis,ſed de cauſa principali cognoſcet, ſi appellatio fuerit iuſta pronuntiata. Ioan.

† Epũs — † habuit

Cap. 4. Cum ceſſante.

C*omminando* [a]) Videtur ergo, quod ſi iudex comminatoria verba proferat parti,quod ex hoc poſſit appellare, niſi de hoc ſatiſfaciat iudex, quod non eſt verum: quia tunc ex officio ſuo comminari debet, vt D.de iudic.et poſt edictum.nec etiam ſtatim debet quis moueri propter aſperitatem verborum, vt ext.1.de reſcript. ſi quando. ſed qualiter poteſt iudex mutare ſuum conſilium in alterius iniuriã cõtra regulã illam, D. de regul.iuris. nemo.ſed certe eo modo,quo ipſe appellans mutare poteſt conſilium,vt 2.q.6.ſiquis libellos.ſic et iudex. et intellige, ſi appellans adhuc non facit ſumptus ad proſequendam appellationem. vt D.de condict.ob cauſam.ſi pecunia.in princip.ſed nũquid iudex poſt decem dies poteſt mutare interlocutoriam? videtur,quod non.

non,quia poſtea tranſit in rem iudicatam,ſi cut et diffinitiua,vt ext.3.de elect.cum dilectus.in fine.et ext.3.de teſtib.ſignificauerũt. in fine.arg.contra ext.1.de appel.ſignificauerunt.D. de re iudic.quod iuſſit. Poteſt dici, quod licet tranſeat in rem iudicatam quoad hoc,quod appellari non poſſit; non tamen quoad hoc, quin reuocari poſsit.nam et appellans poſt decem dies poſſet renũtiare appellationi. Attende † tamen,qualiter iudex corrigat ſuam ſententiam,quia ſi ita dicat; corrigo ſententiam meam,vel corrigo errorem meũ:ſic fatetur ſe erraſſe.Ergo fatetur illum habuiſſe probabilem cauſam appellãdi:ergo fatetur iuriſdictionem ab ipſo iuſte, et vere tranſlatam. et ſic amodo † non ſibi reddere poſſet iuriſdictionem,cum fateatur a ſe eam † tranſlatam. et ſic dicere debet; ſed ſi in aliquo te grauaui,illud reuoco. Sed nũquid, interlocutoria hodie trãſit in rem iudicatam? non videtur,cũ hodie iure communi,non poſsit appellari ab ea;ſicut hodie ſecũdum leges non tranſit in rem iudicatã. ecõtra videtur, quod tranſeat:quia ſi grauatus fuerit per interlocutoriam,imputetur ei, ſi non appellauit, cum habuit probabilem cauſam . nam interlocutoria etſi ſit contra ius,tranſit in rem iudicatam,ſed appellatur, vt 2.q.6.non ſolent. dico, quod hodie non tranſit in rem iudicatam.Io.

† *Aduerte*

† *canõ*

† *cauſam*

Cap.5.Cum ſpeciali.

NOn competũt[a]) Trina ſcilicet,16.q.7.omnes decimę.24.q.4.de illicita.

b *Aſſignet*) Su.de appel.ſecũdo requiris.li. 2.

c *Cũ iudice*) Si enim cauſa eſt inter Epm, et clericum,ita quod Eps ſit actor, eliguntur arbitri.ſed ſi clericus eſt actor; tunc coram ſuperiore agendum eſt,vt 11.q.1.ſi clericus. vel dic,quod licet clericus ſit actor,vt ſi conqueratur de Epo de iniuſta excommunicatione facta ab ipſo,hoc cognoſcetur coram arbitris.

d *Aduocent tertium*) Tamẽ ſub hac forma non poſſet compromitti in duos,vt ſi diſſentirent,quod eligant tertium.ſed ipſe ordinarius eos ad hoc cogere poteſt;ut ſi diſſentiãt, quod eligant tertiam perſonam.D.de arbit. item ſi vnus.P.penult.et ult.et ita,quod facit ſecundum legem illam pręceptum iudicis,hoc hodie facit pręceptũ canonis. et ſic arbiter quãtum ad hunc caſum poteſt egredi fines ſibi iniunctos , alias arbiter nihil extra compromiſſum facere poteſt.ut D.eod. non diſtinguemus.P.ult.Idem uidetur dicẽdum,ſi iudices dati ſunt a principe, vt ſi diſſentiant,eligant tertium,vt C.de appel.iubemus.et in offerendis.licet ſecus ſit in alijs delegatis,vt D.de re iud.duo.ſi autem illi duo arbitri non poſſunt conuenire in vnam perſonam;iudex dabit eis unam.C.de iudic.cũ ſpecialis.

e *De recuſatoris aſſenſu*) Secundum antiqua iura fuit de voluntate actoris, quod ſi reus dixit iudicem ſuſpectum,an vellet, quod recuſatus delegaret alijs cauſam,vel quod partes cogerentur ad eligendos iudices, vt ext. 1.de foro compet.ſi quis.licet illa poſſet aliter intelligi,hic autem ad arbitrium recuſatoris dabuntur iudices,ſi probata fuerit ſuſpicio.et nota,quod ſi hæc clauſula de recuſatoris aſſenſu determinauit † totalem hanc diſiunctiuam,vt committatur † negotium, vel ad ſuperiorem tranſmittat ; ſecundum hoc in optione eſt recuſatoris,an velit committi negotium,an tranſmitti ad ſuperiorẽ, et iſte intellectus probabilis eſt.ſed ſi determinat tantum priorem partem; tunc vult littera,quod ſecundum ſuam voluntatem eligenda ſit perſona,cui committatur negotium;dum tamen intelligas,quod non poſſit probari ſuſpecta;et ſic eſt contra D.de iudic.obſeruandum.ne is iudex detur, quem altera pars petit nominatim.ſed illud eſt in odium eius,qui impetrauit ſuſpectum iudicem.De hac materia, quid ſit officium iudicis recuſati,varie loquũtur iura.Hic dicitur, quod poſsit alijs delegare cauſam,et ext. 1. de foro compet.ſi quis. et C.de iudic. cum ſpecialis.alibi dicitur,quod remittat negotiũ ad ſuperiorem.vt 2.q.6.ſi quis in quacumq. et ext.1.de appell.c.vlt.et quod iudex recuſatus penitus abſtinebit, vt ext.2. de appel. ſecũdo.ext.3.de foro compet. licet. Item et in alio inuenies contrarietatem,nam quandoq.inuenies,quod arbitri electi cognoſcẽt de toto negotio,vt ext.1.de appel.ad hoc.11. q.1.peruenit.ext.de appel.c.vlt.C. de iudic. cum ſpecialis.quandoq.inuenies,quod tantum cognoſcunt de cauſa recuſationis, vt hic,et ext.3.de foro compet.licet.Ad hoc dicunt quidam,quod ſi ordinarius recuſatur, tũc arbitri cognoſcent de toto negotio; ſed ubi delegatus recuſatur,tantum cognoſcent de cauſa recuſationis;nec in eo caſu recuſatus poteſt alij committere negotium , quia litterę expirauerunt.ſed obſtat illa lex cum ſpe-

† *determinet*

† *committat*

ſpecialis.quæ loquitur in delegato. item obſtat eis illa decretalis licet.de foro comp.quę de ordinario loquitur, et tamen arbitri illi non cognoſcent, † niſi de cauſa recuſationis: ſed poteſt reſponderi aliud eſſe ſecundum leges.et eſt ratio, quia cum ſecundum leges non ſit neceſſe probari cauſam recuſationis: ergo oportet, quod coram arbitris agatur cauſa principalis.Item in illa decretali, licet.tãtum cauſa ſuſpicionis probatur; quia loquitur illic, quãdo arbitri electi tãtũ ſunt ad cauſam ſuſpicionis; et hoc ſatis admitti poteſt. Et ſecũdũ hoc dicas, quod hæc conſtitutio tantum loquitur in ordinario, quia ſi probata eſt cauſa recuſationis delegati iudicis, reuertetur negotium ad delegantem, vt 2.q.6.ſiquis.et quod de ordinario loquatur, indicat illud verbum, cum iudice.

† cogniſcunt

f *Vel ipſius confeſſione*) Hic patet, quod confeſſus non auditur appellans, vt 2. q. 6. quicumq. conſueuit tamen dici, quod ſola confeſſio non impedit in criminali, quin poſſit appellari, vt 2.q.6.P.ſunt coram.ſi tamẽ confeſſus in ciuili vellet probare errorem, audiretur appellans, vt D.de confeſſis.cum fidei commiſſo.quia in cauſa appellationis audiri poſſunt exceptiones omiſſę, vt C.de temp appel. per hanc.C. de appel.eos.

g *Locor. diſtantiam*) Su.de appel.cum ſit Romana.lib.1.

h *Non curauerit*) Triplex eſt terminus appellationis.quandoq.ſtatuitur terminus ad iter arripiendum, vt ext.de ſent.et re iud. c. vltimo.ext.1.de app.peruenit. quãdoque ad præſentandum ſe iudici appellationis, vt ext.eod.cum ſit. Romana.et cap. ſignificauit.tertius terminus eſt, qui ſtatuitur a lege, ſcilicet annus, vel biennium, et infra illum finita erit cauſa appellationis, ut 2.q.6. ſiquis appellat.et C.de temp.appel.l.nemo. et l.vlt.circa medium. de hoc notauia. q.6. ſiquis appellat.Si ergo terminus ſtatutus eſt ad iter arripiendum: tunc planum eſt, quod elapſo illo termino cogi debet appellans ad iter proſequendum.ſi autem ſtatutus eſt terminus ad præſentandum ſe iudici appellationis; tunc cogendus eſt, quando in tantũ ſe arrauit, vt non poſſit ad illum terminum ſe præſentare, vt 2.q.6.ſiquis appellat. D.de verbor.obligat. cum ſtipulatus ſum.et l.hoc iure.

i *Comparente*) Ideſt, vbi alius non habetur aduerſarius, quam ipſe iudex.

k *Probata*) Nec enim tunc eſt neceſſe illum eſſe præſentem, qui tulit ſententiam; quia eius ius non læditur, vt 2.q.6 hoc etiam.

l *Probatione defecerit*) Videtur ergo, quod appellans tenetur probare ſe iuſte appellaſſe, et ſic præſumitur pro ſententia iudicis, quod eſt contra id ſu. de probation. quoniã, ſed dic, quod non præſumitur pro ſentẽtia, ſed tantum pro eius proceſſu.

m *Ad regulares*) Su.de app. reprehẽſibilis. in fine.

LIBER TERTIVS.

TIT. I. DE VITA, ET HONEST. CLERICOR.

Cap. 1. Ioannes.

PRIVILEGIO [a]) Vxoratus nõ habet priuilegium clericale, vt ſu.de vita, et honeſt.cler.ſtatuimus.lib.1.Dico tamen, quod priuilegium eſt canonis illius, ſi quis ſuadente. quia illud non tam in fauorẽ ordinis, quam in odium laicorum eſt introductũ, vt ſu. de ſent.excom.ſi vero.li.1. Vnde delegatus illud priuilegium non poſſet reuocare, vt ext.3.de ſent.excom.*.

b *Deferre*) Si tamen priuilegio clericali vellet gaudere, teneretur ferre tonſuram, vt ſu. eod.c.3.et 4.li.1.vel ſi habeat beneficium eccleſiaſticum, vt hic, et 32.diſt.ſi qui deponantur. ut teneantur uiuere ſecundum regulam eccleſiaſticam, vt.81.diſt.dictum.

Cap. 2. Vt clericorum.

FAcilitas veniæ [a]) 23.q.4.cũ iniuſta. quid iuris ſit de clericis concubinarijs, habes 32. diſt.nullus.Ioan.

Cap. 3 A crapula

A *Crapula* [a]) Su.4.diſt.deniq.Ioannes.

Cap. 4. Clerici.

Clerici

C*Lerici*[a]) 91. diſt. clericus. de cõſecr. diſt. 5. nunquam.

b *Tabernas*) 44. diſt. clerici.

c *Ad aleas*) Quid de hoc iuris ſit, dixi 35. diſt. c. 1.

d *Congruentem*) Quia ſi habuit nimis magnã coronam, ſignum eſt, quod ſit conuerſus, vt ext. 1. de ſucceſ. ab inteſt. cum dilectus. Io.

e *Rabiis*) Ext. 1. de vita, et honeſt. cler. ſtatuimus.

f *Deauratis*) Hęc ſine licentia Principis laicus etiam habere non debet, vt C. li. 11. de veſtib. holobaris, et auratis, nemo. tamen in veſtib. conformabunt ſe conſuetudini regionis, ne videãtur hypocritæ, vt 30. diſt. ſiquis virorum. et diſt. 4. erit. ne vileſcat dignitas clericalis, vt 80. diſt. Epũ de hac materia habes 6. q. 4. in ſumma. Io.

g *Cauſa timoris*) Tunc enim monachalis habitus non præiudicat, vt ext. 1. quod metus cauſa. perlatum.

h *Nec anulos*) An per anulum probetur aliquid, vel matrimoniũ, vel aliud, habes 30. q. 5. feminæ.

i *Niſi monachi*) Patet ergo, quod monachus factus Eps non penitus abſoluitur a regula monaſtica, vt notaui 16. q. 3. inuentum. licet arg. contrarium ſit 18. q. 1. c. ſtatuimus. Io.

TIT. II. DE PRÆBENDIS.

Cap. I. Dilecto filio.

R*Eſignauit*[a]) Pure, non ſub modo, nec ſub conditione. ſimilis renuntiatio fuit ſu. de renuntiatione. de multa. li. 2.

b *Viciſſitudine*) Arg. ſu. de teſtib. cum in officijs.

c *Procurator generalis*) Et ideo videbatur, quod dominus contra factum procuratoris venire non debebat, vt ſu. de offi. iud. del. cũ olim. li. 2. ſed tamen ſecus eſt, quia generali mandato nõ videtur delegaſſe, niſi id, quod legitime poteſt facere, vt D. de condict. in debiti ſi procurator. et D. de his, qui in fraudẽ credit. ſi pater filio.

d *Admittantur*) Hoc omnino videtur poſſe obſtare Epo, quod ex habuit ei reuerentiam quaſi canonico †, vt ſu. de his, quæ fiunt a mai. par. capit. ex ore. Arg. ſu. de priuilegium olim. li. 3. item in præſentia ſua geſſit ſe tamquam canonicum. vnde quia eum non remouit ſtatim, videtur ipſum approbaſſe. ſu. de paroch. coram. li. 3. C. de acquirẽ. poſſeſ. l. 1. C. de patria poteſt. ſi filium. 20. q. 2. quem progenitores. ſed hoc poterãt ignoraſſe de modo electionis. Præterea quia geſta non faciunt canonicum, ſed tantum iuſta electio, vt D. de decurion. Herennius. C. de liberali cau. non idcirco.

† canonicus forte

e *Per biennium*) Arg. C. ad Velleianum authen. ſiue. ſu. de ſponſal. ad id. li. 2.

f *Legatus*) Su. de offic. leg. nouit. li. 3.

g *Contra Turon. concil.*) Su. de prębẽd. maioribus. li. 1.

h *Contra Later. concil.*) Su. de cõceſſ. pręb. non vac. li. 1. c. 2.

i *Aſſumi*) Su. de conceſſ. præb. non vac. ex parte. li. 3.

k *Ius diuidi*) Vnitas enim diuiſionem non recipit. 23. q. 1. loquitur.

l *Communicari*) Poteſt tamen idem ius in ſolidum eſſe apud unumquemq. vt ſu. de iure patron. c. 1. D. de ſeruit. vrb. Io.

m *Augmentare*) Su. de conſtit. cum M.

n *Adiecta*) Immo etſi illa clauſula non eſſet adiecta, tamen ſine eius auctoritate non videtur, quod poſſit ſine eius mandato contrauenire, ſu. de cõfirm. cap. 2. nam vbi princeps confirmat, idem eſt, ac ſi ferat ſentẽtiã, C. de veter. iure enucl. l. 1. P. ſed neq. ibi omnia noſtra facimus. Verius tamen credo, quod eis nõ obſtat, quorũ fauore eſt confirmatio facta, quin ipſi ex ſuo conſenſu poſſint contrauenire, niſi illa clauſula fuerit appoſita.

o *Intendebat*) Hæc ratio ſufficiens fuit, quia pręrendebat idem ius, et eandem prębendã conferre plurib. quod non valet id, quod factum eſt, ſu. de præb. tuæ. li. 3. ſed ſi intendebat vtrumq. eligere in canonicum, talis electio valuiſſet, vt ſu. de præb. dilectos. li. 3. quia intelligitur eos ad duo iura elegiſſe. nã ex ſuo conſenſu ius nouũ creare poſſunt, et ſpirituale, ſicut quãdoq. ſine tẽporali, quod eſt contra id 1. q. 3. ſiquis obiecerit. ſed vnũ eſt, quod perpetuo non poteſt conſiſtere ſine eo, vnde illo mortuo, ſtatim illud ius mortuum eſt. Vnde non poſſet ibi peti canonica, tamquam ibi ius aliquod vacaret.

p *Non noceat*) Sic ſu. de fide inſtrumen. inter. Videtur tamen, quod cauſæ iſtorum ita ſunt connexæ, quod ſententia lata contra debeat obſtare reliquo, ſicut ſentẽtia lata contra electum nocet intruſo, ſu. 2. q. 6. hoc quippe. et ſententia lata contra electores nocet electo, ſu. de electione. dudum. ſic et ſententia lata contra ordinatum nocet ordinatori, vt 81. diſt. tantus. c. 59. diſt. ordinatos

tos.ſicut ſententia lata pro Martino, quod ſit vir Bertæ, per conſequens probatum eſt, quod Petrus non eſt Martinus, vt ſu.de ſpõſal.ex parte.ſed tamẽ hic ſecus eſt, quod hic nõ agitur de iure alterius, ſed in pręmiſsis caſib. agitur, ſic ſu.de adult.ſignificauit.li.1.D.de adulter.denũtiaſſe. Sed quid ſi poſtea agitur contra ſecundum, et ille ſecundus opponit, nũquid hoc proderit priori, et retractatur? ſententia lata pro vno ex ſocijs prodeſt omnib. vt 2.q.6.P.diffinitiua. vt eſt antiquũ.D.ſi ſeruitus vindicetur, loci.P.ſecũdo. ſed nõ eſt ita, qui illud opponit, cum nõ pręceſſit ſententia contra vnum.

Cap.2.Dilecto fi.

M *Omiſſet*[a]) Numquid eo ipſo, quod monitus noluit eligere, poterant alij eligere ipſo iure? Videtur, quod ſic. vt ſu.de elect. quod ſicut.li.3.et cum nobis.maxime cum hora ſuſpecta ſit in electione.ut ſu.eod.cum inter.li.3.et res eſt talis, quæ non capit dilationem.ſu.vt lite non conteſt.quoniã. E contra videtur, quod teneatur exſpectare vſq. ad finem ſex menſium.arg.2.q.6.appellatore.et ſu.de off.de leg.cõſuluit.li.3.et vſq. ad tempus, quo deſinũt poſſe eligere, vt D.de verbor.oblig.t.inſulam. nam cum adhuc aliqua ſupereſt dilatio, non videtur eſſe in mora ad inſtar abſentis, qui exſpectatur, vſq.prope finem triennij.C.de iudic.propterandum.P.huius.ad hoc arg.D.de excuſ.tutor.non tantum.in principio.nam et tutor, qui ſpectat contutorem ſuum uenire nolentem, non vtetur precib. ſuis, præcipiti feſtinatione, ſed moratoria cũctatione.D.de administr.tutor. qui.P.1.immo videtur, quod per totum tempus ſex menſium non ſit in mora, ad inſtar debitoris, cuius arbitrio totus vltimus dies cedit, vt inſti.de verbor. oblig. P.2.et arg.ad hoc ſu.de appel.perſonas. li.1. et ita videtur, quod non intereſt ſiue in continenti ante ſex menſes, ſiue in continenti poſt ſex menſes fuit † electio.arg.D. de verbor.oblig.qui autem.et D.de verbor.ſignif. ubi.ſed hæc antea non proficiunt, vt patet ex hac decretali; et quia mora in electione ſuſpecta eſt, vt dixi; et quia per alterius negligentiam nõ debet alterius ius corrumpi. D.de liber.cauſa.ſi pater.et quia vitium alienæ ceſſationis ad diſpendium ſuum pertinere iuris ratio non patitur. vt C.de adminiſtr. tutor.l.1.

† *ſiat forte*

b *Criminibus*) rantis, ſu.81.diſt.canonicis.

c *Vinculo excõmunic.*) Su.de ætat. et qual. cum bonę.li.2.ſu.de cler.excom.miniſtr.poſtulaſti.ſu.de elect.coram. li.eo.Io.

d *Non conſueta hora*) Su.de elect.in cauſis. li.3.ſu.de appell.qua fronte.li.1.ſu.de elect. venerabilem.li.3.

e *In capitulo*) Su.2.q.2.preceptum.contra 23.diſt.in nomine.

f *Quibuſd.laicis*) Hoc nõ fuit vbi *, 63.diſt. Hadrianus.

g *Inſtituerat in Cãtorem*) In hoc falſum ſuggeſſit, quia Archieps eum inſtituerat.

h *De ſua electione*) Su.de ſent.et re iud.clerici.li.eo.

i *Peremptorie*) Quod eſſe non debet, niſi ex cauſa, vt ſu.de dolo.dilecti.li.1.et ſu.de in integ.reſt.cum ex officij.in fine.

k *Conſanguinitatis*) De hac materia dixi ſu. de off.de leg. cum olim.li.eo.

l *Poſt elapſum*) Hic patet, quod mora nõ purgatur, ſu.de ſuppl.negl.prælat.licet.li.eo.

m *Impedire*) Vbi ergo potior † electio nulla eſt, non impedit, quin poſt illam poſſit celebrari, ſu.de elect.cum Wintonieñ.is.arg.cõtra ſu.de elect.bonæ.li.eo.Io. † *prior forte*

Cap.3.Vacante.

T *Vren.ſtatuta*[a]) Su.de præb.maiorib.li.1.

b *Integrare*) Sed quare tenetur integrare, cum talis electio nulla fuit, ut ſu.eo.dilecto. Reſpondeo, iſti fuerunt ſimpliciter electi, et ideo tenuit electio, licet non valuerit talis aſſignatio, vt ſu.de præb.dilectus.li.3. vel dic, quod licet non valuerit talis electio, Eps tamen tenetur integrare pręb endam, cum ipſe nõ poſſet talem donationẽ, quã ipſe fecit, reuocare, ſu.de donationib.inter. li.3.ſu. de cõceſſ. præb. nõ vacãt.c ũpro quęſtione.

c *Cõſtitutæ*) Hic patet, quod de vna præbẽda poſſunt fieri duæ.et ſecundum hoc erunt ibi duo noua iura; ſicut una eccleſia poteſt diuidi in duas.16.q.1.præcipimus. ſu.de eccleſ. ædif.ad audiẽtiã.li.1. et de vno fundo duo fundi.D.communia prædior.ſiquis duas.Io.

Cap.4.De multa.

I *Pſo iure priuatus*[a]) Idem eſt in pręb enda, ut ex t.3.de conceſſ.præben.non uac.litteras. et intellige, ſi prius ſufficiens beneficium habuit, vt 10.q.3.vnio.et in alijs quinq. caſib. qui notantur 21.q.1.in ſumma.

b *Retinere contenderit*) Ideſt, contentioſe voluerit illud in iure retinere.ſi enim ante litem conteſtatam ei renuntiauerit, euitat hãc poenam, ſicut eſt in alijs ſtatutis ſub poena. vt D.rem ratã haberi amplius. D. de in ius vocãdo quãuis.ſic ponitur 16.q.1.ſtatuimus.

ddd *poſt*

c *Poſt receptionem*)Fallit hoc in Epiſcopatu, quem recipiendo non ſtatim perdit quis priora beneficia,niſi poſt tempus conſecrationis,vt ext.1.de elect.cum in cunctis. nec ſola receptione perdit,niſi ſequatur tranſlatio,ut 21.q.2.ſiquis.tamen dico,quod licet eligitur habens quis plura ſtipendia, ſiue ad maiorem,ſiue ad minorem dignitatem, ſed recipiendo aliud perdit prius.*iura videbatur ineligibilis,qui haberet tale ſtipendium, vt ext.1.de præb.quia,niſi ſequatur tranſlatio,vt 21.q.2.ſiquis.

** ſed per priora, forſe*

d *De ſuis cogatur*)Si propria habet, alioquin delictum eius redũdaret in damnum eccleſiæ,vt ext.1.de appellat.reprehenſibilis. 16. q.6.ſi Ep̃m.ſed ſi non habet propria, puniatur alia poena, vt 16. q. 6. illud. et infra de ſent.excom.ſub interminatione.Io.

e *Vt in eadem eccleſ.*)Nota, quod non facit hic mentionem de præmiſſa poena, vnde licet in eadem eccleſia recepit quis plures dignitates,nõ ideo perdit priorem dignitatẽ; quia poenæ ſunt potius artandæ, quam extendendæ†,vt de pœnit.diſt.1. poenę.D. de pęnis.interpretatione. et rationem huius iã dicam.

† ampliãdæ

f *Litteratas perſonas*) Hic magis habetur ratio litteraturæ,quam bonitatis in diſpenſatione optinenda; alias bonitas pręfertur litteraturæ,vt 38.diſt.ſedulò.Io.

g *Per ſed. Ap.*)Numquid ratione huius verbi intelligis Ep̃is præcluſam eſſe viam † diſpenſandi circa pluralitatem ſtipendiorum; cũ a canone antiquo hanc habeãt poteſtatẽ, ut 70.diſt.ſacror.et ſicut Papa habet poteſtatẽ circa Ep̃atus,ſic Ep̃i circa eccleſias,vt ext.2.de exceſ.prælat.ſicut vnire. nec credendũ eſt Papam velle aliorum Epiſcoporum iura deminuere, vt 99. diſt. ecce. et cap. nullus.et ſi cuilibet Epiſcopo ſua poteſtas non ſeruatur; quid aliud eſt, quam quod eccleſiaſticus ordo confunditur?vt 11.q.1. peruenit.in fine .et quidquid facit Papa, ſemper intelligitur ſine præiudicio aliorum facere,vt 9.q.3.nunc uero.C.de emancip.lib. nec auus.nec enim † debet naſci iniuriarum accuſatio.vnde iura prodierunt,vt ext.3. de accuſat.qualiter.neq credendum eſt, quod Romanus Princeps vno verbo velit iuris obſeruantiam ſubuertere,vt C. de inoffic. teſtam.ſi quando.nec obſtat,quod hic dicitur per ſed. Ap.quia omnis diſpenſatio,quę fit, per ipſam fit.et ſimiles modos loquendi ſæpius inuenio.nam metropolitanus ſuo iure poteſt conſecrare Ep̃m,et tamẽ canon dicit, hoc auctoritate ſedis Apoſtol. ipſum facere.vt 64.diſtin.ordinationes. ſimile eſt ext.1.de offic.Archid.c.ult.item non dicit hic ſolum Papam poſſe diſpenſare: ſed ſimpliciter dicit Papam.ſed aliud eſt dicere ſolum Ep̃m,aliud Ep̃m dicere ſimpliciter,vt ext.3. de teſtamen.requiſiſti.ſimiliter canon dicit, quod omnis oppreſſus appellet ad ſed.Romanã.vt 2.q.6.ad Romanã.nec ideo excluditur, quin ad alios poſſit appellari.Itẽ per illa verba ſibi Papa ſpecialiter nõ reſeruat hãc poteſtatem; ergo et alijs permittitur,ut ext.3.de ſent.excom.nuper.et niſi expreſſe corrigatur vetus ius, manebit vetus cũ nouo, vt C.de appellat.præcipimus.in fine.et quotiens noua actio inducitur,vetus non tollitur,niſi hoc expreſsim dicatur,vt D. de actionib.et obligat.quotiens. Præterea Ep̃i habent poteſtatem diſpenſandi circa longe maiora his, vt ext.1.de iudic.at ſi clerici. et quæ illa ſint notaui 1.q.7. P. niſi. Econtra uidetur,quod Ep̃s non habeat poteſtatem diſpenſandi circa hoc,quia per canonem Lateran. Epiſcopus priuabatur poteſtate cõferendi beneficiũ,qui id †cõferebat habẽti aliud,vt ext.1.de præb.quia.Patet ergo,quod non potuit diſpenſare.Item cum hic Papa tantum exprimatur,ergo alij non poſſunt, ut arg.95.diſt.illud.Quod enim de vno dicitur,de alio negatur.25.diſt.qualis. et ſic argumentatur Innocentius ext.3.de his,quæ fiunt ab Epiſcopo cap.1.in fine.ſic D.de cõdicio.et demonſt.cũ ita. Ad hoc dico,quod hodie adhuc eandem habent poteſtatem Ep̃i, quam antea habuerunt in diſpenſando,nec aliquis Ep̃s hanc habet poteſtatem, vt poſſit diſpenſare in hoc,quod aliquis plures eccleſias habeat,tamquam intitulatas in diuerſis Epiſcopatib.nã in hoc caſu ſequeretur impoſſibilitas iuris.quia qua ratione talis clericus deberet ordines recipere ab vno, et ab alio,et æque cogeretur ſtare mandato unius,vt alterius;cũmãdata forte ſint aduerſa,et ille iurauit obedire vtriq.Ideo †ex hoc ſequeretur,quod unus ordinaret clericũ alterius ſine dimiſſorijs litteris,et nemo poteſt duob. dominis ſeruire. hanc impoſſibilitatem iuris ſolus Papa poteſt operari. Vnde ſi Papa alicui concedit,quod habeat titulum in diuerſis eccleſijs; hoc ipſo dedit ei poteſtatem ſumendi ordines, a quo velit, dum

† poteſtatem — *† inde* — *† illud* — *† Item*

tamen

tamen quandoq; ſumat ab vno, quãdoq; ab alio; ſicut quandoq; faciet reſidẽtiam in vna præbenda, quandoq; in altera. vel occupantis condicio erit ibi melior. Poſſunt ergo canonici adhuc dare alicui canonico aliã præbendam, vel eccleſiam, non vt habeat illam pro titulo; quia hoc ſolus Papa poteſt, ſed vt habeat eam pro beneficio, vt 16. q. 1. poſſeſſiones. et. q. 6. illud. ſi tamen quis recipit ſecundam eccleſiam pro titulo, non ſtatim eo ipſo perdit primã, niſi ſe transferat ad ſecundam, vt 21. q. 1. ſiquis iam tranſlatus. et etiam intellige, quando recipit ſecundam de auctoritate prioris Epi; alioquin ſi eo irrequiſito reciperet ſecundã, adhuc poſſet reuocari a priori Epo, vt 7. q. 1. non oportet. et cap. ſi qui vero. et ſic patet, quod ipſo iure non perdit primam. niſi velis dicere, quod perdidit eam quantum ad ſe, non quãtum ad Epm. non ſufficit ergo recipere ſecundam, niſi adipiſcatur poſſeſsionẽ illius, ad hoc vt perdat primam, vt 92. diſt. ſiqui Epi. ſed ſiquis in eodem Epatu recipit plures eccleſias, hæc conſtitutio nõ extenditur ad ipſum; quia ex hoc non ſequitur repugnantia, cum ſemper maneat clericus vnius, et eiuſdem Epi. ſiquis ergo vult recipere eccleſiã in alio Epatu, proteſtetur hoc, quod recipit eã quaſi commendatam, vel recipiat eam ſub hac condicione, ſi Papæ placuerit: vel ſi Papæ non placuerit, ſubſtituatur ei alter, vt 61. diſt. ſtudui. P. finali. Mihi quandoq; Papa Innocentius dixit, quod talis electio non valeret, eligo iſtum, ſi Papę placuerit; non magis, quam ſi diceretur, cognoſco vxorem iſtius, ſi placuerit viro. Vel facias vim in eo, quod dicit maiorib. vt Papa diſpenſet de maiorib. dignitatib. Epi de minorib. vel dic, quod præcluditur hic Epi tantum uaga, et indiſcreta diſpẽſatio, non vtilis, vel neceſſaria; ſicut per remotionem appellationis nõ excluditur probabilis, vel neceſſaria appellatio, vel quę inuenitur ſcripta, vt ext. 3. de appel. paſtoralis. ſic uides, quod cum prohibemur iurare, intelligendum eſt de temerario, et indiſcreto iuramento. vt 22. q. 1. cap. 2. et eſt ſimile 33. q. 2. quos Deus. ſic vides, quod ſi Eps promouet indignum, licet diſpenſare poſsit cum ipſo: tamen punitur. vt 51. diſt. qui in aliquo. nec eſt alia ratio, niſi quia indiſcrete diſpenſat, vt 81. diſt. quicumque. hoc poteſt probabiliter ſuſtineri. et eſt bonũ arg. ad hoc 50. diſt. vt conſtitueretur. Io.

Cap. 5. Graue nimis.

D*iligens inquiſitio*[a]) Cum de hoc fama præceſsit, nam aliter nõ habet locum inquiſitio. vel dic, quod ſemiplene fiat inquiſitio, vt ſu. in conſtitutione illa, ſicut olim.

b *Secundam correctionem*) Cum ergo Eps ſe poſsit in hoc caſu corrigere, videtur, quod non eo ipſo, quod confert beneficium indigno, perdit illa uice ius cõferendi. et ſic eſt cõtra ſu. eod. nihil eſt. ſed illam conſtitutionẽ intelligas cum dicto iſtius.

c *Inſtituta*) Sed quare præiudicat hoc abſentib. non uocatis, cum res inter alios acta alijs non præiudicet, ut ext. 3. de fide inſtr. inter. et eſt contra regulam illam, ext. 1. de adulter. ſignificaſti. D. de adulterijs. denuntiaſſe. ſed illud eſt propter cauſæ connexionem. quia ita eſt connexa cauſa ordinatoris, et ordinati; vt ſi vnus fuerit conuictus, et alter, vt 81. diſt. tantis. in fine. et 3. q. 6. hoc quippe. ſic ext. 1. de ſponſal. ex parte. Io.

Cap. 6. Extirpandæ.

T*Riturantis*[a]) 13. q. 1. P. item non alligabis.

b *Aſſignetur ſufficiens*) Ideſt, quæ ſufficiat ſibi, et ſuis, vt 50. diſt. ſtudeat. et vnde honeſte, et ſufficienter ſe poteſt procurare, et recipere hoſpites, vt ext. 1. de præb. c. vlt. tamen hęc ſufficientia perpẽditur ex qualitate perſonarũ, quia minus debet ſufficere pauperi, quam diuiti, ut 41. diſt. non cogantur.

c *Deſeruiat in ordine*) Vt 24. diſt. presbyteri. ſed ideo dicit hoc, quia ſi eccleſia ſufficit plurib. poteſt etiam in minori ordine miniſtrare ſuæ eccleſiæ, et habere ſecũ aliũ, qui in ordine ſacerdotali miniſtret. ſecus ſi ſufficit tãtũ vni, ut ext. 1. de ætat. et qual. pręterea.

d *In maiori eccleſia*) Hic manifeſte videtur, quod non poteſt quis habere ſimul præbendam, et eccleſiam. quod concedo, ſi vtramq; velit habere, quaſi titulum.

e *Et perpetuum*) Eo ipſo eſt perpetuus, quod de auctoritate Epi eſt inſtitutus, vt ext. 1. † de off. vicarij. ad hoc †. † 2. † ad hoc

f *Pro beneficio conferre*) Hoc enim in poſterũ poſſet eſſe pernicioſum eccleſiæ, vt ext. 2. de arbitris. peruenit. Io.

Cap. 7. In Later.

C*Oncilio*[a]) Ext. 1. de iure patron. quod autem.

b *Temporalibus*) Qualiter hoc intelligatur, habes 16. q. 2. ſane. ext. 1. de capel. monach. in eccleſijs.

cleſijs.Ioan.

TIT. III. DE CONCESSIONE PRAEBENDAE, ET ECCLESIAE NON VACANT.

Cap.1. Accedens.

CVm in multis a)Generalior eſt enim iſta conceſsio, cum potero, quam iſta cum vacabit; et † in vna promiſsione contingit ita exſpectare mortem alterius, ſicut in altera: nam poſſunt aliqui iuſte priuari eccleſijs. aliqui renuntiant eccleſijs. Itē quia poſſunt alij adiungi tamquam ſocij in eccleſia; item de vna eccleſia † poſſunt fieri duæ, et ſic nō eſt timor, quod ſperet mortē proximi, quod fuit cauſa prohibitionis, vt ſu. eo. c. 2. li. 1. Sæpe enim permittitur aliquid in genere, quod non permittitur in ſpecie, vt 13. q. 2. non æſtimemus. 23. q. 4. nō poteſt. et D. de quæſtion. l. 1. P. quæſtionem. eodem modo videtur, quod hęc promiſsio teneret; promitto tibi eccleſiaſticum beneficium; cū ipſa ſit generalis. Io.

† nec

† prebenda

Cap.2. Poſtulaſtis.

SEdut canonicus a)Hic manifeſte habes, quod non deuoluitur ius a capitulo ad Epiſcopum, ubi Epiſcopus eſt unus eligentium; vt de hac materia plene ſum executus ſu. de off. ord. irrefragabili. Sed qualiter poteſt Epiſcopus ſedere in capitulo, quaſi canonicus? nam quam cito fit Ēps, vacant omnia priora beneficia, ſu. de elect. cum in cūctis. et municeps deſinit eſſe, ſenatoriam adeptus dignitatē, vt D. de verb. ſignificat. ſi municeps. nec poteſt dici, quod poſtea poſsit eligi in canonicum, quia ſecundum hoc oporteret ipſum cōfirmare ſuam primam electionem, quod eſſe non poſſet, ſu. de inſtitutionibus, cum ad noſtram. li. 3. Sed dices, quod licet dignitates priores perdat, ius tamen canonici retinet, non tamen, quod prius habebat, ſed ſcilicet quod conſueuit Epiſcopus habere per vicariū: et eo ipſo, quod quis eligatur in Epiſcopum, eligitur ad tale ius canonici. ſed fortius obicio, ſi Ēps eligitur, quaſi canonicus de nouo electus, ergo in eligendo primam uocem non habebit, vt de hoc dixi ſu. de off. ordin. irrefragabili. Reſp. illud ius canonici, ad quod electus in Epiſcopum eſt, eſt priuilegiatum, et excedit alia iura. et hoc ideo, quia iſtud ius annexum eſt Epiſcopali dignitati, et ratione connexionis ſæpe ſortitur aliquis priuilegium, vt 18. q. 4. ſiquis cōtumax. D. de rei vindic. quæ religioſis.

b *Dolus ei*)Si ergo capitulū procurāte Epiſcopo infra ſemeſtre nō eligit, nō oberit hoc capitulo, ut hic dicitur; quia illud tempus reſtituendū eſt eis. D. ex quibus cauſis maiores, ait Prætor. P. vlt. et l. ſed et ſi. P. hoc quoque. et ſu. de in integr. reſtit. ex litteris. lib. 3. ſecus ſi dolo alterius factū eſſet, tunc ageretur contra illum, qui dolum fecit. D. de dolo. arbitrio. P. penult. Io.

Cap.3. Accedens.

NVntium ſuum a)Hæc ratio hodie non excuſat, ſu. de appel. vt debitus. li. eo.

b *Admiſſus*) Videtur, quod electus a canonicis potior eſſe debet; quia prius erat electus, quod licite potuit fieri. Vnde proxime vacans, prius ei aſſignanda eſt.

c *Publice*) Hic videtur, quod ſi aliqua exceptio obicitur electo, niſi electus ſit publice infamatus de eo, quod obicitur; quod differenda ſit exceptio, donec electus ſit admiſſus. ſic ſupra de appell. cōſtitutis. in fine. li. 3. ſic C. de falſis. l. 2. ſic C. de edicto D. Hadriani. l. 2. licet ſecus ſit in teſte ſu. de teſtib. ſuper eo. li. 1. Itē contra 81. diſt. tātis. v primo dixi.

d *Perpetuum ſilentium*) Super præbenda, nō ſuper illis, quæ prius habuit. ſu. de electione per inquiſitionem. ſu. de accuſat. ſuper. li. 3.

e *In expenſis*) Nā quia exceptionē, quā obicit, non probat; in expenſis eſt condemnandus. ſu. de except. paſtoralis. li. 3. ſu. de dolo, finē litib. li. 3.

Cap.4. Dilectus f. G.

REciperent a)Nota, quod conſideratur tēpus receptionis litterarum, ſic ſu. de foro comp. licet. li. 3, ſicut in litteris, quæ impetrantur contra vſurarios. Quandoq. licet tēpore oblati libelli non recte agat, ſi tamē poſtea incipit ius competere, percipi poteſt iudiciū. vt D. de pig. act. ſi rē quamlibet. D. de rei vind. ſi autem. P. primo. D. de inoff. teſta. ſi non. P. vlt. Arg. cōtra quia tēpus datæ eſt cōſiderādū ſu. de reſcript. eā te. li. 2. Itē arg. cōtra D. ad exhibēdū tigni. P. vlt. Itē eſt hic argumētū, quod ſi iudex tēpore impetrationis litterarū ſit excommunicatus, et tēpore receptionis ſit abſolutus, quod valēt litterę tales. Arg. ſu. de appell. ſuper eo. ſu. de reſcript. paſtoralis. li. 3. D. de iudicijs. cū furioſus, arg. ſu. de ętat. et qual. præterea. D. de adqu. hered. l. 5.

TIT. IIII. DE HIS, QVAE FIVNT A MAIORE PARTE CAPITVLI.

Cap. vn. Ex parte.

FAbricam a)Licet enim ſolus ille teneatur ad reſtitutionem fabricę, qui partem deputatā fabricæ recepit, ut 10. q. 3. vnio. et q. 1.

1.decernimus.tamen et alij conferre tenentur.16.q.1.ſi monachos. ſu.de eccleſ.ędif. c. vlt.Ioan.

b *Negligatur*) Sic ſu.eod. cum in cunctis. lib.

TIT.V.DE REB.ECCLESIÆ NON ALIENANDIS.

Cap.vn.Cum laicis.

C*Um laicis*[a])96.diſt.bene.

b *Principes ſaculares*)Nota,quod laici principes poſſunt dare priuilegia eccleſijs.vt 16.q.1,generaliter.17.diſt.P.hinc etiam.et ext.1.de immunit.eccleſ.non minus.immo vt videtur,poſſunt dare priuilegia libertatis, vt 63. diſt.in ſynodo.ext.3.de in integr.reſtit.audi tis.arg.contra 10.q.1. nouerint.

c *De alienatione feudorum*) Ext.3.de conſtitut,quæ in eccleſiar.

TIT.VI.DE FIDEIVSSORIB.

Cap.vn. Quod quibuſdam.

M*Vtuo accipiat*[a])Nec clericus, nec monachus fideiubere poteſt,vt 11. q.1. ſicut. et ext.1.de fideiuſſorib.clericus.niſi neceſſitas ſit.tunc tenetur ex pietate ſubuenire alij.vt 86.diſt.non ſatis.ſed pro eccleſijs ſuis poſſunt fideiubere, ut hic dicitur, et in authen.de ſanctiſſ.Epis.P.alium.Item inter ſe poſſunt.fideiubere, cum conueniuntur, vt C.de Epis,et cleric.omnes. P. in hoc. Item nec adſtrictus curiæ poteſt fideiubere,vt C. locati curiales.Io.

b *In utilitatem domus*)Sed nec tūc agitur ex illo contractu,cum ille nullus ſit, ſed actione de in rem verſo.

TIT.VII. DE PIGNORIBVS.

Cap.vn. Significante.

R*Ecolligeret*[a])Ideſt,redimeret.

b *Per certum*)Ergo non imputatur domino malitia nuntij,vel procuratoris;ſi modo credebatur ideoneus, vt hic,et D. commodati argentum.ſic C.qui petant tut. cum a matrib. arg.contra ſu. de off.deleg.cum olim. li.eo.et D.de pręſcript.vērb.apud.P. vlt.et 3.q.7.in grauibus.Io.

c *Legis commiſſoria*) C.de pactis pign.l.1.et 2.

d *Vel iuramento*)Arg.contra ſu.de iureiur. cum contingat.lib.eod.

TIT.VIII.DE SEPVLTVRIS.

Cap.vn.Sincerum.

P*Æniens*[a])Bene potuit eſſe pænitens, et tamē eici extra cœmeterium,vt torneato res,vt ſu.de torneam.cap.1.ut latro,qui in fine pænituit,ſed non ſatiſfecit,vt ſu.de raptorib.ſuper eo.vel forte fuit interdictus,alias pænitenti,cui datur euchariſtia,dabitur etiam ſepultura,vt 13.q.vlt.cap.vlt.

TIT.IX.DE DECIMIS.

Cap.1. Cum contingat.

P*Ropriis manib.*[a]) Expreſsius dicit hęc decretalis,quā alia,quod ſi res aliqua transſit ad priuilegiatum,quod cenſetur iure priuilegiati.iſtud tamen corrigitur infra eodē nuper.

b *Ab antiquo*)Forte ex pręſcriptione,vt ſu. de præſcr.ad aures.

c *De iure communi*)vt 16.q.1.ſtatuimus. et cap.de decimis.nō ergo ſpectat ad Epm. vnde in decimis parochialis eccleſiæ dico,Epm non habiturum aliquam portionem,et capitula illa,quę dant Epo partem decimarum, loquuntur de decimis Epiſcopalis eccleſię. 16.q.1.quicquam.

d *Nonalium*)Su.eod.ex parte.li.3. contra. ſed ibi loquitur, cum aliquis ex priuilegio habet decimas,in quo caſu intelligitur quā habere decimas nouaiium. vt infra de priuilegijs,quia.ſed hic loquitur, cum habet ex præſcriptione.et ſic intelligās, quod eſt infra eod.cap.prox. Io.

Cap.2.Cum in tua.

E*T minutas*[a]) Vt paſtus † animaliū, ligna in ſiluis,vel piſces,ſi ſint aquæ,quæ modo † exercitata † eſt. † parnus † non forte † exercitum ſit te

b *De iure cenſeri*)Sic 12.q.2.cognouimus. infra de priuileg.quia.D.de uſucap. eum qui. D.de pecul.hinc quæritur.P. primo,contra: vbi habes,quod peculium quandoq. dupli ci iure cenſetur.

c *De iure communi*)Su.cap.proximo.

Cap.3.Dudum.

D*E iure communi*[a]) 16.q.7.omnes.

b *Probares*)Hic manifeſte videtur, quod aliquis tenetur probare titulum, ſu. de probat.licet.li.3.et ſu.de præſcript. ſi diligenti, nam cum ſecundum canones longa,et longiſſima præſcriptio non differant,ſed in lō ga præſcriptione oportet probare iuſtum titulū,ut C.de pręſcript.longi temp. diutina. et C. de uſucap. pro herede.l.vlt.ergo et in lōgiſsima ſecūdū canones.et eſt iſtud cōtra id,quod dixi ſu.de præſcr. quoniam.li.eo.nā ibi dixi,quod etiā erroneus titulus præſtat

 cau-

cauſam præſcribendi, et hic non ſufficit probare titulū talem. Item et eſt illud cōtra id, quod dici conſueuit, quod ſufficit allegare titulum, ſed non oportet probari. ſed dici poteſt, quod iſti ſuſpecti erant; vnde oportebat eos probare titulum, et etiam iuſtum titulum. Ioan.

c *Memorati*) In parte capituli, quæ hic nō eſt.

d *Confirmatam*) Quia licet donatio fuit inualida, tamen ex confirmatione Principis potuit habere robur, vt 16. q. 6. ſi. Epiſcopum. ſu. de tranſact. c. 1. in fine. li. 1. D. de adopt. adoptio. Io.

e *Laicali*) Vt 16. q. 7. ſiquis deinceps.

f *In conſtitutione*) Su. de donat. paſtoralis. li. 3.

g *In priuilegijs*) Su. de priuileg. ſi de terra.

h *XL. annorum*) Su. de præſcr. de quarta.

i *Ex alys*) 1. q. 7. Daibertum. Su. de dote poſt diuort. reſtitu. nuper. li. 3.

k *Nullatenus derogetur*) Numquam enim intelligitur derogatum iuri alterius, niſi hoc exprimatur. 85. diſt. Florentinum. 90. diſt. ecce.

Cap. 4. Tua, et infra.

TVa.[a]) Hoc caput eſt pars illius ſu. eo. tua. li. 3.

b *Sed potius reſtringenda*) Sic ſu. de reſcript. nonnulli. li. eo. quia odia reſtringēda ſunt, fauor ampliandus, D. de liberis, et poſtum. cū quidam.

Cap. 5. In aliquibus.

COmpellantur[a]) Pactum enim non nocet eccleſię, quin a quolibet poſſeſſore poſſit petere decimam, vt ext. 3. de decim. paſtoralis. infra eo. pleriq. ſu. de pactis, pleriq. D. de pactis, inter. D. de inſtitor. ſi cum vilico. ſed ſi poſſeſſor recipit partem fructuū, et dominus partem; vterq. conueniendus eſt; vt ext. 3. eo. cap. 1. et 2. Io.

b *Ex loci conſuetudine*) Sic ergo attenditur cōſuetudo loci in ſoluendis decimis. nec mirum, cum etiam conſuetudo attendatur in baptiſmo, ut de conſecrat. diſt. 4. de trina. et in matrimonio, vt ext. 1. de cogn. ſpirit. cap. 2. Item in continentia clericor. vt 84. diſt. cū in præterito. et ęque punitur præuaricator conſuetudinis, ut præuaricator legis, vt 11. diſt. in his reb. et iſtud intelligo de conſuetudine approbata a Papa, alias non valet conſuetudo, quantumcumq. longa, quæ abſq. peccato mortali nō poteſt ſeruari, vt ſu. de pręſcriptionib. quoniam. verum capitulum dicit, qui minus plene dedit decimas, modo emendet. ut 16. q. 7. quicumq. quia præſcriptio non habet locum in decimis, vt ſu. de præſcr. cap. vlt. multo minus conſuetudo. vel intellige de illa conſuetudine, de qua dicitur ext. eo. c. vlt. vt iſta cōſuetudo in pręſcriptionib. decimarū licere videatur, quod ille iure diuino debuerit, 23. q. 5. dicat. Io.

Cap. 6. Cum non ſit.

PRæcedat ſolutio decimar.[a]) Sed quid refert ſiue præcedat, ſiue ſequatur, cum et colonus pro ſua portione, et dominus pro ſua præſtet decimas? vt ext. 3. † eo. cap. 1. et 2. † 1. ap.
Reſp. licet vterq. conueniri poſſit; melius, et commodius eſt eccleſię conuenire vnum †, † alium quam ſpargere accuſationem in plures, vt D. de exercit. l. 1. P. vlt. et l. ſequenti. diſtingunt tamen quidam, quod ſi dominus aliquotam partem habet fructuum pro cenſu, vel pro tributo, vt tertiam, vel quartā; in eo caſu ſi primo res tota eſt decimata, poſtea † † tertia non eſt pars domini decimanda. Si vero certam partē dominus recipit, ut duos corbes vini, vel frumenti; vt tunc poſtquam totum eſt decimatum, etiam decimetur pars domini, quia domino ex priori decimatione nihil minuitur, ſed in priori caſu minuitur. ſed hoc obuiat regulæ, quæ dicit, quod bona fides nō patitur, vt idem bis exigatur, vt D. de regul. iuris. bona fides. ſecus tamen dico, ubi aliquis ex cauſa lucratiua rem poſſidet, vt donatarius, et legatarius. nam ibi res eadem ſecundo decimatur ratione lucri, vt ext. 3. eo. paſtoralis. et ext. 2. eo. non eſt. Idem dico, vbi extraneus inſtituitur heres. ſed ſi aliquis ab inteſtato ſuccedit ibi, non decimatur, quia ibi eſt hereditas debita iure naturæ, vt D. vnde liberi. ſcripto. P. vlt. Io.

b *Cum onere*) D. de contrah. empt. alienatio. Ioan.

Cap. 7. Nuper Abbates.

COmponendum[a]) Sic ergo ſacerdos poteſt componere cum aliquo ſuper decimis, ut ext. 1. de decim. ex multiplici. hæc tamen compoſitio tātum perſonalis erit, niſi ſit cōfirma

firmata auctoritate Papæ, vt ext.2. de tranſact. veniens. ſed numquid Ciſtrenſes, vel alij monachi non habentes populum poſſunt præſcribere decimam? non videtur, cum decimam de iure habere non poſſint, vt 16. q. 1. peruenit. ergo non poſſunt eam præſcribere, vt ext. 1. de præſcr. c. vlt. Videtur tamen hic, ex quo nomine compoſitionis eas habere poſſunt, quod etiam eas poſſint præſcribere. Io.

TIT.X. DE REGVLARIB. ET AD RELIGIONEM TRANSEVNTIB.

Cap. vn. Poſtulaſti.

PRudentia a) Hic canonizatur opinio H. qui dicit, quod ſicut doli capax poteſt ſe obligare diabolo, vt ext. 1. de delict. puer. pueris. ſic Deo. et ſicut in matrimonio carnali malitia ſupplet ætatē, vt ſu. de deſp. impub. manifeſte. ſic in ſpirituali. contrarium tamen conſueuit dici ab alijs, vt notaui 20. q. 1. in ſumma.

b *Abſq. proteſtatione*) Hic habes, quod niſi ingrediens proteſtetur, quod animo probádi intret, præſumitur intrare animo manendi. ſimile ſu. eo. conſulti. li. 3. ſic ſu. de teſtib. præſentium. D. de negot. geſt. Neſennius. Ioan.

TIT.XI. DE CONVERSIONE CONIVGATOR.

Cap. vn. Accedens.

PRoceſſu uero temporis a) Sed non ne per ſpatium ſequentis temporis videtur mulier ratificaſſe ingreſſum viri, arg. ſu. qui clerici, vel vouent. inſinuante. li. 3. cum enim per aliquantulum temporis poſt ingreſſum viri tacuerit, non videtur, quod poſtea audiatur. arg. ſu. de ſponſal. ad id. li. 2. ſu. de frigid. et maleficiat. cap. 1. Reſp. ſic. et ideo Papa diſtinguit in fine, an fuerit ſenex, vel iuuenis. nō videtur neceſſaria diſtinctio, cū talis licentia nulla fuerit, ſiue fuerit ſenex, ſiue iuuenis, vt 33. q. 5. notificaſti. ſed ſi eſſet iuuenis, tūc non ratificatur ingreſſus per patientiam ſequentem, cum nec expreſſam quærat dare licentiam, niſi intret religionem. ſed in ſene ſufficit, quod uoueat continentiam ad hoc, ut vir poſsit intrare religionem. ſu. eo. cum ſis præditus. li. 1. varias autem opiniones tractare conſueuimus 27. q. 2. Agathoſa. et 33. q. 5. qui vxorem.

b *Illius ætatis*) Videtur hic, quod ſi mulier eſt vetula, ſufficit qualiſcumq. licentia ad hoc, vt ipſe teneatur ſtare in religione, et ipſa teneatur continere. Arg. contra 33. q. 5. notificaſti. quia ibi dicitur, quod coacta licentia nulla videtur. ſed expone cauſam dicti, vt iam dixi, quia per patientiam ſequentis temporis, videtur violentia profugata.

TIT.XII. DE STATV RELIGIOSORVM.

Cap. 1. Cum nobis.

INde remotis a) Hic videtur, quod ſi monaſterium monachorum non poteſt reformari niſi per canonicos, quod Epiſcopus poſsit ibi inſtituere canonicos. Sed ſi monachi enormiter viuant, non ideo Epiſcopus ſua auctoritate poteſt ibi inſtituere clericos ſæculares, niſi hoc faciat auctoritate Papæ, ut ſu. ne clerici, vel monachi. cap. penult. li. 1. niſi ita ſit, quod aliqui non inueniantur de ordine illo, vt ſu. de relig. domib. inter. li. 3. Aliter ergo de monaſterio non poteſt fieri ſæcularis eccleſia; tamen de ſæculari eccleſia poteſt fieri monaſterium, vt ſu. de eccleſ. ædif. ad audientiam. li. 2. et 16. q. 7. ſiquis vult. Ioan.

Cap. 2. In ſingulis.

SAluo iure a) In uiſitationib. procurationib. et correctionib.

b *Non conſueuerint*) Per hoc videtur, quod etiam Abbates exempti teneantur venire ad tale capitulum.

c *Ad hoc aptum*) Ideſt, vt habeatur ratio diſtantiæ, ut 63. diſtin. cum longe.

d *De ipſis*) Ideſt, de capitulo.

e *Ac ipſi iiij.*) Quid iuris ſit, ſi iſti quattuor diſcordant in pari, vel impari numero: habes diſtinctum 2. q. 6. P. eſt autem quādoq. et P. itē ſi plures. videtur tamē, quod iſti nō ſint delegati, ſed potius quod poteſtas eor. videtur ordinaria, et ſecundum hoc ſi diſſentiunt in pari numero, tenet ſententia illorū, qui abſoluunt, ut D. de re iud. inter pares. Ioan.

f *Excuſatione*) Videtur per iſta tria verba reo ſubtrahi omne auxilium nō tantum appellationis, ſed etiam recuſationis, vel ſupplicationis. Quia cum capitulum elegerit illos duos Abbates, certum eſt, quod illos nō poteſt recuſare, vt 3. q. 3. offeratur. Ergo vide-

tur,quod nec illos recuſare poſſunt, quos ipſi Abbates eligūt. Tamē videtur,quod ſi aliquis de capitulo a principio contradiceret, et oſtenderet iuſtā cauſam; quod eſſet audiendus: et hoc innuitur,cum dicit, abſq; contradictione,et hoc ideo dico,quia expreſſe numquam poteſt inhiberi † recuſatio,vt C.de ſenten.et interlocut.l.vlt.Io.

† in hibetur

g *Ac appel.*) Prohibita enim eſt appellatio regularib.in correctione,vt ext.i.de appel. reprehenſibilis.

h *Proportionaliter*) Ideſt ſecūdū diuitias cuiuſlibet,ſicut in naui fit collatio ſecūdū proportionem,et ſecūdū ęſtimationē rerū,vt D.ad legem Rhodiam l.2.P.iacturæ.in princ.

i *Singulas Abbatias*) Ergo et exemptas.

k *Vice noſtra*) Numquid ergo ſi Eps loci vult viſitare locum eundem, præponetur illōr.viſitatio ſuę,cum illi vice maioris viſitēt? dico, quod ſic;quia præſumeretur, quod Eps cauſa impediendi illos, non viſitandi cauſa veniſſet:niſi prius denuntiaſſet Eps, quod vellet viſitare.Io.

l *Corrigentes*) Nūquid ergo fit præiudiciū Epo loci? cum tamen in principio capituli dixit ſaluo iure dioeceſani.Ideo dici poteſt, quod tunc demum corrigent;cum Eps eſt negligens.ſed in exemptis ſtatim corrigent. Ioan.

m *Denuntiet Episcopo*) Forte in hoc vult ius dioeceſani eſſe ſaluum,de quo dixit in principio huius capituli.ſed obicitur:aut Eps fuit negligens in corrigendis exceſsib.aut nō. Si fuit negligens, ergo deuoluta eſt poteſtas ab Epo.vt 9.q.3.cap.ult.et cap.cum ſcimus.ſi non fuit negligens;quare ergo vſurpant illi viſitatores ius ſuum in corrigendis exceſſibus.quia ſi cuilibet Epo ſua iuriſdictio non ſeruatur,quid aliud eſt,quam eccleſiaſticus ordo conſumitur? † vt 11.q.1.peruenit.in fine.dico,quod licet Eps fuerit negligens: tamen ad.moneri debet primo,ut ext. 3.de off.ordin.quanto.et 11.q. 3. nunc vero. uel ideo defertur hic Epo negligenti, quia in alio præiudicatur ei, cum conſtituuntur viſitatores in ſua dioeceſi.Io.

† cōfunditur

TIT.XIII.DE RELIGIOSIS DOMIBVS.

Cap.1.Cum uen.f.

Eccleſiam[a]) Hic videtur, quod ſi eccleſia vna agat de ſubiectione alterius eccleſię, quod non ſit agendum contra ipſam eccleſiam,ſed potius contra illam eccleſiam,quæ eſt in poſſeſſione eius. Ad id faciat ſu.de elect.querellam.li.3.16.q.3.inter.ſu.de ſent. et re iudic.dilecti.li.2. D.de lib.exhibē.l.vlt. D.de ſeruitutib.l.vlt.D.ſi ſeruitus vendic. is,cuius familia.Arg.contra ſu.de appel. ad audientiam.li.2.ſu.vt lite non conteſt. quoniam.12.q.2.quicūq.militum.D.de vſu fructu legat.hactenus.

b *Pertinentijs*) Nimis eſt longa † petitio,vt D.de verbor.ſignific.verbum illud pertinere.

† larga

c *Annotatio*) In qua citius deprehenditur vitium vt ſu. de fide inſtrumentorum inter li.3.Ioan.

d *Non appareat*) Præſumitur tamen,quod nomine monaſterij ſoluerint.12.q.3.pontifices.7.q.1.ſcire.ſed numquid tenetur ſoluens cenſum,aſſignare cauſſam ſolutionis? quæſtio eſt Sabbatina.arg.quod nō.ſu.de cēſib. peruenit.

e *Ad praſcriptionem*) Et tamen a tribus Abbatib.fuit ſolutus.ſic ſu.de cauſa.poſſeſſ. cū eccleſia.ſu.de off.deleg.cum olim.li.eo.

f *Non ſufficit*) Su.de fide inſtrumen. c.1. et C.locati ad probationem. nam æque poteſt ille,qui non eſt dominus locare,vt dominus. D.locati, qui inſulam. in princip. tamen poſſeſſio probatur per ſolutionem penſionis.D. de adquir.poſſeſſ.quamuis.P.primo. D.de rei vindic.quædam.

g *Conſtitutam*) 16.q.7.omnes.

h *Propter prædicta*) ſcilicet propter raſuram in loco ſuſpecto,et ſuperlineare ſcripturam, ſic ſu.de fide inſtrū.cap.1.li.3. ſu.de fide inſtrū.ad audiētiā.li.2. Ad hoc enim,vt credatur inſtrumento;oportet,quod ſit ſine omni ſuſpicione,vt ſu.de reſcr.cum adeo.li.3.C.de edict.D.Had.l.vlt.ſed quid ſi raſura repoſita fuerit eadem manu? non videtur, quod obſtet.ſu.de priuil.cum olim.li.3.et C.de fide inſtrum.comparationes.Item quid ſi raſura ſit in loco vno,et tamen per illa,quæ poſita ſunt in inſtumento,probetur propoſitū? videtur,quod ſufficit ad probandum.ſu.de ſent.et re iud.cum I.et A.li.3.C.ſi ex falſis inſtrum.l.3.Ioan.

Cap.2.Cum dil.f.

Et ratihabitione[a]) Notare vult differentias inter litteras procuratorias,et litteras de rato: nam vbi aliquis ſimpliciter cōſtituitur,licet generaliter conſtituatur;tamē tran

tranſigere non poteſt.ſed ſi cũ clauſula de rato tunc tranſigere poteſt,alias nihil operaretur illa adiectio,et ſic intelligitur D.de procurat.mandato.

b *Repromiſit*)Non enim potuit renuntiare priuilegio ſuo,ſu. de arbitris cum tempore. li.3.

c *Præſcriptione*)Hic de vna exceptione permittitur tranſire ad aliam †.ſic ſu.de præſcr. auditis.li.3.D.de except.nemo. ſimiliter de vna actione tranſitur ad alias †. ſu.de confirm.vtili examinata.li.3.C.de in offic. teſt. contra . arg.contra ſu.de appel. ſollicitudinem.li.3.D.de tributoria,quod in heredẽ.P. eligere.C.de non numerata pecu.authen.cõtra qui propriam.De hoc videtur,ſicut dixi, 13.q.1.in fine.Ioan.

† contrariã
† cõtrarias

Cap.3.Ne nimia.

Religionem[a])Nam nouum collegium nõ poteſt inſtitui inconſulto Principe, ut D.de colleg.l.3.

b *De approbatis*)Sic qui nouam conſtituit dignitatem in eccleſia,conſtituet eam ſecundum conſuetudinem aliarũ eccleſiar ut.ext. 3.de conſuet.cum olim.ſimiliter noua eccleſia regetur cõſuetudine aliar.vt ext.3.de ſẽſib.c.vlt.Io.

c *Plurib.*)Sicut nemo poteſt ſimul regere Abbatiam,et eccleſiã ſæcularem.16.q. 1. presbyteros.Ioan.

TIT. XIIII.DE CONSECRATIONE ECCLESIAE,VEL ALTARIS.

Cap.vn.Ligneis.

Qvod cum parietes[a])Hic patet,quod quãdiu parietes integri ſunt,quod non eſt conſecranda eccleſia, vel etiam ſi parietes ſunt ſuceſſiue reparati.vt de conſecr.diſt.1. de fabrica.Item patet hic,quod alia eſt conſecratio eccleſiæ,alia altaris,vt ſu.eo.ad hoc. lib.2.Io.

TIT.XV. DE CELEBRATIONE DIVINI OFFICII.

Cap.1.Conſuluiſti.

Aſperſione[a])Sed ſi in eccleſia eſſent ſepulti,etiam parietes eſſent dealbandi,vt de conſec.diſt.1.eccleſiam.

b *Aqua*)Vt ſu.de dedicat.eccleſ.propoſuiſti.Ioan.

Cap.2.Dolentes.

Syncopa[a])De conſecr.diſt.4.rettulerunt.

TIT.XVI.DE BAPTISMO, ET EIVS EFFECTV.

Cap.1.Licet.

Euertentes[a])De iure enim eccleſia Græcorum eſt ſubiecta Romanæ eccleſiæ, vt 24.q.1.rogamus.Io.

b *Et adhuc,ſicut*) De conſecr.diſtin.1.peruenit.Io.

Cap.2.Statuimus.

Statuimus[a])De conſecr.diſt.1.peruenit.Ioan.

b *Grauiori*)Arg.quod propter culpam tenetur quis ad omnia illa,quę ſequuntur ex illa culpa.31.q.2.de neptis.1.q.1.placuit.ext.2.de homicid.inſpectis . arg.cõtra 15.q.1.inebriauerunt.et D.de furtis verum.Ioan.

TIT. XVII.DE INMVNITATE ECCLESIAE, ET EIVS ORNATV,ET REVERENTIA RELIQVIAR.

Cap.1.Relinqui.

Clerici eccleſias[a])In eccleſijs tamen iudicari poteſt , et debet, vt 2.q.2. præceptum.

b *Dimittuntinc ultas*)De conſecr.diſt.1.veſtmenta.

TIT.XVIII.DE CENSIBVS.

Cap.1.Super quibuſdam.

Albergarias[a])Nã nec patroni, nec aduocati eccleſiarum aliquid poſſunt petere a clericis,niſi ab Epiſcopo fuerit inſtitutum. ſu.de iure patron.prȩterea.li.1.

b *Liberalitate*)Nam in neceſsitate nemo liberalis exiſtit.D.de adimen.vel retinen.legatis.l.rẽ legatã,tamẽ eatenus tenuit remiſsio, quatenus tenuit obligatio. ſu.de appellat. ad præſentiam.li.1.16.q.1.frater noſter.D.de remiſsion.l.vn.alias nulla fuit obligatio, vt D.de verbor.obligat.dotem ſtipulatus.tamẽ quandoq.id,quod nullum eſt,confirmatur per

per adoptionem, vt D. de a dimen. legat. l. legatum.

Cap. 2. Procurationes.

Viſitationis[a]) Hoc ideo dicit, quia triplex eſt procuratio; vna, quę debetur ratione viſitationis, ut hic. alia, quæ debetur ratione cõſuetudinis, vt 18. q. 2. ſeruitia† . tertia, ratione pacti, quod interpoſitum eſt in ipſa fundatione, vt ext. 1. de iure patron. præterea. 18. q. 2. Eleutherius.

† ſeruitium

b *Perſonaliter*) niſi ipſi intereſſe nõ poſsint, ut ſu. eo. inter. De hac procuratione conſueuit tractari 10. q. 1. relata. et q. 3. c. illud. Io.

c *Tantundem impendat*) Sic ergo qui grauat eccleſiam in procuratione, in duplum punitur; ſed qui grauat eam in xenijs, in quadruplum punitur, vt 18. diſt. quoniam. Io.

Cap. 3. Aduerſus Conſules.

L*ater. concil.*[a]) Ext. 3. de immunit. eccleſ. non minus. et de cenſib. cum inſtantia.

b *Nullo*) Sic ergo non valet ſententia lata tempore excommunicationis, ut infra de hæret. excommunicamus. immo etſi detegitur alicuius excommunicatio poſt ſententiam, retractatur ſententia, vt (ext. Al. † de ſent. et re iud. ad probandum. nec priuilegia ipſorum tenentur, vt 3. q. 4. nullius. Ioan.

† ſu.

c *Intra tempus regiminis*) Sic ergo iudex poſt depoſitum officium conueniri poteſt: et hoc ideo eſt, quia conuenitur ex maleficio, quod perpetrauit. ſecus ſi conueniretur ex contractu. nam adminiſtratores ciuitatum, et tutores, vel curatores non conueniuntur poſt depoſitum officium ex contractu, quem fecerunt nomine ciuitatis, vt D. de adminiſtr. rer. ad ciuita. pertin. curatores. P. in eum, et C. de adminiſtr. tutorum cũ quædam. et D. de euictio. illud. P. primo. ſed ex maleficio bene cõueniũtur, depoſito officio, vt 1. q. vl. iubemus. D. de action. empti. Iulianus. P. idem. tamẽ procurator negotiorum bene conuenitur depoſito officio, vt D. de procurator. procurator.

d *Intra menſem*) Si tamen prius communicauerit ei † in crimine, excommunicatus eſt, vt ext. 3. de ſent. excom. nuper. ſed cum ipſe iudex excommunicatur non expreſſo nomine, quare ſtatim onus illud non peruenit ad ſucceſſorem? arg. ext. 1. de off. del. quoniam. Reſpon. quia illud onus prouenit † ex delicto, vnde non deſcendit ad alios, vt 24. q. 3. ſi heres. ideo autẽ præfigitur menſis, quia vſq. ad illud tempus præſumitur cõſenſiſſe, vt prima q. 1. conſtat. eſt autem ille canon, ext. de immunit. eccleſ. non minus. poſt admonitionem canon latæ ſententiæ. et ex hoc patet, quod ſi iudex ſæcularis admonetur, ne vſurpet iuriſdictionem eccleſiaſticam, vel in iudicando clericos, vel aliud; quod ſtatim incidit in excommunicationem.

† eis

† peruenit

Cap. 4. Quia pleriq.

P*Aupertibus*[a]) Su. cap. proximo. contra, et infra de ſent. excommun. ſub intermina tione. ſolutio hic ignorabatur, quantum qui libet contuliſſet, et ideo iubetur dari pauperib.

TIT. XIX. NE CLERICI SAECVLARI NEGOTIO SE INMISCEANT.

Cap. 1. Sicut te.

PAſſim[a]) In omnibus cauſis ſiue criminalib. ſiue ciuilib. quod nõ licet, vt c. prox. ſed in cauſa eccleſiaſtica non remouentur tabelliones. arg. ſu. de probat. quoniã. li. eo. et ſic poteſt intelligi. 27. q. 2. multor.

b *Diſſimulaſti*) Forte ideo, quia nõ fuit legatus illius loci, vnde ibi nihil ſtatuere poterat. ſu. de off. del. nouit.

Cap. 2. Sententiam.

S*Ententiam ſanguinis*[a]) Epi nec poſſunt dare ſententiam criminum, nec alios hortari, vt dent, vt ext. 3. de exceſſ. præl. ex litteris. nec clericus poteſt eas ſcribere, ut hic, et 23. q. 4. illud. ſi autem Eps habet iuriſdictionem temporalem, deleget cauſam criminalẽ alij, quod facere poteſt ſecundum canones, vt 23. q. 4. illud. 2. q. 7. ſicut. licet ſecundum leges non poſſunt delegari, niſi cum iudex non poteſt intereſſe, vt D. de off. eius, cui mandata eſt iuriſdictio l. 1. Ioan.

b *Chirurgia*) Ext. 3. † de ætat. et qual. ad noſtram. Io. † 2.

LIBER QVARTVS.

TIT. I. DE SPONSALIB. ET MATRIMONIIS.

Cap. I. Tua nos.

Deſponſauit[a]) Si iſte deſpōſauit eā, quibuſcumq. verbis uſus fuerit; potius eſt conſiderandum, quid fuerit factum, quam quid fuerit dictum, ſu. de appell. ad audientiam. li. 3. ſu. de verbor. ſignif. in his. li. 2. C. plus valere, quod agi. l. ſiquis. Item ſimulatio, ſiue dolus, non impedit matrimonium ſpirituale, 27. diſt. quod interrogaſti. ergo nec carnale. Item ratione ſimulationis cogetur ſtare cū muliere, ſi mulieri placuerit. ſu. de eo, qui duxit in matrimonium, quā pol. per adul. c. 1. ſed hæc omnia non proficiūt, ſi proteſtatio coram omnib. † facta præceſſit, coram quib. proteſtabatur ſe non animo cō trahendi facere. 31. q. 2. Lotharius. ſu. de his, quæ ui, metuſue cauſa fiunt. relatum. li. 1 nā ſimulatæ nuptiæ pro nullo habentur. D. de ritu nupt. ſimulatæ. Nec obſtat, ſi dicas, quod per ſigna probatur matrimoniū, ſu. de ſponſalib. cum apud. li. 3. ſed illud matrimonium videtur, cum † contraria voluntas nō apparet. nec enim præſumitur voluntatem mutatam eſſe ex ſequenti facto, niſi hoc probetur. ſu. de his, quæ metus cauſa. relatum. D. de probationib. ei, qui. Idem poteſt dici, cū quis deſponſauit aliquam ſub condicione, ſi proteſtetur, quod cognoſcendo eam non recedit a condicione; quia per coitum non purificatur matrimonium. non enim per coitum ſemper receditur a condicione. quid enim ſi ſic contrahatur, contraho matrimonium tecum, ſi tu es virgo? vel ſi inuenero te virginem? et in coitu non reperitur virgo, dum tamen illud probari poſſit? ſed quid ſi proteſtetur, et dicat, quod omnia, quę dicet, vel faciet, non facit animo contrahēdi matrimonium; ſed poſtea publice dicat, conſentio in te? in eo caſu potius recurrimus ad communem intelligentiam verborum, quā ad ſuum intellectum. ſu. de ſponſalib. ex litteris. et hoc ideo, quia talia verba non poſſunt deſeruire ſuæ intētioni, ſed ſecus eſt in caſu propoſito. Sed obicio; per verba illa nihil dicitur, aut aliquid aliud cōcipitur, quā vox ſignificet, vt D. de reb. dubijs in ambiguo. arg. ſu. de off. deleg. cum ſuper. li. 3. ergo matrimonium non contrahitur per illa verba. ſed illud obtinet, vbi locutio eſt obſcura, vel ambigua; vbi enim non ſunt ambigua, non quæritur de voluntate. D. de legat. 2. illud.

† aliquib. forte

† vbi

b *Copula ſubſecuta*) Ratione cuius videtur abſolute conſenſiſſe in eum. ſu. de ſponſal. de illis.

c *Videtur forte*) Nō dubitatiue proponitur. ſic 33. q. 2. amouere.

d *Nec forma*) Conſenſus enim ſemper requiritur. 27. q. 2. ſufficit. verba enim ſunt neceſſaria, quantum ad eccleſiam. ſu. de ſponſal. tuæ. li. 3.

Cap. 2. Cum in tua.

Fama priuatim[a]) Ergo aliquid eſt fama, quod tamen dicitur occultum, ut ſu. de cohab. cler. veſtra. li. 3.

b *Perſona grauis*) Immo et turpis perſona videtur admittenda ad impediendum matrimonium, vt ſu. eo. præterea. li. 1. ſed illud obtinet, cum a perſona denuntiante ortum eſt impedimentum. et ſic eſt argumentum, quod ad denuntiationem criminum, crimmoſi non admittuntur. arg. 35. q. 6. Epiſcopus. De hoc notatur 2. q. 1. ſi peccauerit.

c *Vel ſcandalo*) Ergo videtur probari, vt ſu. de teſtib. cauſa litis. li. 3. et cap. cum cauſam. arg. contra. infra de accuſat. inquiſitionis. in fine. Item patet hic, quod ſola denuntiatio non impedit matrimonium contrahendum, niſi adſit fama.

d *De plano*) ſic infra de accuſ. ſicut olim. et ſic videtur, quod eodē modo iudex de plano poteſt inquirere de fama alicuius, non inquirendo per iuramentum, nam multiplex clamor facit fidem de fama, vt ſu. de accuſat. qualiter. lo.

TIT. II. DE CLANDESTINO MATRIMONIO.

Cap. vn. Cum inhibitio.

Cum inhibitio[a]) Clandeſtinum dicitur matrimonium tripliciter. vno modo, cum non habentur teſtes, vt ext. 1. de cland. de-

deſponſ.c.1.et 2.et 3. ſecundo modo, quod non fit cū ſollemnitate, vt 30.q.5.aliter. tertio modo, quod fit in eo loco, vbi contrahēs ignotus eſt, vt ext.2.de clandeſti.deſpon. cō ſuluit.tenet tamen matrimonium clandeſtine contractum, niſi aliud ſit impedimentū,
†1. ut 30.q.5.noſtrates.ext.1.eo.c.2.†

b *Quorundam locorum*) Ext.1. de teſtib.ad hæc.

c *Qui voluerit*) Cōſanguinei tamen potius admittuntur ad accuſationem, quam extranei, vt 35.q.6.c.1.alius autem quilibet denuntiare poteſt, vt ext.3.de cognat.ſpirit.tua.ſed quid ſi nulla exceptione, vel denuntiatione propoſita in eccleſia matrimonium ſollemniter contractum eſt, aliquib.ſcientib. impedimentum, numquid matrimonium talium poſt mortem, vel etiam in vita ipſorum poſſunt accuſare illi, qui ſciuerint impedimentum? videtur, quod non, vt ſu. de teſtib. ad hęc.li.1.et quia certiorari non debuit, qui nō ignorauit.ut D. de action. empti,l.1. Item licet contrahentes fuerint in culpa, tamē ſciētes impedimētum fuerunt in dolo, et dolus culpæ pręponderat. D.ad legem Aquiliam. item Mela. in princ.et ex quo publice factū eſt, non admittitur contradictor, vt 9.q.1.licet. Dico, quod poſt mortem non poteſt agi de matrimonio ipſorum principaliter, ſed ſecundario de ſucceſſione filior.ut ſu.qui fil.ſunt leg.cauſam.in fine, et C. ne de ſtatu defunct.quamuis.Io.

d *Probabilis*) Nota. probabilis cauſa impedit matrimonium contrahendum, vt ext.1. de ſponſal.præterea.et ext.2.de conſan.et affin.ſuper.

e *De tali*) Ideſt, clandeſtina, vel interdicta.

f *Si ambo parentes*) Sic patet, quod non prodeſt opinio eccleſiæ, ſi ambo ſciunt impedimentum, quin filij ſint illegitimi.ſed quid ſi vnus ſcit, et alter neſcit? dixit H.et L.quod quantum ad ſcientem filij ſunt illegitimi; quantum ad ignorantem legitimi. arg. C. de inceſt. nupt. qui contra. quod non credo, immo quantum ad vtrumq. ſunt legitimi, vt ext.3. qui fil. ſunt legit. ex tenore. monſtrum enim eſſet, quod aliquis eſſet partim legitimus, partim illegitimus; ſicut quod aliquis eſſet partim liber, et partim ſeruus, ut D.deliberationib.l.duob.Io.

TIT.III.DE CONSANGVIN.ET AFFINITATE.

Cap.1.Ex tenore.

A*D Mariam*[a]) Supple, genuit.

b *Eiſ ſecutus*) Si eiſdem verbis, et eodē ordine fuiſſet ſecutus ipſum, ſuſpectum eſſet tale teſtimonium, vt 4.q. 3. item in teſtib.

c *Matrem Gilij*) Nomen non exprimens.

d *Seu circumlocutio*) Vt ſu. de teſtib.licet.li. eo.D.ſi cert. petatur.certum.

e *In decreto*) ſu.de teſtib.in omni.li.1.

f *Eſſe ſtatutum*) 35.q.6.de parentela.

g *Nomina*) 35.6.de parentela.

h *Alia vxor*) Alias ſi non poſſent plures cōprehendi nomine appellatiuo; videretur, quod tunc certa eſſet deſignatio, vt inſtit.de exhered.liberor. P.maſculos.et D.de legat. 2.nominatum.D.de condi.et demonſtrat.nominatim.

i *Accuſatori*) Immo qui ſemel apparuerit inter accuſatores, non poteſt eſſe teſtis, vt ſu. de accuſat.cum P.Ioan.

k *Tam domeſtici*) Vt ſu.de matr.contra inter. eccl. contracto c.1. et ſic conſanguinei dicuntur domeſtici.non tamen ſemper familiares admittūtur in matrimonio, vt ſu.de teſt. in litteris.li.2.

l *De auditu*) Hoc hodie corrigitur ex parte ſu.de teſtib.licet.li.eo.

m *Cum ſollemnitate*) S.iuramenti. videtur huc, quod principales perſonæ in matrimonio iurabunt de veritate dicenda.ſu. de deſponſ.impub.atteſtationes.quod concedo. H.tamen plus proceſſit, vt idem eſſet accuſator, et teſtis, vt 35.q.6.c.1.et 2.

n *Teſti*) Hoc ideo, quia iuratur de credulitate.

o *De periurio*) Sic ſu.de teſtib.cum tu fili.

p *Dixerit*) Ipſa Maria non iurata.

q *Inualidum iudicari*) Su.de teſtib.licet.li. eo.

Cap.2.Tua nos.

M*Vltum fauoris*[a]) Sic ſu.qui matr.accu.nō poſſ.peruenit.li.1.Ioan.

b *Vel germanis*) Hic patet, quod gradus numerandi ſunt, non a communi parente, ſed a fratribus. Ad idem ſu. de teſtib.ſeries.li.2. 35.q.5.c.1.ſu.de diuort.porro.li.1.Arg.cōtra ſu.de cōſan.et affinit.quod dilectio. li.2.ſu. de teſtib.licet.li.eo.

Cap.3.Non debet.

Varie

V *Ariſtatem temporum*[a]) 29. diſt. ſciēdū. diſt. 4. erit. 32. q. 4. obiciuntur.

b *Mutatus*) Vt de pœnit. diſt. 1. nouit dominus. et 22. q. 4. incommutabilis.

c *Ex ſecundis nuptijs*) Cum tamen in hoc caſu hic tollatur publicæ honeſtatis iuſtitia: uidetur, quod adhuc in alijs caſib. generet inpedimētum, ut in uxorib. duorū fratrum, uel conſobrinor. licet enim non impediat hodie ibi ſecundum genus affinitatis matrimoniū: remanet tamen adhuc ibi publicæ honeſtatis iuſtitia, ut 35. q. 3. porro, quia in matrimonijs non quid liceat, ſed quid honeſtū ſit, cōſiderandum eſt, ut D. de ritu nuptiar. ſemper. Similiter dico, quod adhuc frater inpeditur ſumere ſponſam fratris, licet tātū inpediat publica honeſtas; quia illud eſt lege diuina prohibitū. Quod etiam ſecūdū leges impediat publica honeſtas, habes D. de adopt. qui in adoptione. vel dic, quod publica honeſtas eſt in omnib. ſublata, niſi in ſponſa de futuro. Ioan.

d *Reuocantes*) Gregorius tamē dicit, qui diſſoluit hæc genera affinitatis, negat verbum Dei in æternum manere, vt 35. q. 10. fraternitatis.

e *De cetero*) Sic ergo matrimonium illorū, qui ante conſtitutionē contraxerunt in quinto, vel ſexto gradu, nō confirmatur hic; quia conſtitutio matrimonij non ſpectat ad prçterita matrimonia, ut 35. q. 3. de inceſtis. 31. diſt. ante. 32. q. 4. c. 1. in ſumma. ſed quid ſi poſt editam conſtitutionem ſimul ſteterint ſcienter? dico hoc ipſo confirmatum matrimonium, vt ext. 1. de coniug. ſeru. propoſuit. nam matrimonium, quod ab initio non valuit, ex poſt facto confirmatur, ext. 2. de matrimonio cont. interd. eccleſ. cum ſis præditus. ext. 1. de deſponſ. impub. litteras. et cap. acceſſit. D. de ritu nuptiar. ſiquis. et arg. ext. 2. de conuers. coniug. placet. arg. 32. q. 2. honorant. nam et ſi primo cōſenſus nullus fuit, poſtea cōfirmatur. ext. 1. de ſponſal. de illis. in auth. de nuptijs. P. ſi uero ab initio. videtur tamen, quod verba ſint neceſſaria exprimentia conſenſum, vt ext. 3. de ſponſal. tuę. et 29. q. 2. ſiquis ingenuus. nouus enim cōſenſus requiritur, vt ext. 1. de eo, qui dux. in matrim. cap. 1. niſi enim expreſſe de nouo cōſentiāt, videtur potius antiquus cōſenſus adhuc durare, qui nullus fuit; quā nouus inchoatus, vt D. de precario, ſed ſi manente. D. de arbitr. ſicut. in princ. et l. Labeo. P. penult. et arg. D. de verbor. obligatio. l. 1. P. cū adicit.

f *Nulla longinquitate*) Et ſic hodie nō curriț præſcriptio contra accuſatores matrimonij, licet olim currebat, vt ext. 3. qui matrim. accuſ. poſ. per tuas.

TIT. IV. QVI MATRIMONIVM ACCVSARE POSSVNT.

Cap. vn. Cum in tua.

C *Onſuetudinem*[a]) Su. de ſponſalib. cū in tua. li. eo.

b *Non poteſt*) Sic 17. q. 2. ſiquis incognitus. in fine.

c *Nimia infirmitatis*) 15. q. 1. illa. et 17. q. 1. Cōſaldus.

d *Eius ætas*) Quia ætas illa neſcit, quid videat, vel audiat. C. de falſ. moneta. l. 1.

e *Publice factam*) 86. diſt. quod dicitis. 12. q. 2. qui et humanus.

f *Repellendus*) Non ſolum ab accuſatione, ſed etiā a teſtimonio, vt ſu. de teſtib. ad hæc. lib. 1. ſed nonne admittitur talis ad denunciandum? videtur, quod ſic, cum et iuramētum ei non obſtaret. ſu. de iureiur. quemadmodum. li. 3. ad hoc. ſu. de cogn. ſpirit. tuę. Reſp. quod non quia ſuſpecti remouentur a denūtiatione, ſicut ab accuſatione, vt infra tit. 1. c. 1. et ſu. de ſponſ. cum in tua. li. eo. nam cui vna uia prohibetur, alia non eſt admittēda ad id. ſu. de procurat. tuę. D. pro Socio. idemq. D. de cond. inſtit. quæ ſub conditione. et hoc eſt verū, quia ſemper taciturnitas nocet volenti accuſare matrimoniū, niſi probeuerit, quia tūc tēporis non habuit probationes, vt 2. q. 7. pleriq. ipſorū autem taciturnitas non præiudicat eis, quin ipſi poſſint accuſare matrimonium, quando voluerint. ſu de reſtit. ſpol. c. vlt. li. 2.

g *Iuramento*) Sic ſu. de teſtib. præſentium. ſu. de exceptionib. paſtoralis. li. 3. et videtur hic, quod iuramentum nō minus valet, quā præſumptio iuris, quia per iuramentum eliditur hic præſumptio iuris. ſic 35. q. 1. extraordinaria.

h *Excluderet*) Aliquis admittitur ad accuſandū, cuius auctor nō admittitur: ſecus eſt in teſte ſu. de teſtib. licet. li. eo. ſed uſq. ad quod tēpus obſtat alicui taciturnitas? videtur, quod incōtinēti obſtat, niſi ſtatim accuſet, cū audit. 32. q. 2. ii. uliter. ſu. de off. deleg. c. vlt. li. 3. D. de legat. 2. cū quidam. in fine. C. quomodo, et quādo iudex, ab eo. 2. q. 6. quapropter. D. ad Macedonianū. ſi filius. Arg.

contra 20.q.2.puella.1.q.1.cõſtat.ſu.de frig. et maleſic.c.1.li.1.dicas,taciturnitatem iſtam cum quodam temperamento intelligen-dam.arg.D. de ſolutio. quod dicimus. D. ex quibus cauſ.maiores. ab hoſtibus. P. vlt.

LIBER QVINTVS.

TIT.I.DE ACCVSATIONIB. ET INQVISITIONIBVS.

Cap.1.Cum dil.

a *CO Ncubinarios*)Sed nonne iſti proſequẽtur ſuã iniuriam?quare ergo non admittuntur, quãtum cũq.criminoſi ſint?vt 4.q.6.omnib.Reſp.criminoſus admittitur ad accuſandum,ſed non ad denuntiandum.vel loquitur de notorijs fornicatorib.qui ſicut ſunt priuati ingreſſu eccleſiæ,vt 31.diſt.P.verum. ſic et alijs legitimis accuſationib.

b *Pramonitum*)Qui enim non admonuit,repellitur a denuntiatione, ſu.de accuſation. licet.li.3.

c *Conſpiraſſe*)Su.de ſenten.et re iud.cum I. et A.ſu.de ſimonia.per tuas.

Cap.2.Inquiſitionis.

a *IN publicis cauſis*)Ideſt communib.

b *Dicta*)Hoc habes infra eo.qualiter.

c *Homicidium*)Hic corroboratur opinio doctor.qui dicunt,quod in nullo occulto crimine impeditur executio ordinis poſt peractam pænitentiam,præterquam in ſimonia, et in homicidio,quę notãtur 50.diſt.de his. alij ſolam ſimoniam excipiunt.Io.

d *In accuſationibus iudicio*)Videtur,quod in his caſibus denuntians obligauit ſe ad talionem,arg.ſu.de accuſ.ſuper.li.3.item videtur hic,quod idem eſt,ſi beneficium adeptus eſt ſimoniace,ſicut in ordine.ſed contra ſu. de ſimon.dilectus.li.3. Vbi diſtinguitur, ſi in modum accuſationis conuincatur quis de ſimonia,deponitur:ſed ſi in modum inquiſitionis,priuatur beneficio.ad idem ſu.de accuſat.qualiter.li.3.et ſu.de ſimon.de regularibus.li.2.In quibus habes, quod conuictus de ſimonia in modum inquiſitionis,ſolo beneficio priuatur.intelligas ergo, quod hic dicitur;quod priuatur,tamquam ſi accuſatus eſſet:hoc verum eſt,quantum ad beneficium,et officium,non tamen,quantum ad depoſitionẽ.Vnde patet, quod aliud quodcũq.crimen,præter iſta duo,quæ hic ponũtur,ſi probatur in modum inquiſitionis, vt non ideo priuandus ſit reus beneficio,vel officio,ſed alias puniri debet,niſi eſſent regulares prælati,qui pro modicis cauſis remouentur ab adminiſtratione,ſu.de ſimon.per tuas.li.3.

e *Interrogati ſecreto*)Iudex enim interrogabit a teſte,an ſit inimicus alteri parti, vt 4.q.3.teſtium.Item inimicitiarum cauſas ideo inquirit,quia non ex omnibus cauſis repellitur inimicus,vt plene not.3.q.1.c.2.Ioan.

f *Procedendum*)Immo tales puniendi ſunt; vt 1.q.1.quidam.

g *Præſumantur*)Quid ſi teſtis poſt iuramentum dicat ſe eſſe criminoſum,numquid credetur ei?eadẽ ratione videtur, quod ſic † † non, et remouebit eum,ſicut et remouet ordinãdum,qui confitetur crimen ſuum.ſu.de ætat.quæris.Sed numquid tenetur prodere crimen ſuum,ſicut ordinandus? vt 50.diſt. ex pænitentibus.cum ordo,et teſtimonium pari paſſu ambulant. 2.q.7.ipſi. H. dicit, quod ſic,arg.11.q.3.quiſquis.et 35.q.6.ſi duo. et 15.q.vlt.c.1.et c.penul.Alij dicunt contrarium,quia licitum eſt alicui redimere honorem ſuum qualitercumque poteſt.2.q.3. P. notandum.De hac materia dixi 50.diſt.ex pænitentib.Ioan.

h *Ad depoſitionis*)Ideſt,remotionis ab officio,et beneficio.

i *Dicta paucorum*) Videtur hic, quod per tres homines non probetur fama.arg.contra ſu.de ſponſal.cum in tua.li.eo.ſed quot dicis hic paucos?num quid vndecim † vt ſu.de cler.excõm. miniſtr.latrones. vel 23. † xl.

millia? ut 45.diſt.diſciplina. Dico, quod tot hominum clamor famam facit, cum ex clamore ſcãdalum ſuſcitatur, vt infra eod.qualiter.de hoc dixi 2.q.5. presbyter ſi a plebe. et cap.omnibus.Ioan.

Cap.3. Ad petitionem.

R *Eclamante*[a]) Per quod videtur receſiſſe a beneficio litterarũ impetrator, ſu.de præſcript.c.1.in princ.li.3.et ſu. de appel. ſollicitudinem.li.3.D.de arbitris.ſed ſi in ſeruo.in fi.et l.ſiquis rem.et arg.C.cõmunia utriuſq.iudicij.l. 2.ſed in iudicem* qui petit inducias, vel cauſam abſentię allegat coram ipſo, vt ſupra vt lit. non conteſt. accedens. li.3.vel qui poſtulat ſibi edi genus accuſationis.D.de iudicijs, non videtur. Item ea ratione, quia legatus non poteſt cognoſcere de cauſa delegata a Papa, vt ſu.de offic.leg. ſtudiuſti.li.2. licet poſſit a iudice merita cauſę inquirere, vt cauſam inſtructam remittat, vt ſu.de appel.conſtitutus.li.3.Ioan.

non conſenſu forte. add.

b *Facta fides*) Nota, quod probationes admiſſæ coram eo, qui non eſt iudex, faciunt fidem iudici, ut hic, et 2.q.1.in primis.3.q.6. hæc quippe.quod eſt contra illud ſu. de iudic.at ſi clerici.Item habes hic, quod ſententia, quæ nulla eſt ipſo iure, rata poteſt haberi a Principe, vt patet ex prædictis cap. ſed hoc a ſolo Principe poteſt fieri, vt ſententia, quæ nulla eſt, vel factum, quod ipſo iure nullum eſt, poſſit a Principe ratificari, vt 16.q.6.ſi Epo.et hoc ideo, quia ipſe mutat ſubſtãtiam rei, ut C.de rei vxor.act.in princ. Ioan.

c *Reſtituendus*) Hic expreſſe habes, quod differtur reſtitutio propter ſcandalum, vt conſueuit dici per illud capitulum 3.q.6. hæc quippe.

d *Non ſeruatum*) Quod facere poterant.23. q.5.principes.ſu.de foro comp.poſtulaſti.li. eo.

e *Per conſequentiam*) Sic ergo ſententia lata contra vnum præiudicat alij, quia negotium eſt cõnexum cum illo.ſic 81.diſt.tantus.et 3. q.6.hæc quippe.

f *Reſtituimus*) Vna manu occidit, et alia viuificat; una manu tollit, et altera dat. Ioan.

Cap.4. Qualiter, et quando.

Q *Valiter, et quando*[a]) Videamus, qualiter procedendum ſit in inquiſitione, et qua li pœna puniendus ſit, qui conuictus eſt in modum inquiſitionis. Primo ergo videtur diſtinguẽdum, an fiat inquiſitio de exceſſu perſonæ alicuius, an de ſtatu alicuius eccleſiæ; vt ſi fiat inquiſitio de exceſſu alicuius perſonæ, vt tunc poſſit procedi lite nõ conteſtata, vt ext.3.vt lite non conteſt. quoniam frequenter. Si autem inquiratur ſuper ſtatu monaſterij, vel eccleſiæ, ut tunc neceſſaria ſit litis cõteſtatio, et alia communis forma iudicior. vt ext.3.de teſtib.cum olim. Itẽ in alio eſt differentia, cum agitur ſuper ſtatu eccleſiæ, et cum agitur de exceſſu alicuius perſonæ; quia ubi agitur de ſtatu monaſterij, recipiuntur teſtes qualeſcumq. etiam conſpiratores; ſed ubi agitur de exceſſu alicuius perſonæ, ſecus, vt ext.3.de ſen.et re iud.cum I.et A. Item diſtinguẽdum eſt, an iudex ex officio ſuo inquirat ad clamorem famæ, an aliquo promouẽte inquiſitionem iudex cognoſcat; quia ſi aliquo promouente inquiſitionem cognoſcat, non eſt cogẽdus reus ad iuramentum aliquod, ut per illud poſſit in ſtrui aduerſarius: ſed ipſe inducet teſtes, et ſi defecerit actor, punietur, ut ext. 3. de accuſat.c.vlt.ſi autẽ iudex ex ſuo officio inquirat; tunc ipſe iudex inducet teſtes, et faciet reum iurare, vt reſpondeat ad interrogata, vt ext.3.de accuſat.cum dilectus. Sed numquid publicatis atteſtationib. poteſt denuo ab alijs teſtib.inquiri, et de eodem crimine? ſic.vt 2.q.1.notum.et q.5.habet.et cap. Mennam.ſed ſi non iudex, ſed aduerſarius induceret † teſtes: tunc non poſſet ſecũdo inquiri de eodem crimine.quia timor eſſet, quod vellet teſtes ſubornare. Item inquiſitor deſcẽdet ad locum, vbi perſona conuerſatur, de qua fit inquiſitio: quia ibi melius poteſt inquiri de vita, et fama eius, vt 24.q.1.pudenda.et 2.q.1.Deus omnipotens.et ex.1.de pię ſumpt.quoſdam. et 23.q.1. paratus.circa fi. et poſtmodum ille, de cuius ſtatu agitur, citabitur: et ſic obiciãtur ei crimina, pro quibus citatur, vt poſſit venire inſtructus, vt 5.q.2.ſi primates. et infra eo. cap. et ſi reus velit excipere contra perſonam inquirẽtis, quod ſit inimicus eius, audietur, vt infra eo. ibi non ex odij fomite vel ſi velit excipere contra ipſum iudicẽ, quod et ipſe ſit criminoſus, vnde non debet inquirere de crimine alterius, vt.3.q.7.iudicet. vel ſi velit excipere contra illũ, qui impetrauit inquiſitionem, vt ext.3. de accuſat. veniẽs.vel etiã contra teſtes, ut infra eod.cap.iudex autẽ ab ijs poteſt inquirere de criminib. qui denunciauerunt crimẽ, vt

† inducat

ext.3.de ſimon.licet.et ſic idem eſt denuntiator,et teſtis. ſed ſecus eſt in accuſatione; quia ex eo,quod aliquis ſemel apparuit inter accuſatores, amodo non poteſt eſſe teſtis, vt ext.1.de accuſ.cũ P.et poteſt iudex admittere teſtes etiã criminoſos,qui † ſunt de ipſa eccleſia,ſi veritas nõ poteſt liquere per alios, vt ext.3.de ſent.et re iud.cap.1.†.quia illi melius nouerũt veritatem,quã alij,vt ext.3.de teſtib.veniens.ſed ſi extranei teſtes inducũtur,requiritur,quod non ſint criminoſi, vt ext.3.de accuſat.per tuas.vbi dicitur, quod in ſimonia quilibet admittitur,ergo in alijs criminibus non,licet agatur in modũ inquiſitionis.35.q.6.Eps.ext.2.de teſtib.cogẽ.præterea.teſtes autem iurabũt de ijs, quæ ſciũt, vel credunt,ſed de occultis peccatis rei,nihil dicent,vt ext.3.eo.qualiter.et non iurabunt ſimpliciter reſpondere ad interrogata, ſed iurabunt dicere omnem veritatem, quam nouerunt,ſiue fuerint interrogati,ſiue non, ut ext.3.eo.cũ dilectus. Aut ergo teſtes probant crimen rei,aut non;ſi probant,tali pœna punietur.quod ſi eſt in dignitate aliqua conſtitutus,remouebitur ab adminiſtratione perpetuo,vt ext.3.de ſimon.per tuas.ſed minores clerici priuabuntur officio,et beneficio,ut ext.3.de ſimon.dilectus.tamen poſſet dici,quod ſi propter dilapidationem remouetur ab adminiſtratione, perpetuo remouetur;ſed ſi propter aliud crimen remouetur, tunc uſq. ad tempus pænitentiæ, vt per eãdẽ decret.dilectus.et 2.q.1. in primis. vel dic verius, quod ſi graue crimen eſt, de quo eſt conuictus in modum inquiſitionis; tũc priuatur beneficio, vt hic dicit.ſed ſi minus,tunc pro arbitrio iudicis,vt ſu.eo. inquiſitionis.ſi vero teſtes nihil probãt,† niſi ſolã famam,ſed de crimine nihil dicunt ſe ſcire; tunc ſi crimen tale eſt,quod habet perſeuerãtiam facti,admoneat ipſum primo ſeorſum; poſtea coram teſtibus; et ſi adhuc mala fama perdurat de ipſo:tunc ſuſpendat ipſum uſq.ad dignam ſatiſfactionẽ, id eſt, quouſq. ſe purget,ut ex.1.de purg.can.cap.1.et in eo caſu intelligo, quod presbyter infamatus debet ſuſpẽdi, nõ enim dico,quod ſtatim propter infamiã debet ſuſpẽdi, niſi enormitas delicti,vel ſcandalũ † hoc expoſcat, vt ext.3. de purg. can. inter. ſi vero teſtes ſemiplene probãt crimẽ;tũc indicẽda eſt expurgatio, vt ext.3. de purg.can.inter. Si vero teſtes omnes dicũt eũ innocentẽ:tũc non onerabitur aliqua † expurgatione,niſi hoc velit facere iudex ex habundanti ad ſedandam infamiam.vt 2.q.5.habet.et cap.ſeq.ſed quid ſi iudex vult inquirere de crimine,reus autem dicit, vt præfigatur terminus volentib. accuſare;et ſi non apparuerit accuſator, vt tunc audiatur expurgatio ſua;numquid potius eſt audiendus reus,vel iudex? videtur, quod reus ſit potius audiendus ; quia hoc, quod reus petit,ordinariũ eſt,et a iure illud habet:id autem,quod iudex petit , extraordinarium videtur;† et iudex potius ordinario,quam extraordinario iudicio iudicabit, vt 2.q.1.multi.in fi.et D.de minorib.in cauſæ.Dico potius audiẽdum iudicem volẽtem inquirere,quam reum volentem ſe purgare; quia expurgatio ſequitur inquiſitionem,vt ext.3.de purg.can.inter.Item nũquid hic habet locum reinquiſitio? dico,quod nõ;quia inquiſitio iudicis officio expeditur, non iure actionis , ſicut nec dico habere locum redenuntiationẽ,ſiue redenuntians admonuerit,ſiue non;quia præſumitur, quod non ſit caritatiua talis redenuntiatio;quia creditur, quod ex offenſa illud faciat,vt 3.q.5.c.2. Item pone,quod iudex,vel aduerſarius induxit teſtes ad probandum crimen rei,reus autem vult inducere teſtes ad probandam innocentiam ſuam.videtur,quod poſſit,etiam per familiares ſuos,vt ſi velit probare ſe bene adminiſtraſſe,poteſt per ſuos familiares, 12.q.2.manifeſte.Item ſi vult probare famã ſuam,poteſt per cubicularios ſuos, vt 2.q.7. cum paſtores. Reſp. ſi aduerſarius induxit teſtes ad probandam infamiam,vel crimen; tũc reus poteſt etiam inducere teſtes ad probandam famam, vel innocentiam ſuam. Si uero iudex ex officio ſuo inducit teſtes; nõ, quia non ita præſumitur contra iudicem,ſicut cõtra aduerſarium.Pone ergo, quod Papa committat inquiſitionem cõtra aliquem, et dicat ſe eſſe bonæ famæ,et hoc velit probare. numquid procedit iudex in inquirendo?Dico,quod in hoc caſu ſummatim fit inquiſitio,non de crimine,ſed de fama. ſed ſi non clamauerit fama contra ipſum,nõ procedet ad inquiſitionem, ut ext.3.de accuſ. cum oporteat. Item pone,quod ille,qui impetrauit litteras inquiſitionis, remotus eſt ob aliquam cauſam ;numquid alter poteſt promouere inquiſitionẽ,ſi forte iudices nolunt procedere?vel etiã nũquid iudices poſſunt procedere, ſi nullus promouet inquiſitionẽ?arg.quod ſic, vt ext.3.de accuſ.cũ oportet.et D.de inoffic. teſt.poſtumus.P.ſi quis.quia nõ refert,per quẽ preces ſint oblatæ,vt C.de precib.Imp.offer, vniuerſis.nec refert

Margin notes (manuscript): † ſi; † cum l. & Δ.; † probaueriat; † ſcandalo; † alia; † eſt

fert, vnde clatuerint crimina 24.q.3.ecce. Itẽ quia hic iudex, vt ſupra dixi, ex officio ſuo procedit; vnde propter inhabilitatem impetrantis, nõ debet iudicis officium impediri, quod poteſt concedi, vt iudex poſſit procedere, ſed nõ alter. verius tamen credo, quod litteræ penitus non valeant, quaſi per ſuggeſtionem falſi impetratæ. nam ſi Papæ ſignificaſſet ſe fuiſſe inimicum eius, repuliſſet eũ, vt ext.eo. cum oportet. vndẽ litteræ non valẽt. vt ext.3. de reſcr. ſuper litteris. cum eadem cauſa mouere debeat delegatum, quæ moueret delegantem, vt ibi dicitur. Idem dico, ſi aliquis impetrat litteras inquiſitionis, cuius non intereſt; vt aliquis, qui non eſt ſubditus illius, nec hoc ſignificat Papæ; quã præſumitur talem non caritatiue moueri. Io.

b *Per contumaciam*) Hoc ſolum nouum eſt, nec alibi ita expreſſe inueniebatur. Ioan.

Cap. 5. Sicut olim.

S*icut olim*[a]) Vt 18.diſt. quoniam quidam.

b *Sinodales perſonas*) Ex eo, quod dicit ſtatuãt, et non delegent; patet, quod tales erunt de eodem Epatu, et erunt quaſi teſtes ſynodales, vt 35.q.6. Eps. tales enim melius poſſunt ſcire, quæ agantur in diœceſi, quam extranei, vt ext.3. de teſtib. veniens. in fi. ſed numquid iſti circuibunt de villa ad villam ad inquirendum exceſſus? ſatis videtur, quod ſic, ut 80. diſt. non debere. Item numquid facient hoc ſuis expenſis? non videtur, ſed potius illi, vbi inquirent, dabunt eas, vt 12.q.2. caritatem. ext.1. de ſimon. cum ſit. Cũ enim ſint tales officiales iudicis, licite recipiũt ab alijs, vt 14.q.5. non ſane. et facit ad hoc 4.q.3. venturis. econtra videtur, quod ille prouidebit eis, qui eos cõſtituit, vt infra eo. inter cetera. et 23.q.1. militare. Ad hoc dico, quod ſi velint circuire de eccleſia ad eccleſiam, nõ petent ab alijs; niſi proprij ſumptus eis deſint, vt 10.q.1. cauendum. tamen non debẽt circuire diœceſim, niſi neceſſitas ſubſit, ut in authen. coll.9. vt differen. iudices, §.1. et 2.

c *Iuriſdictionem*) Cum iſti non habeant iuriſdictionem, ergo non poſſunt aliquos citare, nec cogere aliquos, ut reſpondeant ad interrogata; immo poſſunt eis dicere ingreſſus es, vt aduena, numquid vt iudices nos? vt 3.q.6. leges. Item qualiter credetur iſtis, ſi iſti non ſunt iurati, nec illi, a quibus quærunt, ſunt iurati, cum non credatur alicui, niſi iurato, vt 4.q.3. iureiurandi. Item quare hic primo denuntiatur metropolitano exceſſus, cũ gradatim deberẽt denuntiari; primo Archidiacono, et ſi ille negligens eſſet; tunc Epo, et deinde metropolitano, vt 25. diſt. perlectis, 11.q.1. peruenit. nec habet iuriſdictionem in ſubditos ſui ſuffraganei, niſi appellaretur ad ipſum, vt 9.q.3. conqueſtus. nec talis inquiſitor tenetur recipere hoc mandatum, niſi velit, vt ext.3. de off. ordin. paſtoralis. Ad hoc dico, quod tales inquiſitores ſolam famam referunt metropolitano, vt ad clamorem iſtorum poſſit deſcẽdere, et viſitare diœceſim, vt 2.q.1. Deus omnipotens. nec etiã famam illorum criminum denuntiabunt, ſi Epi parati ſunt exceſſus illos corrigere. quia Eps nõn perdit iuriſdictionẽ ſuã, niſi ſit negligens, vt 9.q.3. §. vlt. Ad hoc ergo cõſtituuntur illi executores; vt per eos denũtientur metropolitano negligentiæ Eporum. Ex hoc enim probatur Epos eſſe negligentes, quod multa † apud eos egent correctione, vt 18. † multi
diſt. peruenit. nec aliter poteſt uiſitare prouinciam, niſi denuntiatum ſit ei de negligentia. vnde hodie videtur eſſe diminuta iuriſdictio metropolitani in hoc, quod cum olim poterant deſcendere ad diœceſes; non dico, vt inquirerent de criminib. ſed ad hoc ut inquirerent, an Epi eſſent negligẽtes, vel non; quia aliter de negligentia Eporum nõ poterat eis conſtare, niſi per inquiſitionem, ſicut poteſt intelligi ext.2. de cenſib. ſopitæ. ext.3. de præſcript. cum ex officij. et ext.3. de maior. et obedien. cum ex officij. ſed hodie non poſſunt, quia illa inquiſitio per alios expeditur, vt hic dicitur. Item minus credetur iſtis inquiſitorib. quam alijs officiatis. quia alijs officiatis creditur, quouſq. contrarium probetur, ut 4.q.3. §. aliquando. D. de offic. præfecti vrb. l.1. §. quies. ext.1. de appel. cum parati. D. de reb. eor. qui ſub tut. l. magis. §. illud. D. de cuſtod. reor. Diuus. hoc ideo, quia iſti ſunt tantum relatores famæ. Item, quid ſi Archidiaconus velit tantum inquirere in aliqua villa, et iſti inquiſitores etiam venerint illuc ad inquirendum, numquid vtriq. ſimul poterunt inquirere? et in iudicib. euidens eſſet, nam pro eodem negotio partes non eſſent trahendæ ad diuerſos iudices, vt ext.3. de reſc. ex tenore. ſed hic vna inquiſitio, nõ præiudicat alij. Dico, quod nõ poſſunt inquirere ſine cõſenſu Archidiaconi, vt 80. diſtin. nõ debere. quia plena inquiſitio

præiudicat ſemiplenæ.Io.

TIT.II.DE SIMONIA.

Cap.1. Per tuas.

DIſpenſatum[a])An diſpenſatur hic cum ſimoniaco in ordine? quod eſt contra illud 1.q.1.erga.ſed numquid poteſt Ep̄s diſpẽſare;cum in modicis ſimonijs Ep̄s diſpẽſet? vt 1.q.5.cap.vlt.non credo.

b Miniſtrare)Triplici de cauſa, tum quia hic fuit munus a lingua, vt 1.q.1.ſunt nõnulli.tum quia nulla cõtradictio debuit admitti.1.q.2.quam pio.tum quia per ſubreptionem voluit adipiſci ordinem, vt 24. diſt.quã do.ſu.de elect.cum dilecta.circa fi.li.3.

Cap.2.Conſulere.

VOluerint[a])Et ita ſola volũtas facit hominem ſimoniacum, vt 1. q.1. qui ſtudet. Item patet hic,quod licet ſpiritale ius nõ ſit adnexum adminiſtrationi eccleſiaſticæ , vt in aduocatis,quod tamen vendi non poteſt, ut 1.q.4.ſaluator.et 1.q.1.ſiquis Ep̄s.

Cap.3. Sicut pro certo.

COnſuetudinem[a])Fingũt quidã , quod in cõſecratione licite aliquid petitur,dum tamen nõ pro cõſecratione petatur,ſed pro conſuetudine; per id quod legitur 63. diſt. quia.et in authen.de ſanctiſſ.Ep̄is.P.pro cõſuetudinib.ſed iſtud nihil valet,vt ext.1.de ſimonia.cum in eccleſia.Io.

Cap.4.Quoniã ſimoniaca.

PAupertatis[a])Poteſt tamẽ concedi,quod ſub hac forma poſſit ei prædici,bene reciperemus te,ſi haberes,quid comederes ; vt tunc in ingreſſu ſuo poſſit ſe, et ſua offerre, vt ext.3.eo.tua.Io.

b Expellatur)Cum in modum accuſationis de hoc ſunt conuicti,ſecus ſi in modum inquiſitionis,ut diſtinguitur ext.3.eo.dilectus. Ioan.

c Multitudinem)Sic ext.1.de cler.excom. miniſt.latores.

d Et inferiorib.)Sic ext.2.de renunt.ex inſinuatione.

e Vel ignorantiam)Sic 82.diſt.propoſuiſti.

Cap.5.Audiuimus.

PErſoluatur[a]) Vtrũ alicui liceret redimere ſibi quietem,notari conſueuit 1.q. 1.nullus.et illud probatur ext.2.de ſimon. dilectus.licitum eſt enim alicui corrumpere accuſatorem ſuum,vt 2.q.3.P.notandum.in fi. Ioan.

Cap.6.Ad Ap.aud.

COnſuetudinẽ[a]) Littera iſta uidetur uelle; quod licet clerici nihil poſſint petere pro talib. ſacramentis,ſi tamen laici conſueuerunt aliqua dare,per ſuperiorem poſſunt cogi ad ſeruandam talem conſuetudinem, quę ex pietate eſt inducta;uel intellige,quod laici abutũtur conſuetudinib.quæ eis pietatis cauſa permiſſæ ſunt;vt cum permittatur eis præſentare clericos,volunt etiam inſtituere;vel ex eo,quod requiritur cõſenſus eorũ in electionib· volunt eligere;vel ex eo,quod permittatur eis paſci de bonis eccleſię,ſi labũtur ad inopiam; volunt rapere bona eccleſiarum.de iure debent reddere quadruplũ, vt 18.diſt.quoniam quidem.Ioan.

TIT.III.DE MAGISTRIS.

Cap.vn.Quia nonnullis.

PAuperes gratis[a])Numquid ergo a diuitib. poſſunt petere collectas? Videtur, quod non.quia ſi vult dici philoſophus, proiciat pecuniam exemplo Socratis †, vt 12.q. 2. gloria. verſ. Socrates. † Item ſcientia donũ Dei eſt, ergo vendi non poteſt, vt 1.q. 3. non ſolum.Item profeſſores iuris licite recipiunt pecuniam,ſed non licite petunt,vt D. de varijs,et extraord.cognit.l.1.P.eſt quidẽ. ſed contra,qui pręſtat obſequium,recipiet etiam mercedem,12.q.2.caritatem.Item cum iuriſ

† Cratetis malo.
† Crates

iuriſperitus poſſit vendere iuſtum conſiliũ, vt 14.q.5.non ſane.quare non poſſet magiſter vendere iuſtam doctrinam?nec obſtat, ſi dicas,quod gratis debeat docere.fateor :et tamen poteſt petere pecuniam.nonne teſtis gratis feret teſtimonium,et tamen petet ſumptus?ut 4.q.3.venturis.nonne Eps gratis cõſecrabit eccleſias, et tamen petet ſumptus? ext.1.de ſimon.cum ſit.et iudex gratis iudicat,et tamen petit ſumptus,vt ext.3.de vita, et honeſt.cũ ab omni.et his rationib. ſentio, quòd magiſter licite petit collectam,cũ ei ſua pleniſſime nõ ſufficiunt,vt 10.q.1.priſcis.Io.

b *Vnius prebendæ*) Quid ſi non vacat aliqua prębenda;tũc exſpectabitur, quouſq.uacet poné enim,quod detur ei prębenda mortui canonici,cum illi data ſit præbenda, et non canonica:numquid tenentur canonici eligere intra ſtatutum tempus aliquem ad canonicam illam, cum ſemper ordo debeat eſſe plenus?vt D.de decurionib. generaliter. P. penult.maxime ſi certus ſit numerus canonicor.et iuratus.et uidetur,quod ſic; quia ſi canonici ad tempus ſumerent fructus alicuius præbendæ ex cauſa neceſſaria, forte ad ſarta tecta,nihilominus conferent canonicã, vt ext.3.vt eccleſiaſt.benef.vt noſtrum.quia et ſi non habet præbendam,habet ſaltẽ ea, quæ præſentib. dantur,vt ext.3.de pręben. dilectus.in fin.et ext.1.de præb. relatum.et videtur expreſſum ext.3.de reſcript. conſtitutus.Sed non eſt ibi intercіſio illa,ſed eſt in Alano de præb.conſtitutus.et facit ad idem ext.2.de inſtitut.in eccleſia.hoc dicto ſequitur inconueniens,quia ſi dicis iſtum habere canonicam:ergo moriente aliquo canonico illi aſſignabitur illa præbenda. et ſic habebit duas canonicas, ſed tantum vnã prębendam.Item ex hoc ſequitur,quod eadem res duplici iure cenſetur,iure ſpiritualium,et iure temporalium, quod eſſe non debet.12. q.2.cõceſſo.ex hoc ſequitur,† quod ſpiritualia eſſent ſine temporalib.quod eſſe non debet,vt 1.q.3.ſiquis obiecerit.Ad hoc poteſt dici,quod cum præbenda datur magiſtro,et non canonico; vel ſi aſſignetur prębenda ad opus eccleſiæ,vel ſi ex cauſa ſibi retinẽt fructus,quod facere poſſunt.ext.3.de.cõſtitut. cum M.Ferrarienſis.in eo caſu ſtatim extinguitur,et perit illud ius,quod canonica appellatur;quia vt dixi,ſpiritualia nõ poſſunt cõſiſtere ſine temporalib.et quam cito reuertitur præbenda ad eccleſiam , ſtatim renaſcitur illud ius ſpiritale;et ſic canonici non poſſunt dici negligẽtes,cum nec vacet ibi prębenda,nec canonica.Io.

† ſequeretur.

TIT.IV.DE IVDAEIS,ET SARRACENIS

Cap.1. In nonnullis.

D*Iſtinguantur*[a]) Sic liber diſtinguitur a ſeruo per pileum,vt C.de Latina liber.l.1. P.ſed qui pileati.et meretrix a matrona per veſtes,vt ext.2.de ſent.excom.ad audientiã. et maſculus a femina per crines,et veſtes, vt 20.diſt.ſi qua femina.Io.

Cap.2. Cum ſit.

T*Olet.concil.*[a]) Vt 54.diſt.nulla.

b *In vſus pauperum*) Sic ergo reſtituitur pauperib.quod iniuſte extortum eſt.ſed ſi officium licitum eſſet,tunc ſi vellet,poſſet dare pauperib.iniuſte extorta, vt 14.q.5. non ſane.ſi autem dominus ſciretur,a quo iſtud extortum eſt:illi potius eſſet reddendũ, quã dandum pauperibus,vt 19.diſt.quoniam.et ſi.eod.ſub interminat.Io.

Cap.3. Quidam ſicut.

I*Ngreditur*[a])Niſi hoc requirat † officium, vt 3.q.7.P. tria.in fine. D. de rei vind.in ter.

b *Lino,lanaq.*)16.q.7.in noua.

c *Libera voluntatis*)Idem ſi coactus condicionali coactione,vt 45.diſt.de Iudæis.Io.

† reliquerit

TIT.V.DE HAERETICIS,ET MANICHAEIS.

Cap.1. Quantum eccleſia.

E*Xcluſit*[a]) Ergo eccleſia poteſt deponere laicum a dignitate ſua,vt 17.q.4. ſiquis deinceps.32.q.5.præceptum.11.q.1.nullus. et deponitur iſte pro ſola negligentia,quod fieri poteſt.81.diſt.dictum.15.q.5.alius.

b *Terrenis*)Sic 81.diſt.valet.

c *Deportatur*)Ergo ad eccleſiam ſpectat ius deportandi.17.q.4.accedendum.et 50.diſt.

accedens.

d *De prouentib.*)Licet enim deponatur aliquis, tantum relinquēdum eſt ei, unde ipſe, et ſui viuant. 50.diſt.ſtudeat.licet talis publica egeſtate laborare deberet, vt 5.q.5.nō omnis.D.depoſiti.bona fides.

e *Sentẽ dotabitium*)Quod etiam haberet viro condemnato pro hæreſi.C.ad legem Iuliam maieſtatis.quiſquis.

f *Et receptores*) Qui pari pœna tenentur, ut C.de his,qui latr.occi.l.1.

g *Comiti Montisfortis*) Sed ea,quæ capiuntur in licito bello, cedunt occupanti.vt D. de acquir.rer.dominio.naturalē.P.vlt.Reſp. non:immo illi cedunt,qui eſt Princeps exercitus, ſcilicet Papæ:et ille tenetur diuidere inter alios ſecundum merita eorum.33.q.6.dicat.et 1.diſt.ius mılıtarĕ.Ioan.

h *Dubitationes*)De feudis,et beneficijs quæſitis,vnde ad dominum feudi decurrendum eſt,vt in conſtitutione Federici de feudis.

Cap.2.Excommunicamus igitur.

RElinquentur[a])In tribus caſib. traditur clericus ſæculari poteſtati ſtatim poſt depoſitionem.in hęreſi,vt hic;et cum propter calumniam,vel contumeliam,quam fecit Epiſcopo,depoſitus eſt,vt 11.q.1.ſiquis ſacerdotum.et in crimine falſi,vt ext.3.de falſa. ad falſariorum.alias licet ſit clericus depoſitus pro crimine, adhuc eccleſia tuebitur ipſum;quia adhuc ſecundum regulam eccleſiæ viuere debet,vt 81.diſt.dictum.niſi ſit incorrigibilis,vt ext.2.de iudicijs,cum non ab homine.Ioan.

b *Confiſcentur*)Nota,quod bona hæreticorum confiſcantur,ſiue habeant filios, vel agnatos,ſiue nō.vt ext.3.de hæret.vergentis. in fi.et in hoc corrigitur lex,quæ dicit,quod bona hæreticorum ad cognatos,vel agnatos deferuntur,vt C.de hęret.authē.idem;de Neſtorianis.tamen ſi reuerſi fuerunt ad fidem, poſſunt priora bona eis reſtitui,vt etiam Epiſcopatus,vt 23.q.4.ipſa pietas. et q.7.c.3. et ext.3.eo.vergentis.in fi.et quilibet iſtis poteſt licite auferre ſua.ut 23.q.5.ſi vos.et q.7. c.1.melius tamen facit, ſi auctoritate iudicis hoc facit.vt 23.q.3.ſex ſunt.

c *A quib.ſtipendia*)Idem habes ext.1.eo. ad abolendam.et ſi habuerit beneficia in duabus eccleſijs, illa eccleſia plus recipiat, ubi maiora beneficia habuit,vt ext.2.de teſtam. relatum.in fi.

d *Condemnentur*)Hic uidetur,quod aliquis ſit condemnandus de hæreſi,licet nō ſit violenta præſumptio contra ipſum,et C. de hęret.l.2.et ſic eſt contrarium ext.3.de pręſum. c.1.in fi.vbi habes,quod licet vehemēs ſit pręſumptio,non eſt condemnandus de hæreſi. Reſp.vehemens præſumptio non ſtatim cōdemnat aliquē de hęreſi;ſed hoc facit, quod eſt procedendum contra eum,quaſi contra ſuſpectum.et licet præſumptio,de qua hic agitur,primo fuerit probabilis, tum propter curſum temporis,et quia noluerunt ſe expurgare,et quia per annum ſteterunt in excommunicatione;pro conuictis habētur,vt 11.q.3.rurſus.et quicumq.ſecus tamen eſt in alijs criminib.nam ſi bona alicuius contumacis propter crimen annotata ſint,ſi infra annum non venit,bona deuoluūtur ad fiſcum, ſed nulla præſcriptio tēporis obſtat ei,quin poſſit probare innocentiam ſuam, vt D. de requirendis reis.l.annus.Sed quid eſt, quod hic dicit,quod hæreticus ſtatim condemnādus eſt, non ne hæreticus ſæpiſſime etiam admonendus eſt,vt reſipiſcat?ut 1. q.7.cōuenientib.ſed nullum eſt contrarium, quia licet ſit condemnatus; tamen eſt admonendus,vt reſipiſcat.Sed † quod legitur 24. q.1. quæ damus.quod poſt admonitionem eſt vitandus;verum eſt in hoc,quod non ſunt ei ſecreta fidei noſtræ exponēda;ne eum aſtutiorem faciamus,ut 43.diſt.in mandatis. Ioan. † ſecūdum

e *Purgare neglexerit*)Vide,quod iudex nolens facere iuſtitiam, facit litem ſuam, et 23. q.2.dominus noſter.et q.5. adminiſtratores. et 3.q.7.qui ſine.et in auth.coll.9,vt differētes iudices.P.penul.et vlt.et 2.q.7.ſicut.

f *Ipſe vaſſallos*)Sic ergo Papa poteſt omnes iudices,ſiue Duces, ſiue Comites deponere propter hæreſim,et etiam propter alias iniquitates.vt 15.q.7.alius.nam et trāſfert dignitatē de loco ad locum,ut ext.3.de elect. venerabilem.Ioan.

g *Abſq. indulto*)Licet Eps nō poſſit ipſum reſtituere ſine auctoritate Papæ; tamen ſolus poteſt ipſum recōciliare eccleſiæ, vt ext. 1.eo.ad abolendam.P.qui vero.licet olim laicus eſſet,vt.1.q.7.ſiquis Eps.

h *Vt eorum priuilegia*)Nam in hoc caſu nullus exemptus ſe poteſt tueri ſuo priuilegio, quin poſſit excommunicari ab Epo loci,vt ext.1.eo.ad abolendam.in.fi.Vtrum autem exēpti poſſint a ſuis Epis puniri,ſi deliquerint

ſint,plene notaui 6.q.3.placuit.

i *Totam uiciniam*) Arg.quod uniuerſitas prę ſtabit ſacramentum calumniæ. Item arg. quod infames perſonę admittuntur ad denuntiandum;quia vix poteſt eſſe, quin aliquis ſit infamis ex eis.Quid iuris de hoc ſit, dixi 2.q.1.ſi peccauerit.

k *Indicijs*) Nota,per indicia probari crimen, et 2.q.8.ſciant.et 32.q.1.dixit.ſic et alias probatur aliquid per indicia, vt ext.3.de priui leg.cum olim.in fine.et C.de rei vindic.indicia.Ioan.

TIT.VI.DE HOMICIDIO CASVALI,SEV VOLVNTARIO.

Cap.1.Petrus diaconus.

VT *beneficium*[a]) Vide ſu.5.diſt.ad eius.

b *Contra prohibitionem*) Immo ſi non prohi-
† dummodo, buiſſet de cauſa,† non dediſſet conſilium,
non teneretur,vt 1.q.4.quia. Secundo dico,
forte quod de † voluntate aliquis ſe debeat expur
† nec gare,licet ſit arg.ad hoc 2.q.5.quia.C.de fide
de, forte inſtr.l.vlt.C.de his,qui ad eccleſ.confug.prę
ſenti.

c *Vel occaſionem*) Non intelligas hoc ita large,ne obſtet 23.q.5.cum homo.et cap.de occidendis.Io.

Cap.2.Significaſti.

IN *canone*[a])23.q.vlt.c.vlt.

b *In alio canone*) 1.diſt.ſtudeat.

c *Nec ipſum ſtudeo*) Ideſt,qualicumq.exhortatione,vt ſu.de exceſ.præl.ex litteris.li.3.Ioan.

d *Diſcerni*) Eandem diſtinctionem ponit lex.D.ad legem Aquiliam.itē Mela.P.ſed ſi plures.Sed in hoc eſt diuerſitas,quod ſi minus primus percuſſit,ſi poſtea alter occidit, primus non tenetur,niſi de vulnere ſecūdū leges.ſed non tenetur tamquam homicida, vt D.ad legem Aquiliam huic ſcripturæ.et l.item Mela.P.Celſus.ſecus ſecundum canones,vt hic.

e *Virum omnes*) Quæſtio eſt Dominicalis.

f *Vim ui repellere*) Sup.de appel.ſignificauerunt.li.1.

g *Cum moderamine*) Si tamen defendēs ex propoſito non excedit modum,nō tenetur. 23.q.5.non inferenda.D.ad legem Aquiliā, ſi ex plagis.P.primo.ſicut nec excommunicatum dico,quod excedendo modum repercutiat clericum.ſu.de reſt.ſpol.olim.in fi.li.3.et ſu.de ſent.excom.perpendimus.li.2.Ioan.

Cap.3.Tua nos.

COngruebat[a]) Su.ne cler.vel monachi.c.2.

b *Diligentiam*) Quia imperitia attribuitur medico,ſed non euentus mortalitatis,vt D.de offic.Pręſid.illicitas.ſic ſu.de ętat.et qual.ad aures.li.2.

c *Satiſfactionem*) Ex eo,quod alienum officium vſurpauit,ſi quādoq.imputetur alicui aliquod delictum;tamen quę ſequuntur ex illo,non imputantur ei.ſic 15.q.1.inebriauerunt.generaliter habes 50.diſt.ſæpe.

d *Nuntijs tradidit*) Sed nonne ſcholaris iſte potius tacere debuiſſet?vt 22.q.2.nequis. Item nonne dictum eius eſt occaſio mortis illius?ut 23.q.5.vnū ſolum.in fi.ſu.de exceſſ.Prælat.ex litteris. Item nonne promouendus abſtinere debet ab omni,per quod peruenitur ad effuſionem ſanguinis?50.diſt.clericū,qui.Item iſte, quaſi teſtis inductus eſt, quod non licet promouēdo in cauſa ſanguinis.11.q.1.teſtimonium.Ad hoc dico, quod clericus ciuiliter agere poteſt de crimine cōtra laicum,ad hoc vt ſit in perpetuo carcere, vel vt pecuniariter puniatur,vt 23.q.5.cap.1.et ſu.de Iudæis,ita.li.1.et ſi iudex ad talem accuſationem clerici durius fecerit, nō tenetur clericus.ſu.de iudic.poſtulaſti.li.eo.arg.23.q.5.vnum ſolum.in fi.et cap.non nos.et q.3.Maximianus.D.de bonis libert.qui cū maior.P.primo.et arg.D.de euiction.ſi per imprudētiam.ſed in caſu propoſito clericus non dixit iſta tamquam teſtis;quod ex hoc patet,quia in cauſa criminali præſentandi ſunt teſtes coram iudice,vt in authen.de teſtib.P.quoniam.Cū ergo iſte nec facto, nec præcepto,nec conſilio,nec defenſione fecit homicidium,non tenetur,vt 1.diſt.ſiquis viduam.Item non obſtat ſu.eo.ſuſcepimus.li.1.quia illud de perfectis loquitur prædicta, quia primi nimis proceſſerunt et in ligādo, et in cædendo.Io.

e *Tradidit puniendum*) Cum tamen per iſta non ſit conuictus de furto.nō enim eo ipſo eſt

eſt fur, qui animo furandi intrauit domum; vt D. de furtis. vulgaris. P. qui furti. Io.

Cap. 4. Sicut ex.

V*luificatus*[a]) Su. 2. q. 5. conſuluiſti. contra. ſed illud intelligendum eſt, cum puerperium eſt formatum, vt 32. q. 2. Moiſes. et cap. quod vero. Similiter diſtinguit lex, D. de poenis. ſi quis. P. qui abortionis. tamen licet talis nō teneatur lege canonica, vel etiam lege Moſaica: tenetur tamen lege Cornelia de ſicarijs, vt D. de ſicarijs. l. ſi mulier ē. et etiam lege Aquilia, vt D. ad legē Aquiliam. ſi ſeruus. P. ſi mulier. Item ſi uenena ſterilitatis procuret, homicida iudicatur, vt ſu. eo. c. vlt. lib. 2.

TIT. VII. DE VSVRIS.

Cap. 1. Salubriter.

A*D onera matrimonij*[a]) Sic C. de iure dotium, pro onerib. Ad hoc autem, vt maritus lucretur fructus rei dotalis, requiritur, quod ſuſtineat onera matrimonij, vt D. de dol. except. pater. in prin. Itē oportet, quod ſit ei tradita poſſeſſio rei dotalis. D. ſoluto matrim. de diuiſione. fructus etiam ante matrimonium percepti mulieri reſtituētur, nec cedunt lucro viri. D. de uſuris, uideamus. P. antepenul. ſimiliter fructus, et fetus pecudū dotalium lucro mariti ſunt, ut D. eo. plerumque. P. primo. Idem eſt in fundo cretifodino, vel argentifodino, vt D. ſoluto matrim. diuortio. P. ſi vir in fundo. ſecus tamen eſt in fetu ancillarum dotalium, qui non cedit lucro mariti. D. de iure dotium. plerumq. P. ſerui. Item ſecus in lapidicinis, vbi lapis non recreſcit, et in arborib. non cæduis, vt D. ſoluto matr. diuortio. P. ſi fundus. et duob. ſequentib. Itē fallit hęc generalis regula, quod cuius eſt emolumentum, eius debet eſſe periculum. nam licet ad virum ſpectet emolumentum rei dotalis, non tamen periculum, vel euictio, vt D. de iure doti. plerumq. in princ. et. P. primo. et C. eo. l. prima. tamen cū diſtinctione, an res in dotem datæ ſint æſtimatæ an non, vt ibi diſtinguitur. hoc verum eſt, niſi res dotalis conſiſtat in pondere, numero, vel menſura, nam talium periculum ſpectat ad virum. D. eo. res in dotem. ſed obicitur, ſi fructus cedunt lucro mariti, quare ergo reſtituuntur * lucri cauſa tam viro, quā vxori? vt ſu. de dote poſt diuor. reſti. c. vlt. ſed ibi ſoluitur. Habes ergo hic caſum, in quo uſura toleratur; alios caſus notaui 14. q. 3. in ſumma. Ioan.

Cap. 2. Michaël laicus.

V*El pater*[a]) Cum enim ex perſona patris agat, ipſum defendere tenetur. D. de regul. iuris. ex qua perſona. et D. de procurator. ſeruum. P. penul. ſed pone, quod non agatur ex perſona patris, numquid ſi petat vſuras, poteſt excipi contra eum; quod pater, vel auus eius ſumpſit vſuras? videtur, quod ſic, quia repetuntur, et a filio, et ab herede extraneo vſuræ patri datæ, vt ſupra eo. tua. li. 1. etiam ſi nihil peruenerit ad filium. nam ſecundum canones agitur contra heredem raptoris, et ſi nihil ad eum peruenerit, vt 16. q. 6. ſi Epiſcopū. 12. q. 2. Epiſcopus, qui mācipauit. ſu. de raptor. litteras. li. 1. Ergo ſi agere poteſt, multo magis excipere. quod cōcedo, neq. enim conuenitur heres ex quaſi maleficio, ſed potius ex quaſi cōtractu ratione debiti † ſoluti, vt inſtit. de obligation. quæ ex quaſi contractu. inde eſt, quod in heredem datur. Sed numquid repelli poteſt aliquis, ſi nomine alieno ſumpſit vſuras? quod uidetur, vt 46. diſt. ſicut non ſuo. Sed hoc non uidetur, cum in ſuam vtilitatē nihil verſum eſt. ſed quid ſi ille, contra quem talis exceptio proponitur, non ſit ſoluendo; numquid adhuc repelli poteſt per talem exceptionem? videtur, quod non, dum tamē pręſtet cautionem, quod reſtituat vſuras, cū poteſt, nam et ſpoliator reſtituitur, vt poſſit alijs reſtituere, quod accepit. ſu. de reſt. ſpol. olim. li. eo. nam vbi quis nō poteſt in præſenti ſoluere, admittitur fideiuſſor. et ſic dicitur ſatiſfactum. D. de re iud. l. 4. P. ait Prætor. Econtra videtur, quod non. quia aliud eſt reſtituere uſuras, aliud ſatiſfacere de uſuris, vt C. de pignor. vel hypothecis ſoluen. item. P. primo. Dico, quod in hoc caſu ſufficit ſatiſfacere argumento dictæ legis. Ioan.

† in debiti, ſeu

Cap. 3. Quanto amplius.

Com-

C*Ommerciis* [a])Idē habes ext.3.de vſuris. poſt miſerabilem.

TIT.VIII.DE CRIMINE FALSI.

Cap.I. Accedens.

C*Um præſumi* [a])Nota, quod nō præſumū tur litteræ falſæ, quæ ſunt de ſimplici iuſtitia; et quia de facili poſſunt haberi ſicut non præſumitur, quod in re modica doloſe agatur. D.de dolo.ſi oleum.P.vlt. Vnde ſi aliquis ſuggeſſerit falſum in litteris, quę ſunt de ſimplici iuſtitia; non tamen ſtatim præſumendæ ſunt falſæ, niſi probetur, quod ex certa ſcientia ſuggeſſit falſum. quia qui allegat ex certa ſcientia falſum ſuggeſtum, dolum allegat: ſed dolus eſt ex perſpicuis inſidijs probandus, C. de dolo, dolum. Si tamen alter vult probare ignorātiam, auditur. ſed qualiter eam probabit? iuramēto ſolo, vt ſu. de ſent.excom.ſuper eo.li.1.24.q.2.in lectū. Sed pone, quod aliquis falſum affirmet circa rem propriam, cuius notitiam habuerit tunc: præſumitur primo contra ipſum, quia non præſumitur quis ignorare ſtatum propriæ rei. C.de reſcind.vend.quiſquis.hoc cōcedo, ſed illam præſumptionem elidit hæc præſumptio. quia non præſumitur dolum commiſiſſe circa litteras, quæ de facili habētur, vt hic dicitur. ita ſæpe vna præſumptio elidit alteram circa idem factum, vt D.de in integr.reſtit. Diuus.et 57.diſt.ſiquis.

b *Neq litteris*) Sic ſu.de exceſſ.prælat.inter.li.3.arg.contra.ſu.de falſis.ad falſariorum.li.3. Sed ita † loquitur in illis litteris, quæ nō de facili habentur. (*tibi forte*)

c *Non moleſtia*) Arg.ſu.19.diſt.in memoria. et prima diſt.ſi Eps.Io.

Cap.2. Ex conſcientia.

L*Itterarum raſuræ* [a])Nō in narratione facti, quia ex hoc nulla eſſet ſuſpicio. ſu. de fide inſtrum.ex litteris.li.2.et intelligas, quando per raſuram non fuit facta ambiguitas in nomine. ſu.de fide inſtr.inter.li.3.et licet raſura litteræ non alicui inducat ſuſpicionem; ſecus tamē eſt in caſſatura lineæ. ſu. de priuileg. cum olim.li.3.Ioan.

b *Sapientis animum*) Modica ſuſpicio non debet immutare animū ſapientis; ſic nec modicum donum. ſu.de ſimonia.et ſi quæſtiones.1.q.1.iudices. D.de off. Præſidis, plebiſcito.ſic D.de ventre inſpic.l.1.in fine.Ioan.

c *Sub periculo cauſæ*) Sic ſu.de electione.cū dilectus.in fine.li.3.

d *Ad renuntiandum*) Su.de foro compet.ſi diligenti.Ioan.

TIT.IX.DE CLERICO EXCOMMVNICATO MINISTRANTE.

Cap.vn. Propoſuit.

N*On curantib.* [a] Vnde eo ipſo ſe videntur feciſſe alienos ab electione. ſu.de elect. quod ſicut.et cum nobis.li.3.

b *Receptis teſtibus*) Et idem in dubio admittebatur, quia dicebat ſe non eſſe excommunicatum. ſu.de ſent.excommu.per tuas.li.3. et ita cum aliquis dicit alium excommunicatum, et ille dicit ſe abſolutum, vtriuſq.teſtes audientur, et eſt ſimile ſu.de præſcr.illud.li.2. ſu.de teſtibus cum tu.ſu.de reſcin.ven.c.1.li.eo.Ioan.

c *Rationibus*) Hæc ratio non ſufficit ad abſolutionem probandam, vt ſu.de ſent.ex com.cum deſideres.li.2. Sed eſt quędam pręſumptio, vt 11.q.3.quibus Epiſcopi.93.diſt. ſi inimicus.

d *Pœnitentiarius*) Sic ſu.eod.poſtulaſti.li.2. ſu.de æt.et qual.bonæ.li.2.

e *De abſolutione*) Sed numquid ſufficit probare, quod aliquis fuerit excommunicatus, ad hoc vt debeat repelli, ſi non apportet litteras abſolutionis? Videtur, quod ſic, vt 33. q.1.miramur.8.q.5.c.vn.C.de probat.l.1. Ad hoc dico, quod ſufficit probare, ſi probet, quod quandoq.nitebatur † ei ad hoc, vt debeat haberi pro abſoluto, licet alias non cōſtet de abſolutione, vel per litteras, vel per teſtes nec ſufficit probari, quod quandoque fuit excommunicatus, niſi probetur, quod tempore electionis fuerit ecommunicatus; quod eſt bene notandum. Ioan. (*† permittebatur fortè*)

TIT.X.DE EXCESSIBVS PRAELATOR.

Cap.vn. Accedentibus.

Epiſco

EPiſcopalis dignitatis a) Quæ enumerantur 68. diſt. quoꝛū vices chorepi. videtur ergo, quod tantum ad Epiſcopum ſpectet cognitio matrimonialiū cauſarum, vt 35. q. 6. multorum. ſed contra ext. 1. de conſangui. et affin. ex litteris. ext. 2. de ſent. et re iud. tenor. ubi cognitio talis ſpectat ad Archipresbyterum. ſed dic, quod alij Prælati ex præſcripta conſuetudine poſſunt hanc iuriſdictionē habere, vt ext. 3. de præſcr. auditis. et hoc innuitur hic in fine. Ioan.

b *Publicas pœnitentias*) Quod ſolus Epiſcopus poteſt, vt 50. diſt. in capite. Ioan.

TIT. XII. DE PRIVILEGIIS.

Cap. 1. Veniens ad.

REgis Stephani a) Ergo Reges dant priuilegia de decimis, et de reb. ſpiritualib. vt ſu. de decimis, et oblat. c. vlti. li. 1. et. 79. diſt. ſi duo. Sed contra ſu. de decimis, dudū. et cap. ſequ. li. eo.

b *Iure ſpeciali*) Sic ſu. 100. diſt. contra morem.

c *Quib.*) Scilicet, obiectionibus.

d *Prædicti Regis*) Hic fertur ſententia ſub conditione, licet ferri non debeat, vt 2. q. 6. ꝟ. biduum.

e *Sub bulla*) Hic expreſſe dicitur, quod ſecūdum priuilegium debet facere mentionem primi, et ſu. de off. deleg. ex parte. Quidam tamen dicunt, aliud eſſe in priuilegio, quam in reſcripto: cum priuilegium ſit lex, et vna lex nō teneatur facere mentionem alterius prioris. Sed illud obtinet in legib. communib. quas princeps nouit, ſecus in legibus priuatorum, quas princeps non nouit, vt ſu. de off. deleg. ex parte. li. 1.

f *Sicut in priuilegijs*) Idem uidetur, quod ab alio poſſet petere, ſi illa clauſula non fuiſſet appoſita; quia propter malitiam, vel deſidiā alicuius diſſoluitur ius ad illum, qui non eſt iudex. 65. diſt. ſi forte. ſu. de foro compet. ex tranſmiſſa. li. 2.

g *Renuntiaſſe*) Nota, quod intelligitur renūtiaſſe iuri communi, qui priuilegium impetrat. ſic 100. diſt. contra morem. D. de ſeparation. l. 1. ꝟ. illud ſciendum. D. de minorib. l. cauſę. in princ. D. ad municipalem. l. 1. et D. de legat. 1. ſiquando. C. de theſauris. l. un. ſicut econtra vtendo iure communi renuntiat priuilegio. ſu. de conſtit. cum acceſſerit. li. 1. ſu. de priuil. ſi de terra. C. de iure domi. impetr. l. 2. ſed contra ſu. de conſuet. c. vlt. li. 3. ubi ſimul utitur iure communi, et priuilegio, nec renuntiat quis iuri militum, licet utatur iure communi. D. de militari teſtam. l. 3. ad idem 23. diſt. quamquam. in princ. et D. de priuil. credit. l. antepenul. ſic iuri communi, et conſuetudini aliquis innititur. 95. diſt. olim. ſu. de cenſib. ſopitæ. li. 2. Reſp. hic ideo receſſum eſt a iure communi; quia impetrauit priuilegium donationis, et ex diuerſis cauſis non poteſt haberi dominium rei. ſu. de fide inſtr. inter. li. 3. ſi impetraſſet priuilegium confirmationis, illud contrarium nō obſtaret, quia illud operaretur ius commune. Ioan.

h *Intentioni*) Sic ſu. de cenſib. venerabilium. li. 3.

i *Quantum*) Quod priuilegiū legis † uſque quaq. non valeat, cum ſit de decimis innuit hic, et ſic non obſtat ſu. de decim. dudum. et ſe cap. ſequ.

† *Regis forte*

Cap. 2. Significaſti.

MOram fecerint a) Non ſufficit receptio, niſi ſit facta tranſlatio plena. 21. q. 2. ſiquis iam. ſicut non dicitur quis de numero militū prius, quam ſit inter eos. D. de militari teſt. ex eo. ſic miles commeatu accepto ſi remanet in domo ſua, non habet priuilegiū. D. ex quib. cauſis maiores. miles. Arg. contra D. de bonor. poſſ. ex teſt. militis. l. vlt. in fi. vbi dicitur, quod priuilegium militum habet, qui non peruenit ad milites.

b *Sicut tibi prius*) Su. eo. cum et plantare. li. 2.

Cap. 3. Petijſtis.

RIdete a) Simile ſu. de ſent. excō. ſi uere. li. 3.

b *Quamdiu ipſi*) Sic 6. q. 2. ſi tātum. et cap. ſeque. arg. contra ſu. de ſent. excom. cum deſideres.

c *Celebretis*) Non enim imponēt alijs legem, quam ipſi ſeruare nolunt. ſu. de præben. pro illorum. nec tenentur alij ſeruare priuilegiū, quod ille, cuius eſt ſeruare non vult. ſu. de ſent. excom. in audientia. li. 2. non ita tenetur ſeruare priuilegium illius, qui aliorum pri-

priuilegium nō ſeruat.ſu.de appel.an ſit deferendum.Ioan.

Cap.4.Quoniam ſicut.

VTroq.iure[a])In temporalib.et ſpiritualib. qualiter interpretetur hoc verbum,vtroq.iure poſſit eccleſia aliqua monaſterio eſſe ſubiecta;licet Eps aliqua Epiſcopalia iura ibi receperit:vide ſu.de cenſib.cum venerabilis.li.3.et dixi 16.q.2.viſis.

b *Synodare*)Ideſt,ad ſynodum vocare*.nō enim imponet alij legem,quam ipſe ſeruare non vult.ſu.de præben.pro illorum*.

c *Permanentib.*) Similis interpretatio 17.q.1.generaliter.ſic ſu.de verbor.ſign. Abbate.in fi.et ita licet perſona ſit exempta, tamen ratione rei non exemptæ,quam poſſidet,eſt ſubiecta,ſu.eo.cum capella.li.3.Ioan.

Cap.5.Quia circa.

SVper Epiſcopalib.[a])De quib.loquitur 12.q.2.nobis.conceſſo.

b *Exceperit*)Supra de iure patron.ex litteris.li.1.ſu.de reſcr.olim.li.3.

c *Pleniſſima ſit*) pleniſſimo iure, vt patet ex prædictis.

d *Sed futuri*)Arg.quod in priuilegijs verbū generale ad futura extenditur. vt 12.q.2.cognouimus.ſu.de decim.ex parte.li.3.C.quę res pign.oblig.poſſ.l.vlt.D.de ſeruit.vrban.prædi.ſi ſeruitus.arg.contra.ſu.de cēſib.quādo.li.2.ſu.de deci.tuam †.li.eo.et ſu.eo. cum capella.li.3.D.de contrah.empt.in lege.et l.Rutilia.D. de dā.infecto damni.P.2. ſed hic ideo contra dantem fit interpretatio, ne ex cognita † fraude obuient † liberalitati ſuæ, vt 16.q.2.uiſis.C.de donat. ſiquis argentum.P.vlt.ſecus ſi certa ponuntur,in eo caſu nō extenditur ad alia,ut ſu.eo.c.vlt. li.1. Sed ubi generale nomen ponitur,ſemper extenditur ad omnia appellata †. ſu. de decim. ex multiplici.li.1.ſi autem ęque poteſt retorqueri ad ius commune,ſicut ad priuilegium;potius interpretandum ſecundum ius commune,vt ſu.de conſuet.c.vl.li.3.ſic enim eſt interpretatio facienda,vt nemini ſit oneroſa, ſu.de teſti.cum tu.et vt non ſit captioſa. ſu.de reg.iuris quotiens.et vt ſemper contra illum interpretatio fiat,qui legem potuit apertius dicere.D.de pactis veteribus.et vt fiat ſecundum communem modum loquendi, ut ſu.de ſponſal.ex litteris.nam conſuetudo interpretatur vocem.ſu.de verbor.ſign.Abbate.et vt ſemper in tutiorem partem fiat interpretatio.ſu.de ſponſal.iuuenis.ſu.de reg.iuris eſtote. ſi neutra eſt tutior,tunc in benigniorē,vt 9.diſt.cap.vlt.D.de reb.dubijs,cū in teſtamento.

† *cum in tua* † *cogni-tam* † *ob uiet* † *appel latiua*

Cap.6.Antiqua.

REnouantes[a])Idem habes 22.diſt.renouātes.

b *Niſi in vrbe Romana*)Arg. quod minor iudex non poteſt exercere iuriſdictionem ſuam præſente ſuo maiore iudice,vt 21.diſt.deniq.et D.de off.Procon.l.vlt.Arg. cōtra 11.q.1.peruenit.95.diſt.ecce. C.de donat.in hac.

c *Prouocetur*)Hoc eſt priuilegiū ipſius,quod omiſſis medijs poteſt appellari ad ipſum, vt hic innuitur,et 11.q.1.ſi clericus.et ſic intelligitur,quod dicit Imperator,quod habet ſimilia priuilegia cum Romana eccleſia,vt in authē.de eccleſ.titul.in prin.et 62.diſt.mos.

Cap.7.Vt priuilegia.

SAne intellecta[a])Qui aſtute interpretatur priuilegia,infamis efficitur, vt C. de legib.et conſt.l.2.Ioan.

b *Mutato habitu ſeculari*) Non intellige, quod induāt monachalem habitū,ſed quod habitus non ſit ita diſſolutus,vt ſæcularis,ſic ext.3.de regul.conſulti.qualis habitus matronalis dicitur 33.q.5.quod Deo.et talis largo nomine poteſt dici eccleſiaſtica perſona, vt 27.q.1.vt lex.12.q.1.duo.

c *Aut trib.*)Quid ſi medietatem bonorum dederint, numquid tunc dicendi ſunt fratres? non,niſi maiorem partem,vt D.de contr.empt.in modicis.Ioan.

d *Licet pluraliter*) Nota, quod pluralis locutio non infert ſuas † ſingulares.arg.contra ext.3.de præb.cum iam dudum. ext. de appel.ſignificauit.in fi.et D.de condi.et demonſtr.falſa.Ioan. † *ſues*

Cap.8.Quod nonnullis.

C*Ommune terra*[a]) Interpretationem illius verbi habes ext.3.de verb.ſign. cum in partibus.Ioan.

b *Quandoq.*) Per hoc videtur, quod ſæpius poſſint, quam ſemel in anno, vt in hoc maius ſit ipſorum priuilegium, quam præcedētium. Numquid canonici tunc poterunt intereſſe? non. ne per hoc vileſcat rigor, vt ſu. c. prox. Ioan.

TIT.XIII.DE POENIS.

Cap.1. Ad aures.

F*Euda, et beneficia*[a]) Immo omnia beneficia † eorum adiudicantur eccleſiæ, cui eſt ignominia facta 17.q.4. ſiquis deinceps. ſed ſi duos Epõs interfecerent, alia poena adicitur, vt 25.q.2.ita nos. Item alia poena ſtatuitur contra quoſdam interfectores clericorum, vt infra c.prox.

† bona

Cap.2. In quibuſdam.

A*D defenſionis*[a]) Sic ext.1.de appel. reprehenſibilis.

b *In iure expreſſum*) Sic nec Epũs plus petere poteſt, quam inuenitur expreſſum. vt 18. q. 2. hoc tantum.

c *Auſu nefando*) Niſi forte in caſu, quem habes ext.1.de ſent.excom.ſi uero.

d *Prorſus amittant*) Ad quem ergo deuoluētur iſta feuda? Reſp. redibunt ad dominum, ſed ius patronatus ad eccleſiam ſpectabit, in cuius ignominiam factum eſt hoc. vt 17.q. 4. ſiquis deinceps. et cap. quiſquis. et 27.q. 1. ſiquis rapuerit. Ioan.

e *Ad heredes*) Speciale eſt hic, vt propter delictum patris filius priuetur ſucceſſione. ſimiliter in læſa maieſtate, vt 6.q.1.P.verum. et in hæreſi, vt ext.3.de hæret.vergentis. alias bona damnatorum deuoluũtur ad heredes, vt C.de bonis damnat.authen.bona.Ioan.

f *Poſteritates*) Per hoc patet, quod tantum de deſcendentib. loquitur, non de collateralib. et etiam de illis, qui poſtea naſcuntur, nõ de iam natis.

g *Prælationis*) Tamen ingreſſus monaſterij tollit irregularitatem ortã ex natalib. vt 56. diſt.cap.1.

h *Diſpenſatum*) Cum non determinetur, a quo poſſit diſpenſari, dico, quod ab Epõ poteſt; ex quo Papa nõ reſeruat ſibi eam, quia prohibitorium eſt edictum diſpenſationis, vt ext.3.de ſent.excom.nuper.Ioan.

TIT.XIV.DE PAENITENTIIS.

Cap.1. Noua quædam.

B*Enedicere*[a]) 33 q.5. mulierem. nec poſſunt velare moniales. 20. q. 2. ſtatuimus. nec abſoluere eas ſu. de ſent.excom.de monialib. nec docere poteſt 23.diſt. mulier. nec iudicare poteſt.

b *Euangelium*) Sed in matutinis bene poterat legere, quando diaconiſſæ fiebant, vt 27. q.1. diaconiſſam. dixi.

Cap.2. Omnis vtriuſque.

D*Iſcretionis*[a]) Ideſt, cũ eſt capax doli, quia ætas per malitiam ſuppletur, vt ext.1.de deſponſ.impub. de illis. et ext. 1.de delictis puer.cap.1. et C.ſi aduerſus delictũ.l.1. Arg. cõtra de conſecr.diſt.4.eos, C.de falſa mon. l. 1. Ioan.

b *Peccata*) Non tamē venialia, quia illa tolluntur per orationem dominicam, vel per aquam benedictam, vt de pænit.diſt.3.de cotidianis. et diſt.6.qui vult. tamē ſi recolit ea, tenetur cõfiteri ea, ut 25.diſt.P.criminis. La. Ioan.

c *Proprio ſacerdoti*) Niſi ille ſit imperitus, vt de pęnit.diſt.6.placuit.

d *In paſcha*) De conſecr. diſt.2. et ſi non.

e *Chriſtiana ſepultura*) Nota contra regulam generalem, quod communicamus viuo, et tamē nõ mortuo, fallit 23.q.5 placuit. et ext. 1.de ſtatu monach. monachi. et. ext.1. de torneamen. c.1. et ext.1.de vſuris c. 2. et ext. 1. de raptorib. ſuper eo. Ioan.

f *Et obtineat*) Quid ſi malitioſe ille recuſat ea propria auctoritate? vt ext.3.de regul. licet. Ioan.

g *Nec ligare*) Ext. 1. de pænit. et remiſſ. c. vlt. ſed quęritur hic, num potuerit ſe ſubicere ei? arg. 2.q.7. nos ſi incompetenter. Ioan.

h *Circunſtantias*) De pęnitē.diſt.5. cõſideret.

i *Diuerſis experimentis*) Non ad inſtar imperiti medici, vt 29.diſt.ſciendum. Ioan.

Cap.3. Quod in re.

Dan

D*Andum*[a]) Tempore interdicti.
b *Viaticũ*) Nõ fuit expreſſum de uiatico. nam illud nõ eſt ita ſacramentum neceſſitatis. nam ſola fides ſupplet illud, de conſecr. diſt. 2. ut quid paucis. Sed hoc ideo non ualet, quia idẽ poſſet dici in baptiſmo, cuius vicem ſupplet paſsio. de conſecr. diſt. 3. baptiſmi.
c *Ex gratia*) Si eſt gratia, nõ ergo eſt ius commune, non competet debite, niſi impetretur, ut hoc liceat, cum neceſſario ſit cõtẽtus in illa generalitate interdicti, niſi quod per priuilegium exemptus eſt. Vel dic, quod per illud ius canonicis regularib. cõformantur, et eſt ſimile ſu. de priuileg. cum nonnullis. li. eo.
d *Sine campanarum pulſatione*) Hoc eſt in eis ſpeciale, vt ſine neceſſitate, vel periculo mortis admittantur ad pænitentiam. ſed certe ibi neceſſitas eſt, quia intelligo, niſi cũ proficiſcuntur. Idem dico, ſi aliqui proficiſcuntur ad iuſtum bellum; quia ibi eſt cauſa iuſta timoris. idem dico, ſi aliqui eſſent excommunicati a Papa, ut in iſto † bello poſſent abſolui a quoquam. arg. ſu. de ſent. excom. c. vlt. li. 1. et 33. q. 2. in adoleſcentia. Sed quid ſi interdicta ciuitate ibi aliqui vellẽt ſatiſfacere, numquid in eis relaxãdum eſſet interdictũ? non. quia aliquis ſine culpa ſua interdici poteſt. ſu. de ſponſal. non eſt vobis. quia ſic rigor eccleſiæ diſſolueretur, vt ſu. de priuileg. vt priuilegia. li. eo. † *iuſto*
e *Poſſint audiri*) Patet ergo, quod excommunicato non licet ſtare extra eccleſiam, cũ etiam interdum prohibetur audire exterius. Ioan.

Cap. 4. Cum infirmitas.

E*Cclesia arceatur*[a]) Non ipſo iure, ſed per ſententiam.

Cap. 5. Cum ex eo.

L*itteras*[a]) In talibus enim diligens facienda eſt inquiſitio. 42. diſt. quieſcamus. Ioã.
b *In tabernis*) Tunc ratione delicti poſſunt a dioeceſano excommunicari, licet ſint exẽpti, vt ext. 3. de priuil. ex tuarum. Ioan.

TIT. XV. DE SENTENTIA EXCOMMVNICATIONIS.

Cap. 1. Quæſiuiſti.

Q*Verũ auctoritate*[a]) Quod hic dicitur, ſere idem habes ſu. eod. vt famç. li. 3. Idẽ † generale cum in omni caſu, vbi † poſſunt coërceri per eccleſiaſticam poteſtatẽ, vt 17. diſt. nec licuit. † *id eſt ſorte* † *ubi ſorte*
b *Quam defenſio*) Sic ſu. de homicidio, ſignificaſti. in fine. li. eo.

Cap. 2. In præſentia.

E*Vitandum*[a]) Su. de exceptio. a nobis. li. 3. contra. ſolutio. excipi poteſt contra excommunicatum accuſantem, vel agentem. nam nullum crimen obſtat, nec excommunicatio obſtat volenti excipere, vt ſu. de iudicijs, cum inter. li. eo. Sed ſecus eſt, vbi denuntiatur excommunicatio alicuius, ibi repellitur denuntians, vel agens ratione communicationis. Epiſcopus tamen nec excipere poteſt contra clericum accuſantem, cui prius communicauit. ſu. de accuſat. nulli. ſic ergo per patientiam aliquis perdit beneficiũ exceptionis, ſic 4. q. 11. P. vlt. D. de adulter. ſi vxor. in fine. D. de aqua pluu. arcen. L. ſi eo. D. de public. ſi ego. P. 1. De hoc dixi ſu. de ætat. et qual. ordin. accepimus. li. 1. Item arg. hic, quod ſi paſſus ſum excommunicatum litem conteſtari, quod amodo nõ poſſum excipere contra eum, cum ſit exceptio dilatoria. tamen licet perdat ius excipiendi, iudex tamen ex ſuo officio de ea inquirat, vt ſu. de appel. conſtitutus. in fi. li. 3. D. de poſtulando, quos prohibet. D. de petit. hered. l. 1. in fine. Ioan.
b *In menſa*) Sic ſu. de cler. excom. miniſtr. cap. 1. li. eo.
c *In diuinis*) Sic ſu. eo. ſignificauit. li. 2.

Cap. 3. Quantæ.

I*N ipſo actu*[a]) 17. q. 4. ſiquis ſuadente. Ioã.
b *Conſentientes*) Qualiter hoc verbum exponatur, notaui 2. q. 1. notum.
c *Interpretans*) Sic 83. diſtin. P. primo. 36. diſtin. paſci. D. de agnoſc. liber. necare. et ita videtur peccare omnis, qui nõ defendit alium, ſi poteſt, vt 23. q. 3. non inferenda. et c. vlt. et ſi non poſſit aliter defendere, defendat clamore, vel fletu, vt D. ad Silanianũ. l. 2. P. eo autẽ. Sed nõne licitũ eſt recipere pęnitẽtiã † pro defenſione alicuius? ut D. quod metus cauſa, metum. P. ſed licet. nec repetitur, ſi data fuit † *pecuniam, ſorte*

ta fuit pro defenſione alicuius, vt ibi dicitur. D. de donationib. ſi pater. P. primo. Reſp. non tenetur vnus defendere alterum; quia ſi ad hoc teneretur, poſſet repeti pecunia data pro defenſione. D. de condict. ob cauſam. l. vlt. Dico, quod quilibet tenetur defendere alterum per capitula prædicta, et 90. diſt. præcipimus. et 3. q. 1. nulli. et cap. ſeque. nec obſtat, quod poteſt dari pecunia pro defenſione. nam officiato datur pecunia, qui tamẽ gratis teneretur impendere ſuum officium. 14. q. 5. non ſane. Dicunt tamen quidã, quod ſoli iudices, vel qui habent poteſtatem aliquam, ad iſtud tenentur, vt 23. q. 4. forte. ſed quidquid ſit de defenſione clerici, nam hoc ad ius publicum ſpectat, vt ſu. diſt. 1. ius publicum. unde propter publicam utilitatem ampliãda verba eſſent; nam fauore religionis multa contra religionem † ſtatuuntur, ut D. de religio. ſunt perſonæ.

† *ratio nem. Bern.*

Cap. 4. Conſtitutiones.

E *T ſententias* [a]) Vel qualeſcũq. ſcripturas, vt 3. q. 4. nullus. ſic ſu. de hæretic. excommunicamus. li. eo.

b *Mandato*) Sic ſu. de probat. c. 1. li. 3.

c *Poſt illud ipſe*) Ergo ſententia, quæ nulla eſt, nullo curſu temporis tranſit in rem iudicatam. Argum. cõtra 16. q. 6. ſi ſacerdotes.

Cap. 5. Sacro approbante.

N *Iſi competẽt* [a]) Ideſt, trina, vt 24. q. 3. de illicita.

b *Poſſit probari*) Sic ergo patet, quod ordo iudiciorum probandus eſt a iudice in ſententia excommunicationis, ſicut in alijs ſententijs, vt ſu. eo. quoniam contra. et 2. q. 1. in primis.

c *Per menſem*) Communione autem hominum carebit in quantum maiori uiſum fuerit. vt 24. q. 3. de illicita. Multiplicem autem poenã patitur, qui in uſte excommunicat; unam, quia tenetur excommunicato ad intereſſe, vt hic dicitur. Item poteſt conueniri actione iniuriarum, vt 11. q. 3. illud. et cap. temerarium. Item tenetur poena ſacrilegij, 24. q. 3. non in perpetuũ. Item quia carebit communicatione † hominum, et ingreſſu eccleſiæ, vt dixi.

† *communio ne*

d *Rationabili cauſa*) Cauſa coram ipſo probata, vt 2. q. 1. nemo. Ioan.

e *Querellam*) Nota, quod ſecundum antiquos canones quilibet excommunicatus audiebatur, † qui volebat probare ſe iniuſte excommunicatũ, vt 11. q. 3. ſi Eps. hodie nõ, niſi ſit appellatio interpoſita prius, vel error ſit in ea expreſſus, ut ext. 3. de ſentẽ. excom. per tuas. Sic ergo diſtinguas, cum quis ſuperiori conqueritur de iniuſta excommunicatione, aut appellauit ad eum, aut non. ſi appellauit, tunc præſtita cautione habet in optione, an velit eum abſoluere, vel remittere abſoluendum ei, a quo appellauit, vt ext. 1. de off. ordin. quæſitum, ſi non appellauit ad eum, tunc ſecundum priora iura tenebatur † remittere abſoluendum. et ſi iudex inferior nollet abſoluere; tũc ſuperior poſſet, vt ext. 3. de off. ordin. ad reprimendum. Sed per hãc conſtitutionem, ſi poteſt eſſe periculũ in mora; ſtatim tenetur eum ſuperior abſoluere. Hoc tamen ſcias, quod ſi ſuperior viderit † ſententiam excommunicationis euidenter iniuſtam; poteſt pronuntiare ipſam iniuſtã, licet non ſit appellatum ad eum, vt ext. 3. de appell. ſollicitudinem. Similiter ecõtra, ſi uiderit eam iuſtam, tenetur remittere abſoluẽdũ, licet ſit appellatũ ad ipſum, vt ext. 3. de ſenten. excom. per tuas. in fine. Ioan.

† *audiatur*

† *tenetur*

† *videat*

f *Conſtiterit*) Quod eſſe non poteſt, niſi vocetur, et ſit præſens. quia cauſarum merita partium aſſertione pãdũtur. vt ext. 3. de ſent. et re iud. cum illius. ſi tamen pure ageretur ad retractationem ſententiæ, non ad hoc, vt iudex puniretur, qui tulit ſentẽtiã: tũc nõ eſſet neceſſe ipſum vocari, vt 2. q. 6. hoc etiam.

g *Excommunicato ad intereſſe*) Ideſt, damna, quę ſuſtinuit, ſiue circa ſumptus litis, ſiue in alijs, et illa declarabit ſuo ſacramento, vt 2. q. 1. in primis. Sed nunquid æſtimabitur illud intereſſe, quod caſſata fuit eius electio propter illam excommunicationẽ, et quod beneficia adeptus fuiſſet, niſi impediuiſſet excommunicatio? credo, quod ſic. quia iſtud intereſſe eſt circa rem, vt 12. q. 2. ſiquis de clericis. et 2. q. 5. ſuper cauſa. et D. de actio. empti. Iulianus. in princ. ſecus ſi eſſet intereſſe extra rem, ut D. de actio. empti. ſi ſterilis. P. cum per venditorem. Ioan.

h *Ex cauſa probabili*) Quia credebat citationem ad ipſum perueniſſe. et ita credebat eũ contumacem, cum non eſſet; vel credebat cauſam excommunicationis eſſe ſufficiẽter probatam; alias vix poſſet probabilis error in hoc caſu inueniri.

Lan

i *Laudabilis*) Quaſi dicat, non ſufficit error probabilis, niſi alias ſit laudatæ opinionis, vel ideo dicit hoc, quia propter famam ipſius præſumitur ipſum probabiliter erraſſe. alias cōtra diligentem præſumitur, quod nō errauerit, vt D. de probation. cum de indebito. et C. qui, et aduer. quos. l. 1. Ioan.

k *Probabilis error*) Sed qualiter poteſt ipſum probabilis error excuſare? Reſp. quia credebat non ſufficienter probatum id, pro quo excommunicabatur. nā in ordine iuris, qui ſeruandus eſt in hac ſententia, nō poſſet errare probabiliter reus, ſed tātū in cauſa excommunicationis. et eſt hic bonum arg. quod ſi aliquis habet probabilem cauſam litigandi, non punitur in ſumptib. litis. ſu. de eo, qui mit. in poſſes. c. 2. li. 3. et D. de leg. 2. qui ſoli dū. P. etiā. ſed pone, quod iniuſte excommunicatus ſtatim ab ipſo excommunicatore petat abſolutionē. Dico †, quod ipſum non poteſt abſoluere. quia cū ipſe careat ingreſſu eccleſię; ergo aliū nō poteſt recōciliare eccleſię.

† videtur.

l *Compellatur*) Per hoc patet, quod ſi excommunicatus petijt abſolutionem † ab excommunicatore, et iurauit ſtare mādatis ſuis, quod prius inquiretur, an excommunicatio fuerit iuſta, quam recipiat mādatum, ut ſup. de reſtit. ſpol. litteras. in fi. Si enim probata fuerit excommunicatio iniuſta, nihil præcipietur ei per ſacrāmentū; in nullo enim tunc tenetur ſatiſfacere, cum non deliquerit, vt ext. 3. de offi. ordin. ad reprimendam. Sed ſi fuerit iuſta, tunc primo recipiet mandatum, ut hic dicitur. hoc autem inquiretur coram arbitris electis, an fuerit iniuſta excommunicatio, uel coram ſynodo; quod verius eſt, vt 11. q. 1. ſi clericus. ſed nonne eo ipſo, quod excommunicatus petijt abſolutionē, et iurat; intelligitur acquieſcere ſententiæ, vt eam nō poſſit impugnare? vt ext. 1. de offic. deleg. gratum. ext. 3. de ijs, quæ fiunt a mai. par. cap. ex ore. ext. 3. de appel. ſollicitudinē. et D. de inoffici. teſtam. l. penult. Item numquid ſi non appellat a ſententia excommun. vſq. ad decem dies, intelligitur acquieuiſſe ſententiæ? vt ext. 3. de ſent. et re iudic. quod ad cōſultationem. Dico, quod nō. nō enim acquieſcit ſententiæ tali, quod petit abſolutionem, cū ſciat ſe ligatū. ſimiliter nec ex eo, quod nō appellat; intelligitur acquieuiſſe ſentētiæ. et eadē eſt, quare nō ſit in ſentētia excommunicationis neceſſaria appellatio; quia cum appellatio debeat ſuſpendere pronuntiatum, vt D. ad Turpillianū. l. 1. ſed effectus excommunicationis non poteſt ſuſpendi, vt ext. 3. de appel. paſtoralis, vnde nec prodeſt, nec neceſſaria eſt ibi appellatio, quia per curſum decem dierum, non tranſit in rem iudicatā. nam abſolui poteſt etiam poſt decem dies. et ideo per taciturnitatem decem dierū nō confirmatur ſententia. et ideo de iniuſta excommunicatione poteſt excommunicatus cōqueri, cum voluerit. Sed mirum uidetur, quo modo iniuſta excommunicatio priuet aliquem ingreſſu eccleſiæ; nam poſt latā ſententiam excommunicationis iniuſtam, ſtatim excommunicans eſt priuatus ingreſſu eccleſię, et excommunicatus nō eſt priuatus ingreſſu, niſi lata ſententia. qualiter ergo poteſt priuari ingreſſu eccleſiæ ab illo, qui eſt priuatus, et ita ſimul incipit eſſe priuatus excommunicans, et excommunicatus. et ita eadem ſententia priuat excommunicantem, et excommunicatum; quod eſt abſurdum. Ioā.

† abſolui

m *Error ſit*) Sic ergo iudex poteſt reuocare errorem, vt dixi ſu. eo. cū ceſſante. et ext. 1. de appel. ſignificauerunt.

n *Valeat dubitari*) Ergo admittitur hodie appellatio, non ſolum ſi cauſa ſit probabilis, ſed etiam ſi ſit dubia. Quid iuris ſit, quęre ſu. eo. vt debitus.

o *Abſoluat*) Appellatio ergo nō tenet, quātum ad hoc, quin † poſſit abſolui excommunicatus; ſed quantum ad hoc, quod transfertur iudicium ab ipſo præſtita cautione ſtandi iuri corā ſuperiore, vt ext. 1. de appel. qua fronte. † quod

p *Mentiatur errorem*) Iudices enim ſæpe falſa † ſcribunt, vel dicunt, vt 2. q. 6. P. biduū. in fi. C. de arbitr. ne in arbitris. D. de cuſtod. reor. Diuus. † firmiter

Cap. 6. Sub interminatione.

C *Auſa cupiditatis*[a]) Si enim non ſit cauſa cupiditatis, ſed tantum vt illi puniantur; licite poteſt præter poenam excommunicationis poena pecuniaria punire, vt 16. q. 1. ſtatuimus. quia ea poena, quæ magis timetur, infligenda eſt, ut ext. 3. vt lite non conteſt. quoniam. in fi. 23. q. 4. ea uindicta. Sed pretium non ſumet, vel pro abſoluendo, vel reſtituendo, vt 1. q. 1. nullus Epiſcopus. ext. 1. de ſimō. nemo. ext. 1. de poen. licet. ſed poena pecuniaria poteſt eos punire, vt dixi, et arg ext. 1. de raptor. in Archiepātu.

b *Compellatur*) Tamquam concuſſor, vt. 1. q. 7. ſancimus. et 23. q. 1. militare.

c *Caſtigetur*) Hoc generale eſt, vt cum quis non eſt ſoluendo, vt alia poena puniatur, vt 14. q. 6. ſi res. 15. q. 6. quia iuxta. D. de poe

nis.l.1.

TIT.XVI.DE VERBORVM SIGNIFI CATIONE.

Cap 1.Super quibuſdam.

SEn *defendunt*[a])Sic ſu.de hæret.excommunicamus.li.eo.24.q.3. qui aliorum.C. de ijs,qui latr.occult.l.1.et.2.

b *Coram Prælatis*)Sed qualiter prælati cauſam ſanguinis examinare poſſunt? cõtra illud 23.q.8.his,a quib.ſed prælati hic vocantur iudices,11.q.3.pręcipue.vel dic,quod ſpeciale eſt in crimine hæreſis,et in crimine falſi;quod cum falſat litteras Papæ,etiam criminaliter conuictus ſecundum pœnas legales punitur.

c *Aut confeſſio*)Su.de verbor.ſignific.cum olim.ſu.de cohab.cler.verum.li.3.

d *Cum pedagia*)Pedagia dicuntur, quia dãtur a peditibus.guidagia dicuntur,pro ducatu per terram alicuius.Salinaria, quæ dantur pro ſale. omnia iſta dicuntur portoria, ut C.de vectig.et commis.l.3.nec dãda ſunt iſta,niſi cum negotiationis cauſa aliquid portatur.ſecus ſi ad partis vtilitatem,vel ad vtilitatem fiſci aliquid feratur,vt C.eo. vniuerſi.Ioan.

e *Imperatorum*)Solus enim Princeps poteſt iſta ſtatuere,ſed nulla ciuitas poteſt iſta ſtatuere,vt C.noua vectig.inſt. nõ poſſe.l.2.et 3.Ioan.

f *Memoria*)Nota diligenter,quod illa conſuetudo,cuius non exiſtat memoria,ius, ſiue priuilegium inducit,vt D.de aqua cotid.hoc iure.P.ductus aquæ.et D.de aqu.pluu.arcẽ.l.1.P.vlt.3.q.6.hoc quippe.9.q.3.cõqueſtus. et per hoc videtur,quod cum talis conſuetudo ius inducat,quod non ſit neceſſe allegare aliquem titulum,licet illud requiratur in conſuetudine triginta annorum, vt dixi de hoc 18.q.2.ſeruitia †.Itẽ not. hic arg. quod per mandatũ generale,nõ prohibentur,niſi illicita, vt 33.q.2.quos Deus.11.q.3.quod præceſſor.D.de iure patr.abigere.in fine. † *ſeruitium.*

Cap.2.Nouimus.

IN *antiquis*[a])11.q.1.ſiquis ſacerdotũ.et 3.q.4.clericus.

b *Decreto*)Su.de falſ.ad falſariorum.

c *Sæculari traditur*)Iſtud intelligas de illo, qui eſt penitus incorrigibilis.ne obſtet ſu.de iudic.at ſi clerici.li.1.uel intelligatur de maiorib.criminibus, vt de hæreſi,et de crimine falſi.

d *Opinio a plurib.*)Immo a plurib. approbatũ eſt,quod dicitur in canone,quod tradat, ideſt,permittat tradi,vel quod credat nõ*animo*ſanguinis effuſionẽ, vt ſu.de iudic.et arg.23.q.1.c.1.vel ſpecialiter loquitur hic de hæreſi,et de crimine falſi.

e *Intercedere*)17.q.4.reum.

f *Pænitentiam*)Magis rigide cum eo agitur; ſu.de falſar.ad falſarior.Ioan.

64

ILERDAE.

Apud Petrum Rob. & Ioānem a Villa-
noua, Anno M. D. LXXVI.

65

Digitized by Google

Digitized by Google

65

Digitized by Google